

LITERAM, (quae formatur appulsu palati, ore restricto Mart. Capella 3 p. 58) ludibrium et crucem Grammaticorum, non minus atque alteram K, dixeris. Longum est referre omnia. Dicamus, quae maxime huius loci videntur. Quinctilianus 1, 4, 9 Grammatico quaerendum ait, an redundet Q, cuius similis effectu specieque, nisi quod paullum a nostris obliquatur, Koppa apud Graecos, nunc tantum in numero manet. Nempe Koppa illud (de quo

f. l.) est Ebraeorum quod conuersum ad sinistram fecere q, et paullum obliquarunt Q vel Q. Marius Victorin. p. 2459 post med. Q et fuisse apud Graecos, et quare desiderat (f. defierit) fungi vice literae, si pontificum (quid hi sibi hic velint, mihi non liquet) libros legeritis: nunc enim apud Graecos iuxta H est posita. Nempe nonaginta significat, ut H octoginta, et P centum. Similia Scaurus de Orthogr. p. 2253 extr. ubi pro nonna legendum nonna. Haec de figura. Quod ad usum, illi videntur optime iudicare, qui illi tribuunt vim aliquandi veluti V sequentis, ut v. g. Qui sit Monosyllabum, Dissyllabum autem cui. Quinctil. 12, 10, 30 Duras et illa (litera) syllabas facit, quae ad coniungendas demum subiectas sibi Vocales est utilis, alias supervacua, ut equos ac equum scribimus, cum ipsae etiam hae Vocales duae efficiant sonum, qualis apud Graecos nullus est, ideoque scribi eorum literis non potest. Scribunt illi tamen v. g. nosvtros Quintus, nosvtis Quiris, nosvtos Quirinus. Sic contra Qu vel Qui adhibent librariis medii aevi pro xv vel Cy. E. g. Quilon, Quima, Quatus pro Cylon, Cyma, Cyathus. Sic Squibala, Squilla, Insquiamus pro Scybala, Scylla, Hyoscyamus. Sic Coloquintha ex Colocynthis. Sed audiamus etiam Grammaticos Priscian. 1 p. 543 extr. Q propter nihil aliud scribenda videtur esse, nisi vt ostendat, sequens V ante alteram Vocalem in eadem Syllaba positum, perdere vim literae in metro. Et p. 560 fm. De Q nisi eandem vim haberet, quam C nunquam in principiis infinitorum vel interrogatiuorum quorundam Nominum posita, per obliquos Casus in illam transfiret, vt Quis, Cuius, Cui. In quibusdam Participiis in C transfertur, vt sequor secutus, loquor locutus. Transfit in S, vt torqueo torsti, sicut et C, parco parsi. Singulariter abiicit N in Praeterito linguo liqui, vinco vici. Transfit etiam in X, vt coquo coxi, duco duxi. Apud antiquos frequentissime loco cu Syllabae qui ponebatur, et e contrario: vt arquis, coquus, oquulus, quum pro cum, quur pro cur. De Cum audiamus Quinctil. 1, 7, 5 Illa quoque seruata est a multis differentia, vt Cum, si tempus significaret, per q; si comitem, per C; si vero causam, per q ac duas sequentes nu scriberetur. Velius Longus p. 2218 extr. Si modo antiquam literae figuram spectes, ostendit C esse et V pariter literas in se confusas. (Hoc aliquo modo conuenit in figuram Q, qualem etiam Quinctilianus respexit, vt modo dicebamus) Ideoque non nulli Quis et quae et quid per Q et I et S scripserunt, et per QAE et per QID, quoniam scilicet in Q essent C et V. Haec ratio etiam Vossio probatur de Arte 1, 29 licet uti ea non solitus sit, quod fecit Gatakerus. Iucunditate quadam condiuit haec etiam spinosiora Terentian. Maur. p. 2398 sq. Sed locus est longior. Quinct. 6, 3, 47 refert, non commendat Ciceronis iocum, Cum is Candidatus, qui coqui filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret, Ego QVOQVE, inquit, tibi iure fauebo. Nempe idem sonus nominis coque vel coce, ab eo qui est coquus vel cocus; et Coniunctionis quoque. Licinius Caluus, qui Caio principe vixit, Q litera non est vsus, vt ait Victorin. p. 2456 extr. Ex his, quae posuimus, erroris conuincitur Isid. Orig. 1, 4 Q literam nec Graeci resonant nec Hebraei: exceptis enim Latinis nulla alia lingua haec habet. Haec prius non erat. Vnde et ipsa superuacua est vocata, quia per C cuncta veteres scripserunt. Kuph Ebraeorum, et Graecorum Koppa respondere literae Q vidimus: et antiquissima monumenta Latina, columna Duillii, et SC. contra Bacchanalia. De antiquissimis Graecorum monumentis vid. Spanb. de Vsu et praest. num. Diff. 2 p. 96. it. 121. ubi est etiam MERQVRIOS pro Mercurius. Gruterianus index suppeditat aquitur pro acuitur, liquebit pro licebit, manqupium, peq. (pecunia) sua, qurpus pro corpus, Qurtius pro Curtius, sequulum, securitatem: quae licet forte lapidariis sint imputanda, tamen pronuntiationis similitudinem ostendunt. ¶ 2 In notis ista fere significat: Q. Quintus, vel Quintius, Quaestio. Q. vel QV. Quartus. Q. vel QVINT. Quintilius. Q. A. M. Quem Ad Modum. Q. B. ATQ. F. E. Quod Bene Atque Feliciter Eueniat. Q. B. F. Quare Bene Factum, Quaere Bonum Factum. Q. B. M. V. Quae Bene Mecum Vixit. QC. Quasi apud Val. Prob. Nempe C etiam S notabat. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. Quid De Ea Re Fieri Placeret, De Ea Re Ita Censuerunt: Notae quibus Senatusconsulta designabantur. Q. D. R. P. G. V. Qua

De Re Peto Grauitatem Viri. Q. D. R. P. L. IV. Qua De Re Peto  
 Laudabilia Iura. Q. E. Quaerendum Est. Q. E. R. E. IV. DA.  
 Quanti Ea Res Erit, Iudicium Dabo: *Formula est praetoria.* Add.  
 QVANTVS n. 3. Q. F. Quinti Filius. Q. F. P. Quid Fieri  
 30 Placet? Q. L. Quinti Libertus, *vel* Liberti. Q. L. F. Quinti  
 Lucii Filius. Q. M. Quintus Mucius, Quomodo, Quo Magis.  
 QM. PV. Quam Prouinciam. Q. N. A. N. N. Quando Neque Ais,  
 Neque Negas. Q. R. F. E. V. Quod Recte Factum Esse Videbitur.  
 Q. S. S. S. Quae Supra Scripta Sunt. *Addamus et hoc, quod*  
 35 H. S. Q. *ap.* Cic. Att. 9, 9 *pr.* *significare videntur* fextertia quin-  
 genta.

## Q V A

QVA, cuius, cui. [*τίς*] *Femininum ex Qui vel Quis. Nomina-*  
 40 *tio non utuntur, nisi in compositione, ut Aliqua, Siqua. Alias Quae*  
*est, de quo deinde s. l.* Plaut. Epid. 2, 2, 90 Quam ad rem istuc re-  
 fert? Idem Milit. 3, 1, 176 Quam ad rem vsui est? Quam  
 rem agis? Ter. Heaut. 5, 1, 69. Qua causa Plaut. Men. 3, 2, 25.  
 Cic. Acad. 1, 32 Qua de causa definitiones rerum probabant. Ter.  
 45 Eun. 1, 2, 79 Ego excludor, ille recipitur: qua gratia, nisi illum  
 plus amas quam me? Ter. Phorm. 2, 1, 68 Qua ratione inopem  
 potius ducebat domum? G. non ratio, verum argentum deerat.  
 Cic. Verr. 4, 28 Qua de re Iudices vobis magnopere prouidendum est,  
*i. quam ob rem.* Sed Ter. Andr. 1, 2, 13 Quid ais? D. qua de re?  
 50 s. rogas. Et aliter Varro de R. R. 2, 2 Emtor stipulatur illas  
 oues, qua de re agitur, sanas recte esse. *Formula Ictorum, quam*  
*ridet* Cic. pro Muraen. 28 c. 13 Quae de scripto aguntur scripta sunt  
 omnia: neque tamen quidquam tam anguste scriptum est, quo ego  
 non possim, QVA DE RE AGITVR, addere. Cic. de  
 55 Inuent. 1, 82 c. 44 Firmatur similitudine eius rei, qua de re agitur, ad  
 eam rem, qua de re iudicatum est. *Hodie sic legitur,* Iudicatum fir-  
 matur similitudine eius rei, qua de agitur, ad eam rem, qua de iu-  
 dicatum est. *Vt hoc ipso libro 27* Aut delectationis non alienae ab  
 eo negotio, quo de agitur. Et 2, 7 Negare oportebit de vita  
 60 eius et moribus quaeri, sed de eo crimine, quo de arguatur. *Super-*  
*rior tamen lectio etiam Tulliana est. Sic enim* de Inuent. 1, 29 c. 21 Si  
 locus opportunus ad eandem rem, qua de re narrabitur, fuisse osten-  
 detur. Ibid. 81 c. 43 Ostendi oportet eius esse rei signum pro-  
 prium, qua de re agitur: *vt etc.* Qua ex re nobilis ferebatur  
 65 Nep. 25, 13. Qua pro re argentum promisit hic tibi? Plaut.  
 Rud. 5, 3, 22. Cic. pro Rosc. Com. 45 c. 15 Quod si facit, qua  
 impudentia est, eumne testem improbabit, quem iudicem probabit?  
*i. pro reliqua impudentia sua, vt est impudens.* ¶ 2 Per  
 70 *ellipsisin nominum ratione, via, regione, parte frequenter Ablatio Casu*  
*ponitur, vbi Aduerbiu vocant Grammatici.* Virg. Aen. 1, 678 Qua  
 (ratione) facere id possis, nostram nunc accipe mentem. Prae-  
 dico delectus, qua possit, habiturum Cic. Philipp. 6, 5. Auctor  
 Priap. Dic mihi quâ (via) sit iter. Pontem fecit in Istro flu-  
 mine, qua copias traduceret Nep. 1, 3, 1. Perge modo, et qua  
 75 te ducit via dirige gressum Virg. Aen. 1, 404. Omnes introitus,  
 quâ adiri poterat in eum fundum Cic. pro Caecin. 21 c. 8. Ipse  
 in templum nescio quâ per cuniculum ascendit Cic. Philipp. 3, 20.  
 Licet illi vagari quâ velit Cic. de Orat. 1, 70. Qua (regione)  
 descensus erat Sall. Cat. 57. Sic Qua nox coegerat sedes habebant  
 80 Sall. Iug. 18. Quâ digitum proferat non habet Cic. pro Caecin. 71.  
 Tacit. Ann. 15, 12 Quâ proximum, et comitatibus non egenum, re-  
 gionem Commagenam, etc. petiuit. Sallust. in Iugurth. 101 *extr.*  
 Postremo omnia, quâ visus erat, constrata telis, armis, cadaueribus,  
 et interea humus infecta sanguine. Qua autem est? Cic. Att. 8, 9  
 85 p. 772 Graeu. *i. qua parte epistolae.* Eâ, quâ. Liu. 5, 43 Qua si-  
 gna ferri videbant, ea scandere hostem sinunt. Et 6, 24 Et Vol-  
 sci quâ modo simulato metu, ea in veram fugam effusi. *Plura hic*  
*Drakenb.* Qua sex mensibus iter fecerat, eadem minus diebus tri-  
 ginta reuersus est Nep. 2, 5, 2. Cic. Att. 8, 3 Sin discedit, quo,  
 90 aut qua, (ratione) aut quid nobis agendum sit, nescio. Arx,  
 qua (parte) ad meridiem vergit Nep. 5, 2, 5. Vlpian. l. 1 §. Si  
 pater, De Siliano senatusconf. Attamen vbi decessit, qua (parte) ex-  
 stinctum legatum et libertas est, senatusconsulto fore locum. Et alibi  
 saepe. Sic Scribon. 53. Qua possum, squalore tuos imitata  
 95 labores Dicar Ouid. Herpid. 13, 41. *i. qua ratione: vid. Heinsf. ad*  
*h. l.* *Seruit distributionibus:* Plaut. Trin. 4, 3, 37 Neque istis  
 quidquam lege sanctum est, leges mori seruiunt, mores autem rapere  
 properant, quâ sacrum, quâ publicum. *i. iuxta aut tum sacrum, tum*  
*profanum. Vid. Taubm.* Cic. Att. 2, 19 Nam gladiatorii quâ do-  
 100 minus, quâ aduocati, sibilis conscissi. *i. Dominus iuxta et aduocati.*  
 Topiarium laudauit, ita omnia conuestiuit hedera, quâ basim villae,  
 quâ intercolumnia ambulationis Cic. Q. Fratr. 3, 1. Idem Att. 9,  
 12 At quam honesta, quam expedita tua consilia, quam euigilata tuis  
 cogitationibus, quâ itineris, quâ navigationis, quâ congressus, ser-  
 105 monisque cum Caesare. *i. consilia partim itineris etc.* Sic plane  
 Eidem

Eidem 15, 18 Intelligo te distentissimum esse, quâ de Buthrotiis, quâ de Bruto. Satisfactum qua civium qua sociorum utilitatibus Plin. Paneg. c. 33. Quâ, pro Quatenus. Scribon. Ep. m. Comp. 47. 231. Paullus, Sed nec ille, qui filium alienum possidet, tantum habet, quanti eum patri vendere potest. Sed in praesentia, non 5 quâ filius alicuius, sed quâ homo aestimatur. Budaeus.

QVACVNQVE, Ablativus a Quaecunque. Liu. 1, 3 Is Aescanius, vbiunque, et quacunque matre genitus (certe natum Aenea constat) abundante, etc. Quasi dicat, Tametsi incertum vbi, et qua matre sit genitus, tamen, etc. Separatur nonnunquam apud Poetas per 10 Tmesim. Lucret. 6, 84 Quid faciant, et qua de causa cunque ferantur. ¶ 2 Eadem ratione, ut Qua simplex elliptice, vel adverbialiter ponitur. Cic. Verr. 1, 44 c. 16 Quacunque iter facit, eiusmodi fuit, non vt Legatus Populi Romani, sed vt quaedam calamitas persuadere videretur. Idem Att. 14, 17 extr. Quacunque 15 nos commouimus. Add. Nep. 23, 3, 3. Quacunque vacat spatium Lucret. 1, 509. Sic et per Tmesim Idem 1, 209 Qua porro cunque tenet se Corpus, etc.

QVADANTĒNVVS, vel QVADAM TĒNVVS. Adu. [μείζωνος] Usque ad quandam partem, aliquantulum. Plin. 29, 10 Tria 20 autem genera eius, latum, et alterum longius, quadantenus rubens. Idem 13, 7 f. 15 Huic similis quadam tenus, quae vocatur Cypria ficus. Et 15, 28 f. 33 Citreis sapor asperrimus; quadantenus et cotoneis.

QVADI, [Καδοί Dioni] Bohemorum olim gens, sicut et Marco 25 mani. Hieronymus, Sarmatae, Quadi, Vandali; et innumerabiles aliae gentes equorum et vulpium carnibus delectantur. Vid. Tacit. Germ. c. 42.

QVADRA, ae. f. [πυξίς, πυξίονος] Mensarium instrumentum, super quod dapes seinduntur, siue apponuntur: quod quadrata 30 forma fieri soleat: veluti rotunda repositoria, orbes dicimus. Mensam, Orbem, Quadram, rem eandem esse docet locus Virg. Aen. 7, 109 sqq. quem, licet longiusculum hic apponere, cum sit idem dulcissimus, non piget. Praedixerat Harpyia Celaeno Aen. 3, 257 Troianis,

Sed non ante datam cingetis moenibus urbem, 35  
Quam vos dira fames, nostraeque iniuria caedis,  
Ambefas subigat malis absunere mensas.

Hoc vaticinium impletur l. c.

Instituuntque dapes, et adorea liba per herbam  
Subiiciunt epulis, (sic Iupiter ille monebat) 40  
Et Cereale solum pomis agrestibus audent.  
Consumtis hic forte aliis, vt vertere morsus  
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,  
Et violare manu malisque audacibus orbem  
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris: 45  
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus etc.

¶ 2 Sed etiam frustra quadrata panis, placentae quadratae sunt. Scru. ad Aen. 7, 115 Quadris, aut mensis, et est Antonomasia: — nam supra orbem dixit; aut quadris, fragmentis accipimus, vt Iuuenalis (5, 2) Vt bona summa putes, aliena viuere quadrata. Hic nempe ea 50 dem ambiguitas: sed frustum panis est, Et mihi diuiduo findetur munere quadrata Horat. Epist. 1, 17, 49. Martial. 6, 75 Quum mittis turdumque mihi, quadramque placentae, siue femur leporis, siue quid his simile. Sic apud eundem 12, 32 Quadra casei Tolosatis. Et 3, 77 Nec te liba iuuant, nec sectae quadrata placentae. Et 9, 92 55 Secta plurima quadrata de placentae. Est autem proprie Adiectivum Quadrus de quo f. l.

QVADRŪLA, ae. f. Dimin. Solin. c. 50 Nunc bractearum, nunc pulueris habet quadrulas.

QVADRAGĒNI, ae. a. [τεσσαράκοντα] Quadrageinta, quae 60 singulis tribui intelligantur. Columel. 5, 2 Centies vices duceni quadrageni sunt viginti octo millia et octingenti. Cic. Att. 4, 18 Vt ambo HS quadrageina COSS. darent, si essent ipsi COSS. facti. Add. Idem Verr. 1 c. 56. Quadrageni pedes in terga Plin. 17, 23. Quadragenis diebus latent Plin. 8, 56. Suet. de Claris Gram. c. 23 65 Nec sufficeret suntibus, quamquam ex schola quadrageina annua caperet. Subaudi, Millia numum.

QVADRAGENARIVS, a, um. Ad. Quadrageinta annorum homo Arnob. 2 p. 60. Quadragenarium dolium Cato R. R. 105, 1 quod capit quadrageinta urnas. Fistulae quadragenariae plumbeae in aquae- 70 ductibus, quarum laminae antequam in rotundationem flectantur, habeant quadrageinta digitos latitudinis. Vitruv. 8, 7 et inde Pallad. Aug. 12 vbi studuimus rem expedire breuiter.

QVADRAGESĪMVS, a, um. [τεσσαράκοντος] Adiectivum, ordinis et proportionis. Plin. 14, 20 Cocti parte quadragesima. Id. 75 2, 8 Quadragesima secunda Olympiade. Quadragesimum post annum Tac. Ann. 12, 27, 5. Quadragesima, absolute dicitur, pro Quadragesima parte. Suet. in Calig. c. 40 Quadragesima summae, de qua litigaretur, exigebatur. Idem in Vesp. c. 1 Publicanum quadragesimae in Asia egit. Quadragesimae abolitio Tacit. Ann. 80 13, 51, 3. Quadragesimum stipendium Idem ibid. 1, 64, 5.

QVADRAGIES. Adu. [τεσσαράκοντάκις] Vict. de Viris illustr. 47 Ipse quadrages quater accusatus, gloriose absolutus. Liu. 38, 55 Potius quadrages, quam ducenties quadrages litem aestimatam — indignantem, quod quadrages ratio ab se reposeretur, i. qua- 85 dragies centenam millium HS. Cic. pro Flacc. 30 c. 12 Sestertium ter et quadrages.

QVADRAGINTA. Indecl. [τεσσαράκοντα, siue τετραράκοντα] Plin. 2, 8 Partibus sex atque quadrageinta longius, Annos natus magis quadrageinta, vid. MAGIS, Aduerbium. Iugera quadrageinta 90 arui Catul. in Mentulam 112 (114) 2.

QVADRANGVLVM, i. n. τετραγωνον Gloss. Lat. Gr. QVADRANGVLVS, a, um. Ad. [τετραγωνος] Quod quatuor angulos habet. Plin. 13, 22 Intus granum quadrangula figura.

QVADRANGVLĀTVS, a, um. Ad. Tertull. de Ani- 95 ma c. 17.

QVADRANS, antis. m. [τετραρημόριον] Quarta pars alicuius rei vel assis. vt, Quadrans pedis Gell. 3, 10. Simpliciter est Numi genus, quarta pars assis, qui et Teruncius vocatus est a tribus unciiis. Plin. 33, 3. Vt enim Sestertius quarta pars est denarii, ita 100 Quadrans quarta pars assis. Add. Hieron. ad Matth. 5, 26. Iuuen. Sat. 7, 8 Nam si Pieria quadrans tibi nullus in arca Ostendatur. Liu. 3, 18 In Consulibus domum plebes quadrantes vt funere ampliore efferretur, iactasse fertur. Martial. 3, 7 Centum miselli iam valere quadrantes, etc. conf. 10, 74. Quadrans ratitus, sic di- 105 ctus, quod in eo, et triente ratis fuerit effigies, vt nauis in Assi-

- Paullus Festi. *Vid. Ratitus sub RATIS.* Quadrantem soluisse videntur ingredientibus balneum. Hor. Serm. 1, 3, 137 — Dum tu quadrante lauatum Rex ibis. Iuuen. Sat. 6, 446 Caedere Siluano porcum, quadrante lauari. Prou. Paratus fuit, quadrantem de stercore mordicus tollere Petron. c. 43. Minus locuples vno quadrante Hor. Serm. 2, 3, 93. Quadrans, trium cyathorum mensura. *Vid. SEXTARIUS in SEX.* Celsus 3, 15 Si quarto die cum horrore febris reuertitur, vomere, sicut ante praeceptum est: deinde post febrem modicum cibum sumere, viniue quadrantem. De iugero, Columel. 5, 1 Pars quarta pedes septem millia et ducentos, hoc est quadrans. Quadrans operae Columel. 2, 4. In libra Pond. Quadrans Scribon. passim, i. unciae tres. Plin. 28, 9 Ad tullim veterem recens decoquitur quadrantis pondere, in vini sextariis tribus.
- 15 **QVADRANTĀLIS**, e. Adi. Plin. 13, 15 Quatuor pedum et semipedis per medium ambitum, crassitudine quadrantali, i. *Pedis quartae partis.*
- QVADRANTĀL**, ālis. n. [*ἀμφορεύς*] Festus: Quadrantal vocabant antiqui amphoram, quod vas pedis quadrati octo et quadraginta sextarios capit. Plaut. Curc. 1, 2, 15 Sitit haec anus. PA. quantillum sitit? PH. modica est, capit quadrantali. Plin. 14, 2 Ne quis vinum Graecum, Aminaeumque octonis assibus aeris singula quadrantalia venderet. Varr. de R. R. 1, 57 Quidam ipsum triticum conspergunt, quum addant circiter in M. modium quadrantali amurcae. Caeterum Quadrantal, *Figurae nomen est omni ex parte quadratae, quales sunt cubi et tesserae.* Recte enim Festus vas pedis quadrati appellat. Gell. 1, 20 Vel qualia sunt quadrata vndique, quae *κύβας* illi, nos quadrantalia dicimus.
- QVADRANTARIUS**, a, um. Adi. [*τετρασημορσίος*] Quadrante constans. Olim et pauca erant balnea, nec vilo culti exornata: cur enim ornaretur res quadrantaria, et in vsum, non oblectamentum, reperta? Sen. Ep. 86 (87) Cic. pro Cael. 62 c. 26 Nisi forte mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. i. quae pro Quadrante, quem balneatori soluere debebat, potius corporis ei usuram praestiterit, quadrantemque adeo permutarit in stuprum. Sic Manutius. Eandem Clodiam Caelius Clytaemnestram quadrantariam dixisse videtur, apud Quintilianum 8, 6, 53 de qua refert Plutarchus in vita M. Tullii, adolescentem quendam pro argenteis numis quadrantes in marsupium eius demisisse aereos: quam ob rem delusa Quadrantaria sit cognominata ex concubitus pretio.
- QVADRARIUS**, a, um. Adi. legitur vulgo apud Caton. de R. R. 18, 1 Torcularium si aedificare voles, quadrariis vasis, vti contra — ora sient, ad hunc modum vasa componito. *Verum variat lectio: Verior quadrina vel quadriuga.*
- 45 **QVADRĀTVRA**, **QVADRĀTVS**, *vid. QVADRO.*
- QVADRIANGVLVS**, a, um. Adi. Muliebre membrum quadrangulum Auson. Epigr. 128, 3.
- QVADRICEPS**, *f. QVARTICEPS*, eipitis. **QVADRICEPSOS** item. Mons quadriceps Varro L. L. 4, 8. *vid. BICEPSOS*
- 50 *sub BIS.*
- QVADRĪDENS**, entis. Adi. [*τετράδους*] Quod quatuor habet dentes. Cato de R. R. 10 Rutra quinque, rastros quadridentes duos. Et II Rutra quatuor: rastros quadridentes duos.
- QVADRIENNĪVM**, i. n. [*τετραετία*] Spatium quatuor annorum. Cic. Verr. 5, 47 Nam quum quadriennio post in Siciliam venissem, sic mihi affecta visa est, etc. Quadriennio post factus sum praetor Idem de Sen. 10 c. 4.
- QVADRIENNĀLIS**, e. Adi. Dedicō agonem quadriennemem ICt. Dig. 50 t. 12 l. 10.
- 60 **QVADRIENNĪS**, e. Adi. Florus 2, 6 Post primum Punicum bellum vix quadriennis requies.
- QVADRIFĀRIĀE** Mathesis ianuae Cassiod. Ep. 1, 45. i. quatuor artes mathematicae.
- QVADRIFĀRIĀM**. Adu. [*τετραχῶς*] Quadrupartito, in quatuor partes. Varro ap. Non. 2, 181 Et ea, quae ad mortales pertineant, quadrifariam dispertierim in homines, in loca, in tempora, in res. Liu. 4, 22 Quadrifariam diuiso exercitu. Add. Id. 38, 1. Suet. Vit. c. 13.
- QVADRIFĀRĪTER**. Idem. Paullus in l. Iurisconsultus D. de Gradib. et affinib. Proauus quadrifariter intelligitur. Paulo post, Pronepos quoque et Proneptis quadrifariter intelliguntur. b. e. Quatuor modis, quadrupliciter.
- QVADRIFĪDVS**, a, um. Adi. [*τετραχίδης*] Quod in quatuor partes findi potest, aut fissum est. Virg. Georg. 2, 25 Quadrifidasque fides, et acuto robore vallos. b. e. Ita robustas, vt in quatuor partes diuidi possint. Quercus Virg. Aen. 7, 509. Columel. 4, 33, 4 Riddicac. Trabs quadrifida Valer. Argon. 1, 663. Labor Solis quadrifidus, propter quatuor anni partes Claud. Conf. Prob. et Olyb. 268.
- 80 **QVADRIFĪNĪVM**, i. n. Isid. 15, 14 Quadrifinium, quod quatuor possessionum fines adstringit. Occurrit et apud rei agrariae scriptores p. 227 Goef.
- QVADRIFĪNĀLIS**, e. Adi. Apud Goef. de re agraria scriptores p. 222. 225. 245.
- 85 **QVADRIFLŪVĪVS**, a, um. Adi. Vitruu. 2, 9 de abiete, Quadrifluuiis disparatur, i. venarum s. fibrarum quatuor velut fluuiis. *Vid. Bald. Lex. Salmas. ad Solin. p. 727.*
- QVADRIFLŪVS**, a, um. Adi. Ver vbi perpetuum reddet, Prataque multicolora latex Quadrifluo celer amne rigat Prudent. Cath. 5, 103. de paradiso.
- QVADRIFŌRIS**, e. Adi. [*τετραδύπος*] Quod quatuor fores siue foramina habet. Plin. 11, 21 Vespae nidos Vera faciunt fere quadrifores. Adiciatur amplius foris latitudo, si quadriforis futura est Vitruu. 4, 6.
- QVADRIFORMIS**, e. Adi. [*τετραμόρφον*] Quod habet formas quatuor. Orient. Commonit. l. 1.
- QVADRĪFRŌNS**, frontis. Iani epitheton apud Seruium ad Virg. Aen. 7, 607 Ianum certe apud aliquos quadrifrontem esse non mirum est. Conf. August. C. D. 7, 4.
- QVADRĪVRĪCVS**, a, um. Adi. Priscian.
- QVADRĪGA**, ac. f. [*τέτραπνος*] Quatuor equi iuncti iugo vno, quasi tu quadriugas equas dices. Equas enim feminas in curuli certamine praelatas maribus, notum est. *vid. EQVA.* Caeterum iunctas intellige

*intellige uno iugo, una linea transversa, quod et iugi appellatio, et imagines antiquae satis declarant.* Gell. 19, 8 Quadrigas Caesar, etiam si currus vnus, equorum quatuor iunctorum agmen vnum sit, pluratiuo semper numero dicendas putat. *Inuenitur tamen etiam Singularis ap. bonos auctores, v. g. Thessalium quadriga decus Grat. v. 228.* Ut a 5  
quadrigae violentia salutem suam custodiret Val. Max. 1, 8 ext. 9. *Et ipse Gell. l. c. a Varrone quadrigam Numero Singulari dictam monet.* Sed Varro de L. L. 9, 3 p. 139, 23 sq. *docendi causa tantum vititur: caeterum pro Plurali disputat, et dicendum, Binae quadrigae, non duae.* Quadrigae initiorum, per metaphoram. Sunt autem (ut Varro pluri- 10  
bus de L. L. 4, 1) Locus, corpus, tempus, et actio. Apta qua-  
drigis equa Hor. Carm. 1, 16, 35. Nec enim in quadrigis cum se-  
cundum numerauerim, aut tertium, qui vix e carceribus exierit Cic.  
de Clar. Orat. 173.

Mineruiam quadrigarum inuentricem ferunt  
Cic. de Nat. Deor. 3, 59. Quasi desultorius in quadrigarum cur- 15  
riculum incurere Idem pro Muraen. 57. Quadrigae etiam Equi,  
non actu ipso iuncti, sed ad iungendum apti. Columel. 3, 9, 5 Vnde  
sacrorum certaminum studiosi perniciosissimarum quadrigarum semina  
diligenti obseruatione custodiunt, et spem futurarum victoriarum  
conciipiunt propagata sobole generosi armenti. Curru quadriga- 20  
rum vehi Cic. de Diuin. 2, 144 c. 70. Plaut. Asin. 2, 2, 13 Nun-  
quam pol indipiscet quadrigis albis postea. Quo loco Turnebus, Ego  
quadrigas Iouis interpretor, quae celerrimo per caelum ferri curriculo  
censebantur. Mouet me Plautus, qui alio loco scribit, (Amph. 1, 1, 294)  
Quadrigas si insendas Iouis, nunquam effugies infortunium. Ad cur- 25  
rum autem Iouis censebant equos niuali candore iunctos esse, ut ex Suetonio  
videre est. Haec ille. Apud eund. Plautum Amph. 1, 1, 266 est Cum  
quadrigis sol exoriens. Citae quadrigae Virg. Aen. 8, 642. In-  
sanae Claud. quart. Conf. Hon. 63. Fictiles, vid. RATVMENA:  
it. Plin. 35, 12 f. 45. Niueae Claud. de Bell. Get. 127. Perni- 30  
cissimae quadrigae, vid. PERNIX. Pomeridianae Cic. in Orat.  
157. quae post meridiem spectantur in circo. Roseae Aurorae Virg.  
Aen. 6, 535. Sed in te intuens Brute doleo, cuius in adolescentiam,  
per medias laudes quasi quadrigis vehementem, transversa incurrit mi-  
sera fortuna Reipubl. Cic. de Clar. Orat. 331. Poeticae Cic. Q. 35  
Fratr. 2, 15. Totum locum damus in EQVVS n. 4. Agitantur  
quadrigae Varr. de L. L. 5.

QVADRIGVLA, ae. f. Dimin. [τεδρίππιον] Cic. de Fato 5  
c. 3 Aut Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur?  
Plin. 34, 8 f. 19, 22 Dextra limam tenet, laeua tribus digitis quadrigu- 40  
lam tenuit, tantae paruitatis, ut eam totam currumque et aurigam  
integeret alis simul facta musca. Videmus hic etiam, Quadrigulam pro-  
prie esse ipsos equos.

QVADRIGARIVS, i. m. [τεδρίππιλάτης] Qui in Circensibus  
quadrigas agitabat, inquit Asconius. Varro de R. R. 2, 745  
Itaque peritus belli alios eligit, atque alit, et docet aliter quadriga-  
rius, ac desultor. Conf. Arnob. 2 p. 70. Est proprie Adi. Sueton.  
in Calig. 19 Quadrigario habitu, curriculoque biingi. ¶ 2  
Cognomen Claudiorum in illo historico Rom. cuius passim fragmenta  
occurrunt. 50

QVADRIGĀTVS, a, um. Adi. [τεδρίππιωτός] Numi epitheton.  
Plin. 33, 3 Nota argenti fuere bigae atque quadrigae, et inde bigati,  
quadrigatique dicti. Vid. Liu. 22, 52.

QVADRIGEMĪVS, a, um. Adi. [τετραπλῆς] Sic vocan-  
tur quatuor res a natura similes et coniunctae, ut pedes quadrupedum. 55  
Plin. 8, 23 Cerastis corpore eminere cornicula saepe quadrigemina:  
quorum motu reliquo corpore occultato sollicitent ad se aues. Add.  
Solin. c. 40.

QVADRIGENVVS, vid. QVADRING.

QVADRIVGVVS, a, um. vel QVADRIVGVIS, e. Adi. 60  
[τετραύγυος] vt, Quadriiugi, siue Quadriiuges equi, Quaterni ad  
vnum iugum alligati, qui contracte Quadrigae dicuntur. Virg. Aen.  
10, 571 — Quin ecce Niphaei Quadriiuges in equos, aduersaque  
pectora tendit. Certamen quadriiugum Stat. Theb. 6, 370.  
Currus quadriiugus Virg. Georg. 3, 18. et Aen. 12, 162. Plin. in 65  
Paneg. 22, 1 Iam hoc ipsum, quod ingressus es, quam mirum, laetum-  
que: nam priores inuehi et importari solebant: non dico quadri-  
iugo curru, et albentibus equis, sed humeris hominum. Currus  
quadriiuges Apul. Flor. 3. Ouid. Met. 2, 166 Substantiue s. elli-  
ptice, Tritumque relinquunt Quadriiuges spatium: nec quo prius 70  
ordine currunt. al. quadriiugi. Quadriiugos atro stimulat bellona  
flagello Sil. 4, 440. Niuei quadriiuges Stat. Theb. 12, 533.

QVADRILATĒRVVS, a, um. Adi. Isidor. 2, 12 Figura quadri-  
latera. Quidquid quadrilaterum est, τετραπέδιον vocatur Mart.  
Capella 6 p. 230.

QVADRILĪBRIS, e. Adi. [τετραλίβρος] Quod est pondo qua-  
tuor librarum. Plaut. Aulul. 5, 1, 2 Quadrilibremi aulam auro onustam  
habeo: quis me est diuitior?

QVADRIMĀNVVS, a, um. Adi. Qui quatuor habet manus, qua  
forma Virgilio dicitur Centimanus Briareus. Iulius Obsequens lib. 80  
de Prodigis c. III C. Laelio, L. Domitio COSS. puella biceps, qua-  
dripes, quadrimana, gemina feminea natura, mortua nata. Hosidem  
auctor alibi c. 73 Quadrumanes vocat inflexione tertia. T. Graccho,  
inquit, M. Iuuentio COSS. pueri quadrupedes et quadrumanes nati.

QVADRIMESTRIS, e. Adi. Suet. Neron. c. 14 Consulatus 85  
quatuor gessit etc. tertium quadrimestrem.

QVADRIMĒNSTRVVS, a, um. Adi. Gloss. Cyrill.  
τετραμηνιαίος.

QVADRĪMVS, a, um. Adi. [τετραετής] Quod habet quatuor  
annos. Liu. 27, 37 Frusinone infantem natum esse quadrimo parem. 90  
Plin. 8, 44 Ad tales partus equis neque quadrimis minores, neque  
decennibus maiores legunt. Quadrimus Cato Cic. Fam. 16, 22, 2  
Alludit ad constantiam pueri Catonis. Vid. Vrsini annotatio. Me-  
rum quadrimum Hor. Carm. 1, 9, 7. Alfenus in l. 19 Aliud est  
D. de pactis dotalibus, Si pater pro filia dotem promisit, vt annua, 95  
bima, trima, quadrima, (int. die) quinto anno a se redderetur.

QVADRĪMVLVS, a, um. Dimin. Quadrimulus paruulus Plaut.  
Capt. 5, 3, 4. Idem Poen. Prol. 85 Altera quinquennis, altera  
autem quadrimula cum nutrice vna periere.

QVADRĪMĀTVS, ūs. m. [τετραετία] Aetas quatuor annorum. 100  
Plin. 19, 11 Sed ex his, quae sunt fortissima, nullum extra quadrima-  
tum vtile est. Non ante quadrimatum ad partem vocando Plin. 8, 45.  
Quadrimatum agere Columel. 7, 9. Add. Idem 9, 1.

QVADRĪMEMBRIS, e. Adi. τετραμυρής Onomast. Vet.

QVADRĪNGENARIVS, a, um. Adi. vt, Quadringenariae co- 105

hortes, *Quadringentos viros continentes* Liu. 7, 7. *Vid. Cic. Att. 6, 1.*

**QVADRINGENTI**, ae, a. [*τετρακισχίλιον*] *Quater centum.* *Quinque tabernac quadringenta parant* Iuuenal. 1, 105. *sc. sestertia, de censu equestri.* Plin. 8, 17 *Pompeius Magnus quadringentas decem (pantheras) misit, diuus Augustus quadringentas viginti.* Cic. in Pison. 10 c. 5 *Centum prope annos legem Aeliam et Fufiam tenueramus: quadringentos iudicium, rationemque Censoriam.* Millia quadringenta Martial. 14, 35. *Tali quadringenti iacti* Cic. de Diuin. 2, 48 c. 21.

**QVADRINGENTIES**. Adu. [*τετρακισχίλιος*] Cic. Verr. 2, 26 c. 10 *H-S quadringenties accepisse te arguo contra leges.* *Add. Idem Phil. 2 c. 37. et pro Rabir. Post. c. 8 et 3.*

**QVADRINGENTESIMVS**, a, um. Adi. [*τετρακισχίλιος*] Plin. 8, 6 *Anno vrbis quadringentesimo septuagesimo secundo.* Liu. 5, 45.

**QVADRINGENTĒNI**, ae, a. Plin. 8, 43 *Quadringentena millia numerorum.* *Add. Vitruv. 10, 14.*

**QVADRINGĒNVVS**, et ut nonnulli legunt, **QVADRIGĒNVVS**, vel **QVADRIGĒNVVS**, a, um. Adi. *Idem.* Liu. 8, 11 *extr. Vectigal quoque eis Campanus Populus iussus pendere in singulos quotannis (fuere autem mille et sexcenti) denarios numos quadringenos quinquagenos.* Varr. de R. R. 2, 8, 3 *Vbi tricenis ac quadrigenis millibus H-S admiffarii aliquot venierunt.* *Sed variat lectio. Vid. Suet. Vitell. c. 13.*

**QVADRĪNVVS**, a, um. Adi. *distributiuum.* [*τετρακισχίλιος*] Plin. 11, 36 *Mutationes, et in alias figuras transitus, trinis aut quadrinis diebus.* *Idem 7, 50 Quadrini circuitus febrem nunquam bruma, nunquam hibernis mensibus incipere.* Cardines Arnob. 6 p. 192.

**QVADRĪNAS**, ae, a. Plin. 11, 36 *Mutationes, et in alias figuras transitus, trinis aut quadrinis diebus.* *Idem 7, 50 Quadrini circuitus febrem nunquam bruma, nunquam hibernis mensibus incipere.* Cardines Arnob. 6 p. 192. *Quadrinae copulae, apud Varr. de L. L. 9, 1. Pomponius in Pistorre apud Non. 8, 6 Nam plus quaesti facerem, quam quadrinas si haberem molas, officinam quatuor molarum.* *Quadrina vasa, torcularis apud Catonem 18, 1. vid. QVADRARIVS.* *Quum sol quadrinas temporum contigerit vices* Arnob. de Doctr. Plat. 1 p. 7.

**QVADRĪPARTĪO**, ire. Per acuationem numeri atque partium quadrupartitur exercitus Dictys Cret. 1, 19.

**QVADRĪPARTĪTVS**, a, um. Adi. [*τετρακισχίλιος*] *In quatuor partes diuisum.* Plin. 15, 22 *Nucleorumque illis quadrupartita distinctio.* *Commutationes temporum quadrupartitae* Cic. Tusc. 1 c. 28 *Fit, ut omnia, fere sint quadrupartita* Varro L. L. 4, 1. *Cic. Verr.*

**QVADRĪPARTĪTO**, ire. Per acuationem numeri atque partium quadrupartitur exercitus Dictys Cret. 1, 19. *Quare haec eadem erit quadrupartita distributio totius accusationis meae.* Cic. de Nat. Deor. 3, 6 *Legitur et Quadrupartitus, per E secundam Vocalem Quinctil. 1, 5, 38. 3, 6, 82.*

**QVADRĪPARTĪTO**. Adu. Columel. 4, 26 *Brachia quadrupartito locabimus.* *Conf. Censorin. de die Natal. c. 23.*

**QVADRĪPARTĪTĪO**, ōnis. f. Varr. de L. L. 4, 1 *Quadrupartitio magis sic apparebit.* *Et 6, 2 Et si quid excidit ex hac quadrupartitione, etc.*

**QVADRĪPES** Puella Iul. Obsequ. c. III.

**QVADRĪPLICĀTVS**, a, um. Adi. *Legitur apud Varronem* L. L. 8, 24 *quanquam nonnulli Quadrupartitam malint.*

**QVADRĪRĒMĪS**, is. f. [*τετρακισχίλιος*] *Nauis quatuor remorum ordines habens.* Liu. 24, 33 *Praemissa quadriremis, quum intrasset fauces portus, capitur.* Cic. Verr. 5, 85 c. 34 *Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes e portu.* *Add. Caes. B. C. 3, 24. Liu. 37, 15.*

**QVADRĪSEMVS**, a, um. Adi. Numerus Mart. Capella 9 p. 331. *Est vox hybrida; posteriori parte Graeca, ὀκτώ punctum est: in rhythmica doctrina, ut videtur, notat tempus brevissimum, qualia duo faciunt Syllabam longam.*

**QVADRĪVĪVM**, i. n. [*τετρακισχίλιος*] *Gloss. Lat. Gr. in quadriuiis et angiportis* Catull. 59, 4. [*τετρακισχίλιος*] *Locus publicus, quo quatuor viae concurrunt.* Iuuen. Sat. 1, 64 *Noune libet medio ceras implere capaces Quadriuiō.*

**QVADRĪVĪVM**, i. n. [*τετρακισχίλιος*] *Gloss. Lat. Gr. in quadriuiis et angiportis* Catull. 59, 4. [*τετρακισχίλιος*] *Locus publicus, quo quatuor viae concurrunt.* Iuuen. Sat. 1, 64 *Noune libet medio ceras implere capaces Quadriuiō.* ¶ 2 *Quatuor artes mathematicae, apud Boeth. Arithm. 1, 1. Boethius quadriuium de Graeco transfudit; arithmetica, musica, geometria, astronomia* Honor. Augustod. de Scrip. Eccl. ¶ *Quadruium pro eo reperitur apud Scholasticos; it. quadruiuales artes, quadruiuales literae: vid. Coluener. ad Thom. Cantiprat. Apes p. 171.*

**QVADRO**, are. [*τετραγωνίζω*] *In quadrum redigere, vel quamcunque aliam formam commodam.* Hor. Epist. 1, 6, 35 *Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro et Tertia succedant, et quae pars quadret aceruum.* *Vides, rotundare et quadrare hic eandem vim habere, quae etymologica ratione sunt diuersa. Sed proprie* Columel. 11, 2, 13 *Abies atque populus singulis operis ad vnguem quadrantur.* Cic. Orat. 197 c. 58 *Sic minime animaduertetur delectationis aucupium et quadrandae orationis industria: quae latebit eo magis, si et verborum et sententiarum ponderibus utemur, etc. Quadrare orationem ergo est numerosam et cantui cuidam similem efficere, ut membris aequalibus aequalia respondeant, etc. Quadrantur arbores et lapides, ut aptius omnia in aedificio congruant. Hoc praestant orationi numeri.*

**QVADRATA** compositio. ¶ 2 *Intransitiue significat Consentire, et ex omni parte conuenire, et absolutum esse. Tractum a lapidibus quadris, qui omnium laterum aequali proportione inter se optime conueniunt ac consentiunt.* Virg. Georg. 2, 278 *Arboribus positis secto via limite quadret.* Cic. de Orat. 3, 173 c. 44 *Et tamen eam coniuunctionem, sicuti versum, numerose cadere et quadrare et perfici volumus.* Quoniam tibi ita quadrat, omnia in illis fuisse paria Cic. de Clar. Orat. 43 c. 11. *i. conuenit, ut ornare dicendo possis.* Cic. Att. 4, 17 *Visum est hoc mihi ad multa quadrare.* *Idem pro Cael. 69 c. 29 Nisi omnia, quae cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte viderentur.* *Cancer et hoc et illoc quadrat* Petron. c. 39. *i. in mare et terram.* Cic. Verr. 1, 92 c. 36 *Expensa Chrylogono seruo festert. sexcenta millia, accepta pupillo Malleolo retulit. Quomodo ex decies festert. sexcenta sint facta, quomodo sexcenta eodem modo quadrarint, ut illa de Cnei Carbonis pecunia reliqua festert. sexcenta facta sint, etc. vos aestimabitis.* Afcon. ad h. l. *Quadrarint, solida facta sint, ut neque plus quidquam neque minus reperiat in summa. Vbi enim ratio sine fraude est, difficile est sexcenta, detractis quadringentis, quadrare, et solidari, vel solida fieri, quin aut minus aut plus aliquid reperiat.*

**QVADRĀTVS**, a, um. Adi. [*τετραγώνος*] *Superficies quatuor lateribus et angulis reftis inclusa: item corpus in omnibus faciebus angulos reftos habens, ut cubus, parallelepipedon.* *Cubus est corpus quadratum* Vitruu. 1, 5 praef. *Quadrata vndique vides dicunt geometrae* Gell. 1, 20. Liu. 6, 5 *Capitolium quoque saxo quadrato substru-*

**QVADRĀTVS**, a, um. Adi. [*τετραγώνος*] *Superficies quatuor lateribus et angulis reftis inclusa: item corpus in omnibus faciebus angulos reftos habens, ut cubus, parallelepipedon.* *Cubus est corpus quadratum* Vitruu. 1, 5 praef. *Quadrata vndique vides dicunt geometrae* Gell. 1, 20. Liu. 6, 5 *Capitolium quoque saxo quadrato substru-*

**QVADRĀTVS**, a, um. Adi. [*τετραγώνος*] *Superficies quatuor lateribus et angulis reftis inclusa: item corpus in omnibus faciebus angulos reftos habens, ut cubus, parallelepipedon.* *Cubus est corpus quadratum* Vitruu. 1, 5 praef. *Quadrata vndique vides dicunt geometrae* Gell. 1, 20. Liu. 6, 5 *Capitolium quoque saxo quadrato substru-*

**QVADRĀTVS**, a, um. Adi. [*τετραγώνος*] *Superficies quatuor lateribus et angulis reftis inclusa: item corpus in omnibus faciebus angulos reftos habens, ut cubus, parallelepipedon.* *Cubus est corpus quadratum* Vitruu. 1, 5 praef. *Quadrata vndique vides dicunt geometrae* Gell. 1, 20. Liu. 6, 5 *Capitolium quoque saxo quadrato substru-*

**QVADRĀTVS**, a, um. Adi. [*τετραγώνος*] *Superficies quatuor lateribus et angulis reftis inclusa: item corpus in omnibus faciebus angulos reftos habens, ut cubus, parallelepipedon.* *Cubus est corpus quadratum* Vitruu. 1, 5 praef. *Quadrata vndique vides dicunt geometrae* Gell. 1, 20. Liu. 6, 5 *Capitolium quoque saxo quadrato substru-*

**QVADRĀTVS**, a, um. Adi. [*τετραγώνος*] *Superficies quatuor lateribus et angulis reftis inclusa: item corpus in omnibus faciebus angulos reftos habens, ut cubus, parallelepipedon.* *Cubus est corpus quadratum* Vitruu. 1, 5 praef. *Quadrata vndique vides dicunt geometrae* Gell. 1, 20. Liu. 6, 5 *Capitolium quoque saxo quadrato substru-*

**QVADRĀTVS**, a, um. Adi. [*τετραγώνος*] *Superficies quatuor lateribus et angulis reftis inclusa: item corpus in omnibus faciebus angulos reftos habens, ut cubus, parallelepipedon.* *Cubus est corpus quadratum* Vitruu. 1, 5 praef. *Quadrata vndique vides dicunt geometrae* Gell. 1, 20. Liu. 6, 5 *Capitolium quoque saxo quadrato substru-*

**QVADRĀTVS**, a, um. Adi. [*τετραγώνος*] *Superficies quatuor lateribus et angulis reftis inclusa: item corpus in omnibus faciebus angulos reftos habens, ut cubus, parallelepipedon.* *Cubus est corpus quadratum* Vitruu. 1, 5 praef. *Quadrata vndique vides dicunt geometrae* Gell. 1, 20. Liu. 6, 5 *Capitolium quoque saxo quadrato substru-*

ne quadrato cum gladiis sequuntur scutati milites. *Add. Liu. 21, 5. Curt. 5, 13, 10. Anguli quadrati Plin. 17, 11 sunt recti. Imago quadrata quadrati Lucret. 4, 237. In quadratum pedem serantur Columel. 2, 10. Lapis Vitruv. 2, 7. Roma Enn. ap. Fest. Turres quadratae Lucret. 4, 354. Quadratus homo dicitur Sapiens et constans, ut Aristoteles Ethicorum primo docet. Quadratum autem et in numero, et in figura, et in corpore dicitur. Numerus enim quilibet in seipsum multiplicatus, dicitur quadratus. Figura, quae lineas quatuor aequales, et totidem angulos rectos continet, quadrata est. Corpus denique solidum quadratum, qui Cubus etiam dicitur, duodecim habet lineas omnes aequales, octo rectos angulos, sex aequales extremitates: adeo formatum, ut in quamcunque partem ceciderit, semper rectum sit. Ex quo facile potest intelligi, cur Quadratum pro Re perfecta et absoluta ponatur. Vestis, vid. Rotundus. Quadratum et Rotundum, contraria Cic. de Finib. 2, 36. Hor. Epist. 1, 1, 99 Diruit, aedificat, Mutat quadrata rotundis. Quinctil. 2, 5, 9 Quae lenis et quadrata, sed virilis tamen compositio. Vid. QVADRO n. 1. Idem 9, 4, 69 Id quod ex illis conficitur, aut severum, aut luxuriosum, aut quadratum, aut solutum erit. Celsus 2, 1 Corpus habilissimum, quadratum est, neque gracile, neque obesum. Nam longa statura, ut in iuventa decora est, sic matura senectute conficitur: gracile corpus, infirmum: obesum, hebes est. Columel. de canibus 7, 12 Probatur quadratus potius, quam longus, aut brevis. Idem de gallinis 8, 2 Sint ergo matricis probi coloris, robusti corporis, quadratae, pectorosae, magnis capitibus. Idem 6, 1, 3 Boves quadratos laudat. Statura Suet. 25 Vesp. c. 20. Quadrata legio appellabatur cum quatuor millium esset, docente Festo Paulli. Vid. Sex millium. Quadrata Roma locus in palatio ante templum Apollinis dicitur, ubi reposita sunt, quae solent boni ominis gratia in vrbe condenda adhiberi. quia saxo munitus est initio in speciem quadratam. Eius loci Ennius meminit quum ait, Et quis existerat Romae regnare quadratae. Haec Festus, quem defendit Salmasius. Quadratus versus est quem Tetrametrum alias vocant Grammatici (metrum enim in Iambico et Trochaico genere binos pedes notat) s. octonarium. Ter. Maurus c. 65 p. 1434 pr. Putsch. hoc exemplum quadrati Iambici ponit, Adest celer phaeclus ille, quem videtis, hospites. Gell. 2, 29 fin. Hunc Aesopi apologum Q. Ennius in saturis scite admodum et venuste versibus quadratis composuit, quorum duo postremi isti sunt,*

Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm,

Ne quid exspectes amicos, quod tute agere possies.

*Add. Scal. Poët. 2, 6.*

2. *Substant.* Dimensio quadrati Cic. Tusc. 5, 57. Forma quadrati Idem de Nat. Deor. 1, 24. Efficere quadratum paribus oris Quinctil. 1, 10, 40. Cic. Tusc. 1, 57 c. 24 Quaedam geometrica de dimensione quadrati. Idem de Div. 2, 89 c. 42 Ea triangula illi et quadrata nominant. De his quos Aspetus vocant astrologi. De his Manil. 2, 295 Sic licet in totidem partes diducere cuncta, Ternaque bis senis quadrata effingere signis: licet XII signa in tria quadrata dividere: nempe ut est 290

Haec quadrata ferunt: Libram capricornus, et illum

Conspicit hinc aries, atque ipsum a partibus aequis

Cancer, et hunc laeva subeuntis sidera librae.

Quadrata efficiuntur siue aspectus quadrati, cum signum quodcumque refertur ad aliud, inter quod, et ipsum duo signa intercedunt: sic Taurus ad Leonem, Leo ad Scorpionem, etc. Manil. 2, 332 Quadrati forma.

QVADRATIO, ōnis. f. Vitruv. 4, 3 Anguli quadratio.

QVADRATŪRA, ae. f. Hygin. de Limit. Goef. p. 203 Vt quadraturae diligenter eludi possent. Vitreae quadraturae Vopisc. in Firmo c. 3. i. tabulae quadratae ex vitro.

QVADRĀTOR, ōris. m. Qui lapides aut aliam rem quadrat. Cassiod. Epist. 2, 7 Marmorum quadratores.

QVADRATARIVS, i. m. Quadratarii [τετραγωνιστες] dicuntur marmorarii, qui marmora ad amussim quadrant. Sidonius Epist. 3, 12 Vide ut vitium non faciat in marmore lapicida: quod factum siue ab industria, seu per incuriam, mihi magis quam quadratario liuidus lector adscribet. Vid. h. l. Sauaro. adl. Pratei. Lex. Iur. p. 495. Inductis quadrataris Aucr. de Re Agrar. p. 294 Goef.

QVADRĀTIM. Adu. Qualitatis, a Quadra, aut quadro. Sospiter lib. 2 Institutionum.

QVADRVMANES, vid. QVADRIMANVS.

QVADRŪPES, ōdis. Gen. omnis, prout animans, bestia, animal, intelligitur. [τετραπους] Quod habet quatuor pedes. Ter. Andr. 5, 2, 24 Tu tamen cura adseruandum vincium, atque audin? quadrupedem constringito: i. manus et pedes ita inter se deligato, ut quadrupes videatur depressis ad pedes manibus, prono capite, etc. Sic in Sphingis aenigmate (vid. SPHINX) quadrupes est infans, manibus pedibusque repere solitus. Plin. 10, 33 Vt nulla quadrupes possit accedere. Nulla neque annem libavit quadrupes Virg. Ecl. 5, 25. Columel. 11, 2 Nec minus maiora quadrupedia caractere signari debent. Plin. 8, 25 pr. Crocodilum habet Aegyptus, quadrupes malum. Nil inter te atque inter quadrupedem interest Cic. in Parad. 1 c. 4. Morsus quadrupedum Scribon. 213. 214. Cic. de Nat. Deor. 2, 151 Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum uestiones. Animosos quadrupedes regere Ouid. Met. 2, 84. Cornuta quadrupes elephas Varr. de L. L. 6, 3 p. 72, 37. Apud Sambros nulla est Aurita quadrupes, ne elephantum quidem Solin. c. 43. Distentae quadrupedes viridi pabulo Quinctil. 2, 10. Ennius Annal. 7 Denique vi magna quadrupes eques, atque elephantum Proiciunt sese. In quo loco illud notandum Equitem pro Equo dici. Vid. Gell. 18, 5 qui multis eam rem disputat. Ouid. Met. 15, 517 Quadrupedes, i. equi. Saucius de equo Virg. Aen. 7, 500. Vasta quadrupes Cic. de N. D. 114 c. 44.

QVADRŪPĒDO, ōre. Quatuor pedibus incedere Turneb. Aduers. 26, 29. Hinc Participium,

QVADRŪPĒDANS, antis. [τετραποδίζων] Quod quatuor pedibus graditur, ut equi, et eiusmodi. Plaut. Capt. 4, 2, 34 Tum piscatores, qui praebent populo pisces foetidos, qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti canterio. Virg. Aen. 11, 614 Perfractaque quadrupedantum Pectora, pectoribus rumpunt. Plin. 8, 45 Thessalorum gentis inuentum est, equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare. Centaurorum epitheton Ouid. Met. 12, 450 Ampyca quid referam, qui quadrupedantis Oecli Fixit in aduerso cornum sine cuspide vultu. Adiectiue, Virg. Aen. 8, 596 Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

QVADRŪPĒDĀTIM. Adu. Flavius Sospiter 2 p. 163 post pr. Es terminata nomina, videntur ex se duobus modis Aduerbia figurare, ut quadrupes, quadrupedatim: miles, militariter.

QVADRVPELVS, a, um. Adi. Quadrupedo gradu repere Amnian. 14, 2.

QVADRVPLĀTOR, ōris. m. [*ἐνδίκτης, φιλεγκλήμων*] Ascinius p. 26 f. ad Diuin. in Caec. 24 c. 7 Quadruplicatores Delatores erant criminum publicorum, in qua re partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, consequentur. Alii dicunt, Quadruplicatores esse eorum reorum accusatores, qui conuicti quadrupli damnari soleant, ut alcae, aut pecuniae grauioribus vsuris feneratae, quam pro consuetudine, aut eiusmodi aliorum criminum. *Locus Ciceronis ita habet*, Videt enim, — si a quadruplicatoribus, quos non sine causa contempsit semper, etc. Idem Cic. ibid. 68 c. 22 Putant fore, vti, si paulatim haec consuetudo serpere ac prodire coeperit, per homines honestissimos, virosque fortissimos, non imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplicatores, leges iudiciaeque administrantur. Cic. Verr. 2, 22 c. 8 Petit Naeuius Turpio quidam istius excursor et emissarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplicatorum deterrimus. Liu. 3, 72 Populum Rom. quadruplicatoris, et interceptoris litis alienae personam laturum? Quadruplicatores dicebantur, Qui eo quaestu se tuebantur, ut eas res persequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio. Paullus apud Festum. *Huc pertinet illud Tacit. Ann. 4, 20, 2* Lepidus quartam accusatoribus secundum necessitudinem legis, caetera liberis concessit. *Maxime mihi placet illa sententia, quae respici putat hac appellatione ad illam partem iuris Praetorii, quam seruauit Vlpian. l. 1 pr. ff. de calumniatoribus*, In eum, qui ut calumniae causa negotium faceret, vel non faceret, pecuniam accepisse dicitur; intra annum in quadruplum eius pecuniae, quam accepisse dicitur, post annum simpli in factum actio competit. Quadruplicator, ut breuiter describam, capitalis est Auct. ad Herenn. 2, 41. Quadruplicatores beneficiorum vocat Seneca, *Qui exiguis magna venantur*, de Benefic. 7, 25 Male istis improbis et importunis beneficiorum suorum quadruplicatoribus eueniat, qui admonitionem tam bellam inter amicos sustulerunt. *Add. Sidon. Ep. 5, 7. Apul. Apol. p. 330.*

QVADRVPLOR, āri. Quadruplicatorem agere, vel crimina publica deferre. Plaut. Pers. 1, 2, 10 Neque quadruplicari me volo: neque enim decet sine meo periculo abire aliena ereptum bona. ¶ 2 Quadruplicare est quadruplum sumere. Vlpian. in l. Item si quum. §. 1 D. de eo quod metus, etc. Si quis non restituat, in quadruplum in eum iudicium pollicetur. Quadruplicabitur autem omne quodcunque restitui oportuit. Sic

QVADRVPLATVS in se numerus l. 10 D. de grad. §. 17.

QVADRVPLĀRIS, e. Adi. Macrobo. Somn. Scip. 1, 19 Numerus duplaris, triplaris, quadruplaris.

QVADRVPLEX, icis. Adi. [*τετραπλῆς*] Quatuor modorum, specierum, vel ordinum, quasi quatuor plicas habens. Plin. 12, 11 Alia arbor floret, albae violae specie, sed magnitudine quadruplici. Liu. 30, 10 Onerariarum quadruplicem ordinem pro muro aduersus hostem opposuit. Quadruplex iudicium centumuirale in quatuor tribunalia diuisum. Plin. Epist. 1, 18, 3 Et eram acturus adolescentulus adhuc, eram in quadruplici iudicio. Idem Epist. 4, 24 pr. Proxime quum apud centumuiros dixissem, subiit recordatio egisse me iuuenem aequae in quadruplici iudicio: processit animus ut solet, longius: coepi reputare quos in hoc iudicio, quos in illo socios habuissem. His locis quid sit Quadruplex iudicium omnes inquirunt. Quinctil. 12, 5, 6 de Trachallo, Certe quum in basilica Iulia diceret, primo tribunali, quatuor autem iudicia, ut moris est, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, et auditum eum et intellectum, et quod agentibus caeteris contumeliosum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. *Hic itaque quatuor causae a totidem tribunalibus eodem tempore cognoscuntur. Sed unam causam cognoscunt simul* Plin. Epist. 6, 33, 2 Accia Variola — quadruplici iudicio bona paterna repererat. Sedebant iudices centum et octoginta: tot enim quatuor consiliis conscribuntur — Duobus consiliis vicinus, totidem victi sumus. Notabilis prorsus res et mira; eadem in causa iisdem iudicibus (i. ut interpretandum cenfeo, iisdem Praetore, et Decemuiris stitibus iudicandis, qui sunt velut moderatores quidam caeterorum iudicium, et quatuor consiliis communes) iisdem aduocatis, eodem tempore, tanta diuersitas accidit, etc. ¶ 2 Simpliciter quo quatuor posuit Cic. in Arat. 93 Praeter quadruplices Stellas in fronte locatas: nempe ut gemini interdum pro duobus.

QVADRVPLICO, āre. [*τετραπλασιάζω*] Plaut. Stich. 3, 1, 4 Qui me in mercimoniis iuuit, lucrisque quadruplicauit rem meam.

QVADRVPLICATIO, ōnis. f. Vlpian. l. 2 D. de exceptionibus, Et contra replicationem duplicatio, et contra duplicationem solet dari triplicatio, et contra triplicationem rursus quadruplicatio. Sic vet. Sed in Gothofr. quadruplicatio omittitur.

QVADRVPLICATVS, unde

QVADRVPLICĀTO. Adu. [*τετραπλασιασῶς*] Plin. 14, 4 Emittis quadruplicato vineis. *Add. Id. 2, 17.*

QVADRVPLVS, a, um. Adi. [*τετραπλόσιος*] Plaut. Truc. 4, 2, 49 legebatur, Post id ego in te manum iniiciam quadrupli venefica. *Vbi interpret, Quadruplus, id est veniemus quatuor in te irrumpentes. Sed nunc legitur quadrupli, i. agam tecum actione quadrupli.* Plin. 7, 48 Cornici nouem nostras attribuit aetates, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis. Quinctil. 7, 5 Quum duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplum quisque an duplum debeat. Cato de R. R. in praefatione, Furem dupli condemnari, feneratorum quadrupli. Cic. Verr. 3, 34 c. 13 Qui in decumanos, octupli iudicium se daturum dixit, idem habuit in edicto, se in aratorem in quadruplum daturum. Consueuerat Tiberius quadruplam strenam reddere Suet. Tiber. c. 34, 5. Plin. Paneg. c. 40 Alius tarditatem soluendi dupli vel et quadrupli irrogatione mulcetur. Ab affectis quadruplo condemnari Cic. Verr. 3 c. 13. Plin. 11, 37 f. 79 Pulmo quadruplo maior bubulo, de elephantis. *Conf. Mart. Capell. 7 p. 251.*

QVADRVRBS, Ciuitas, quae ex quatuor urbibus in unam coaluit. Festus: Quadrurbem Athenas Attius appellauit, quod scilicet ex quatuor urbibus, in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusineque Pireaeo, et Sunio. *Sed conf. Voss. Grammat. 7, 42 p. 147.*

QVADRVVS, a, um. Adi. Quadratus, aut cubicus adeo, quin quidquid ad regulam certam exactum dimensumque est, quale quid in verbo: Quadrare obseruatum est. Cic. Orat. 208 c. 61 Nemo, qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis eius, quod esset ad delectationem comparatum — quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias. Quadrum dimensionem illam, et responsum aequalium membrorum significat. Sic n. 235 c. 70 Si alicuius inconditi arripas dissipatam aliquam sententiam, eamque — in quadrum redi-



gas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffuens ac solutum. *Proprie Quadra possessio A. de Limit. p. 281 Gof. Terminos quadros cursorios posuimus ibid. p. 253. Columel. 8, 3, 7 Perticae dolantur in quadrum, ne teres leuitas — volucrem non recipiat. In quadro iacere A. de Limit. p. 282 Gof. ¶ 2 Quadra Substant. vid. supra f. l.*

QVADVRCI, vid. CADVRCI.

QVADRVVS, a, um. Adi. Errabam riguis per quadrua compita in hortis Auson. Eidyll. 14, 5. Add. Prudent. Psychom. v. 843.

QVADRVVIVM, QVADRVVIALIS, vid. QVADRIVIVM.

QVAE. [*ris*] Pronomen femininum a Quis. Interrogatiue aliquando pronuntiat. Cic. in Verr. . . Quae (malum) est ista tua audacia, atque amentia? Idem Philipp. 1, 15. Relatiuum seruit Parenthesi. Plin. Epist. 5, 2 Sed (quae facilitas tua) hoc magis dabis veniam, quod se non mereri fatentur. Cic. Att. 6, 9 Spero enim (quae tua prudentia et temperantia est) hercule, vt iubet me Acastus, confido te iam vt volumus valere. Sed et in principio sententiae. Brut. ad Cic. ad Brut. 4 Quae tua est humanitas, aequo animo te moneri patieris. Rursus in parenthesi, Cic. Antonio Att. 14, 13 Quare quoniam hoc a me sic petis, vt (quae tua potestas est) ea neges te, me inuito vsurum, etc. Hor. Sermon. 1, 9, 55 Velis tantummodo (quae tua virtus) Expugnabis. Sic saepe loquitur Cic. Fam. 10 extr. Ibid. 7, 13 etc. Quae mea mens in suscipienda causa fides in agenda: eadem vestra in iudicanda sit Cic. Verr. 5, 188.

¶ 2 Quae, Neutrum plurale a Nominatiuo singulari Quod. Virg. Ecl. 3, 72 O quoties, et quae nobis Galatea locuta est. Quorum et hoc est Scribon. 85. Cic. Fam. 1, 6 Quae gerantur, accipies ex Polione.

QVAECVNQVE, QVAEDAM, QVAELIBET, QVAEQVE, vid. QVICVNQVE, QVIDAM, QVILIBET, QVISQVE.

QVAERO, quaesui, quaesitum, et per syncopam quaestum, ere. [*ζηρω*] Eius est qui scire, habere, recuperare, aliquid vult, forte ab interrogandi vocabulis Quae etc. primo fictum. Quaerere, inquit Varro de L. L. 5, 8 p. 60, 19 ludens suo more, dictum ab eo quod, Quae res vt recuperaretur, datur opera. Donatus, Non reperitur, nisi quod quaeritur: non quaeritur, nisi quod praesto non sit. Ter. Eun. 2, 3, 3 Vbi quaeram: vbi inuestigem? quem perconter? quam instam viam? Idem Adelph. 3, 4, 15 Te quaerebam ipsum, salue De-40 mea. Per compita quaerere aliquem Iuuen. Sat. 9, 112. Sed etiam de bestis: Virg. Ecl. 8, 86 Quum fessa iuuenum Per nemora atque altos quaerendo bucula lucos, etc. Sed ponamus Substantiua earum rerum, quae quaerere dicimur. Aditum quaerere per aua Virg. Aen. 9, 58. Quaerebat amatae Coniugis Amplexus Albinou. in obit. Mae-45 cenatis. Argentum quaeritur Hor. Epist. 1, 2, 44. Argentum quaerere in fenus, vel mutuo Plaut. Afin. 2, 4, 23. Auribus quaerere effigiem perfectae eloquentiae Cic. in Orat. 9. Causam quaerere quamobrem Ter. Eun. 5, 6, 30 (5 extr.) Coniugium quaerere Iuuen. Sat. 11, 15. Consilium Ter. Andr. 4, 2, 19. Cic. de Finib. 5, 74 Quin etiam ipsi voluptarii Diuerticula quaerant. Idem Att. 12, 29 Quae si manebunt, quaerenda erit Excusatio ad Brutum; et vt nunc est, mansurae videntur. Et Verr. 3, 2 Tamen impudentiae suae pudentem Exitum quaesisse videatur. Et melius nulla quaeritur arte fauor Ouid. ex Pont. 2, 9, 40. Fidem quaerere promisso, 55 In re promissa fidem aliquam et veritatem expetere Plin. 27, 9. Finem amoris Ouid. Rem. Amor. 143. Fugam Caes. Bell. Gall. 8, 19. Cic. Att. 7, 16 De pueris in Graeciam transportandis tum cogitabam, quum Fuga ex Italia quaeri videbatur. Fugam morbi Hor. Epist. 1, 6, 29. Cic. Off. 1, 38 Quum vero de imperio decertatur, bello-60 que Gloria quaeritur. i. Captatur. Artibus ingenuis quaesita est Gloria multis Ouid. ex Pont. 2, 7, 47. Liu. 6 Eaque ipsa affinitas haud spreata, Gratiam Fabio ad vulgum quaesierat. i. Comparauerat apud vulgum. Identidem quaerere, vid. IDEM. Cic. Tusc. 2, 20 Sed videamus Herculem ipsum, qui tum dolore frangebatur, 65 quum Immortalitatem ipsa morte quaerebat. Inimicitias Plaut. Men. 4, 3, 1. Inuidiam ex re aliqua alicui quaerere, Conflare Quintil. 6, 1. Inuidiam in aliquem Cic. pro Rabir. Post. 46. Latebram periurio. Idem Off. 3, 106 Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem, quae infideli data sit, videant ne quaeratur Latebra periurio. Laudem Ter. Heaut. 2, 3, 74. Liberos: Plaut. Capt. 4, 2, 109 Liberos quaerendorum causa ei credo vxor data est. Vt opinor, quaerunt literae hae sibi Liberos, Alia aliam scandit Plaut. Pseud. 1, 1, 21. de literis perplexe scriptis. Locum iniuriae Liu. 5, 9. Locum insidiis Idem 35, 4. Locum gratiae apud aliquem Id. 25, 16. 75 Locum seditionis Liu. 3, 49. Materiam amoris Ouid. de Arte Am. 1, 49. Maiores omnium ad vnum exemplum et regulam quaerit Sallustius Pseudo-Cic. in Sall. 2, 6. i. postulat omnes eodem modo nobiles esse. In Medium quaerere, i. in commune Virg. Georg. 1, 127. Moras Ouid. Met. 11, 462. Cic. Verr. 5, 164 Illum quod Moram 80 supplicio quaereret, ideo clamitasse se ciuem Romanum, sed speculatorem fuisse. Noua Propert. 1, 13, 12. Numen et auxilium per sacras quaerere sortes Ouid. Met. 1, 368. Occasionem Caes. Bell. Ciuil. 2, 14. Offensiones Cic. Att. 8, 9. Opem quaerere Ouid. Trist. 5, 7, 42. Opes et amicitias Hor. de Arte Poet. 167. Qui 85 homo mature quaesuit Pecuniam, Nisi eam mature parsit, mature esurit Plaut. Curc. 3, 1, 10. Periculum voce Ouid. Met. 2, 565. — et infamiam alicui Cic. pro Cluent. 20 c. 26. Plautus Idem Att. 8, 9. Quo modo aliquid fiat quaerere. Ter. Heaut. 5, 4, 16 Quaeris id quod habes, parentes: quod abest, non quaeris, patri quomodo obsequare. Rationem quaerit animus Lucret. 2, 1043. Regnum quaeritur armis Lucan. 1, 351. Cic. Tusc. 2, 45 Cogamusque confiteri, non esse ab eo doloris Remedia quaerenda, qui dolorem malorum omnium maximum esse dixerit. Idem pro Cluent. 271 c. 9 Domo sibi quaerendum Remedium existimauit ad eam moram, quae 95 nuptiis afferebatur. In Remedio aliquid quaerere Plin. 25, 13. Requiem quaerit sibi Hor. Epist. 1, 7, 79. Risus quaerere sibi Idem ibid. 1, 7, 79. Salutem alicui malo Ter. Adelph. 3, 2, 2. Scientiam ponderis quaerere Scribon. 99. Seria quaeram amoto ludo Hor. Sermon. 1, 1, 27. Sermonem Ter. Eun. 3, 3, 10. i. materiam colloquendi. Cic. Philipp. 5, 19 Ipse interea decem et septem dies de me in Tyburtino Scipionis declamauit, Sitim quaerens: haec enim ei causa solet esse declamandi. In his phreniticis Somnum multa frictione quaesuit Cels. 3, 18. Plin. 12, 17 Odore strobi arboris Somnum aegris quaerunt. Cic. pro Cluent. 125 Qui quum Vene-105

- num priuigno suo quaereret, manifesto sit deprehensus. Ouid. Met. 10, 504 Quaerebatque Viam, qua se genitrice relicta. Exereret. Victoria sollicitis ardua quaeritur armis Idem ibid. 14, 453. Cic. de Finib. 1, 32 Sed quia nonnunquam eiusmodi tempora incidunt; vt labore et honore magnam aliquam quaerat Voluptatem. ¶ 2
- Formulae aliae:* Inter Quaerere et Requiere hoc interest, quoniam Requiere, est diu quaerere. Afranius Fratris, Proin tutum quaeram, ne requiram te vide Nonius 5, 46. Quaerere, est cogitare, deliberare, cupere, laborare. Quid vis tibi? quid quaeris? Ter. Heaut. 1, 1, 9. Dum id quaero, qui tibi filium restituerem Idem ibid. 3, 1, 83. Rebus patriae afflictis, non quaesuit, vbi ipse tuto viueret, sed vnde praesidio esset civibus suis Nep. 9, 2, 1. Quid sibi hic vestitus quaerit Ter. Eun. 3, 5, 10. Plin. 33, 6 Qua propter id furtum quaerentes (*studentes fallere*) oui liquore candido vsus illum adulterauerit, mox et hydrargyro. *Et cum Infinitiuo.* Virg. Aen. 6, 614 Ne quaere doceri Quam poenam, aut quae forma viros, fortunaue merfit. *Et Cic. de Finib. 3, . . .* Egone, quaeris (inquit) scire, quid sentiam? Tu ne quaesieris scire, nefas, quem mihi, quem tibi Finem dii dederint Horat. Od. 1, 11 pr. Idem Carm. 3, 27, 56 Speciosa quaero Pascere tigres. Sic Classibus aduehebantur, qui mutare sedes quaerebant Tac. Germ. 2, 1. Plin. 8, 53 Potissimum e monte aliquo in alium transilire quaerentes. Liu. 33, . . . In praesentia placuit comprehendi eos, qui simul fuissent, quaestionem de his haberi, dum quaeruntur, etc. Cic. pro Sext. 54 Vexabatur vxor mea, liberi ad necem quaerebantur. ¶ 3
- Iudiciorum in primis verbum est.* Decernebat, vt veteribus legibus extra ordinem quaereretur Cic. pro Milon. c. 6. Idem pro Milon. 15 Tulit enim de caede, quae in Appia via facta esset, in qua Publius Clodius occisus fuit. Quid ergo tulit? nempe vt quaereretur. Quid porro quaerendum est? factumne sit? at constat. A quo? at patet. Ducit illum ad tribunal Aeaci: is lege Cornelia, quae de sicariis lata est, quaerebat Seneca de morte Claud. *sub fin.* Quaerere in aliquem Cic. pro Cluent. 148. Maiores nostri in dominum de seruis quaeri noluerunt Idem pro Milon. 60 c. 22. Cic. Verr. 2, 27 Quum praetores designati fortirentur, et M. Metello obtigisset, vt is de pecuniis repetundis quaereret. Idem ibid. 2, 72 c. 29 Non dubitabat Minucius, quin iste illo die rem quaesiturus non esset: quum repente iuberetur dicere. Cic. pro Cluent. 176 Tormentis omnibus vehementissimis quaeritur. Suet. in Tiber. c. 58 Acta res in Senatu: et quia ambigebatur, per tormenta quaesita est. Nam quum more maiorum de seruis in dominum, ne tormentis quidem quaeri, etc. Cic. pro Deiot. 3 c. 1. Idem Att. 1, 17 Senatus censuit; vt de iis, qui ob iudicandum pecuniam accepissent, quaereretur. *Vid. QVAESITOR.* ¶ 4
- Quaerere, [ἐκπυθῆναι] Percontari, jsciscitari, interrogare.* Plaut. Amph. prol. 128 Atque vt ne, qui essem, familiares quaererent. Ter. Andr. 1, 1, 63 Item alio die quaerebam: comperiebam nihil ad Pamphilum quidquam attingere. Cic. pro Rosc. Amer. 73 Non quaero abs te, quare patrem Sex. Roscius occiderit. Quaerere horas ab aliquo Plin. 7, 53. Ab hospite quaerere Scribon. 172. *i. apud h.* Circa aliquem quidpiam quaerere Quinctil. 7, 1. Cic. Acad. 4, 76 Quaesuit de Zenone fortasse quid futurum esset. Liu. 4, 40 Quaero de te, etc. *h. e. Abs te.* Caes. Bell. Gall. 2, 15 Neruiorum de natura moribusque Caesar quum quaereret, sic reperiebat. Cic. in Vatin. 10 Quaero illud etiam ex te, quod priuatus admisisti. Ter. Heaut. 4, 1, 5 Nescio, nisi vt ex ipsa quaeras, vnde hunc habuerit. Ex re quaeritur, veneficium fuerit, an cruditas Quinctil. 7, 3. Quaerere secreto ab aliquo Caes. B. G. 1, 18. Eruditius aliquid Quinctil. 1, 5. Subtiliter aliquid Idem 7, 2. Verum Hor. Epist. 2, 2, 45. Si verum quaeris Cic. Fam. 12, 8. Spem omnem in Decio Bruto et Planco habemus: si verum quaeris, in te, et in meo Bruto, non solum ad praesens perfugium, sed, etc. Quaero quid sit, cur, etc. Cic. de Orat. 1, 6. *Add. Idem Acad. 1 c. 1 extr.* Et ea res, si quaeris, magno ei honori fuit Cic. Off. 3, 80 c. 20. Quaerat aliquis quae sint mentiti veteres magi Plin. 30, 2. Forsitan quaeratis, qui iste terror sit, et quae tanta formido, quae tot ac tales viros impediatur, quo minus, etc. Cic. pro Rosc. Amer. 5. Quaeret fortasse quispiam, displiceatne mihi legum praesidio a capite periculum propulsare Cic. pro Cluent. 144. *Conf. Id. pro Arch. c. 6 pr.* Quid quaeris amplius? Cic. pro Rosc. Amer. 145. Quid quaeris? Idem Fam. 7, 3. et Att. 1, 14 extr. *i. breuiter.* *Vid. Casaub. ad l. posteriorem. Simile est, Noli quaerere, de quo vid. Manut. ad Fam. 4, 4 p. 191. Add. Hor. Epist. 1, 10, 8. Parei Lex. Crit. p. 1038.* ¶ 5
- Quaerere, nonnunquam significat Comparare, siue acquirere.* Ter. Adelph. 5, 4, 15 Contriui in quaerendo vitam atque aetatem meam. Idem Heaut. 1, 1, 87 Laborans, quaerens, parcens, illi seruiens. Ibid. 3, 1, 38 Post illa coepit Victum vulgo quaerere. Cic. pro Quint. 13 Nec mirum, si is, qui vocem venalem habuerat, ea, quae voce quaesuerat, magno sibi quaestui fore putabat. Quaerere vt absument, absumenta requirere certant Ouid. Fast. 1, 212. Nec minor est virtus, quam quaerere, parta tueri Ouid. Art. Am. 2, 13. Quidquid quaesierat, ventri donabat auaro Hor. Epist. 1, 15, 32. Plus ista intra vnam viciniam, quam ego toto mari, quaesuit Porc. Latro apud Sen. Contr. 15. *Conf. Varr. de R. R. 3, 14, 1.* Cic. in Parad. 6 Iis, qui honeste Rem quaerunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumendis, quaesito opus est. Quaerere multo labore Cic. de Finib. 2, 111. Hor. Sat. 1, 1, 92 Denique sit finis quaerendi. Sallust. Iug. 3 Frustra niti, neque aliud sese fatigando, nisi odium quaerere, extremae demetiae est. Plaut. Aul. 1, 2, 13 Quid si quispiam ignem quaeret? ¶ 6
- Ad disputationem eruditam pertinet:* Non quaero ex his illa initia mathematicorum Cic. Acad. 4, 116. Idem Fam. 9, 26 Ille baro te putabat quaesitum, num vnum caelum esset, an innumerabilia. Quaerere de: Cic. de Orat. . . In quibus saepe non de facto; sed de iure atque aequitate quaeritur. Quaeritur inter medicos, cuius generis aquae sint vtilissimae Plin. 31, 3. ¶ 7
- Quaerere, vt Desiderare Synecdochice dicitur de rebus amissis.* Ne se quaerat orator priorem Quinctil. 12, 11 pr. Optatos quaerere Tyndaridas Propert. 1, 17. *de iactato per mare, cui stellae non apparent.* Vt quindecim diebus vtrumque fidus quaereretur Plin. 2, 13 extr. *i. eclipsi deficerent, sol ac luna.* *Fundamentum earum formularum ostendunt similes harum:* Liu. 25, 28 Si in occasionis momento, cuius praeteruolat opportunitas, cunctatus paullum fueris, nequidquam mox amissam quaeras. Et 31, 15 Nequidquam postea, si tum cessasset praetermissam occasionem quaesituros. Plura Gronou. Obs. 2, 11 p. 299. *Conf. Brouckh. ad Tibull. 2, 2, 26. Burm. ad Ouid. Met. 2, 239. et quos Id. citat ad Quinctil. 12,*

ii pr. ¶ 8 In MSS. permutari solent quaero et credo: vid. *Burm. ad Quinctil. Decl. 12, 26 p. 268.*

QVAERENS, entis. Partic. [ζητών] Ouid. Met. 6, 584 Verbaque quaerenti satis indignantia linguae Defuerant. Quaerenti talibus ille respondet Virg. Aen. 1, 374. Mihi percunctanti, aut aliquid quaerenti nunquam defuisti Cic. de Orat. 1, 287. Foris et in aperto victum quaerentibus Cic. apud Columel. 12, 1.

QVAERENDVS, a, um. Partic. [ζητητέος] Senec. Herc. Oet. 9 Quoties genitor quaerendus eras? Lucret. 5, 716 — Hoc tamen est, vt Quaerendum videatur, et in discrimen agendum.

QVAESITVS, a, um. Partic. [ζητηθείς] Vt, Artes quaesitae Virg. Georg. 3, 549. Asperitas Tacit. Ann. 5, 3, 3. Cum tibi quaesitus Candor in ore foret Propert. 3, 23, 8. Comitas Tac. Ann. 6, 50. i. affectata. Crimen Idem Hist. 4, 49, 8. Artibus ingenuis quaesita est gloria multis Ouid. ex Pont. 2, 7, 47. Plin. 21, 3 15. de Coronis, Semper tamen auctoritas vel ludicro quaesitarum fuit. Odium hominum quaesitum est mihi carmine Ouid. Trist. 2, 87. Pax Cic. Off. 1 c. 23. Salus quaesita fuga Idem Met. 14, 216. Quaesitus vulgo Vlpian. 1 §. 2 ad Municipalem, scortii filius. Adulatio quaesitior fuit Tacit. Ann. 3, 57. h. e. Exquisitior. Leges 20 quaesitiores Idem ibid. 3, 26, 4. i. exquisitiores. Quaesitissimus, pro Exquisitissimo: Tac. Ann. 2, 53 Excepere Graeci quaesitissimis honoribus. Poenae quaesitissimae Idem 15, 44, 4. Epulae quaesitissimae Sall. apud Macrob. Sat. 3, 13. Ouid. Met. 7, 657 Parcum genus est, patiensque laborum, Quaesitique tenax, et qui quaesita referunt. 25 Vti ante quaesitis Hor. Sat. 1, 1, 37. Cic. in Parad. 6 Cui quaesito autem opus sit, quis vnquam hunc voce dixerit diuitem? Add. Plaut. Curc. 5, 1, 6. Ouid. Met. 4, 794 Accipe quaesiti, causam i. rvi, de qua quaeris.

QVAESITVS, sis. m. Plin. 5, 9 Nilus incertis ortus fontibus, it per deserta et ardentia: et immenso longitudinis spatio ambulans, famaue tantum inermi quaesitu cognitus sine bellis, quae caeteras omnes terras inuenerit, originem, etc. Rem semper quaesitu dignam putauit Macrob. Sat. 7, 8.

QVAERITO, are. Frequent. [ἐζητιώ] Instanter quaerere. 35 Te ipsum quaerito Ter. Adelph. 2, 4, 2. Cur tu id quaeritas? Plaut. Rud. 1, 2, 22. Haec cur quaeritet, nisi si illa forte hanc se esse intendit Ter. Eun. 3, 3, 17. Idem Adelph. 3, 3, 9 Si me senserit eum quaeritare, nunquam dicet carnufex. Catull. in Camerium f. 53, 52 Et multis languoribus peresus Eessem, te mihi amice quaeritando. 40 Sum defessus quaeritando Plaut. Amph. 4, 1, 6. Quonam ego illum curram quaeritatum Idem Merc. 5, 2, 16. Quaeritare, proprie de iis dicitur, qui quotidie in quaerendo vix victum inueniunt, vt ait Donatus ad Ter. Andr. 1, 1, 48 Lana, ac tela victum quaeritans. Plaut. . . . Qui inops et sordidus quaeritando alit familiam. 45 Idem Mil. 4, 2, 10 Huius sermo haud cinerem quaeritat. PA. Quo argumento? PY. Quia enim loquitur laute et minime sordide. Quaerito et quaeritor eiusdem fuisse, apud veteres significationis, vult Priscian. 8 p. 799. sed ibi f. leg. quirito et quiritor.

QVAESTIO, onis. f. [ζητήσις, ζητήμα, πρόσλημμα] a Supino 50 Quaestum. Quaestio, a quaerendo Varr. de L. L. 5, 8 p. 60, 20. Plaut. Capt. 2, 2, 3 Tibi ne in quaestione essemus, cautum est, i. ne quaerendi essemus. Sic Pseud. 2, 2, 68. Et Cist. 2, 3, 49 Iube domi opperier, ne quaestioni mihi sit, quid eum velim. Paullus in l. vlt. D. Quod iussu, Si dominus vel pater pecuniam mutuam accepturus, iusserit seruo filioe numerari: nulla quaestio est, quin ipsi condici possit. Nempe Quaestio est aliquando dubitatio et disceptatio. Cic. de Finib. 2, 34 In his primis naturalibus voluptas insit, necne, magna quaestio est. Plin. 7, 28 Fortitudo in quo maxime exstiterit, immensae quaestionis est. Cic. Acad. 4, 26 c. 8 Quaestio autem est 60 appetitio cognitionis: quaestionisque finis, inuentio. Vlpianus in l. Sed si damnum. D. de peculio, Sed est quaestionis, vtrum ipsa furti aestimatio, etc. Caius in l. Si noxali eodem titulo. Cic. de Orat. 3, 127 De omni re, quaecumque in disceptationem, quaestionemque vocaretur, se copiosissime diciturum esse profitetur. Idem Acad. 4, 65 115 De sapiente loquamur, de quo (vt saepe iam dixi) omnis haec quaestio est. Adiecit quaestionem Gallio alteram, an abdicari possit iam adoptatus ob id vitium, quod, antequam adoptaretur, notum fuit adoptanti. Hoc autem ex aequitatis parte pendet, et tractatio magis est quam quaestio Sen. Contr. 1 p. 84. Conf. Ant. Contii Lect. 70 subsec. lib. 2. Protinus ad censum: De moribus vltima fiet Quaestio Iuuenal. 3, 140. Asperitas quaestionum Quinctil. 4, 1. Frigus quaestionum et argumentorum Idem 2, 12. Et 2, 4, 30 Vix vltus est tam communis locus, qui possit cohaerere cum causa, nisi aliquo propriae quaestionis vinculo copulatus. Dura prima fronte 75 quaestio, i. ad dissoluendum difficilis Quinctil. 7, 2. Immensa quaestio, Infinitae, vid. hb. 11. Legitimae Quinctil. 3, 6. Lusoria, vid. LVDVS: Naturales Quinctil. 1, 4. Nodosae et anxiae Macrob. Saturn. 7, 1. Perdifficilis et perobscura quaestio est de natura deorum Cic. de Nat. Deor. 1, 1. Summa quaestio, vid. SVM- 80 MVS.

¶ 2 Formulae Verborum: Aduuare quaestionem Quinctil. 4, 4. Afferre quaestionem, vid. AFFERO. Martian. in l. Creditor. D. qui pot. in pig. hab. Erit autem facti quaestio Agitanda, quid inter eos actum sit. Conscribere fictam quaestionem, vid. CONSCRIBO. Vlp. in l. Si fundus. D. de lege comm. 85 miss. Sed iam Decisa quaestio est, ex vendito actionem competere. Paull. in l. In duobus. D. de iureiur. Si modo eadem quaestio in iudicium Deducatur. Diuidunt nostri totam istam de diis immortalibus quaestionem in partes quatuor: primum docent esse deos: deinde quales sint: tum mundum ab his administrari: postremo consulere 90 eos rebus humanis Cic. de Nat. Deor. 2, 3. Existit autem hoc loco quaestio subdifficilis, num quando, etc. Idem de Amicit. 69. Plin. 10, 22 Nec sine causa in quaestione Est, quis primus tantum bonum inuenerit. Add. Gell. 13, 14. Exoritur aspera et vehemens quaestio de iure belli Quinct. 5, 10. Facere quaestiones iuris Idem 5, 10. 95 Ferre quaestionem de iure, facto Cic. pro Milon. 31. Idem in Orat. 68 c. 20 Sed id nec dubium est: et si quid habet quaestionis, hoc tamen, etc. Plin. 10, 7 Sanqualem autem, atque immussolum, augures Romani in magna quaestione Habent. h. e. Magna est quaestio inter augures quid sit, etc. Habere quaestionem de aliqua re Cic. 100 de Fin. 5, 7. Indicare quaestionem Quinctil. 4, 4. Inferre Idem 6. Instituire quaestionem in re, in scripto Idem 7, 1, 13. Ratiocinativa, atque collectiua quaestio Orietur Quinctil. 7, 2. Perfoluere quaestionem, vid. PERSOLVO. Haec quaestio ita Proccedit, si de peculio agi non potest Paull. l. 14. D. de in rem verso. Papi- 100

- nian. in l. Iudicatae D. de except. rei iudicatae, Nam et quum alterum ex cohaeredibus inofficiosi quaestio Tenuit, aut etiam duobus separatim agentibus alter obtinuit, libertates competere placuit. Variare quaestiones Quinctil. 3, 10. Venit res in quaestionem Id.
- 5 7, 2. Versari in quaestione dicitur res, dum de ea disceptatur et dubitatur Cic. pro Sulla. ¶ 3 Quaestionem intelligere debemus et tormenta, et corporis dolorem ad eruendam veritatem, inquit Vlpianus, de iniuriis et famosis libellis, l. Iniuriarum. Id. de S. C. Silaniano l. 1 Quaestionem, inquit, sic accipimus, non tormenta tantum, sed omnem inquisitionem, et defensionem mortis.
- 10 Traianus quum tormentis et quaestionibus nihil in Christianis morte aut poena dignum reperisset Sulpic. Seuer. 2, 31. Facti in eculo quaestio est, iuris in iudicio Cic. pro Milon. 58 c. 21 extr. Abripere ad quaestionem, vid. ABRIPPIO. Accipere quaestioni seruos Plaut. Mostell. 5, 1, 39. Dare quaestioni Id. ibid. 5, 1, 38 et 46. Habere quaestionem de viri morte Cic. pro Cluent. 176 c. 64. Id. pro Rosc. Amer. 78 c. 28 Mortis paternae de seruis paternis quaestionem habere filio non licet. Habere quaestionem in filii caput Id. pro Cluent. 182 c. 65. Liu. 33, 30 extr. De Pistrato aliquae quaestiones tormentis habitae: et sumtum supplicium est. Offerre corpus quaestioni Curt. 4, 10, 33. Cic. pro Rosc. Amer. 77 O dii immortales, rem miseram et calamitosam, quae in tali crimine innocenti saluti esse solet, vt seruos in quaestione solliceatur, id Sextio Roscio facere non licet? Id. ibid.
- 25 77 c. 28 Aliquoties duos seruos paternos in quaestionem ab aduersariis Sextus Roscius postulauit. Id. pro Sulla 78 Quaestiones nobis seruorum et tormenta accusator minatur. Vid. Tit. vtriusque Codicis de Quaestionibus, et Iac. Gothofr. Paratit. ad C. Th. 9, 35. ¶ 4 Sed et ea, quam hodie vulgo Inquisitionem vocant, proprie Quaestio est. Liu. 2, 29 Senatus tumultuose vocatus, tumultuosius consulitur: quaestionem postulantibus iis, qui pulsati fuerant, etc. Cic. de Legib. 2, 37 Quo in genere seueritatem maiorum, Senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus, et Consulium exercitu adhibito, Quaestio animaduersioque declarant. Auri Tholosani quaestio Id. de Nat. Deor. 3, 74. Potentissimae quaestiones Quinctil. 4, 1. Cic. de Diuin. 54 c. 25 Is quaestione adhibita confessus est, pateramque retulit. Constituitur quaestio de furto Id. pro Cluent. 183. Id. Bruto 106 c. 27 de Carbone, Hoc forum tenente plura fieri iudicia coeperunt. Nam et quaestiones perpetuae hoc adolente constitutae
- 40 sunt, quae antea nullae fuerunt, (L. enim Piso tribunus pl. legem prius de pecuniis repetundis tulit etc.) et iudicia populi iam magis patronum desiderabant. Hae nempe quaestiones perpetuae Praetoribus demandatae, vt toto anno suo iis vacarent: vt non semper opus esset peculiari et extraordinario populi iudicio, quoties velles aliquem accusare repetundarum, peculatus, aut Criminis alius publici. Tales quaestiones re ipsa iudicium publicum fuere, quod inter alia apparet ex Cic. eod. Brut. 127 c. 33 de Galba, Hic qui in collegio sacerdotum esset, primus post Romam conditam publico iudicio est condemnatus. Et mox de eadem re, Inuidiosa lege Manilia quaestio dicitur. vid. mox
- 50 QVAESTORES, it. IVDIX quaestionis. Hic adiicimus modo locum classicum de hoc argumento Cic. pro Cluent. 147 c. 53 ubi de vi legum disputat, postquam ipse iudicii, in quo agit, mentionem fecit, Quid ergo est? haec sola quaestio (hoc solum iudicium publicum de veneficio) ita gubernatur? quid M. Platorii et C. Flamini inter sicarios? quid
- 55 C. Orchinii peculatus? quid ea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilii, apud quem nunc de ambitus causa dicitur? quid reliquae quaestiones? Decernere quaestionem, vid. DECERNO. Cic. de Finib. 2, 53 Quum Praetor quaestionem inter sicarios Exercuisset, aperte cepit pecunias ob rem iudicandam. Exercendis quaestionibus de coniuratis Capuae Dictatorem dici placuit Liu. 9, 26. Ibid. Vt quaestioni Campanae materia decessit, versa Romam interpretando res etc. — In me primum quaestionem exerceatis. conf. Sueton. Caes. c. 11 c. not. Bernegg. Ferre quaestionem v. h. v. Habere quaestionem Quinctil. 5, 4. Habitae sunt quaestiones graues in plebem Rom. Saliust. Iugurth. c. 31. Hoc falsum est: habita enim quaestio est Cic. de Orat. 2, 173 c. 40. i. quaesitum est. Liu. 9, 26 extr. Nec diutius quaestio per clara nomina Viguit: inde Labi coepit ad viliora capita, donec coitionibus factionibusque aduersus quas comparata erat, oppressa est. Quaestionem, et iudicium
- 70 publicum, eodem sensu dixit Cic. in Brut. 127 de Cato Galba, Hic, qui in collegio sacerdotum esset, primus post Romam conditam iudicio publico est condemnatus. Paulo post, Inuidiosa L. Manilia quaestione Caium Galbam Gracchani iudices sustulerunt. Hinc Quaestores de quibus mox, it. Iudex Quaestionis, vid. IVDIX. ¶ 5
- 75 Serui aut Liberti munus a Quaestionibus qui fuerint, quaerere possis. Grut. Inscript. p. 543, 6 Q. GAVIVS Q. F. ARV. CLEMENS CLVSII EVOR. AVG. A QVAESTIONIBVS.
- QVAESTIONO, unde
- 80 QVAESTIONATVS, a, um. Tot confessores quaestionati et torti Cyprian. Ep. 69, 6.
- QVAESTIONARIVS, i. m. [ἐκζητητής, Εισαζών, ὑπηρέτης Gloff. Latin. Graec.] Tortoribus Iuuenal. 6, 479 interpretatur Schol. quaestionariis s. carnificibus.
- QVAESTIONALITER. Adu. Propositio quaestionaliter posita Fulgent. de Voc. Ant. n. 16. i. per interrogationem.
- 90 QVAESTIVNCVLA, ae. f. Diminut. [ζητημάτων] Parua interrogatio vel dubitatio. Cic. de Orat. 1, 102 c. 22. Quid mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Graeculo otioso et loquaci, et fortasse docto atque erudito quaestiunculam, de qua meo arbitrato loquar, ponitis? Minutae quaestiunculae, vid. sub MINVO. His propositis quaestiunculae multae nascuntur Id. de Legg. 1 c. 20.
- QVAESTIO, ōnis. f. a Supino Quaesitum. [ζητήσις] Idem quod Quaestio. Plaut. Casin. 3, 1, 16 Cave in quaestione mihi sis. Antique. add. Id. Capt. 2, 2, 3. et Cist. 2, 35 48. et Pers. 1, 1, 52. et
- 95 Pseud. 2, 2, 68. Ad quaestionem retrahi Tacit. Annal. 4, 45, 4. de tormentis.
- QVAESTOR, ōris. m. [ραμίας] Magistratus Populi Romani primum, vt videtur, quaerendis et iudicandis criminibus, deinde multarum pecuniarum occasione aerarii rationibus curandis, praefectus.
- 100 Multae magnaeque virorum doctorum de quaestore Rom. disputationes non sunt huius loci, ubi sufficere ad notionem vocabuli ista possunt. Primi videntur Quaestores Paricidii, de quibus vid. PARICIDA ex Festo, voce Parici. Idem Festus, Quaestores, inquit, dicebantur, quod quaerent de rebus capitalibus, vnde qui talia quaerunt quaestores paricidi appellantur. Eorum etiam meminisse Legem XII Tab. testis est

est Pompon. l. 2 D. de Or. iur. §. 23. *Accessit, ut diximus, cura pecuniae publicae.* Varro de L. L. 4, 14 p. 22, 17 Quaeitores a quaerendo qui conquirent publicas pecunias, et maleficia, quae triumviri capitales nunc conquirunt: ab his postea, qui quaestionum iudicia exercent, Quaeitores dicti. Id. 5, 9 p. 62, 36 Vt commentarium indicat vetus acquisitionis M. Sergii Mani filii quaestoris, qui capitis accusavit Trogum. *Etiam Cic. Catil. 4, 10 c. 5 Quaeitor vel Quaeitor, (fluctuat enim lectio) est qui quaestionem rerum capitalium exercet.* Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quaestori gratulationem, iudici praemium decrevit etc. *Loquitur de supplicatione sibi decreta consuli de aperta et oppressa coniuratione Catilinae. Sed hodie Quaeitor editur: et deprehendas, certe in hodiernis libris quaestores fere vocari pecuniae, quaestores autem quibus quaestio aliqua vel extra ordinem, vel perpetua, demandata est, vid. mox QVAESITOR.* De reliqua Quaeitorum historia est locus Tacit. Annal. 11, 22 Quaeitores regibus etiam tum imperantibus instituti sunt: quod lex curiata ostendit a L. Bruto repetita. Mansitque consulibus potestas diligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: creatique primum Valerius Potitus, et Aemilius Mamercus, LXIII anno post Tarquinius exactos, ut rem militarem comitentur. Dein gliscen-  
tibus negotiis, duo additi, qui Romae curarent. Mox duplicatus numerus stipendiaria iam Italia, et accedentibus prouinciarum vectigalibus. Post lege Sullae viginti creati supplendo Senatui etc. *Vid. ad h. l. et totam Quaeitorum historiam Miscell. Obsl. criticae Vol. 10 p. 257 sqq.* Erant autem attributi Quaeitores prouinciales maioribus magistratibus, tanquam administri quidam: iisque pietatem filiorum debere putabantur. Cic. Diuin. in Caec. 61 c. 19 Sic enim a maioribus nostris accepimus, Praetorem Quaeitori suo, parentis loco esse oportere: nullam neque grauiorem, neque iustiorum causam necessitudinis posse reperiri, quam coniunctionem fortis, quam prouinciae, quam officii, quam publicam numeris societatem. *add. pro Planc. c. 11. Asconius in Diuinationem p. 29 Haec erat, inquit, prima Senatoris administratio, Quaeitorem fieri, et in prouincia curam gerere publicae pecuniae in vsus diuersos erogandae. Inde Cic. Verr. 1, 34 c. 13 Quaeitor ex Scto Prouinciam fortitus es. — Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata est: profectus est Quaeitor in prouinciam: venit in Galliam expectatus ad exercitum Consularem cum pecunia. Quaeitores in prouincia, lictores habebant: Cic. pro Planc. 98 c. 41 Nam simul ac me Dyrrhachium attigisse audivit Plancius, statim ad me, licitoribus dimissis, insignibus abiectis, veste mutata profectus est. Quaeitor erat tum Plancius, qui Ciceronem in Quaeitorium perduxerit n. 99: cum esset, quod eodem loco dicitur, Praetor in Macedonia eadem: ut appareat, suo iure lictores habuisse Plancium, non ob mandatum sibi, absente Praetore imperium: nisi tamen absens Praetor censetur etiam cum est in Prouinciae parte alia. Etiam Liu. 4, 50 Licitorem habet quaestor in castris, sed absente consule. Certe in urbe nec licitorem nec viatorem habuisse, testis Varro apud Gell. 13, 12. Manus. ad Cic. pro Planc. c. 41 et Hotom. ad Verr. 2, c. 4 vniuersim Prouincialibus quaestoribus dant licitorem. Et sane cum Plancius l. c. dimittat lictores honori Ciceronis, qui magistratum non haberet: etiam si ordinarie habuit et suo iure in prouincia, videtur tamen praesente, i. in eadem urbe, iisdem in castris versante consule, Praetoreue, eos dimisisse.* ¶ 2 Miscella: Collegium quaestorum Sueton. Claud. c. 24. conf. Tacit. Annal. 11, 22, 4. Creare Quaeitores Vlpian. in l. 1 D. de Offic. Quaeitor. ubi ter eam locutionem usurpat. M. Porcius Cato quaestor obtigit P. Corn. Scipioni Africano consuli Nepos 24, 1, 3. Sed Cic. Verr. 1, 34 c. 13 Quaeitor ex Scto prouinciam fortitus es: obtigit tibi consularis, ut cum consule Carbone esses, eamque prouinciam obtineres. Sortiri alicui prouinciae Quaeitores Id. pro Muraen. 18. Valer. 2, 3 de Lege triumphali loquens, Cacterum ne tam praecleara lex cupiditate laeuae obliteraretur, legis alterius adiutorio fulta est, quam L. Marius et M. Cato Trib. pleb. tulerunt. Poenam enim Imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorum in praelio, aut amissorum civium factum numerum literis Senatui ausi essent referre. Iubetque eos, quum primum urbem intrassent, apud Quaeitores urbanos iurare de utroque numero vere ab iis Senatui esse scriptum. Hi porro Quaeitores signa ex aenario promebant exeuntibus ad bellum Consulibus, aut aliis Imperatoribus. vid. Liu. 7, 23. Praedam vendunt Quaeitores Id. Liu. 5, 26. it. 26, 47. Tacit. Annal. 13, 28 Censuit Piso designatus Consul, ne multam a tribunis dictam Quaeitores aeriarii in publicas tabulas ante quatuor menses referrent, medio temporis contradicere liceret, de quo Consules statuerent. Plura dabunt viri docti ad Pompon. onchirid. in pr. Spanb. de Num. V. 2 p. 159 seqq. De Quaeitoribus Candidatis Caesaris, vid. CANDIDATUS. conf. Lamprid. Alex. Seu. c. 43. Inferioris aevi Quaeitores requirendi apud ICtos, v. g. Cod. Theod. 6, 9. et Iustin. 12, 6.

QVAESITOR, oris. m. [*ἑταῖρος*] Si etymologiam spectes, plane idem est qui Quaeitor: sed vsus inualuit, ut is modo Quaeitor dicatur, qui quaestionem habet, hoc est, qui inquirendum curat de crimine, de eoque iudicium exercendum. Non quo non saepe etiam Quaeitorum nomen de hoc genere vel in omnibus libris, et consensu editorum, vel certe in quibusdam reperiat; sed quod non obseruo Quaeitorem dici, qui pecuniam publicam tractet. Vid. tamen QVAESITURA post QVAESITOR. Cic. in Bruto 200 c. 54 Itaque intelligens dicendi existimator, etc. videt oscitantem iudicem loquentem cum altero, nonnumquam circulantem, mittentem ad horas, Quaeitorem ut dimittat rogantem. Quaeitorem vocat Praetorem, vel qui eius vice praestit iudicio, in cuius erat potestate soluere consilium, et dare veniam abeundi iudicibus: quod hic iudices taedio affecti postulant, horam non expectantes. Cic. in Vatin. 34 Quaero ex te Vatinii, num quis in hac ciuitate post urbem conditam Tribunos plebis appellarit, ne causam diceret: num quis reus in tribunal sui quaestoris ascenderit, eumque vi deturbarit, subsellia dissiparit, urnas deleuerit? Ad hanc autem similitudinem (inquit Asconius in Verr. p. 351) Virgilius Minoem iudicem apud inferos, tanquam Praetor sit rerum capitalium, Quaeitorem appellat. Dat ei sortitionem, ubi urnam nominat. dat ei electionem iudicium, quum dicit, Conciliumque vocat. dat cognitionem facinorum, quum dicit, Vitasque et crimina discit. Verba Virgil. Aen. 6, 432 haec sunt: Nec vero hae sine sorte datae, sine iudice sedes: Quaeitor Minus urnam mouet, ille silentium Conciliumque vocat, vitasque et crimina discit.

Huc alludit Quaeitor ille solus Animaeque corporisque Prudent. hymn. ante somn. v. 89 de Christo, verbo Dei. Cic. pro Font. 11 Quid mihi opus est sapiente iudice? quid aequo quaestore? quid

oratore non stulto. Id. Q. Frat. 3, 3 Grauis et firmus quaesitor. add. Gell. 11, 5. Liu. 9, 26 Exercendis quaestionibus dictatorem dici placuit — Deinde nobilitas ait, Dictatorem magistrumque equitum reos magis quam quaesitores idoneos eorum criminum esse.

5 Cic. pro Planc. 43 c. 27 Si quaesitor edendus fuisset, (i. ab ipso reo nominandus) quem tandem potius, quam hunc — edidisset? — Cui quaesitorem tribulem exoptandum fuisse videatis. Vt utroque loco MSS. quaestorem. Caeterum non subducemus lectoribus locum ex Manutii de Legib. libro, quem olim hic retulere: cui Cl. Birrii industria citationum aliquot numeros adiecit. Quaesitor distinguendus est a Praetore: iudicum enim quaestionis duo video fuisse genera, unum eorum, qui quum praetores essent, quaestionis etiam iudices appellabantur; alterum eorum, qui quum praetores non essent, capitali tamen de crimine quaerebant. De iudice quaestionis praetore, patet ex oratione pro Cluentio

15 (148) in qua ita scriptum est: Iubet lex iudicem quaestionis, hoc est Q. Voconium, eosque qui illi iudices obuenerint, quaerere de veneno. Voconium autem praetorem fuisse, duobus argumentis conicio: primum, quod in eo loco paullo ante (147) Cicero dixit; Quid, sibi illi scribae? quid lictores? quid caeteri, quos apparere huic quaestioni

20 video, volunt; lictores enim, qui magistratum non gereret, non habebat. iudicem autem quaestionis magistratus nomen fuisse, certe nemo dixerit. Alterum argumentum est, quod ibidem Cicero subiungit de aliis praetoribus, suam unoquoque quaestionem exercente. Haec, inquit, quaestio sola ita gubernatur? quid M. Platorii, et C. Flamini inter sicarios? quid C. Orchinii peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilii de ambitu? quid reliquae quaestiones? Quibus ex verbis, praetorem fuisse Voconium, qui iudex quaestionis appellatur, quis non intelligit? nam, etsi praetores non nominat; satis tamen constat, de praetoribus intelligi. a quibus enim et tot quaestiones, nisi a praetoribus, et

30 tam graues exercebantur, inter sicarios, de repetundis, de ambitu, peculatus? praeterea, se quaesisse de repetundis, in eo loco Cicero dicit: quod ab eo factum in praetura, Valerius (9, 12) et Plutarchus (in vita) confirmant. ut omittam, quod quaesitorem Aquilium nominat: cuius annum fuisse legitimum, eundem, qui Ciceroni, ad petendum consultatum, prima docet ad Atticum epistola. ex quo, fuisse collegas in praetura, licet existimare. quod etiam libro 2 de Officiis (60) manifestum est. collegam enim suum Cicero appellat. Rursus iudicem quaestionis Iunium, qui praetor non erat, quaesisse de veneno in Oppianici causa, docet Pedianus (in Verr. 2, 29) his verbis: Iunius quaesitor fuit in

40 Cluentii causa, Verre praetore: in qua Oppianicus damnatus est. et alio loco (Verr. 3, 157) Damnato Oppianico, res in inuidia fuit; quod pecunia reus videretur oppressus: et princeps illorum iudicum damnatus est, C. Iunius, quod diceretur alios supposuisse, qui reum damnarent, non eos, quos praetor Verres fuerat subfortitus. neque hic eum

45 Pedianus, neque supra praetorem nominauit. Cicero autem in oratione pro Cluent. 89 Condemnatus est, inquit, C. Iunius, qui ei quaestioni praefuerat. adde etiam illud, si placet: tum est condemnatus, cum esset iudex quaestionis. et alio loco (74) Quinctius tribunus pleb. conuicium C. Iunio iudici quaestionis maximum fecit. non fuisse autem praetorem, aperte, sic inquam aperte, ut clarius esse nihil possit, idem demonstrat in eadem (79) his verbis: In hanc flammam recentem C. Iunium, qui illi quaestioni praefuerat, iniectum esse memini, et illum, hominem aedilicium, iam praetorem opinionibus hominum constitutum, de ciuitate esse sublatum. Ecce, non praetorium, sed

55 praetorem opinionibus hominum constitutum dicit: quod, eum praetorem sine dubio futurum, homines opinarentur. praetor autem si fuisset, non eum aedilicium, sed praetorium vocasset. Laudabant enim veteres, ubi ornare aliquem vellent, ab eo magistratu, quem postremum gessisset, itaque, homo aedilicium, praetorium, consularis, dicebant. Praeterea, quum praetores in leges non iurauerint, neque sententias tulerint: quod et Cicero et Pedianus (Verr. 2, 17) docent: a Iunio autem iudice quaestionis ideo multa petita sit, ut in oratione pro Cluentio (91) legimus, quod in legem non iurasset: (erat enim illi iurandum idem, quod iudicibus, leges omnino se esse in ferenda sententia seruaturum) satis constat, Iunium, quum de Oppianico quaesuit, praetorem non fuisse. Quod si quis dixerit, non tam Iunium iudicem quaestionis, quam Verrem praetorem, in illa Oppianici causa quaesisse; quia Pedianus ita dicat (in Verr. 2, 29) Iunius quaesitor fuit in Cluentii causa, Verre praetore; et quia idem alio loco (in Verr. 2, 17 et 3, 157) sortitionem, et subfortitionem a Verre praetore factam tradiderit: huic ita responderi poterit: sortitionem, et subfortitionem non illius modo iudicii, verum etiam aliorum ideo pertinuisse ad C. Verrem, quia praetor urb. erat. quod ipse declarat Cicero in ea pro Cluentio. praetor autem urbanus de criminibus non quaerebat; quare nec unquam quaesitor dicebatur; sed ius tantum

75 dicebat, hoc est iudices et formam iudicii dabat. idemque iudices, quibus alii praetores ad cognoscendas capitales causas vterentur, sortiebatur, et subfortiebatur. quod ex Peditano, et ex ipso etiam Cicerone satis liquet. Accedit locus ex lib. 1 accusationis in Verrem (158) quo in loco Q. Curtium iudicem quaestionis appellat Cicero, in causa Verrii repetundarum: de qua praetor M. Acilius Glabrio cognoscebat, eumque Curtium ait Pedianus a Cicerone esse reiectum. Illud addo: quum iam docuerim, iudicem quaestionis, et praetorem, et non praetorem, de crimine capitali cognouisse; tertium genus iudicum quaestionis interdum fuisse, quorum ius cognoscendi non esset, sed tantummodo sortiendi. quod locus de Q. Curtio proximus iam ostendit, quem cognouisse de repetundis, absurdum est credere: quum, in ea causa praetorem quaesisse Glabrium, ex Cicerone et Peditano satis constet. itaque tertium hoc genus quaesitores dici non poterant: duo illa superiora genera, quoniam quidem quaerent, quaesitores et erant, et proprie dicebantur. Haec ex Manutio. ¶ 2

90 Speciatim ad quaestionem tormentorum pertinet. Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque, regit quaesitor, etc. Cic. pro Sulla 78.

QVAESTORIUM, i. n. [ταμια σκηνή] In castris, Quaestoris tabernaculum erat. Liu. 10, 32 extr. Itaque captum quaestorium: Quaestorque ibi Panfa occisus. Sic Liu. 41, 6. Sed locus forte urbanus, Cic. pro Planc. 99 c. 41 Thessalonicam me in quaestoriumque perduxit. Nempe ubi Quaestor commoratur Quaestorium est, ibi Praetorium, ubi Praetor.

QVAESTORIVS, a, um. Adi. [ταμειυτικός] Quod ad Quaestorem pertinet. Cic. Fam. 2, 17 Quod ego officio quaestorio te adductum, etc. Id. Verr. 1, 56 Legatus quaestorius, i. ut recte Alconius, Legatum ex Quaestore agens. Quaestorius enim, qui quaestor fuit. Sic Persona quaestoria Id. pro Planc. 100 c. 41. Id. Philipp. 13, 30 c. 14 Qui aedilicii? qui tribunicii? qui quaestorii? Sicinius quaestorius mortuus est Id. de Clar. Orat. 263. Ager quaestor-

quaestorius dictus est, Qui ex hostibus captus, per Quaestores Pop. Romano limitibus actis diuisus, est venditus. Sic Flaccus. Hyginus, Quaestorii agri dicuntur, quos Pop. Rom. deuictis pulsisque hostibus possedit, mandauitque Quaestoribus, vt eos venundarent. Ornamenta Sueton. Claud. c. 28 *insignia, quibus dignoscitur, locus antiquior, etc.* Forum Quaestorium in castris Liu. 41, 6.

QVAESTVRA, ae. f. *Quaestoris dignitas, sicut a Praetore praetura.* Cic. Fam. 13, 39 (38) Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia, iam inde a quaestura mea Siciliensi. Quaestura, primus gradus honoris Id. Proem. Verr. c. 4. Liu. 32, 7 T. Quintium Flaminiu Consulatum ex Quaestura petere non patiebantur Tribuni pl. vid. *Locus.* Sed quaestura vtriusque propemodum pari momento fortis fuit Cic. pro Muraen. 18. Confedit nomen in quaestura, vid. CONSIDEO. Consignata literis quaestura, vid. CONSIGNO.

QVAESITVRA, ae. f. Tacit. Annal. 3, 29, 1 Quaesturam per leges petere. Sic etiam Grut. Gronou. Ryck. nemine aliquid annotante.

QVAESTVS, ūs, vel i. m. antique. [*χρηματιστικός, κέδος*] Et ratio quaerendi pecuniam, et id, quod quaesitum est. Cic. Verr. 3, 109 Tantum de quaestu ac lucro dicam vnius agri et vnius anni. Quaestui, pro Quaestu. Varro Prometh. apud Non. 8, 6 Aemulum illius artis, atque obstrigilatorum, qui per aliquot annos quaesti nihil fecerit. Nam hic apud nos nihil est aliud quaesti furibus Plaut. Aul. 1, 2, 5. add. Terent. Eun. 5, 1, 9. et 5, 3, 38. Quaestuis, item genit. antiquus. Non. l. c. Per deam sanctam Lauernam, quae cultrix quaestuis fit. Rem aliquam gerere sui quaestus aut commodi causa Cic. pro Rosc. Amer. III c. 38. Consequi quaestum, vid. CONSEQVOR. Cic. in Pison. 86 c. 35 Nonne sestertium centies et octogies, quod, quasi vasarii nomine, in venditione mei capitis adscripseras, ex aerario tibi attributum Romae in quaestu reliquisti? i. in fenore. Ad suum quemque hominem quaestum esse aequum est callidum Plaut. Afin. 1, 3, 34. Cic. Offic. 1, 150 c. 42 Iam de artificiis et quaestibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, haec fere accepimus. Terent. Eun. 2, 2, 22 Imperavi egomet mihi omnia assentari: is quaestus nunc est multo vberrius. Quinctil. i. proem. Nam vt lingua primum esse coepit in quaestu, institutumque eloquentiae bonis male vti. Carcerarius quaestus, vid. CARCER. Illiberales et sordidi quaestus mercenariorum omnium Cic. Offic. 1, 150. Iudiciarius quaestus, vid. b. v. Opi- mi Plin. 10, 51. Vberrius quaestus Terent. Eun. 2, 2, 22. Abducere a meretricio quaestu. Callere ad quaestum. Colere quaestum, vid. hb. vv. Comparare quaestum Cic. Verr. 5, 26. Constituire sibi magnos et vberes quaestus Id. ibid. 2, 30. Con- terere quaestum, vid. CONTERO. Duci quaestu et lucro emendi Cic. Tusc. 5, 9. Id. Fam. 15, 14 pr. M. Fabium quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo Facio quaestum. Multi enim anni sunt, cum ille in aere meo est, et a me diligitur pro- pter summam suam humanitatem et obseruantiam. Facere quaestum furtis Id. Verr. 5, 140. Facere magnos quaestus Scribon. 97. Facere maximos quaestus et praedas Cic. Verr. 3, 119. Ha- bere Rempubl. quaestui, turpe Id. Offic. 2, 77 c. 22. Instituire sibi quaestum, vid. INSTITVO. Occipere Terent. Andr. 1, 1, 52. Satiabere quaestu nunquam Claud. in Rufin. 1, 119. Ser-uire quaestui Cels. 3, 4. Cic. in Pison. 27 Vter eorum perses- set, tanquam lanista, in eiusmodi pari lucrum fieri putabat; immor- talem vero quaestum, si vterque cecidisset.

QVAESTVOSVS, a, um. Adi. [*χρηματιστικός*] Et hominum epi- theton quaestus studiosorum, et rerum quaestum ferentium. Cic. Verr. 4, 115 c. . . . Quam illa res calamitosa Heraclio, quaestuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur? Hoc multo est quaestuosius quam si etc. Id. Agr. 2 c. 25 extr. Venio iam ad sumtuosos, relinquo istum quaestuosum Id. in Parad. 6. Cato R. R. 1, 6 Videto, quam minimi instrumenti, sumtuosusque ager ne fiet. Scito idem agrum quod hominem, quamuis quaestuosus fiet, si sumtuosus erit, relinqui non multum. Benignitas quaestuosior Cic. Agr. 1 c. 4. Id. Attic. 14, 9 Sed tamen ea ratio aedificandi initur, consiliario quidem et auctore Vestorio, vt hoc Damnum quaestuosum sit. Id. Verr. 3, 36 Quum illud Edictum repente vber- rimum et quaestuosissimum nascitur. Emporium quaestuosum Liu. 39, 15. Insula quaestuosa margaritis, h. e. Ex cuius margaritis magnus sit quaestus Plin. 6, 25. Cic. de Fin. 5, 91 c. 30 Nec Mercatura quaestuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni con- traxerit, deducit ad absurdum. Ratio quaestuosissima pascendi Col- lumel. 6 in praefat. Scientiam quaestuosam habere Cic. Philipp. 2, 8. Id. ibid. 2, 35 c. 14 Cuius domus Quaestuosissima est falso- rum commentariorum officina. Curt. 4, 7, 19 Nasamones sunt gens Syrtica, nauigiorum spoliis quaestuosa: quippe obsident litora, et aestu destituta nauigia notis sibi vadis occupant.

QVAESTVOSSE. Adu. Plin. 19, 4 Compertum est non aliter quaestuosius censum haberi. Senec. de Benef. 4, 5 Vbi quaestuo- sissime habeas, vnde facillime tollas.

QVAESTICVLVVS, i. m. [*κερδύκιον*] Dimin. Paruum lucrum. Cic. de Diuin. 2, 34 c. 15 Aut fissum iecoris cum lucello meo, aut meus quaesticulus cum caelo, terra, rerumque natura? Id. Fam. 9, 16 Cum rem habeas, quaesticulis te faciebam (f. patiebar) at- tentiorem. Forensis quaesticulus Apulei. Met. II p. 272.

QVAESTVARIVS, a, um. Adi. [*χρηματιστικός*] Gloss. Lat. Graec. Quaestuarium, ποριστήν ibid. [*κερδός*] Senec. de Benef. 6, 32 Quum ex adultera in quaestuarium versa, ius omnis licentiae sub ignoto adultero peteret. Maiestas quaestuarium efficitur, circuit cauponas religio mendicans Tertull. Apol. c. 13. Mancipia quaestuarium Vlpian. in l. Athletas D. de his, qui not. infam. Lenocinium facit, qui quaestuarium mancipia habet. add. Tertull. de Cult. Fem. c. 12.

QVAESO, [*δέχομαι*] ait Festus, vt idem significat quod Rogo: ita Quaesere ponitur ab antiquis pro Quaerere, vt est apud En- nium lib. 2 Ostia munita est: idem loca nauibus pulchris munda facit, nautisque mari quaesentibus vitam. Et in Cresphonte, Ducit me vxorem liberorum sibi quaesendum gratia. Et in Andromeda, Liberum quaesendum causa familiae matrem tuae. Haec Festus. Cic. in Arato v. 18 — Si quaesere perges. al. quaerere. Mirum est me, vt redeam, te tanto opere quaesere Plaut. Bacch. 2, 2, 1. Lucret. 5, 1228 Non diuum pacem votis adit, et prece quaesit ventorum pavidus paces. In ea quaesito (al. quaerito) nouellos et nitidos ramos Columel. de Arb. 26, 8. Multis nos affatibus multisque precibus quaesens Apulei. Met. 4 p. 147, 20. ¶ 2 Sed haec fere antiqua: Consuetius est Quaeso et Quaesumus, i. oro, oramus.

QVAESTVOSVS, a, um. Adi. [*χρηματιστικός*] Et hominum epi- theton quaestus studiosorum, et rerum quaestum ferentium. Cic. Verr. 4, 115 c. . . . Quam illa res calamitosa Heraclio, quaestuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur? Hoc multo est quaestuosius quam si etc. Id. Agr. 2 c. 25 extr. Venio iam ad sumtuosos, relinquo istum quaestuosum Id. in Parad. 6. Cato R. R. 1, 6 Videto, quam minimi instrumenti, sumtuosusque ager ne fiet. Scito idem agrum quod hominem, quamuis quaestuosus fiet, si sumtuosus erit, relinqui non multum. Benignitas quaestuosior Cic. Agr. 1 c. 4. Id. Attic. 14, 9 Sed tamen ea ratio aedificandi initur, consiliario quidem et auctore Vestorio, vt hoc Damnum quaestuosum sit. Id. Verr. 3, 36 Quum illud Edictum repente vber- rimum et quaestuosissimum nascitur. Emporium quaestuosum Liu. 39, 15. Insula quaestuosa margaritis, h. e. Ex cuius margaritis magnus sit quaestus Plin. 6, 25. Cic. de Fin. 5, 91 c. 30 Nec Mercatura quaestuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni con- traxerit, deducit ad absurdum. Ratio quaestuosissima pascendi Col- lumel. 6 in praefat. Scientiam quaestuosam habere Cic. Philipp. 2, 8. Id. ibid. 2, 35 c. 14 Cuius domus Quaestuosissima est falso- rum commentariorum officina. Curt. 4, 7, 19 Nasamones sunt gens Syrtica, nauigiorum spoliis quaestuosa: quippe obsident litora, et aestu destituta nauigia notis sibi vadis occupant.

QVAESTVOSSE. Adu. Plin. 19, 4 Compertum est non aliter quaestuosius censum haberi. Senec. de Benef. 4, 5 Vbi quaestuo- sissime habeas, vnde facillime tollas.

QVAESTICVLVVS, i. m. [*κερδύκιον*] Dimin. Paruum lucrum. Cic. de Diuin. 2, 34 c. 15 Aut fissum iecoris cum lucello meo, aut meus quaesticulus cum caelo, terra, rerumque natura? Id. Fam. 9, 16 Cum rem habeas, quaesticulis te faciebam (f. patiebar) at- tentiorem. Forensis quaesticulus Apulei. Met. II p. 272.

QVAESTVARIVS, a, um. Adi. [*χρηματιστικός*] Gloss. Lat. Graec. Quaestuarium, ποριστήν ibid. [*κερδός*] Senec. de Benef. 6, 32 Quum ex adultera in quaestuarium versa, ius omnis licentiae sub ignoto adultero peteret. Maiestas quaestuarium efficitur, circuit cauponas religio mendicans Tertull. Apol. c. 13. Mancipia quaestuarium Vlpian. in l. Athletas D. de his, qui not. infam. Lenocinium facit, qui quaestuarium mancipia habet. add. Tertull. de Cult. Fem. c. 12.

QVAESO, [*δέχομαι*] ait Festus, vt idem significat quod Rogo: ita Quaesere ponitur ab antiquis pro Quaerere, vt est apud En- nium lib. 2 Ostia munita est: idem loca nauibus pulchris munda facit, nautisque mari quaesentibus vitam. Et in Cresphonte, Ducit me vxorem liberorum sibi quaesendum gratia. Et in Andromeda, Liberum quaesendum causa familiae matrem tuae. Haec Festus. Cic. in Arato v. 18 — Si quaesere perges. al. quaerere. Mirum est me, vt redeam, te tanto opere quaesere Plaut. Bacch. 2, 2, 1. Lucret. 5, 1228 Non diuum pacem votis adit, et prece quaesit ventorum pavidus paces. In ea quaesito (al. quaerito) nouellos et nitidos ramos Columel. de Arb. 26, 8. Multis nos affatibus multisque precibus quaesens Apulei. Met. 4 p. 147, 20. ¶ 2 Sed haec fere antiqua: Consuetius est Quaeso et Quaesumus, i. oro, oramus.

QVAESTVOSVS, a, um. Adi. [*χρηματιστικός*] Et hominum epi- theton quaestus studiosorum, et rerum quaestum ferentium. Cic. Verr. 4, 115 c. . . . Quam illa res calamitosa Heraclio, quaestuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur? Hoc multo est quaestuosius quam si etc. Id. Agr. 2 c. 25 extr. Venio iam ad sumtuosos, relinquo istum quaestuosum Id. in Parad. 6. Cato R. R. 1, 6 Videto, quam minimi instrumenti, sumtuosusque ager ne fiet. Scito idem agrum quod hominem, quamuis quaestuosus fiet, si sumtuosus erit, relinqui non multum. Benignitas quaestuosior Cic. Agr. 1 c. 4. Id. Attic. 14, 9 Sed tamen ea ratio aedificandi initur, consiliario quidem et auctore Vestorio, vt hoc Damnum quaestuosum sit. Id. Verr. 3, 36 Quum illud Edictum repente vber- rimum et quaestuosissimum nascitur. Emporium quaestuosum Liu. 39, 15. Insula quaestuosa margaritis, h. e. Ex cuius margaritis magnus sit quaestus Plin. 6, 25. Cic. de Fin. 5, 91 c. 30 Nec Mercatura quaestuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni con- traxerit, deducit ad absurdum. Ratio quaestuosissima pascendi Col- lumel. 6 in praefat. Scientiam quaestuosam habere Cic. Philipp. 2, 8. Id. ibid. 2, 35 c. 14 Cuius domus Quaestuosissima est falso- rum commentariorum officina. Curt. 4, 7, 19 Nasamones sunt gens Syrtica, nauigiorum spoliis quaestuosa: quippe obsident litora, et aestu destituta nauigia notis sibi vadis occupant.

QVAESTVOSSE. Adu. Plin. 19, 4 Compertum est non aliter quaestuosius censum haberi. Senec. de Benef. 4, 5 Vbi quaestuo- sissime habeas, vnde facillime tollas.

QVAESTICVLVVS, i. m. [*κερδύκιον*] Dimin. Paruum lucrum. Cic. de Diuin. 2, 34 c. 15 Aut fissum iecoris cum lucello meo, aut meus quaesticulus cum caelo, terra, rerumque natura? Id. Fam. 9, 16 Cum rem habeas, quaesticulis te faciebam (f. patiebar) at- tentiorem. Forensis quaesticulus Apulei. Met. II p. 272.

QVAESTVARIVS, a, um. Adi. [*χρηματιστικός*] Gloss. Lat. Graec. Quaestuarium, ποριστήν ibid. [*κερδός*] Senec. de Benef. 6, 32 Quum ex adultera in quaestuarium versa, ius omnis licentiae sub ignoto adultero peteret. Maiestas quaestuarium efficitur, circuit cauponas religio mendicans Tertull. Apol. c. 13. Mancipia quaestuarium Vlpian. in l. Athletas D. de his, qui not. infam. Lenocinium facit, qui quaestuarium mancipia habet. add. Tertull. de Cult. Fem. c. 12.

QVAESO, [*δέχομαι*] ait Festus, vt idem significat quod Rogo: ita Quaesere ponitur ab antiquis pro Quaerere, vt est apud En- nium lib. 2 Ostia munita est: idem loca nauibus pulchris munda facit, nautisque mari quaesentibus vitam. Et in Cresphonte, Ducit me vxorem liberorum sibi quaesendum gratia. Et in Andromeda, Liberum quaesendum causa familiae matrem tuae. Haec Festus. Cic. in Arato v. 18 — Si quaesere perges. al. quaerere. Mirum est me, vt redeam, te tanto opere quaesere Plaut. Bacch. 2, 2, 1. Lucret. 5, 1228 Non diuum pacem votis adit, et prece quaesit ventorum pavidus paces. In ea quaesito (al. quaerito) nouellos et nitidos ramos Columel. de Arb. 26, 8. Multis nos affatibus multisque precibus quaesens Apulei. Met. 4 p. 147, 20. ¶ 2 Sed haec fere antiqua: Consuetius est Quaeso et Quaesumus, i. oro, oramus.

Terent. Eun. 3, 2, 13. Quaesio hercle vt liceat, pace quod fiat tua. Id. Andr. 1, 2, 33 Vbi vis facilius passus sum, quam in hac re me deludier. D. bona verba quaeso. Cic. de Legib. 1, 6 Quamobrem aggredere quaesumus, et sume ad hanc rem tempus. Quaesio quid hoc est? Id. Attic. 7, 11 pr. Quid est, quaeso Metelle iudicium corrumpere, si hoc non est? Id. Verr. Prooem. 28. Quaesio quid sit mihi faciendum Id. Attic. 11, 15. Fac quaeso, qui ego sum, esse te Id. Fam. 7, 23 pr. Reficite vos quaeso Iudices per deos immortales Id. Verr. 4, 105. Terent. Andr. 3, 2, 7 Deos quaeso, vt sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono. Deos quaesumus, consilia tua Reipubl. salutaria sint Cic. Fam. 11, 3 extr. A te maximopere peto et quaeso Id. ibid. 3, 2. Cic. pro Arch. 3 c. 2 Quaesio a vobis, vt in hac causa mihi detis hanc veniam, accomodatam huic reo, vobis quemadmodum spero, non molestam. De te quaeso etiam, atque etiam vide, *i. quod ad te attinet* Id. Attic. 15, 8.

QVAESTICVLVS, QVAESTIO, QVAESTOR, QVAESTVOSVS, QVAESTVRA, QVAESTVS, vid. QVAERO.

QUALIBET, *sive* QVALVBET, *Aduerbiu vicem sustinet, cum sint duae voces. Vbicunque libet, undecunque.* Plaut. Mostell. 3, 2, 122 Qualibet perambula aedes oppido tanquam tuas. Quinctil. 5, 13 Si vel maxima flumina in riuos deducantur, qualibet transitum praebent. Quid vis? qualubet esse notus optas? Catull. 38, 6.

QUALIS, e. [*οἷος, ποῖος, ὁμοῖος, ποῖοσις*] *Relatiuum, hominis vel rei naturam et attributa declarans, vel interrogatiuum de iisdem.* Cic. de Amicit. 6 Nec sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Graecia neminem. Qualis esset, apparuit Nepos 14, 1, 4. Qualis es, ipse fuit Ouid. Met. 8, 50. Plaut. Trin. 4, 4, 3 Qualine amico mea commendauit bona? Cic. pro

Font. 21 Quamobrem quali fide, quali pietate existimatis esse eos, qui, etc. Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores? quanta deinde omnibus in rebus temperantia? quanta fide? quanta facilitate? quanto ingenio? quanta humanitate? quae breuiter qualia sint in Cn. Pompeio consideremus Id. pro Lege Manil. 36. Nulla gens est, quae non etiam si ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum censeat Id. de Legib. 1, 24. Nihil interest ad beate viuendum, quali vtaris victu Id. de Fin. 2, 90. Id. de Nat. Deor. 1, 65 Concedo esse deos: doce me igitur vnde sint, vbi sint, quales sint corpore, animo, vita. Cic. Tusc. 3, 56 c. 23 Nam de

40 ipsius rei natura qualis et quanta sit, quaeritur. Nam qualis quantusque cano Poliphemus in antro Virgil. Aen. 3, 641. Cic. Tusc. 1, 60 Si, quid sit hoc, non vides, at quale sit, vides: si ne id quidem, at quantum sit, profecto vides. Qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas esse, scribere historiam? Id. de Orat. 2, 51. Id. de Diuin. 2, 135 Ad aperta et clara veniamus, quale est de illo interfecto a caupone Megaris: quale de Simonide, etc. quale etiam de, etc. Virgil. Eclog. 5, 46 Tale tuum carmen nobis diuine poeta, Quale sopor fessis in gramine, quale, etc. Vt non tales quales ante habitae sint, habeantur Id. de Inuent. 2, 176, Praebe te talem hoc tempore, qualem te iam antea praebuisti Id. pro Rosc. Amer. 11 c. 4. Nullus pilus omnibus rebus talis, qualis sit pilus alius Id. Acad. 4, 85. Vidi quosdam in te tales, quales tu, etc. Id. Fam. 1, 9. Si quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset Id. Offic. 2, 44.

45 *2 Qualis, comparationibus faciendis apta particula.* Virgil. Georg. 4, 511 Qualis populea moerens philomela sub vmbra, amissos quaeritur fetus, etc. Id. Aen. 3, 679 Conciliu horrendum (Cyclosum) quales, cum vertice cello Aeriae quercus, aut coniferae cyparissi Constituerunt etc. Ouid. Met. 3, 682 Falcata nouissima cauda est, Qualia dimidia sinuantur cornua Lunae. *conf.* Virgil. Aen. 4, 143. et 5, 213. *Et vix est formula comparandi et similitudines proferendi sollempnior, pulchrior, vid. Ind. Erythraei.* *3 Etiam exemplis adferendis seruit.* Ouid. Halicut. 94 Nam gaudent pelago quales scombrigue, bouesque, Hippuri celeres etc. *Poterat dicere Exempli causa. Sed nempe hic etiam ellipsis locum habet, Gaudent tales, quales. vid. Priscian. 17 p. 1052.*

50 QVALISCVNQUE. [*ὁμοῖοσις*] Cic. in Pison. 27 Quum tamen ille, qualiscunque est, qui est ab vno te improbitate victus Gabinius, colligit ipse se vix. Id. Tusc. 1, 95 Totumque hoc leue est, qualecunque est. Sed homines beneuolos qualescunque sunt, graue est insequi contumelia Id. Attic. 14, 15 (14). Qualescunque summi ciuitatis viri sunt, talis et ciuitas Id. de Legib. 3, 31 c. 14. *conf.* Liu. 29, 17. Quae qualiacunque in me sunt (me enim ipsum non poenitet quanta sint) sed apparent in orationibus Cic. in Orat. 130. Scripta qualiacunque Ouid. Trist. 1, 1, 46. Carmina nostra qualiacunque Id. ibid. 3, 10, 18. Qualis enim cunque est Id. ex Pont. 4, 13, 6. Quale tamen cunque est Id. ibid. 3, 4, 6. Aliquid profecto sit necesse est melius et maiore vi praeditum quam deos, quale id cunque est Cic. de Nat. Deor. 2, c. 30.

55 QVALISNAM. Apulei. Apol. p. 274 Facile intellectu cuius fuit, qualisnam accusatio futura esset.

60 QVALISQUALIS. *Idem quod Qualiscunque.* Qualisqualis conditio sit Vipian. l. 2 D. de bon. poss. sec. tab. §. 1. Tryphoninus in l. Rescriptum. De distract. pignor. Quia ex contractu, qualiqua obligatione a debitore interposita. *Qualequale* l. 3 de pro-

65 xenet. *conf.* Briff. de V. S. Stew. ad Veget. 2, 4.

70 QVALISLIBET. [*ὁμοῖος, βέλτε, ὁμοῖοσις*] Cic. de Nat. Deor. 2, 95 c. 37 Si innumerabiles vnus et viginti formae literarum, vel aureae, vel qualeslibet, aliquo coniiciantur. *Legitur et separatis distinctionibus.* Quales libet. Nisi forte carboem putas hominibus esse pecuniam vel qualemlibet possessionem August. Ep. 48. Qualeslibet pisces Apic. 4, 2.

75 QVALITAS, *atis. f.* [*ποιότης*] *Est, Secundum quam quales dicimur.* Cic. Acad. 1, 25 c. 7 Qualitates igitur appellauit, quas *ποιότητες* Graeci vocant. Et 26 Earum igitur qualitatum sunt aliae

80 principes, aliae ex illis ortae. Principes sunt vnus modi et simplices: ex iis autem ortae variae sunt, et quasi multiformes. Et 27 Carentem omni qualitate materiam. Et iam 24 c. 6 dixerat Sed quod ex vtroque (id est ex materia et vi) id iam corpus, et quasi qualitatem quandam nominabant. Et 28 Et quum ita moueatur illa vis, quam qualitatem esse dicimus, et quum sic vltro citroque versetur, et materiam ipsam totam penitus commutari putant, et illa effici, quae appellant qualia. *add.* Cic. de Nat. Deor. 2, 94. Ager aliis qualitibus aestimandus est Columel. 2, 2. Caeli qualitas Quinctil. 5, 9, 15. Lineamentorum qualitas matri ac filio similis Iustin. 105 1, 2, 2. Qualitatem litoris nostri contemplanur, si vitemus seepulos



pulos, an probemus Columel. 8, 17. Qualitas materiae excipientis Plin. 2, 80. Papaueris qualitatem repraesentare Scribon. 180. *Plurima aliorum de physico hoc significatu exempla a Rhodio congesta in Lex. Scribon.* Qualitatis nomen apud Iureconsultos generate est, ut omne accidens, quidquid est praeter substantiam rei, comprehendat. Celsus 1. 86 pr. de verb. signific. Qualitates autem praediorum, quoniam quasi a natura insunt, nec possunt ab ipso fundo separari, et qui fundum vendit cum sua illum bonitate, quaecumque est, salubritate, amplitudineque vendidisse censetur: immo illo vendito, nihil de istis sibi retinere potest. Ideo videntur nihil aliud esse, quam ipsa praedia qualiter se habentia, id est iis qualitatibus praedita. Celsus, Quid aliud sunt iura praediorum, quam praedia ipsa qualiter se habentia? etc. Quinctil. 7, 2, 6 Quaeritur per coniecturam et quantitas et qualitas — Qualis Clipeus Achillis. Peculiariter apud Grammaticos sunt qualitates modi verborum vel status, vid. Quinctil. 1, 5, 41. 15

QUALITER. Adu. Qualiter datum Scribon. 98 sc. medicamentum, i. quo modo. Plin. 8, 48 Antiquis enim torus e stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape. Qualiter in foro decolletur M. Sen. Controu. 25. Qualiter ex alta cum Iupiter arce coruscat Flacc. 4, 304. add. Quid. Am. 1, 7, 58. Lucan. 20, 151. Sedul. 2, 152.

QUALITERCUNQUE. Aliud Aduerb. Vt cunqve. Columel. 11, 3 Potest etiam citra hanc operam fieri crispum, qualitercunque satum. Qualitercunque praeliantibus cadendum est Iustin. 2, 11, 11.

QUALITERQUALITER, pro Qualitercunque. Vlpian. in l. 25 quo enim. in fine. D. rem ratam haberi, Nam qualiterqualiter quis eundem actum retractat, qui a procuratore actus est, committi stipulationem oportet. al. qualiter semel tantum. Gestum sic accipimus qualiterqualiter, siue contractus sit, siue quid aliud contigit l. 7 pr. D. de minor. 30

QUALVS, i. m. [κάλυδος] Genus omne instrumenti viminei et plexilis comprehendit, quo ad colandum, portandum etc. uti licet: ut illud, quo continetur, dum calcatur uua, deinde sola vinacea effluente musto. Vet. Gloss. ἡθμός, δουλίστηρ, quae colum notant, quae vox a κάλυδος et a qualo parum discrepat. Virgil. Georg. 2, 241 Tu spisso vimine qualos, Cola que praelorum fumosis diripe tectis. vid. Seru. b. l. Plin. 17, 10 Alii in qualo pedibus in profluente deculcant, etc. Qualus, In quo gallinae oua edunt, apud Columel. 8, 3. Id. 9, 15 Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus saccus inuersae metae similis, qualis est quo vinum liquatur, obscuro loco suspenditur. 40

Qualum, Neuro genere: Cato 11 Corbulas amerinas viginti, quada sataria septem, alueos quadraginta. Sunt autem, Turnebo interprete, quibus ad ferendum opus est, id est ad sementem. add. Cato c. 23. Sed Columel. 7, 3, 9 Sint quala mundissima, ne qua earum valetudo, quae etc. Sententia vis admittit quala. Quidam hinc legunt Caula. Al. 45 Sint quam mundissima, etc. Loquitur enim de stabulis ouium: Mibi videbatur leg. sintque illa mundissima. Vindemiatorii quali Vlpian. in l. Instrumento D. de instruct. vel instr. leg. Qualus, in quo mulieres reponabant pensa: Horat. Carm. 3, 12, 4 Tibi qualum Cytherae puer ales. Qualus, apud Apulei. Met. 4 p. 154 pr. pro 50 Canistro in quo panis feruatur. It. ap. Prudent. hymno omnis horae v. 58. Gloss. κάλυδος. Qualus, Vas quo catmentarii siue calcarii utuntur ad portandam calcem vel gypsum. Vlpian. in l. Sed et si quid inaedificauerit, in principio D. de usufructu, Nam si librarium rus mittat, et qualum et calcem portare cogat. 55

QVAsILLVS, i. m. et QVAsILLVM, i. n. [καλυθῆρος] Dimin. a Qualus. Festus, Calathos Graeci, nos dicimus quasillos. conf. Seru. l. inf. cit. Cic. Philipp. 3, 10 c. 4 At vero huius domi inter quasilla pendebatur aurum. Quasi diceret, Inter mulierculas et lanificia. Quem locum citat et Seruius in illud Eclog. 2, 46 Ecce ferunt 60 nymphae calathis. add. Isidor. 19, 19. Tibull. 4, 10, 3 Sit tibi cura togae potior, pressumque quasillum. Propert. 4, 7, 41 Et grauiora rependit iniquis pensa quasillis.

QVAsILLARIA, ae. f. Lanifica. Petron. c. 92 Conuocat omnes quasillarias, familiaeque sordidissimam partem. add. Id. c. 132. 65

QVAsILLARIVS, i. m. [ψιδύποιος Gloss. Graec. Latin.] Scripturnam Quasillarius.

QVAM. [ὅσον, ἤ] Particula relatiua et comparatiua, cui plerumque respondet praemissa vel sequens Tam, item Tantum, item Comparatiui vel Superlatiui. Sed habet tantam varietatem, quae non possit nisi 70 multitudine exemplorum declarari. Non tam ipso quidem dono, quam abs te datum esse Terent. Eun. 3, 1, 3. Id. ibid. 4, 4, 51 Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam me viuere. Cic. Verr. 2, 5 Quod si quam audax est ad conandum, tam esset obscurus in agendo, etc. Nihil mihi nunc scito tam deesse, quam hominem eum, 75 quicum omnia communicem Id. Attic. 1, 15. Famae et fidei damna maiora sunt, quam quae aestimari possint Liu. 5, 72. Cic. Fam. 15, 8 Maiora erga salutem dignitatemque meam studia, quam erant a muliere postulanda. Oratio, quam habitus, fuit miserabilior Id. 44, 19. conf. Id. 3, 19. Praelium atrocius quam pro numero 80 pugnantium editur Id. 21, 29. conf. Id. 10, 14. In acie praestat interfici, quam non veterem belli gloriam recuperare Caes. B. G. 7, 1. Quinctil. 3, 1 Sitque salubrior studiis, quam dulcior. Non acrior quam pertinacior impetus. Liu. 31, 35, 4. add. Id. 5, 23 Non timeo Iudices ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius haec in illum euomere videar, quam verius Cic. pro Milon. 78 c. 29 pr. Iungit interdum Comparatiuos, ut Posterior aetas in excolendo iure amicitiae quam libentius, tam etiam religiosius erit operata Valer. Max. 4, 7, 7 extr. Sed forte leg. quum, tum. 2

Tam omittitur Quandoquidem non facile loquor, quam, quod lo- 90 cutus sum, praesto Liu. 2, 56. vid. Gronou. ad Liu. 5, 21. 7, 8 pr. 25, 29. 26, 18 et 31. 28, 44. 30, 28. Sic Curt. 7, 7, 27 Nec mea ars, quam beneuolentia me perturbat. Sic Freinshem. Simili ellipsi Quam, pro Magis, vel potius quam, apud Iureconsultos frequentissimum: Paullus 1, 2 De rebus credit. Mutui datio consistit 95 in his rebus, quae pondere, numero, mensura consistunt: quoniam earum datione possumus in creditum ire, quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quam specie. Vlpianus l. 2 De iudiciis: Alioquin compelletur iudicium accipere, quam inuenire eos, qui satis pro eo dent. Et alibi saepius. 3 Quam, pro Quan- 100 tum, Positiuo iungitur. Quam morosi sint, qui amant, ex hoc potes intelligere Cic. Fam. 7, 15 pr. Idem. Videte quam valde malitiae suae confidat. Terent. Andr. 1, 1, 109 Reiecit se in eum flens quam familiariter. Quam, pro Quantum positum post negationem in priore oratione, Tam, non necessario sequitur. Liu. 35, . 105

- Homo, non quam isti sunt, gloriosus. Quam, cum Verbis. Possim, Queo, Valeo, et aliis. Terent. Heaut. 3, 1, 7 Haud faciam: nam quam potero, adiutabo senem. Plaut. Men. 5, 9, 4 Tam consimilis est, quam potest. Exposui, quam breuissime potui Cic. Diu. 1 c. 32. Sallust. in Iugurth. . . . Quam maximas potest copias armat. Caes. Bell. Gall. 1, 37. Re frumentaria quam celerrime potuit, comparata. Cic. de Nat. Deor. 2, 3 Agam quam breuissime me potero. Conuiuium ad multam noctem, quam maxime possimus, vario sermone producimus Cic. de Senect. 46. Aues nidos
- 10 construunt, eosque quam possunt mollissime substernunt Cic. de Nat. Deor. 2, 129. De Catilina, quam verissime potero, paucis dicam Sallust. Cat. c. 18. Sed etiam cum Positiuis: Cic. Philipp. 2, 47 Sed reliquum cursum vitae, quam quidem possum celeriter, perstringam. Dixi de philosophia ipsa quam breuiter potui Lactant. 3, 17.
- 15 Terent. Adelp. 4, 1, 16 Quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari. Vbi Donatus, Quam vellem praecipue dicimus in his, quae non videmus fieri. Cic. de Finib. 3, 10 Quam vellem, inquit, vt te ad Stoicos inclinauisses. ¶ 4 Quam magis, et tam magis, vt Quo magis, eo, vel hoc magis. Plaut. Poen. 1, 2, 135 Quam
- 20 magis aspecto, tam magis est nimbata. Et Virg. Aen. 7, 787 Tam magis illa fremens et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae. Et Bacchid. 5, 1, 5 Magis quam id reputo, tam magis vrora, quae meus filius turbauit. Et Truc. 1, 2, 69 Quam primum expugnari potest amator, (tam) optimum est amicae. Et
- 25 Men. 1, 1, 19 Quam magis intendas, tanto adstringunt arctius. Lucret. 6, 458 Vicina cacumina caelo Quam sint quaeque magis, tanto magis edita fument. Et 2, 568 Et quam quidque magis multas vis possidet in se Atque potestates, ita plura principiorum In sese genera, ac varias docet esse figuras.
- 30 Et 4, 1086 Quam plura habemus, Tam magis ardescit dira cuppedine pectus. ¶ Lucret. 1, 537 Et quam quaeque magis cohibet res intus inane, Tam magis his rebus penitus tentata labascit. ¶ 5 Quam, pro Quantum, Interrogatiuum, vel exclamantis. Terent. Eun.
- 35 2, 2, 44 Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse? O rem difficilem, planeque perditam! quam nihil praetermittis in consilio dando! quam nihil tamen, quod tibi ipsi placeat, explicas! Cic. Att. 9, 2. Terent. Andr. 1, 1, 100 Quam timeo quorsum euadas! Per-
- 40 quam vereor, ne quid fuerit *συνδαιρέσθω* Idem Att. 5, 3. Quam, cum Indicatiuo: Cic. in Verr. . . . Incredible est autem, quam multa et quam praeclara fuerunt. Sed Terent. Hec. 4, 4, 12 Dum ne reducam, turbent porro quam velint. Cic. pro Cael. 22 Quam velit sit potens. Quam in paucis spes, quam in paucioribus sit fa-
- 45 cultas Idem Off. 2 c. 19. Post illa tempora tute scis, quam intimum te habuerim Ter. Eun. 1, 2, 47. Hoc, quodcumque vides, hospes, quam maxima Roma est, Ante Phrygem Aeneam collis et herba fuit Propert. 4, 1 pr. Quinctil. 1 Pr. 8 Quare in his quoque
- 50 libris erunt omnia compositiora, et quam nos poterimus elaborata. vid. Voss. de Arte Grammat. 7, 61 p. 236. ¶ 6 Quam, Tam, cum Superlatiuo. Cato c. 65 Quam acerbissima olea oleum facies, tam oleum optimum erit. Sallust. in Iug. c. 31 Itaque quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est. Cato ap. Festum voce
- 55 2, 9, 12 Quam parcissimos relinques, tam optimi in alendo sunt, propter copiam lactis. Cato 64 Quam citissime conficies oleum, tam maxime expediet. — Nam oleum, quam diutissime in amurea et in fracibus erit, tam deterrimum erit. Et 157, 8 Quam plurimum
- 60 ederit, tam citissime sanus fiet. Ter. Heaut. 5, 2, 44 Namque adolescens quam minima in spe situs erit, tam maxime patris pacem in leges conficiet suas. Quid. Amor. 1, 8, 27 Tam felix esses, quam formosissima, vellem. ¶ 7 Sed etiam simpliciter Superlatiuo, quasi intendere et augere videtur. Varro de L. L. 7, 2 p. 85, 10 Im-
- 65 positicia nomina voluerunt esse quam paucissima, quo citius ediscere possent. Ter. Andr. 5, 1, 16 Quibus id maxime vtile est, illum esse quam deterrimum. Idem Heaut. 2, 3, 127 Eademque vt esset apud te ob hoc quam gratissima. Cic. de Amicit. 45 Alienis nimis implicari, molestum esse: commodissimum esse, quam laxissimas habere habenas amicitiae. Quam occultissime traiecto anme Liu. 21, 27.
- 70 Cic. Att. 6, 5 Officium meum putavi, exercitum habere quam proxime hostem. Plenius Liu. 1, 23 Is ducit exercitum quam proxime ad hostem potest. Nempe tota haec loquendi ratio videtur a simili ellipsi orta esse. Cic. de Orat. 1 c. 33 Dicere quam maxime ad veritatem accommodate. Et c. 34 Versibus propositis quam maxime grauibus.
- 75 Sed Offic. 2, 23 c. 7 Paretque quam maxime mortuo, melius legitur cum maxime. Cic. Verr. 1, 57 Quo quam minime multi ex illis de istius nefario scelere audire possent. Id. Brut. . . . Vt intelligatis, primum ex omni numero, quam non multi ausi sint dicere, deinde ex iis ipsis, quam pauci fuerint laude digni. Operamque det,
- 80 vt cum suis copiis quam proxime Italiam sit Idem Philipp. 10, 26. Tacit. Ann. 15, 74 Vt templum Diuo quam maturrimie publica pecunia poneretur. Idem ibid. 12, 65 Amplecti Britannicum, robur aetatis quam maturrimum precari. Memoriam quam maxime longam efficere Sallust. Catil. c. 1. ¶ 8 Etiam sic ponitur cum Posi-
- 85 tiuo. Ter. Eun. 2, 3, 43 Continuo accurrit ad me quam longe quidem. Cic. de Nat. Deor. 3, 54 Soles ipsi quam multi a theologis proferuntur? Idem Tusc. 3, 83 Atqui stirpes sunt aegritudinis quam multae, quam amarae! Et Att. 7, 15 Suam in Senatu operam, auctoritatemque quam magni aestimat. vid. h. l. Graeu. Et alibi: Scribit ad me quam honorifice de restitutione Sexti Clodii. Quinctil. 12,
- 90 12, 24 Quam multa, immo paene omnia tradidit Varro. Sed hoc per interrogationem vel admirationem etiam efferrí potest, vt Virg. Ecl. 2, 20 Nec, qui sim, quaeris, Alexi, Quam diues pecoris niuei, quam lactis abundans. Liu. 26, 14 Quam forti animo, etc. Tuum consilium
- 95 quam verum est Anton. ad Cic. sub Att. 10, 10. Quam facile accipiter columbam consequitur Virg. Aen. 11, 722 Liberis dare operam quam honeste dicitur. Cic. Fam. 9, 22. Suos valde quam paucos habet Brut. ad Cic. Fam. 11, 13. Pater quam breui corpore, atque etiam gibber Suet. Galba c. 3. al. quamquam. Nae ille quam
- 100 breui tempore effecerit, vt omnes non posterorum modo, sed sui parentumque poeniteat Plin. Paneg. c. 27. al. tam f. in tam. A materia aliena quaestio debet quam breuiter attingi Lactant. de Ira Dei c. 8 extr. Cannabias nutrit filuas, quam comoda nostro Arma-
- 105 ¶ 9 Cum Nominibus temporum consecutionem et continuationem notat. Columel.

Columel. 8, 8 Quinto die quam sustuleris, condire oportebit. Idem 12, 38 Post nonum diem quam id factum est. Tabellarii venerunt post diem XL et sextum, quam a nobis discesserant Cic. Fam. 16, 21 pr. Octavo mense, quam coeptum oppugnari, captum Saguntum Liu. 21, 15. Idem 4, 7 Tertio mense, quam inierunt — honore abiere. 5 Postero die quam illa erant acta, Catulus venit Cic. de Orat. 2, 12 c. 3. Sexto, quam profectus erat, mense domum rediit Suet. Claud. c. 17. Plin. 8, 42 Terram attingere ore triduo proximo quam sit genitus, negant posse. add. Curt. 4, 4, 19. Nep. 3, 1, 5 c. commentar. it. 3, 3, 3. Ego autem non commemini, ante quam natus sum, me miserum Cic. 10 Tusc. 1, 13. Saeculis multis ante gymnasia inuenta sunt, quam in iis philosophi garrere coeperunt Id. de Orat. 2, 21. Numa sapientiam constituendae ciuitatis duobus prope saeculis ante cognouit, quam etc. Cic. de Orat. 2, 154. Intra sexagesimum diem, quam caesa filia fuerat, centum sexaginta nauium classis in ancoris stetit Flor. 2, 2, 7. 15 Plin. Epist. 3, 16 Si tamdiu, tantaque concordia vixerit tecum, quam ego cum Pacto, volo. Cic. de Clar. Orat. 4 Vixitque tamdiu, quam licuit in ciuitate bene beateque viuere. Virg. Aen. 4, 193 Nunc hiemem inter se luxu, quam longa fouere. Seruius: i. In quantum longa est hiems. Fecit et talem figuram Aen. 8, 86 Tiberis ea fluuium, quam longa est, nocte tumentem Leniit. Etiam ad locum refertur. Per totum, quam longus est, locum Illyrici Aufon. Grat. Act. ad Gratian. ¶ 10 *Connubia particulae huius: ac primo* Quam, geminatum in exclamatione. Questa est Aegiale, questa est Meliboea relinqui. Et quam! quam saeui! fecerunt Maenada planctus 25 Stat. Silu. 3 vlt. v. 48. Barth. leg. Et quam tam. Ter. Phorm. 2, 3, 61 Potius quam lites secer, aut quam te audiam. Te igitur imitabor. Quam multa, quam paucis! Cic. Fam. 11, 24. Est diffensio, et quae vis nominis eius, et quot genera, et quae quam Multaeque sint species Quinctil. 10, 1. i. quot. Curt. 5, 4, 25 Ne aurium quidem vsus supererat, siluas quatiente vento, qui concutientibus ramis maiorem, quam pro flatu sonum edebat. Sic Liu. 21, 59 Maior quam pro numero iactura fuit. Sic 9, 27 Maius quam pro numero auxilium. Sic 21, 29 Atrocius praelium, quam pro numero pugnantium etc. Sed etiam 7, 8 Multiplex (magis) quam pro numero damnorum est. Cic. de Orat. 3, 15 Vt maius quiddam de L. Crasso, quam Quantum a nobis exprimeretur, suspicentur. Sexies tantum, quam quantum satum sit, ablatum esse Idem Verr. 3, 102. Hic maiorem pecuniam Praetori pollicetur, quam quantam tu dedisti Cic. Verr. 2, 70. Idem Brut. 52 c. 13 De quibus difficile est plus intelligere, quam Quantum ex monumentis suspicari licet. Idem pro Domo 137 Id sperasti Rempubl. diutius, quam Quoad mecum expulsa careret his moenibus, esse laturam? Cic. Att. 11, 7 Sed ex omnibus, nihil magis tamen desideratur, quam Quod in Africam non ierim, i. subaud. quam id, quod non ierim in Africam. Idem de Orat. 3, 10 45 Quod si quis erit, qui ductus opinione vulgi aut Antonium ieiuniorum, aut Crassum pleniorum fuisse putet, quam Quomodo a nobis vterque inductus est. Multa praeclara in eo viro cognoui, sed nihil est admirabilius, quam Quomodo ille mortem M. filii tulit Cic. de Senect. 12 c. 4. Idem de Orat. 3, 22 Hoc est altius, quam Vt nos humi strati suspicere possimus. Plerumque dolor vehementior, quam Vt causa sit, cur feratur Idem Tusc. 5, 117. Sueton. in Galba 8 In secessu plurimum vixit, nec ad gestandum quidem vnquam iter ingressus, quam vt secum vehiculo proximo decies HS. in auro efferret. Quinctil. 12, 9 Ideoque ne suscipiendae quidem sunt causae plures, quam quibus suffecturum se sciat. Liu. 34, 32 Nam quid minus conueniret, quam nos, qui pro libertate Graeciae aduersus Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituire amicitiam? et eo tyranno, quam qui vnquam fuit, saeuissimo et violentissimo in suos? Ex amore hic Admodum quam saeuus est Plaut. Amph. 1, 3, 43. Contra facis, quam pollicitus es Cic. de Legg. 2, 12. add. A. ad Herenn. 4 c. 3 extr. Factum est enim culpa, Contra quam tu mecum egeras Idem Qu. Frat. 1, 1, 2. Socrus generi, Contra quam fas erat amore capta Idem pro Cluent. 12 c. 5. Quinctil. 1, 8 Pransus quoque et potus, Diuersum valent quam indicant. Columel. 18, 8 Duplicia 65 (ferramenta) quam numerus seruorum exigit, resecta et reposita custodiat. Gaudeo, te fidem cognoscere hominum, non Ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram Cic. Fam. 1, 9, 11. Extra quam. Super quam quod. vid. hb. vv. Cic. pro Cluent. 151 Quod si fieri posse existimasset, — Nihil fecisset libentius, quam — contulisset. Quod ego quidem Nimis quam cupio Plaut. Capt. 1, 2, 17. add. Id. Most. 2, 2, 79. Apul. Apol. p. 305. Nimum quam Plaut. Bacch. 1, 2, 13. Gell. 15, 1. Non mehercle quidquam libentius facio, quam scribo ad te Cic. Fam. 15, 19. Nulla aequae quam praedictae falsurae pabula Columel. 8, 17. Oppido quam 75 Gell. 15, 30 et 16, 7. Tantopere, quam Quinctil. prooem. Tantum, quam: vid. Burm. ad Quinctil. p. 2. ¶ 11 *Affectum et vehementiam aliquam significat frequenter.* Plaut. Afin. 3, 2, 35 Vt assimulabat Sauriam me esse quam facete! Ter. Eun. 3, 2, 4 Quam venuste! quod dedit principium adueniens. Idem ibid. 1, 2, 98 Labascit victus vno verbo, quam Cito. Plaut. . . . Nunc dicito, quam Extemplo hoc erit factum. Quam Minime sim quietus, etiam in maximis necessitatibus Lactant. de Opif. D. in. i. quam parum. Plaut. Afin. 2, 4, 43 Quam Mox mihi operam das? Idem Bacch. 4, 6, 6 Quid fit? quam mox nauigo in Ephesum, vt aurum repetam? 85 Ter. Eun. 4, 7, 18 Quam mox irruimus. Idem Adelph. 5, 6, 1 Hera ego hinc ad hos prouisam, quam mox virginem accersant. Cic. pro Rosc. Com. 44 Exspecto quam mox Chaerea hac oratione utatur. Quam mox, significat Quam cito. Sed si per se ponas, mox significabit paullo post, vel postea. Festus. Quam paene tua me perdidit proteruitas! h. e. Quam parum abfuit, quia etc. Ter. Heaut. 4, 6, 10. ¶ 12 Quam potius, Quam prius pro Potius quam, Priusquam. C. Titius apud Macrobi. Sat. 2, 12 extr. Eunti in consilium, ebrio iudici, ibi haec oratio: Quid mihi negotii est cum istis nugacibus, quam potius potamus mulsium mixtum vino 95 Graeco, edimus turdum pinguem etc. Propert. 2, 14, 11 de Aurora et Tithone Illum saepe suis decedens fouit in vlnis, Quam prius abunctos sedula lauit equos. Et A. Copae 5 Quid iuuat aestiuo defessum puluere abesse, Quam potius bibulo decubuisse toro. Hoc quam potius ita re et sententia conuenit cum illa C. Titii formula, vt videatur prope sollempnis ad voluptatem a labore festinantium fuisse. Hinc Scaliger etiam apud Plaut. Trin. 2, 2, 12 vult legi, Lacrimas haec mihi, cum video Eliciunt, quia ego ad hoc genus hominum duravi: quam (vulg. quin) prius Me ad plures penetraui: vt Attici ἠπὶν pro πρῶν. ¶ 13 Obs. Qui casus praecedat particulam Quam, 105

*idem eam sequitur. v. g. Quid igitur censes? Apim illum, sanctum Aegyptiorum bouem, nonne deum videri Aegyptiis? tam hercle, quam tibi illam nostram Sospitam Cic. de Nat. Deor. 1, 83 c. 29. vid. Burm. ad Quinctil. Decl. 321 p. 646.*

5 *¶ 14 Quam frequenter cum aliis particulis confundatur et misceatur, annotatum est in Liuii Drakenborchiani Indice b. v.*

QVAMDE. Poëtica Paragoge. Festus: Quamde pro Quam vsos esse antiquos, cum multi veteres testimonio sunt, tum est Liuius (Scal. malit Ennius) in primo, Iuppiter, vt muro fretus magis, quamde manus vi (vt restituit Scal.) et secundo, Quamde tuas omnis legiones ac populares. Et Lucretius (1, 640) Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes, Quamde graues inter Graios, qui vera requirunt.

15 QVAMDIV, QVAMDVDVM, et similes particulae ita compositae et uno tenore scriptae passim reperiuntur: quas recentiores amant dirtimere. Non est facile aliquid certi statuere, cum quo sunt antiquiora monumenta, eo minus separare a se verba soleant.

20 QVAMDIV. Adu. temporis. [ὅσον χρόνον, εἰς ὅσον, ἕως, ἀχρηστὸν, ἀχρηστῶ] Quanto tempore. Cic. Verr. 5, 112 c. 43 Homo quamdiu vixit, domui suae, non solum post mortem tota Sicilia clarus et nobilis. Idem Att. 9, 3 Ego tandiu requiesco, quamdiu ad te scribo. Quamdiu viride oleum conficitur Columel. 12, 50. Interrogatiue. Cic. in Somn. Scip. 16 Ipsi autem, qui de vobis loquuntur, quamdiu loquentur? Vetus exemplar legit, Quam loquentur diu? Idem pro

25 Rosc. Amer. 89 Haec tu Eruci tot et tanta si nactus esses in reo, quamdiu diceres? quo te modo iactares?

QVAMDVDVM. Adu. interrogandi. Plaut. Afin. 2, 4, 43 Hem optime: quamdudum tu aduenisti? Ter. Eun. 4, 4, 30 Venit Chae-rea. PH. fraterne? DO. ita PH. quando? DO. hodie. PH.

30 quamdudum? DO. modo. Conf. Idem Andr. 5, 2, 9. Plaut. Trin. 3, 1, 7.

QVAMLIBET, vel QVAMLV BET. Adu. pro Quantumlibet. Plin. 36, 22 Faciliore multo natura finditur in quamlibet tenues crustas. Corpora quamlibet ardua et excelsa, procerioribus admota de-

35 crescunt Plin. Paneg. c. 61. Quamlibet exiguus imber Ouid. Trist. 4, 6, 56 qui familiariter hac voce utitur, vid. Burm. ad Her. 6, 140. Haesitavi, siue aliquod discrimen aetatis, an quamlibet teneri nihil a robustioribus differant Plin. Epist. 10, 97. Quamlubet esto: Lucr. 2, 542. Quamlubet esto Vnica res quaedam natiuo corpore sola

40 add. Id. 3, 1001. Quamlibet parum Quinctil. 1, 1. Solin. c. 9 Philippus Magnum (Alexandrum) procreat: quamlibet Olympias (mater) nobiliorem ei patrem (Iouem ipsum) acquirere (mendacio suo de Dracone) affectarit.

QVAMOBREM. [ῥίως ἔπειτα, διὸ] Habet vim separatarum dictio-

45 num, Quam ob rem? Interrogantis particula, et rationem alicuius rei petentis: interdum etiam inferentis, et concludentis. Ter. Andr. 5, 2, 21 Sublimem hunc intro rape, quantum potes. DR. Quem? S. Davom. D. quamobrem? Cic. de Finib. 1, 15 Quamobrem tandem, inquit, non satisfacit? Ter. Andr. 2, 3, 8 Dictum ac factum, inue-

50 nerit aliquam causam, quamobrem eiiciat oppido. Cic. Fam. 3, 10 Multaque mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore. Idem pro Caecin. 99 Deinde nihil rationis affers quamobrem, si libertas adimi nullo modo possit, ciuitas possit. Quamobrem vt maxima de re aequo animo delibe-

55 ranti, ita mihi des consilium velim Cic. Att. 8, 3. Verum illud est, quamobrem haec commemorarim, quod existimare vos volo etc. Idem Verr. 6, 135. Quamobrem quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, vtat, etc. Idem. Fam. 2, 3. Ego vero hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram, rus abiit Ter. Adelph.

60 3, 3, 80. i. cuius hominis causa. Quamobrem, quamquam in vno praelio omnis fortuna Reipubl. disceptat, etc. tamen ipsa fama, etc. Cic. Fam. 10, 10. ¶ 2 Diuisim intelligendas esse has voces, indicio est illud, quod etiam dicitur plurium numero, Quas ob res: Cic. Philipp. 3, 37 Quas ob res, quod Trib. pleb. verba fecerunt, vt Senatus Cal. Ian. tuto haberi, sententiaeque de summa Reipubl. libere dici

65 possint, de ea re ita censeo, etc. Lucret. 1, 156 Quas ob res vbi viderimus nil posse creari De nihilo, etc.

QVAMPLURES, quod itidem alii malunt distinguere, aut plane legunt aliter. Plaut. Stich. 1, 3, 45 Sed curiosi sunt hic quamplures mali. Quam plures Gronou. Plaut. Caf. 2, 2, 13 Quamplura sunt mihi, quae ego velim. Sed recte Gronou. Nec qua cum plura. Gell. 1, 7 Videbatur quampluribus. Gronou. Compluribus. Caes. de Bell. Ciuil. 1, 50 Hae permanserunt aquae dies quamplures. Sed meliores Complures. Cic. Tusc. 5, 61 c. 21 Abacosque quamplures or-

75 nauit argento, auroque. al. complures.

QVAMPLVRIMVS, a, um. Adi. Citatur Cato de R. R. c. 156 Quamplurimam brassicam ederit, tam citissime sanus fiet. Sed diuisim legendum ipsa docet apodosis. Nec aliter editur bodie Cic. Verr. 3, 43 c. 17 pr. Quaero, si ipse excogitare non poterat, quemadmodum quamplurimo venderet, etc. add. Id. Off. 3 c. 12.

80 QVAMPRIDEM, Quanto tempore ante, Interrogantis particula. Ter. Eun. 3, 3, 11 Vbi friget, huc euasit, quampridem pater mihi et mater mortui essent. dico, iamdiu. Cic. pro Rosc. Com. 8 c. 3 Illud vero, quod ad rem vehementer pertinet, quaero, quampridem hoc nomen Fanni, in aduersaria retulisti?

85 QVAMPRIMUM, Valde cito. Ter. Adelph. 2, 4, 18 Obscuro hercle hominem istum impurissimum quamprimum absolvitote. Cic. Fam. 3, 18 Gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quamprimum veneris. Inuisam quaerens quamprimum abrumpere lucem Virg. Aen. 4, 631. Perferre literas ad aliquem quamprimum Cic. Fam. 2, 5. Nempe vt in QVAM n. 6 obseruauimus, intelligitur possum, potest, aut simile verbum: quod interdum etiam, vt in his, quae n. 3 posuimus, exprimitur. v. g. Bene ambulato, sed recipe te, quamprimum potes Plaut. Perf. 1, 1, 52. add. Id. Capt. 2, 3, 38 et 88. Magi multum quidem iis tribuere, quamprimum adspiciatur eo anno, tolli iubentes Plin. 21, 23 s. 94 fin. In hoc ultimo videtur leg. quum primum.

90 QVAMVIS. [et uq] Coniunctio aduersatiua vocatur a Grammaticis: sed melius intelligitur, si accipitur ex vi duorum vocabulorum, unde compositum, est: vt Germani dicunt, so sehr, so lang, man will, noch so sehr etc. aut Galli, tant qu' on voudra. Coniunctiuum si quem adiunctum habet, is non ab ipso regitur, sed pendet a reliqua constructionis ratione, prout illa infinita, potentialis, aut similis est: id quod exempla docent: cum Licet, propter intellectam vt, semper Coniunctiuum postulet. Cic. Att. 12, 37 Quamuis prudens ad cogitandum sis, sicut es: tamen nisi magnae curae tibi esset, vt ego consequerer id, quod magnopere vellem,

vellem, etc. **Quincil.** 9, 4 *Quamuis enim iuncta sit, tamen soluta videri debet oratio.* **Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses** Virg. Ecl. 2, 16. **Et si, quamuis non fueris suavor et impulsor profectiois meae, approbator certe fuisti** Cic. Att. 16, 7. *add.* Id. Philipp. 11 c. 9. **Quamuis enim animus tuus intentus sit, sicut est, ad fortissimum virum — liberandum, tamen.** *Hi Coniunctiui nempe non reguntur proprie a quamuis: ut illud* Virg. Aen. 3, 454 **Quamuis increpitent socii, Coniunctiuo modo s. Potentiali poneretur etiam solum, absente quamuis: quae adeo particula etiam cum Indicatio ponitur:** **Quamuis carebat nomine** Nep. 1, 2, 3. **Quamuis est rustica musa** 10 Virg. Ecl. 3, 84. **Me quamuis Lamiae pietas et cura moratur** Hor. Epist. 1, 14, 6. **Tu caue defendas, quamuis mordebere dicis** Ouid. Trist. 1, 1, 25. *add.* Liu. 2, 40. Hor. Od. 3, 10, 13. Ouid. ex Pont. 1, 6, 45. Propert. 1, 15, 13. et 2, 8, 27. Columel. 2, 9. **Quincil. Declam.** 5. **Quin saepe plane verbo non adhaerere, sed Nomini Adiectiuo videtur.** Cic. de Legib. 3, 24 **At duo Gracchi fuerunt, Et praeter eos, quamuis enumeres multos licet, quum deni creantur, nullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos.** **Quamquam ista assentatio quamuis perniciofa sit, nocere tamen nemini potest** Cic. de Amicit. c. 26. **Quamuis audus colonus** Virg. Aen. 1, 3. **Quamuis copiose haec diceremus, si res postularet** Cic. Tusc. 1 c. 21. **Quamuis vetus dolor** Scribon. 255. **Semper victores ex quamuis temere coepto certamine abiere** Liu. 34, 19. **Multa ego possum dicta dicta quamuis facunde loqui** Plaut. Trin. 2, 2, 98. **Homo quamuis humanus ac iocosus** Varro R. R. 2, 5. **Quamuis ridiculus** Plaut. Men. 2, 2, 43. **Quamuis saepe** Cic. de Orat. 1 c. 25. *add.* Virg. Aen. 7, 492. Catull. 12, 5. Phaedr. 1, 29, 1. **Quamuis ille felix sit, sicut est, tamen, etc.** Cic. pro Rosc. Amer. 22. **Idem Fam.** 1, 15 **Quamuis paruis Italiae latebris contentus essem.** **Idem pro Rosc. Amer.** 47 **Quasi vero mihi difficile sit, quamuis multos nominatim proferre.** Cic. Verr. 2, 134 **Inuestigare, adire, appellare, corrumpere, quiduis facere in eiusmodi rebus, quamuis callide, quamuis audacter, quamuis impudenter.** Lucret. 4, 157 **Et quamuis subito, quouis in tempore, quamque Rem contra speculum ponas, apparet imago.** 35

**QVAMQVAM, vid. QVANQVAM.**

**QVANDO. Adu. Temporis.** [*ὅτε, πότε, ὅποτε, ἡνίκα, πηνίκα*] **Quo tempore, vel relatiue, vel cum interrogatione.** **Vtinam tunc essem natus, quando Romani, etc. non essem passus, etc.** Cic. Off. 2, 75. **Ter. Heaut.** 2, 2, 9 **Iam aderunt.** **CLIN.** quando istuc erit? Cic. 40 in Pison. 49 **Quando hoc bellum aut hic ordo, aut populus susceperat?** **Idem Fam.** 9, 1 **Ex his literis, quas Atticus a te missas mihi legit, quid ageres, et vbi esses, cognoui: quando autem te visuri essemus, nihil sane ex eisdem literis potui suspicari.** **Si quando i. aliquando** Scribon. 90. 163. **Qui etiam pro si forte ponit** 107. 122. **Quando gentium, ea forma qua vbi locorum, et Nusquam gentium.** Plaut. Amph. 4, 3, 60 **Quis te misit furcifer? s. qui me rogat. A. quando gentium? s. dudum.** ¶ 2 **Quando, ut Quandoquidem etiam est causalis.** Virg. Aen. 1, 265 **Quando haec te cura remordet.** **Ter. Adelph.** 5, 3, 16 **Quando ego tuum non curo, ne cura meum.** 50 **Idem Eun.** 1, 2, 116 **Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus.** *add.* Id. Adelph. 3, 2, 50 et ad h. l. Donat. conf. Lucan. 4, 811, **Nec fluminibus aggesta terra laudabilis, quando senescant fata quaedam aqua** Plin. 17, 4. **Liu.** 34, 34 **Bene vertat, inquit, obsideamus Lacedaemonem, quando ita placet.** Cic. Fam. 10, 12 **Quam quando complexus es et tenes.** 55

**QVANDOCVNQVE. Adu.** [*ὅποτερῶν*] **i. Quocumque tempore.** Columel. 2, 10 **Quandocumque in vltus promiserimus, integram lentem reperiemus.** Plin. 29, 1 f. 7 **Quandocumque ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet.** *de Graecis.* ¶ 2 **Aliquando significat** Hor. Serm. 1, 9, 33 **Garrulus hunc quando consuet cumque.** Ouid. Trist. 3, 1, 57 **Quandocumque, precor, nostro placata parenti Isdem sub dominis conspiciare domus.** **Et Met.** 6, 544 **Quandocumque mihi poenas dabis: i. aliquando certe, licet finire tempus non possim.**

**QVANDOLIBET. Adu. Quandocumque.** **Necesse est, vt mortem recipias quandolibet, quoniam corporalis est** Lactant. de Opif. Dei 4, 7. 65

**QVANDŌQVE. Idem quod Quandocumque, ex quo contractum esse videtur.** **Omni in re posse, quod deceat, facere, artis et naturae est: scire, quid quandoque deceat, prudentiae** Cic. de Orat. 3 c. 55. **Et quandoque mihi fortunae arriserit hora Non sine honore tuum patiar decus** Petron. c. 133. Hor. Carm. 4, 1, 17

**Et quandoque potentior  
Largis muneribus riserit aemuli,  
Albanos prope te laeus  
Ponet marmoream sub trabe Cypria.** 75

**Porphyr.** **Quandoque pro Quandocumque positum est. Et est sensus: quandocumque apud puellam potior rituale suo fuerit, quamuis ille muneribus commendare se ei conatus sit, marmoreum signum ei et templum decorum statuet.** **Haestenus Porphyr.** **Idem in Arte Poët.** 359 **Sic mihi qui multum cessat fit Choerilus ille,** **Quem bis terque bonum cum risu miror: idemque** **Indignor quandoque bonus dormitat Homerus.** **Verum operi longo fas est obrepere somnum.** 80

**Quemadmodum si forte aliquid eruditum elegansque protulit Choerilus magister Poeta, vt portenti simile dicit se Flaccus mirari: ita etiam aegre ferre ac stomachari, sicubi negligentior visus est Homerus, qui tamen excusatione non careat: opere enim in longo fas est obrepere somnum.** **Quandoque ossa Capiis detecta essent, fore, vt etc.** Suet. Caes. c. 81. **Vitam, quam acciperent, pignori futuram esse dixerunt, reddituri quandoque repetisset** Curt. 7, 10, 9. *conf.* Sen. Q. N. 3, 28. **Iulianus l. 10 D. de Legibus, Sctis et longa consuet.** **Neque leges, neque Scta ita scribi possunt, vt omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur.** **Et l. 27 eod. Tertullianus ait:** **Semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, vt ad eas quoque personas et ad eas res pertinerent, quae quandoque similes erunt.** **Et ex Edicto Vlpian. l. 1 D. Quod quisque iuris §. 1** **Qui magistratum potestatemue habebit, si quid in aliquem noui iuris statuerit; ipse, quandoque aduersario postulante, eodem iure vti debet.** **Et mox iterum: Quandoque postea aduersario eius postulante.** **Sic l. 4 D. §. 1 de re milit.** **Ad bestias datus si profugit — quandoque inuentus capite puniendus est.** **Vide etiam Antonium Augustinum Emendation. 3, 7. et Hotomanum in Commentario verbor. iuris, et Lambinum in Horatium.** **Aliquoties Liuius et Columellae restituit pro Quandocumque, quod editores substituerant, Gronouius. Vid. ipse et Drakenb. ad Liu. 1, 31, 4 vbi edidit Drakenb. Mansit certe** 105

- sollemne, vt quandoque idem prodigium nunciaretur, feriae per nouem dies agerentur. ¶ 2 Aliquando significat Cic. Fam. 6, 19 extr. Ego me Asturae diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat. Etiam quodcumque ita poni, obseruauimus. Sic
- 5 Plin. Pan. 10 Vt quandoque inter posteros quaeretur. Et 28 Ex his quandoque nascentur, quibus alimentis opus non sit. Tac. Ann. 6, 20, 3 ex persona Tiberii, Et tu, Galba, quandoque degustabis imperium. Sic Sulla de Caesare apud Sueton. 1 Quandoque partibus optimatum exitio futurum. De praeterito Paulin. 8 Natali Felic. 259
- 10 Ceu quandoque ferae circumiacuere Prophetam, leones Daniele. ¶ 3 An Interdum significet, disputatur. Prouocant, qui affirmant; ad Cic. de Sen. 31 c. 10 Ille dux Graeciae nusquam optat, vt Atiacis similes habeat decem, at vt Nestoris quandoque; quod si acciderit etc. Sed primo optimi quique non agnoscunt illud quandoque: deinde si Tullii
- 15 sit, non significet interdum, sed aliquando, vt aliquando habeat. Porro dicunt, Quandoque illud Horatianum de Homero, quod ante allatum est, ab ipso Quinctiliano explicari per interim s. interdum. 10, 1, 24 Cui Ciceroni dormire interim Demosthenes, Horatio vero etiam Homerus ipse videatur. Sed non obseruant, Fabium non adnumerare verba,
- 20 sed dicere, quid sequatur ex iis, quae de Homero Horatius, Tullius de Demosthene dicunt. Nam profecto interim i. interdum dormire Homerum necesse est, si indignatur Horatius quandoque ille dormitat etc. Nec praesidium habet hic intellectus in Festo, voce Tongere, Et vincere etiam quandoque videtur significare. Nam verba etiam quandoque
- 25 sunt ex coniectura lacunae explendae causa assumpta. Sed extra dubitationem est Sen. Nat. Qu. 1, 1 extr. Quandoque igitur fiunt trabes, quandoque clipei. Sic Cels. 6, 6, 1 pr. Nonnunquam per duos menses durat, quandoque breuius finitur. Colum. 7, 3, 13 Submitti tamen etiam in vicinia vrbis quandoque oportebit. Sed MS. Goef.
- 30 quintum quemque, quod sententiae pulchre conuenit. QVANDOQV IDEM. [ὅπρις, ὀπνήικα, ἐπεδήπερ] Coniunctio causalis. Ter. Hec. 3, 5, 42 Illique exopto, vt reliquam vitam exigat cum eo viro, me qui sit fortunatior: quandoquidem illam a me distrahit necessitas. Cic. Verr. 2, 9 Vrbes ac sedes suas relinqu-
- 35 rent, quandoquidem iam ante istius iniuriis exagitati reliquissent. Quandoquidem tu istos oratores, inquit, tantopere laudas, vellem, etc. Idem de Clar. Orat. 163. Quandoquidem honestum ipsa virtus est Idem de Finib. 5, 66 c. 23. add. ib. 37 c. 13. Dicite, quando-
- 40 quidem in molli consedimus herba Virg. Ecl. 3, 55. Quandoquidem apud te nec auctoritas senatus, nec aetas mea, nec virtus nobilitasque magistri equitum valet Liu. 8, 35. conf. Id. 6, 38. Ter. Andr. 3, 2, 7 Deos quaeso, vt sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono. Cic. Philipp. 2, 101 Quandoquidem hae quondam arationes Campani et Leontini in Populi Romani patrimonio grandi fe-
- 45 nore et fructuosae ferebantur. QVANQVAM, vel QVAMQVAM. Coniunctio, [καίτοι, καίπερ] idem significans quod Tametsi. Virg. Aen. 2, 12 Quamquam animus meminisse horret. Ter. Adelph. 2, 1, 51 Id quoque possum ferre, si modo reddat, quamquam iniurium est. Idem Heaut. 1, 1, 1
- 50 Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum est, inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es, etc. tamen vel virtus tua, etc. Cic. in Partit. 127 Quamquam vterque, tamen, etc. Et Offic. 1, 7 Ea quamquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet. Virg. Aen. 2, 533 Hic Priamus, quamquam in media iam morte tene-
- 55 tur. Cic. Acad. 4, 75 Parmenides, Xenophanes minus bonis quamquam versibus, sed tamen illis versibus increpant eorum arrogantiam. Ter. Eun. 1, 2, 92 Quamquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror id fieri posse maxime, veruntamen potius quam te inimicum habeam, faciam vt inseris. Cic. de Orat. 2, 197 Quamobrem
- 60 hoc vos doceo, Sulpicii, etc. quamquam te quidem quid hoc doceam? qui, etc. Idem de Nat. Deor. 3, 41 Quamquam quem potissimum Herculem colamus, scire sane velim. In integro res nobis erit, quamquam quicum loquor? etc. Cic. Fam. 15, 16. Quamquam, Subiunctiuo additum non propter se tamen, sed cum alias illum requirit
- 65 sermonis ratio. Cic. de Orat. 2, 1 Quamquam ita se rem habere arbitrarentur. Idem ibid. 1, 21 Quamquam vis oratoris, professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videatur. Aiti legunt Videtur. add. Tusc. 5 c. 33.
- 70 QVANTVS, 2, um. [ὅσος, πόσος, ἥλιος] Modo relatiuum, modo indefinitum, modo interrogatiuum est, referturque ad numerum, et pondus et mensuram. Quantum et quale vicus Scribon. 229. Ter. Heaut. 2, 3, 9 Vae misero mihi, quanta de spe decidi! Idem Eun. 5, 4, 3 Quantam, et quam veram laudem capiet. Cic. pro Sulla
- 75 76 c. 27 Quantas audacias, quam incredibiles furores, quantos acervos facinorum reperietis? Et Tusc. 1, 86 Is propagatione vitae, quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates? Cic. pro Sext. 24 Ab eo prouincias acciperent, quas ipsi vellent: exercitum et pecuniam quantam vellent. Idem pro Cluent. 87 Quum ipsa pecunia, quae Staleno data est, numero ac summa sua, non modo quanta fuerit, sed etiam ad quam rem data fuerit, ostendat. Quanti est negotii? Plaut. Truc. 2, 7, 29. Quanti et quam multi mortales
- 80 Sallust. ad Caesarem de Republ. ordinanda. Quantis animis ierit in Quintium Lucullus Sallust. Hist. 3 in oratione M. Lepidi Trib. pleb. ad plebem. Cic. de Orat. 3, 51 Qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere? Parit oua, (tanta) quanta anseres Plin. 8, 25 de Crocodilo. Cic. de Amicit. 76 c. 20 Nisi quot tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia. Heus heus, quanta haec mea paupertas est, tamen adhuc curauim vnum hoc quidem, vt mihi esset fides
- 90 Ter. Phorm. 5, 8, 10. al. Quanta quanta, vel quantacunque. Quanta mea sapientia Plaut. Stich. 1, 2, 62. Cic. Att. 7, 1 Videre mihi videor tantam dimicationem, etc. quanta nunquam fuit. Idem ad Brut. 3 Nam tantae multitudinis, quantam capit vrbs nostra, concursus est ad me factus. Liu. 9, 38 Profecto Qu. Fabii trans Ciminiam siluam quantum Romae terrorem fecerat, tam lactam famam in Samnium ad hostes tulerat. ¶ 2 Quanti, ac, a, pro quot. Lucret. 5, 46 Quantae conscindunt hominem Cuppedinis acres Sollicitum curae? quantique perinde timores? Propert. 1, 5, 10 At tibi curarum millia quanta dabit? Et 1, 12, 4 Tam multa illa meo diuisa est millia lecto, Quanta Hypanis Veneto dissidet Eridano. Manil. 3, 415 Et quantis in vtrumque modis tollentur adortus, Diuersam in sortem tantis mergentur ad umbras. Stat. Silu. 4, 3, 49 O quantae pariter manus laborant! Et 153 ex persona Sibyllae, Annos perpetua gerens iuuenta — Et quantas ego Delium poposci. Id.
- 95 Theb. 11, 160 Vt lamentabile tantis Vrbibus induerem capiti decus. Valer.

Valer. Flacc. 2, 563 Quot mihi post lacrimas, post quanta piacula patrum Serus ades? Et 3, 261 Heu socii quantis compleverunt litora monstribus. Iustin. 12, 15 Scire vaticinarique se, ac paene oculis videre dixit, quantum sit in hoc certamine sanguinis fusura Macedonia, quantis caedibus, quo cruore, mortuo sibi parentatura. Claudian. de Conf. Honorii 3, 126 Quanti tum iuvenes, quanta spreuer pudorem Spectandi studio matres? vid. Barth. p. 122. Sidon. Apoll. Carin. 2 f. Paneg. Anthem. 22 Suffragia tot sunt, quanta legit mundus. Terentian. p. 2427 pr. Maurus item quantos potui cognoscere Graios? i. quot, quam paucos? Tertull. Apol. 1 Et sunt tanti, quanti et denotamur, i. tot quot. Et eod. Quanti enim ad malum performantur? Et c. 40 Christianos ad leonem! Tantos ad vnum? Et 50 in fine libri, Nec tamen tantos inueniunt verba discipulos, quantos Christiani factis docendo. Tertull. de Anima 30 Tanta urbes iam, quanta non casae quondam. Et ad Scapulam 4 Et quanti honesti viri. Denique de Resurrect. carn. 42 Quantos enim licebit vel pridianos inueniri. Hieron. Ep. ad Castruc. T. 1 f. 92 Quantos cernimus Ethnicos atque Iudaeos, — volutari in coeno libidinum? Et Apol. adu. Rufin. ad fin. T. 2 f. 94 Quanti in somnis diuites apertis oculis repente mendici sunt? Lactant. 4, 15, 16 Vocauit discipulos suos Christus, quaerens, quantos secum gestarent cibos, i. quantum cibi, vel quot panes adeo. Id. 3, 19, 27 Quanta hominum millia. Ne de Ambrosio, Augustino, Ictis, aliquid dicamus. ¶ 3 Quanti, Genitiuus, verbis pretii solet addi, intellectu nimirum hoc ipso Genitiuo, pretii. Ter. Eun. 5, 6, 14 Emit! peri hercle: quanti? p. viginti minis. Id. Adelph. 5, 9, 20 Ob eam rem? D. ob eam. postremo a me argentum, quanti est, sumito. i. e. Quanto pretio valet, inquit Donatus. Cic. Acad. 4, 120 Quanti libertas ista aestimanda est, non mihi necesse esse quod tibi est? conf. Id. de Nat. Deor. 1 c. 20. Quanti ea res erit, et Quanti eam rem esse apparet, idem valent: in vtraque enim clausula placet veram rei aestimationem fieri Vlpian. l. 179 de verb. signif. hoc est, non ad id, quod interest: sed ad verum rei pretium pertinent. vt l. Arbitro, de dolo mal. l. Praetor. 4 §. Haec autem. Vi bon. rapt. Interdum autem id etiam, quod interest, complectitur. vt l. 4 de Damno infecto. Hinc formula apud Valerium, Q. E. R. E. T. P. I. R. D. T. Q. D. D. D. P. F. Quanti Ea Res Erit, Tanta Pecuniae Iudicium Recuperatorium Dabo, Testibusque Duntaxat Decem Denuntiandi Potestatem Faciam. Quanti interest legatarii, moram factam non esse, Africanus l. Qui vltim fr. §. vlt. D. de vltim. et quemadm. conf. l. 3 §. 3 D. de itinere actuque pr. Quanti minoris Vlpian. in l. Iulianus D. de action. emt. et vend. Qui pecus morbosum, aut tignum vitiosum vendidit, siquidem ignorans fecit, id tantum ex emto actione praestaturum, quanti minoris esset emiturus, si ita scisset. Paulo post, Qui furem vendidit, aut fugitiuum: siquidem sciens, praestare debet quanti emtoris interfuit non decipi: si vero ignorans, circa fugitiuum quidem tenetur, quanti minoris emiturus esset, si eum fugitiuum scisset. Videtur quibusdam legendum Quanto minoris. Pluris Senatus aestimasset quam quanti esset annona Cic. Verr. 3, 195. Quanti emi potest minimo Plaut. Epid. 2, 2, 110. \* Quanti plurimi res est l. 21 et l. 25 D. ad L. Aquil. Quanti plurimo, et Quanti minimo Vlpian. in l. Ex emto D. de act. emti et venditi. Idem ait, non tradentem quanti intersit condemnari: satis autem non dantem, quanti plurimo auctorem periclitari oportet. Paulo post, Emtoem noxali iudicio condemnatum, ex emto actione id tantum consequi, quanti minimo defungi potuit. Quae locutio sic resoluitur: Tanti damnari debet venditor, quanti periclitari oportet emtoem, quum plurimo periclitatur, id est plurima pecunia. Quanti minimo defungi potuit, id est, quanti defungi potest, quum minimo defungitur et explicatur. Quanti conductum erit aut locatum Caio 144. Sed quanti quanti bene emitur, quod necesse est Cic. Att. 12, 23. Quanti est saperè! Ter. Eun. 4, 7, 21. Parasitica adulatio, vel irrisio potius. Paulo aliter Plaut. Persa 4, 4, 46 Quantum est adhibere hominem amicum, vbi quid geras. Quanti est ad famam Cic. pro Muraen. 38. Quanti fuerit. Plaut. Capt. 1, 2, 42 Ego postquam gnatus tuus potitus est hostium, expertus quanti fuerit, nunc desidero. Quanti penderes illum, nunquam ostendisti Ter. Heaut. 1, 1, 103. Cic. Qu. Frat. 1, 2, 4 Noli spectare quanti homo sit, parui enim pretii est, qui iam nihil sit. Idem Fam. 2, 16 An dubitas, quum scias quanti cum illum, tum vero Tulliam meam faciam? Cic. Fam. 7 (19) Vide, quanti apud me sis. Quanti veheret, interrogavi Quinctil. 4, 2. Cic. Verr. 5, 111 In qua docet, quot a ciuitate sua nauas acceperit, quot, et quanti quenaque dimiserit. i. Quanta pecunia accepta.

QUANTVS: Adu. Quantitatis vocant: plerumque autem substantiue positum intelligi potest. Quinctil. 4 prooem. Vt quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenii aspiret. Et quantum vertice ad auras Aetherias, tantum, etc. Virg. Georg. 2, 292. Idem Aen. 4, 446. et Ecl. 1, 26. Numantia, quantum Carthaginis, Capuae, Corinthi opibus inferior, Ita virtutis nomine et honore prae omnibus Flor. 2, 18, 1. Quantum animis erroris inest! Ouid. Fast. 2, 789. Quantum peditum Tacit. Hist. 4, 33. Idem in Vita Agric. 33 Quantum enim transisse militum, si sese Britanni numerent? Ter. Phorm. 1, 2, 3 Accipe, hem lectum est, conueniet numerus, quantum debui. Et Andr. 3, 2, 4 Quod iussi ei dare bibere, et quantum imperaui, date. Plin. Epist. 9, 39 Quantum ad porticus, nihil interim occurrit, quod videatur istinc esse repetendum. b. e. Quod autem attinet ad porticus. Quantum attinet ad antiquos nostros, ante, etc. Varr. de R. R. 1, 10. Quantum est adhibere hominem amicum, vbi quid geras! Plaut. Persa 4, 4, 46. b. e. Quam confert et praestat. vid. Quanti est! in QUANTVS n. 3. Idem Amph. 1, 1, 198 Nescio, quantum tu familiaris sis: nisi actutum hinc abis, etc. Cic. pro Cluent. 51 Sic ad omnia confugi, quantum ego Assequi potui, remedia, ac perfugia causarum, vt etc. Quantum hunc Audiui facere verborum Plaut. Milit. 2, 6, 13. Cic. Att. 2, 9 Quantum coniectura Auguramur, si erit nebulo iste cum his Dynastis in gratia. Quantum Ego opinione Auguror Cic. pro Muraen. 65. Quantum quisque sua numerorum seruat in arca, Tantum habet et fidei Iuuenal. 3, 143. Omnium quantum Est qui viuunt homo hominum ornatissime Ter. Phorm. 5, 6 (5) 14. Cic. pro Rosc. Amer. 35 Tres sunt res, quantum ego Existimare possum, quae obstant hoc tempore Sexto Roscio. Ter. Heaut. 5, 2, 31. Cic. Fam. 3, 8 Etsi, quantum Ex literis tuis intelligero potui, videbam te hanc epistolam, quum ad vrbem esses, esse lecturum. Quantum illa aetas capit Quinctil. 2, 4. Quantum ex ipsa re coniecturam facio Ter. Heaut. 2, 3, 25. Cic. de Legib. 3, 37 Nec mihi placet, nec Attico nostro, quantum E vultu eius intelligo. Ter. Andr. 1, 3, 2 Enimvero Daue, nihil loci est segni-

- tia, neque socordiae, quantum Intellexi modo senis sententiam de  
 nuptiis. Quantum ego Scio Scribon. 171. Quantum ego Sen-  
 tio Cic. Acad. 4, 140. Quantum Suspicio Ter. Eun. 1, 2, 62.  
 Liu. 26, 38 Dasius Annibali amicus, Blaetius, quantum ex tuto Poterat,  
 5 rem Romanam fouebat. Idem 25, 23 Simul altitudinem muri,  
 quantum proxime coniectura (*metiri*) Poterat, permensus. Quan-  
 tum ego illum vidi, nonnihil timeo misera Ter. Eun. 4, 1, 1. *i. Quan-*  
*tum intelligere potui ex illius gestibus.* Cic. Qu. Frat. 1, 1, 29 c. 13  
 Neque te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. Idem  
 10 pro Arch. 11 Huic profecto ipsi, quantum est Situm in nobis, et opem  
 et salutem ferre debemus. *i. Quantum per nos fieri potest. Saepius ta-*  
*men per eclipsin dicimus,* Quantum in me est. *Velut per paren-*  
*thesin,* Sallust. in Iugurth. 31, 22 Nam et illos, quantum importuni-  
 tatis habent, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciendi licen-  
 15 tia eripiatur, *i. pro sua importunitate, quae est illorum importunitas.*  
 Sueton. in Vesp. c. 4. Id de Imperatore Romano, quantum euentu  
 postea praedictum patuit, Iudaei ad se trahentes rebellarunt. Pro-  
 pera, quantum potest Plaut. Poen. 3, 1, 64. *sc. fieri. add. Id. Aul. 2,*  
 9, 2. Quantum potest. *i. Celerrime, ut ait Donatus.* Ter.  
 20 Eun. 5, 1, 20 Comprehendi iube quantum potest. Idem Phorm. 5,  
 8, 3 Quantum potest, nunc conueniendus Phormio est, priusquam etc.  
 Ter. Phorm. 4, 3, 69 Quantum potes me certiozem inquit, face:  
 Cic. de Finib. 2, 39 Quantum enim potero, miniam contentiones.  
 Plin. Epist. 3, 21 Dedit enim mihi quantum maximum potuit, daturus  
 25 amplius si potuisset. Columel. 12, 21 Exploratum habeat quan-  
 tum plurimum falsae aquae vinum quod fecerit, sine offensa gustus pati  
 possit. Quantum plurimum potest, ista beneficia deuictet Sen. Ep.  
 8. Ter. Eun. 5, 2, 5 Vbi vidi, ego me in pedes, quantum queo,  
 in angiportum quoddam desertum. Deest in hoc loquendi genere,  
 30 Cito, aut velociter: ut sit, Quantum cito queo. Sic declarandum,  
 Quantum possum, et quantum potes. Idem Andr. 5, 2, 20 Subli-  
 mem hunc intro rape, quantum potes. *i. Quam cito poteris; quasi di-*  
*cas, celerrime.* Quantum cochlearia tria, quatuor etc. Scribon.  
 119. 141. Quantum faba Id. 125. Quantum fabae Aegyptiae 144.  
 35 — nucis iuglandis 143. Immane quantum, Immensum quan-  
 tum, Incredible quantum, Mirum quantum, Nimum quantum, Plu-  
 rimum quantum, Permirum quantum, *vid. ff. u. conf. G. Fabric.*  
*Cast. in Ter. Phorm. 4, 3. L. Carrio Lect. Ant. 2, 9 et 13. et Emend. 2,*  
*18. A. Schott. Obj. 5, 8.*  
 40 **QUANTO.** Adu. [*ὅσῳ*] *Comparatiuo iungitur, eique respondet*  
 Tanto. Ter. Heaut. 3, 1, 15 Et quanto diutius abest, magis cupio  
 tanto, et magis desidero. Quanto caelum asperius, tanto et cor-  
 pora et ingenia duriora Iustin. 2, 1, 13. Virg. Georg. 4, 412 Sed  
 quanto ille magis formas se vertet in omnes, Tanto etc. *Omissio*  
 45 *redditiuo.* Quanto fecundior est, celerius senescit Columel. 7, 9, 3.  
 Propinqua moenia, quanto plus spei ad effugium, minorem ad resisten-  
 dum animum dabant Tac. Hist. 3, 18, 5. Lucret. 3, 200 Igitur par-  
 vissima corpora quanto Et leuissima sunt, ita mobilitate fruuntur.  
 Cum Superlat. Quanto prima Romanae urbis virgo nobilis esse coe-  
 50 pisti, tanto tibi amplius laborandum est, ne etc. Hieron. ad Eustoch. de  
 Cast. virg. Lucret. 4, 79  
 Et quanto circum mage sunt inclusa Theatri  
 Moenia, tam magis haec intus perfusa lepore  
 Omnia corident.  
 55 **Et 4, 110** Quoniam primordia tantum  
 Sunt nostros infra sensus tantoque minora  
 Quam quae primu oculi coepant non posse tueri.  
 Sic 6, 458 Fit quoque vbi montis vicina cacumina caelo  
 Quam sint quaeque magis, tanto magis edita fument.  
 60 **Sic 4, 252** Quanto plus aëris ante agitur  
 Et nostros oculos perterget longior aura  
 Tam procul esse magis res quaeque remota videtur.  
 Quanto magis et tam magis sibi respondent etiam 5, 453 sq. *item*  
 484 et 488 ac 490. Apul. Apol. p. 275, 23 Laudis assuetudine  
 65 quanto contumeliae insolens, multo tanto ex animo laborat. Ter.  
 Eun. 4, 5, 4 Vah, quanto nunc formosior videre mihi, quam dudum!  
 Ibid. 3, 3 pr. Profecto, quanto magis magisque cogito, nimirum da-  
 bit haec Thais mihi magnum malum. Cic. Acad. 1, 10 Quanto  
 magis philosophi delectabunt, si ut illi Aeschylum etc. *Conf. Cato*  
 70 *ap. Charif. p. 192.* Quanto plus delectationis habiturus est, quam  
 ex illis ineruditis voluptatibus Quintil. 1, 12. Quanto minoris  
 actiones in iure Ciuili duae reperiuntur, quarum altera Ciuilis, altera Ae-  
 dilicia est. Ciuilis, est quanto minoris emtorus erat emtor, si vitium  
 75 scisset l. Iulianus D. de action. emt. Aedilicia, est quanto mino-  
 ris res fuit contractus tempore, quam quanti emta est l. Quod si no-  
 lit §. si plures de Aedilic. edict. in P.  
**QUANTISPER,** unde et Aliquantisper. Caecil. Fallacia, Ve-  
 lim Paullisper experiri te, quantisper non plus triduum. Pompon.  
 Dotata, Possum exorare te, ut recedas a me paullisper modo, quantisper  
 80 sat habes. *ap. Non. 11, 20.*  
**QUANTOCIVS.** Adu. Discede quantocius, ne me ob iniuriam  
 tuam caelestis ira consumat Sulpic. Sev. Dial. 3 c. 5.  
**QUANTOPERE.** Adu. [*εἰς ὅσον*] *pro Quam valde: Quanto*  
*opere, ut Magnopere, quod diuisim quoque adhiberi, s. l. ostendimus.*  
 85 Cic. Tusc. 3, 6 Quamquam de vniuersa philosophia quantopere expe-  
 tenda esset et colenda, satis, ut arbitror, dictum est in Hortensio.  
 Neque enim tantopere desiderabam, etc. quantopere delector, etc.  
 Cic. de Orat. 1, 164. Docet, quantopere Reipubl. communisque  
 salutis interfit, manus hostium distineri Caes. B. G. 2, 5. Dici  
 90 enim non potest quantopere gaudeant Cic. Att. 14, 6. *conf. Plin. Pa-*  
*neg. c. 44.*  
**QUANTVSQUANTVS,** a, um. [*ὅσοσῳ*] *i. Quantuscunque.*  
 Ter. Adelph. 3, 3, 40 Tu quantusquantus, nihil nisi sapientia es,  
 Malunt quidam diuidere.  
 95 **QUANTVSCVNQVE.** Idem. [*ὅπῃλῃκοςῶν*] Cic. pro Corn. Balb.  
 56 Quae neque inuidiosa est, et quantacunque est, eiusmodi est, vt  
 conseruata magis, quam corrupta esse videatur. Idem de Orat. 2,  
 122 c. 28 Atque ego is qui sum, quantuscunque sum, etc. Philippus  
 ludorum celebritatem, quantacunque de Romanis tum victoriae Par-  
 100 tae, fama auxerat Liu. 27, 31. Quantuscunque humoris est  
 Columel. 12, 25. — salis Idem 12, 50. Cic. de Fin. 3, 34  
 c. 10 Nec rursus in malis, quantuscunque eo addideris, in suo genere  
 manebit. Ibid. 1, 10 c. 4 Quantuscunque possum. Quantum-  
 cumque potuerint Scribon. 198.  
 105 **QUANTVSLIBET.** Idem. Quantalibet facilitate Tac. Agr.  
 6, 3



6, 3. In quantalibet multitudine Plin. 8, 16. Idem 20, 6 Suppurationes quantalibet sanat, fractae incoctum fabae, atque ita in cibo sunt. Servus erat quidam quantolibet ordine dignus Ouid. Fast. 6, 669. *conf.* Liu. 9, 18. Quantumlibet studiose praeparetur arena Veget. de Re Mil. 3, 1.

QUANTVSVIS. Adi. *Idem.* [*ὅπως βάλει*] Liu. 26, 42 Tum sitam super portum satis amplum quantaevus classi. *de Carthagine.* Sed tamen esto iam quantouis oris honore Lucret. 4, 1165. Et manus vna regit quantouis impete euntem, *de nauis* Ibid. 901. Ter. Andr. 5, 2, 15 Cum faciem videas, videtur esse quantiuis pretii. Donatus: Ad magnitudinem refertur Quantiuis, non ad paruitatem pretii. Plaut. Perf. 4, 4, 73 Nomen atque omen quantiuis est pretii. *add.* Caes. B. G. 5, 28.

QUANTVMVIS. Adu. [*ὅπως βάλει*] Tu quantumuis licet excellas Cic. de Amic. c. 20. Plaut. Milit. 2, 2, 98 Quantumuis prolationum, dum modo nunc prima via inducamus, vera ut esse credat quae mentibimur. *al.* Quantum vis. *Nempe haec etymologia est. Damus hac formula siue concedimus alteri quantum vult, et tamen sumimus ipsi quoque, quod instituimus.* Ista quantumuis exigua sint, in maius excedunt Sen. Epist. 85. Quantumuis rusticus Hor. Epist. 2, 2, 39. Eloquentiae plurimum attendit, quantumuis facundus et promptus Suet. Calig. c. 53. *add.* Id. Claud. c. 20 et 21. Quantumvis ingeniosi Cic. Verr. 5 c. 16.

QUANTVLVS. *Diminut. a Quantus. Quam parvus.* Cic. Acad. 4, 82 Quantulus nobis videtur? *de Sole.* Idem de Legib. 2, 47 c. 19 Id autem quantum est? Misit coniectori quantum visum est de argento. Cic. de Diuin. 2, 134. Etenim quantum interest vtrum in Massici radices, an in Italiam aliove deducamini? Idem de Lege Agrar. 2, 65 c. 25. Quantum refert, deponas an partiaris imperium? Plin. Pan. c. 8. Ut ne plus non assequamur, quam quantum tu in dicendo assecutus es Cic. de Orat. 1, 133. Sed magni referre ea primum quantula consistent Lucret. 2, 893. Quantula, *cui respondet* Tanta. Idem 3, 379

Quantula prima queant nobis iniecta ciere

Corpora, etc.

— tanta

Interualla tenere exordia prima animai.

QUANTVLVM. Adu. Cic. Verr. 3, 3 c. 1 Nos qui iam et quid facere, et quantum iudicare possemus, ostendimus. Hor. Serm. 2, 3, 124 Quantum enim summae curtabit quisque dierum.

QUANTVLOMINVS. Adu. Tyrannum occidi: at, patrem quantumominus quam occidisti? Sen. Contr. 4, 27.

QUANTVLVSCVNQVE. Columel. 2, 11 Nam si nox incescit, quantumlocunque humore, prius quam obruatur, corrumpitur: *i. parvulo etiam.* Cic. Att. 6, 9 Procura, quantumlacunque est, Precianam hereditatem. Idem de Orat. 1, 135 c. 30 Sed de hac mea quantumlacunque est facultate, quaeritis. Martial. 11, 15 Nam terra est illi quantumlacunque grauis. Pars ego sum census quantumlacunque tui Ouid. ex Pont. 4, 15, 14. Inque tuo iaceas quantumlacunque toro Idem de Arte Am. 3, 264. Quantumlacunque adeo est occasio Iuuenal. 13, 183. Quantumlacunque aquae vel ciborum inest, pedibus euerritur Columel. 8, 3 *extr.* Cic. Verr. 2, 183 Sed tamen quidquid erit in his libellis, quantumlacunque videbitur esse, hoc quidem certe manifestum erit. Idem in Orat. 106 Ieiunas igitur huius multiplicis, et aequabiliter in omnia genera fusae orationis aures civitatis accepimus, easque nos primi, quicumque eramus, et quantumlacunque dicebamus, ad huius generis dicendi, audiendi incredibilia studia conuertimus. Quantum id cunque est Cic. de Orat. 2, 97. Quantumlacunque affectus sint Sen. Epist. 85.

QUANTVLVSLIBET. Vlpian. in l. 4 §. vlt. D. de aedilit. edict. Non denique febriculam quantumamlibet ad causam huius edicti pertinere.

QUANTVLVSVISQVE. Ipsiuis vitae quantumliquique fuerint progressus Gell. praef.

QUANTILLVS, a, um. Adi. *Diminut. a Quantulus.* Plaut. Capt. 1, 2, 90 Quantillum argenti mihi apud trapezitam fiet. Idem Pseud. 4, 7, 95 Quantillo argenti te conduxit Pseudolus? Quantillo mihi opere nunc persuaderi potest Idem Truc. 2, 8, 7. Quantae e quantillis iam sunt factae Plaut. Poen. 5, 3, 48. Idem Curc. 1, 2, 14 Sicit haec anus. PA. quantillum sitit? PH. modica est, capit quadrantal. *conf.* Id. Bacch. 2, 3, 68. et Most. 3, 1, 90.

QUANTITAS, atis. f. [*ποσότης, πληρότης*] Id, quo quantum quid esse dicitur, aut iudicatur. Plin. 17, 34 Laborant et fame et cruditate, quae sunt humoris quantitate. Qui nondum certus de quantitate hereditatis, persuadente emtore, quasi exiguam quantitate, eam vendidit Imp. Anton. l. 4 C. de hered. vel act. vend. Ad operis quantitate refertur Vlp. l. 21 §. 7 D. de op. noui nunc. Id. l. 34 §. 3 de Legatis et fideicommiss. 1 *distinguit inter Corpus et Quantitatem.* Ponamus totam legem a §. 2 nec alia declaratione opus erit. Sed duorum testamentorum eadem mihi res legata sit, bis petere poterit: ut ex altero testamento rem consequar, ex altero aestimationem. Sed si non corpus sit legatum, sed quantitas eadem in eodem testamento facpius; Diuus Pius rescripsit, tum saepius praestandam summam, si euentissimis probationibus ostendatur testatorem multiplicasse legatum voluisse — Quod eadem res saepius praestari non potest, eadem summa volente testatore multiplicari potest. Sed hoc ita erit accipiendum, si non certum corpus numerum saepius sit relictum, ut puta, centum, quae in arca habet, saepius legauit: tunc enim fundo legato comparandum credo. Est ergo quantitas eadem quae summa: corpus est res in indiuiduo, ut aiunt, *spektata.* Paulus l. 2 Sententiarum, c. 32 Servus, qui furtum fecerit, damnumue dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire paratus sit; noxae dedi potest.

QUAPROPTER. Adu. *Interrogandi causam, vel inferendi.* [*διὰ τῆς*] Terent. Andr. 1, 1, 136 Magis id adeo, mihi ut incommodet, quam ut obsequatur gnato. SO. quapropter? SI. rogas? Idem Heaut. 1, 2, 14 Caue faxis, non est opus pater. CH. Quapropter? CL. quia etc. Sed quid est, quapropter nobis malum minitemini? Plaut. Bacch. 5, 2, 25. Idem Pseud. 1, 5, 83 Animum aduerte nunc iam, quapropter expertam amoris gnati te habuerim. Terent. Adolph. 3, 2, 44 Non est vtile, hanc illi dari: quapropter quoquo pacto celato est opus. Quapropter nihil est quod metuas, ne quid mecum fin-

gam Cic. Verr. 2, 180. Lucret. 1, 128 Quapropter quoniam, quae paulo diximus ante In commutatum veniunt etc.

QUAQUA. Adu. [*ὅπως περ ἂν*] Plaut. Epid. 5, 2, 9 Quaqua tangit omne amburit. *b. e. Quamcunque partem attingit.* Quaqua incedit Plaut. Mil. 2, 1, 14. *add.* Apul. Met. 2 p. 116. it. 6 p. 184. et 11

105

70

75

80

85

90

95

100

105

110

115

p. 258. Caesar . . . Legatos quaque versum dimittere. *conf.*  
Apul. Met. 4 p. 145.

QVAQVE. *Idem.* Cic. Philipp. 9, 16 Circumque eam statuam  
locum gladiatoribus, ludisque liberos, posterosque eius, quaque versus  
5 pedes quinque habere. *Legitur et Quaque, it. Quoque.* Non villo  
careat digito, quaque iuerit, hasta Manil. 5, 311. *Bentleio est 318 et ita  
legitur: Non illo coram digitos quaesiverit hasta, intell. auctionum,  
ubi digitos tollunt emtores.*

QVAQVAM. *Adu. per locum.* Lucret. 1, 429 Si nullum foret:  
10 haud vsquam sita corpora possent Esse, neque omnino quaquam di-  
versa meare. *i. Neque omnino per ullam regionem, siue hanc, siue illam  
meare. Alii codices habent Quoquam: sed sic legit Lambinus, ex fide  
manuscriptorum: quem sequitur Creech. et Hauerc.*

QVARE. *Adu. Interrogandi, de causa, vel eam inferendi.* [*τίως  
15 εἴνα*] Ter. Andr. 5, 4, 6 Itane huc paratus aduenis: CH. quare? s.  
rogas? Cic. de Orat. 1, 71 c. 16 Namque illud quare, Scaeuola,  
negasti? Id. pro Lege Manil. 49 Quare quum et bellum necessa-  
rium sit, vt negligi non possit. Cn. Magnus ad Domitium, in Epist.  
ad Att. 8, 12. Miror, quid causae fuerit, quare consilium mutaris

20 Cic. pro Rosc. Amer. 41. Nec qui, nec quare in caelum abiit  
Petron. c. 37. *conf. Barth. Adu. 42, 24. Pluralem saepe excipit:*  
Permulta sunt, quae dici possunt, quare intelligatur Cic. pro Rosc.  
Amer. c. 33. Multas res novas in edictum addidit, quare luxuria  
reprimeretur Nep. 24, 2, 3 Quare, in principio orationis, pro

25 Quamobrem. Cic. pro Quint. 12 Quare quod socium tibi eum vel-  
les adiungere, nihil erat. Idem Fam. 13, 72 (71) Quare sic tibi  
eum commendo, vt etc. Quare agite o testis iuvenes succedite  
nostris Virg. Aen. 1, 631. Cic. Fam. 10, 21 Omnia feci, quare Le-  
pido coniuncto ad Rempubl. defendendam minore sollicitudine vestra  
30 perditis resisterem.

QVARTVS, a, um. *Adi. Numerale, Proximum a tertio significans.*  
[*τέταρτος*] Liu. 24, 46 Eosque vbi quartae vigiliae signum cecinif-  
set, ad eum locum scalas iussit ferre. *conf. Caes. B. G. 1, 21. Virg.  
Aen. 10, 619 Pilumnusque illi quartus pater, i. Abauus. Hora*

35 quarta Idem Georg. 3, 327. Quarta, *sollemne verbum in Ciuili iure,  
quo illa variarum hereditatum portio designatur, quae variis ex causis, va-  
riis quoque personis constituto iure debentur, vt Quarta agnatorum,  
Quarta arrogati, Quarta curiae, Quarta heredis ex lege Falcidia,  
Quarta Trebelliana, Quarta filiarum ex bonis rei maiestatis, Quarta*  
40 *fiscalis, Quarta liberorum, quae in Trientem, aut Quadrantem, pro  
numero liberorum, commutata est, Quarta matris, aut auiae Curia-  
lium, Quarta postumi, Quarta fidei commissarii, Quarta paren-  
tum praemortuis liberis, quas ex libris iuris declarant, quorum ea cu-  
ratio est, v. g. Hotomanus de Verb. quae ad ius pertinent signifi-  
45 catione.*

QVARTVM. *Adu. [τέταρτον] pro Quarto. vt, Quartum Con-  
sul. Liu. 3 T. Quintio quartum Consule. add. 3, 66 pr.*

QVARTO. *Adu. Varro apud Gell. 10, 1 Aliud est quarto praet-  
torem fieri, et quartum: quod quarto locum adsignificat, ac tres ante  
50 factos: quartum tempus adsignificat, et ter ante factum. Igitur Ennius  
recte conscripsit: Quintus pater quartum fit consul. Et Pompeius tim-  
ide etc. Reliqua vide in TERTIO sub TER.*

QVARTVSDECIMVS, a, um. *Adi. [τεσσαρτεσκαίδεκατος] vt,  
Quartadecima luna Plin. 2, 59. Dies Cels. 3, 4. Legio Tac.*

55 Ann. 1, 70, 1. QVARTADECIMANI, [*τεσσαρτεσκαίδεκατάτοι*] Paullum dubi-  
tauerant Tacit. Ann. 1, . . . h. e. Quartaedecimae legionis mili-  
tes. Idem Hist. 2, 11, 2. ¶ 2 Quartadecimani inter Chri-  
stianos saeculo secundo, qui Pascha cum Iudaeis quarta decima die mensis  
60 Nisan celebrarent, *τεσσαρτεσκαίδεκατίται.*

QVARTANVS, a, um. *Adi. distributiuum. [τεταρταῖος] vt,  
Quartana febris, quae quarto quoque die nouam accessionem habet, et in-  
grauescit ac saeuit. Cic. Fam. 16, 10 Sed quum in quartanam conuersa  
vis est morbi (sic enim scribit Curius) spero te diligenter adhibita  
65 etiam firmiorem fore. Idem Att. 8, 6 Modo enim audiui, quar-  
tanam a te discessisse. Et de Nat. Deor. 3, 24 Vide, quaeso, si on. nis  
motus, omniaque quae certis temporibus ordinem suum conseruant,  
diuina dicimus, ne tertianas quidem febres et quartanas diuinas esse di-  
cendum sit, quarum reuersione et motu quid potest esse constantius?*

70 Febri quartana liberari Plin. 7, 50. Quartanas excutere, *h. e.  
Sanare* Idem 20, 6. Frigida quartana Horat. Serm. 2, 3, 290.  
Vetus quartana Vlpian. in l. 1 D. de Aedil. edicto. Quartani,  
Quartae legionis milites Tacit. Hist. 4, 37, 3 Dein nutati in poeni-  
tentiam primani, quartanique, et duodeuicesimani Voculam sequuntur.

75 QVARTANARIA tabula, *in vinea, quae partem iugeri quar-  
tam quadrata conficiet Pallad. Ian. 11. Sed MS. quaternaria.*

QVARTARIVS, i. m. *Quarta pars Sextarii. Voluf. Maecian.  
extr. Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet —  
Sextarios quadraginta octo — Quartarios centum nonaginta duos.*  
80 Cato R. R. 95, 1 Amurcae in vas aeneum indito congios duos: postea  
igne leui coquito: rudicula agitato crebro, vsque adeo, dum fiat tam  
crassum quam mel. Postea sumito bituminis tertiarium, et sulphuris  
quartarium: conterito in mortario per se vtrumque. Columel.  
12, 5, 1 In sextarios duodequingaginta fermenti libram, fici aridae  
85 pondo quadrantem, salis sextarium: haec subterito, et subtrita cum  
quartario mellis aceto diluito. Liu. 5, 47 Cui vniuersi selibras  
farris, et quartarios vini ad aedes eius, quae in arce erant, contule-  
runt. ¶ 2 Festus: Quartarios appellabant antiqui multio-  
nes mercenarios, quod quartam partem quaestus capiebant. Lucilius:

90 Porro homines nequam malus, vt quartarius cippos Colligere  
omnes.

QVARTATO, *Adu. vid. TERTIATO.*

QVARTICEPS, *vid. sub QVADRICEPS.*

QVASI. *Adu. Similitudinis. [ὡς, ὡσπερ, ὡς, οἷος]* Quasi nunc  
95 est Plaut. Merc. 1, 2, 92. et 4, 2, 4. *i. sicut.* Idem Stich. 4, 1,  
33 Fuit olim, quasi ego sum, senex, et ei filiae duae erant, quasi nunc  
meae sunt: eae erant duobus nuptae fratribus, quasi nunc sunt meae  
vobis. Cic. pro Quint. 9. Qui quasi sua res aut honos agatur, ita  
diligenter Sexti Naeui studio et cupiditati morem gerunt. Idem

100 Verr. 2, 187 Repente aspiciamus lituras eiusmodi, quasi quaedam vul-  
nera tabularum recentia. Idem Acad. 4, 40 Sed prius potestis to-  
tius eorum rationis quasi fundamenta cognoscere. Ter. Adelp.  
4, 7, 21 Ita vita est hominum quasi quum ludas tesseris. Vbi Donatus:  
Rectum erat, si diceret, Ita vita est hominum quemadmodum tesseris  
105 ludere, aut quemadmodum ludus est tesserarum. Quasi poma ex  
arboribus.

arboribus, si cruda sunt, auelluntur; si matura et cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas Sen. de Sen. c. 19. Locus et regio quasi ridiculi turpitudine et deformitate quadam continetur Cic. de Orat. 2 c. 58. *ubi Pearce malit et quasi regio, quod non postponi soleat quasi voci suae. Qua quidem in re fallitur.* Cic. Fin. 2, 5 c. 2 Atque haec patefactio quasi rerum operatarum — definitio est. Quasi, *geminatum.* Aelius Spartianus in vita Antonii Getae c. 4 Qui quum contenderet, et diceret quasi ioco, quasi ferio omnes cum liberis occidendos, etc. *i. partim.* Quasi, *simulationem indicans,* Ter. Andr. 3, 2, 19 Quid credas? quasi non tibi renuntiata sint haec sic fore. Idem Adelp. 3, 1, 3 Iam nunc times, quasi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris? Cic. de Finib. 2, 6 c. 2 Quasi sit, qui, quid sit voluptas, nesciat. Et 2, 7 c. 3 Quasi me pudeat, inquit, istorum, aut non possim quemadmodum ea dicantur ostendere. Idem Verr. 5, 129 Quasi ego excitare filium eius ab inferis possem. *Add. Plaut. Epid. 2, 2, 89.* Illud non obscure quaeruntur, quasi desciscerem a pristina causa Cic. Fam. 1, 9, 51, *loco Accusatiui cum infinito.* Quasi tu dicas me te velle argento circumducere. *i. Verba tua eo tendunt, ut dicas, etc.* Plaut. Pseud. 2, 2, 40. Ter. Eun. 4, 4, 18 Tacé obsecro: quasi vero paullum interfiet. Cic. Fam. 3, 7 Non poteram (credo) ante hiemem: sic enim scribis: quasi vero ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. Plaut. Merc. Prolog. 90 Qui olim a puero paruulo mihi paedagogus fuerat, quasi vti mihi foret custos. ¶ 2 Quasi, *pro Paene vel fere.* Cic. Acad. 4, 82 Quantulus nobis videtur? mihi quidem quasi pedalis. *de sole loquitur.* Ter. Heaut. 1, 1, 94 Quasi talenta ad quindecim coegi. Non. Cal. Febr. hora quasi septima Suet. Calig. c. 58. *Conf. Plaut. Most. 3, 1, 95. It. Scribon. 122. 144. 161. et saepius.* *Hinc est particula diminuendi, aut tollendi adeo id, cui adiicitur.* Apud Senec. Controu. 12 Seuerus, Cassius de Fabiano Maximo, Quasi disertus es, quasi formosus es, quasi diues es; vnum tantum es, non quasi, aliam: *quae quidem vltima videntur vel mutilata vel corrupta.* Caeterum Seneca mox Quasi tricolorum vocat. Sic apud Ictos Quasi contractus, est conuentio tacita, nec ciuilibus verbis pacta: sed magis re ipsa in similitudinem contrahentium contracta: qua obligantur, qui se vel alienis negotiis immiscent, vel aliena absque aperto domini consilio auferunt. De illis quasi contractibus, est titulus institutionum. Quasi possessio, Quasi castrense peculium, nobilia quoque apud Iureconsultos. Quasi possessione ea retinere dicimur, quae corpora non sunt: sed iura, ut Praediorum dotes et onera, quas seruitutes dicimus urbanorum et rusticorum praediorum, item ea, quae solo iure consistunt: ut actiones, obligationes, hereditates. Sic quasi castrense peculium est, quod ad exemplum castrensis pecuniae, filiusfamil. in Reipubl. gestione acquirit. Est tit. Digestorum de Peculio tam castrensi, quam quasi castrensi. Permitto seruis, quasi testamenta facere, ut legitima custodia Plin. 8, 16. ¶ 3 *Obs.* Adduntur nonnunquam superfluae particulae, ut, educauit, quasi si esset ex se nata Plaut. Cal. v. 45. Aequae moestum esse, vt quasi dies si dicta sit Idem Afin. 5, 1, 11. Peculiaré etiam illud Spartian. Geta 4 Qui cum contenderet, et diceret quasi ioco quasi ferio, omnes cum liberis occidendos, *i. partim, vel.*

QVASILLVS, *vid.* QVALVS.

QVASSO, QVATEFACIO, *vid.* QVATIO.

QVATENVS, *f. ut quidam scribunt QVATINVS.* Adu. [*ὅσον, καὶ ὅσον, ἐφ' ὅσον*] significat Quantum, siue ad quem finem. Tenus enim funiculum et finem esse, *f. l. ostenditur.* Cic. de Amicit. 36 c. 11 Quamobrem id primum videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Idem Tusc. 1, 107 Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit quatenus esset quodque curandum. Et de Orat. 2, 355 c. 87 Itaque soli qui memoria vigent, sciunt quid, et quatenus, et quomodo dicturi sunt. Ex ea parte, quatenus Cic. Fam. 4, 4 pr. Idem Fam. 1, 2 Postulatum est vt Bibuli sententia diuideretur: quatenus de religione dicebat, Bibulo assensum est. Liu. ab Vrbe cond. Italiae, nisi quatenus vallum castrorum cingit, nihil relinqueretis Poeno. ¶ 2 Quatenus, *pro Quoniam, vel quandoquidem.* Quatenus, heu nefas! virtutem incolumem odimus Hor. Od. 3, 24, 30. Plin. Epist. 3, 7 Et quatenus nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur. Sueton. in Claud. c. 26 Confirmauitque pro concione apud Praetorianos, quatenus sibi matrimonia male cederent, permanfurum se in caelibatu. Quinctil. 6, 3 Propria tamen vis nominis, et exprimenda natura est, quatenus appellatione ipsa non satis significari videtur. Festus: Quatenus significat Qua fine, vt Haftenus, Hac fine. At Quatinus, Quoniam. Sed antiqui Quatenos dicebant: vt Scipio Africanus in ea oratione, quam scripsit postquam ex Africa rediit, Vti negotium natum erat quatenus castra nostra ita munita erant, vt posses partem exercitus abducere. *Similia habet* Vet. Schol. ad Horat. 3, 24, 30. Caper de Orthogr. 2243 Quatenus per e Aduerbiu est. Quatinus per i Coniunctio Causalis etc. Sed vanum non minus hoc esse putamus, quam quod de Protenus et Protinus ibidem disputat. *Conf. Drakenb. ad Liu. 2, 55, 9. Caeterum ex loco Scipionis apud Festum, hoc patet, vetus etiam esse Quatenus pro Quandoquidem.* Sic etiam Lucret. 2, 926 Quatenus in pullos animales vertier oua Cernimus alituum — Scire licet, gigni posse ex non sensibus sensus. *Antique ergo* Hor. Serm. 2, 4, 57 Quatenus ima petit volvens aliena vitellus. Et Serm. 1, 1, 63 — Iubeas miserum esse libenter, Quatenus id facit. Vell. 2, 68, 4 Quatenus aliquid ex omisissis peto, (*reuoco*) notetur etc. Iuuen. Sat. 12, 102 Quatenus hic non sunt nec venales elephantia. ¶ 3 *Pro Coniunctione Causali, Vt* Macrob. Saturnal. 2, 5 Non semel praeceperat ei pater, temperato tamen inter indulgentiam grauitatemque sermone, quatenus moderaretur profusos cultus, perspicuosque comitatus.

QVATER, QVATERNVS, QVATERNARIVS, QVATERNIO, QVATERDENI, *vid.* QVATVOR.

QVATIO, *lli, ssum, ere.* [*σαλεύω, σείω*] Mouere cum violentia. Laudatur non recte Liu. 1, 10 Carthaginis moenia nunc quatit ariete. Formula honesta, sed, vt videtur, Poetae. Plin. Epist. 7, 27 Manibus catenas gerebat, quatiebatque. Virg. Aen. 9, 608 Aut rastro terra domat, aut quatit oppida bello. Plin. 26, 4 Non satius fuit Aemilianum Scipionem Carthaginis portas herba patefacere, quam machinis claustra per tot annos quaterere? Festus, Quaterere, Suspendum et vicinum rei alicuius motum significat, non, vt Verrius putat, Ferire, quum id ipsum verbum Concutere ex Praepositione, quae est, Con, et Quaterere sit compositum. Quassare autem, est Saepe quaterere. Haec ille, vt hoc certe intelligamus, qui feriat, cum non sta-

*sim quaterere*: qui quatit, eum feriisse. Terent. Eun. 2, 3, 66 Homo quatietur certe cum suo munere feras. Hor. Epist. 1, 10, 31 Res nimium quem delectauere secundae Mutatae quatient. Idem Carm. 3, 3, 4

- 5 Iustum et tenacem propositi virum,  
Non ciuium ardor praua iubentium,  
Non vultus instantis tyranni  
Mente quatit solida. *b. e. Non excutit, nec dimouet mente firma et constanti, vel a consilio et proposito firmo.* Virg. Aen. 8, 596 Quadrupedante putrem fonitu quatit vngula campum: ex Ennio, summo fonitu quatit vngula campum apud Macrobi. Sat. 6, 3. Hor. Od. 1, 18, 12 Non ego te, candide Bassareu, Inuitum quatiam, *i. sacra tua mouebo.* Cic. Tusc. 3, 12 c. 6 Est naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod Aegritudine quasi tempestate quatitur. Alas quaterere magnis clangoribus Virg. Aen. 3, 226. Animum alicuius quaterere, *vid. ANIMVS.* Artus vastos quatit aeger anhelitus Virg. Aen. 5, 200. Aures rumoribus Sil. 4, 7. Campos agmine Idem 1, 297. Cornipedem calce Sil. 13, 169. Comas faces quatiant splendoribus Catul. in Epithal. f. 59, 78. Virg. Georg. 4, 64 Tinnitusque cic, et matris quate Cymbala circum. Cursu quaterere armenta Virg. Georg. 3, 132. Fenestras parcius quatiant iuuenes *verulae* Hor. Od. 1, 25, 1. Flammas Virg. Cul. v. 218. Quati Fores interdum et ianuae perstrepi Apul. Met. 3 p. 129. Virg. Aen. 2, 611 Neptunus muros, magnoque emota tridenti Fundamenta quatit, totamque a sedibus urbem Eruiat. Hastam certam quatit improbus Virg. Aen. 11, 767. *Add. Petron. c. 124. Fons est Ennius, Semper abundantes hastas frangitque, quatitque, ap. Macrobi. Sat. 6, 3. Humum pede, i. saltare Hor. Od. 4, 1, 27. Lacertos quatit ille nudos Ouid. de Arte Am. 2, 89. Membra quatit frigidus horror Virg. Aen. 3, 30. Mentem sacerdotum quatit Pythius Hor. Od. 1, 16, 5. Olympum graui curru quatit, o Iupiter Hor. Od. 1, 12, 58. Ora arida quatit Virg. Aen. 5, 200. Pectora quatit gemitu Valer. Argon. 5, 310. Pennas quaterere Ouid. Met. 4, 676. Populum risu quaterere Hor. Epist. 2, 2, 84. de homine ridiculo. Taedam quaterere manu Catul. in Epithal. Iuliae f. 59, 15. Telum immane manu quatit Virg. Aen. 12, 442. Terrore quaterere Populos Senec. Herc. Oet. f. 17. Tonitru quatiantur caerulea caeli Lucret. 6, 95. Et flammam et saeva quatit mihi Verbera poenae Virg. Cul. v. 218.*

40 QVATIENS, entis. Partic. [*σαλεύω*] Virg. Aen. 11, 656 Tullaque, et aeratam quatit Tarpeia securim. *Add. Idem 10, 762. Petron. c. 124.*

QVASSVS, a, um. Partic. [*σείω*] Ruptus. Plaut. Curc. 3, 26 Nam quid id refert mea: an aula quassa cum cinere effossus fiet? 45 Argutatio quassa lecti Catul. ad Flau. 6, 11. Membra quassa Ouid. in Ibin 17. Muri quassi Liu. 26, 51. Naues quassae Liu. 25, 3. Sen. de Ot. Sap. 30. Rates quassae Hor. Carm. 4, 8, 18. et 1, 1, 17. Multo Tempora quassa mero Ouid. Rem. Am. v. 146. Quassatus et Quassus saepe confunduntur *vid. Drakenb. ad Liu. 10, 37, 2. Vox* 50 quassa Curt. 7, 7, 20.

QVASSVS, ūs. m. [*τιναγμός*] Cic. Tusc. 2, 50 c. 21 Nam atrectatu et quassu saeuum amplificatis dolorem. Ex Pacuio.

QVATEFACIO, feci, factum, ěre. [*τινάσσω*] Concutere. Cic. ad Brut. 10 Perrexi tamen, Romamque perueni, nulloque praesidio 55 quatefecit Antonium.

QVASSO, are. Frequentat. [*διασαλεύω*] Saepe quaterere, et mouere. Plaut. Merc. 3, 4, 15 Tristis incedit, peccus ardet, haereo: quassat caput. Idem Epid. 3, 3, 55 Sed hic quis est, quem huc aduenientem conspicio, suam qui vndantem chlamydem quassando facit?

60 Idem Bacch. 2, 3, 71 Subducunt lembum capitibus quassantibus. *Vid. Gell. 2, 6. et Macrobi. Saturn. 6, 7. Non. 4, 60. Caput quassare Valer. Argon. 1, 526. Virg. Aen. 7, 292. Facem fumosam Petron. c. 97. Lampada Virg. Aen. 6, 587. Tullis frequens quassauit me Catul. ad Fundum 42 (45) 14. Virg. Aen. 1, 555* 65 Quassatam ventis liceat subducere classem. Idem Aen. 4, 53 Quassataeque rates, et non tractabile caelum. Plin. Epist. 8, 17 Quassata atque etiam decussa monumenta. *Et 6, 20, 6 iam quassatis circum iacentibus tectis.*

QVASSANS, antis. Partic. [*διασαλεύω*] Lucret. 4, 591 Cum 70 Pan Pineae semiferi capitis velamina quassans, etc. Quassanti capite incedit Plaut. Asin. 2, 3, 23.

QVASSATVS, a, um. Partic. [*διασαλεύω*] Plin. 18, 26 Antelucanis ferramenta acuerere, manubria aptare, dolia quassata farcire. *Legitur et Quassa. Corpus Suet. Aug. c. 81. Domus quassata*

75 Ouid. Trist. 2, 83. Homo quassatus tempora Lyaeo Sil. 7, 201. *Vid. QVASSVS. Exitiali Peste quassati Ammian. 19, 4. Rates quassatae Virg. Aen. 4, 53. Cic. pro Marcell. 25 c. 8 Non fuit recusandum in tanto ciuili bello, tantoque animorum ardore, et armorum, quin quassata Respubl. quicumque belli euentus fuisset, multa*

80 perderet et ornamenta dignitatis et praesidia stabilitatis suae. Vasa quassata Lucret. 3, 435.

QVASSATIO, ōnis. f. Liu. 22, 17 Quassatio irrita capitem, de bubus Annibalis. Quassationes cymbalorum Arnob. 7 p. 237. *Conf. Macrobi. Sat. 7, 15.*

85 QVASSATVRA, ae. f. Plin. Valer. 4, 5.

QVASSANDVS, a, um. Ouid. de Arte Am. 1, 696 Quassanda est ista Pelias hasta manu.

QVASSABILIS, e. Adi. *Quod quassari potest.* Lucan. 6, 22 Sed munimen habet nullo quassabile ferro.

90 QVASSABVNDVS, a, um. Macrobi. Saturn. 5, 21 Herculem fictores veteres non sine causa cum poculo fecerunt, et nonnunquam quassabundum et ebrium. Quassabundum, *i. Ex vino vacillantem, et velut casabundum.*

QVASSAGIPENNVS, a, um. Adi. Quassagipennas anates, 95 tremipedas Varro dixit apud Non. 6, 65.

QVATRIVVM, QVATRIVVO, *vid. QVATVOR.*

QVATVOR, vel QVATTVOR. [*τέσσαρες, τέσσαρα*] Nomen numerale cardinale, indeclinabile. Virg. Ecl. 5, 65 — En quattuor aras. *Disputarunt viri docti de primae Syllabae quantitate. Nonnulli correptam esse volunt nisi duplicatur T, et pro exemplo afferunt illud Enniam apud Cic. de Diuin. 1, 108 Cedunt ter quattuor de caelo corpora sancta. Hoc autem rem non satis probat. Primo enim varia est lectio, et receptissima haec est, quae sequitur, Cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta. Adeo ut Quattuor sit vox dissimulata. Sic*

100 *Christ. Wasius de Senario. cap. 9 p. 103. Secundo, utramvis lectionem accipias,*

*accipias, quatuor pro dissyllaba facile haberi potest. Porro, si in Quatuor prima sit natura brevis, mirum sane videtur Virgilium vicies hac voce usum semper produxisse. Sed rursus Quater semper priorem corripit.*

**QVATVORDECIM.** [*δεκατέσσαρες*] Per quatuordecim Annos Flor. 2, 18. Afinius ad Cic. Fam. 10, 32 Herennium Gallum histrionem summo ludorum die, annulo aureo donatum in quatuordecim festum deduxit. Tot enim fecerat ordines equestris loci. Quatuordecim *imi et proximi scenae gradus assignati erant equitibus Romanis lege Roscia Othonis. Vid. viri dicti ad Hor. Epist. 1, 2, 67. Sen. de Benef. 3, 9 Beneficium vocas — in XIV gradus deduxisse. Et Epist. 14 Eques Rom. es — At mehercules multis quatuordecim sunt clausi. Petron. 126 Domina mea vsque ab orchestra (loco Senatorio, cuius ipsa est) quatuordecim (gradus equitum) transiit, et in extrema plebe quaerit, quod diligit. Add. Martial. 5, 28. et Iuvenal. 14, 324. it. Sueton. Iul. 39. Plin. 33, 2 pr. Constitutum, ne cui id ius (annuli) esset, nisi cui — lege Iulia theatri in XIV ordinibus sedendi (ius esset). Plin. 8, 36 Praeter quatuordecim dies. Sic 2, 14 Intra quatuordecim partes solis, semper occultam esse. de luna.*

**QVATVORDECIES.** Adu. [*τεσσαράκωντα*] Apud Plin. 3, 7 Quatuordecies centena: sine variatione, puto.

**QVATVORVIRI,** [*οἱ τέσσαρες*] ut *Triumviri.* In l. 2 de Origine iuris §. 30. Cic. Fam. 13, 76 *inscripsit, Quatuorviris et Decurionibus. Manut. ad h. l. Magistratum Coloniae Fregellanae intelligi docet.*

**QVATVORVIRĀTVS,** ūs. m. [*τῶν τεσσάρων ἀρχῆ, τετραδρχία*] Ipsa quatuor virorum dignitas Afin. ad Cic. Fam. 10, 32. Quatuorviratum sibi prorogavit.

**QVATER.** Adu. numerale. [*τετράκις*] Plaut. Pseud. 1, 3, III Vtrum vis, vel quater quinis minis, etc. Columel. 5, 2, 9 Hoc duco quater, i. *multiplico per quatuor. Quater, pro Saepius. Virg. Aen. 2, 242 — Quater ipso in limine portae Substitit, atque vtero sonitum quater arma dedere. O terque quaterque beati Virg. Aen. 1, 98. Tibul. 3, 3, 26 O mihi felicem, terque quaterque diem. Sed finit numerum Terque quaterque solum scindendum Virg. Georg. 2, 399. Cic. Verr. 1, 100 c. 39 Huic HS quater decies P. Tadio numerata Athenis testibus planum faciam. Quater centies Vitr. 10, 14. Plin. 7, 27 Sit proprium Catonis quater et quadragies causam dixisse.*

**QVATERDENI,** ae, a. Adi. [*τετράκις δέκα*] ut, Quaterdeni gradus Ouid. ex Ponto 3, 2, 50. Et Anni quaterdeni, *Quadraginta Ouid. Met. 7, 293. Rectius diuiditur.*

**QVATERGEMINI aut QVATVORGEMINI.** Solin. c. 3. *Melius forte diuiditur.*

**QVATERNI,** ae, a. Adi. [*τέσσαρες*] *Distributium. Quaterni denarii Cic. pro Font. 9 c. 5. Hor. Serm. 1, 4, 86 Saepē tribus lectis videas coenare quaternos. Globuli quaterni aut quini dantur Scribon. 77. Quaternis diebus latent Plin. 8, 36. Quaternum iugerum balenae, pristis ducentum cubitorum Idem 9, 3. Quaternorum pedum latitudine Plin. 8, 45. Quaternum pedum spatia Columel. 5, 5. Gens illi triplex, Populi sub gente quaterni Virg. Aen. 10, 202. Ita ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisque versibus descripsit Nep. 25, 18, 6.*

**QVATERNNO,** are. unde Conquaternno.

**QVATERNATIO,** onis. f. Interpr. Iren. 1, 1.

**QVATERNARIVS,** a, um. Adi. [*τετραδράριος*] Plin. 28, 6 Numerum quoque quaternarium Demetrius condito volumine prodidit, et quare quaterni cyathi, sextariiue non essent. Columel. 11, 2, 28 Eorum (scilicet scrobium) quaternarii, hoc est quoquo versus pedum quatuor, si est commodum terrenum, XIII ab vno fiunt. *Vid. SCROBS.*

**QVATERNIO,** onis. m. [*τετράς, τετραπύρις*] *Quatuor res vel personae, quae ut vnum quiddam considerantur, ut vulgo in foliis chartarum, in militibus. Martian. Cap. 7 p. 255 pr. Ut duobus duos adiiciendo quatuor fecit, sic rursus quaternioni duos adiiciendo fecit super dimidium. Sic p. 268 simpliciter notat quatuor una sumta. Int. Vulg. Act. 12, 4 Quatuor quaterniones militum. Quaternio, dux quatuor virorum Scholiaf. Prisciani ad l. 5. Vid. Voss. de Vit. L. L. 3, 40.*

**QVATRIDVVM,** i. n. [*τετραήμεριον*] *Spatium quatuor dierum. Cic. Verr. 4, 6 Non ablata ex vrbibus sociorum quatruidi causa per simulationem aedilitatis. Quatruidium per vastas solitudines absuntum est Curtius 4, 7, 15. Liu. 3, 3 Sic finem iustitio, quod quatruidium fuit, reditus Quintii Consulis in urbem fecit. Quatruidi nauigatio Plin. 6, 22. Quatruidi iter Lentul. ad Cic. Fam. 12, 15.*

**QVATRIDVO.** [*τετραήμεριον*] Cic. ad Brut. 3 Trino vero aut quatruido ante hanc rem pulcherrimam. Cic. pro Rosc. Amer. 20 Mors Sext. Roscii quatruido quo is occisus est, Chryfogono nuntiatur.

**QVATRIDVANVS,** a, um. Adi. [*τετραπύριος*] Quatruiduanus mortuus Lazarus Hieron. Epitaph. Paulae f. Ep. 27, 11. Conf. P. Chrysol. Serm. 81.

**QVATRINI,** ae, a. Varro de L. L. 7, 30 Vt est ab vno vni, a tribus trini, a quatuor quatrini.

**QVATVS** pro Cyathus scribitur in MS. Lugdunensi Pallad. 1, 27, 1 Duobus cyathis hordei bene pascitur vna gallina. Sic et 1, 28, 2. *Vid. QVIMA.*

**QVAVIS.** Adu. ut Quacunque v. v. quavis ratione, parte, regione. Hor. Serm. 1, 7, 84 E quibus vnus amet quavis aspergere cunctos, i. *omni ratione infamare.*

**QVAXO,** are. Quaxare ranae dicuntur, quum vocem emittunt, Festus. Sunt qui non Quaxare, sed Quoaxare, alii Coaxare scribant. *Vid. COAXO.*

## Q V E

**QVE.** [*τε*] *Coniunctio Copulatiua enclitica, quae non nisi in compositione reperitur, caeterum, eadem ratione ut Et, etiam pro omni fere alio genere Coniunctionum poni videtur. Virgil. Aen. 1, 5 Arma virumque cano. Terrasque tractusque maris caelumque profundum Virg. Ecl. 4, 51. Omnia secum Armentarius Afer agit, tectumque, laremque, Armaque, Amyclaeumque canem, Cressamque pharetram*

Virg. Georg. 3, 344. Conf. Cic. de Sen. c. 1 ex Enn. Laudesque et gratias egit Liu. 26, 48 pr. Sic Id. frequenter. In eam partem accipioque et volo Ter. Eun. 5, 2, 37. Praeter aequumque et bonum Id. Adelph. 1, 1, 39. Deus, quae nos gerimus, auditque et videt Plaut. Capt. 2, 2, 63 Stertit noctesque ac dies Ter. Eun. 5, 9, 49. Et vterque opibusque atque honoribus peruigere Tac. Ann. 4, 34, 6. Hastaque et gladius Liu. 1, 43. De Gallis Etruscisque ac Samnitibus Liu. 10, 30. Virg. Eclog. 10, 23 Perque niues alium, perque horrida castra secuta est. Cic. Off. 1, 22 Non nobis solum nati sumus: ortusque nostri partem patria vindicat, partem amici. Pro-  
 10 pert 3, 1, 29 Deiphobumque, Helenumque et Polydamantas in armis. Rudis est, nescitque quid expediat. Virg. Aen. 1, 30 Manet alta mente repostum Iudicium Paridis, spretaeque iniuria formae. Cic. Fam. 2, 7 Sed tibi et gratulor: et, ut sempiternae laudi sit iste Tri-  
 15 bunatus, exopto: teque hortor, ut omnia gubernes et moderere prudentia tua. Apul. . . . Idque ei serio colloquenti non crederem. i. Etiam serio loquenti. Que repetitum, Cic. de Nat. Deor. 2, 147 Ex quo videlicet quid, ex quibusque rebus efficiatur: idque ratione concludimus: singulasque res definimus: circumscripteque  
 20 complectimur. Disiunctivae ve vim habet Virg. Aen. 2, 36 Aut pelago Danaum insidias, suspectaque dona Praecipitare iubent, subiectisque vrere flammis. Vid. Seru. b. l. Eodem modo Hor. Serm. 2, 7, 58 Quid refert vri virgis, ferroque necari, Auctoratus eas, an turpi clausus in arca? ¶ 2 Que, Praepositionibus nonnunquam  
 25 statim appenditur, ut, Celeriter contraque omnium opinionem Caes. B. G. 6, 29. Deque tua obseruantia Cic. Att. 11, 17. De honorum emtione, deque ea societate Idem pro S. Rosc. Am. c. 21. Si  
 30 arbitrare, vile eque Rep. esse Cic. ad Brut. Ep. 5. Eque domo rursus pulchrae loca vertor ad vrbis Ouid. ex Pont. 1, 8, 33. Add. Sen. Herc. Fur. v. 290 ibique Georg. Fabric. p. 457. Inque eam rem  
 Caes. B. G. 5, 36. Pro vita civium proque vniuersa Rep. Cic. pro Arch. c. 11. Nonnunquam proximo demum vocabulo, ut, Est adhibendus  
 35 modus ad mediocritatemque reuocandus Cic. Off. 1 c. 39. Conf. Nep. 10, 4, 2. et 14, 7, 1. Lactant. 3, 13. In foroque esse coepit Nep. 20, 1, 1. In eoque bello Idem 9, 1, 1. Ad eas artes celebrandas, inter nosque recolendas Cic. de Orat. 1 c. 1. Ob eamque  
 40 causam Nep. 5, 1, 1. Solet Tibullus ad proximum verbum seruare que. V. g. 1, 1, 34 Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis Pocula, de facili composuitque luto. Idem 1, 3, 38 Nondum caeruleas pinus contemserat vndas, Effusum ventis praebueratque sinum. Et  
 45 omissio semel verbo 1, 3, 56 Hic iacet inniti consumtus morte Tibullus, Messalam terra dum sequiturque mari. Et 1, 4, 2 Ne capiti soles ne noceantque niues. Vid. Brouckh. ad 3, 6, 48. ¶ 3 Nonnunquam in caesura fit longa. Sideraque ventique nocent Ouid. Met. 5, 484. Imitatur Virgilium Aen. 3, 91 Lininaque laurusque  
 Dei, totusque moueri Mons circum. De hac particula diligentissime egit Erythraeus Ind. Virgil.

QVEIS. [ois] Dativus vel Ablativus a Quis. Cato 11, 2 Cola  
 50 queis (al. qui) storem demant tria. Coturnices dantur, queis cum lusitent Plaut. Capt. 5, 4, 6. Mille sunt usus arborum, sine queis  
 vita degi non possit Plin. 12, 1. Virg. Aen. 1, 100 Queis ante ora  
 patrum Troiae sub moenibus altis Contigit oppetere. Vbi Seruius, Ab eo quod est a qui in BVS mittit: ab eo quod est a quo, in IS  
 55 mittit. Sed a tertia Declinatione in vsu sunt Dativus et Ablativus Plurales. Valerius Probus (inquit Pierius) Queis Iambum esse dicit, passimque Dativus et Ablativus Casu pro Iambo accipi debere: atque ita aliquot habent marmora.

QVEMADMÖDVM. [ώσπερ, καθάπερ, ὡς πρόπον] Adu. Similitudinis vocant Grammatici: quod interdum diuisim scribunt, quem ad  
 60 modum. Quaesivit a medicis, quemadmodum se haberet Nep. 10, 2, 4. Quemadmodum exponam, dubito Idem 16, 1, 1. i. quomodo. Cic. de Amicit. 2 Pergratum mihi feceris, spero item Scaenolae, si quemadmodum soles de caeteris rebus, quum ex te quaeruntur, sic de  
 65 amicitia disputaris quid sentias. Ibid. 37 Vt quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. Aliquando interrogatiue ponitur. Plaut. Perf. 1, 1, 36 Tu tibi me facere potis es sempiternum.  
 s. quemadmodum? T. ut des mihi numos sexcentos. Cic. Verr. 5, 6 Quemadmodum est asseruatus? Diuisim recte scribitur Plaut. Bacch. 2, 2, 13 Qui scire possum? C. nullus plus. P. quemnam ad  
 70 modum? Relativum est Cic. Fam. 1, 2 Nam ad me P. Valerius homo officiosissimus scripsit, id quod maximo cum metu legi, quemadmodum a Vesta ad Tabulam Valeriam ducta esses. Idem Acad. 4, 69 Excogitat inquam quemadmodum mense illo legitimo comitia haberentur. Conf. Idem pro Domo c. 55 pr. Cic. Fam. 1, 2  
 75 Nos in Senatu (quemadmodum spero) dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia et iniquitate retinebimus. Idem Verr. 3, 153 c. 65 Pepercit homini amico, et (quemadmodum ipsum dicere audiui) necessario.

QVEO, quis, quivi, quitum, quire. [διναμι, ἔχλω] Posses: inter verba defectiva numeratur a grammaticis: unde non sine auctoritate illius vocabis utendum. Ter. Andr. 4, 1, 30 Nec te quivi hodie cogere, illam ut duceres. Cic. Fam. 14, 1 Non queo reliqua scribere, tanta vis lacrimarum est. Hor. Serm. 2, 7, 92 Liber sum, dic age, non quis. i. Nequis. Qui ipse sibi sapiens prodesse non  
 85 quit, nequidquam sapit Cic. Fam. 7, 6. Consistere nihil consilii quit Ter. Adelph. 4, 4, 4. Catul. 59, 71  
 Quae tuis careat sacris,  
 Non queat dare praesides  
 Terra finibus.

Quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? Cic. Phil. 11 c. 2. Queamus Virg. Aen. 10, 19. Lucret. 3, 646. Mobilitate mali non quit sentire dolorem. Cum quiret Tac. Ann. 1, 66, 2. Nec restitui quivere Idem Hist. 3, 25, 2. Add. Sall. Catil. c. 49. et Iug. c. 58 et 59. Nep. 25, 9, 3. Nunquam  
 95 comprehendere quistis Iuenc. 2, 679. Ero velocior, si quivero Varro de L. L. 4, 1. Vt deterreri quiverit Liu. 4, 24. Dixit se loqui non quire Gell. 11, 9. Turrim ligneam ardere non quisse Idem 15, 1. Lucret. 5, 1421 Dispersisse, neque in fructum convertere quisse. Idem 1, 1044 Dum veniant aliae, ac suppleri summa  
 100 queatur.

QVIENS. Partic. Apul. Met. 6 p. 175 Nec indipisci maritum volatilem quiens.

QVITVS, a, um, Partic. [δεδυμμενος] a Queor. Ter. in Hecyr. 4, 1, 58 Nam quum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non quita est. Sed antique, ut ait Donatus. Gell. 20, 1 Sacuitia ista  
 105 poenae

poenae contemni non quita est. Apul. Apol. p. 274, 17 Ne sic quidem quitus est : i. quiuit. vid. Cort. ad Sall. Jug. 31, 8.

QVENTIAM, pro Potentiam, veteres aliquando scripserunt Sipontinus ait. Ipse siderit.

QVERCERVS, QVERCETVM, QVERCICVS, vid. 5 QVERCVS.

QVERCVS, ūs. f. [δρῦς] Genit. quercū Pallad. Mart. 7, 6. et 8, 2. Glandifera arbor, et gallae ferax, et visci nutritrix, et ob coronam ciuicam nobilitas. Cic. de Legib. 1, 12 Quercus glandifera. Festus

Paulli, Quercus dicitur quod id genus arboris graue sit, ac durum : tum etiam in ingentem euadat amplitudinem. Querqueram enim (febrim) grauem et magnam quidam putant dici. Haec Paullus. Festi ipsius reliquias damus, voce QVERCERVS. Virg. Georg. 3, 332

Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. Nescio quid de quercu exsculpseram, quod videretur simile simulacri Cic. Att. 13, 28. de epistola cum cura et labore scripta. Aëria Virg. Aen. 3, 680. i. alta in aërem erecta. Annosa Virg. Aen. 4, 441.

Auritae, vid. Auritus, in AVRIS. Decidua Ouid. Met. 8, 758. al. Deïoa. Dura Virg. Ecl. 4, 30. Fatidica Senec. Herc. Oct. f. 11. Geminae confurgunt, vid. CONSVRGO. Glandifera Ouid. Met. 12, 328. Ingens Virg. Aen. 11, 5. Rigidae motant cacumina

Virg. Ecl. 6, 28. Sacra Idem ibid. 7, 13. Sublimis Lucan. 1, 136. Taetae de caelo Virg. Ecl. 1, 17. Torta quercu redimitus tempora Idem Georg. 1, 349.

¶ 2 Quercus videtur etiam nigri f. pulli coloris nomen esse Catull. Epithal. f. 63, 307 in pictura Parcarum : 25 His corpus tremulum complectens vndique quercus, Candida purpurea quam Tyro incinxerat ora : At roseo niucae residebant vertice vittae.

Sic ex MSS. recte constitutus est ille locus ab Is. Vossio, et quantum ad Tyro Salmoni filiam recte explicatur. Sed de quercus ramis falsum puto. Quercus coloris hic nomen est, pullam vestem indicans. Huius arboris Galla iam olim ad lanam tingendam adhibita, forte etiam ipsius ligni assulae. De Galla diserte Theophrastus Hist. Plant. 3, 9 Φέρες δὲ καὶ ἔτερον τὴν μέλαιναν [κηρίδα] ἢ τὰ ἔργα βόαντας. Ut igitur murex, cocceus, conchylium pro coloribus ponuntur, ita Quercus. Pullas autem vestes Parcis tribui, mirum non est, noctis et crebi filiabus, ut ait etiam Cic. de Nat. Deor. 3, 44 c. 17: quasque inferorum partem faciunt Poetae. Vid. Stat. Theb. 8, 119 et 191. Hinc idem Stat. Theb. 6, 376 Sic Iouis imperia, et nigrae voluere sorores. Sed nec dissimulandum tamen, quæneam coronam tribui Hecatae a Sophocle, quem laudat Scal. ad Varron. de L. L. p. 108.

QVERNVS, a, um. Adi. [δρῦνός] Quod est ex quercu. Virg. Georg. 1, 305 Sed tamen et quernas glandes. Plin. 3, 5 Querno folio assimilata. Corona querna Ouid. Fast. 1, 614. Stipes Idem Fast. 4, 331. Vimen Virg. Aen. 11, 65.

QVERNEVS, a, um. Adi. [δρῦνός] Idem. Columel. 6, 3 Probatur maxime vlmæa frons, post fraxinea, et ab hac populnea, vltimæ sunt ilignea, et quærnea, et laurea. Idem 9, 1 Quærneae glandis et ilignea. Sic Cato c. 5.

QVERCEVS, a, um. Adi. Idem. Seruius in Aen. 6, 772 Quærneam coronam accipiebant qui in bello ciuem seruassent.

QVERCICVS, a, um. Adi. Idem. Suet. in Calig. c. 19 Primo die phalerato equo insignisque, quærceica corona et cetra et gladio, aureaque chlamyde.

QVERCVLĀNVS, a, um. Adi. Plin. 16, 10 Vbi lucus fageus fuit, porta querculana. Legitur et Querquetulana, ubi vid.

QVERCĒTVM, vel QVERQVĒTVM, i. n. [δρῦμός] Locus ubi confitæ sunt quercus. Varr. de R. R. 1, 16 Si enim ad limitem quercetum habet, non possis recte secundum eam siluam serere oleam. Querceta Gargani laborant Hor. Carm. 2, 9, 7.

QVERCĒRVS, vel QVERQVĒRVS, a, um. Adi. [κέρκερος] Ponamus primum verba Festi, ut nunc opera virorum doctorum leguntur : Querqueram febrem, grauem et magnam. Nam quidam quercum (f. a quercu) dictam volunt, quod id genus arboris cum graue sit ac durum, tum etiam in ingentem euadat altitudinem. Aurelius autem Opilius frigidam ait dici, et cum horrore trementem. Santra eam ex Graeco deducit, qui tremorem eiusmodi κέρκερον dicunt. Vnde dicit etiam carcerem Plautus in Frinolaria. Is mihi erat bilis quærquera tussis. Lucilius libro . . . iactans me vt febris quærquera terret : alibi, Quærquera consequitur febris, capitisque dolores. Haec Festus, Reines. Epist. 55 p. 508 Querquerum tantum morbi conditionem, praesertim febris, significat — Κερκαίρεν est tremere, tremendo sonum edere, nobis (Germanis) epenthesi τὰ n Knarren, quod et κερκαρονῶν etc. Gell. 20, 1, 26 An tu forte morbum appellari hic putas aegrotationem cum febris rabida (al. rapida) et quærquera. Apul. Apol. p. 297, 14 Possè dicitis ad res Venereas sumta de mari spuria et fascina, propter nominum similitudinem. Qui minus possit ex eodem litore calculus ad vesicam, testa ad testamentum, cancer ad vlcera, alga ad querqueram? Alludit alga ad verbum algere. Querquera (int. febris) est accessio algoris vel frigoris. Caeterum legitur etiam Querquerum et Quærcerum. Pricæus p. 42 Querquerum dedit, et feruorem f. ardorem interpretatur, cui repugnet scilicet alga, quae vi nominis algidum quiddam f. frigidum significet. Sed refellitur cum his, quae e Festo dedimus, tum Minuc. Fel. 12, 3 Tu — quum quærquero quateris (hoc sane frigoris est) quum febris vreris, quum dolore laceraris, non tum conditionem tuam sentis? Nonnunquam Zercera legitur : vid. Keuchen. ad Sammon. 907.

QVERELA, vid. QVEROR.

QVERNVS, vid. QVERCVS.

QVĒROR, ēris, questus sum, quēri. [μῆτις] Significat Lamentari, vel certe aliquid sibi molestum esse, verbis indicare. Cic. Fam. 1, 9 Quid multa? questus est grauitè. Caes. Bell. Gall. 8, 4 Bituriges ad eum legatos mittunt, auxilium petitum contra Carnutes, quos intulisse bellum sibi querebantur. Metaphora frequenti Aues queruntur in siluis Hor. Epod. 2, 26. Vet. Schol. Veteres omnium animalium voces, praeterquam hominis, querelam dicebant. In primis vero aues quēri dicuntur. V. g. Ouid. Her. 10, 8 Tempus erat, vitrea quo primum terra pruina Spargitur, et tectae fronde queruntur aues. Sic Fast. 4, 166 Taetae rore queruntur aues. Et Am. 3, 1, 4 Et latere ex omni dulce queruntur aues. Vid. QVERELA. Sed magis proprie Bubo visa saepe quēri ferali carmine Virg. Aen. 4, 463. Ore tremente quēri Hor. Epod. 5, 11. de morituro. Non semper magnum dolorem significat. V. g. Ouid. ex Pont. 4, 14, 1 Quem sum modo carmine questus Non aptum numeris nomen habere meis. Quēror, cum Accusatiuo. Hoc maiores nostri questus sunt, hoc nos quērimur, hoc politeri quērentur, euersos esse mores, regnare nequitiam,

90

95

70

75

80

85

90

95

100

105

- in deterius res humanas, et in omne nefas labi Sen. de Benef. 1, 10.  
*i. propter hoc.* Cic. de Amicit. 73 Quorum plerique aut queruntur  
semper aliquid, aut etiam exprobrant. Caes. Bell. Gall. 1, 39 Ab-  
diti in tabernaculis, aut suum factum querebantur, aut cum familia-  
5 ribus suis commune periculum miserabantur. Cic. Att. 5, 8 Romae  
acceperam literas, Milonem meum queri per literas iniuriam meam.  
Fetus amissos queritur Philomela Virg. Georg. 4, 512. Ibat vt  
Oceano quereretur Facta mariti Ouid. Fast. 5, 233. *Queri cum ali-*  
*quo significat Expostulare.* Quod si humaniter mecum questus, liben-  
10 ter tibi me et facile purgasset Cic. Fam. 7, 27. Quid est, quod  
cum fortuna queri possitis Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Id. Acad.  
4, 81 Neque tam quereretur cum deo quod parum longe, quam quod  
falsum videret. Idem Att. 6, 7 Mirifice conturbatum vidi pue-  
rum, lacrimans mecum est questus. Eidem 10, 3 Facile patior  
15 quod scribit, secum Tullium et Seruium questos esse, etc. Sallu-  
stius Catil. c. 52 Saepe de luxuria, de auaritia nostrorum civium que-  
stus est. Caes. Bell. Gall. 4, 8 Licere, si velint, in Vbiorum fini-  
bus confidere: quorum sint legati apud se, et de Sueuorum iniuriis  
querantur. Cuius maxime intererat, neminem de diis queri Sen.  
20 ad Marc. c. 15. Cic. Fam. 1, 9 Multa de mea sententia questus  
est Caesar. Idem Verr. 3, 156 Is mihi etiam queritur, quod a  
nobis IX Solis diebus prima actio sui iudicii transacta sit: *illud mihi*  
*abundat affectus causa.* Queri super re aliqua Hor. Epist. 2, 2, 24.  
Apud aures deorum queri de aliqua re Vell. 2, 130, 3. *vid. ad b. 1.*  
25 *Heins.* Aur. Vict. de Viris illustr. 15 Quo cognito apud Populum  
questus quod de se tale aliquid timuissent. Querebatur, se, tum  
quam illa videre coepisset, extingui Cic. Tusc. 3, 69.
- QVERENS, entis. Partic. [*μεμφομένος*] *Vt*, Multa querens  
Virg. Georg. 4, 320. Fidibus querens Hor. Carm. 2, 13, 24.
- QVESTVS, a, um. Partic. [*μεμψόμενος*] Saeculum Pyrrhae  
30 Noua monstra questae Hor. Od. 1, 2, 6. *vid. Burm. ad Petron. c. 91 p.*  
441. Ouid. ad Liu. 166 Oraque nequidquam per modo questae  
fluunt. Idem Met. 10, 76 Esse deos Erebi crudeles questus, in  
altam Se recipit Rhodopen. *Add. Ibid. v. 61.*
- QVESTVS, us. m. [*μῆψις*] *Querendi actus.* Virg. Aen. 4, 553  
35 Tantos illa suo rumpebat pectore questus. Idem Georg. 4, 515  
— Et moestis late loca questibus implet, *de philomela.* Cic. de  
Finib. 2, 94 Quod eiulatu, questu, gemitu, etc. *ex Poeta.* Et  
pro Quint. 64 c. 30 Qui denique questus, qui moeror dignus inueniri,  
40 etc. Acerbus questus Valer. Argon. 5, 623. Aniles Ouid. Met.  
9, 276. Creber Tacit. Ann. 3, 7. Fictus Catul. 60, 36.  
Flebilis Claud. in Ruff. 1, 127. Moesti Sil. 13, 258. Secreti  
Tacit. Ann. 3, 17. *Verba:* Stat. Theb. 11, 646 Questibus ab-  
sumptis tristem iam soluere nodum Coeperat. Agere iras vanis  
45 questibus, *Exercere iras suas tantummodo verbis et lamentationibus sine*  
*effectu* Senec. Thyest. f. 3. Ciere flebiles questus Idem Theb. f. 2.  
Edere questus Ouid. Met. 4, 587. Effundere questus pectore Vir-  
gil. Aen. 5, 780. Effundi in questus, lacrimas, vota Tacit. Ann.  
1, 7. Exaudire tristes questus Senec. Octau. f. 1. Exonerat  
50 sic dura suos patientia questus Lucan. 9, 881. Fundere inanes que-  
stus Claud. de Rapt. Proserp. 2, 46. Implere caelum questibus  
Virg. Aen. 9, 480. Implet moestis late loca questibus Virgil.  
Georg. 4, 515. Opprimere questus Senec. Troad. 6. Parcere  
questibus Idem Herc. Oct. 16. Rumpere questus pectore Virg. Aen.  
55 4, 553. — inanes Claud. in Ruffin. 2, 249. Rumpere in-  
expleto questu pectora Stat. Silu. 3, 3, 8. Sedare questus Senec.  
Herc. Oct. f. 14. Seponere questus Idem Hippol. 4. Tunc  
questus tenere suos Lucan. 2, 20. Voluunt tacitos muto in pe-  
60 ctore questus Lucan. 1, 247.
- QVERITOR. Frequent. *quidam libri habent pro Quiri-*  
*tor. v. v.*
- QVERELA, ae. f. [*μῆψις, μομφή*] *Querimonia, querendi actus.*  
Cic. de Senect. 7 c. 3 Saepe enim interfui querelis meorum aequalium.  
Idem Fam. 11, 12 Sed tamen providendum sit, ne qua iusta querela  
65 esse possit. Plena querelarum epistola Cic. Q. Fratr. 3, 8 pr. Idem  
Fam. 2, 15 Quid in illis fuit praeter querelam temporum? *i. de tem-*  
*poris huius malis.* Cic. pro Deiot. 9 c. 3 Quanquam cui sunt inau-  
ditae cum Deiotaro querelae tuae? nunquam tu illum accusasti vt  
hostem etc. Rustica iudicio nostra querela tuo Ouid. Epist. 17, 12.  
70 In querelis mens, *vid. IN Praepositionem.* Cum qua vixit sine  
vlla querela Inscriptt. de coniugibus. *vid. Voss. Instit. Orat. 1, 6, 2 extr.*  
*Colu. ad Apul. Flor. 2 p. 180. Sic Virg. Aen. 4, 360. ¶ 2*  
*Vt Verbum queror, ita etiam hoc nomen ad voces animalium, et modu-*  
*los muscos refertur.* Vet. Schol. Hor. Epod. 2, 26 Veteres omnium  
75 animalium vocem praeterquam hominis, querelam dicebant. Chor-  
darumque sonos fieri, dulcesque querelas Lucret. 4, 588. Tibia  
quas fundit, digitis pulsata canentum. Idem de eadem re 5, 1383.  
Inde minutatim dulces didicere querelas. Discessu mugire boues  
atque omne querelis Impleri nemus Virg. Aen. 8, 215. Liquida  
80 cygnorum Lucret. 4, 551. De ranis Virg. Georg. 1, 378. *Add.*  
Claud. Epithal. Pallad. et Serenae v. 108. Falsa enim est querela,  
etc. Quinctil. 1, 1. Femineae Stat. Theb. 10, 561. Grauis-  
sima Cic. pro Marcell. 21 c. 7 pr. Inertes, *vid. INERS.* Infe-  
stae Lucret. 6, 15. Inueterata, *vid. INVETERO.* Iusta querela  
85 mea est Ouid. ex Ponto 4, 3, 22. Moestae Ouid. Met. 3, 239. Molles  
Hor. Carm. 2, 9, 18. Supplices Tibul. 1, 4, 71. ¶ 3 *Verba et Partici-*  
*pia.* Abruptae, Abscindere querelas, Adhibere querelas, *vid. ff. ff.* Assur-  
gere haud iustis querelis Virg. Aen. 10, 94. Audire miseras  
Ouid. Met. 2, 342. Cecinere querelam in limo veterem ranae Virg.  
90 Georg. 1, 378. Compescere querelas Lucret. 3, 967. Complevere  
querelis nemus Idem 2, 358. Delata est regi querela a parentibus  
puerorum Iustin. 1, 5, 2. Deferrī querela potuit ad competentem  
iudicem Paullus in l. Si ab arbitro D. Qui satisfacere cogant. Deplo-  
rare querelas solebant Cic. de Senect. 7. Effundunt iustas in nu-  
95 mina sacra querelas Lucan. 2, 44. Expleta est annis ista querela  
tuis Ouid. Amor. 2, 6, 8. Expromam multas mente querelas Cat-  
tul. Argon. f. 62, 223. Figere querelas intra se Iuuen. Sat. 9, 94.  
Cic. Fam. 10, 28 Vt vestrum illud diuinum in Rempublicam benefi-  
cium nonnullam habeat querelam. Iacere querelas ore, *vid. IACIO.*  
100 Incendere querelis Virg. Aen. 4, 360. Incessit turba querelis Lu-  
can. 5, 681. Incusat fata querelis Stat. Achil. 1, 439. Interpo-  
nere querelas, *vid. INTERPONO.* Mitto veteres querelas Stat.  
Theb. 12, 301. Parere querelas Senec. Medea f. 2. Proferre  
querelas extremis medullis Catull. Argon. 62, 130. Lucan. 5, 761  
105 Tandem vt vox moestas potuit proferre querelas. Pulsare rabidis  
querelis



querelis iniustos Stat. Silu. 5, 1, 12. Scalpe querelam nostri memorem sepulcro Hor. Carm. 3, 11, 52. Sistere querelas Ouid. Met. 7, 711. Sum: ut, Eorum enim est haec querela, qui sibi cari sunt Cic. de Finib. 5, 29. Idem pro Sext. 64 His de tot, tantisque iniuriis in socios, etc. Consulum querela esse debuit. Tollerunt liquidam lugubri voce querelam Lucret. 4, 552. de cygnis. Tolle querelas Hor. Epist. 1, 12, 3. ¶ 3 Obs. Querela, apud Iureconsultos peculiari significatione, eam actionem denotat, qua liberi aduersum parentum suorum iudicia inofficiosa, et vice versa parentes contra iniana liberorum testamenta, naturalem portionem, id est trientem, aut semissem et postulant et obtinent. Toto titulo de Inofficioso testamento in Pand. Ciuilibus, et Cod. Iustiniani lib. 3. ¶ 4 Querella saepe scribitur in Inscriptt. ap. Fabrett. p. 256 seq. it. in Phaedr. (ed. Plant. 1610) 1, 6, 6. 1, 9, 10. 2 epil. 14. 3, 18, 15. 5, 6, 7. Seru. ad Aen. 4, 360 Desine meque tuis incendere teque querelis, Querellis l. literam metri causa addidit: nam querela dicitur, quia querulus facit: hoc modo et loquela et suadela. Notat etiam Heinj. ad h. l. in vetustioribus libris esse querellis.

QVERELO vel QVERELOR, vid. QVERELANS. Seru. in Virg. Ecl. 1 argum. Hinc est, quod — postea eum querelantem inuenimus.

QVERIBVNDVS, a, um. Adi. [μεμπτικός] Lamentabilis. Cic. pro Sulla 30 c. 10 De supplicio P. Lentuli, de carcere, magna et queribunda voce dicebat. Senectus queribunda Sil. 13, 583.

QVERIMONIA, ae. f. [μέμψις] Querela, lamentatio. Querimonia certae rei est, querela superuacua est: itaque prior grauitatis est, posterior leuitatis Corn. Fronto de diff. voc. Cic. Q. Fratr. 2, 1 Eo metu iniecto repente magna querimonia omnium discessimus. Hor. in Arte Poët. 75 Versibus impariter iunctis querimonia primum, Post etiam inclusa est voti sententia compos. Cum querimonia, vid. CVM Praepositionem. Quotidiana querimonia populi Cic. Verr. 1, 9. Malis querimoniis diuisus Hor. Carm. 1, 13, 18. Nulla inter eos Intercessit querimonia Nep. 25, 17, 2. Querimonias vltro citroque iactare Liu. 7, 9. Cic. Verr. 5, 71 c. 28 Ut si me in ea querimonia, quam sum habiturus de istius crudelitate, et de eiuium Romanorum indignissima morte, non modo vires, verum etiam vita deficiat.

¶ 2 Querimoniae vocabulo pro quaestione usurpantem Ruffinum castigat Hieron. Apol. adu. Ruff. Opp. T. 3 f. 98.

QVERVLVS, a, um. Adi. [μεμψίμοιρος, ἔγκληματικός] Qui multum queritur, siue qui querelis plenus est. Difficilis, querulus laudator temporis acti. Se puero senex Hor. A. P. 173. Martial. 2, 26 Quod querulum spirat, quod acerbum Naeuia tulit. Idem 4, 44 Missa nec a querulo mappa cliente fuit. Calamitas querula Curt. 5, 5, 12. Caput querulum Senec. Thyest. f. 8. Doloris queruli causa nunquam abest Ouid. Trist. 3, 8, 32. Fores sub verbum querulas impulit aura, i. stridentes Ouid. Fast. 3, 642. Murmure querulo referens questus Senec. Herc. Oct. 1204. Sono querulo referre aliquid Propert. 3, 6, 18. Vlulatus queruli Ouid. Epist. 5, 73. Querula Voce gaudia notare Ouid. A. A. 2, 308. i. fracta prae voluptate eaque re querulae simili: summus voluptatis gradus affinis dolori.

¶ 2 Querulus, Canorus aliquando dicitur a Poëtis. Virg. Georg. 3, 328 Et cantu querulae rumpent arbuta cicadae. Hor. Carm. 3, 7, 30 Neque in vias Sub cantu querulae despice tibiae. Sic Columella 10, 12 Querula rana. Ouid. Met. 5, 339 Calliope querulas praetentat pollice chordas. Addita da querulo volucrum medicamina nido Ouid. de Medicam. faciei 77. Nempe de Queror, Questus, Querela idem obseruauimus.

QVERVLOSVS, a, um. Adi. Murnuratores querulosi Vulgat. Epist. Iudae v. 16.

QVERVLOR, ari. Dep. Cum iudex solum hoc querulabitur ipse futurus Vetus Epigr. in Hottonem. al. querelabitur. Iniuste querulor, iuste autem patior Thom. de Kempis de trib. tabernac. c. 9. add. Pet. Blesens. Ep. 129. et 141 et seq.

QVERQVEDVLA, ae. f. Aus semper in aquis natans. Varr. de R. R. 3, 3, 3 Altera species eorum, quae non sunt contenta terra solum, sed etiam aquam requirunt, ut sunt anseres, querquedulae, anates. Add. 3, 11, 4. et Colum. 8, 15, 1. Varro de L. L. 4, 13 p. 21, 36 ubi de amphibiiis, Aliae in hoc genere a Graecis, ut Querquedula, Cerceris. Scaliger monet quosdam habere Cercuris, κερκίς, ipse autem reponendum monet κερκιδάλλις, quod recepit Scioppius p. 37 extr. Laudat porro Scaliger versus Varronis nescio unde: Aut frigidus nimbus aquae caduciter ruentis Praeinnuere aquatiles querquedulae natantes.

QVERQVERVS, vid. QVERCERVS sub QVERCVS.

QVERQVETVLANA Porta Romae fuit ita dicta a Querceto, quod intra muros iuxta se habebat. Festus. Plin. 3, 5 Querquetulanos memorat. Al. Querquetularia. Al. Querculana, vid. QVERCVS.

Querquetulani Lares an Querquetulani Sacellum? Varr. L. L. 4, 8 p. 15, 21 Item lucus Larum, Querquetulani Sacellum. Sic edit. Durdrac. Sed Turn. 20, 35 Lares Querquetulanos hinc exsculpsit, eosdemque putat, qui Permarini dicuntur. Querquetulanae dicebantur Nymphae querqueto virescenti praesidentes. Paullus: Festus autem sic, Querquetulanae virae putantur significari Nymphae, praesidentes querqueto virescenti, quod genus siluae indicant fuisse intra portam, quae ab eo dicta sit Querquetularia. Sed feminas antiqui quas sagas dicimus viras appellabant, vnde adhuc permanent virgines et viragines. Querquetulani, Populi sunt in prima regione Italiae, inter Pollustinos et Sicanos Plin. 3, 5. Querquetulanus collis, qui postea Caelius a Caelio Hetrusco, a querceto quoque appellabatur. Tac. Ann. 4, 65 Montem eum antiquitus Querquetulani cognomento fuisse, quod talis siluae frequens secundusque erat, mox Caelium appellatum a Caele Vibenna etc.

QVERQVETVLANA Porta Romae fuit ita dicta a Querceto, quod intra muros iuxta se habebat. Festus. Plin. 3, 5 Querquetulanos memorat. Al. Querquetularia. Al. Querculana, vid. QVERCVS.

Querquetulani Lares an Querquetulani Sacellum? Varr. L. L. 4, 8 p. 15, 21 Item lucus Larum, Querquetulani Sacellum. Sic edit. Durdrac. Sed Turn. 20, 35 Lares Querquetulanos hinc exsculpsit, eosdemque putat, qui Permarini dicuntur. Querquetulanae dicebantur Nymphae querqueto virescenti praesidentes. Paullus: Festus autem sic, Querquetulanae virae putantur significari Nymphae, praesidentes querqueto virescenti, quod genus siluae indicant fuisse intra portam, quae ab eo dicta sit Querquetularia. Sed feminas antiqui quas sagas dicimus viras appellabant, vnde adhuc permanent virgines et viragines. Querquetulani, Populi sunt in prima regione Italiae, inter Pollustinos et Sicanos Plin. 3, 5. Querquetulanus collis, qui postea Caelius a Caelio Hetrusco, a querceto quoque appellabatur. Tac. Ann. 4, 65 Montem eum antiquitus Querquetulani cognomento fuisse, quod talis siluae frequens secundusque erat, mox Caelium appellatum a Caele Vibenna etc.

## Q V I

QVI, quae, quod; cuius, cui. [ὄς] Pronomen relatiuum, vel simpliciter, ubi Indicatio modo iungitur, aut potentiali, si res postulet, vel ut causam simul indicet, ubi Coniunctiuus adiungi solet. Prioris generis est Plaut. Truc. 2, 7, 2 Qui amat, nequit quin nihili sit. it. Cic. Fam. 7, 23 pr. Fac, quaeso, qui ego sum, esse te. Et Fam. 1, 1 Si qui sunt, qui velint, qui pauci sunt: (velint potentialis est, dubitationis index) Posterioris, Ter. Heaut. 4, 3, 6 Audistin' obsecro? s. Quid ni? qui vsque vna adfuerim. Persequamur primo bans rationem causalem. Cic. Att. 5, 9 Actio maluinus iter facere

- pedibus, qui incommodissime nauigassemus. Cic. Verr. 4, 33  
 Pueri Sifennae, credo, qui audiissent, quae in istum testimonia es-  
 sent dicta, de isto nusquam oculos deicere, ab argento digitum non  
 discedere. Virg. Aen. 1, 392 Quisquis es, haud credo inuisus  
 5 caelestibus auras Vitales carpis, Tyriam qui adueneris urbem. *Ve  
 in his pro qui substitui potest quod causalis (cuius ipsius ratio et con-  
 structio ab hoc usu Pronominis relatiui repetenda est) ita in aliis vicem  
 particulae ut subit. V. g. Cic. Fam. 4, 3 Me quidem, etsi nemini  
 concedo, qui maiorem ex pernicie et peste Reip. molestiam traxerit,*  
 10 *tamen multa iam consolantur. Sic Balbus ad Cic. sub Att. 8, 15  
 illum tanti facio, qui non Caesarem magis diligam. Et forte hic  
 dixisset Cicero, ut non.* ¶ 2 *Qui interrogatiuum pro Quis?*  
 Ter. Phorm. 5, 8, 18 Nam qui erit rumor Populi, si id feceris.  
 Liu. 3, 67 Qui finis erit discordiarum? Idem 1, 7 Rogitat, qui  
 15 vir esset? *Vid. Drakenb. Cic. pro Quint. 94 Qui Deus appellan-  
 dus est? Idem pro Dom. 27 Qui tantus fuit labor? quae simul-  
 tas? Sic Quinct. 5, 12, 11. 6, 1, 40. Add. Taubm. ad Virg.  
 p. 20. Gronou. Obsf. ad Scriptt. Eccles. Heins. ad Sil. 9, 651. Pro in-  
 finito Aliquis est Cic. Att. 7 extr., in ipso fine, Nisi qui, ut tu scis,*  
 20 *Parthicus casus exstiterit. Sic Quinctil. 5, 11, 3. Item pro Qualis,  
 Cic. de Diuin. 1, 52 c. 25 Xenophon Socraticus, qui vir, et quantus?  
 Et Phil. 2, 90 c. 36 Qui tu vir, et quantus fuisses, si illius diei men-  
 tem seruare potuisses. Ter. Ad. 5, 7, 5 Nescis, qui vir fiet.*  
 ¶ 3 *Cumulatio huius Pronominis suavis est. Cic. pro Mil. c. 3 extr.*  
 25 *Quis est, qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet.  
 Idem pro Flacc. c. 11 pr. Cuius ex familia qui primus consul factus  
 est, primus in hac ciuitate consul fuit. Cic. Fam. 2, 4 fin. Qua-  
 rum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eae laudes comparan-  
 tur, in iis esse laborandum. Huc pertinent Periphrases frequentes,  
 ut Liu. 3, 44 Auctoribus, qui aderant, i. aduocatis. Idem 1, 48  
 Is, qui iumenta agebat, auriga. Tac. Ann. 2, 27 Adhibitis, qui  
 obsignarent. Cic. Tusc. 4 c. 7 Quae efficiuntur, i. effecta. Si  
 passim, Qui audiunt, qui res iudicant, i. auditores, iudices. Sic  
 Quinctil. 7, 2 extr. Quid cui connectatur, quid cui consentiat etc.*  
 35 *Contra ea omittitur in talibus, Est locus, Hesperiam Graii cognomine  
 dicunt. ¶ 4. Notabilis est constructio cum primae et secun-  
 dae personae Verbis. Asia. Pollio ad Cic. Fam. 10, 31 fin. Quare eum  
 me existima esse, qui primum pacis cupidissimus sim, — deinde  
 qui et me, et Remp. vindicare in libertatem paratus sim. Cic.*  
 40 *Fam. 10, 6 Talem te esse oportet, qui primum te et impiorum ciuium  
 societate seiungas, deinde — praebas — iudices. Etiam  
 illa obseruanda ratio Cic. Bruto 258 c. 74 Sed omnes tum fere, qui  
 nec extra hanc urbem vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica  
 infuscauerat, recte loquebantur. Item illa: Liu. 38, 45 Cui na-  
 45 tioni non ex Senatus auctoritate bellum illatum: quod quem  
 vnquam de sua sententia facere ausum? Impeditior paullo locus est  
 Cic. Act. 1 in Verr. 25 c. 9 Siculos sane in eo liberos fuisse, qui, quam-  
 obrem arcesserentur cum intelligerent, non venisse. Mouuit Asco-  
 nius, Animaduertitur inconsequens locutio, similisque soloecismi, si  
 50 quidem non venisse legeris: nam si non venissent legeris; error non  
 erit. Gronou. Obsf. 1, 12 omittendum censet Pronomen qui. Iungitur  
 cum Ipse. Quinctil. 1, 1, 7 Nec tamen ii, quibus discere ipsis non conti-  
 git, minorem curam docendi liberos habeant. Cic. de Sen. 4  
 Quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene beateque viuendum, eis  
 55 omnis grauis est actas. Non modo Quibuscum dicitur ut nobiscum,  
 sed Nep. 18, 10, 3 Cum quibus ei de summis rebus erat dimicandum.  
 Notari meretur illud Phil. 13, 22 O Spartace, quem enim te potius ap-  
 pellem? i. quo nomine. Frequens est in hoc Pronomine Synesis.  
 Gell. 1, 14 Memoratis multis magnisque rebus, quae (pro quas) bene  
 60 et beneuole — Samnitibus fecisset. Varro R. R. 1, 2, 17 Ne ca-  
 pra natum pascat, quas (capras) astrologia in caelum recepit. Vid.  
 Lexicon nostrum Rusticum Voc. SYNESIS. ¶ 5 Grammatici  
 etiam ista obseruant Festi, Quae antiqui dixerunt: inde declinatum re-  
 manet Datiuo Casu, Quibus. Qui adhuc item Quaeis facit, ut Isti istis,  
 65 Illi illis. Forte voluit Festus Isti isteis etc. De Quaeis superest forte  
 exemplum Ennii apud Varron. de L. L. 6, 3 p. 77, 2 Decem Coclites,  
 quae montibu' summeis ripeis sedere. Sic Scal. legi vult pro quos.  
 Idem Varro 7, 27 p. 94, 27 Quare quod nunc dicitur qui homines,  
 dici oportuit quae. Nempe factum est in hoc Pronomine, quod in ne-  
 70 cessariis quibusque linguarum forte omnium vocibus, uti sero venientibus  
 cum regula sua loquendi magistris non pareretur, nec sub vnam declinandi  
 formam reuocari posset consuetudo iam nimis robusta. Ergo Qua et quo  
 et qui et quae et quas et quaeis et quos cum articulo Graeco consentiunt,  
 Quem et quae et quibus tertiae Declinationis analogiam seruant. Singu-  
 75 lares qui et quae plane sunt heteroclitici; ut et quouis, quois contracti  
 in cuius, cui: ita tamen uti analogiam quandam sentiamus in Hic,  
 haec, huius, huic etc. Quoi vel qui pro quo, qua, ad quem et quae vi-  
 detur alludere, et quatenus aduerbialiter usurpatur, ad heic vel hic.  
 Sed de hac voce QVI separatim mox agemus. ¶ 6 VI-*  
 80 *timum denique locum assignabimus obseruationi Io. Poleni Prolegom. Fron-  
 tini p. 30 extr. Relatiua qui, quae, quod in codicibus vetustisque edi-  
 tionibus plerumque designata videntur litera Q cum addita aliqua nota;  
 quae nota pluribus casibus communis, neque casus ipsos determinat, neque  
 adimit libertatem restituendi ex coniectura eos, qui cum veritate consentire*  
 85 *maxime videantur.*

QVAE, QVEIS etc. vid. suis locis.

- QVI, est Ablatiuus Pronominis Qui contractus ex QVEI, quo modo  
 scriptum saepe inuenitur: et quidem non modo Singularis Numeri omni-  
 um generum, sed etiam Pluralis: interdum intellectis Nominibus modo,  
 90 ratione, causa etc. Plaut. Amph. 1, 1, 263 Patera donata aurea est,  
 qui Pterela rex potitare solitus est. Idem Pseud. 1, 1, 86 Restim  
 volo mihi emere, qui me faceam pensilem. Ter. Andr. 2, 3, 28  
 Hanc fidem sibi me obscurauit, qui se sciret non desertum iri, ut da-  
 rem. Cato de R. R. 11, 2 Cola, qui florem demant, tria. Sic  
 95 Victor. ante legebatur quis vel quaeis. Plaut. Aul. 3, 5, 28 Vehicula,  
 qui vehar. Et Stich. 2, 1, 20 Quadrigas, qui vehar. Et Capt.  
 3, 1, 23 Dico vnum ridiculum dictum, de dictis melioribus, Qui so-  
 lebam menstruales epulas ante adipiscier. Sic Douza. Sed editur  
 Quibus. Ter. Andr. 2, 1, 36 Facite, fingite, inuenite, efficite qui  
 00 detur tibi. q. d. facite omnia, quibus, i. propter quae, ut alii Ab-  
 latiui causae. Non minus recte per Vt, exposueris. Efficite ut haec Phi-  
 lumena detur tibi nuptum o Charine. Cic. Acad. 4, 24 Qui poterit  
 esse sapientia? i. quo modo, qua ratione. Sic Idem pro Caecin. 7  
 Qui igitur conuenit, quae causa fuerit, etc. Qui vocare? Plaut.  
 05 Amph. 1, 1, 22. Et Ter. Adelph. 5, 6, 3. Idem Andr. 5, 4, 52  
 Dauo

Dato istuc dedam iam negotii. s. non potest. P. qui? S. quia habet aliud magis ex se. *i. qua causa, quare.* Ter. Hec. 4, 1, 39

Nonne ea dissimulare nos magis humanum est, quam dare operam id scire, qui nos oderit? *qua re, qua de causa.* Idem Andr. 3, 2, 21

Nam qui istuc tibi incidit suspensio? Idem Hec. 2, 3, 6 Nec qui hoc mi eveniat scio. Cic. de Fin. 2, 12 Deinde qui sit, ut ego nesciam, sciant omnes, quicumque Epicurei esse voluerunt? Ter. in Proleg. Andr. 6

Nam in prologis scribundis operam abutitur:

Non qui argentum narret, sed qui maleuoli

Veteris Poetae maledictis respondeat.

Donatus pro ut poni ait. Sed potest referri ad prologis: potest etiam esse Nominatiuus, ut Prol. Eun. 28 Peccatum imprudentia est Poetae, non qui furtum facere studuerit. Ter. Adelph. 5, 3, 14 Cur emis amicam Mitio? num qui minus mihi idem ius aequum est esse, quam mecum est tibi? Vbi Donatus, Aut Num, aut Qui abundat. Et est ordo, Qui minus aequum est esse idem ius mihi, etc. Qui ergo, Quare, vel cur significat. Hactenus Donatus. Bentleyus legendum putat, Num qui minus Mihi ius idem sit tecum, quod mecum sit tibi? Plaut. Amphit. Prol. 76 Qui minus Eadem histrioni sit lex, quae summo viro? Vtroque loco qui simpliciter interpretor qua ratione. Sic Cic. Tusc. 5, 109 Qui enim beatorum Epicurus quod in patria vivebat, quam Metrodorus quod Athenis? Id. Att. 16, 14 Qui minus autem ego istuc recte esse possim, quam est Marcellus? Ter. Adelph. 4, 5, 57 Si frater aut sodalis esset, qui magis morem gereret? Cic. Att. 16, 14 Qui fieri poterat? Hor. Sat. 1, 1 pr. Qui sit, Maecenas, ut nemo etc.

¶ 2 Peculiariter observari meretur usus comicus, ubi idem quod utinam significare videtur. Ter. Phorm. 1, 2, 73 DAV. Quid sit denique? GETA. Quid fiat? Est parasitus quidam Phormio, Homo confidens; qui illum DI omnes perdunt! DA. Quid is fecit? GE. Hoc consilium, quod dicam, dedit. Donatus, Qui utinam est, ut Lucilius in secundo, Qui te, Nomentane, malum iam caetera, perdat! In his, quae sequuntur, originem formulae aperit, Incipiens Phormionem describere cohorrui consideratione eius, et in hanc vocem, quasi confusus, erupit. Hoc autem certum genus est  $\alpha\alpha\pi\epsilon\upsilon\delta\iota\sigma\tau\epsilon\omega\varsigma$ . Nempe secundum haec qui est relatiuum Pronomen Nominatiui casus: voluit dicere, qui hoc consilium dedit. Reliqua affectus Dauis imprecantis, et cupiditas audire volentis Getae inferfit. Haec, inquam, potuit origo esse talium formularum: caeterum sunt loca, in quibus simpliciter pro ut vel utinam positum videtur, ut Plaut. Casin. 2, 4, 1 Qui illum DI omnes Deaque perdant! Et Trin. 4, 2, 78 Huius istuc erit. Qui istum DI perdant! in quibus illa Donati parentibus locum iam non inuenit. Sed loco Cic. Att. 4, 7 pr. accommodari potest, De Apollonio quod scribis, qui . . . illi DI irati, homini Graeco, qui conturbare quidem putat sibi licere, quod equitibus Romanis. nam Terentius suo iure, Iocose stomachatur, hominem Graecum velle uti more, et velut iure equitum Romanorum. ¶ 3 Quidum, Quare igitur? Plaut. Amph. 4, 2, 12 Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia. A. quidum? M. quia senectate aetate a me mendicis malum. Ter. Eun. 2, 2, 42 At numquid aliud? P. quidum? C. quia tristis es.

QVIA. Coniunctio causalis. [QVIA] Ter. Heaut. 3, 1, 100 An eo fit, quia in re nostra, aut gaudio sumus praepediti nimio, aut aegritudine? Sed quia natura mutari non potest, idcirco verae amicitiae sempiternae sunt Cic. de Amicit. 32 c. 9. Et c. 4 Ut beate vixisse videar, quia cum Scipione vixerim. Quintil. 12, 11 Non quia prodesse unquam satis sit, sed quia decet hoc quoque prospicere, ne quid peius quam fecerit, faciat. Cic. de Finib. 1, 32 Neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet. Quint. etil. 1, 4 Danda est tamen omnibus aliqua remissio, non solum quia nulla res est, quae perferre possit continuum laborem, sed quod studium, discendi voluntate quae cogi non potest, constat. Liu. 3, 21 Quia plebs Scutum — soluit, ipsi quoque solutum vultis. Quia, eo: Sallust. in Catil. 20 Sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognoui fortes, fidosque mihi, eo animus ausus est maximum atque pulcherrimum facinus incipere. Sic Cic. Att. 10, 15 Quia scripseras, te proficisci cogitare, eo te haerere censebam. Et 13, 7 Sed quia confido, — illum aequitatis habiturum rationem; ideo a te non dubitavi contendere, ut. Ita Att. 12, 22 Quae omnia quia Cato extulerat in caelum, idcirco in eius sententiam est facta discessio. Et Fan. 12, 11 Quia semper animaduerti, — propterea non dubito, quin scias, cuius municipii sim. Quia, ita. Auct. ad Heren. 3, 28 c. 16 Quia in caeteris rebus ingenii bonitas imitatur saepe doctrinam —: ita fit in hac re, ut nonnunquam naturalis memoria — similis sit huic artificiosae. Hic poterat etiam Sicut, Cum, Quoniam, poni. Ter. Heaut. 3, 2, 27 Quippe quia magnarum saepe id remedium aegritudinum est. Plaut. Amph. 2, 2, 33 Qui tibi istuc in mentem venit? s. quia enim sero aduenimus. Et Cas. 2, 6, 33 Quid tu id curas? CH. quia enim metuo, ne in aqua summa natet. ¶ 2 Obs. Posterior syllaba a Virg. semper corripitur: producitur tamen a Phaedr. 1, 6, 7 Ego primam tollo, non minor quia leo. et ab Aufon. Prof. Burdigal. Carm. 8 Sed quia nostro docuere in aeuo, versus sapphico. Add. Plaut. Bacch. 4, 4, 29. ¶ 3 A libris confundi solent qui et quia: vid. Burm. ad Sammon. v. 725.

QVIANAM. Interrogat. pro Quare, vel cur, ut annotat Festus, et apud antiquos, ut Nauium in carmine Punici belli, Summe Deum regnator, quianam genus isti. Et in Satira, Quianam Saturnium Populum pepulisti. Et Ennius in libro septimo, Quianam dictis nostris sententia flexa est. Haec ille. Sic Plaut. Truc. 1, 2, 34. Virg. Aen. 5, 13 Heu quianam tanti cinxerunt aethera nimbi? Idem Aen. 10, 6 Caelicolae magni quianam sententia vobis Versa retro? Defendit hanc lectionem Erythraeus in Indice. Quintil. 8, 3, 24 Olli, et quianam — adspargunt illam, quae etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. conf. Plaut. Amph. 1, 95 1, 164. et Truc. 1, 1, 33.

QVIANE. Interrogat. an quia. Acerba ironia. Virg. Aen. 4, 538 Quiane auxilio iuuat ante leuatos, Et bene apud memores veteris stat gratia facti? Add. Plaut. Pers. 5, 2, 69.

QVICQVAM vel QVIDQVAM potius, cuiusquam. [VIC] i. Aliquid. Ter. Andr. 5, 2, 22 Si quidquam mentitum inuenies, occidito. Cic. Acad. 4, 6 Nec quidquam aliud videndum est nobis, quos Populus Romanus hoc in gradu collocavit, etc. Liu. 26, 15 Queis neque quid facerent, neque quid dicerent, quidquam unquam pensi fuisset. Nihil quidquam Ter. Andr. 1, 1, 63. Lucret. 105

1, 1056 *Ipsum si quidquam posse in se sistere credis. Quidquam Nominatiuus est, ipsum Accusatiuus.*

QVICQVE, *vel potius QVIDQVE.* [ὄρῶν] *Quinct. 3, 11 Non ut quidque primum dicendum, ita primum cogitandum est. Cic. de Nat. Deor. 3, 60 Vestri autem non modo haec non refellunt, verum etiam confirmant, interpretando quorsum quidque pertineat. Primum quidque videamus Cic. de N. D. 3, 7. Columel. 12, 7 Tum quidque vase conditur. Cic. Verr. 4, 35 Ede mihi scriptum, quid argenti in prouincia Sicilia pararis, vnde quidque, aut quanti emeris.*

10 QVICQVID, *f. melius QVIDQVID.* [ὄρῶν] *Infinite capitur, f. vniuersaliter adeo. Cic. pro Rosc. Amer. 122 Quidquid maleficii, sceleris, caedis erit, proprium id Rosciorum esse debet. Ter. Heaut. 1, 1, 31 Ne lacrima, atque istuc quidquid est, fac me ut sciam. Quinctil. 1, 7, 6 Frigidiora his alia: ut quicquid c quartam haberet, ne interrogare bis videremur. Videtur itaque ipse Fabius improbare quicquid; certe rationem ridet mutandi d in c. Quidquid delirant reges, plectuntur Achiui Hor. Epist. 1, 2, 14. Plaut. Curc. 4, 2, 2 Quidquid est, ipse ibit potius. Idem Truc. 2, 1, 42 Sed fores, quidquid est futurum, feriam. Cic. Diu. in Caec. 36 c. 11 Aut enim id mihi satis est, quod est de me opinionis, quidquid est. Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes Virg. Aen. 2, 49. vid. Drakenb. ad Sil. 6, 119 et 582. Quidquid eris, mea semper eris Ouid. Am. 3, 11, 49. Quidquid obiectum est Cic. Tusc. 5 c. 34. Plaut. Poen. 5, 4, 30 Nunc hinc sapit, hinc sentit quidquid sapit, meo amore sapit. Idem Truc. 5, 48 Da tu mihi de tuis deliciis summis quid quid pauxillum. Quidquid huius feci Ter. Eun. 1, 1, 122. Conf. Briff. de Form. p. 11. Parei Lex. Crit. p. 1039 et 1048. Lucret. 4, 146 Semper enim summum quidquid de rebus abundat Quod iaculentur, etc. Lambinus pro Quidque positum monet.*

20 QVICVM. [μεθ' ἑ] *pro Cum quo, et pro, cum qua. Quicum tot consuesset annos Ter. Hec. 4, 1, 40. Quicum partiri curas Virg. Aen. 11, 822. Conf. Goclen. Probl. Gramm. 4, 17. Ter. Heaut. 1, 2, 4 Quicum loquitur filius? Idem Eun. 4, 6, 21 Immo hoc cogitato, quicum res tibi est, peregrinus est. Cic. Fam. 4, 1 Nemo est omnium, quicum potius mihi, quam tecum, communicandum putem.*

30 QVICVNQVE, *quaecunque, quodcunque.* [ὅσῳ, ὅσος] *Omnis qui. Cic. de Lege Agrar. 2, 49 c. 18 Ut quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum vna tuerer. Quinctil. 9, 4, 100 Ex iis, quae supra posui, apparet, molosium quoque clausulae conuenire, dum habeat ex quocunque pede ante se breuem. Quicumque is est, ei me profiteor inimicum Afin. ad Cic. Fam. 10, 31. Cic. de Orat. 1, 51 Quidquid erit, quacunque ex arte, quocunque de genere, etc. Compositionis rationem intelligere licet praesertim interpositis dictionibus, ut, Quod erit cunque visum, ages Cic. Fin. 4 c. 25. Prodessemus civibus nostris, qua re cunque possemus Idem de Diu. 1 c. 2. Add. Gell. 12, 5. Hor. Serm. 2, 5, 51 Qui testamentum tradet tibi cunque legendum. Idem Carm. 1, 16, 2 Quem criminosis cunque voles modum Pones iambis. Quae me cunque vocant terrae Virg. Aen. 1, 614. Quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis Cic. Att. 8, 17. Quodcunque hoc regni Virg. Aen. 1, 82. Praemittitur etiam omnia: Cic. de Orat. 2, 44 Non omnia quaecunque loquimur, mihi videntur ad artem et ad praecepta esse reuocanda. Idem de Lege Agrar. 3, 5 Omnia quaecunque ille fecisset, essent rata. Quiscunque obuertimus oris, i. Quibuscunque Lucret. 4, 168. Quicumque, pro Qualiscunque. Cic. de Orat. . . Quicumque in dicendo sumus. Quamobrem quaecunque a me ornamenta ad te proficiantur Cic. Fam. 2, 19. i. omnia: vid. Manut. ad h. l. Sic Plin. 31, 9 Sed quicumque fal acopis additur. i. Omnis generis, siue natiuus, siue facticius. Cic. pro Rabir. Post. 21 Quaecunque mens illa fuit, Gabini fuit. Idem de Orat. 1, 117 Illam ipsam quamcunque assequi potuerit in dicendo mediocritatem. Ibidem 117 Illa ipsa facultate, quamcunque habet, etc.*

40 QVID. [τι] *Pronomen Substantiuum, cuius Masculinum Qui vel Quis: interrogat, aut infinite capitur, non refert, quem usum habet Quod. Frequenter, ut alia Substantiua, nominibus Genitiui casus adhaeret. Ter. Andr. 3, 4, 21 Quid causae est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via? Cic. Tusc. 5, 32 Quid est causae, quin si Zenonis rationi consentaneum sit, etc. Quid facerent miseri? aut quid recusarent? Cic. Verr. 3, 79 c. 34. Idem ibid. 2, 155 Vtrum tibi Siculos publice, priuatimque amicos, an inimicos existimari vis? si inimicos, quid te futurum est? i. de te, vel tibi. Plaut. Merc. 2, 2, 19 Quid ego tibi Aetatis videor? i. Cuius aetatis, siue quot annos natus tibi videor? Idem ibid. 2, 3, 115 Qui scio quid sit ei Animi, venirene eam velit, an non velit? Quid Captiuorum ducunt secum? Plaut. Epid. 2, 2, 26. i. quot et quos. Quid sui Consilii sit, ostendit Caes. Bell. Gall. 1, 21. Plin. 17, 24 Infestantur et arbores morbis: quid enim Gentium caret his malis? h. e. Quae natio, quae gens, qui populi? Sed editur Quid enim Genitum caret, etc. Quid istud Gaudii est? Ter. Andr. 5, 5, 7. h. e. Quid sibi vult gaudium istud?*

45 Quid sibi vult gaudium istud? Ter. Heaut. 4, 8, 7 Quaesio, quid tu Hominis es? i. qualis homo. Idem Eun. 3, 4, 8 Quid hoc Hominis? qui hic ornatus est? Cic. Verr. 2, 143 Exponam vobis breuiter quid Hominis sit. Quid Iuris sit, quaeritur Martianus in l. Filius familias. §. apud. D. de Legat. 1. Et Caius in l. Mortis causa capitur. §. ult. D. de mort. eaus. donatione.

50 Quid Lucri est emori? Cic. Tusc. 1 c. 41. Ter. Hec. 4, 4, 21 Sed quid Mulieris vxorem habes? aut quibus moratam moribus? Quid Militum, aut Nautarum per triennium dederunt? Cic. Verr. 4, 150. Quid huius sit Rei, sciam Plaut. Aul. 4, 5, 72. Quid hoc Rei est? Liu. 1, 48 pr. Quis tu homo es? quid tibi vis? quidcum illa Rei tibi est? Ter. Eun. 4, 7, 34. Idem Hec. 5, 4, 2 Dic mihi, harum Rerum numquid dixi iam patri? Pro aliquid, ut Idem Andr. 1, 1, 14 Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat Simo. Quid Rerum portant! Ter. Heaut. 2, 3, 6 cum admiratione. Sed, Ne me obseruare possis, quid Rerum geram Plaut. Aul. 1, 1, 15. Ter. Phorm. 2, 4, 4 Quid de hac re dicat, quid sit Sententiae. h. e. Quid de hac re sentiat. Quid Signi Plaut. Amph. 1, 1, 266. Quid Turbae est? Ter. Heaut. 2, 3, 13. Idem Phorm. 2, 2, 29 Coena dubia apponitur? s. quid istuc Verbi est? h. e. Quid sibi volunt haec verba? Plaut. Poen. 3, 5, 15 Apage, nescio quid Viri fis. § 2

55 Quid sibi volunt haec verba? Plaut. Poen. 3, 5, 15 Apage, nescio quid Viri fis. § 2

60 Observaciones variae: Quid! cum admiratione dictum a respondente quid factum sit. Ter. Andr. 1, 1, 61 Eho quid Pamphilus? quid! symbolam dedit, coenauit. Idem Phorm. 1, 2, 71 Quid sit denique? §. Quid fiat? Est parasitus, etc. Donatus supplet, Rogitas quid fiat. Quid, Ob quid, propter quid. Ter. Andr. 1, 4, 7 Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid fiet. Quaesui, quid dubitaret

65 Quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid fiet. Quaesui, quid dubitaret

70 Quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid fiet. Quaesui, quid dubitaret

75 Quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid fiet. Quaesui, quid dubitaret

80 Quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid fiet. Quaesui, quid dubitaret

85 Quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid fiet. Quaesui, quid dubitaret

90 Quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid fiet. Quaesui, quid dubitaret

95 Quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid fiet. Quaesui, quid dubitaret

taret proficisci? Cic. Catil. 2 c. 6. Quid veniat, scitatur Ouid. Met. 2, 622. Deinde nunciato, quid adueneris Apul. Met. 6 p. 181. *Conf. Nescio quid.* Virg. Aen. 1, 745 Quid tantum Oceano properent se tingere soles. Ter. Heaut. 3, 2, 18 Scin' esse factum vt dico? C. quid ego nesciam? Idem Eun. 3, 5, 11 Quid est quod laetus sis? 5  
quid tibi vis? Cic. Verr. 2, 49 Quid est quod tu alios accuses? *i. Quid est in causa, quid est quamobrem, vel propter quod.* Cic. Act. in Verr. 1, 38 c. 13 Cognoscat ex me Populus Rom. quid sit, quamobrem, cum equester ordo iudicaret, — ne tenuissima quidem suspicio — constituta sit: quid sit, quod — Q. Calidius damnatus 10  
dixerit — quid sit, quod Septimio damnato — lis aestimata sit, etc. Cic. de Finib. 1, 33 Hanc ego quum teneam sententiam, quid est cur verear, ne ad eam non possim accommodare Torquatos nostros? Quid est quamobrem quisquam nostrum Censorias subscriptiones omnes fixas et in perpetuum ratas putet esse oportere? Cic. pro Cluent. 15  
132. Ter. Eun. 3, 2, 51 Quid? quid aliud volui dicere? *Dubitantis est, et velut consilium a se ipso petentis.* Ibid. 5, 3, 1 Quid? quid venire in mentem nunc possit mihi, quidnam? *Vehementiam et instantiam signat* Cic. pro Caecin. 24 Quid testes, quid aiunt? P. Vetilius propinquus Ebucii, se Ebucio cum armatis seruis venisse aduocatum. Quid praeterea? fuisse complures armatos. Quid aliud? miratum esse Ebucium Caecinae. *Moratum, et familiarem sermonem reddit,* Quid? senem quoad exspectatis vestrum? Ter. Phorm. 1, 2, 97 Donatus, Animaduerte Quid secundum morem quotidianum tum dici, quum sit transitus a mentione alterius rei ad alteram. Idem Phorm. 25  
1, 2, 94 Quid paedagogus ille, qui citharistram? Quid rei gerit. Donatus, moraliter, inquit, quaerit. *Vividior nempe fit oratio, et verum affectum magis exprimit. Multa sunt ex eo genere in hac fabula* 5, 3 v. g. v. 28 Quid? illa filia amici nostri, quid futurum est? *Vix aliam vim habet, quam transeundi ab uno ad aliud.* Sic etiam Cic. 30  
in Partit. 4 Quid? orationis quot sunt partes? Idem Fam. 7, 1 Nosti enim reliquos ludos, quid? ne id quidem leporis habuerunt quod solent mediocres ludi. *Hic auget, vt Immo. Sed exoptulantis deos exprimit.* Quid? tu me hoc mandasse existimas, vt, etc. Cic. Fam. 2, 7. Quid est, si non hoc contumelia est? Ter. Andr. 1, 5, 2. 35  
Cic. A. 1 Verr. 29 Quid est quaeso, Metelle, iudicium corrumpere, si hoc non est? *Continuandi vim habet* Quid pater? viuitne? Plaut. Capt. 2, 2, 32. Et ibid. 31 Quid diuitiae? suntne optumae? Sic Quid? qui pecuniae cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur, quorumque ita perturbantur animi, vt non multum absint ab infania, 40  
quod insipientibus contingit, omnibus his nullane est adhibenda curatio? Cic. Tusc. 3, 4. *Etiam continuat propositionem* Idem pro Rosc. Amer. 35 c. 13 De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. Quid igitur est? non eodem modo de omnibus. Et ibid. 55 c. 19 Vident omnes qua de causa huic inimicus venias: sciunt huiusce pecunia te adductum esse. Quid ergo est? etc. ¶ 3 *Vehementiora sunt ista:* Varro R. R. 1 extr. Cum haec diceret Stolo, venit libertus aeditimi ad nos flens, et rogat — vt ei in funus postredie prodeamus. Omnes consurgimus, ac simul exclamamus, Quid? in funus? quod funus? quid est factum? Cic. pro C. Rabir. 22 c. 8 50  
Patruus, inquit, meus cum Saturnino fuit. Quid? pater quicum? Quid? propinqui vestri, equites Rom. Quid? omnis praefectura, regio, vicinitas vestra? Quid? ager Picenus vniuersus etc. Cic. pro Rosc. Amer. 32 c. 11 extr. Patrem meum, quum proscripsum non esset, iugulastis: occisum in proscriptorum numerum retulistis, me domo 55  
mea per vim expulistis, patrimonium meum possidetis. Quid vultis amplius? Quid mecum est tibi, aut tecum? Plaut. Curc. 5, 3, 10. *Intell. rei, negotii, causae.* Cic. pro Cluent. 172 Quid huic cum Auito? nihil. Idem pro Quinct. 55 Quid mihi, inquit, cum ista sanctimonia et summa diligentia? Cic. Philipp. 10, 11 Cum Illyrico 60  
vero, et cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? Quid quidem tibi? pro Quid ad te? Cic. Att. 4, 7. *Alii aliter.* Quid? quod solet aliquid maius adiungere superioribus. Quid? quod salus sociorum in discrimen vocatur Cic. pro L. Manil. c. 5. *Add. Id. de Sen. c. 23.* Cic. Acad. 4, 95. Quid? quod eadem illa ars quasi Penelopae telam 65  
texens, tollit ad extremum superiora? Vtrum ea vestra, aut nostra culpa est? Ibid. 26 Quid? quod si ista vera sunt, ratio omnis tollitur? Cic. de Nat. Deor. 1, 108 c. 38 Quid? quod eiusdem hominis in meum (sensem incurrunt imagines) aliae, aliae in tuum? Quid? quod earum rerum, quae nunquam omnino fuerunt. Quid? quod ho- 70  
minum — quos nunquam vidimus? quid? quod simulac mihi collatum est, praesto est imago? Quid quod etiam ad dormientem veniunt inuocatae? *Simile est illud,* Quid? quum ipse Antiochus dissentit quibusdam in rebus, ab his quos amat Stoicis, nonne indicat non posse illa probanda esse sapienti? Cic. Acad. 4, 133. ¶ 4 *Sunt 75*  
*formae quaedam interrogandi notabiles ad illud εὐδὸν siue moratum; in oratione efficiendum aptae.* v. g. Plaut. Merc. 2, 3, 78 Sed quid illa nunc fiet? Idem Most. 3, 2, 90 Quid mihi fiet tertio, qui solus facio facinora immortalia? Cic. Att. 6, 1 Quid illo fiet, quem reliquero? Idem Fam. 14, 4 Sed quid Tulliola mea fiet? Idem de Lege Agrar. 80  
71 Quaero, si qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? Quid facerem? Virg. Ecl. 1, 41. *negat se aliud facere potuisse.* Cic. Off. 3, 60 Stomachari Cannius: sed quid faceret? nondum, etc. Idem de Orat. 3, 84 Valerius quotidie cantabat, erat enim scenicus: quid faceret aliud? Ter. Andr. 4, 5, 52 Eho inepta, nescis quid sit 85  
actum? M. quid sciam? *Sed recte legitur,* Qui sciam, *i. Quomodo, aut vnde sciam.* Quid si, *veruista locutio, pro eo quod quis dicat,* Quid futurum est, si; vel, quid dicas, aut censes, si. Plaut. Afin. 3, 3, 130 Quid si optaro? L. E. eueniet. Ter. Phorm. 1, 4, 35 Satin' sic est? G. non. A. quid si sic? G. propemodum. A. quid si sic? G. sat 90  
est. Idem Eun. 5, 2, 36 Quid si hoc quispiam voluit deus? Quid tibi videtur: adeon' ad eum? Ter. Andr. 2, 1, 17. Plaut. Mostel. 3, 3, 1 Quid tibi visum est hoc mercimonii? Quid videtur tibi hoc mancipium? Ter. Eun. 2, 2, 42. *i. quale?* Quid vis tibi? aut quid quaeris? Idem Heaut. 1, 1, 9. Ter. Hec. 5, 3, 11 Propere curre ad 95  
Pamphilum. P. quid eo? D. dic me orare vt veniat. *i. Propter quid eo vis me ire.* *Festinantis ad exitum formula est* Ter. Phorm. 1, 2, 25 Coepi aduorsari primo: quid verbis opus est? seni fidelis dum sum, scapulas perdidit. *Vtitur* Idem Andr. 1, 1, 72. *Similis est forma,* Quid multa? Cic. Att. 1, 10 Si vnquam mihi ἐπιχειρήματα suppeditauerunt, illo tempore. Quid multa? clamores tanti fuerunt, vt ego brevior sim, quod eos vsque isthinc exauditos plitem. *Plane ita* Hor. Serm. 1, 6, 82. *it.* 2, 6, 83. *Et Epist.* 1, 7, 62. *Eadem ratione dixit* Sat. 1, 8, 40 Singula quid memorem? Cic. Off. 3, 59 c. 14 Grauate ille primo: quid multa? impetrat. Idem Att. 1, 8 Quid multa? ve- 100

- reor, etc. Ter. Eun. 3, 5, 20 Primam dices scio, si videris? quid multa verba? amare coepi. Quid multis moror? Idem Andr. 1, 1, 87. Eadem fere ratione dicunt Quid quaeris? ut Cic. Att. 1, 11. 10. 13. Hor. Epist. 1, 10, 8 Quid quaeris? viuo et regno, simul ista reliqui, Quae vos ad caelum effertis rumore secundo. Cic. de Nat. Deor. 2, 160 Quid multitudinem, suauitatemque piscium dicam? Simpliciter videtur continuare orationem velut per praeteritionem. Cic. de Nat. Deor. 2, 129 Quid dicam quantus amor sit bestiarum in educandis custodiendisque iis, quae procreauerunt. Et 128 Quid loquar, quanta ratio in bestiis appareat. Quid ita? vna pars orationis, inquit Donatus, pro Quamobrem. Ter. Andr. 2, 1, 14 Si id facis, hodie postremum me vides, P. quid ita? C. hei mihi, vereor dicere. Est vna pars orationis, ut quam ob rem; quas voculas inter pronuntiantum coniungerent ob celeritatem; scribendo enim continuare voces etiam distinctas alioqui solebant. Cic. pro Rosc. Amer. 34 Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriae non simillimum? Accusatis Sext. Roscium. Quid ita? quia de manibus vestris effugit, quia se occidi passus non est. Ter. Eun. 4, 4, 58 Thais iam adierit. P. quid ita? D. quia quum inde abeo, etc. Quid ita non? Idem Phorm. 4, 1, 2. Et 20 Eun. 5, 5, 17 Qua audacia tantum facinus audet? P. quid ita tantum? Extenuat hac formula facinus, et negat tantum vocari debere. Quid tibi huc? Plaut. Bacch. 1, 1, 6. Ter. Heaut. 3, 2, 7 C. Syre. s. hem. C. quid tu istic? etc. Idem Phorm. 4, 5, 11 Quid tua (malum) id refert? Quid nostra? int. refert Cic. ad Brut. 17. Quid ad te? 25 Exprobratio sollemnis in eos, qui aliena curant. Amarissimum, sed aliquantum impudens est epigramma Martialis 7, 9 Paedicatur Olus, fellat Linus, Ole, quid ad te, De cute quid faciat ille vel ille sua? etc. tandem finit, Dicere quidecimes poteram, Quid pertinet ad te? Sed, quid agas, ad me pertinet, Ole, nihil. Quid interest, vtrum Praetor 30 imperet, vique cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere? an huiusmodi iudicium det, etc. Cic. Verr. 4, 43. ¶ 5 Quid postea? Cic. pro Muraen. 26. Quid tum inde? Idem ibid. 26. Ter. Heaut. 3, 3, 41 Huic drachmarum haec argenti mille dederat mutuum. C. quid tum? S. ea mortua est. Cic. Tusc. 5, 107 At multum 35 tantur bonis exules. Quid tum? Parumne multa de toleranda paupertate dicuntur? Quid tum si fuscus Amyntas? Virg. Ecl. 10, 38. Ter. Adelph. 4, 5, 15 Neque enim diu huc commigrarunt. AE. quid tum postea? M. virgo est cum patre. Idem Hec. 4, 1, 37 Quid tum postea, si modeste ac raro hoc facit? Vbi Donatus, Idiotisimus, quo 40 contemnimus crimina leuiora. Ter. Eun. 4, 8, 24 Dixit' hos mihi dies soli dare te? THAIS. Quid tum postea? q. d. quid inde sequitur? quid vis hinc arguere? Cic. de Amicit. 30 Quid enim Africanus indigens mei? minime hercle. Quinctil. . . . Quid tibi tantum malum feci? quid offendi? Quid istic? aduerbium est aegre conce- 45 dentis, inquit Donatus. Ter. Eun. 2, 3, 96 Quid istic? si certum est facere, facias: verum ne post conferas culpam in me. Quid nunc agimus? consilium quaerentis est, inquit Donatus Ter. Eun. 4, 7, 41. Quid censes eos esse facturos, qui omnino virtutem a bonorum sine segregauerunt, Epicurum, Hieronymum, etc. Cic. de Finib. 4, 49. Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum atque aequum sciunt? Ter. Heaut. 4, 1, 29. Cic. pro Caecin. 30 Quid huic tu homini facias? Quid facias? ut homo est, ita morem geras Ter. Adelph. 3, 3, 76. Quid nisi vsurpauisse antiquos testis est Afranius in Epistola, Me auctore mater abstinebis: Quid nisi? 55 Festus. Nempe plene diceret, Quid potius faciam nisi hoc. Contraxerunt postea, Quidni? Plenae locutionis exemplum Cic. Tusc. 1, 75 Num quid aliud agimus, quum, etc. quum a negotio omni seuocamus animum? quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad se ipsum aduocamus? ¶ 6 Ellipsis est in illo Cic. Fam. 4, 1 Tre- 60 bacio mandauit, ut si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret, i. si propter aliquid. Idem Fam. 13, 73 Nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuam, i. secundum aliquid, aliqua ratione. Alia ellipsis est non minus notabilis in asseuerandi illa formula Quid enim? intell. contra dici potest? Luceii ad Cic. Fau. 5, 14 Quid 65 enim? tu solus aperta non videbis, qui propter acumen occultissima perspicias? Idem Fin. 2 c. 19 Quid enim? te ipsum voluptasne induxit. Sic c. 22. et Tusc. 1 c. 25. Quinctil. 7, 10, 9. Sic Hor. Serm. 1, 1, 7 Militia est potior; quid enim? concurritur, etc. Cic. de Finib. 2, 93 c. 28 Quid enim? summus dolor plures dies manere non 70 potest? Vide ne etiam menses. Similia sunt, i. asseuerandi vim habent, ista, Quid enim aliud quam admonendi essetis, ut morem traditum a maioribus seruaretis? Liuius 22, 60. Conf. 4, 3. 6, 41. 34, 2 et ibi Drakenb. Quid enim censes? si L. Mummius videret, etc. Vtrum putaret, etc. Cic. in Parad. 5. Quid enim, ad amicosne 75 confugiam? Idem Fam. 5, 15.
- QVIDAM, quaedam, quoddam vel quiddam; cuiusdam. [ἄριστος, ποῖός τις] Personam remue certam dicit, et singulare potius signum est, quam particulare. In angiportum quoddam desertum Ter. Eun. 5, 2, 6. Idem ibid. 3, 2, 30 Neque pugnas narrat, neque cicatrices 80 suas ostentat, neque tibi obstat, quod quidam facit: praesentem purgit militem. Dicitur saepe de hominibus obscuris, ignotis, contemptis. Argilius quidam Nep. 4, 4, 1. Add. Id. 5, 1, 3. et 14, 8, 1. et 20, 5, 2. Emit quendam Phaedria eunuchum Ter. Eun. 5, 6, 12. ubi vid. Donat. Add. Cic. pro S. Rosc. c. 23, 1. Sed non est perpetuum. Quidam ex aduocatis, homo et honoribus populi ornatus, et summa virtute praeditus dixit Cic. pro Cluent. 177 c. 63. Magni cuiusdam hominis et persipientis videtur Quint. Cic. de Prouinc. 44. Cic. de Orat. 2, 298 Crassi quidem responsum excellentis cuiusdam est ingenii, ac singularis. Cic. Acad. 1, 53 c. 9 Ut in his quiddam diuinum esse 90 diceret. Idem de Legib. 3, 23 c. 10 Ego enim fateor in ista ipsa potestate inesse quiddam mali. Et de Orat. 2, 298 c. 74 Cui quiddam portenti simile esse visum est. Quidam de collegis nostris Cic. Fam. 11, 21. Non contemnit, sed nominare non vult alia de causa. Certum et determinatum denotat alias, ut Cic. de Orat. 1, 183 Quae si iudicarentur certis quibusdam verbis, non nouis nuptiis fieri cum superiore diuortium. Idem de Finib. 4, 25 Sumus igitur homines: ex animo, constamus et corpore: quae sunt cuiusdam modi, i. Non cuiuslibet.
- QVIDEM. Adu. [μὲν, γὰρ, γένοι] Idem quod Certe significat, sed adiuncta fere aliqua vel distinguendi notione, quam indicat sequens autem, vel similis; vel restringendi s. excipiendi. Exempla rem declarabunt. Quinctil. in Infami s. Decl. 18, 13 extr. Torquebis quidem filium, sed fatebitur mater. Cic. Off. 3, 39 c. 9 Atqui hoc loco philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti, etc. 105 Idem ad Brut. 15 Suspicio illud tibi minus probari, quod ab tuis familia-

miliaribus, optimis illis quidem viris, sed in Republica rudibus non probatur. *Interdum non sequitur particula distinguens, ut Sic distractis exercitibus ac provinciis, Vitellio quidem ad capeſſendam principatus fortunam bello opus erat Tac. Hist. 1, 76, 7. Otho, ut in multa pace, etc. Distinctio est in re ipsa. Sed Cic. pro Planc. 52 Fortius tu quidem quam nonnulli defuncti honoribus, sed apertius quam, etc.* Cic. Philipp. 2, 107 Collegam quidem de caelo detraxisti: effectique non tu quidem etiam nunc, ut sit similis tui, sed certe ut dissimilis esset sui. Qui autem in virtute summum bonum ponunt, praeclare illi quidem Cic. de Amic. c. 9. Illa quidem stygia nabat iam frigida cymba Virg. Georg. 4, 506. Cic. Att. 8, 9 Num igitur peccamus? minime vos quidem, sed tamen signa conturbantur, quibus voluntas a simulatione distingui posset. Cic. de Clar. Orat. 115 Q. Mucius enucleate ille quidem, et polite, ut solebat, dixit, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud causae postulabat. Idem in Catil. 2, 10 Essent illi quidem desperandi: sed tamen essent ferendi. Virg. Ecl. 9, 37. Cic. Att. 10, 11 Quae de fratre meo scribis, sunt ea quidem parum firma, sed habent nihil *ἔραλον*. Alii legunt Equidem. Minus quidem illa severe, quam decuit, non tamen omnino dissolute Cic. Philipp. 6, 1. Idem Diu. in Caec. 18 Hanc habent arcem socii, minus munitam aliquando nunc quidem quam antea: veruntamen si qua reliqua illis spes est, ea tota posita in lege est. *Interdum ipsa videtur esse aduersatiua particula, pro Autem.* Nisi haec vrbs stabilita tuis consiliis et institutis erit, vagabitur modo nomen tuum longe atque late; sedem quidem stabilem et domicilium certum non habebit Cic. pro Marc. c. 9. Causam apud Philippum regem verbo, re ipsa quidem apud Polysperchontem iussus est dicere Nep. 19, 3, 3. Quum quidem bellum parabis Idem 23, 2, 6. *Conf. Periz. ad Sanct. p. 375.* ¶ 2 *Nec semper aduersandi particula sequitur: sed Quidem simpliciter asseuerandi vim habere videtur.* Cic. de Amic. 9 Aut enim nemo, quod quidem magis credo; aut, si quisquam ille sapiens fuit. Virg. Ecl. 9, 37 Id quidem ago, et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto. Cic. Fam. 10, 2 Quapropter in priuatis rebus, nullum neque officium, neque studium meum desiderabis: ne in publicis quidem, si quid erit in quo me interesse necesse sit, vnquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuae. *Vid. NE n. 6.* Cic. de Clar. Orat. 22 Nobis vero, inquit Atticus, et vehementer quidem. *Subaud. Placet.* Idem Att. 2, 19 Tantum doleo, ac mirifice quidem. Cic. de Diuin. 2, 93 Post Solstitium Canicula exoritur, et quidem aliquot diebus. Idem Fam. 1, 9 Illud quidem certe nostrum consilium iure laudandum est. Idem Q. Frat. 2, . . . Aliud hoc tempore de Repub. nihil loquebantur: agebatur quidem certe nihil. *Et pro Quint. 1* Qui ut summa haberem caetera, temporis quidem certe vix fatis habui. Ter. Phorm. 1, 3, 12 Nam tua quidem hercle certo vita haec expetenda, optandaque est. Idem Andr. 2, 2, 10 Mea quidem hercle certe in dubio est vita. Cic. Att. 6, 5 Nunc quidem profecto Romae es *minimum nunc.* *Et 10, 4* Hoc quidem est verum profecto.

QVIDNAM. *Interrog. [τί μὴν]* Ter. Phorm. 1, 4, 6 Quidnam ille commotus venit? *Conf. Id. Andr. 1, 4, 7.* Miserunt consultum, quidnam facerent Nep. 2, 2, 6. Cic. Tusc. 3, 56 Quidnam dici potest quamobrem, etc. Ter. Eun. 5, 4, 1 Reuiso quidnam Chaerea hic rerum gerat. *Vid. Cic. Att. 14, 20.*

QVIDNI. [*πῶς δ', πῶς γὰρ δ', τί μὴν*] *Confirmandi Aduerbium, Cur non? Vid. Quid nisi in QVID n. 5.* Ter. Eun. 2, 3, 36 Patris cognatum atque aequalem Archidemidem nostin? P. quidni? *Add. Id. Adelph. 4, 2, 34.* Cic. Off. 2, 75 c. 22 pr. Laudat Africanum Panaetius, quod fuerit abstinens? quidni laudet? sed in illo alia maiora. Cic. de Orat. 3 c. 67 Quidni ista meminerim? *Et Tusc. 5 c. 5* Quidni possim. *In talibus possit sponsionis formula primam originem dedisse, Quid spondes nisi meminerim, etc. Abrupte interdum ponitur, ut Apul. Met. 11 extr. Nec, hercules, laborum me sumtuumque quidquam poenituit. Quidni? (int. ita esset) liberali deum providentia iam stipendiis forensibus bellule folum. Sic Met. 6 p. 180, 6. Et Apol. p. 337, 14 Testamentum vere inofficiosum. Quidni? in quo maritum exheredauit. Conf. Herald. ad Tertull. Apolog. c. 46 p. 178. Transpositis etiam particulis dicitur Quid ego ni negem, qui egomet sciam? pro Quidni ego negem Plaut. Amph. 1, 1, 278. Similiter Id. Mil. 4, 3, 7. et Pseud. 2, 2, 57. Ter. Adelph. 4, 5, 28. et Heaut. 3, 2, 18.*

QVIDPIAM, cuiuspiam. [*τί*] *Aliquantulum.* Ter. Andr. 2, 6, 7 Num illi molestae quidpiam haec sunt nuptiae? *Quidam scribunt Quippiam.*

QVIDQVAM, vid. QVICQVAM.

QVIDQVE, vid. QVICQVE.

QVIDQVID, vid. QVICQVID.

QVIDVIS, vid. QVIVIS.

QVIDVM, vid. QVI n. 9.

QUIES, etis. f. [*ἡσυχία, ἡρεσία, ἀρεμία*] *Cessatio a quocunque opere: unde etiam pro Somno sumitur. Quinctil. 7, 3* Refert enim conuiuium praecesserit an tristitia, labor an otium, vigilia an quies. Cic. de Diuin. 1, 43 Quae ei secundum quietem visa sunt. *Add. ibid. c. 66. Ibid. 53 c. 25* Ei visum in quiete egregia facie iuuenem, etc. Iupiter in quiete praecipit, ut etc. Val. Max. 1, 7, 4. Sil. 13, 56 Medios inter somnos, altamque quietem. Per quietis speciem Val. Max. 1, 7, 3. Cura quietis Ouid. Met. 3, 437. Per quietem vidit, fratrem suum Mergim regnaturum Iustin. 1, 9, 4. *Conf. Ammian. 15, 4. et 31, 1. Sic Tacit. Hist. 4, 83, 2* Ptolemaeo regi — oblatum per quietem decore eximio — iuuenem, qui moneret. Val. Max. 1, 7, 4 Ti. Atinio — Iupiter in quiete praecipit. *Et ibid. ext. 3* Vtrique enim quidem per quietis speciem praedixit etc. *Add. Macro. Sat. 1, 1 et 11. Sic Nemesian. Ecl. 3, 29* Motuque quietem Allicit, i. somnum cumis agitandis. Cell. 6, 6 Noctu vero quo commodior quies veniat, non alienum est superimponere candidi panis interiorum partem ex vino subactam. ¶ 2 *Quies, Requies, tranquillitas, laxamentum, otium, vacatio, cessatio, remissio, finis.* Quietis et otii cupidissimus, impatientissimus Vellei. 1, 7, 1. et 2, 23, 1. Augustus non desit quietem sibi precari, vacationem a repub. petere Sen. de Brev. Vit. c. 5. Cic. de Orat. 1, 2 Qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur. Quod si forte tibi properarint fata quietem Propert. 2, 21, 25. Mors, laborum aut miseriarum quies Cic. in Catil. 4, 7 c. 4. Nec eum labor ad quietem reuocauit Idem pro Lege Manil. 40. *Et pro Cael. 39* Quem non quies, non remissio, non aequalium studia, non ludi, non conuiuia delectarent. Animi quies Ouid. ex Pont. 4, 9, 91. Summa quiete Animi potuisset princeps esse Vellei. 2, 6, 2. Omnibus vna quies

- operum Virg. Georg. 4, 184. Omnium optima sunt quies et abstinentia Cels. 3, 2. Sub his facta quies Idem 4, 11. *int. medicamentis*. Celsus 6, 6 Noctu vero quo commodior quies veniat, non alienum est, superimponere candidi panis interiorum partem ex vino subactam.
- 5 Vnius diei quies prodest Scribon. 52. Quies doctrinarum, *Quieta literarum vacatio* Plin. 18, 28. Plin. 15, 30 Ipsa laurus pacifera, ut quam praetendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. Nulla metuentibus quies Iustin. 2, 13, 11. Attici quies Caesari fuit grata Nep. 25, 7, 3. *i. quod a studio partium abstinebat*. Quies,
- 10 *Tranquillitas, serenitas aëris vel clementia*. Virg. Georg. 2, 344 Si non tanta quies iret frigusque caloremque Inter, et exciperet caeli indulgentia terras. Virg. Aen. 9, 187 Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete est. Vobis parta quies, nullum maris aequor arandum
- 15 Virg. Aen. 3, 495. Portus aeterna placidus quiete Sen. Agam. f. 7. ¶ 3 *Epitheta*: Aduersa Sil. 15. Amica, *vid. AMICVS*. Blanda Stat. Silu. 2, 2, 140. Dura quies, *Mors* Virg. Aen. 10, 745. Fremebunda Stat. Theb. 5, 244. *interrupta fremitu. vid. IMPACATA*. Grata Hor. Epist. 1, 18, 6. Impacata Claud. in Ruff. 1, 71. Impetiosa Idem Conf. Mall. Theod. 241. *imperium quietum et placidum, mite*. Infesta miseris Lucret. 5, 981. Insidiosa Stat. Silu. 1, 4, 57. Mira quies pelagi Idem ibid. 2, 2, 26. Modica, *vid. MODVS*. Nocturna Senec. Hippol. 100. Obscura quies, *i. Ignoti et humiles homines* Idem ibid. f. 11. Opaca Stat. Theb. 10, 89. *i. nox*. Praesaga Idem ibid. 10, 324. *somnium*. Secura quies, et nescia fallere vita Virg. Georg. 2, 467. Segnis Sil. 3, 166. Sopita, *vid. SOPITUS, in SOPOR*. Summa Lucret. 2, 310. Tranquilla Lucan. 1, 261. Tremefacta Stat. Achill. 1, 247. Et nunquam Turbata quies Idem Silu. 3, 5, 86. Vefana Lucan. 7, 764. ¶ 4
- 30 *Verba et Participia*: Abrupta, *vid. ABRVMPPO*. Capere quietem, *vid. CAPIO*. Dedit feram per membra quietem Virg. Aen. 8, 30. Cura non Dat quietem membris Idem ibid. 10, 217. Dare parua tempora quieti Ouid. Amor. 3, 6, 10. Datur hora quieti Virg. Aen. 5, 844. Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29 Quae quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri Iremus: nunc onussi cibo et vino, perturbata et confusa cernimus. *de somniis*. Excutitur terrore quies
- 35 Ouid. Fast. 4, 667. Expellere quietem Sil. 15, 550. Fugit pigra quies, inersque somnus Stat. Silu. 1, 6, 91. Impetrare studiis quietem Quinctil. in prooem. 1. Irrigat placidam per membra quietem
- 40 Virg. Aen. 1, 695. Irrorat quietem oculis somnus Sil. 10, 357. Laxauerat artus inopina quies Virg. Aen. 5, 857. Laxarant membra quiete Idem ibid. 5, 836. Leuare dulci membra quiete Ouid. de Rem. Amor. 206. *al. Pingui*. Mandare corpus quieti Lucret. 4, 846. Mitigare febrem quiete et abstinentia Quinctil. 2, 17. Pati quietem Claud. in Ruff. 2, 7. Pressit oculos languida nocte quies Virg. Aen. 12, 909. Pressit dulcis et alta quies iacentem Idem ibid. 6, 522. Reddere se quieti Senec. Hippol. f. 4. Retineri quiete Quinctil. 1, 3. Rupta quies populis Lucan. 1, 239. Sequitur vina quies Ouid. Fast. 2, 305. Sopitus quiete Lucret. 3, 1051. Suscitare e molli
- 50 quiete Catull. 78, 3. Tradere se quieti, Quiescere. Cic. de Diuin. 1, 61 c. 29 At qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, ea parte, *etc.* Turbare quietem alicuius Propert. 1, 3, 17. ¶ 5 *Quietes in Plurali*. Sallust. Catil. c. 15 Namque animus impurus diis hominibusque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat. Cic. Off. 1, 103 c. 29 Ioco uti illo quidem licet, sed sicut somno et quietibus caeteris. Lucret. 1, 405 *pro cubilibus*, Namque canes ut montiuagae per saepe ferai Naribus inueniunt intactas fronte quietes. ¶ 6 *Quies, Dea apud Romanos*. Augustin. de Ciu. Dei 4, 16 Quietem appellantes *deam*, quae faceret
- 60 quietem, cum aedem haberet extra portam Collinam, publice illam suscipere (*sacris publicis colere*) noluerunt. Liu. 4, 21 Cum haec agerentur, iam consul via Lauicana ad fanum Quietis erat. *Vid. eruditissima Io. Bened. Carpzou. disputatio de Quietate Dei Lips. 1740 edita §. 8.* ¶ 7 *Tertiae declinationis nomen esse Quies, satis ex dictis apparet: sed, auctore Priscian. 6 p. 703 extr.* Vetusissimi tamen hoc quoque secundum supradictam (*quintam*) proferebant declinationem. Afranius, Solicito corde corpus non potitur nunc quie. Naeuius, Complexa somno corpora operiuntur, ac suavi quie dicantur. Iure igitur compositum quoque ex eo, Requies, quod in eodem genere mansit, tam quintae quam tertiae Declinationis inuenitur. *Haec Priscianus.*
- 70 QUIES, *ētis*. Adj. *Antique*. Naeuius, Iamque eius mentem fecerat fortuna quietem. *Add. Sallust. et Licin. Macer. apud Priscian. 6 p. 704.*
- 75 QUIESCO, quiui, quiutum, &c. [*ἡρεμῶ, ἀτρεμῶ, ἡουχάζω, παύομαι*] In otio esse, vacare a labore, cura, officio, negotio: unde etiam pro Dormire sumitur. Cic. pro Rosc. Amer. 65 c. 23 Propterea quod qui tantum facinus commiserunt, non modo sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt. Circa casam eam, in qua
- 80 quiescebat Nep. 7, 10, 4. Cic. Verr. 4, 32 Eo quum venio, Praetor quiescebat. Somno quiescere Curt. 4, 13, 18. Infelix, tota quicunque quiescere nocte Sustinet Ouid. Amor. 2, 9, 39. Quiescere in propria pelle Hor. Serin. 1, 6, 22. *Prou. intra fortunae suae terminos se continere, vel a calcetis Senatoriis, vel ab asino Cumano.* Hi motus
- 85 animorum, atque haec certamina tanta (*apum*) Pulueris exigui iactu compressa quiescent Virg. Georg. 4, 87. Placidaeque ibi demum morte quieuit Idem Aen. 9, 445. Virg. Ecl. 10, 33 O mihi tum quam molliter ossa quiescant, *etc.* Bene placideque quiescas Tibull. 2, 4, 49. ¶ 2 *Simpliciter desinere significat*, Conticuit tandem, factoque hic sine quieuit Virg. Aen. 3, 718. Sic Ter. in prol. Andr. 22 Dehinc ut quiescant porro moneo, et desinant maledicere. Quodsi quiessem, nihil euenisset mali Ter. Andr. 3, 4, 25. *i. nihil conatus machinatus essem.* Cic. pro Planc. 90 An si vnquam in me vitae cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei Consulatus
- 95 omnium parricidarum tela commossem, quae, si viginti quiessem dies, in aliorum iugulum Consulatum recidissent. Inter se certantium praemia, qui quieuerint, occupabunt Curt. 10, 8, 16. *i. qui neiram partem secuti fuerint.* Gell. 2, 28 Statuere atque edicere quiescebant. *i. Abstinebant, et superjedebant.* Ter. Andr. 3, 4, 19 Corrigere mihi gnatum porro enitere. D. faciam hercle sedulo. s. potes nunc dum animus irritatus est. D. quiescas. *Noli sollicitus esse, noli plura mouere.* Sic Cic. Verr. 3, 134 Iste Rabonius quiescere iubet, et simul ei nonnullam spem societatis ostendit. Utinam nunc stimulus in manu mihi sit! LIB. quiesce quaeso Plaut. Asin. 2, 4, 12. Ne
- 100 quid de amica nunc senex (*resciscas*) CLIN. o Iupiter! SYR. quiesce Ter.



Ter. Heaut. 4, 3, 11. Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat Auctor ad Her. 4, 68. ¶ 3 Nomina rerum, quae dicuntur quiescere. Aequora alta quierunt Virg. Aen. 7, 6. Aequora saeva quierant Idem ibid. 4, 523. Arma quierunt Sil. 7, 253. Bella quierunt Lucan. ad Pison. 26. Cineres collapsi, et flamma quieuit Virg. Aen. 6, 226. Corpus et mens sopita quiescunt Lucret. 3, 933. Liur pascitur in viuis, post fata quiescit Ouid. Amor. 1, 15, 39. Opus quieuit tuis humeris Idem ex Ponto 2, 9, 60. Potentia in hoc solo genere quiescit, quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, quo denique digitum proferat, non habet Cic. pro Caecin. 71. Voces hominum quiescebant Ouid. Trist. 1, 3, 27. ¶ 4 Obseruatt. Grammaticae. Cum videtur casum regere illud est ab ellipsi Graecanica: et fere fluctuat lectio. Gell. 9, 13 ex Quadrigario, Is manu significare coepit, vtrinque quiescerent pugnae. Facta pausa est. Sic optimi quique libri: sic edidit Gronouius. Sed potest etiam ita distingui, vtrinque quiescerent. Pugnae facta pausa est. Si verum est quiescerent pugnae, Graeca ratio est *παύσαι (ἀπό) τῆς μάχης*. De Accusatiuo laudantur Plaut. Mil. 3, 3, 53 Quiescas caetera. Aduerbialiter ponitur Graeco more, ut caeterum. Idem Merc. 2, 3, 111 Quiesce, inquam, istanc rem: ego recte videro. Sed recte Gronouiana interpunctum post rem tollit. Ita fit istanc rem videro. Laudatur denique Most. 5, 2, 51. Sed ita Gron. CA. Tranio, quiesce, si sapis. TH. Tu quiesce hanc rem modo petere: ego illum verberibus, vt sit quietus, subegero. Aperte iunguntur quiesce petere. Sed quod porro afferunt ex Plaut. Most. 5, 2, 5 Quiesce hunc tumultum, qui ante ostium est: non recte citatus est locus, et in medio iam relinquendus. Certior est locus Sen. Herc. Oet. 1584 Ante descendat glacialis vrsae Sidus et ponto vetito fruetur Quam tuas laudes populi quiescant. Cic. Att. 7, 9 Aut si per Trib. pleb. non patiat, tamen quiescat rem adduci ad interregnum. Impersonaliter Ter. Andr. 4, 2, 8 Quibus quidem quam facile poterat quiesci, si hic quiesset. Vbi alte turbis quiescitur Symmach. Epist. 1, 8. Cum a praelio quiesceretur Capitol. in Maxim. c. 23. Supinum. Ad sua quisque tentoria quietum abeunt Dict. Cret. 4, 16. Finito conuiuio quietum disceditur Idem 5, 1.

QUIESCENS, entis. Part. Et quiescenti agendum, et agentis quiescendum est Sen. Epist. 3. Nosmetipsi nos expugnauerimus, illis quiescentibus Nep. 17, 5, 4. Quiescentes pro mortuis Vulg. Int.

QUIĒTVS, a, um. [*ἡσυχος, ἡσυχίος, ἤκελος, ἄκελος*] Qui quiescit. Noctesque diesque — satis est — quietus ne sis Plaut. Amph. 1, 1, 15. Ter. Phorm. 4, 5, 1 Quietus esto, inquam: ego curabo, ne quid verborum, etc. Vbi Donatus: Quietus, securus, ab eo quod praecedat, id quod sequitur. Plaut. Curc. 4, 2, 6 Meminero: de isto quietus esto. Quietum aliquem reddere, Efficere vt quiete et secure viuat Ter. Eun. 2, 2, 46. Cic. Fam. 10, 1 Nunquam per Antonium quietus fui. Aequor quietius Hor. Epod. 10, 11, 45 Aër quietus Virg. Aen. 5, 216. Amnes quietos irritat diluuiis Hor. Carm. 1, 29, 40. Virg. Aen. 1, 307 In primis regina quietum Accipit in Teucros Animum, mentemque benignam. Cic. pro Rosc. Com. 43 Hoc ego loco, soluto et quieto sum Animo: et quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. Cic. Tusc. 2, 2, 50 Qui id, quod vitari non potest, metuit, is viuere Animo quieto nullo modo potest. Liu. 2, 18 Bellum indictum, tacite induciae quietum Annum tenere. Dies caelestium quieti Cic. de Legib. 2, 19. Ense quieto latus securum Stat. Silu. 1, 1, 43. Exilium quietius oro Ouid. Trist. 2, 578. Gentes agitare quietas Virg. Aen. 10, 71, 55 Habuit post id Caesar quietiorem Galliam Caes. B. G. 5 extr. Cic. Verr. 4, 40 c. 19 Primo mirum omnibus videri Diodorum reum Hominem quietissimum, etc. Mane quietum Lucret. 2, 238. Mente quieta consistere Cic. de Diuin. 2, 149. Nox quieta Valer. Argon. 6, 158. Officio quieto fungi Ouid. Trist. 5, 12, 19. Ossa quieta precor tuta requiescite in vrna Idem Amor. 3, 9, 67. Pax Senec. Thyeste 7. Regnum Hor. Carm. 1, 12, 33. Nihil quietiores postea Res habuit Liu. 33, 19. Respublica quieta, et Turbata, contraria Cic. in Catil. 2, 19 c. 9. Sedes Virg. Aen. 1, 209. Sermo quietus et remissus Cic. de Senect. 28. Somni quieti Sen. Herc. fur. 10. Vitam traducere quietam et otiosam Cic. de Senect. 82 c. 23. Vrbs quieta, et immunis belli Virg. Aen. 12, 559. Plin. Epist. 10, 7 Ad quam spem alioqui quietissimum hortatur natalium splendor, etc. De amico cui praeturam petebat. ¶ 2 Modestus, placidus. Praeter quaedam iam laudata, Quietus moribus Vell. 2, 117, 2. Epaminondas domi quietus fuit Nep. 16, 4, 1. Equi demtis testiculis fiunt quietiores Varro de R. R. 2, 7 sub fin. In Ithacam quietissima navigatione deuehitur Auson. Perioch. Odyss. 13.

QUIĒTVRVS, a, um. Partic. [*ἡσυχάσων*] Cic. de Orat. 2, 236 Videmur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti.

QUIĒTE. Adu. [*ἡσυχως, ἡρέμα, ἀτρέμας*] Cic. de Senect. 13 c. 5 Quiete, et pure, et eleganter actae actatis placida ac lenis senectus. Quietius deinde tranquilliusque bellare Liu. 27, 12. Quietius edere aliquid, opp. audius vorare Macrobr. Sat. 7, 12. Romam pergere volebam, quod audiebam, quietius ibi studere adolescentes Augustin. Conf. 5, 8. Quietissime se recipere Caes. Bell. Ciu. 3, 46. Add. Augustin. Ep. 203.

QUIESCENTIA, ae. f. Idem quod Quies. Firmic. 1, 3.

QUIETVDO, inis. f. [*ἡρεμία, ἡσυχία*] Gloss. Cyrilli.

QUIETO, are. et QUIETOR, ari. apud Priscian. 8 p. 799.

QUIETALIS, e. f. QUIETALVS. Ab antiquis dicebatur orcus Fest. Vid. Carprou. de quiete Dei §. 17 p. 36 sq.

QUIETATOR Augustorum Iupiter celebratur in numo Maximiani Herculi et Diocletiani. Vid. Carprou. l. c. p. 46.

QUIETORIVM, i. n. Coemeterium, in Vet. Inscr.

QUILIBET, quaelibet, quodlibet vel quidlibet; cuiuslibet. [*ὅσις, ὅσιων, ὅσις ἑάλη*] Vnus quem tibi capere libet. Hor. Serm. 1, 2, 126 Ilia et Egeria est, do nomen quodlibet illi. i. Quodcunque placet, non tamen omne nomen. Potest etiam distincte scribi, et hic sane melius. Sed non potest separari in illo Ouid. de Arte Am. 1, 444 Pollicitis diues quilibet esse potest. Sueton. in Tiber. c. 12 Non cessauit efflagitare aliquem cuiuslibet ordinis custodem factis atque dictis suis. Justin. de Hered. instit. Cuilibet conditioni obtemperare satis est. Cic. Acad. 4, 5 Ad vos nunc refero quem sequar: modo ne quis illud tam ineruditum absurdumque respondeat, Quemlibet, modo aliquem. Indutus quidlibet Hor. Epist. 1, 17, 28. Garrere quidlibet Idem Serm. 1, 9, 13. Arti cuiuslibet idoneus Id. Epist. 2, 2, 7. Quibuslibet temporibus egregius Senatus Liu. 2, 49. Quolibet modo Plin. 11, 54 f. extr. Quilibet, pro Vili, obscuro, Imperito etc. Plin. 7, 28 Bis ab Annibale captus, neque enim cum quolibet hoste res fuit.

QUIETVS, a, um. Partic. [*ἡσυχάσων*] Cic. de Orat. 2, 236 Videmur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti.

QUIĒTE. Adu. [*ἡσυχως, ἡρέμα, ἀτρέμας*] Cic. de Senect. 13 c. 5 Quiete, et pure, et eleganter actae actatis placida ac lenis senectus. Quietius deinde tranquilliusque bellare Liu. 27, 12. Quietius edere aliquid, opp. audius vorare Macrobr. Sat. 7, 12. Romam pergere volebam, quod audiebam, quietius ibi studere adolescentes Augustin. Conf. 5, 8. Quietissime se recipere Caes. Bell. Ciu. 3, 46. Add. Augustin. Ep. 203.

QUIESCENTIA, ae. f. Idem quod Quies. Firmic. 1, 3.

QUIETVDO, inis. f. [*ἡρεμία, ἡσυχία*] Gloss. Cyrilli.

QUIETO, are. et QUIETOR, ari. apud Priscian. 8 p. 799.

QUIETALIS, e. f. QUIETALVS. Ab antiquis dicebatur orcus Fest. Vid. Carprou. de quiete Dei §. 17 p. 36 sq.

QUIETATOR Augustorum Iupiter celebratur in numo Maximiani Herculi et Diocletiani. Vid. Carprou. l. c. p. 46.

QUIETORIVM, i. n. Coemeterium, in Vet. Inscr.

QUILIBET, quaelibet, quodlibet vel quidlibet; cuiuslibet. [*ὅσις, ὅσιων, ὅσις ἑάλη*] Vnus quem tibi capere libet. Hor. Serm. 1, 2, 126 Ilia et Egeria est, do nomen quodlibet illi. i. Quodcunque placet, non tamen omne nomen. Potest etiam distincte scribi, et hic sane melius. Sed non potest separari in illo Ouid. de Arte Am. 1, 444 Pollicitis diues quilibet esse potest. Sueton. in Tiber. c. 12 Non cessauit efflagitare aliquem cuiuslibet ordinis custodem factis atque dictis suis. Justin. de Hered. instit. Cuilibet conditioni obtemperare satis est. Cic. Acad. 4, 5 Ad vos nunc refero quem sequar: modo ne quis illud tam ineruditum absurdumque respondeat, Quemlibet, modo aliquem. Indutus quidlibet Hor. Epist. 1, 17, 28. Garrere quidlibet Idem Serm. 1, 9, 13. Arti cuiuslibet idoneus Id. Epist. 2, 2, 7. Quibuslibet temporibus egregius Senatus Liu. 2, 49. Quolibet modo Plin. 11, 54 f. extr. Quilibet, pro Vili, obscuro, Imperito etc. Plin. 7, 28 Bis ab Annibale captus, neque enim cum quolibet hoste res fuit.

QUIETVS, a, um. Partic. [*ἡσυχάσων*] Cic. de Orat. 2, 236 Videmur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti.

QUIĒTE. Adu. [*ἡσυχως, ἡρέμα, ἀτρέμας*] Cic. de Senect. 13 c. 5 Quiete, et pure, et eleganter actae actatis placida ac lenis senectus. Quietius deinde tranquilliusque bellare Liu. 27, 12. Quietius edere aliquid, opp. audius vorare Macrobr. Sat. 7, 12. Romam pergere volebam, quod audiebam, quietius ibi studere adolescentes Augustin. Conf. 5, 8. Quietissime se recipere Caes. Bell. Ciu. 3, 46. Add. Augustin. Ep. 203.

QUIESCENTIA, ae. f. Idem quod Quies. Firmic. 1, 3.

Caius in l. Si vero. D. Qui satisd. cog. Sane non quaelibet iniuria est, duci in ius eum, qui satis idoneum fideiussores det. Cic. de Diuin. 2, 71 Apud maiores adhibebatur peritus, nunc quilibet.

QVILON pro Cylon Veget. Veter. 3, 66, 4.

5 QVIMA pro Cyma κύμη, est in MSS. Palladii Apr. 3, 1. et Sept. 13, 1. Sic Quatus pro Cyatho etc.

QVIMATVS, ūs. m. [κρυαερία] Ut Bimatus, et, trimatus: tempus vel spatium quinque annorum. Plin. 8, 45 Vita feminis XV annis longissima; inaribus XX, robur in quimatu. de bobus.

10 QVIN. Adu. [ὄπως εἰ, ὅτι μή, μή ἐκ] Latè admodum vsus: qui tamen intelligi potest ex etymologia: cum quin sit qui non, quae non, quod non per omnia genera, numeros et casus, in quibus ad Ablatiuum illum Qui praesertim attendendum est, et illius rationem supra h. v. declaratam. Ter. Adelph. 5, 4, 2 Nunquam ita quisquam bene subducta

15 ratione ad vitam fuit, quin (cui non, ut non) res, aetas, vsus semper aliquid adportet noui. Post Non dubito, non dubium est, et similes formulas, ita explicari potest, Non ideo dubito, quin (qui vel quia non) me ames, etc. Cic. Fam. 13, 2 Non dubito, quin eo sis animo,

20 quo ego essem, si quid tu me rogares. Ter. Andr. 1, 2, 1 Non dubium est, quin vxorem nolit filius. Cic. pro Domo 69 Non quod dubitaret, quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil iure esset actum. Idem Att. 5, 11 Non enim dubitabat Zeno, quin ab Areopagitis inuito Memmio impetrari non posset. Add. Id. de Sen. c. 10.

et Fam. 7, 1. et pro Domo c. 26. Cic. Att. 11, 15 Profsus nihil abest, quin sim miserrimus: potest explicari qui non, quo non, quo minus. Non, quin ipse dissentiam Cic. Fam. 4, 7. Non, quin rectum esset Idem Att. 7, 26. Add. Nep. 7, 6, 4. et 18, 11, 5. Ter. Eun. 5, 2, 3

25 Apud Antiphonem vterque, mater et pater Quasi dedita opera domi erant, vt nullo modo Introire possem, quin viderent me.

30 Cic. . . . Non idcirco causas Isocrates non defendit, quin id utile esse et honestum existimaret. Cic. in Orat. 233 Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, probos improbare qui improbos probet. Idem Att. 9, 11 Facere non possum, quin cotidie ad te mittam. Add.

35 Id. ibid. 12, 26. Plaut. Truc. 2, 7, 2 Satinne qui amat nequit quin nihili sit, atque improbis sese artibus exspoliatur. Cic. pro Quin, dixit Ut non, vt ad Att. 8, 16 Vt ad te nihil dem literarum, facere non possum, quin ad te dem aliquid. Non possum quin exclamem Cic. de Orat. 2, 39 c. 10. Ibid. 66 c. 15 Si enim est oratoris, quae-

40 cunque res infinite posita sit, de ea posse dicere — de musicis rebus non poterit, quin dicat, hoc onere suscepto, recusare. Cic. Vetr. 3, 136 c. 59 Nemo esset, quin (qui non) hoc se audisse liquido diceret. Caecin. Cic. Fam. 6, 7 Nemo nostrum est, quin vota victoriae suae fecerit. Ter. Hec. 2, 1, 43 Et merito adeo: nam vestrarum nulla est,

45 quin gnatum velit ducere vxorem. Quinctil. 7, 2 Quis tam imperitus, quis tam procul a literis, quin sic incipiat? Cic. Verr. 5, 57 Hic mihi etiam audebit mentionem facere Mamertinae laudationis: in qua quam multa sint vulnera, quis est vestrum, Iudices, quin intelligat? Vid. Ibid. 71 et 140 c. 54. Nullum intermisi diem quin,

50 (quo non) etc. Cic. Att. 7, 5. Vt ne quis a me dies intermittatur, quin dem ad te literas Cic. Att. 8, 12. Nego vllam gemmam aut margaritam fuisse, etc. quin (quam non) quaesierit, inspexerit, abstulerit Cic. Verr. 4, 1. Dies fere nullus est, quin hic Satyrus domum meam ventitet Idem Att. 1, 1. Num quid vis, quin abeam?

55 Ter. Ad. 2, 2, 39. Num quid me vis, mater, intro quin eam Plaut. Cist. 1, 1, 119. Causae nihil esset, quin (quid non, quare non) secus iudicaret Cic. pro Quint. 32. ¶ 2 Quin asseuerandi quandam vim habet praesertim in refellendo, aut sententia contraria proferenda, tractam et ipsam ex notione quid non, i. quare non. Plaut.

60 Amph. 2, 1, 70 Sed vidistine vxorem meam? SO. Quin introire in aedis nunquam licitum est. Abrupte, Quare non viderim dicam: in aedes etc. Plaut. Amph. 2, 2, 73 At pol quin certa res hanc est obiurgare. Idem Men. 2, 3, 74 Herele quin tu recte dicis. Sed et cum Imperatiuo Corripienti vel imperandi vim habet. Daue, perii! D. quin tu hoc audi Ter. Andr. 2, 2, 9. Idem ibid. 2, 6, 18 Quidnam est? D. puerile est. s. quid est? D. nihil. s. quin dic quid est. Add. ibid. 1, 1, 18. Cupio herele equidem, si illa vult P. quin cupit Plaut. Mil.

4, 1, 25. Quin age, si quid habes, Virg. Ecl. 3, 52. Interrogatiue sumitur Ter. Phorm. 1, 4, 33 Quid conterimus operam frustra? quin abeam? Cic. in Somn. Scip. 5 Quin tu aspicias ad te venientem Paullum patrem? Ibid. 6 Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Cic. Fam. 7, 8 Quin tu vrages occasionem istam? Idem pro Rabir. 18 c. 6 Quin continetis vocem indicem stultitiae vestrae? Et Att. 4, 4 (16) Quin tu huc aduolas, et inuisis illius nostrae Reipub. germanae? Quin contra hoc et vos et omnes gentes scire volumus Liu. 31, 31. Add. Id. 35, 26. et 37, 15. Conf. Nep. 18, 11, 3. Quin potius pacem aeternam, pactosque hymenaeos Exerceamus? Virg. Aen. 4, 99. Quin igitur vleiscimur Graeciam, et vrbis faces subdimus Curt. 5, 7, 4. Quin ergo, quod iuuat, quod carum aestimant, id semper faciant, ament, potent Sallust. in Iugurth. 85. Ter. Haut. 3, 3, 21 Syre, pudet me. s. credo: neque id iniuria: quin mihi molestum est. Quin ipsa iudicia non solemus tractare vno modo Cic. Fam. 9, 21. Ter. Haut. 4, 3, 23 Quid dicam? quam causam asseram? s. quin nolo mentiri: aperte ita vt res sese habet, narrato. Idem Eun. 5, 2, 63 Non pol credo Chaerea, nisi si commissum non erit. C. quin Pythias tu me seruato. Vid. Id. Haut. 4, 4, 15. Ter. Adelph. 4, 2, 5 Syre. s. quid ais? C. me quaerit? s. verum. C. perii. s. quin tu animo bono es. Virg. Aen. 1, 283

70 Quin aspera Iuno Quae mare nunc, terrasque metu, caelumque fatigat, Consilia in melius referet.

Plaut. Capt. 5, 4, 19 Adduxtin' illum huius captiuum filium? PH. quin, inquam, intus hic est. Nunquam ab ipso elusa fides est, quin potius aucta Liu. 26, 19

95 Famem herele vtendam si roges, nunquam dabit: Quin ipsi pridem tonfor vngues dempserat, Collegit, omnia abstulit praesegmina.

Plaut. Casin. 1, 1, 12 Quin potius quod legatum est tibi negotium, id curas atque vrbis rebus te abstines? Plin. Epist. 57 Quin potius illud adnota, quae putaueris corrigenda. Plaut. Epid. 3, 4, 19 Hic non est locus: Quin tu alium quaeras, cui centones farcias. Ter. Andr. 1, 1, 18 Quin tu vno verbo dic; quid est, quod me velis. Idem ibid. 2, 3, 17 Quin taces. Quin etiam, vid. QVINETIAM.

¶ 3 Gell. 17, 13 de hac particula copiose disputat, sed vt nihil videatur explicare. Ponamus exempla quibus utitur, eaque ad rationem supra propositam

100 F

*positam reuocemus.* Cato, Haud eos eo postremum scribo, quin (*qui non, quo non, quasi non*) populi et boni et strenui sient. Idem, Neque satis habuit, quod eam in occulto vitiauerat, quin (*qui non, ut non*) eius famam prostitueret. Quadrigarius, Romam venit: vix superat (*aduersantes, puta, et hoc agentes*) quin (*ut non*) triumphus discernatur. Idem, Paene (*labore magno*) factum est, quin (*ut non*) castra relinquerent, atque cederent hosti. *Ita non est opus, ut particulae quin assignetur contraria plane significatio vt: quod fecisse quosdam ait Gellius.*

**QVINARIVS**, a, um. Adi. [*κινάρης*] Quod quinque complectitur. Plin. 31, 6 Fistulas denum pedum longitudinis esse, legitimum est. Et si quinariae erunt, sexagena pondo pendere. Vid. **FISTVLA**. Quinaria *subaud. fistula, modulus aquarum diuidendarum: vid. Frontin. de Aquaed. art. 25 c. not. Poleni.* Quinariii numi, quod quinos aeris valebant, sicuti Denarii, quod denos Varr. de L. L. 5. Quinarius valet duo sestertios.

**QVINA DENA**, vid. **QVINDENA**.

**QVINAM**, vid. **QVISNAM**,

**QVINCENTVM**, et producta prima syllaba, et per C litteram vsurpant antiqui, quod postea leuius (*f. lenius*) visum est, ita vt nunc dicimus, pronounciari (*forte pronounciare*) Festus.

**QVINCTIA**, Gens Patricia Romae fuit, duabus familiis nobilis, quarum altera Capitolinorum, altera Flamininorum cognomine utebantur. Nobilis Quinctius Cincinnatus: item Quinctia prata Liu. 3, 26. Vid. Index Liuianus.

**QVINCTILIANVS**, **QVINCTILIS**, **QVINCTVS**, vid. **QVINCTIL**. etc.

**QVINCUNX**, quincuncis. m. [*κυνκῦνξ*] Quinque unciae. vt, Vncia remota de quincunce Hor. de Arte Poët. 327. In quincuncem [*eis κυνκῦνξον*] arbores dispositae quae dicantur, facile ex Quinctil. 8, 30 3, 9 intelligimus, Nullusne ergo etiam fructiferis adhibendus decor? quis negat? nam et in ordinem certaue interualla redigam eas arbores. Quid enim illo quincunce speciosius, qui in quamcunque partem spectaueris, rectus est? Sed protinus in id quoque prodest, vt terrae succum aequaliter trahant. Varro R. R. 1, 7, 2 De formae cultura hoc dico, quae specie fiant venustiora, sequi vt maiore quoque fructu sint: vt qui habent arbutta, si fata sint in quincuncem, propter ordines atque interualla modica. Est autem quincunx in hac formula figura V, quae ubique exoritur, si ita disposueris arbores, vt aequalibus spatiis singulae distent, series autem ita ordinentur, vt spatiis mediis vnus respondeant arbusculae alterius, h. m.

I	I	I	I	I	I	I	I	I
	I	I	I	I	I	I	I	I
I		I	I	I	I	I	I	I
	I	I	I	I	I	I	I	I
I		I	I	I	I	I	I	I
	I	I	I	I	I	I	I	I
I		I	I	I	I	I	I	I
	I	I	I	I	I	I	I	I
I		I	I	I	I	I	I	I

Sume quamcunque arbusculam; illa poterit considerari vt vertex anguli, vt acumen literae V. Series admittent ventos omnes, spatia quoque versus erunt aequalia, etc. Cic. de Senect. 59 c. 17 Quum admiraretur

Lyfander et proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum subactam, atque puram, et suauitatem odorum, qui afflarentur e floribus, tum eum dixisse mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius. Vid. Manut. b. l. Columel. 3, 15, 1

Haec in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur. Add. 3, 13, 4: et de re ipsa sine nomine Virg. Georg. 2, 277 sqq. Caes. Bell. Gall. 7, 73 Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem dispositis scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur. Vid. **QVINCUNCIALIS**.

Caeterum vt reliquae partes affis, ita quincunx ad omnia genera assium, i. integrorum accommodatur. v. g. in agrorum mensuris Quincunx, Iugeri pars tertia, et vna duodecima, hoc est, quinque unciae. Columel. 5, 1, 11 Pars tertia et vna duodecima, pedes duodecim milia, hoc est, quincunx. In liquidis Quincunx refertur ad Sextarium, cuius unciae sunt cyathi. Martial. 1, 28 Hesternia tibi nocte dixeram

Quincunces puto post decem peractos. h. e. post epotos decies quinque cyathos. Idem 2, 1 Te coniuua leget misto quincunce, etc. Martial. 11, 37 Quincunces et sex cyathos, bessemque bibamus: Caius vt fiat, Iulius, et Proculus. Caius quinque literis constat: huic respondent totidem cyathi etc. Vid. **BIBO** nomen. Quincunces vsurae sunt

quoties ex centum assibus uncias menstruas quinque s. asses annuos quinque (unciis enim menses aequales numero) vsurae nomine percipimus. Modesto quincunce nutrire numos, Augere numos suos fenore quincunciali. Pers. Sat. 5, 149. Vid. **VSURA**, in **VTOR**.

**QVINCUNCIALIS**, e. Adi. Plin. 27, 11 Inter omnes herbas lithospermo nihil est mirabilius: Aliqui aegonychon vocant, alii diospyron; alii heracleos: Herba quincuncialis fere, foliis duplo maioribus quam rutae. Et paullo post, Iacere eam, atque humi serpere auctores tradunt. Quinque vnciarum pedis Romani altitudinem herbae huic tribuit. Plin. 17, 11 In disponendis arboribus arbutisque, ac vineis, quincuncialis ordinum ratio vulgata et necessaria, non perflatu modo utilis, verum et adspectu grata quocunque modo intucare, in ordinem se porrigente versu.

**QVINCUPĒDAL**, Mensura putatur quinque pedum, qua fabri murarii in demetiendis parietibus uti solent. Martial. 14, 92 Sub hoc lemmate, Quincupedal, Puncta notis ibex (i. pertica iligna) et acuta cuspide clausa, saepe redemptoris prodere furta solet. Acuta cuspis facit, vt suspicer agi de instrumento, quo sulcos explorabant, et scamna, de quibus Columel. 3, 13, 11 seq.

**QVINCŪPLEX**, icis. Adi. [*κυνκῦπλῆξ*] Imago in vna tabula quincuplex Vopisc. in Floriano c. 3. vulgo quintuplex. Quincuplicem socias tibi Martie Narbo, Tolosam Auson. Epist. 24, 83. i. quinque vrbibus constantem. Quincuplices lemma habet Martial. 14, 4 Caede iuuenorum domini calet area felix, Quincuplici cera quum datur altus honor. Quincuplices vocat Tabellas, a numero: his triumphum Imperatori, vel Consulatum deferri solitum, hic docemur.

**QVINCŪPLVM**, vid. **QVINQVEPLVM**.

**QVINDĒCIM**. [*δεκαπέντε*] Numerale nomen indeclinabile. Plaut. Pseud. 1, 3, 111 Et iam quindecim habeo mnas. Add. Ibid. 1, 1, 51. Virorum quindecim preces Horat. in Carm. saecul. 70. Post annos modo quindecim reuerso Martial. 12, 59. Quindecim liberi homines populus est; totidem serui familia; totidem vinciti ergastulum Apulei. Apol. p. 304, 35.

QVINDECIES. Adu. [ *δεκαπεντάκις* ] Cic. Verr. 2, 61 c. 25 At illa H-S D. millia hereditaria, accessit ipsius antiqua H-S quindecies pecunia. *Intell.* Centenum millium, *vid.* SESTERTIUS *it.* DECIES. Martial. 7, 9 Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad te?

5 QVINDECIMVIR, viri. m. [ *ἑξ τῶν πεντακίδεκα, πεντακιδεκάδραχος* ] Nomen sacerdotii, quod primo duobus, tum decem mandatum est, *vid.* DVVMVIR, DECEMVIR. Plin. 28, 2 Cuius sacri preceationem, qua solet praecire Quindecimvirum collegii magister, si quis legat, profecto vim carminum fateatur. Tac. Ann. 3, 64, 3 Pontifices et Augures, et Quindecimviri. *add.* Id. 6, 12, 1. *it.* Suet. Caes. c. 79. Quindecimviri *hi* Sibyllini a Sulla dictatore fuerunt instituti, ad quos etiam ludorum saecularium ex illis libris procuratio pertinebat, *ut docet* Tacit. Ann. 11, 11, 3 Nam Domitianus quoque edidit ludos saeculares, iisque intentius affui, sacerdotio Quindecimvirali praeditus, ac tum Praetor. quod non iactantia refero, sed quia collegio Quindecimvirum antiquitus ea cura mandabatur, et magistratus potissimum exsequebantur officia caeremoniarum. *add.* Ibid. 6, 12, 1. *Eodem respexit* in Carm. saec. Horat. v. 70.

Quaeque Auentinum tenet, Algidunque

Quindecim Diana preces virorum

- Curet, etc.

20 ¶ 2 Sunt et Quindecimviri agris dandis, qui est inter honores Metelli *ap.* Plin. 7, 43.

QVINDECIMVIRALIS, e. Adi. Quindecimvirale sacerdotium Tacit. Annal. 11, 11, 3. *it.* 16, 22, 1.

25 QVINDECIMVIRATUS, us. m. Pontificatus et quindecimviratus et auguratus, codicillares fecit, ita ut in senatu allegarentur Lamprid. in Alex. Sev. c. 49.

30 QVINDĒNI, vel QVINIDĒNI, ae, a. Adi. *Distribut.* [ *πεντακίδεκα* ] Liu. 35, 40 Quindena iugera agri data in singulos pedites sunt, etc. *Quidam legunt,* Quina dena. Quinideni Quinctil. 1, 10, 42. Quina dena l. 88 §. 3 D. ad L. Falcid. Quindenis hastis corpus transfigi Plaut. Mostell. 2, 1, 11.

35 QVINETIAM. [ *ἔτι δὲ, ἀλλὰ μὴν, καὶ μὴν, καὶ* ] Particula maius quiddam his quae praecedunt annexendi: quam forte melius faciunt qui diuidunt, quod hodie faciunt, credo, omnes. Quin etiam ob has ipsas causas, paratiores habuerunt exercitus Cic. Offic. 1, 26 c. 22. Id. de Amicit. 59 c. 26 Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit, cui se putabit inimicum esse posse? quin etiam necesse erit eupere et optare, ut quam saepissime peccet amicus. Id. ibid. 67

40 Quin etiam si quis asperitate ea est et immanitate naturae, congressus ut hominum fugiat atque oderit. *add.* Plaut. Poen. 31, 67. Delectatio nulla existit, quin etiam misericordia quaedam consecuta est Cic. Fam. 7, 1. Quin etiam caeli regionem in cortice signant Virgil. Georg. 2, 269.

45 Quin etiam insuper scelus postquam ludificatus est virginem, vestem omnem miserae discidit Terent. Eun. 4, 3, 3. *Interdum postponitur.* Dixisse quin etiam ad primas filii epistolas ferebatur, etc. Tacit. Hist. 2, 64, 4. *add.* Id. Germ. 3, 4.

50 QVINGENTI, ae, a. [ *πεντακόσιοι* ] Quinquies centum. Cic. Attic. 16, 8 Nec mirum, quingentos denarios dat. Id. lib. 4, 2 Tusculanam villam quingentis millibus, Formianum H-S ducentis quinquaginta millibus. Quid si me stultior ipso quingentis emto drachmis deprenderis Horat. Serm. 2, 7, 43. Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat Virgil. Aen. 10, 204.

55 QVINGENTESIMVS, a, um. Adi. [ *πεντακοσιοστός* ] Plin. 15, 1 Anno urbis quingentesimo quinto. *add.* Cic. pro Flacco c. 1.

60 QVINGENTIES. Adu. [ *πεντακοσιάκις* ] Cic. Verr. 2, 93 c. 38 Ob eam rem H-S quingenties Veneri Erycinae de Sthenii bonis exacturum.

65 QVINGĒNI, ae, a. [ *πεντακόσιοι* ] *Distribuit unicuique Quingentos.* Cic. Attic. 4, 2 Apud eum H-S quingena deposuerunt, ut qui a Catone damnatus esset, id perderet. Columel. 5, 2 Horum pars dimidia quingeni. Quingenos denarios dat Cic. Attic. 16, 8. *conf.* Sueton. Aug. c. 42. Curt. 5, 1, 45. Sueton. in Caes. c. 38

70 Populo praeter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecentos quoque numos, quos pollicitus olim erat, viritum diuisit: et hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romae vsque ad bina millia numum, in Italia non ultra quingenos sester-tios remisit.

75 QVINGENARIVS, a, um. Adi. [ *πεντακοσιακός* ] Plin. 33, 11 Dispensator Hispaniae Citerioris quingenarium lancem habuit, cui fabricandae officina prius exaedificata fuerat. *i.* Pondo quingentiarum librarum. Antea quingenariae cohortes erant Curt. 5, 2, 3. *conf.* Id. 5, 1 *extr.*

80 QVINGENTARIVS, a, um. Cohors. Veget. Mil. 2, 6. et Modest. de Voc. R. M. p. 250. *vid.* Stew. ad Veget.

85 QVINI, ae, a. et QVINIO, *vid.* *post* QVINQVE.

90 QVINIMMO. Coniunctio. [ *ἀλλὰ δὲ, καὶ μὲν ἔννε* ] *pro Immo vero, vel Immo etiam, et hodie diuisim fere scribitur.* Plaut. Cistell. 2, 1, 39 Itaque Ops opulenta illius auia. M. quin immo mater quidem.

95 Quaedam arbores fruticosi generis, ut paliurus, myrtus: *Item.* Nux auellana: quin immo melior est et copiosior fructu, in plures dispersa ramos Plin. 16, 30 f. 53. Id. Epist. 4, 9, 18 Praeualuit sententia Cepionis; quin immo confurgenti ei ad censendum acclamatum est: quod solet residentibus. *add.* Id. 1, 8. Cic. Attic. 2, 13

100 Eius autem Collega et in me perhonorificus, et partium studiosus ac defensor bonarum, quin immo leuiter inter se dissident: sed vereor, ne hoc quod infectum est, serpat longius. *Vetus codex,* Quin nunc leuiter. Quin immo Et deos vestros palam destruunt Tertull. Apol. c. 46.

105 QVINQVAGINTA. Indecl. [ *πεντήκοντα* ] Virgil. Aen. 1, 707 Quinquaginta intus famulae, etc. *add.* Id. 6, 576. Animae Stat. Theb. 3, 76. Anni trecenti quinquaginta Vellei. 1, 14, 3. Et quinquaginta rerum regemque patremque Manil. 2, 2. Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti Martial. 3, 40. *Ultima corripitur etiam* 12, 26 in Sexaginta. *Sed longa eadem* 7, 8.

110 QVINQVAGIES. Adu. [ *πεντήκοντάκις* ] Columel. 5, 2 Has duas fummas in se multiplicato, quinquagies centeni sunt quinquae millia. Plin. 7, 25 Idem signis collatis quinquagies dimicauit. Quinquagies bis centena, quindecim, etc. Id. 2, 108. Quinquagies centena millia Id. 2, 108.

115 QVINQVAGĒNVS, a, um. Adi. [ *πεντήκοντα* ] *Distribut. ex Quinquaginta.* Plin. 8, 36 Viuunt quinquagenis annis, quidam et centenis. Id. 15, 24 Iuba auctor est quinquagenum cubitorum altitudine in Arabia esse eas. Cic. Verr. 3, 69 In singulos H-S

120 quinquagenis millibus damnari manulis?

QVINQVAGESIES. Adu. Plaut. Men. 5, 9, 99 Vix credo tota auctione capiet quinquagesies centena millia HS. 250000 florenos imperii.

QVINQVAGENARIUS, a, um. Adi. [πεντηκονταδικός] Cato 13 Vnam quinquagenariam vnam, sextarium olearium vnum. Sic c. 10. Quinquagenaria cohors, Quae quinquaginta militibus constat, male tribuitur Curtio 5, 2, 3. est enim Quinquagenaria. Quinquagenarius grex, h. e. Quinquaginta capitum Varr. de R. R. 2, 10. Fistula Vitruv. 8, 7.

QVINQVAGESIMVS, a, um. Adi. Ordinis. [πεντηκός] ut, Plin. 7, 8 f. 6 Quinquagesimo vno raptus anno. Quinquagesimas exigere, ea forma, qua et Decumas exigere dicitur Cic. Verr. 3, 116 c. 49. Martial. 10, 24.

Natales mihi Martiae Calendae,  
Lux formosior omnibus Calendis,  
Qua mittunt mihi munus et puellae  
Quinquagesima liba, septimamque  
Vestris addimus hanc focus acerram.

Indicat se habere annos LVII.

QVINQVATRES, QVINQVATRIA, QVINQVATRIAE, 20  
QVINQVATRVS, tot enim formae huius nominis hodie exstant. [Πεντατριών] Sacrum Mineruae, in quo vehementer iactant se Grammatici. Ponemus primo auctoritates diuersarum formarum; deinde, quae de origine nominis ac de numero dierum tradita sunt. Igitur Quinquatres, Πεντατριών, inter Quirites et Sentes pluralia masculina ponit Sosp. Charif. 1 p. 20, 8. Sic et Priscian. 7 p. 773, 6 Hi Quinquatres, horum Quinquatrium. Rursus Id. 7 p. 744, 13 ad Saturnalia, Floralia, Compitalia, Terminalia, adiungit Quinquatria, quae formare iubet Quinquatrium et Quinquatriorum, Quinquatribus. At Diomedes 1 p. 315, 5 Inter masculina semper pluralia, inter Quirites et Sentes ponit Quinquatria. Sic a Putschio editum et ante ab Io. Caesario. Denique Charisius p. 61 extr. Quinquatrus pluraliter, non quinquatria. Non enim dictae sunt quinque dies atrus, sed quod quinque dies Iduum, quas atrum antiqui dicebant; siue a quinquando, id est lustrando, quod eo die arma ancilia lustrari solita. Sic Putschius. Sed Fabricius in Frobeniana editione 1551 sic dedit p. 77 Non enim dictae sunt quinque dies atri, sed quod quinquatrus antiqui dicebant a quinquando etc. Sic itaque ad rationem appellationis accessimus, de qua Gell. 2, 21 Triones, (i. in nomine Septentriones) per sese nihil significare aiunt, Sed vocabuli esse supplementum: sicut in eo, quod Quinquatrus dicimus, quod quinque ab idibus dierum numerus sit, atrus nihil significet. Audiamus etiam Festum, Quinquatrus appellari quidam putant a numero dierum, qui fere his celebrantur. (Intelligo, qui dies celebrantur quinquatribus, ut dicimus, diem celebrare religione: nec vtor emendatione, quam libro meo adscripsit Almeloueenius, quibus fere ii celebrantur. Sed pergit Festus) Qui scilicet errant, tam Hercule, quam qui triduo Saturnalia, et totidem diebus Compitalia: Nam omnibus his singulis diebus fiunt sacra. Forma autem vocabuli eius exemplo multorum populorum Italicorum enuntiata est, quod post diem quintum Iduum est is dies festus: ut apud Tusculanos Triatrus et Sexatrus, et Septenatrus, et Faliscos Decimatrus. Mineruae autem dicatum eum diem existimant, quod eo die aedis eius in Auentino consecrata est. Huc reseruauit locum Varronis, abruptum, et non bene interpunctum adhuc, cuius tamen intellectum Festus aperiat. Nempe de L. L. 5, 3 p. 46 extr. Quinquatrus: hic dies vnus a nominis errore obseruatur proinde ut (f. infer. si) sint quinque; dictus a Tusculanis: post diem sextum Eidus similiter vocatus Sexatrus, et post diem Septimum Septimatrus. Sic hic quod erat post diem quintum Eidus, Quinquatrus. Quod negant hi viri quinque dierum esse Quinquatria, illud pertinet, puto, ad primam originem, et proprietatem verbi; non negant, plures dies ut Saturnalibus, Compitalibus, ita Quinquatribus, procedente tempore adiunctos. Certe non videtur ignorare potuisse Ouidius, quot suo aeuo dies Quinquatrus vocarentur. Ille autem sic Fast. 3, 809 errans forte in nominis ratione, sed non in numero dierum.

Vna dies media est, et fiunt sacra Mineruae,  
Nominaque (forte leg. Nomina quae) a iunctis quinque diebus habent.

Sanguine prima vacat: nec fas concurrere ferro,

Causa, quod est illa nata Minerua die.

Altera, tresque super, strata celebrantur arena:

Ensisbus exsertis bellica laeta Dea est.

Hinc intelligitur, quid sibi velit Naso, cum suum et sui fratris natalem sic describit Trist. 4, 10, 13 Haec est armiferae festis de quinque Mineruae, Quae fieri pugna prima cruenta solet. In Calendario, quod Ouldii Fastis praeponi solet ad XI V Kal. Martii adscriptum, est, Quinquatria Palladis captae: Deinde ad X. Kalend. adscriptum Vltimus dies Quinquatruum. Quod dicitur Palladis Captae de eo vid. in Mineruae Epithetis. Caeterum illud adicimus, vltimo Quinquatruum die fuisse Tubilustrium, de quo f. l. Iam reliqua loca, ubi huius sacri mentio fit, indicabimus. Plaut. Mil. 3, 1, 98 Da, quod dem Quinquatribus Praecantatrici, coniectrici, hariole, atque aruspicae. Forte hoc genus muliercularum in Mineruae tutela esse videri volebat, ut Minerual postulare posset. Certe Medicos sic alloquitur Ouidius, de Quinquatribus agens l. c. Fast. 3, 827 Vos quoque Phoebae morbos qui pellitis arde, Munera de vestris pauca referte Deae. Subiungit Poeta, quod ad literarum magistros pertinet, Nec vos turba, feri, censu fraudata, Magistri, Spernite. Discipulos attrahit illa nouos. i. Vos feri et asperi magistri ludorum literariorum, qui censu saepe a pueris fraudamini, Minerual in nuce impendentibus, ne spernite festo suo Mineruam, sed stipem illi date publice etc. Apprime huc laudauit Heinsius Tertull. de Idolol. p. 451 Quis ludimagister, si non tabularia idolorum, Quinquatria tamen frequentabit? Ipsam primam noui discipuli stipem Mineruae et honori et nomini consecrat etc. Add. Horat. Epist. 2, 2, 196 Puer ut festis Quinquatribus olim Exiguo gratoque fruaris tempore raptim. Ferae nempe erant scholasticae, in quarum locum Gregoriana celebratio successisse videtur. Iuuenal. 10, 115

Eloquium aut famam Demosthenis aut Ciceronis

Incipit optare, et totis Quinquatribus optat,

Quisquis adhuc vno partam colit asse Mineruam,

Quem sequitur custos angustae vernula capsae.

Eleganter Cic. Fam. 12, 25 pr. Quinquatribus frequenti Senatu causam tuam egi, non inuita Minerua. Etenim eo ipso die Senatus decreuit, ut Minerua nostra, Custos vrbis, quam turbo deiecerat, restitueretur. Sueton. August. c. 72 Nos, mi Tiberi, Quinquatrus

fatis iucunde egimus. *Lustrum enim per omnes dies etc.* Et Nero. 34 Iucundissimis literis Baias euocauit (*Nero matrem*) ad sollemniam Quinquatruum simul celebranda. Et Domitian. c. 4 Celebrat et in Albano quotannis Quinquatria Mineruae. Cic. Attic. 9, 13 Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempestat. Liu. 26, 27 Nocte quae pridie Quinquatrus fuit. Cic. Fam. 2, 11 Ita tumultuosae conciones, ita molestae Quinquatrus afferebantur. Liu. 44, 20 Legati ex Macedonia Quinquatribus ultimis adeo expectati venerunt, *i. ultimo die Quinquatruum.* ¶ 2 Erant etiam

Quinquatrus minores, de quibus dedita opera et copiose Ouid. Fast. 6, 651 Et iam Quinquatrus iubeor narrare minores. Nunc ades o Coeptis, flaua Minerua meis. Breuiter Varro de L. L. 5, 3 p. 74, 24 Quinquatrus minusculae dictae Iuniae Eidus ab similitudine maiorum, quod tibicine tum feriat per urbem vagantur, et conueniunt ad aedem Mineruae. Repetit Festus in Minusculae Quinquatrus.

¶ 3 Legebatur olim apud Ouid. Am. 1, 8, 65 et hodie legitur, Nec te decipiant veteres Quinquatriae ceruae. Sed olim viderunt docti homines, legendum circa atria, quod vitium olim inter dictandum primo ortum, Quinquatria, facili deinde lapsu ad Quinquatria.

QVINQVE. [*πέντε*] Nomen numerale. Formae Cic. de Nat. Deor. 1 c. 8. Quinque tenent caelum zonae Virgil. Georg. 1, 3. Quinque ter implebat vlnas, *Quindecim* Ouid. Met. 8, 742. Quinque pedum vsucapio, *Prouerbiali velut ioco est* Cic. de Legib. 1, 55

Ex hac non rerum, sed verborum discordia controuersia nata est de finibus, in qua (quoniam vsucapionem, XII tabulae intra quinque pedes esse noluerunt) depasci veterem possessionem Academiae ab hoc acuto homine non sinemus, nec Manilia lege singuli, sed et his, tres arbitri fines regemus. Eum locum sic explicat Hotomanus: *Vt in controuersia vicinorum de finibus, termini requiruntur, quibus repertis, quinque quaque versus pedes desiniuntur, qui quamuis longo tempore ab alterutro possessi sint, finibus tamen dirimendis reseruantur: sic in controuersia de finibus honorum et malorum, quae philosophos exercet, termini Academiae disciplinae a Socrate positi, peruestigandi sunt, et Antiochi arrogantia illius gloriam depascentis regenda et coercenda est. Lex autem*

Mamilia unicuique adigi arbitrum volebat finibus agrorum regendis: sed quum tres tum essent, facete intulit, Nec Manilia lege singuli: sed ex his tres arbitri fines regemus. Aggenus Urbicus p. 53 Goef. De fine enim lex Mamilia quinque aut sex pedum latitudinem praescribit, quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat, vel circumactus aratri quod vsucapari non potest. add. l. 4 C. fin.

QVINQVEFOLIAE Herbae radix Scribon. 53. Rosae Plin. 21, 4.

QVINQVEFOLIUM, i. n. [*πεντάφυλλον*] Herba, a numero foliorum nomen habens. Plin. 25, 6 Foliis per interualla quinquefolii, aut cannabis, per ambitum incisis quinquepartito. Id. Quinquefolium nulli ignotum est, quum etiam fraga gignendo commendetur. Graeci vocant pentapetes, siue chamaezelon, siue pentaphyllon. Quum effoditur, rubram habet radicem. Haec inarescens nigrescit, et angulosa fit. Nomen a numero foliorum habet: et ipsa herba incipit et desinit cum vite. add. Id. c. 13. Marc. Empir. c. 12.

QVINQVELIBRALIS, e. Adi. [*πενταλιτραίος*] Pondo quinque librarum. Columel. 3, 15 Dispositis lapidibus paucis, qui singuli non excedant quinquelibrale pondus.

QVINQVELIBRIS patera Vopisc. in Probo c. 5.

QVINQVEMESTRIS, e. Adi. [*πενταμηνιαίος*] Quinque menses natum. Varro de R. R. 2, 7 Quinquemestribus pullis factis, quum redacti sunt in stabulum, obiciendum, etc. Plin. 8, 48 extr. Castrari agnos nisi quinquemestres, praematurum existimant.

QVINQVENNIS, e. Adi. [*πενταετής*] Quinque annos natus. Plaut. Poen. prol. 85 Duae fuere filiae, altera quinquennis, altera autem quadrimula. Columel. 7, 6 Caper quinquennis parum idoneus. Ouid. ex Ponto 4, 6, 5 In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est. Quinquennes oleas est, et siluestria corna Horat. Serm. 2, 57. in descriptione auari s. sordidi. Vinum quinquenne Horat. Serm. 2, 8, 47.

QVINQVENNALIS, e. Adi. [*πενταετηρικός*] Quod fit singulis quinque annis. Cic. de Orat. 3, 125 c. 32 Ex quibus Eleus Hippas, quum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum gloriatus est, etc. Quinquennales Agones Plin. Epist. 10, 79, 2. Quinquennali Exilio multari Quintil. 7, 4 extr. Quinquennales Ludi Plin. 4, 5. Flor. 2, 7, 14. Quinquennalis Magistratus, Qui quinque annis continuis geritur Liu. 4, 24. Quinquennales Duumviri, vel Quinquennales simpliciter, in monumentis dicuntur

Censores Coloniarum. De numis vid. Spanhem. Dissert. 10 p. 102 seq. De inscriptionibus Index Gruterianus quintus. Apulei. Met. 11 extr. de Osiride, In collegium me Pastophororum suorum, immo inter ipsos decurionum quinquennales elegit. Tempus quinquennale Varro de L. L. 5. Quinquennalia, Ludi, qui quinto quoque anno fiebant. Liu. 31, 9 Vouit in eadem verba COS. praeeunte Max. Pontifice: quibus ante quinquennalia vota suscipi solita erant: praeterquam quod tanta pecunia quantam tum, quum solueretur, Senatus censuisset. Quinquennalia Augustus iam edidit Ammian. 21, 1. NERONIS

QVINQVENNALIB. Inscript. Gruter. p. 116, 3. conf. Sueton. Ner. c. 12.

QVINQVENNIUM, i. n. [*πενταετία*] Spatium quinque annorum. Cic. de Legib. 3, 7 c. 3 Bini sunt, magistratum quinquennium habento. de Censoribus. Quinquennium prorogabamus Cic. Attic. 7, 6 sc. Caesari. Quoniam ipsi quinquennium elusi essent Liu. 3, 30. Is tria cum primum fecit quinquennia Ouid. Met. 4, 292. Duo quinquennia, Decem anni Id. ibid. 12, 584.

QVINQVEPARTITVS, a, um. Adi. [*πενταμερής*] Quod in quinque partes diuisum est. Cic. de Inuent. 1, 59 c. 34 Quinquepartitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem. Legitur etiam

Quinquepertitam. Habet vita pecoris sensum quinquepertitum, sed intellectum habet nullum Augustin. de Trin. 15, 5.

QVINQVEPARTITO. Adu. [*πενταμερής*] Plin. 25, 6 Foliis per interualla quinquefolii, aut cannabis, per ambitum incisis quinquepartito, nigris et ipsis, plumosisque.

QVINQVEPEDALIS, e. Adi. Terminus egregius dicitur quinquepedalis Hygin. de Limit. p. 212.

QVINQVEPLEX, icis. [*πεντάπλευς*] Gloss. Vet. QVINCVPLEX. QVINQVEPLVM, [*πεντάπλευς*] Gloss.

QVINQVEPRIMI, qui Graece *πεντάπρωτοι*, unde l. 2 C. de privilegiis eorum, qui in sacro palatio militant, dicitur Pentaprotia. Cic.

Cic. Verr. 3, 68 c. 28 Magistratus et Quinqueprimi accitu istius euocantur.

QVINQVERĒMIS, is. f. [πεντήρης] *Navis quinque remorum ordines habens.* Liu. 41, 9 DC equites et decem quinqueres naves, si deducere ex naualibus vellet. Cic. Verr. 4, 103 c. 46 Certos homines in quinquere mihi misisse, qui eos dentes reportarent. add. Caes. B. C. 3, 100 et 101.

QVINQVERTIVM, i. n. [πένταθλον] *Exercitium, quod quinque artes, quinque certamina complectitur, videlicet luctam, pugilatum, cursum, discum, saltum ex versiculo Simonidis ἄλμα, ποδάκειν, δίσκος, ἴκοντα, πάλην.* Festus: Quinquertium vocabant antiqui, quem Graeci πένταθλον, ut indicat versus hic, Omnis aequalis vincebat quinquertio. Liuus quoque ipsos athletas sic nominat. QVINQVERTIONES (an QVINQVERTIOS?) praeco in medium vocat, vid. Budaeus in l. Athletas. de his, qui notantur infamia.

QVINQVESSIS, is. m. *Numus apud Romanos.* Antonius Augustinus ad Festum; Quinquessis quinquarius, sive Victoriatus dictus est, quod initio quinque assibus aestimaretur, postea octo valuit, eiusque nota erat Victoria. vid. Plin. 33, 3. add. Apulei. Epit. ap. Prisc. 6 p. 708.

QVINQVEVIR, viri. m. [ἕς τῶν πέντε] *dicitur ut Triumvir.* Quinquetri diuidendo agro Liu. 6, 12. — Mensarii Id. 7, 21. — Minuendis publicis sumptibus Plin. Epist. 2, 1, 9 vid. Cellar. ad h. l. — Muris turribusque reficiendis Liu. 25, 7. — cis

Tiberim et ultra l. 2 §. 31 D. de Orig. Iur. Cic. Acad. 4, 136 c. 44 Nescio an ne Quinquetrium quidem quemquam, nisi sapientem. Id. de Lege Agrar. 2, 17 Toties legibus Agrariis curatores constituti sunt Triumviri, Quinquetri, Decemviri. Scriba

ex Quinquetro coruum deludet hiantem Hor. Serm. 2, 5, 59. QVINQVEVIRĀTVS, ūs. m. [ἀρχὴ τῶν πέντε, πενταρχία] *Officium vel magistratus Quinquetrorum.* Cic. Attic. 9, 2 Repudiari se totum magis etiam quam olim in Quinquetratu putabit. Hodie legitur, ex historia, XX viratu. Id. de Prouinc. Consul. 41 c. 17 Me ille ut Quinquetratum acciperem, rogauit. Hic etiam Vigintiviratum viri docti malint.

QVINQVIES. Adu. [πεντάκις] *Quinque vicibus.* Cic. Verr. 5, 188 Reperietis quinquies tanto, Iudices, amplius istum, quam quantum ei in cellam sumere licitum sit, ciuitatibus imperasse. Id. Philipp. 1, 11 c. 5. At hic me defendente quinquies absolutus est. add. Gell. 10, 1 extr. Quinquies millies Plin. 2, 23. Dotis

quinquies ducena Martial. 12, 76. QVINQVIPLĪCO, āre. *Vt, Quinquuplicare magistratus, apud Tacit. Annal. 2, 36, 5 pro In annum quintum prorogare.*

QVINQVO, āre. i. *purgare, lustrare, qs. coinquo.* Quinquatrus, a quinquando, i. lustrando, quod eo die arma Ancilia lustrari sunt solita Sosp. Charif. p. 62. conf. tamen Gronou. ad Liu. 25, 7. et nos in COINQVIO.

QVINI, ac, a. [πέντε] *Distributium vel ordinale.* Cic. Verr. 3, 114 In medimna singula video ex literis publicis tibi Halesinos H-S quinos denos dedisse. Plaut. Pseud. 1, 3, III Quater quinis minis. Quina millia peditum Liu. 8, 8. Quini deni. Curt. 8, 9, 35 Menses in quinos denos descripserunt dies. de sapientibus Indorum. Quina dena sestertium Suet. Claud. c. 10. Quini viceni numi Liu. 22, 54. Lex quina vicenaria Plaut. Pseud. 1, 3, 169. Quinas hic capiti mercedes exfecat Horat. Serm. 1, 2, 14. Quini versus Nepos 25, 18, 6. Graeci stipati quini in lectulis Cic. in Pison. 67 c. 27.

QVINIO, ōnis. m. *Vt vnio, quaternio.* Quinio voluminum Tertull. de Anima c. 46. Pentateuchus. Quinionem enixa filiorum Id. ibid. c. 6 extr.

QVINTADECIMANI, *pro militibus decimae quintae legionis* Tacit. Annal. 1, 23, 6. QVINTANVS, *vid. QVINTVS.*

QVINTILIANI, *melius forte QVINCTILIANI dicti sunt iuvenes, qui per ludum et lasciuiam currentes Lupercalia celebrabant, vid. FABIA gens n. 2* Festus, Fabiani et Quinctiliani vocabantur luperci, a Fabio et Quinctilio Praepositis suis.

QVINCTILIĀNVS, i. m. [Κοϊντιλιανός] *Cognomen Fabiorum. Nobilissimus M. Fabius Quinctilianus, Rhetor, de quo Martial. 2, 90 Quinctiliane vagae moderator summe iuuentae, Gloria Romanae Quinctiliane togae. Plinius quoque eius discipulus Epist. 2, 14 Ita certe ex Quinctiliano praepositore meo audisse memini. Id. Epist. 6, 3 testatur se quinquaginta milia nummum dedisse dono nupturae Quinctiliani filiae.*

QVINTILIS, s. QVINCTILIS, is. m. [μεταγεννιών] *mensis video dictus, quod quintus in ordine esset: sed postea in honorem Iulii Caesaris Dictatoris, M. Antonio M. filio Consule legem ferente, Iulius appellatus est, quod hoc mense a. d. IV Idus Quinctiles Iulius procreatus sit, ut docet Macrob. Sat. 1, 12. Cic. Attic. 14, 7 Volo mense Quinctili in Graeciam.*

QVINTILIVS, s. QVINCTILIVS *gentis nomen, e qua v. g. Quintilius ille Varus, cum tribus legionibus in Germania caesus: item alius Cremonensis fuit, Virgilii et Horatii familiaris, cuius Horatius Carm. 1, 24 mortem deplorat.*

QVINTIPOR, *seruile nomen frequens apud antiquos erat a praenomine domini ductum, ut Marcipor, Gaipor, quamuis sint, qui a numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent. Festus.*

QVINTVS, vel QVINCTVS, a, um. Adiect. [πέμπτος] *a Quinque.* Liu. 31, 7 Non quinto inde mense, quemadmodum ab Sagunto Annibal, sed quinto inde die quam ab Corintho soluerit naves, in Italiam perueniet. Quintae Calendae, et Quinto Calendas, pro eodem apud Iureconsultos vsurpatum ubique comperimus? Et quidni? nam qui dies Nonae aut Idus non sunt, in mense, Calendas sunt, illisque diebus calari populus solebat. Fenestella nescio quis, nescio ubi.

¶ 2 *Quintus Praenomen, ut modo dictum in QVINTIPOR. Ortum videtur ab ordine nascendi, ut Tertia, Sextus, Nonius, Decimus: sed non est seruatum; cum sint exempla ubi primo, secundo vel tertio loco nati Quinti tamen vocabantur.*

QVINTVSDECIMVS dies, [πενταδεκάτη ἡμέρα] Plin. 9, 51. Gell. 1, 16 QVINTADECIMAE LEGIONIS, *compositi nominis priori parte indeclinabili est Gruter. Inscript. p. 544, 4 et 5. Sic Tacit. Histor. 4, 36, 2 Aduentu Quintanorum Quintadecimanorumque, etc.*

QVINTVM. Adu. *ut, Quintum Consul, tempus designat, et quater ante factum.* Liu. 27, 6 Declarati Consules Qu. Fabius 105

Maximus quintum, Qu. Flavius Flaccus IIII. Id. 6, 42 Vt M. Furius Dictator quintum disceretur. *conf. Vellei. 1, 14, 6.*

QVINTO. Adu. *ut quarto, tertio, etc. vid. Gell. 10, 1.*

QVINTANVS, a, um. Adi. [*πενταίος*] *Distributum.*

5 Plin. 17, 22 pr. Semper vero quintanis semitari, hoc est vt quinto quoque palo lingulae iugo paginae includantur. *De limitatione vinearum loquitur. Semitae fiunt in vinea, quae quinos palos, quina Capita vitium distinguunt.* Quintana appellabatur porta in castris post praetorium, vbi rerum utensilium forum fuit. Festus Paulli. *Sed*

10 vox Porta a Paulo est. *Fuit Quintana via, ad quintas cohortes, ut docet forma castrorum Lipsiana. Caeterum ex reliqua definitione intelligitur, quid sibi velit* Sueton. Neron. 26 Tabernulas etiam effringere et expilare (*assueuerat Nero*) quintana domi constituta, vbi paratae et ad licitationem diuendendae praedae pretium assumeretur.

15 Liu. 41, 2 Praetorio deiecto — direptis, quae ibi fuerunt, ad quaestorium forum quintanamque hostes peruenerunt etc. Forum pro glossa Quintanae habet Dukerus, qui videndus est. A Quintana castrorum etiam appellatio in vrbes traducta videtur

20 Isidor. 15, 2 Quintana pars plateae quinta est, qua carpentum progredi potest. *Illud de parte quinta plateae nihili videtur; sed recta definitio reliqua.* Quintani, *Quintae cohortis, aut legionis milites.* Tacit. Histor. 4, 36, 2 Aduentu quintanorum, quintadecimanorumque auctae legionis.

QVINTARIVS, a, um. Adi. Numerus quintarius Vitruu. 3, 1. *conf. Bald. Lexic.* Terminus Script. Rei Agrar. p. 262.

25 Quintarium limitem ita declarat Hyginus p. 158 *Goef.* Porro inter quintum et quintarium interest aliquid. Quintus est, qui quinto loco numeratur: quintarius, qui quinque centurias cludit. Hunc volunt esse quintum, (*qui quintum et quintarium pro eodem habent*) qui est sextus. Nam et legumlatoribus, quemadmodum perlatum

30 est, sic cauerunt, vt a Decumano maximo quintus quisque spatio itineris ampliaretur. Erat sane interpretatio legis huius ambigua nisi eorum formae sextum quemque limitem latiore habent, significatione qua et minores. Tractemus nunc diligentius quid dixerint a Decumano maximo quintum quemque latiore (decumano.) Quum

35 decumanus erat positus, positi sunt deinde quinque limites, quorum nouissimus factus est latior: his quum decumanus accessit, sex fiunt. eandem obseruationem in reliqua limitum parte esse voluerunt, vt quemadmodum a D.M. quinque limites ducebantur, quorum esset summus latior, sic et ab eo quintario, quum spatium definitum

40 erat, quinque adiectis limitibus, summo, latitudinem suam feruari placuit.

QVINTVPLEX, icis. o. Salarium quintuplex fecimus Vopisc. in Probo c. 7. *Salmas. in MS. receperit quincuplex. Dausqu. in Orthograph. etiam probat quincuplex, reiecto illo quintuplex.*

45 QVINTIA, s. QVINCTIA gens v. v.

QVIPPE. [*ῥῆς, ἔρε*] Aduerb. quo rationem eius quod praecessit, reddimus. Terent. Heaut. 2, 4, 9 Nam expedit bonas esse vobis: nos quibuscunque est res, non sinunt: quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt. Cic. de Finib. 1, 21 Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriaque perfecto. Dixisti: quippe iam fixum et statutum est Id. pro Muraen. 62 c. 30. Sic

50 Graeu. al. quippiam. Mouet me quippe lumen curiae Id. pro Milon. 34 c. 13. Quippe, pro Certe. Id. pro Caecin. 55 c. 19 Recte igitur diceres te restituisse? quippe. Quid enim facilius est

55 quam probari iis, qui Latine sciunt? etc. *conf. Id. de Finib. 5 c. 28.* Cic. Offic. 2, 34 Harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet: quippe quum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis. Lucret. 2, 791 Quippe etenim multo procliuius exorientur candida de pullo, etc. Quippe etiam festis quaedam exercere diebus Vir-

60 gil. Georg. 1, 268. Columel. 11, 3, 55 de cappari, Quippe quae res etiam in desertis agris citra rustici operam conualescit. Plaut. Amphit. 2, 2, 113 An et id tu fcis? AL. quippe quae ex te audiui, vt urbem maximam expugnauisses. Cic. pro Rosc. Amer. 52 c. 18 Conuiuia cum patre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem nisi perraro veniret. add. Nepos 10, 2, 3. Cic. Fam. 1, 9 Vbi de mea sententia questus est Caesar: quippe qui etiam Rauennae Cras-

65 sum ante vidisset. Terent. Heaut. 3, 2, 17 Ego vero laudo. s. recte sane. C. quippe quia magnarum saepe id remedium aegritudinum est. Plin. 26, 10 Insanabilis non est credendus: quippe quoniam et sponte desinit, et in pluribus cura. de podagro. Vir-

70 gil. Georg. 1, 507 Quippe vbi fas versus atque nefas tot bella per orbem, Tam multae scelerum facies. Lucret. 3, 431 Quippe vbi imaginibus sumi nebulaeque mouentur. Ironiae et acerbitati seruit Cic. pro Muraen. 74 c. 35 Ergo ad coenam petitionis causa si quis vocat, condemnetur. Quippe, inquit, tu mihi summum imperium, summam auctoritatem, tu gubernacula Reipubl. petas fouendis hominum sensibus, et deliniendis animis, et adhibendis voluptatibus. Quippe, indignantis, cum amara quadam ironia est etiam Virgil. Aen. 1, 43 Quippe vector fatis.

80 QVIPPINI. [*ῥί γάρ*] Cur non, antique vt Quidni? Plaut. Men. 5, 5, 45 Ad me face vt efferatur. s. itan' censes? MED. quippini? add. Id. Aulul. 1, 2, 3. Mensam apponebat ei properc, quamuis inuita, mulier: quippini? destinatae alii Apulei. Met. 9 p. 229.

85 QVIPS pro Quis scripssisse veteres, vult cum Laurenbergio Popma de Vsu ant. locut. 1, 4 p. 17. itemque 1, 10 p. 40. Sed fundum eius rei alium nondum inueni, praeterquam quod Marcilius legibus XII tabularum eam scriptionem assignat. At Gronou. ad Gell. 20, 1 vbi inter alia sunt verba, AVT QVIS ENDO EM IVRE VINDICIT, ubique Marcilius suum QVIPS venditat. negat, se uspiam reperire, unde illud fluxerit.

QVIRIANVS, a, um. Plin. 15, 14 Cato adiicit, Quiriana poma, et quae tradit in doliis condi, Scantiana. vid. QVIRINIANVS.

QVIRINA Tribus, vid. TRIBVS.

95 QVIRINVS, i. m. [*Κυρίνος*] (inquit Seruius) Romulus dictus est, vel quod hasta utebatur, quae Sabinorum lingua Curis dicitur: hasta enim, id est curis, telum est cum longiore ferro: vnde et securis, quasi semicuris. Vel quod Graece *κοίρανος* rex dicitur: Constat autem Graecos fuisse Romanos. Vel certe propter generis nobilitatem. Mars enim quum saeuit, Gradius dicitur: quum tranquillus, Quirinus. Denique in Vrbe duo eius templa sunt: vnum Quirini intra urbem, quasi custodis et tranquillii: aliud in Appia via, extra urbem, prope portam, quasi bellatoris, vel Gradiui. Haec Seruius enarrans illud Virgil. Aen. 1, 296 Cava fides, et Vesta, Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt, etc. Quirinum tamen non ipsum Martem,

90

95

00

05

100

105

110



*Martem, sed Martis aurigam facte* Claudian. Stific. 2, 350. *Verba damus in MARS.* Triumphus enim ibi eius describitur. *Vid. etiam Varronis locus, quem damus ex Pomponio Sabino in FIDIVS.* *Vid. etiam Pontedera Epist. 30 p. 281.* Breuiter sententias complectitur Ouid. *Fast. 2, 475*

Proxima lux vacua est; at tertia dicta Quirino.

Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.

Sive quod hasta Curis prisca est dicta Sabinis,  
(Bellicus a telo venit in astra Deus)

Sive suum regi nomen posuere Quirites:

Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

Genitor vrbs Quirinus Ouid. *Met. 15, 862.* Victor Virg. *Georg. 3, 27.* Armifer Sil. 16, 76. Iliacus Idem 13, 266. Magnus Ouid. *Fast. 4, 808.* Martigena Quirinus Idem *ibid. 1, 199.*

Trabeatus Ouid. *Met. 14, 828.* Collis Quirini Idem *Fast. 4, 375.*

QVIRINALIS, e. Adi. [*Κυρινάλιος*] Quirinalis collis dictus est Romae, quod in eo Quirini templum erat: siue quod in eum commigrauerint Sabini a Curibus venientes. Quirinalis porta etiam Romae dicta, quod ea in collem Quirinalem iretur: vel quod proxime eam esset Quirini sacellum. Haec fere Festus, v. v. *Addimus fragmentum*

Catonis ab Annio Viterb. seruatum an fictum, quod retulit etiam Popma p. 148 Quirinalis a Iunone Sabinorum dea, quam illi Curitim, id est hastatam Iunonem vocant. Etenim hastam Curim et Curinam profertur: quia his simul et Hetruscis non est litera Q sicut Romanis. Inde Quirites. Iugum Quirinale Ouid. *Fast. 6, 218.* Lituus Quirinalis, Qualem Quirinus habuit Virg. *Aen. 7, 187.* Porta Quirinalis, siue quod ea in collem Quirinalem itur, siue quod proxime eam est Quirini sacellum. Festus Paulli. *Add. Supplementa Festi.* Trabea Quirinalis, *vid. TRABEA.*

QVIRINALIA, um. n. Pl. [*Κυρινάλια*] Cic. *Quint. Frat. 2, 13* Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius etc. *Ibidem Epist. 3.* Quirinalia, Dies pro Quirino fiebant sacra mense Februario. Idem Stultorum feriae appellantur, quod quidam suorum fornacalium sacrorum ignari, eo potissimum die rem diuinam faciunt. Festus. *Sic Ouid. Fast. 2, 513* Lux quoque cur eadem stultorum Festa vocetur, Accipe; parua quidem causa, sed apta subest etc.

QVIRINIĀNVS, a, um. Adi. Cato de R. R. 7 Poma Quiriniana. *legitur et Quiriana.* QVIRITES, um. m. Pl. Romani dicuntur a Quirino, id est Romulo, vrbs Romae conditore: vel a Curibus, Sabinorum vrbe. Auctor Seruius enarrans illud Virg. *Aen. 7, 710* Postquam in partem data Roma Sabinis, Vna ingens Amiterna cohors, priscaque Quirites. Quirites a Curibus appellari *Liu. 1, 13.* Plebis modo eam appellationem esse, disputat Consul Appius apud *Liu. 2, 56,* negat ius esse tribuno in quemquam, nisi in plebem. Non enim populi, sed plebis eum magistratum esse; nec illum (Tribunum) ipsum (Consulem) submouere pro imperio posse, more maiorum: quia ita dicatur, Si vobis videtur, discedite, Quirites. Nisi tamen ex formula, Si vobis videtur, argutatus potius quam argumentatus est Appius. *Suaui antonomasia* Virg. *Georg. 4, 201 de apibus,* Ipsae regem paruosque Quirites Sufficiunt. Cic. *pro Caecin. 96* Qui enim potest iure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non est? Bellicoli *Hor. Carm. 3, 3, 57.* Mobilis turba Quiritium *Id. ibid. 1, 1, 7.* Quirites interdum ignominiae causa Imperator vocabat milites, nimirum quum ob graue aliquod delictum integram legionem exauctoraret: ut est apud Lampridium in Alexandro c. 53 et sq. ubi ille cum militibus tumultuantibus ita agit: Continete igitur vocem truculentam campo ac bellis necessariam, ne vos hodie omnes vno ore atque vna voce, Quirites, dimittam: et incertum, an Quirites. Non enim digni estis, qui vel Romanae plebis sitis, si ius Romanum non agnoscitis. Et quum vehementius fremerent, ac ferro quoque minarentur, Deponite, inquit, dextras, contra hostem erigendas, si fortes estis: me enim ista non terrent. Si enim vnum hominem occideritis, non nobis deerit Respublica, non Senatus, non Pop. Romanus, qui de vobis vindicet. Quum nihilominus post illa fremerent, exclamauit, Quirites discedite, atque arma deponite! Mirando exemplo depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, non ad castra, sed ad diuersoria varia discesserunt. Haec ille. Simile illud est Caesaris ap. *Suet. c. 70* Decumanos Romae cum ingentibus minis — missionem et praemia flagitantes — vna voce, qua Quirites eos pro Militibus appellarat, tam facile circumegit et flexit, ut ei, milites esse, confestim responderint etc. *De simili re* *Lucan. 5, 357* Iam certe mihi bella geram: discedite castris: Tradite nostra viris ignaui signa Quirites. Porro Quirites! libertatem perdimus *Laber. ap. Macrobi. Sat. 2, 7. conf. Priapei. Carm. 25. Petron. c. 21. Turneb. Adu. 13, 32.* Addamus locum Festi, ut a viris doctis repraesentatur: Quirites dicti Sabini a Curi dea, cui aqua et vino sacra facere soliti erant: quos tamen quid in (f. quidam a) Curiis dictos volunt, in quibus ab his ei sacra fiant; cui opinioni Verrius aduersatur. Ab eiusdem autem deae nomine videntur item Cures Sabinae hastae appellatae, quibus ea gens armis erat potens. Nunc et Sabini et Romani Populi singulare vsurpatur nomen, ut indicio est praeco, qui in funeris indictionis ita pronuciare solet, ILLVS QVIRIS LETO DATVS. Quirites autem dicti post foedus a Romulo et Tatius percussum, communionem et societatem populi factam indicant. *De Formula praeconii ita* *Varro L. L. 6, 3 p. 73, 16* Alterum apparet in funeribus indictionis, quom dicitur, OLLVS LETO DATVS EST. Singularis numeri exemplum tamen est Ouid. *Am. 3, 14, 9* Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti. Horat. *Od. 2, 7, 3* Quis te redonauit Quiritem Dis patriis? simul respicit ad fructam militiam, qua soluti Quirites vocantur. Male igitur Meruillius mutauit in Quiritum. *Id. Epist. 1, 6, 7* Plantus et amici dona Quiritis. Ouid. *Am. 1, 7, 29* An si pullassem minimum de plebe Quiritem. *Perf. Sat. 5, 75* Heu steriles veri quibus vna Quiritem Vertigo facit. Quiritium vidimus ex *Hor. Od. 1, 1, 7.* Sic *Od. 4, 14, 1* Quae cura patrum quaeue Quiritium. Quiritium nondum inueni apud Poetam: apud *Liuium pro*

librariorum errore habet merito *Drakenb. 2, 23 et alias.* Quiritium fossae dicuntur, quibus Ancus Martius circumdedit urbem, quam secundum Ostium Tiberis posuit: ex quo etiam Ostiam. Et quia populi opera eas fossas fecerat, appellauit Quiritium. Festus. Quiritium ius, a ciuitate Rom. non diuersum, ostendit *F. C. Conradus dissertatione Helmst. ad. 1742.* Sen. *Nat. Qu. 3 praef.* Haec res efficit, non ut ex iure Quiritium sit liber, sed ex iure naturae. *vid. Fragm. Vlpian. Tit. 3.* Iustin. *Instit. de iure nat. §. 2* Ius, quo Romanus Populus vtitur, ius ciuile Romanorum appellamus: vel ius Quiritium, quo Quirites vtuntur. Romani enim a Romulo, Quirites a Quirino appel-

lantur etc. Cic. Verr. 2, 32 c. 12 Si iudicium sit eius modi, L. Octavius iudex esto: si paret, fundum Capenatem, quo de agitur, ex iure Quiritium P. Seruilius esse, etc.

5 QVIRITIA Iuno, quae eadem Mensalis ab Alexandro ab Alex. commemorata Gen. Dier. 1, 17 nondum habet auctorem alium. vid. QVIRINALIS.

QVIRITO, āre. [χερλιόζω, διαμαρτύρομαι] et

10 QVIRITOR, āri. Clamare, Romanos commouere, et Quiritium auxilium inuocare. Varr. de L. L. 5, 7 Quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat. Et paullo post: Vt Quiritare vrbānorum, sic Iubilare rusticorum. Nonius 1, 78 Quiritare, est clamare: tractum

ab iis, qui Quirites inuocant. Lucil. Satir. 12 Concurfus veluti aurarius, clareque quiritans. Liu. 39, 8 Occulebat vim, quod prae vlulatibus, tympanorumque et cymbalorum strepitu nulla vox quir-

15 tantium inter supra et caedes exaudiri poterat. Repetitur c. 10. add. Id. 2, 23. et 3, 41. Cic. Fam. 10, 32 Quum quidem pransus nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis inambularet, et illi misero quiritanti, Cuius Romanus natus sum: responderet, Abi nunc, fidem populi implora. Add. Plin. Paneg. 29, 3. Apul. Met. 5 p. 171.

20 et 8 p. 203. Quiritans, επιβουόμενος Vet. Gloss. ¶ 2 Quiritare, Exclamare generatim. Quinctil. 3, 8, 59 Cum proposita consultatione rogatus sententiam, si modo est sanus, non quiritet, sed quam maxime potest, ciuili et humano ingressu mereri assensum deliberantis velit. Plin. 9, 17 Quae reputatio aufert transuersum animum ad

25 contemplationem eorum, qui in conuestione luxus coquos emi singulos pluris, quam equos quiritabant. vid. Curito sub CVRA. Tac. Ann. 16, 34, 3 Flentes quiritantesque qui aderant. Ne quidquam quiritantibus sociis Plin. Pan. 29.

30 QVIRITATIO, ōnis. f. Liu. 33, 28 Fuga comitum et quiritatio facta, et tumultus tota vrbe discurrentium factus cum luminibus.

QVIRITĀTVS, ūs. m. Val. Max. 9, 2, 1 Lamentabiles quiritatus legionum, quas Sulla obruncari iussit. Plin. Epist. 6, 20, 14 Audires vlulatus feminarum, infantium quiritatus, clamores virorum.

35 QVIRITARIVS, i. m. Cui iure Quiritium dominium competit. Vox apud ICios: sed, puro, recentiores tantum.

40 QVIRQVIR, pro Quisquis, archaice dictum in veteri carmine templi auguralis capiendi apud Varron. de L. L. 6, 2 quod damus infra voce TEMPLVM. Sic certe edidit ex libris Scioppius. R et S sexcenties confundi apud antiquos, satis aliunde quoque constat.

QVIRRĪTO, āre. Vocem edere verres. Auctor Philomelae, v. 55 Quirritat verres, pardus rudit, oncat a fellus. al. Quirritat.

45 QVIS, quae vel qua, quod vel quid; cuius, cui. [τίς, ποίος] Interrogatiue aut infinite ponitur, nunquam relatiue. Ter. Andr. 5, 3, 1 Quis me vult? perii, pater est. Quis me est fortunatior Idem

Hec. 5, 4, 8. Virg. Ecl. 10, 28 Et quis erit modus, inquit? amor non talia curat. Quis clarior in Graecia Themistocle? quis potentior? qui quum, etc. Cic. de Amicit. 42 c. 12. Obseru. Quis

50 etiam feminino genere, pro Quae. Plaut. Mil. 4, 1, 22 Quis ea est? Epid. 5, 1, 14. Sed quis est haec muliercula. Et 5, 2, 37 Sed quis ea est mulier? Id. Poen. Prolog. 17 Scortum exoletum ne quis in proscenio Sedeat. Sed hic quidem Synesis potest esse ad Scortum masculinum. Caeterum Quisquam etiam de feminis dici, mox obseruamus.

55 Sallust. in Iugurth. 4, 7 At contra, quis est omnium his moribus, quin diuitiis et sumptibus etc. Sic dixit, ut Quisquam omnium v. u. Quis, de duobus. Liu. 39, 53 de Perseo et Demetrio Philippi filiiis, Et Philippus ipse vix sui arbitrii fore, quem heredem regni relinqueret, credens, sibi quoque grauiorem esse, quam vellet, minorem filium censebat. Sed potest illud quem indignationis augendae causa patere latius. Alio-

60 qui, cum de duobus sermo est, vter potius adhibetur, ut Quinctil. 7, 5, 34 Vtri meliores viri? Vtri magis credibilia dixerint? Vtri gratia magis valuerint. Quis, pro Qualis. Ter. Andr. 4, 2, 19 Quis videor? c. miser aequae atque ego. Quae solet quos spernere Ter. Heaut. 2, 2, 122. Sic Cic. Fam. 2, 7 Cui scribam video. Quis

65 ego sum, aut quae in me est facultas? Idem de Amicit. 17. ¶ 2 Obseruatt. Antecedens Pronomen, ad quod refertur quis, interdum omit-

titur, ut, Quemne ego heri vidi, ad vos adferri vesperi? Ter. Andr. 4, 5, 29. q. d. illum mihi puerum narros, quem etc. An patris auxilium sperem? quemne ipsa reliqui, Respersum iuuenem fraterna caede

70 secuta Catull. de nupt. Pelei v. 179. add. ib. v. 182. Plaut. Mil. 1, 1, 13 Quemne ego seruauī in campis Gurgustoniis. Quamne hodie per vrbe[m] vterque sumus defessi quaerere? Plaut. Epid. 5, 2, 52. Infinitiuus etiam post Interrogatiuum ponitur, in oratione indirecta. Liu. 3,

39 extr. Cuius illi partis essent? rogitare. Populares? Quid enim eos per populum egisse? Id. 7, 39 Quem autem ab Roma posse exciri? quem patrum aut plebis esse, qui etc. Quis, pro Quibus, in D-

75 tino vel Ablatiuo: ex ea forma unde sunt quam, qua, quas, quo, quos. Hor. Serm. 1, 1, 75 Quis humana sibi doluit natura negatis. Plin. 22, 1 Mille praeterea sunt vsus earum, sine quibus vita degi non possit.

80 de Arboribus. Plaut. Capt. 5, 4, 6 Aut anates, aut coturnices dantur, queiscum ludent. Columel. 1, 1 Athenae vero scriptorum frequentiam pepererunt, e quibus probatissimi auctores Chereas, Aristandros etc. Gell. 3, 11 Alii Homerum quam Hesiodum natu maiorem fuisse scripserunt, in quibus Philochorus et Xenophanes: alii mino-

85 rem, in quibus L. Accius Poeta. Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Cic. Catil. 1, 1. i. Quousque. Plaut. Aul. 4, 2, 3 Quis me Athenis nunc magis quisquam est homo, cui dii sint propitii?

90 QVISNAM, quaenam, quidnam. [τίς δῆποτε] Interrogatiuum est. Ter. Andr. 5, 6, 1 Quisnam homo est? P. ego sum. D. o Pamphile. Cic. Verr. 6, 80 Quisnam igitur per deos immortales tuebitur P. Scipionis memoriam mortui: quis monumenta atque indicia virtutis, si tu ea relinquis ac deseris? Quisnam igitur liber? Hor. Sat. 2, 7, 83-

95 Quisnam igitur sanus? Idem Serm. 2, 3, 158. Infinitum aliquando. Plin. 11, 37 Delphini quonam modo audiant, mirum. Gell. 9, 2 Tum Herodes interrogat quisnam esset. ¶ 2 Pro Quisnam etiam ponitur Quinam. v. g. Quinam te, qui casus, ait, dux maxime, fessae Eripuit patriae Sil. 13, 450. vid. Drakenb. ad Sil. 9, 651.

QVISPIAM, quaequam, quidquam vel quippiam, et quodpiam; cuiuspiam, cuipiam. [ἕνως] Aliquis. Cic. Off. 1, 32 Vt si constitueris te cuipiam aduocatum in rem praesentem, esse venturum. Propter aliam quampiam rem Id. de Fin. 5 c. 11. Cic. de Nat. Deor. 3, 80 c. 35 Nec si vredo aut grando quidpiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. Quid si hoc quispiam voluit Deus? Ter.

Eun. 5, 2, 36. conf. Id. Andr. 2, 6, 7. et Hec. 3, 2, 14. Non vis, te moneam quippiam Naeuus apud Charif. p. 192. Quispiam,

100 pro

pro Quidam. Gell. 2, 21 Tum quispiam ex iis, qui eodem in numero Graecas res eruditi erant.

QVISPVTA, diuifim fcribi debet.

QVISQVAM, quaequam, quidquam vel quicquam; cuiusquam, cuiquam. *Aliquem, siue unumquemlibet significat. Et ponitur saepe cum negatiuis.* Neque me finxisse falsi quidquam, nec meo cordi esse quemquam cariorem hoc Phaedria Ter. Eun. 1, 2, 120. Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit Ter. Andr. 1, 2, 7. *conf. Cort. ad Sall. Catil. 5, 4.* Cic. Fam. 1, 1 Nam cum in sermone quotidiano, tum in senatu palam sic egit causam tuam, vt neque eloquentia maiore quisquam, nec grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit. *Interrogat fere cum indignatione.* Cic. Verr. 1, 142 Quid enim quisquam ad meam pecuniam me inuito aspirat? Idem pro Lege Manil. 45 Et quisquam dubitabit, quid virtute profecturus sit, qui tantum auctoritate profecerit? Virg. Aen. 1, 52 Et quisquam numerum Iunonis adoret? *Alias quoque vniuersalitatem significat.* Ter. prol. Eun. 1 Si quisquam est, qui placere se studeat bonis quam plurimis, et minime multos laedere, In his Poeta nomen proficitur suum. Cic. Att. . . . Quod si non modo tu, sed quisquam alius fuisset. Id. Fam. 14, 7 Nisi vos fortiores cognossem, quam quemquam virum. Plaut. Amph. 5, 1, 19 Neque nostrum quisquam sensimus quum peperit, loquitur ancilla. Sic Ter. Eun. 2, 3, 82 Quandoquidem illarum neque quisquam te nouit, neque scit quis lies. *Et de Quis idem paullo ante obseruatum est.* Ter. Hec. 3, 1, 13 An quisquam gentium est aequae miser? *Ex emendato exemplari legitur, An quisquam vsquam gentium.* Liu. 2, 9 Nec quisquam vnus malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene imperando, vniuersus Senatus fuit. Ibid. Quia nondum in quemquam vnum fauebatur. Cic. Verr. 2, 119 An hoc dubitabit quisquam omnium, quin is venalem in Sicilia iurisdictionem habuerit?

QVISQVE, quaeque, quodque et quidque; cuiusque, cuique. [*πῶς τις*] Vniuersale Pronomen, quod ideo verbo plurali iungi potest. Virg. Aen. 6, 743 Quisque suos patimur manes. Ter. Haut. 1, 1, 74 Pro se quisque sedulo faciebant, quo illam mihi lenirent miseriam. Accius apud Non. 4, 225 Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent pro se quisque. Sallust. Catil. 7 pr. Sed ea tempestate coepere se quisque magis extollere. Liu. 26, 36 Pro se quisque aurum, argentum, et aes in publicum conferunt. Manil. c. 78 Se quisque satis nouisse putabant. Sic Bentl. ex MSS. Plin. 9, 13, 4 Pro se quisque inimicos suos — postulauerant simul et oppresserant. Ita Cort. ex MSS. Et ead. Epist. n. 18 Hac illi, quo quisque ordine citabantur. Sed etiam Syntaxi congrua saepe ponitur. Cic. de Nat. Deor. 2, 58 Caeterae naturae suis feminibus quaeque gignuntur. Pseudo-Cic. in Sallust. 16 Elogium censorium Appii Claudii et L. Pisonis integerrimorum virorum, quo vsus est quisque eorum, pro lege etc. Suam quisque homo rem meminit Plaut. Merc. 5, 4, 51. Cic. Philipp. 3, 24 Diuina vero opportunitas vt quae cuique apta esset, ea cuique obueniret. de Prouinciis. Quid quemque cuique praestare oporteret Idem Off. 3, 70. Ego quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio Idem Fam. 1, 9. Amat Superlatiuos, et alia vniuersalia, vt Optimus quisque maxime gloria ducitur Cic. pro Arch. c. 11. Idem Acad. 1, 13 c. 4 Certe enim recentissima quaeque sunt correcta et emendata maxime. Idem Tusc. 1, 77 c. 31 Sed nescio, quo modo doctissimus quisque contemnit. Sallust. Catil. 51, 2 Neque quisquam omnium lubricini simul et vsui paruit. Id. ibid. 102, 7 Amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium satis. Iungitur etiam numeralibus ordinalibus: Plaut. Pseud. 4, 2, 17 Nam in foro vix decumus quisque est, qui ipse sese nouerit. Idem Merc. prol. 56 Neque nisi quinto quoque anno posse tum visere urbem. Cic. Tusc. 2, 11 Quotus enim quisque philosophorum inuenitur, qui ita sit moratus? paucitatem indicat. Idem de Diuin. 2, 52 Quota enim quaeque res conuenit, praedicta ab istis? Cum Sui et Suus etiam eleganter iungitur. Ter. prolog. Adelph. 21 Quorum opera in bello, in otio, in negotio, suo quisque tempore vsus est, sine superbia. Cic. de Finib. 5, 25 Sua cuiusque animantis natura est. Et paullo post: Et sua cuique propria, et ad id apta, quod cuiusque natura desiderat. Pictores et — Poetae suum quisque opus a vulgo considerari vult Idem Off. 1, 147 c. 41. Ex quo quia suum cuiusque fit: eorum, quae natura fuerunt communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat Cic. Off. 1, 21 c. 7. Quincil. . . . Cui quodque loco sit aptissimum. Suet. Othon. 2 Ferebatur et vagari noctibus solitus, atque inualidum quemque obuiorum vel potulentum corripere, ac dissentio sago inpositum in sublime iactare. Quincil. 2, 3 Erit etiam eo obscurior, quo quisque deterior. Cic. Verr. 1, 68 Pro se quisque, vt in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur. Idem de Lege Agrar. 1, 26 c. 9 Huic pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. Cic. Verr. 2, 139 c. 56 Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. Idem pro Rabir. Post. 34 Modo vobis inspectantibus in iudicio Gabinii tertio quoque verbo excitabantur. Quid quoque loco quadret Quincil. 6, 4. Quique pro Quoque. Multis sibi quique imperium petentibus Sall. Iug. c. 18, 3. vid. Cort. ad h. l. Cic. de Senect. 15 Earum, si placet, causarum quantum quaeque valeat, quantumque iusta sit, vnaquaeque videamus. Quisque, de duobus. Caius in l. Si seruus §. Si inter. D. de verbor. obligat. Quia possit contingere, vt tam stipulator, quam promissor, ante aliquod tempus suo quisque dispensatori notum fecerit. Cum Comparatiuo. Quincil. 9, 4 Sed quo quique pedes sunt temporibus pleniores, longisque syllabis magis stabiles, hoc grauiorem faciunt orationem, breues celerem ac mobilem. Idem 5 extr. Quoque quid natura magis asperum, hoc pluribus condiendum est voluptatibus. Quisque, i. Quisquis; quicumque. Vt cuique priuatim aliquid iuris aduersus singulos erat Liu. 2, 44. vid. Gronou. ad h. l. Vt quisque homo est non praecipuus, neque iudicii sui prodigus Gell. 2, 5. Quin spolies, mutiles, laceres, quemque nata sis Ter. Hec. 1, 1, 8. add. Plaut. Mil. 2, 2, 5. 95 Pareto legi, quisque legem sanxeris Aufon. 7 Sap. conf. Sall. Catil. 5, 3 ex lect. Grut. et Cort. Corpus patiens inediae — supra, quam cuique credibile est Sidon. Carm. 2, 77. Burm. ad Rutil. Itin. 1, 276.

QVISQVILIAE, arum. f. Pl. tantum. [*παραήματα*] Dicitur putantur, vt ait Festus, quidquid ex arboribus minutis furculorum, foliorumue cadit, velut quidquid cadit. Caecilius: Quisquillas volantis venti spolia memoranti modo (Dacer. con. memoras, i modo) Et Nouius, Abi deturba te saxo, homo non quisquilliae, ubi singulariter poni videtur, vt assis, teruncii. Idem Orig. 17, 6 extr. Quisquilliae stipulae immixtae furculis et foliis aridis. Sunt autem purgamenta

- terrarium. Purgamenta terrarum etiam vocat Seru. ad Virgil. Georg. 1, 85. Hinc metaphor. Gerrae, quisquiliae, ineptiaeque Aufon. Eidyll. 7, 5. Quisquilias, Homines nihili vocat Cic. Att. 1, 16 p. 107 Graeu. Idem pro Sext. 94 c. 43 Omitto iam Numerium, Serranum, Aelium, quisquilias seditionis Clodianae. De piscibus parui pretii Apul. Met. 1 p. 113, 28. ¶ 2 Quisquiliam legunt antiquae editiones, ubi postea repositum est Cusculium. Plin. 16, 8 f. 12 Omnes tamen (has eius (roboris) dotes ilex solo prouocat cocco. Gramum hoc, primoque ceu scabies (sic Turn. et Harduin. ex MSS.) fruticis, paruae aquifoliae ilicis: Cusculium (libri antiqui Quisquiliam) vocant etc. Scabies fruticis et Quisquiliam videntur vnum idemque; res minuta adhaerescens, vitium potius, quam fructus. Totum ergo hoc Quisquiliam et Quisquilias deriuem a Graecorum voce κοκκύματα vel κοκκύματα, quae interpretantur ramenta et minutias, quae refecantur de coriis. Vititur eo nomine metaphorice de adulatorum oculis Aristophanes Equit. v. 49 ubi Casaubonus Quisquilias ab eo ipse quoque deducit. Cusculium et Quisquiliam sola Orthographia differunt. Hermol. Barbarus hic deriuat, quod Squallatam dicant sua aetate vestem coccinam: nempe quam escarlatam, scarlatam, Scharlach reliqua Europa vocat: quae quidem mihi ratio prae Salmasiana probatur, qui a Galatico grano seu cocco deducit. Sed haec non valde ad nos pertinent. Obseruemus, Quisquilia etiam neutro genere poni, ut Quisquilias. Petron. c. 75 Corculum est, quod homines facit, caetera quisquilia omnia. Vet. Gl. Quisquilia σκίβαλα.
- ¶ QVISQVIS, in utroque genere et m. et f. et QUIDQVID vel QVICQVID. n. cuiuscuius. [ὅς] significat Quicumque. Satis pro imperio, quisquis es Terent. Phorm. 1, 4, 19. Plaut. Pseud. 4, 7, 42 Quisquis es adolescens, operam fac compendi quaerere. Liu. 41, 8 Nam et ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibusquibus in eam conditionem vt manumitterentur, mancipio dabant etc. Veterani, quique Cassini et Calatiae sunt Cic. Att. 16, 8. Quisquis est ille, si modo est aliquis Idem de Clar. Orat. 255 c. 73. Sequimur te, sancte deorum, Quisquis es Virg. Aen. 4, 476. Quisquis, pro Quisque, laudatur Cic. Off. 1, 46 Colendum autem esse ita quemque maxime, vt quisquis his virtutibus erit ornatus. Ex vetusto codice legitur, Vt quisque maxime virtutibus his leuioribus erit ornatus. conf. Cic. Fam. 6, 1 cum: not. Manat. Quisquis vbique viri, faciles aduertite mentes Ouid. Art. Am. 1, 267. Quisquis, pro Quicumque, vid. Burm. ad Quintil. Decl. 8, 9 p. 174. Quique, pro Quisquis. Ab eo, quique est, posces Plaut. Aul. 4, 10, 45. add. Id. Caf. 3, 1, 10. et Poen. 3, 2, 11. ¶ 2 Quisquis, generi etiam feminino attribui posse veterum auctoritas voluit. Liuius: Mulier quisquis es, te volumus. Caecilius: Quaeſo igitur quisquis es mea mulier. Pacuuius: Quisquis tu es mea mulier, quae me inſiteto nuncupasti nomine. Haec Non. 3, 49. Plaut. Rud. 4, 4, 102 ad Palaestram: Tum tibi hercle Deos iratos esse oportet Quisquis es, Quae parentes in tam angustum tuos locum compegeris. ¶ 3 In MSS. permiscetur quisquis et si quis: Burm. ad Ouid. Her. 1, 21. Vid. etiam QVIRQVIR.
- ¶ QVIVIS, quaeuis, quoduis vel quiduis; cuiusuis, cuiuis. [ὅς ἕλεα] Vnus e multis, sed indifferenter Hic vel Ille, quem volueris eligere. Ter. Adelph. 2, 3, 1 Abs quiuus homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas, b. e. ab hoc, siue ab illo, indifferenter. Cic. pro Quint. 84 Vtrumque quiuus intelligere potuisset. Non quiuus vnus e populo Cic. de Clar. Orat. 320. De quauis vna re Lucret. 1, 417. Quisuis anni temporibus matura est et tempestiua, pro Quibusuis Cato 17, 1. Sic ante Victorium edebatur: ab eo est Quiduis anni simpliciter. Cic. pro Cluent. 96 Vis illa fuit, et vt saepe iam dixi, ruma quaedam atque tempestas, et quiduis potius quam iudicium, aut disceptatio, aut quaeſtio. Idem Verr. 3, 45 c. 18 Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quam non de istius prauitate et iniuriis deplorare et conqueri mallent. Cic. de Opt. gen. Orat. 1 Poematis tragici — suum quoduis est diuersum a caeteris genus. Nihil aliud studet, nisi vt lutulentus sus cum quouis volutari Pseudo-Cic. in Sallust. 3 c. 1. Cic. de Orat. 2, 271 c. 67 Per mihi scitum videtur, C. Publicium solitum dicere, P. Mummiuum cuiuis tempori hominem esse. Nempe qui in otio, in negotio, in rebus laetis, in asperis, iucundus hominibus esset, et cuiusque tempori aptus. Simile quiddam de Asinio Pollione refert Quintil. 6, 3, 110 Vt de Pollione Asinio seriis iocisque pariter accommodato dictum est, esse eum omnium horarum.

## Q V O

- 75 QVO. [quod] Est Ablatiuus Pronominis relatiui et interrogatiui. Hor. Sat. 2, 3, 295 Quone malo mentem concussa? timore deorum. Particula ne simpliciter interrogat: nisi malis interpretari, aliquone? ¶ 2 Aduerbialiter cum ponitur, interdum ex Ablatiuo ortum videtur, vt cum adiunctos sibi habet Comparatiuos, magis, minus etc. Interdum ex Datiuo secundae Declinationis, cum explicari potest per ad quid, vel cui rei. Forte ad Datiuum sunt qui referant, cum est Aduerbiuum loci, ad quem, vel in quem itur. Virg. Aen. 1, 374 Quoue tenetis iter? Cic. Fam. 6, 2 Tu velim scribas ad me, quid agas, et vbi futurus sis, vt aut quo scribam, aut quo veniam, scire possim. Num in illis regionibus, quo se Catilina inferebat Idem pro Sulla c. 19. Sic Virg. Aen. 10, 649 Quo fugis Aenea? Ibid. 369 Quo fugitis focii? Sic loquitur, qui vult ostendere conditionem locorum, in qua peruerso modo alius petatur, alius linguatur. Ter. Hec. 3, 5, 45 Quo abis? mane, mane inquam; quo abis? Quo hinc te agis? admonitio discedentis. nam a quo discedere desideramus, adinonemus eum vbi vadat, aut quo eat. Haec Donat. ad Ter. Andr. 4, 2, 25 Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento estis. P. ego hanc visam. D. quid tu? quo hinc te agis? Ter. Adelph. 4, 6, 4 Perreptauit vsque omne oppidum, ad portam, ad lacum: quo non? Idem Andr. 2, 3, 25 Vide, quo me inducas. Ter. Adelph. 2, 1, 36 Illuc quaeſo redi quo coepisti, Aeschine, int. ire. Plaut. Rud. 1, 2, 22 An quo furatum mox venias, vestigas loca, i. in quae loca. Varro R. R. 1, 19, 2 Fossas quo aqua delabatur. Cic. Att. 8, 3 Qua autem et quo, nihil scimus. Quo gentium fugiam? Plaut. Rud. 3, 1, 44. ¶ 3 Quo etiam esse Datiui casus, non modo analogia satis indicat, sed etiam exempla. Vid. Perizon. ad Sanctii Min. 3, 14, 7 et 39. Varro R. R. 2, 1, 21 Cuius scientiae genera duo: — alterum, quo etiam pastor diligens mederi possit, i. cui. Hinc orta illa Hor. Epist. 1, 5, 12 Quo mihi fortuna, si non conceditur vti? Virg. Aen. 2, 150 Quo molsem

molem hanc immanis equi statuere? Idem Ecl. 6, 23 Quo vincula necritis? Cic. Verr. 2, 183 Quo tibi tantum opus fuerit, id quaero. Et Fam. 2, 23 Martis vero signum quo mihi, pacis auctori? Conf. Laber. ap. Petron. c. 55 bis. Quo tibi, Pasiphaë, pretiosas sumere vestes? Ouid. Art. 1, 303. vid. Heinsf. Phaedr. 3, 14, 6 quidam legunt, Heus, inquit, expedi, sapiens, quo fecerim? Al. quid. Hanc Dativi notationem sequitur haud dubie formula, Quo bonum est? pro Quam ad rem utile est? frequens apud Iureconsult. Gaius in l. aliquando 13 in fine ad Velleian. in Pand. Quo bonum est expectare conditionem vel diem, cum, etc. Vlpian. l. 3 §. si quis ex liberis de bon. poss. contra tab. in P. Quo bonum est ei contra tabulas dari? Idem in l. si post mortem 10 §. liberi eod. Quo bonum est eis fauere? Scaeuola in l. si duo 93 de solution. Quo bonum est hoc dicere? Vid. Duker. de Latinit. Vett. Ictor. p. 399. ¶ 4 Causam finalem indicat. Plin. iun. . . . Neque enim id feci, quo tibi molestus essem. Plaut. Poen. Prolog. 39 Quo deteriores anteponantur bonis. Interdum idem fere est, quod quasi. Cic. pro Quint. . . . Non eo dico, quo mihi veniat in dubium tua fides, aut quo etc. Ter. Eun. 1, 2, 16 Non potest quo quenquam plus amem, aut plus diligam eo feci. Cic. Verr. 4, 64 Nam rex id celatum voluerat, non quo quidquam metueret aut suspicaretur, sed ut ne multi, etc. Non quo libenter male audiam, etc. sed quia, etc. Cic. de Orat. 2, 305. Se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem; non, quo non essent quidam probabiles, sed quia, etc. Cic. de Orat. 1 c. 28. Spe magis, futuræ magnitudinis, quam quo Tac. H. 3, 72, 3. ¶ 5 Comparatiuis frequenter iungitur. Ter. Heaut. 3, 2, 31 Addit mihi animum quo libeat magis. Quo minus mirum est, si audientium intentio languescat Plin. Epist. 2, 19. Cic. pro Quint. 4 c. 2 Nam quo minus ingenio possum subsidio mihi diligentiam comparauit. Add. Plaut. Amph. 3, 2, 22. Gell. 5, 21. Interpellent me, quo minus honoratus sum, dum ne interpellent quo minus Respubl. a me commode administrari possit Cic. Fam. 11, 10. Quo minus familiaris sum, hoc sum ad inuestigandum curiosior Cic. Fam. 4, 13. Id. de Fin. 1, 58 c. 18 Neque enim ciuitas in seditione potest esse beata, nec in discordia dominorum domus: quo minus animus a se ipse dissidens, secumque discordans, gustare partem vllam liquidæ voluptatis et liberæ potest? i. quanto minus. Ter. Andr. 2, 5, 18 Forma bona memini videre: quo aequior sum Pamphilo, si se illam in somnis, quam illum amplecti maluit. Cic. de Orat. 2, 52 Quo etiam feci libentius, ut cum sermonem, quem illi quondam inter se de his rebus habuissent, mandarem literis. Quo minus et quo magis interdum confundi, obseruatur, siue ab ipsis Ictis, siue certe a liberris. Imperator in l. 3 C. de iudic. Nihil prohibet, quo magis apud eum quoque disceptatio terminetur. Idem in l. j. C. qui dare tutor. Non ideo oportuit impediri, quo magis liberali causa ordinata curator tibi daretur. i. quo minus. ¶ 6 Ablatiuis relatiui a Comparatiuo rebus est in illis Cic. Fam. 7, 2 Sed homo acutus ei mandasti potissimum, cui expediret illud venire quamplurimo. Sed eo vidisti multum, quod praesinisti, quone plus emerem. Cautum erat, quo ne plus auri et argenti facti, quo ne plus signati argenti et aeris domi haberemus Liu. 34, 6. Ablatiuis etiam est in istis constructionibus: Cic. pro Quint. 5 Quae quo plura sunt, C. Aquili, eo te et hos, qui tibi in consilio adsunt, meliori mente nostra verba audire oportebit. Quinctil. 2, 2 Nam quo saepius monuerit, hoc rarius castigabit. de officiis praeceptoris. Cic. Acad. 4, 2 Quo plus in negotiis gerendis res quam verba profunt, hoc erat memoria illa praestantior. Relatiuum interdum omittitur. Ea pars morum, quo suspectior sollicitis, adoptanti placebat Tac. H. 1, 14, 4. i. eo magis plac. Cic. Verr. 2, 27 Quo quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur. Sic Victor. Al. Vt quisque. ¶ 7 Quo, pro hinc, qua de causa etc. Quo factum est Nep. 2, 6, 6. Quo facile fieri Idem 14, 15, 4. ¶ 8 Pro quatenus. Myrrha patrem, sed non quo filia debet, amauit Ouid. A. A. 1, 285. Her. mionem Pylades, quo Pallada Phoebus, amabat Ibid. v. 745. QVOAD. [ἐὺς δ', μέγιστος δ'] Idem quod quousque, in temporis, et quocumque alio termino significando. Ter. Phorm. 1, 2, 98 Senem quoad expectatis vestrum? Cic. de Amicit. 1 Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaeuolam, sumpta virili toga, ut quoad possem, et liceret, a senis latere nunquam discederem. Vt esses in Sicilia, quoad velles Cic. Fam. 6, 8. Quoad ille viueret Nep. 18, 12, 2. Quoad vixit Suet. de Clar. Gramm. c. 20. conf. Nep. 25, 11, 5. Caesar Bell. Gall. 5, 17 Neque finem insequendi fecerunt, quoad subsidio consissi equites, praecipites hostes egerunt. Videte nunc quoad fecerit iter apertius quam antea Cic. de Lege Agr. 1, 5. Ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, nolui esse Cic. Att. 7, 2. Quoad vixit Suet. de Clar. Gramm. 20. Quoad tibi aequum et rectum videbitur Cic. Fam. 13, 14. Vlpian. in l. j. D. de peric. et com. rei vend. Quod non designauit tempus, eatenus periculum sustinere debet, quoad degustetur vinum. Gell. 7, 21 Quoad uiuet cum dicitur, item quoad morietur, videntur quidem duae res dici contrariae: sed idem atque vnum tempus vtraque verba demonstrant. Item cum dicitur, Quoad Senatus habebitur, et Quoad Senatus dimittetur; tametsi haberi atque dimitti contraria sunt; vnum atque id ipsum tamen vtroque in verbo ostenditur. Tempora enim duo cum inter se opposita sunt, atque ita cohaerentia, ut alterius finis cum alterius initio misceatur; non refert, vtrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis locus ipse confinis demonstratur. Argento haec dies praestituta est; quoad referret nobis Plaut. Pseud. 2, 2, 29. i. ad quam, qua. Cic. de L. Agr. 3, 14 c. 4 Cum vsque eo vicinos proseriberet, quoad — ex multis praediis vnam fundi formam perfecerat. Laudatur etiam de L. Agr. 1, 12 c. 4 Sed ibi recte legitur, Quod ad quemque peruenit, peruenerit etc. non quoad. Quoad potuit restitit Cic. de Senect. 11 c. 4. Quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis Cic. pro Arch. 1. Quoad, pro Interim dum. Quinctil. 10, 3, 31 Nisi forte membranarum vsum vsus infirmior exiget: quae ut iuuant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum, et mentis impetum frangunt. Non faciam finem rogandi, quoad nobis nunciatum erit, se id fecisse Cic. Att. 16, 16. Dies illos, quoad ille veniret, cum Pompeio consumsi Idem Att. 5, 6. Add. Ibid. 3, 19. et pro Sext. c. 38. et Fam. 1, 9, 80. 7, 26, 7. et pro Mil. c. 10. Nep. 15, 2, 5. et 9, 3. 18, 2, 2. et 6, 2. Suet. Vesp. c. 4. et Caes. c. 29. et Domit. c. 2. Quoad munus officii 105

- exsequi et tueri possis Cic. de Senect. 21. Idem Verr. 5, 76 c. 29  
Denique domi tuae piratae, a quo tempore capti sunt, quoad per me  
licitum est, fuerunt. Cic. Verr. 5, 175 Tulit haec ciuitas quoad  
potuit, quoad necesse fuit, regiam istam vestram dominationem in  
iudiciis, et in omni Republ. tulit. Quoad eius fieri potest Au-  
ctor ad Heren. 1, 2: Qui Genitius Eius pendet ab omisso aliquid, ut  
monet Perizon. ad Sanct. 3, 6 p. 424. Sic Cic. Att. 11, 12 Tu tamen  
velim ne intermittas, quoad eius facere poteris, scribere ad me.  
Quoad eius poteris Cato c. 32. Sic Cic. de Inu. 2 c. 6. et Fam. 3,  
2. et 5, 8. Quoad eius potest Liu. 39, . . . ¶ 2 Iun-  
guntur interdum Quoad et usque. V. g. Liu. 6, 38 extr. Quoad usque  
ad memoriam nostram tribuniciis consularibusque certatum viribus  
est. Hic separari, puto, debent, Quoad certatum est, et usque ad  
memoriam nostram. Sed Varro de L. L. 4, 2 p. 8, 23 Ab eo di-  
citur praeco locare quoad usque id emitur, quoad in aliquo consistit  
pretium: videtur pleonasmus esse, ut quod laudatur nescio unde Accii,  
Nihil te impedio: quoad usque rem peragas. Sueton. Caes. c. 14  
Ac ne sic quidem impedire rem destitit, quoad usque manus equitum  
Romanorum, quae armata praesidii causa circumstabat, immodera-  
tius persuerant necem comminata est. Sed cum multi libri usque  
omittant, possumus suspicari, illud esse glossam rñs quoad. Tac. Ann.  
14, 58 extr. Multa secutura, quoad usque bellum eualesceret. Sic  
suspicitur Rhenanus. Sic MS. Oxon. Sed editur quae ad usque  
bellum eualescerent, etiam a Ryckio. Probat tamen istam lectionem in  
25 Addendis Gronou. Ac recentioribus placuisse eam rationem, certum est.  
Laetant. 4, 12, 17 Quoadusque (Interpr. Vulg. donec) ponam inimi-  
cos tuos suppedaneum pedum tuorum. Auctoritates similes laudauit  
Buneman. ad h. l. Add. Vlpian. in l. j. §. Iulianus D. de itiner.  
actuque priuato. Iulianus ait, quoadusque ingressus est, eoque ei  
30 competere interdictum. ¶ 3 Quoad pro Quod ad vel quan-  
tum ad vix veteri aliqua et indubia auctoritate tuearis. Laudatur Var-  
ro de L. L. 7, 23 p. 93, 19 Haec sigillatim triplicia esse debent, quoad  
sexum, multitudinem, casum. Sed librariis tanto facilius tribui  
potest, cum paullo ante p. 93, 1 Quod ad partes singulas orationis eda-  
tur. Varro de R. R. 1, 9, 5 Sic magna tria discrimina terrae, quod  
refert, vtrum sit macra, an pinguis, an mediocris. Quo ad cultu-  
ram, pinguis fecundior etc. Sed vel quo separatim intelligi potest,  
35 ut scribitur, pro quia: vel cum primis editionibus legi, quod ad cultu-  
ram. Liu. 42, 5, 7 Quod stipendium serius quoad diem praesta-  
ret. Iam viderunt viri docti, si quoad diem sit quantum ad diem,  
esse indignam Liuio τρωτοδοξίαν neque enim, quid sit serius intelligi  
potest aliud. Et monuit olim Vorstium Gronouius, melius legi quam  
ad diem: licet vulgatam librorum lectionem et ipse, et nunc Drakenbor-  
40 chius, seruauerint. Gaius Ictus l. 3 §. 1 D. de acquir. rer. dominio  
Nec interest quoad feras bestias et volucres, vtrum in suo fundo  
quisque capiat, an in alieno. Sed Gothofred. recte quod ad. Et  
sic saepe peccatum, ut posteriores librarii quoad suum inculcaerent, pro  
veteri quod ad. Etiam quod pro quoad saepe intruserunt. Vid.  
Graeu. ad Cic. Att. 2, 7 p. 216. Conf. Drakenb. ad Liu. 6, 38, 13.  
50 Particulas Quo et ad singulariter usurpauit Gell. 1, 15 Vlyssim Ho-  
merus virum sapienti facundia praeditum, vocem mittere ait non ex  
ore, sed ex pectore, quo scilicet non ad sonum magis, habitumque vocis,  
quam ad sententiarum penitus conceptarum altitudinem pertineret.
- QVOCIRCA. Coniunctio rationalis. [τοιγάροι] Ut, Quamob-  
55 rem, Itaque. Cic. de Senect. 41 c. 12 Quod quo magis intelligi pos-  
set, fingere animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis,  
quanta percipi posset maxima, nemini censebat fore dubium, quin  
tamdiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil  
cogitatione consequi posset: quocirca nihil esse tam detestabile, tani-  
60 que pestiferum, quam voluptatem. Quocirca bene apud maiores  
nostros Senatus decreuit, etc. Cic. de Diuin. 1, 92 c. 41.
- QVOCVM. [μὲν δὲ] Ablatiuus, pro quo etiam dicitur Quicum.  
Cic. de Legib. 1, 54 Ergo assentiris Antiocho familiari meo: ma-  
gistro enim non audeo dicere, quocum vixi. Cum eo, quocum  
65 video esse ambulandum Idem Att. 4, 9.
- QVOCVNQVE. [ὅταν] Ablat. a Quicumque. Plin. 27, 12  
Quocumque haec modo se habeant, vis earum est spissare, ac refrige-  
rare. Sed quocumque tempore mihi potestas tui praesentis fuerit  
Cic. Fam. 1, 9. ¶ 2 Quocumque. Adu. [πανταχόσως]  
70 Plin. 5, 27 f. 27 Taurus mons, Numerosis noninibus et nouis quocun-  
que incedit insignis. Sed legitur Quacumque. Quocumque  
oculos circumtuli Eumen. pro Restaur. Schol. c. 16. Quocumque  
ille fugere potuisset, ipsum sequi posse Curt. 4, 5, 8. Quocun-  
que me vorto Sen. Epist. 12. Add. Pacat. Paneg. c. 37. Ire,  
75 pedes quocumque ferent Hor. Epod. 16, 21. Eleganter interponi-  
tur dictio inter Quo et Cunque, per eam figuram, quae Tmesis dicitur.  
Quo res cunque cadent Virg. Aen. 2, 709. Add. Hor. Od. 1, 7, 25.  
Sed etiam Cic. Tusc. 2, 15 c. 5 Ut enim heri feci, sic nunc rationem,  
quo ea me cunque ducet, sequar. Conf. Idem de Diuin.  
80 2, 149 c. 72.
- QVOD, cuius, cui. Adi. [τι ποῖον] Interrogatiuum et relatiuum  
est. Substantiue ponitur in istis. Cn. Magn. Lentulo sub Cic. Att. 8,  
12 Ego ad P. Lupum et C. Coponium Praetores misi, ut se vobis con-  
iungerent, et Militum quod haberent, ad vos deducerent. Ta-  
85 cit. Hist. 5, 23 Complet et quod Biremium, quaeque simplici ordine  
agebantur. Tacit. Ann. 1, 48, 2 Et quod maxime Castrorum sin-  
cerum erat. Quod Floris, quod roboris in iuuentute erat, ami-  
ferant Liu. 37. . . Tacit. Hist. 2, 44 Et a Flauio Sabino praefe-  
cto vrbis quod erat in vrbe Militum sacramento Vitellii adactum.  
90 Cic. pro Dom. III Ornamentorum quod superfuit — domum suam  
deportauit. ¶ 2 Quod, interdum ad ea refertur, quae se-  
quuntur. Cic. Att. 2, 3 Pompeius, nostri amores, quod mihi summo  
dolori est, ipse se affixit. Sic ad Genus sequentis nominis accommo-  
datur relatiuum, Sallust. in Catil. 55 Est locus in carcere, quod Tul-  
95 lianum appellatur. Quod, absolutum, pro Quae res. Ter. Eun.  
3, 1, 55 Par pari referto, quod eam mordeat. Quod, Propter  
quod. Ter. Hecyr. 2, 3, 3 Nam (ita me ament dñ) quod me accusat  
nunc vir, sum extra noxiam. Vbi Donatus: Deest In eo, ut sit,  
In eo quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam. An Quod,  
100 propter quod? Haetenus Donatus. Idem Andr. 1, 5, 34 Quod  
ego per hanc te dexteram oro, et genium tuum. Nunc illud est,  
quod si omnia omnes sua consilia conferant, Atque huic malo salu-  
tem quaerant, nihil auxilii afferant Ter. Adelph. 3, 2, 1. Gar-  
riet, quod (circa quod, in quo) neque pes vnquam neque caput compareat  
105 Plaut. Capt. 3, 4, 82. Idem Epid. 3, 4, 20 Animum aduerte: ut  
quod

quod ego ad te venio, intelligas. *i. Ut intelligas, propter quod ad te venio.* Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar. Ter. Heaut. Prol. v. 3. *Talia sunt ista:* Virg. Ecl. 3, 35 Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes. Cic. Fam. 14, 12 In viam quod te des hoc tempore, nihil est. Et pro Rosc. Am. 1 Cre-  
do ego vos mirari, quid sit, quod, quum is — ego potissimum furrexerim. Ter. Phorm. 5, 9, 63 Vin primum hodie facere, quod ego gatideam, et quod tuo viro oculi doceant. Hor. Epist. 1, 16, 94 Quod te per genium, dextramque, deosque penates Obsecro et obtestor, vitae me redde priori. Ter, Hec. 3, 2, 3 Male metuo, ne Philumena magis morbus aggravescat. quod te Aesculapi, et te Salus, ne quid huius sit, oro. Quod, pro Quae Plurali, inquit Donatus ad Ter. Eun. 1, 1, 19 Et quod nunc tute tecum iratus cogitas, egone illum, quae illum, quae me? *Nimum subtilis videtur Grammaticus. Quidni enim quod significet uniuersum illud, quod cogitas; quidquid est, quod cogitas etc. Sic generalitatem quandam notat; in formula quod ad me attinet. V. g. Cic. pro Rosc. Amer. 90 Qui omnes (quod ad me attinet) vellem viuerent.*  
¶ 3 *Continuandae orationi seruit ante particulas Si, nisi, etsi, contra etc. nam: in quibus eandem fere vim habet, ac si dicas qua in re: si, circa quod negotium si. Neque enim plane ab initio sententiae, id est, epistolae, libri, argumenti non cohaerentis cum superioribus poni videat.* Cic. pro Muraen. 8 c. 4 *cum dixisset, se patrocinium negare Muraenae non potuisse, addit Quod si licet desinere, si te auctore possum, si nulla inertiae — culpa suscipitur: ego vero libenter desino.* 25 *Frequens admodum est usus huius rationis, quod vel hoc ipso huius orationis exordio ostendi potest. Mentionem in principio fecerat sollempnis precatationis consularis, addit Quod si illa sollempnis conitorum precatio etc.* Et 3 *Quod si in iis rebus repetendis, quae mancipi sunt, is periculum iudicii praestare debet, qui se nexu obligauit; profecto etiam etc.* Et mox 4 *Quod si e portu soluentibus ii, qui iam in portum ex alto inuehuntur praecipere summo studio solent — quo tandem me animo esse oportet etc.* Et 6 *Quod si tum, cum Resp. vim et seueritatem postulabat, vici naturam — quanto tandem studio debeo etc.* Caes. B. G. 1, 14, 3 *in media expositulatione, Quod si veteris contumeliae obliuisci vellet, num etiam recentium iniuriarum — memoriam deponere posset?* Ter. Andr. 3, 4, 25 *Quod si quiessem, nihil euenisset mali.* Nep. 18, 8, 3 *Quod si quis illorum veteranorum legat facta; paria horum cognoscat. Idem 23, 1, 2 Quod Nisi domi debilitatus esset.* Caes. Bell. Gall. 1, 44 *Quod Nisi discedat, sese illum pro hoste habiturum.* Ter. Phorm. 1, 3, 19 *Quod Nisi fuissem incogitans.* Cic. Att. 13, 43 *Quod Nisi me Torquati causa retineret.* Virg. Georg. 1, 155 *Quod Nisi et assiduis terram insectabere rastris.* Add. Ecl. 9, 14. et Aen. 6, 133. Flor. 4, 2, 81 *Veteranorum manus gradum retro dedit.* Quod Etsi 45 *nondum fugerat, apparebat tamen, pudore magis quam virtute resistere.* *Tuentur eam lectionem contra emendandi conatus viri doctissimi.* Cic. de Fin. 1, 67 c. 20 *Quod Quia nullo modo sine amicitia firmam et perpetuam iucunditatem vitae tenere possumus — idcirco etc.* Sic Quod Contra: Lucret. 1, 83 *Quod contra saepius illa Religio perit scelerosa atque impia facta.* Cic. Lael. 90 c. 24 *Peccasse enim se non anguntur obiurgari moleste ferunt: quod Contra oportebat delicto dolere, obiurgatione gaudere.* Tale est, Quod Nunc, aeterno quia constant semine quaeque — Nullius exitium patitur natura videri Lucr. 1, 222. *i. Iam vero, nunc autem.* Quod Quum accidisset, ut alter alterum nec opinato videremus, surrexit statim Cic. de Fin. 3, 8 c. 2. Caes. B. Ciu. 3, 68 *Quod Cum esset animaduersum, coniunctam esse flumini; — protinus transcenderunt.* Quod Quoniam nobis quoque voluntati accidit, ut artem dicendi perscriberemus, non vnum nobis aliquod proposuimus exemplum 60 Cic. de Inu. 2, 4 c. 2. Sic MSS. unde fecerunt voluntatis, ut iungerent quod voluntatis. Sed si totam seriem inspicias orationis, videbis, nihil de voluntate praecessisse. Itaque nobis voluntati accidit puto significare, velle coepimus, ut in mentem venit etc. Ut Att. 3, 20 extr. Quod Ne longiore exordio legentem fatigemus, vnum quasi exemplum subiiciemus Colum. 5, 11, 13. Quod Vbi sensi me in possessione iudicii ac defensionis meae constitisse — tunc admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum — coepi Cic. de Orat. 2, 200 c. 49 pr. Quod enim melius apud Varron. R. 70 R. 1, 13, 4: interpretatur Scaliger, utpote cum melius sit, *ὅτι δὴ ἀγάρτων ὄν.* Add. Scalig. ad 1, 55, 2. Quod Vbi id pote Varro R. R. 1, 15.  
Nunc manet infontem grauis exitus: aut ego veri Vana feror; quod Ut o potius formidine falsa 75 Ludar Virg. Aen. 10, 630.  
Cic. Fam. 14, 4 *Quum autem scribo ad vos aut vestra lego, conficior lacrimis sic, ut ferre non possim: quod Vtinam minus vitae cupidi fuissenus, certe nihil, aut non multum in vita mali vidissemus.* Ter. Phorm. 1, 3, 5 *Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conscius sis? quod Vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset.* Apul. Apol. p. 275, 33 *Quod Vtinam tam graua formae et facundiae crimina vere mihi approbasset.* Idem Flor. 3 p. 359, 22 *Quod Vtinam mihi pro amplitudine auditorii proluxa oratio suppeteret.* ¶ 4 *Formae aliae:* Ter. Andr. 4, 4, 17 *Sed si quid sit, quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides, quam ego, manebo, i. circa quod.* Quod, pro Qui, auctore Donato Ter. Eun. 2, 1, 5 *Ego quoque vna pereor, quod mihi est carius. i. Qui mihi carior sum.* Sic ad femininum referri videtur Plin. 18, ult. *de tempestatum praesagiis, Nube grauida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminet.* Nempe quod est quae res. In verborum honore sunt ista, Cic. Fam. 13, 23 *Atque eum, quod absque molestia fiat, si qua in re opus ei fuerit, iuueris.* Idem Fam. 14, 5 *Tu velim, quod commodo valetudinis tuae fiat, quam longissime poteris, obuiam nobis propere.* Et Att. 14, 16 *Et ipse, quod commodo tuo fiat, cum eo colloquere.* Quod commodo rem facere possis, i. quoad: vid. Gronou. ad Liu. 26, 32 extr. Quod bene vertat, modus bene precandi. Liu. 1, 28 *Tum interrex, concione aduocata, Quod bonum, faustum, felixque sit, inquit, Quirites, regem create.* Idem ibid. c. 17 et 28. Cic. Att. 2, 4 *Serapionis librum ad me misisti, ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partem vix intelligo.* Cum quidem modestius negat: Non nouisti me? P. quod quidem veniat in mentem, b. e. Quod meminerim, Plaut. Epid. 5, 1, 32. Plin. 12, 14 *Nec tamen ab vilo (quod equidem sciam) Latino arborum earum tradita est facies.* ¶ 5 *Quod pro* 105

- Quantum. Hor. Serm. 2, 7, 3 Amicum Mancipium domino, et frugi, quod sit fatis. i. *Tantum frugi, quantum sufficiat.* Sic Quod quidem in te fuit, i. *quantum, 6, 71, vid. Priscian. 18 p. 1194.* Quod potero, adiuuabo senem Ter. Heaut. 3, 1, 7. Munus nostrum ornato verbis, quod poteris Idem Eun. 2, 1, 8. Conf. Idem Heaut, 5, 4, 15. Cic. Att. 12, 48 pr. Vt tantum medii fuerat maris, utraque classis Quod semel excussis posset transcurrere tonsis Lucan. 3, 538. Hor. Serm. 2, 7, 40 Tu cum sis quod ego, et fortassis nequior, vltro Insectere? Sensus est, Quum sis id quod ego sum, id est, similiter vitiosus, vt ego: tu me vltro insecteris? ¶ 6 *Exempla miscella:* Cic. pro Milon. 18 Nullis Graecis comitibus, vt solebat; sine vxore, quod nunquam fere. *int. facere solebat.* Cic. Att. 11, 12 Si quid erit, quod ad quos scribendum meo nomine putes, velim, vt soles, facias. *Delectari videtur in repetitione Pronominis.* 15 Quod quum ita est, ex edicto bona possessa non sunt Cic. pro Quint. 65. Virg. Aen. 11, 15. Maxima res effecta viri, timor omnis abesto: Quod superest, haec sunt spolia, et de rege superbo Primitiae. Seruius, i. e. De reliquo: et est absoluta locutio, 20 Cic. Att. 9, 22 Quod superest, scribe quaeso quam accuratissime, Lucret. 3, 222 Quod genus est, Bacchi cum flos euauit, etc. *Similitudinem indicat, Quale quid fieri solet.* Cic. de Arusp. Resp. 6 Quod idem in iudicio capitis durum atque iniquum est. Idem Philipp. 3, 25 Quod idem fecit L. Philippus, vir auro, patre, maioribus que suis dignissimus. Cic. pro Domo 71 Quotiescunque de me consultus est, toties eam nullam esse iudicauit. Quod idem tu Lentule vidisti in ea lege, quam de me tulisti: *pro eo, quod nos dicere solemus,* quod etiam. *Et de Nat. Deor. 2, 53* Quod idem faciunt stellae superiores. Cic. in Orat. 20 Nam et grandiloqui fuerunt 30 cum ampla et sententiarum grauitate, et maiestate verborum, vehementes, varii, ad permouendos, et conuertendos animos instructi et parati: quod ipsum alii aspera, tristi, horrida oratione: alii leni, et instructa sunt consecuti. Cic. Att. 14, 20 Nunc autem videmur habituri ducem: quod vnum, *nempe vt habeamus,* municipia, bonique desiderant. *Quod, pro κατόρι, vel κατόριον, siue quatenus prout:* Ter. Phorm. 1, 2, 81 Omnia haec confingam, quod erit mihi bonum atque commodum. *Quinctil. 1, 7, 30* Ego, quod consuetudo obtinuerit, scribendum quidque iudico, quomodo sonat. *Sic Ienson. Alii legunt Nisi quod.* 40 Q V O D. Coniunctio fit (vt Graecorum *ὄρι*) causalis. ea fere ratione, qua dignus est qui ametur, idem significat atque vt ametur. Nonnunquam vix diiudicare licet, vtrum ad Pronomen commodius, an ad Coniunctiones referatur. V. g. in illo Cic. Att. 1, 4 Quod ad me scribis de Hermathena, per mihi gratum est, et ornamentum Academiae proprium meae: quod et Hermes commune omnium, et Minerua 45 singulare est eius gymnasii. *Possis ita accipere, Illud, quod scribis, gratum est: et ita, Quia scribis gratum est. Coniunctiuum adijcit non sua vi, sed pro ratione reliquae orationis.* V. g. Cic. Att. 1, 3 Vtinam illum diem videam, quum tibi agam gratias, quod me viuere coegisti. *Assueerat ab Attico se coactum. Ita Att. 1, 10* Vtrum tandem sum accusandus? quod doleo, an quod commisi etc. *fatetur se dolere, commisisse. Et ibid. At te minus multa scribo, quod et moerore impediore etc. Sed 3, 12 pr. Hic tu me accusas, quod me afflictem: non ipse ponit aliquid, sed Attici sententiam refert.* 55 ¶ 2. Quod, *pro quum, postquam, ex quo etc.* Tertius dies est, quod audiui recitantem Plin. Ep. 4, 27. Minus quindecim dies sunt, quod pro hisce aedibus minas quadraginta accepisti Plaut. Trin. 2, 4, 1. Quamquam haec inter nos nupera notitia admodum est, Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es Ter. Heaut. 1, 1 pr. 60 ¶ 3. Quod, *pro Quantum ad illud pertinet vel attinet.* Ter. Eun. 5, 8, 34 Si te in platea offendero hac post vnquam, quod dicas mihi, Alium quaerebam, iter hac habui: peristi. *Expressum videtur ex simili loco* Plaut. Afin. 4, 1, 11 Alienum hominem intromittat neminem. Quod illa aut amicum, aut patronum, aut quod illa amicae suae amatorem praedicet: Fores oclusae omnibus sient. — Aut quod illa 65 dicat peregre allatam epistolam: Ne epistola quidem villa fit in aedibus. *Et v. 51* Quod illa autem simulet etc. Ouid. Art. 1, 26 Illa, quod est virgo, quod tela cupidinis odit, Multa dedit Populo vulnera, multa dabit. *Plura huius generis dedit ad Epist. 17, 51 Heinsius.* 70 Talia sunt Ter. Eun. 4, 7, 15 Sane quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est. Idem Adelph. 5, 9, 29 Vt id ostenderem, quod te isti facilem et festiuum putant, id non fieri ex vera vita. *In his exemplis obiectionibus vel excusationibus et ad eas responsionibus feruit: sed etiam frequenter adhibetur in epistolis et sermonibus, ubi simpliciter ad ea, quae ab altero prolata sunt, respondetur.* V. g. Cic. Att. 75 14, 20 Quod Ciceroni (filio meo) suppeditas, gratum. Quod errare me putas, — sic se res habet —. Quod me hortaris, vt scriptam concionem mittam, accipe a me etc. Quod Martium per me meliorem fieri volunt, do equidem operam. Sic Fam. 3, 5 Quod 80 itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurusne me sis in prouincia: ea res sic habet: Brundisii quum loquerer cum liberto tuo Phania, etc. *Ibidem sub finem,* Quod te a Scaeuola petiisse dicis, vt dum tu abesses, ante aduentum meum prouinciae praeesset: eum ego Ephesi vidi, fuitque mecum familiariter triduum illud, etc. ¶ 4. De constructione 85 Coniunctionis quod post verba sensuum, affectuum et significandi, quae visitatus Accusatiuum cum Infinitiuo habent, quae disputata sunt, fere omnia docent Sanctius Min. 3, 14 et ad eum locum Perizonius. Scilicet Sanctius negat, dici posse latine et ad aureae aetatis normam scio quod, dico quod, credo quod, cum Coniunctiuo, et respondet locis pro usu *της* quod proferri solitis: ita tamen, puto, vt videatur το *ἀμετρον της ἀνδολης* ipsum transuersum agere nonnunquam, vti damnet, quae recte habent, aut ad emendandum adeo loca sana prouolet. Eandem sententiam, sed multo prouidentius tuetur Gronouius pater, tum aliis locis, tum ad 90 Plautum Afin. 1, 1, 37. et Aulul. 2, 1, 52. itemque ad Liu. 3, 52 pr. et ita tuetur, vt pro quam liberos vno alteroque loco barbarum illud quod inculcasse probabili coniectura, quam neque librorum auctoritas destituit, confirmet. Sed neque deest Perizonia, (quem Sanctii intemperantia videtur impulsisse, vt et ipse paullo calidius in quibusdam versaretur, et aliquantum pugnaret ambitiosius) post Scio quod quidem in Auctario Grammaticae, ficto Mariangeli nomini, edito Ep. 6 p. 45 seq. Vossium de constructione c. 20 et 62, vt alios praetermittamus; non deest igitur his triumuiris, quod pro tuenda aut excusanda certe barbarorum illa ratione dicant. Diligenter consideravi loca Ciceronis quidem et aureae aetatis 95 aliorum, tum ad quae prouocatum est omnia, tum alia nondum, quod sciam,



sciam, in hanc scenam producta. Hyginum illum Augusti, si. Dis placet, libertum, quem subinde laudat Scioppius, plane non moror. Sed nec de reliquis Senecae, Martialis et similibus locis multum hic laboravi, non quod non etiam hic disputari multa possint: sed quod constat dicendi regulam ab his non petendam. Ita Claudianus, maximi spiritus Poeta, sed serae nimis aetatis et Graecae nimis doctus, de Raptu Prof. 3, 223 de Venere Proserpinam eliciente,

Vicinos callida flores

Ingeminat, meritumque loci velut inscia quaerit.

Nec credit, quod bruma rosas innoxia seruet,

Quod gelidi rubeant alieno germine menses,

Verna nec iratum timeant virgulta Booten.

Talia Pallad. Febr. 2, 5 Opinantes quod tangatur; it. Apr. 3, 5 Affirmat quod pariat. Sic Vlpian. l. 1 §. denunciare D. de agnoscendis vel alendis lib. Sufficit mulieri, notum facere, quod sit praegnans. Mariti est iam aut mittere custodes, aut eidem renunciare, quod non sit ex eo praegnans. Paulo post: Illud notandum est, quod denunciatio a marito non incipit, sed a muliere. Et §. ult. Quae causa si fuerit acta apud iudicem et pronunciauerit, quod ex eo praegnans fuerit, in ea causa est, ut agnosci debeat quasi suos. His igitur auctoribus, non tam plane deiectis, quam ne turba opprimamur, interim ouili quasi disclusis, porro illud monendum est, non Scioppium modo, sed ipsum etiam Perizonium, cum ingrediuntur hanc disputationem, ita se instituere, ut ostendere se velle dicant, aequae Latine dici scio, credo, dico, quod tu sis doctus, ac scio, credo, dico, te esse doctum: cum autem aliquantum prouecti sunt, ea magnam partem proferre exempla, quae plane his sunt dissimilia, et de quibus nemo litem mouit, (nisi quod Sanctio, petulanter satis illudenti Grammaticis unum alterumque excidit) ita ut facile fucum facere festinantibus, et per fugium parare semibarbaris possint, accidereque videatur in hac verborum disciplina, quod Epicureis Sadducaeisque usu venisse dicitur, ut magistrorum dictatis, non plane contemnendis, quibusque ipsi nihilo peiores facti sunt, male abutantur discipuli mali, et licentiae suae magistrorum auctoritatem obtinentes. Quae cum ita sint, et ut ordine aliquo progrediatur hoc quidquid est disputatiunculae, I. Ab ea quaestione remouenda videntur illa, ubi quod non pro Graecorum ὄρι ἀφηναικῶν, (quasi tu narratiuum dicas) ponitur, sed ubi αἰτιολογικῶν siue causale est. Hoc facile intellectu est, si consideremus, possit ne quia, vel cum, vel propterea quod, aut simile quiddam ἤ quod substitui. Hic sine discrimine vel finitum tempus cum suo quod, vel infinitum cum Accusatiuo adhibetur, et quidem si illud, vel in Indicatiuo, in sententia finita, ac certa: vel in Subiunctiuis, si pendens aut sententia sit, aut constructio. Itaque post miror, doleo, queror, indignor, gaudeo, glorior, et similia forte affectuum, quae vocant, Verba (de omnibus non ausim confirmare, neque enim dici posse puto, spero, confido quod, neque dici ignoro, vereor, ut vel ne: adeo usus tyrannus est) dubium non est, quin quod sequi possit: Sequi tamen et potest, et soles Accusatiuus cum Infinitiuo. Quae quidem res indicio esse videtur, interdum indicatum esse obiectum affectus (per Accusatiuum cum Infinitiuo) interdum autem causam (per αἰτιολογικῶν finito verbo adiectam ἤ quod). Hoc si obserues, bona pars eorum, quae pro se laudant Perizonius alique, non iam ad quaestionem propositam pertinebit, aut opposita erit sententiae Gronouianae. Videamus exempla pauca nunc: plura enim deinde dabuntur, ubi, quae truncata speciem habent aliam, integra proferemus. Igitur exemplo sit Plautus Merc. 3, 4, 10 Id illi vitium maximum est, quod (quia) nimis tardus est. Phaedr. praef. 5. Calumniare autem si quis voluerit, quod arbores loquantur, i. quia. Nam causa, obtentus certe calumniandi est loquela urboribus attributa. Item Phaedrus 4, 4, 31 Quam grauius ferret, quod voluntatem suam interpretari non potuissent Attici. Cael. ad Cic. Fam. 8, 14. Propositum hoc est, de quo sunt dimicaturi, quod Pompeius constituit, etc. Cic. Tusc. 5, 40 c. 14 Ut mihi Laconis illud dictum in hos cadere videatur, qui gloriantur cuidam mercatori, quod multas naues in omnem oram maritimam dimississet etc. Idem de Sen. 4 c. 2 pr. Saepe numero admirari soleo — quod nunquam senectutem tibi grauem esse senserim. Et 39 c. 12 Sequitur tertia vituperatio senectutis, quod eam carere dicunt voluptatibus. Sic Plin. Epist. 6, 26 Gaudeo et gratulor, quod Fusco Salinatori filiam tuam destinasti. II. Ita neque disputatur, disputatione certe opus non videtur, de his, ubi quod includit formulam quantum attinet, de qua n. 3 diximus, hic autem ea tantum addimus, de quibus disputatum est. Petronius c. 138 Quod verberatus sum nescio: quae verba insidiosae a Perizonio allegantur, omittis, quae statim adiungenda erant, quod eiectus sum, ludum puto. Sciebat optime, qui loquitur, se verberatum esse, sed se memoriam adhibere iniuriae, (feliciter Graeci uno verbo dicunt μνημονεύειν) negat. Hoc obseruandum praesertim etiam Scioppii causa, qui magnum numerum produxit locorum similitum. Huc referenda initia SConsultorum aut sententiarum senatoriarum, Quod verba fecit M. Curio etc. de ea re ita censeo. Vid. Cael. ad Cic. 8, 8. Huc pertinet Horat. Epist. 2, 2, 146 Si tibi nulla sitim finiret copia lymphae, Narrares medicis: quod, quanto plura parasti, Tanto plura cupis, nulli ne faterier audes? Valde disputatum est de Liu. 42, 33 ut ostendit ibi Drakenborch. Optimum videtur cum Viro doctissimo ita legere, P. Licinius COS. SCta recitari iussit, primum quod bellum Senatus Perseo iussisset, (hoc esse SCtum dixit, quod iussisset) deinde (hoc esse alterum SCtum) quod veteres Centuriones quam plurimum ad id bellum scribi censuisset, nec vlli, qui non maior annis L esset, vacationem militiae esse. Duo igitur sunt SCta, primum de ipso bello, alterum de his, qui scribendi essent. Itaque a verbo censuisset, pendet tum infinitum scribi, tum alterum esse. Creuerius, non improbante Drakenborchio, malebat ita legere, primum quo bellum — iussisset; deinde, quo veteres. Ac sane Quo et Quod confundi, ostendit Drakenb. ad Liu. 36, 33, 3. III. Denique ab hoc censu remouendae sunt formulae aliae, quae male ad regulam propositam trabuntur, v. g. Ouidianum illud, Adde quod, ubi aperta nimis est ellipsis, Adde, illud quod. Ponamus unum exemplum de plurimis, quae Burmannianus index facile subiiciet, Epist. 17, 199 Adde quod, ut cupias constans in amore manere, Non potes. Simile est illud Eiusd. ex Ponto 4, 14, 3 Excepto, quod adhuc utcumque valemus. Sic Cic. Offic. 2, 70 c. 20 Videndumque illud est, quod, si opulentum fortunatumque defenderis, in illo vno, aut forte in liberis eius, manet gratia: sin autem inopem etc. Quamuis enim forte etiam in aliis, quae infinitum postulant, similem comminisci ellipsin liceat, tamen analogiae et ratiocinationi ab auctoritate destitutae in linguis non ita multum; aduersus auctoritatem etiam pugnantem, nihil plane tribuendum esse, satis constat. IV. Quaedam exempla hic relata sunt per manifestam calumniam, truncatis et omittis, quae adiecta statim fucum pro-

dunt, et quod causale s. αἰτιολογικὸν ἀperiunt. E. g. Caes. B. C. 1, 26 Paullo post renunciant, quod Consules absint: *Quid apertius? dicunt. Sed ponamus totum:* Paullo post renunciant, quod (i. quia vel c. n.) Consules absint, sine illis de compositione agi non posse. P. Ciacconio verba sine illis merito suspecta sunt, quae videtur intrusisse aliquis, qui illud quod ἀφηνευστικὸν putaret. Ex Varrone 1, 7, 9 haec verba laudat Scioppius p. 47 Cato dicit, quod primus ager sit, vbi vineae, etc. Sed omittit plura interiecta. Locus ita habet, Cato — alium alio agrum meliorem dicit esse, in nouem discriminibus, quod sit primus, h. e. quia.

10 Nec minus truncata sunt, quae eodem loco ex Varronis 1, 2, 26 profert: Verum est, quod iubet ranam coquere in aqua. Series orationis haec est: *Tau hercle verum est, quam hoc, si quem glabrum velis, quod iubet, etc.* Ex Varrone etiam 2, 4, 18 laudat haec verba, Et corpus matris ab sacerdotibus, quod in falsura fuerit demonstratur. Sed

15 quidni dicamus, quod relatiuum esse, demonstratur corpus, quod fuerit in falsura: vel causale, demonstrari potuit corpus ideo quod fuit, etc. Non plus efficitur tertio Varronis loco 2, 5, 3 qui facere pro Scioppio definit, cum totus legitur: Tauros vocabant ἰταλῆς, a quorum multitudine Italiam dixerunt. Alii scripserunt, (intell. Italiam dictam) quod

20 (i. quia) e Sicilia Hercules, persecutus sit eo nobilem taurum, qui diceretur Italus. Sed et quartus frustra huc trahitur 2, 10, 6 Quod ad feturam humanam pertinet pastorum; qui in fundo perpetuo manent, facile est (h. e. facilis res est: cur nam?) quod habeant conseruam in villa. Non memini laudatum videre locum alium Varronis, qui specie non

25 caret 1, 7, 71 Idem ostendit, quod arbores in locis feris plura ferunt. Praecessit quidem Theophrasti mentio, ut is videatur ostendisse. Sed consideranti locum, verum esse apparebit, quod adscripsimus, Idem esse neutrius generis quarti casus. Poterat ita, Eandem rem ostendit illud, quod etc. Similis fere ratio est illius 1, 56 qui locus nihil nobis aduersabitur, si ita interpungas, ut a nobis factum est: primum foeniciciae conduntur melius sub tecto, quam in aceruis, quod ita fit iucundius pabulum. Ex eo (id) intelligitur, quod pecus, utroque posito, libentius est illud, quod sub tecto fuit. Eadem fere ratio est Cic. Offic. 2, c. 12 vbi legunt vulgo: Equidem illud etiam animaduerto, quod qui

30 proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitia rei mitigante. Sed ex emendatione, quam Lambinus e Vet. Cod. protulit, quamque in MSS. esse, libellus Variar. Lectionum Graecianus testatur, nec iniuria recepit in contextum (post Henricium, qui edidit Officia 1582, 8) Gronouius, legendum lenitate verbi tristitiam rei mitigatam. Ita causale est quod. Geminus locus est Cic. Fam. 3, 5 Tunc mihi ille dixit, quod, (i. quia) classe tu velles decedere, per fore accommodatum tibi, si nauibus accessissem, vbi frustra soloeicisum metuisse videntur Lambinus et alii, qui contra MStorum fidem aliquid hic mutarunt, legentes, classe te velle decedere, etc. quo in numero est etiam

45 Quarterii ad usum Delphini elaborata editio. Alii multo se turpius dedere, v. g. Veneta 1483. Classe tu velles decedere, et accomm. etc. Lectionem a nobis propositam MStorum fide firmant Gebhardus, Graeuus, et Gronouius pater. Operae pretium est, Graeuii praesertim annotationem consuluisse. Gronouianae verba pariter ac sententiam hic deseruit,

50 Verburgius. Simillimus locus est Cic. pro Cluentio 98 c. 36 cum memorasset duo iudicia P. Popillii et T. Guttae, qui causam de ambitu dixerunt: addit, qui accusati sunt ab iis, qui erant ipsi ambitus condemnati: quos ego non idcirco arbitror esse in integrum restitutos, quod planum fecerint, illos ob rem iudicandam pecuniam accepisse; sed

55 quod iudicibus probarint, quod in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, se ad praemia legis venire oportere. Hic qui festinant, iungunt probarint quod; cum tamen ad probarint referatur se oportere, et illud quod simpliciter causale sit, cur illos ad praemia legis venire oporteat. Sic in ead. 79 c. 29 Itaque confiteor,

60 — quod Oppianici — nomen — populo ignotum fuisset — summam illi iudicio inuidiam infamiamque esse conflatam. Talis est Pallad. Febr. 10, 4 Mihi videtur, quod nulla prouincia est, quae non ex his quancunque sponte producat, plantas etiam maiores — oportere constitui. Neque multo aliter sentiendum videtur de Cic. Att. 10, 4 extr.

65 Affirmabat cum scripisset, quod me cuperet ad urbem venire; illum quidem gratias agere maximas. Licet enim multis mendis, Victorio etiam teste, hic locus scateat, illud tamen apparet, rō quod cuperet non ad scripisset referri, sed infinitum gratias agere: quod autem causale est. Verba, quae hunc locum proxime praecedunt, quaeque et ipsa non satis emendata visa sunt olim viris doctis, huc trahit etiam Scioppius. Sed frustra, si bene Gruterus edidit, et qui eum secuti sunt, Iurabat ad summam, (quod nullo negotio faceret) amicissimum mihi Caesarem. Certe hic totus locus talis est, ut nihil aduersus comprobata infinitis exemplis regulam valeat. Ita causale est quod in illo Cic. Off. 1, 153 c. 43

75 Idque hoc argumento confirmari potest, quod, si contigerit ea vita sapienti, ut — ipse — contempletur; tamen, si solitudo tanta sit, ut hominem videre non possis, excedat e vita. Sed potest etiam fuisse interpunctum post potest, et argumentum ipsum seiunctum a superioribus, Quod si contigerit, etc. Similiter, quod ex Digestis l. 30 de verb. oblig. adferunt, sciendum est generaliter, quod, si quis se scripserit fide iussisse, videri omnia sollempniter acta; apertum est legi debere, quod si, et ad sciendum est, referri infinitum videri. Denique Iustin. 1, 7 Cognito, quod illatum Croeso bellum esset, auxilia, velut ad commune extinguendum incendium, confluebant: quod Pronomen relatiuum est,

85 quantum, quale, etc. V. His ita positis, paucissima exempla supererunt, quae regulae supra propositae et plaustris exemplorum, si quis dubitaret, nullo negotio confirmandae, obici possunt, quae idcirco vel interpretatione ac distinctione iuuare, vel critica ope, ad reliquorum numero plane infinitorum reuocare similitudinem, tanto minus fraudi fuerit, cum primo constet, quantum sibi indulserint librarii in vocibus pariter ac formulis ad suae aetatis genium, sicubi occasio prona esset oblata, corrumpendi; et ipsa deinde varietas codicum, in his locis ex compendiorum scribendi ambiguitate orta blandissimam illam vel corruptionem vel emendationem reddat. Licentiae illius librariorum specimen manifestum

95 vidimus modo in Cic. Fam. 3, 5. De scribendi compendiis Longobardicis non potest dubitare, nisi qui nullum id genus codicem oculis usurpauit: nullum opus critici hominis attente inspexit. Age igitur breuiter ea loca percurramus, quibus non intempestiuum videatur medicinam criticam adhibere. Phaedr. 5, 2, 11 Scio quod virtuti non sit credendum tuae.

100 Hic (ne quid de auctore et aetate fabularum hic dicamus) Burmannus, qui tota quarta editione sua licentiam Criticorum oppugnat, et repellit, scribere non dubitat, mihi tamen valde blanditur Gronouii quam, ut apud Ouid. Fast. 4, 529 Dux comiti narrat, quam sit sibi filius aeger. Vbi etiam quod vulgo legitur, sed quam restituit ex opt. edit. Carolus Neap.

105 polis, seruauitque in utraque editione idem Burmannus. Gronouianum quam

quam in Phaedro etiam recepit Schefferus. Liu. 3, 52 pr. Scituros, quod sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant. Satis causae fuisse arbitramur Gronouio quam substituendi, cum praesertim permutata fuisse sollemnia scripturae compendia, lectio illa que satis indicet. Similem igitur vult Gronouius sibi ipsi Liuium, verbi gratia 4, 31 pr. ubi nemo, quod sciam, aliter legit, Documento snere, quam plurimum imperium bello inutile esset. Firmat Gronouianam rationem utroque loco Drakenb. Alius est eiusdem Liuii locus 45, 1 pr. Quam feliciter reipubl. administrauerim, et quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignorare vos arbitror. Sed bene Gronouius pater conicit, quae duo fulmina: probantibus Creuerio et Drakenb. qui etiam ad 37, 35, 3 monuit, quae et quod in MSS. confundi. Paullo difficilior est ratio Plautini illius Asin. 1, 1, 37 Equidem scio iam filius quod amet meus. Videtur autem quod pro quid positum esse: non modo scire se dicit, amare filium suum, sed etiam, quae sit, quam amet. Sic Cic. de Nat. Deor. 2, 2 c. 1 An oblitus es, quod initio (i. quid) dixerim; facilius me, quid non sentirem, quam quid sentirem, posse dicere. Conf. quae mox dicemus de loco Catonis apud Plinium. Neque difficultate caret Poen. 3, 1, 44 Scitis, rem narraui vobis, quod vestra opera mihi opus sit, sed facile tamen ad normam et hic reuocabitur, si legas qua vel quo. Sequitur enim, Ei paratae ut sint insidiae de auro et de seruo meo. Ita se habet Catonis illud apud Plinium 29, 1 s. 7 Dicam de istis Graecis suo loco, et, quod bonum sit eorum literas inspicere, non discere: si quam substituas, nihil hic erit insolens. Quin blandiorem adhuc medicinam suppeditat thesaurus non liber, editio A. 1470. quae ita legit, et interpungit: Dicam de istis Graecis suo loco, Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, et quod bonum sit: illorum literas adspicere, non perdiscere. Ita quod esset pro quid: infinita autem tempora ἐπισημαστικῶς ostendant, quidnam illud bonum sit, nempe adspicere non perdiscere. Locus Cic. de Orat. 2 c. 9 extr. sic videtur legendus interpretandusque: Sed quid cuiusque artis sit proprium, et si ex eo iudicari potest, cum videris, quid quaeque doceant: tamen hoc (argumento) certius nihil esse potest, quod (sic leg. pro quam quod) omnes artes aliae sine eloquentia suum munus praestare possunt, orator sine ea nomen suum obtinere non potest. Particula quam ante quod orta videtur ex alicuius dubitatione, utrum quod an quam legendum esset. Quid. Trist. 5, 1, 16 aperte videtur illam, quam oppugnamus, constructionem probare; Delicias si quis lasciuiae carmina quaerant, Praemoneo nunquam scripta quod ista legat. Sed corruptum esse locum, ausim confirmare, dedisseque Nasonem, ut coniecit Heinsius, Praemoneo, non est scripta quod ista legat. Ex Plauto quod adfertur Aulul. 2, 1, 52 Scio, quod dictura es, hanc esse pauperem: quod possit esse Pronomen positum pro quid. Et quid tamen habent optimi libri, quod recepit Gronouius, ut Bacch. 1, 1, 45 Scio, quid ago. P. Et pol ego scio, quid metuo. Ita emendatione opus non habet, sed vindicandus est a corruptione Terentius Andr. 1, 4, 1 Audiui, Archillis (quod) iam dudum Lesbiam adduci iubes. Illud quod perperam metri stabilendi causa a Goueano insertum ostendit Sanctius, nec est in optimis editionibus, antiquioribus pariter et posterioribus; neque ad metrum fulciendum illo opus esse docuit Bentleyus. Cic. Fam. 7, 28 Memini quod mihi desipere videbare. Sed ortum est ex quom, quum vel cum. Unde iam Gruteriana et optimae quaeque aliae legunt cum. Deinde si constaret etiam, a manu Ciceronis esse quod, (id quod credere videtur Manutius, ad MSS. XI prouocans, at quadrata rotundis itidem in hac causa miscens) nimis tamen apertus esset respectus temporis, comparandaque ea ratio formulis illis, quarum aliquot dedimus n. 2. De scriptoribus argenteae aetatis nihil praestare ausim. Et tamen facere non possum, quin de vno alteroque emendando mentionem iniiciam. Celsus 1, 3 ad fin. Illud quoque scire oportet, quod ventrem vomitus solutum comprimit, compressum soluit. Omittamus importunum quod, ut in proxima dictione, Itemque comprimit is vomitus, qui statim post cibum est: soluit is, qui tarde superuenit. Sic Plin. Epist. 2, 11, 6 Quae sententia non praevaluit modo, sed omnino post tantas dissensiones fuit sola frequens: adnotatumque experimentis, quod fauor et misericordia acres et vehementes primos impetus habent, paulatim consilio et ratione quasi restricta confidunt. Elegans coniectura Heusingeri, viri docti, verba adnotatumque experimentis esse ab alio inculcata. Certe sine iis sensus constat. Sed blandius forte remedium est, si dicamus interpungendum et supplendum sermonem ita: adnotatumque hoc ipsum est experimentis aliis: quod, id est, quandoquidem fauor, etc. Sed, ut supra iam monuimus, paulatim a Graecorum consuetudine hoc assumptum videtur, uti viderentur suo quod eo modo, quo illi suo ἔτι. Interim etiam argenteae aetatis usus melior ita apertus est, et manifestus, ut ausim recipere unicuique eorum locorum, quae per cautiones supra propositas non iam ab hac disputatione exclusae sunt, opponi posse millesimum, ubi Infinitiuus cum Accusatiuo adhibetur. Idque ipse non dissimulat, moderatior multum Scioppio, Perizonius, qui p. 505 extr. Sed tamen vel sic nemini auctor sum, inquit, iis temere per passim utendi. Nam elegantia linguae Latinae abhorreere tandem coepit (quin aureo toto saeculo Caesaris, Ciceronis, et ut quisque horum est simillimus, abhorruit) ab illa longiore circumlocutione, quam posset rem ipsam breuiter per infinitum enunciare, cuius usus propterea longe longaque est frequentior. In primis illud est notatu dignissimum, et bene, uti multa a Sanctio animaduersum, cum iatis multa supersint e Graecis translata, ubi ἔτι ἐπισημαστικῶν occurrit, in illis nunquam quod reddidisse Tullium, sed infinitum semper cum Accusatiuo illud permutasse. Quare qui nunc Latine scribunt, illi peccant et solocismum faciunt, si scribunt, credo quod, scio quod, puto quod, audio quod, et id genus infinita, a quibus cauere sibi illi certe debent, qui ad laudem aliquam puri et casti sermonis adspirant. De Coniunctione Ut in simili constructione, agimus suo loco. ¶ 5 Quod pro vt

poni volebant quidam Columel. 7, 5, 16 Sic quidem, quod nec medicamentorum nec ferri remedia patitur. Sed restituimus bonis auctoribus si quidem nec etc. De Christianis recentioribus non est dubium. v. g. Radulph. Ardens homil. Domin. in palmis, Qui vero actiuus et vxoratus est, ita agat exteriora, quod non obliuiscatur interiora: sic trans eat per saeculum, quod non obliuiscatur Deum.

QVODAMMODO, quodam s. aliquo modo, [τόποιον τινα] coniunctim scribere solent, ut Quomodo. Diuisit Quinctil. 1, 12, 5 Quodam tamen modo recentes sumus ad id, quod incipimus. Cic. de Amicit. 29 c. 8 Quippe quum propter virtutem et probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus. Idem Fam. 13, 27 Literas ad te a M. Lepido Consule, non quae te aliquid iuberent, sed quodammodo quasi commendaticias sumimus. Quasi quodammodo colligere vocem Cic. de Orat. 1, 251 c. 59.

QVODCUNQUE, cuiuscunque. [ὅτιδήποτε] a Quicumque. Virg. Aen. 2, 77 Cuncta equidem tibi rex, fuerit quodcunque, fatebor.

Cic. de Legib. 3, 6 Quodcumque Senatus decreuerit, agunto. *Substantiue* Cic. Att. 8, 17 Vos hortor, vt quodcumque militum contrahere poteritis, contrahatis. Idem Fam. 5, 19 Quodcumque cepissem consilii. Columel. 1, 5 Quodcumque rubiginis aut spurcitiae resedit, ficcare.

5 QVODPIAM; [τι] a Quispian. vt; Quodpian oppidum, pro Quoddam, apud Cic. in Verr. Aliquod quodpian membrum Cic. Tusc. 3, 19. Sed Turneb. 26, 6. et Dauid. aliud quodpian, Gronou. aliquodpian.

10 QVODSEMELARRIPIDES, nomen fictum a Plauto Perf. 4, 6, 23 inter alia id genus nugacia nomina, Quodsemelarripides, Nunquamposteaeripides, etc.

15 QVOI, pro Cui. Cic. de Legib. 2, 60 Quoi auro dentes vincti essent. Catull. 1, 1 Quoi dono lepidum nouum libellum. Et Epithal. f. 63, 26 Quoi Iupiter ipse Ipse suos diuim genitor concessit amores.

QVOIVS, pro Cuius. Cic. de Legib. 1, 52 Ad finem bonorum quo referuntur, et quouis adipiscendi causa sunt facienda, omnia.

20 QVOMINVS. [ὡς μή μὴ ἔ, μή ἔξει] i. Vt non, Quin. Ter. Andr. 4, 2, 17 Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse credat, quominus haec fierent nuptiae, volo. Cic. de Orat. 1, 70 Nullis vt terminis circumscribat ius suum, quominus liceat vagari quo velit. Nihil desideramus quominus Epirum ipsam possidere videamur Cic. Att. 2, 14. Illud non perficies quominus tua causa velim Idem Fam.

25 1, 7. Abstinerere quominus, Aduersari quominus, vid. hb. vv. QVOM, pro Quom, v. v. it. Compendium vocis quoniam: in MSS. vid. Ind. Scriptt. R. R.

30 QVOMODO. Adu. [ἤ, πῶς, ὅπως, τίς τρόπον] i. Qua ratione, sunt enim proprie duo Ablatiui casus et separatim legendi. Vid. QVONAM n. 2. Interrogatiue Plaut. Aul. 1, 1, 8 Quomodo tibi se res habet? Cic. Verr. 3, 119 Etiamne si plus edidisset, quam quantum natum esset? etiam. Quomodo? Magistratus ex ipsius edicto exigere debebant. Plaut. Stich. 1, 3, 97 Illa quidem nullum sacrificabit. G. quomodo? quid igitur me volt? Cic. de Amicit. 9 Quomodo

35 (vt alia omittam) mortem filii tulit! admirantis formula. Sed Infinita vt plurimum ponitur, vt Ter. Heaut. 5, 3, 2 Idque adeo miror, quomodo tam ineptum quidquam potuerit tibi Venire in mentem, mi vir. Cato c. 2 Vbi cognouit, quomodo fundus cultus fiet. Locutus sum cum Cincio, quomodo se res habet Cic. Q. Frat. 2, 2. Si

40 Respubl. tibi narrare possent, quomodo sese haberet, non facilius, etc. Cic. Fam. 3, 3. Ita me fecistis Consulem, quomodo pauci in hac ciuitate facti sunt Idem de Lege Agrar. 3, 33. Vt enim quaeras omnia, quomodo Graeci ineptum appellent, non reperies Cic. de Orat. 2, 18. Quomodo diuinis Nemeaeus duxerit horis Manil. 3,

45 415. Cic. de Orat. 2, 140 Verum hoc (vt dixi) nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos, Cotta noster et Sulpici, quomodo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum: est enim infinita. Nisi Caesaris literas sana mente scriptas, quomodo in tanta insaniam Cic. Att. 9, 7 p. 28 Gr. Diminuendi particula, qualis Vt. Quomodo potuissim, te conuenissim, si, etc. Cic. Fam. 5, 20. Idem Att. 13, 2 Ariarathes, Ariobarzani filius, Romam venit. vult, opinor, regnum aliquod emere a Caesare. Nam quomodo nunc est, pedem vbi ponat in suo, non habet. Et ad Q. Frat.

50 2, 2 Quomodo res se habet, non est facillima. Idem Att. 11, 22 Pharnaces autem, quomodo agit, asseret moram. Martial. 10, 16 In Caium vana promittentem ludit, vnde ponemus versus primum et ultimum, Si donare vocas promittere nec dare, Cai, — Quidquid habent omnes accipe, quomodo das. Ultima breuis indicat, mutasse velut naturam, et non iam nomen esse Ablatiui casus, sed Aduerbiu.

55 QVOMODOCVNQVE. [ὅπως] Quoquo pacto. Cic. Fam. 14, 14 Quomodocumque nunc res se habet, modo vt haec nobis loca tenere liceat. Vetus exemplar habet Quomodo quidem. Idem de Finib. 5, 30 c. II Quomodocumque dicitur, intelligi tamen quidquid dicatur potest.

60 QVOMODOCVNQVE. [ὅπως] Quoquo pacto. Cic. Fam. 14, 14 Quomodocumque nunc res se habet, modo vt haec nobis loca tenere liceat. Vetus exemplar habet Quomodo quidem. Idem de Finib. 5, 30 c. II Quomodocumque dicitur, intelligi tamen quidquid dicatur potest.

65 QVOMODOLIBET vixerint Augustin. de C. D. 21, 19. QVOMODONAM. [πῶς] Cic. Q. Frat. 2, 16 Quomodonam mi frater de nostris versibus Caesar?

70 QVONAM. Aduerb. ad locum. [πῶς] Plaut. Trin. 4, 3, 71 Eamus intro, sequere. s. quo tu te agis? C. quonam, nisi domum? Cic. Att. 8, 3 Eum si nunc sequor, quonam? Add. Ter. Adolph. 4, 2, 38. ¶ 2 Est et Ablatiuus a Quinam: Cic. de Finib. 2, 6 Quonam, inquit, modo? Quia, etc. Idem ibid. 4, 69 Admirantes quaeramus ab utroque, quonam modo vitam agere possimus.

75 QVONDAM. [πάλαι, πάλος] Aduerbiu temporis omnis: prae- ritum notat interdum, vt Olim vel Aliquando. Cic. Catil. 1, 3 c. I Fuit ista quondam in hac Repub. virtus. Idem Fam. 2, 15 Nosti enim non modo stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas. Liu. 1, 47 Omnia onera, quae communia quondam fuerint, inclinasse in primores ciuitatis. Consuetudo mea qua quondam solitus sum vti

80 Cic. de Orat. 1, 135 c. 30. Senatus quondam legatos mittendos decreuit Suet. Caes. c. 24. Add. Id. Domit. c. 7. Aliquando Futurum: Virg. apud Priscian. 15 p. 1018 Quondam tua dicere facta Tempus erit. Praesens nonnunquam: Virg. Aen. 2, 367 Quondam etiam victis redit in praecordia virtus. Indefinitum tempus, et id, quod solet fieri, exprimit Virg. Georg. 3, 99 Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis.

85 QVONIAM. Coniunctio causalis. [ὅτι, ἐπεὶ, ἐπειπερ] Ter. Andr. 1, 5, 15 Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me. Idem Eun. 2, 2, 6 Quid istuc ornati est inquam? quoniam miser quod habui perdididi. Quamobrem quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, vtar ea clausula, etc. Cic. Fam. 2, 3. Sic Philipp. 3, 129 Quapropter quoniam res in discrimen adducta est, vtrum ille poenas Reip. luat, etc. Quoniam, aliquando significat Postquam, auctoribus Festo et Donato ad Ter. Adolph. prol. pr. vbi allegat Plaut. Aul. prol.

90 v. 915 quoniam moritur, — nunquam indicare id filio voluit suo. Plerumque tamen causam s. rationem aliquam in ista consecutione simul indicat. v. g. Plaut. Afin. 3, 3, 121 Quid nunc, quoniam ambo, vt est lubitum, nos delusistis, datisne argentum? Ter. Andr. 2, 1, 6 Quae- so edepol Charine, quoniam id fieri quod vis non potest, velis id quod possis. Nep. 25, 21, 5 Quibus quoniam, vt spero, satisfeci — reliquum est, vt ego mihi consulam. Caes. B. G. 5, 27, 7 Quibus quoniam pro pietate satisfecerit, habere se nunc rationes officii. Cic. pro Rosc. Amer. c. 41 Quoniam fidem magistri cognostis; cognoscite nunc discipuli aequitatem. Idem Fin. 5, 59 c. 21 Quare,

95 quoniam de primis naturae commodis satis dictum est, nunc de maioribus

100 quoniam de primis naturae commodis satis dictum est, nunc de maioribus

105 quoniam de primis naturae commodis satis dictum est, nunc de maioribus

ribus consequentibusque videamus. *Etiam Quia in tali consecutione poni, suo loco videri potest.* Quoniam et Idcirco, *veluti relatiua sunt.* Propert. 2, 35, 13 An quoniam agrestem detraxit ab ore figuram Iuppiter, idcirco facta superba dea es? Quoniam quidem suscepi, non deest Cic. pro Sext. Rosc. 30. Idem Att. 2, 1 Quoniam quidem ea, quae nos scribimus, etc. te etiam delectant. *Add.* Sall. Catil. 3, 31. *Interdum seruit subiiciendae rationi* Seru. ad Cic. 4, 5 Tamen ei moriendum fuit, quoniam homo erat. Cic. Tusc. 3, 14 c. 7 Qui fortis est, idem est fidens: *nunc reddit rationem, cur verbo fidens usus sit, hanc,* quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur etc. *Sic* Columel. 5, 5 Nos autem praecipimus easdem virgas, quum a matre fuerint praecisae, sicubi de mortuis vitibus ordines vacent, aut si nouellam quis vineam instituire velit, pro viuiradice ponere: quoniam quidem partes sarmentorum, quae fuerant obrutae, satis multas habent radices, quae depositae scrobibus confestim comprehendant. *Quanquam quoniam, etc.* idem Roscius, etc. Cit. de Orat. 1, 254. Plin. 23, 1 Quo certe vocabulo fatis consilii dedere prisci, quoniam et in materijs cariem fumus arodit. *Obseru.* Quoniam a librario scriptario pro quanquam, apud Columel. 5, 4, 3. et pro quando ibid. 5, 5, 16.

**QVOPIAM.** Aduerbiu ad locum. Ter. Eun. 3, 2, 9 Iturane Thais quopiam es?

**QVOQVAM.** Aduerbiu ad locum. Neque se quoquam mouit ex vrbe Nep. 25, 7, 1. Cato 72 Boues ne pedes subterant, prius quam in viam quoquam agas. Cic. Verr. 2, 52 c. 21 O Verrea praecleara, quoquam si accessisti, quo non attuleris tecum istum diem? Lucret. 1, 1054 Neque quoquam posse resolui. *Add.* Id. 5, 841. Ter. Andr. 4, 5, 21. et Adelph. 2, 1, 16. et Hec. 4, 1, 50.

**QVOQVE.** [ἐτι, εἰς ἐτι] Coniunctio, pro *Etiam, similiter.* Ter. Eun. 2, 2, 20 Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negent, laudo id quoque. Idem Aul. 4, 4, 13 Ego quoque hinc ab dextera venire me assimulabo. Cic. pro Rabir. Post. 33 Si per eum reductus insidiosae redissem, me scilicet maxime, sed proxime illum quoque sefelissem. Atque huius quoque plures sunt species Cels. 3, 22. Et se id quoque animaduertisse Nep. 17, 6, 2. Mortuo, non modo honorem, sed misericordiam quoque defuturam Planc. ad Cic. Fam. 10, 21. Non solum omnia, quae possum, sed ea quoque, quae non possum Cic. Fam. 4, 8. Liu. 30, 1 P. Sempronius (ei quoque enim Proconsuli imperium in annum prorogabatur) P. Licinio succederet.

Ter. Hec. 5, 1, 35 Nam non sunt solae arbitratae haec: ego quoque etiam credidi. Curtius 8, 10, 36 Pueri quoque certe postea ex ea utcunque genito, Alexandro fuit nomen. Plin. 8, 16 Sunt vero et fortuita eorum quoque clementiae exempla. *de leonibus.* Quoque in fine sententiae, *venustatem habet;* Quintil. 8, 6, 42 Nam fit longa et impedita: ut in quaestionibus eam iudices similem agmini totidem lixas habenti, quot milites quoque. Idem 9, 4, 17 Perdidisset gratiam simplicis atque inaffectati coloris, perdidisset fidem quoque. *Add.* Ter. Eun. 2, 2, 20. Quoque, pro *Quidem.* Gellius 17, 2 Q. Claudii haec refert verba, Sese, ne id quoque, quod tum suaderet, facturum esse. *Dein subdit,* Ne id quoque dixit, pro Ne id quidem: infrequens nunc ita loquendo, sed in libris veterum creberrimum.

Denique huc ponemus iocum, *frigidiusculum illum quidem* Ciceronis apud Quintil. 6, 3, 47 Cum is candidatus, qui coqui filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret, Ego quoque, *inquit,* tibi iure fauebo. Ergo *Vocatiuus a Nominatiuo* coquus eodem modo pronuntiabatur, quo particula quoque.

**QVOQVO.** Aduerb. ad locum. [ὅποιον] In quamcunque partem. Cic. de Diuin. 2, 24 c. 9 Ita quoquo sese verterint Stoici, iaceat necesse est omnis eorum solertia. Plaut. Merc. 5, 2, 17 Mensque mihi illam quaerere, quoquo hinc abducta est gentium. *Add.* Solin. c. 35. ¶ 2 *Ablatiuus Pronominis.* Cic. Att. 9, 2 Confido igitur aduentum nostrum illi quoquo tempore fuerit, ut scribis. *ἀκουσῶν* fore. Quoquo consilio fecit, fecit certe suo Cic. pro Rabir. 21. Hic ager quoquo pretio coemptus sit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur Cic. de Leg. Agrar. 2, 69. Plaut. Men. 5, 2, 75 Quid nocui tibi, aut adeo isti, quae mihi molesta est quoquo modo? *i. Omnibus modis, omnino.* Cic. Q. Frat. 1, 2, 4 Tu quoquo modo, quoniam Ephesi est, hominem inuestiges velim: summaque diligentia vel tecum deducas. Fuit aliquis castus quem tulimus, quoquo modo ferendus fuit Cic. Philipp. 6, 19. Quoquo modo ea res huic quidem cecidit Idem Att. 8, 3. Et Verr. 5, 37 Tu quum esses Praetor renunciatus quoquo modo. *i. Quomodocunque, siue utcumque.* Quoquo modo se res habeat Cic. Verr. 5 c. 34. Quoquo modo de me meritis est Idem pro Milon. 94. Id. Verr. 2, 70 Quoquo modo se in ea quaestione praebat, tamen in consilio habebat homines honestos e conuentu Syracusano. Ter. Adelph. 3, 2, 44 Quapropter quoquo pacto celato est opus. Idem Eun. 5, 9, 53 Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est.

**QVOQVORSVM.** Mari alluitur Cilicia Solin. c. 51 (38) *al.* quoquoersus. *Nempe*

**QVOQVOVERSVS,** siue *disiunctim* QVOQVO VERSVS. 80 [ἄντι] Aduerb. ad locum. *i. Versus quemcunque locum.* Caesar Bell. Gall. 3, 23 Legatos quoquo versus dimittere. Et Bell. Ciu. 1, 36 Eius imperio classem quoquoersus dimitunt. Idem ibid. 2, 8 Patebat haec quoquoersus pedes xxx. *Conf.* Cic. Philipp. 9, 7. Columel. 5 extr. Cato R. R. c. 46. Apul. Met. 2 p. 115. Quum quoquoersus spatium vacet infinitum Lucret. 2, 1052.

**QVORSVM.** Aduerbiu ad locum. *Versus quem locum: cum interrogatione, et sine interrogatione aliquando ponitur.* Ter. Eun. 2, 3, 13 Ego nescio hercle neque vnde eam, neque quorsum eam. *Metaphor.* Ter. Eun. 1, 2, 75 Aut ego nesciebam quorsum tu ires? *h. e. Quid tuis verbis velles? quo tenderes?* Idem Andr. 2, 2, 24 Quorsum nam istuc? Idem ibid. 1, 1, 100 Quam timeo quorsum euadas! *i. Ad quem finem perueniat oratio tua.* Ibid. 1, 5, 29 Misera timeo, hoc incertum quorsum accidat. Cic. pro Rosc. Com. 43 Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. Idem de Amicit. 42 Quorsum haec? quia sine sociis nemo quidquam tale conatur. Et Post red. ad Quir. 5 Quorsum igitur haec disputatio? quorsum? ut intelligere possitis, neminem, etc. *Add.* Ter. Adelph. 1, 2, 20. Verebar quorsum id casurum esset Cic. Att. 3, 24 Ter. Andr. 1, 2, 4 Et heri semper lenitas verebar quorsum euaderet. Vnde mihi lapidem? quorsum est opus? Hor. Serm. 2, 7, 116. Id, quod tibi concessi, quorsum pertineat, expecto Cic. de Legg. 1 pr. Quorsum haec tandem? *h. e. Ad quid tandem haec dicis?* Hor. Serm. 2, 7, 21. Quorsum tandem, aut eur ista quaeris? Cic. de Legib. 1, 4.

**QVORSVS.** Idem. Cic. de Clar. Orat. 293 c. 85 Quorsus inquam

istuc? non enim intelligo. Cic. Att. 2, 21 Nunc repente tanto in odio est omnibus, ut quorsus eruptura sit, horreamus. *al.* quorsum. Quorsus, inquit, haec quaestio pertinet Sen. de Ira 2, 2. *add.* ib. 3, 5. Quacrit, quorsus potissimum in praedam sese ruat Apul. Flor. p. 341.

5 QVOT. [*πῶς, ὅπως*] *Nomen numerale indeclinabile.* Plaut. Stich. 1, 3, 59 Quot adeo coenae, quas desleui, mortuae! quot portiones multae! quot autem prandia! Et apud Terentium in Hec. 3, 3, 19 Quot commodas res attuli! quot autem ademi curas! Ter. Phorm. 2, 4, 14 Verum ita est, quot homines, tot sententiae. Haec eadem verba habet Cic. de Fin. 1, 15. Quot serui, tot hostes. Fest. Quot homines, tot causae Cic. de Orat. 2, 140. *add.* Id. de Orat. 3 c. 9. *et* in Orat. c. 21. Quot, quantae, quam incredibiles calamitates Cic. Tusc. 1, 86 c. 35 *extr.* Quot sunt? s. totidem quot ego et tu sumus

15 Plaut. Rud. 2, 7, 6. Cic. in Orat. 53 Quot orationum genera, etc. totidem orationes sunt. Ter. Andr. 1, 5, 13 Quot modis contentus, spretus: facta, transacta omnia. Quot annos nata? H. septendecim Plaut. Cistell. 4, 2, 89. Idem Men. 5, 9, 59 Quot eras annos natus quum te pater a patria auerit? MEN. septuennis. ¶ 2 Quot

20 cum Ablatiuis distributiue ponitur. Plaut. Stich. 1, 2, 3 Vos meministis quot Calendis petere demensum cibum: Qui minus meministis, quod opus sit facto, facere in aedibus? *i.* singulis Calendis, Tot Calendis, quot sunt. Pompon. apud Vlpian. l. 12 §. 6 D. Quando dies legati vel fideicom. eod. Nihil interest, vtrum in annos singulos vel quot annis, an in singulos menses vel quot mensibus, an in singulos

25 dies, vel quot diebus legetur. Vid. Duker. de Latinit. Ictur. p. 250-258. Vlpian. in l. 8 Quum ii. §. 24 Si cui non. D. de transactionibus, Si tamen ita sine praetore transegerit, ut inuicem eorum numum quotannis vel quot mensibus acciperet, etc. Semel in mense sulcos et circum capita oleagina quot mensibus, vsque donec trimae erunt, fodere oportet Cato R. R. c. 43 (*al.* 44) Hodie quot mensibus magistratus in eum locum proficiscitur Vitruu. 10, 7. *add.* Idem 9, 4. Qua sacra quotquot mensibus feruntur in arcem: de sacra via Varro de L. L. 4, 8 p. 15, 3. *al.* quot mensibus. Sic Gell. 6, 5 Ut Carthaginienses quotquot annis Populo Rom. darent certum pondus argenti.

30 Plaut. Epid. 2, 2, 45 Quid istae quae quot annis nomina inueniunt noua? Solent fere iunctim quotannis scribere. Cic. Verr. 2, 131 c. 53 Quod omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferunt. Quae oratio sic probata est, ut eam quotannis eo die recitari necesse sit Cic. in Orat. c. 44. Sic de Fin. 2, 101. Columel. 5, 9 Omnis deinde soboles, quae ex vno stirpe nata est, quotannis exstirpanda est. Haec

35 stata sacra quotannis Sollemnes recolunt epulae Stat. Theb. 1, 666. QVOTANNIS; *vid. modo in QVOT. n. 2.* QVOTCVNQVE. Quotcunque senatus creuerit, populusue iusserit, tot sunt Cic. de Legg. 3 c. 3. Manil. 4, 315 Totque dabit vires, dominos quotcunque recepit. *al.* quotquotque.

40 QVOTDIES. Adu. Sedulum quotdies obibam culturae sacrorum ministerium Apul. Met. 11 p. 267, 29. *Intell.* quot dies sunt. QVOTENVS. [*πῶς τις*] Relatiuum diuisiuum, ad bini, terni, quaterni refertur. Sic Priscianus. Cic. Att. 12, 33 Is, opinor, ita partes fecit in ripa nescio quotenorum iugerum, ut certa pretia constitueret, quae mihi nota non sunt: *i.* nescio binorum, ternorum, denorum, etc.

45 QVOTIDIE. Adu. [*ἑσπέρη*] Singulis diebus. Prima breuis, ut, quotidie damnatur, qui semper timet P. Syr. Quotidie est deterior posterior dies Idem. *Sed vid.* QVOTIDIANVS. Ter. Heaut. 3, 1, 14 Nam mihi quidem quotidie augetur magis de filio aegritudo. Cic. Verr. 1, 129 Quo maximarum rerum frequentissimae quotidie aduocationes fiunt. Quinctil. 1, 7, 6 Frigidiora his alia: ut quidquid C quartam haberet, ne interrogare bis videremur. Et quotidie, non cotidie: ut sit, quot diebus. Verum haec iam inter ipsas ineptias euauerunt. *Conf.* COTIDIE. Pro quot noctibus Quinctil. Deel. 10, 14 p. 225 *vbi conf.* Burm. Quotidie, vel potius in singulos dies, breuiores ad te literas mitto Cic. Att. 5, 7.

50 QVOTIDIANVS, *s.* COTIDIANVS, a, um. Adi. [*ἑσπέρη*] Quod quotidie fit. Cic. de Diuin. 2, 62 Quia sunt haec quotidiana, angues non item. Cic. ad Brut. 16 Audire aliquid de te, non solum vsitatum, sed etiam quotidianum est. Coenam quotidianam allcui apponere Plin. 9, 35. Catull. ad Manl. l. 67, 139 Coniugis in Culpa flagrauit quotidiana. *Sed* Leuis Dropace tu quotidiano Martial. 10, 65. *prima breui, altera producta.* Cura Ter. Phorm. 1, 3, 8. Epistolae quotidianae odiosae Cic. Att. 8, 22. Febris Ter. Hec. 3, 2, 22. Idem Eun. 2, 3, 6 O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres: taedet harum quotidianarum Formarum. *Vbi* Donatus: Quotidianarum, hoc est Leuium et vsitarum. Est quippe contrarium, Noua figura oris. Opera quotidiana et peruaga Cic. de Orat. 3, 188 c. 49. Patina cotidiana Apic. 4, 2. Querimonia Cic. Diuin. in Verr. 9. Res Plin. 8, 5. Sermo quotidianus, Qui quotidie habetur Cic. Fam. 1, 1. Idem Verr. 1, 199 Nam quid ego de quotidiano Sermonem querimoniaque Pop. Rom.

55 loquar? Sermo quotidianus Quinctil. 6, 3, 4. Cic. pro Caecin. 52 Sermo hercle et familiaris et quotidianus non cohaerebit, si verba inter nos aucupabimur. Cultus Sindone tu cotidiana Martial. 11, 1. Sumtus quotidiani Ter. Heaut. 4, 5, 7. Verba quotidiana Quinctil. 4, 2, 58. Cic. Fam. 9, 21 Epistolas quotidianis Verbis texere solemus. Victus quotidianus Idem pro Rosc. Amer. 77 c. 28. Vitae

60 quotidianae expressa imago. Idem ibid. 77 Haec conficta arbitror a Poetis esse, ut effectos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram Vitae quotidianae videremus. Vita quotidiana, assidua, et urbana Cic. in Pison. 64. Aqua necessaria est ad vsuam quotidianum Vitruu. 8, 1.

65 QVOTIDIANO, *pro* Quotidie. Quotidiano in forum mille hominum descenderent Cic. apud Non. 9, 16. *Conf.* Parei Lex. Cr. p. 1055. Plin. 11, 37 Palpebrae in genis homini vtrunque. Mulieribus vero etiam infectae quotidiano. Tanta est decoris affectatio, ut tingantur

70 oculi quoque. QVOTIES. Aduerbiu numerale. [*ὅσῳ, ὅσῳ, ποσῳ*] Ter. Hec. 1, 1, 3 Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, quam sancte. Cic. Verr. 2, 145 Verum quoties, et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? Illud soleo mirari, me non toties accipere tuas literas, quoties a Qu. Fratre mihi afferuntur Cic. Fam. 7, 7. Quoties mihi certorum hominum potestas erit? Idem ibid. 1, 7. Apud

75 veteres, Quotiens per N scriptum fuisse testatur Pierius his verbis, In omnibus codicibus antiquis quos euoluerim, Quotiens per NS scriptum obseruauit. Quibus adscribitur Caper Grammaticus, Sine N scribenda sunt Millies, Centies, Decies. Totiens et Quotiens quum scribuntur, per

80 H 2

2, 357. Innata Claud. in Ruff. 1, 48. Promptissima in ferrum Lucan. 7, 244. Remissa Stat. Theb. 11, 30. Sacua ventorum Ouid. Met. 5, 7. ¶ 2 *Verborum formulae*: Addere: Sil. 1, 70 de Annibale, Hanc rabiem in fines Italiam, Saturniaque arua Addiderat quondam puero patrius furor. Collegerat dolor rabiem Ouid. Met. 9, 212. Colligit os rabiem Ideni ibid. 1, 234. Comprimere rabiem caeli Virg. Aen. 5, 802. Dissimulare rabiem et minas Stat. Achill. 2, 32. Effundit cunctam rabiem, irarumque procellas Sil. 11, 224. Exasperat fretum rabies ventorum Ouid. Met. 5, 1. Inflammanur rabie equi, vid. INFLAMMO. Leniat et rabiem canis, et momenta leonis aura gratior Hor. Epist. 1, 10, 16. *i. aestus Sivi, et Solis in Leone constituti*. Idem Carm. 1, 15, 12. Iam galeam Pallas et aegida Currusque et rabiem parat, *verbo, bellum et pugnam*. Placata cruore rabies Stat. Theb. 10, 285. Quieuit fracta rabies Claud. de Bell. Get. 432. Sedare indomitam properat rabiem Hor. Epod. 12, 9. Sedare rabiem Sil. 13, 344. Seruat frons irarum rabiem Idem 13, 734. Senec. Herc. Oet. 1535 Si qua sub Lerna numerosa pestis Spargat in centum rabiem dracones. Stimulatus ut furenti rabie vagus animus Catul. de Berecynt. l. 64, 4. Omnem rabiem Sumere aduersus aliquem Quinctil. Decl. 11, 2. Tollere Hor. Carm. 3, 24, 26. Tument corda rabie fera Virg. Aen. 6, 49. Venit canibus rabies Idem Georg. 3, 496. Vertitur iocus in rabiem Hor. Epist. 2, 1, 149.

RABIOSVS, a, um. Adj. [*λυσσωδης*] Rabie correptus. Canes fiunt rabiosi Scribon. 171. Canis rabiosi morsus ibid. Plaut. Capt. 3, 4, 15 Hic homo rabiosus habitus est in Aulide. Add. Sen. de Ira 1, 4. Plin. 29, 5 Est limus salinae sub lingua rabiosi canis. Canis rabiosa Hor. Epist. 2, 2, 75. Morsus a cane rabioso Plin. 29, 2. Cic. Tusc. 4, 49 Vide, ne fortitudo minime sit rabiosa, sitque iracundia tota leuicatis. Iurgia rabiosa fori clamosi Senec. Herc. fur. 172. Signi rabiosi tempora, *Dies caniculares* Hor. Seru. 1, 6, 126.

RABIOSVLVS, a, um. Adj. Dimin. [*ὑπολυσσωδης*] Cic. Fam. 7, 16 Primas illas rabiosulas fat fatuas dedisti. *Intelligit literas asperas et mordaces Trebatii*.

RABIOSE. Adu. [*λυσσωδης*] Furiose. Cic. Tusc. 4, 48 c. 22. Atque hi collocuti inter se prius quam manum confererent, leniter et quiete, nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde, rabiose fecerunt. *De Atace et Hectore*.

RABIDVS, a, um. Adj. [*λυσοδληκτος, λυσσων*] Qui rabiem habet. Plin. 29, 5 In canis rabidi morsu tuetur a pauore aquae, capitis canini cinis illitus vulnere. Idem 8, 9 Domantur autem elephantum rabidi fame et verberibus. Rabidum et incitatum agere aliquem Catul. de Berecynt. 61 (64) 85. Animi rabidi furor Idem ibid. 61 (64) 83. Aspectu rabido circumspicere Auct. ad Heren. 4, 62. Canes Ouid. Amor. 3, 12, 21. Sen. Oedip. 932. Plin. 29, 5. Certamen Sil. 16, 410. Cic. in Arat. 110 Ver toto spirans rabido de Corpore flammam. Dens, Rabie plenus Martial. 1, 18. Dolor Stat. Theb. 6, 83. Fames Virg. Aen. 6, 421. Ferarum rabidarum more Stat. Theb. 8, 71. Flatus Idem Silu. 2, 2, 118. Ingenium Claud. in Ruff. 1, 109. Ira Ouid. Met. 7, 413. Miles Sil. 13, 255. Mores rabidos comperere Ouid. de Arte Am. 3, 501. al. Rapidus. Murmur Valer. Argon. 4, 239. Os Virg. Aen. 6, 80. Tigres Idem Georg. 2, 151. Voces Claud. in Ruff. 1, 44. In MSS. permiscetur rabidus et rapidus. *Drakenb. ad Sil. 5, 451*.

RABIDE. Adu. Cic. Tusc. 5, 16 c. 6 Quid vero illum quem libidinibus inflammatum et furentem videmus, omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate, etc.

RABIO, ire. et RABO, ere. [*λυσσω*] Verbum dictum a Rabie; *Nimia ira et quasi rabie agi*. Varro apud Non. 1, 18<sup>a</sup> Quid est? quid lateras? quid rabis? quid vis? Caecilius ibid. Rabere se ait Vet. Poeta apud Cic. Diuin. 1, 66 c. 31 Sed quid oculis rabere visa est derepente ardentibus. Manil. 5, 207 Latratque Canicula flammam, (*Sic Bentl. al. flammam*) Et rabis igne suo. Adde 224 Corda micant et lingua rabis. Sen. Epist. 29 Videbis eisdem intra exiguum tempus acerrime ridere et rabere.

RABIO, are. Rabiatur, *λυσσω* Gloss.

RABIRIVS, gentis, Rom. nomen, de qua v. g. C. Rabirius Eques Romanus, perduellionis reus, quod Saturninum hostem patriae occidisset, defensus a Cicerone in Consulatu, quae exstat oratio. Alius de quo Ouidius ex Ponto 4, 16, 5 Quum foret et Marsus, magnique Rabirius oris. *i. Magniloquus*. Adde Sen. de Benef. 6, 3. Quinctil. 10, 1. Alius forte de quo Cic. in Acad. 1 pr.

RABO. [*ἄραβων*] pro Arrabone, concisum a rustico apud Plaut. Truc. 3, 2, 20

Sequere intro me amabo mea voluptas. s. tene hoc tibi:

Rabonem habeto, mecum ut hanc noctem fies.

A. Perii! Rabonem? quam esse dicam hanc beluam?

Quin tu arrabonem dicis? s. Ar facio lucri,

Ut Praenestinis conia est ciconia.

Rusticus excusat factum: Ar syllabam se lucri vel compendii ait facere.

RABVLA, ae. m. [*ῥαβυλος, δικολέκτης*] Caninae impudentiae caudicibus. De etymo ista Festus Paulli in Raua. Raua vox rauca et parum liquida, proxime canum latratum sonans: unde etiam caudicibus pugnaciter loquens rabula. Sed in loco ipso, Rabula dicitur in multis intentus negotiis, paratusque ad radendum quid auferendumque, vel quia est in negotiis agendis acrior, et quasi rabiosus. Non. 1, 100 Rabulae litigiosi a rabie dicti. Varro, Ille ales gallus, qui suscitabat aitharum (*leg. Atticarum*) nugarum scriptores, an hic, quia gregem rabularum? Et 1, 298 Rabula a rabie dictus est, quem nunc aduocatum, vel causarum patronum dicamus. — Inde et Sallustius, Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur. Vid. quae ad b. l. Sallustii in Fragm. Hist. 6 p. 1004 Cortius: it. Sauaro ad Sidon. Apoll. 4, 3 p. 233 sq. Ludat hoc fragmentum etiam Quinctil. 12, 9, 9 Ea est enim prorsus canina, ut ait Appius, eloquentia censuram male dicendi subire. Et mox l. 12 Super omnia perijt illa, quae plurimum oratori et auctoritatis et fidei affert, modestia, si a viro bono in rabulam latratoremque conuertitur etc. Illa cum canibus perpetua comparatio fauet etymologiae Vossianae a *ῥάβω* id est latro, ut a *ῥάω* vel *ῥάωω* rabula. Addere possis, a *ῥάω* vel *ῥάωω* tabula. Caniquam studium allatrandi locupletissimum quemque apud Columel. praef. 9 illustratum est. Nec tamen damnamus, qui rabulam malunt dici a radendis auribus, nam ut a fando rabula, a nando nabula, a stando stabula, a pascendo pabula, ita a radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos putat, ait Hermolaeus in Plinium, quam quod suo clamore radant, id est offendant aures: et ut ait Quinctilianus, nimia verbositate feriant. Cic.

in Orat. 47 Non enim declamatorum aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus. Cic. de Orat. 1, 202 c. 46 Non enim causidicum nescio quem, neque proclamaforem aut rabulam, hoc sermone nostro conquirimus, etc. Rabula sane probabilis P. Antistius Cic. in Brut. 276.

RABVLVS, a, um. Adj. Velut rabulus anser admixtus oloribus Sarisber. 5, 6. Si antiquum sit nomen rabulus, facilius apparet, cur anseribus quoque rabulas comparavit Cic. pro Rosc. Am. 56.

RABVLATIO, ōnis. f. Forensis Mart. Capella l. 6. et Symm. 23.

RABVLATVS, ūs. m. Audiri, licet perstreperent, nullo potuere rabulatu, i. quantumvis clamarent Mart. Capella l. 2.

RABVLANVS, vid. Radulanus, in RADO.

RABVSCVLVS, Ravi coloris. vr, Rabuscula vitis vel vva. Vid. Plin. 14, 3.

## R A C

RACCO, āre. vid. RANCO.

RACĒMVS, i. m. [Ῥακεμὸς Gloss. Gr. Lat.] Congeries acinorum suis cum pediculis ipsaque adeo vva. Vid. Casaub. ad Suet. Aug. c. 76.

Quoties enim ab vva distinguitur racemus, non videtur aliud significare racemus; sed vva accipi pro vite, ut alias quoque fructus et arbor commune nomen habent. Sic statim dicentur vvae racemiferae. Vid. vva.

Virg. Georg. 2, 102 Non ego te mensis et diis accepta secundis

25 Transierim Rhodia, et tumidis bumaste racemis. Tum deus, o Satyri, maturos carpite fructus, Dixit, et ignotos pueri calcate racemos Nemesian. Ecl. 3, 59. Extentis racemis tumet vva Ouid. Trist.

4, 6, 9. Fulgentes sole racemi Sil. 7, 208. Prima mihi variat

liuentibus vva racemis: Vertumnus loquitur Propert. 4, 2, 13. Li-

30 vidi Hor. Carm. 2, 5, 11. Passi Virg. Georg. 4, 269. Turpes racemos fert vva Idem ibid. 2, 60. Variis racemis vva Ouid. Met. 3,

484. ¶ 2 Racemus etiam de aliis plantis dicitur. Plin. 15,

28 f. 34 Dependent alia (poma) pediculis, ut pira: alia racemis, ut vvae, palmae: alia et pediculis et racemis, ut hederæ, sambuci.

35 Idem 16, 34 de hedera, Aliis densus acinus, et grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi: item Selenitium, cuius est minor acinus, sparsior racemus. Vid. RACEMOSVS et RACEMATVS.

RACĒMOR, āri. Racemos a vindemiatoribus praeteritos sublegere.

40 Varr. R. R. 3, 9, 1 Tum de reliquis, si quid idoneum fuerit, racemari licebit. Metaph. Sic restituit Victor. cum dedissent superiores ratiocinari.

RACĒMĪFER, ēra, ērum. Adj. [Ῥακεμοφόρος] Vt, Vvae racemiferae Ouid. Met. 3, 666. Bacchus Idem ibid. 15, 413. Et Fast.

45 6, 483 Baccha racemiferos hedera redimite Capillos.

RACĒMOSVS, a, um. Adj. [Ῥακεμώδης] Racemis plenum. Plin. 13, 6 Oliuae modo racemosus flos. Pomum suis inter ramos palmitibus racemosum Id. ib. c. 4.

RACĒMĀTVS, a, um. Aliud Adj. [Ῥακεμώτης] Quod racemos habet. Plin. 18, 7 de panico, Paruis racemato paniculis.

RACĒMARIVS, i. m. [Ῥακεμοφόρος] Pampini, f. Palmitis in vite epitheton. Columel. 3, 18, 4 Nec dubium quin gemmae cacumini

proximae quae sunt infecundae, in eo (malleolo) relinquuntur, ex quibus pampini pullulant vel steriles, vel certe minus feraces, quos rustici vocant racemarios.

55 RACĒMATIO, ōnis. f. [Ῥακεμολογία] Racemorum secundaria vindemia singulorum aut rariorum, qui forte a vindemiatoribus praetereruntur: sicut in messibus peractis, quod superest, spicilegium dicitur. Tertull. Apol. 35 Post vindemiam racematio superstes.

60 RACILIVS, gentis Rom. nomen, de qua v. g. Tribunus pleb. qui de Clodianis facinoribus est questus in Senatu Cic. ad Q. Frat. 2, 6.

## R A D

65 RADAMANTHVS, vid. RHADAMANTHVS.

RADIA, ae. Gloss. Gr. Lat. ραδικίς ἢ τὴ τροχῆ, Radia, modiolus. Fuerit itaque canalis ille in rota, qui cauo suo axim recipit, convexa parte continet radios, a quibus nomen habet. Scheffer. de re vehic.

1, 6 p. 48 suspicatur leg. Radiorum modiolus.

70 RADIATIO, RADIATVS, vid. RADIVS.

RADICITVS, RADICO, RADICVLA, vid. RADIX.

RADIVS, i. m. Prima notio huius nominis videtur rustica illa, qua notat bacillos circa modiolum (per quem axis transit) in stellae formam dispositos, et orbile s. orbem extimum rotae s. absidas sustinentes.

75 Gr. ῥαδικίαι, κερκίδες, τροχῶν ῥαδικίαι. Vid. Scheff. de re vehic. 1, 6 pr. Virg. Georg. 2, 444 Hinc radios triuere rotis, poliuerunt ad rotas.

Plin. 16, 40 Sed lignum non alio paene quam ad radios rotarum utile. Virg. Aen. 6, 616 Saxum ingens voluunt alii, radiisque rotarum Districi pendunt. Ouid. Met. 2, 108 de curru Solis, Aureus axis erat,

80 temo aureus, aurea summae Curuatura rotae, radiorum argenteus ordo. In curru Luxuriae ponit Prudent. Psychom. 337 Radiorum Albentem seriem, quam summa rotarum Flexura electri pallentis continet orbe. Add. Curt. 4, 9, 5. ¶ 2 Ab illa similitudine Radios dixere fulgorem e corpore lucido, maxime ex illo orbe, qui videtur

85 solis circumcirca exeuntem. [ἀκτίν, ἀκτίς] Varro . . . O summe sol, qui totam hanc mundi compagem, tuis radiis illustras. Cic. de Fin. 5, 71 c. 24 Ita enim paruae et exiguae sunt istae accessiones bonorum, ut quemadmodum stellae in radio solis, sic istae in virtutum splendore ne cernantur quidem. Lucret. 1, 148 Non radii fo-

90 lis, neque lucida tela dici percuciant. Ita claret, ut ipsius solis radio putem scriptum Tertull. de Resurr. Carn. c. 47. Lumen radiorum Lucret. 2, 116. Verbera radiorum Idem 5, 1103. Vires radiorum Ouid. Met. 4, 247. Ardentes radii Lucret. 6, 754.

Latinus Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum Aurati bis sex radii fulgentia cingunt, Solis aui specimen Virg. Aen. 12, 161. Coruscis radiis insigne iubar Ouid. Met. 1, 768. Micantes Idem ibid.

2, 41. Tabifici Lucret. 6, 737. Nubes ardent radiis et auro, i. e. inquit Seruius, Radiis aureis Virg. Aen. 7, 112. Calere radiis Ouid. Met. 2, 171. Erumpunt radii Virg. Georg. 1, 446.

100 Excludunt radios frigora Stat. Silu. 1, 2, 154. Ingruentes solis radios sentit luna, vid. INGRVO. Lucret. 2, 114

Contemplator enim, cum Solis lumina cunque

Insertos fundunt radios per opaca domorum

Multa minuta modis multis per inane videbis

Corpora misceri radiorum lumine in ipso.



Interrumpunt nubes radios lucis Lucret. 5, 288. Retexit Titan orbem radiis Virg. Aen. 4, 119. Rubescebat mare radiis Id. ib. 7, 25.

¶ 3 *Hinc oculis etiam tribuebant Radios quidam physici.* Gell. 5, 16 Stoici causas esse videndi dicunt radorum ex oculis in ea quae videri queunt emissionem, aerisque simul intentionem. *Contra haec disputans* Laëtant. de Opif. Dei 8, 10 Ne forte existimes, — nos cernere — aut intentione aëris cum acie, aut effusione radorum; quoniam, si ita esset, tardius quam oculos aduertimus, videremus; donec intentus aër cum acie, aut effusi radii ad id, quod videndum esset, pervenirent. *Stoici hircum mulgent, cribrum supponit bonus Laëtantius.*

¶ 4 *Radius Virga est, vel bacillus: Speciatim Virga, qua Geometrae formas suas in pulvere delineabant.* Virg. Ecl. 3, 41 Descripsit radio totum qui gentibus orbem. *Archimedes intelligit Salm. ad Solin. p. 579, bC, orbem autem Caelum.* Martian. Capella l. 6 p. 190 Abaco illato accedit Geometria radium dextra — gestans, ad figuras nimirum in pulvere abaci ducendas. Macrobi. Saturn. 7, 2 Qui obierunt maria et terras, gaudent quum de ignoto multis vel terrarum situ, vel finu maris interrogantur: libenterque respondent, et describunt modo verbis, modo radio loca: gloriosissimum putantes, quae ipsi viderint, aliorum oculis obicere. Cic. Tusc. 5, 64 Ex eadem vrbe humilem homunculium a pulvere et radio excitabo, qui multis post annis fuit, Archimedes. *Peculiariter etiam Astrologis tribuitur radius, quos hodie Astronomos dicere malunt (cum illi male audiunt ob genethliacam vanitatem) Vt* Virg. Aen. 6, 850 Caelique meatus Describent radio, et surgentia sidera dicent. Auien. Arato 50 Hic primum Gnidii radium senis intulit astris. Non potest regna caelorum sperare cuius digitus aut radius abutitur caelo Tertull. de Idolol. c. 9. i. *peruersus astrologus. De Dioptra intelligunt. Et sane recentiores Astronomi radium vocant instrumentum triangulare acutissimo angulo aequicrurum, quo ad distantias stellarum capiendas ope linearum basi parallelarum utuntur.*

¶ 5 *Sed multo latius patet. De ramis vallorum* Liv. 33, 5 Et adeo acuti, aliusque per alium immissi radii locum ad inferendam manum non relinquunt. *Stipites sunt velut modiolus axis, unde radii exeunt.* Plin. 10, 42 f. 58 de Psittaco, Capiti eius duritia eadem quae rostro. Hoc cum loqui discit, ferreo verberatur radio: non sentit aliter ictus. Radius, [*νεπίς*] *Textoris instrumentum, quo subtemen traicitur inter tramas flaminis. Vid. Ouid. Met. 6, 54 quem totum damus voce TEXO.* Virg. Aen. 9, 476 Excussi manibus radii, reuolutaque pensa. Ouid. Met. 6, 132 Cytoriaco radius de monte. Infubula, ac fusi, radii, scapique sonantes Lucret. 5, 1352. Acutis radiis inferitur medium subtemen Ouid. Met. 6, 56. Attriti manu Claud. de Rapt. Proserp. 3, 161. Radius, *Instrumentum, aiunt, quo vaduntur menjuræ, alias Hostorium dictum.* Plautum citant, Di deaque omnes tantam nobis laetitiam, tot gaudia sine radio cumulent. *Forte est ex suppositis. Radii, Oliuae oblongae a forma illa sic dictae, quod monet Seru. ad* Virg. Georg. 2, 86 Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuae Orchites, et radii, et amara pausia bacca. Columel. 5, 8 Orchis quoque et radius melius ad escam, quam in liquorem stringitur. *Add. Cels. 6, 4. Cato R. R. c. 6. Radius est pastinacae pisci pro telo* Plin. 9, 42. *Sed de alio pisce Idem 9, 4 Apparent et Rotae, appellatae a similitudine, quaternis distinctae radiis, modiolos earum oculis duobus vtrinque claudentibus. Radius, Os minus brachii, et breuius, idemque superius: Cornel. Cels. 8, 1 Brachium constat ex ossibus duobus. Radius, quem νεπίδα Graeci appellant, superior breuiorque, et primo tenuior, rotundo et leniter cauo capite exiguum humeri tuberculum recipit, quod ibi nervus et cartilagine continetur. Cubitus inferior etc. Est igitur Radius, qui carne vestitus cum cogitatur Lacertus dicitur. Alii plane, de quibus Plin. 11, 47 f. 107 Auium quibusdam grauioribus, in cruribus additi radii, i. calcaria, Gr. πλῆκτα. Sic 30, 11 f. 29 Gallis gallinaceis tribuit. Radius virilis, dicitur* Membrum virile, vid. RADIX n. 3.

RADIOLVS, i. m. Dimin. *Parua olea oblonga.* Columel. 12, 47 Albam pauseam, vel orchitem, vel radiolum, vel regiam dum contundes, primum quamque, ne decoloretur, in frigidam muriam demerge. Conf. Apul. de Herb. c. 83.

RADIO, Ære. *Radios emittere, fulgere, et conspicuum esse.* Columel. 10, 288 Nec tam nubifugo Borea Latonia Phoebe Purpureo radiat vultu. Martial. 8, 45 Vera minus flauo radiant electra metallo. Ouid. Met. 2, 4 Argenti bifores radiabant lumine valuae. Nec rudis infestis miles radiabat in armis Propert. 4, 1, 27. Ocelli radiant vt sidus Ouid. Amor. 3, 3, 9. Conf. Barth. ad Claud. p. 523. Pass. Ouid. ex Pont. 3, 4, 103 Scuta sed et galeae gemmis radientur, et auro: *Passive, inquam: nam etiam Actiue* Propert. 1, 15, 7 Et potes hesternis manibus componere crines, — Nec minus Eois pectus radiare lapillis, i. ornare gemmis fulgentibus. Sic Brouckb. ex MS. Flor. 4, 2, 30 Aliquid tamen aduersus absentem ducem ausa Fortuna est circa Illyricum et Africam, quasi de industria, vt prospera eius aduersis radiarentur. Sic Dacer. Sed Duker. quasi de industria prospera etc. Lucan. 7, 214 Miles vt aduerso Phoebe radiatus ab ictu. Vet. Poëta in Collect. Pithoeana p. . . Metam Sol eminus exit, Intorquetque peplum noctis, radiatque sororem, i. illustrat lunam.

RADIANS, antis. Partic. [*ἀκτινοβολῶν*] Virg. Aen. 8, 616 Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. Cic. in Arat. 172 Stellas sub pedibus stratas radiantis Aquar. Astra Ouid. Met. 9, 272. Aurum Idem ibid. 4, 636. Galeae radiantis nitet ab auro Ouid. Met. 13, 105. Lumina folis Idem Trist. 2, 325. Lunae radiantis imago Virg. Aen. 8, 23. Sidera Ouid. Met. 7, 325. Templum multo auro Idem de Arte Am. 3, 451. Toga radiante decorus Claud. Conf. Hon. 6, 371. Radians simpliciter pro Sole. Vid. mox RADIATVS. Compar. Gemmifer eloquiis, radiantior ore lapillis Fortunat. in Vita Mart. 1, 138.

RADIATVS, a, um. Partic. Vt, Enn. apud Cic. de Orat. 3, 162 c. 40 Viue, Vlysses, dum licet Oculis postremum Lumen radiatum rape, Solem intelligit. Muretus Var. Lect. 11, 9 suspicatur legendum radiantis, i. Solis, et comparat versum alium Ciceronis ex Arato, quem ipse refert Orat. 152 c. 45 Hoc motu radiantis Etesiae in vada Ponti, quem cum Graecis Arati comparat. Sed sine dubio etiam radiatus vocatur. Cic. Acad. 4, 126 Solis magnitudo (ipse enim hic radiatus me intueri videtur) admonet, etc. Radiatus stellae modo Plin. 27, 5. Orbis flammis radiatus Cic. de Diuin. 1, 44. Rota Varro de R. R. 3, 5, 15 ne solidam vel tympanum putemus. Splendor radiatus Sil. 7, 143. Corona Suet. Aug. c. 94. Distinctam radiis vocat Flor. 4, 2. Radiatum caput principis qui in deos referebatur, Plin. Panegyrico 52 Horum vnum si praestitisset alius, illi iam dudum radiatum caput, et media inter deos sedes auro staret, aut chore. Illustrat h. l. 105

*Schwartzij.* Sed in Imperatorum et tyrannorum tertii saeculi numis nescio an semper diuinitatem, consecrationemue corona radiata s. caput radiatum indicet. Radiatus facie processit Treb. Pollio in Gallieno c. 16. i. cum corona tali.

5 RADIATILIS, e. Vmbra Fortunat. l. 2.

RADIATIO, ōnis. f. [ἀκτινοβολήσις] Plin. 36, 5 Et Hecate Ephesi in templo Dianae post aedem, in cuius contemplationem admonent aeditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio est. Augustissimae lucis radiationibus territare Arnob. 6 p. 208. Firmic. 1, 1

10 et 4 sub finem. Prospera Idem 2, 22.

RADIOSVS, a, um. Adj. [ἀκτινώδης] Quod multos emittit radios. Plaut. Stich. 2, 2, 40 Postquam me misisti ad portum, cum lucu simul commodum radiosus ecce sol superabat ex mari.

RADIX, icis. f. [ρίζα] Pars plantae terra tecta, unde suis fibris succum illum nutrictum trahit: tum metaphor. illa rei cuiusque pars, quae illa nititur, quae certe ima est. Cic. de Fin. 5, 33 Videamus ea, quae terra gignit, corticibus et radicibus valide feruari. Glycirrhizae radix Scribon. 75. Quae Dulcis radix Eid. 110. 170. Ocelli radices, vid. Ocellus, in OCVLVS. Vltima radix linguae Ouid. Met. 6, 557.

20 Haemorrhoidum radices Scribon. 227. Pilorum radices aduersus naturam natae Id. 230. Rumicis tres radices Id. 127. Radices montis, [κρημὸς, ὑπόρεια] pro Inferiori parte: Caes. Bell. Ciuil. 1, 41 Ab infimis radicibus montis, intermissis circiter passibus quadringentis castra facere constituit. Sub Montis radicibus acie instructa Nep. 1,

25 5, 3. Plin. 9, 18 Duo lacus Italiae in radicibus Alpium. Add. Caes. Bell. Ciu. 3, 85. Vitruu. 2, 8. Imae radices montis, vid. IMVS. In radice Palatii, id est in ima parte Palatii. Cic. anteq. iret in exil. 24 Cuius templum a Romulo victis Sabinis in Palatii radice cum Victoria est collocatum. de Iouis Statoris templo. Radix saxi, a

30 Lucretio dicitur translate, veluti si diceres Stirpem saxi: sed et Graeci terram ἐξήζωμένην non ineleganter solent dicere, eam stabiliter haerentem fundatamque dicere studentes. Ex Turnebo. Altae radices Quinctil. 1, 1. Arborea Ouid. Met. 8, 379. Bibulae radices fibrae Idem ibid. 14, 633. Bulbosa, Carnosa, Cauernosa, vid. ff. ll.

35 Edulis radices cortex Scrib. 60. i. raphani. Lanaria radix ibid. 10. est Radicula n. 2. Lata radice arbor, vid. LATVS, Adj. Latens in locis asperis Hor. Epod. 5, 68. Lenta Ouid. Met. 11, 78. Limosa, vid. LIMVS. Macedonia Apul. de Herb. c. 5. i. planta. al. viperina. Nocens Ouid. Met. 14, 56. Nudis radicibus arbores,

40 Oleagina, Oleaginea, vid. ff. ll. Pontica radix Scrib. 167. i. Rheum Ponticum. Reuulsa Claud. in Eutrop. 2, 29. Venerea nautica Apul. de Herb. c. 6. al. acorus. Vtilis radix medendi Ouid. Epist. 5, 147. Vulsae Virg. Aen. 3, 650.

¶ 2 Verborum formulae: Abeunt sursum radices, pro Sursum tendunt, vid. ABEO. Affigere radicem terrae Virg. Georg. 2, 318. Cic. Off. 2, 43 c. 12 Vera gloria radices Agit, atque etiam propagatur. Vid. Plin. 16, 31. Capere radices, vid. CAPIO. Conterere radicem in puluerem, vid. CONTERO. Plin. 16, 31 Esculus quantum corpore eminet, tantum radice Descendit. Ibidem, Quidam non altius Descendere radices,

50 quam solis calor tepesciat, idque natura loci tenuioris crassiorisue dixerunt: quod falsum arbitror. Cic. Philipp. 4, 13 c. 5 Virtus est vna altissimis Defixa radicibus, quae nunquam vlla vi labefactari potest. Eruta radicibus pinus Virg. Aen. 5, 449. Cic. Tusc. 3, 13 Nos audeamus non solum ramos amputare miseriarum, sed etiam radicem fibras Euellere. Expulsa imis ab radicibus seges Virg. Georg. 1, 319. Facere radices Plin. 17, 17. Figere radices Ouid. Met. 2, 583. Habiturum malum fundamentum et radices altiores Cic. ad Brut. 17. Inflectere radices in nodum, vid. INFLECTO. Mittere radicem, vid. MITTO. Cic. pro Cael. 14 c. 6 Nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiae radicibus Niteretur. Nixus altis radicibus profectus Quinctil. 1, 1, 28. Pullulat ab radice silua Virg. Georg. 2, 17. Ruptis radicibus vellitur arbor solo Idem Aen. 3, 27.

¶ 3 Radix (colis) virilis paralyti vitiatus (Sic editum; non vitiata) non concluditur (contrahitur) ad exprimendum liquorem (urinam) sed multo maior aut minor efficitur, et nulla tentigine prouocatur. Haec Caelius Chron. 2, 1, 13. Sed Radius legi vult Reines. V. L. 3, 18 p. 662.

¶ 4 Radices, metaphorice, de incorporeis. Varr. de L. L. 5, 5 p. 51, 26 Primigenia dicuntur verba, vt lego, scribo, sto, sedeo: et caetera quae non sunt ab aliquo verbo, sed suas habent radices. Varr. de R. R. 1, 1, 11 Ea (quae dicam) erunt ex radicibus trinis, et quae ipse in meis fundis colendo animaduerti, et quae legi, et quae a peritis audii. Aufon. Eid. 4, 70

Pueros molli monitu et formidine leni Pellexi vt mites peterent per acerba profectus Capturi dulcem fructum radicis amarae.

Ex iisdem, quibus nos, radicibus Natus Marius Cic. pro Sext. c. 22. Sic Varro de R. R. 2, 8, 1 Muli et hinni bigeneri atque infiticii, non suo genere ab radicibus; ex equa enim et asino fit mulus: contra ex equo et asina hinnus.

¶ 5 Radix velut per eminentiam, raphanus est v. g. Scribon. 133. it. 198 Radix ea, quam nos edimus, acris. Sic Colum. 11, 3, 18. Pallad. 1, 35, 5 etc. Ergo etiam Radix Syriaca Colum. 11, 3, 16 et 59 de raphano Syriaco Plinii 19, 5 l. 26, 3 explicata in Lexico rustico.

35 RADICVLA, ae. f. Dimin. [ρίζιον] Plin. 20, 9 Laferis radícula. Cic. de Diuin. 2, 135 c. 66 Tum secundum quietem visus ei dicitur draco, is quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre. Columel. 5, 5 Recisis radiculis. Radiculae aestiuae Idem 11, 2, 19.

¶ 2 Radicula, Herba, quae Lanaria radix alias vocatur. Plin. 19, 23 At quae vocatur radícula, lauandis demum lanis succum habet: mirum quantum conferens candori mollitiaeque. Et paullo post, Struthion Graeci vocant, floret aestate, grata ad spectu, verum sine odore, spinosa, et caule lanuginoso: semen ei nullum, radix magna quae conciditur ad quem dictum est vsum. Haecenus Plinius. Add. 24, 11 l. 58. Apud Dioscoridem etiam ῥαφανίδα radiculam interpretantur. Vid.

RADIX n. 4.

RADICOR, āri. [ρίζομαι, ῥιζοβολέω] Radicem facere, seu capere, vel emittere. Plin. 18, 7 Frumenta multis radicanur fibris. Radicari in fruticem Idem 13, 4. Radicari in rectum Idem 19, 6. Add. Colum. 4, 2, 2.

¶ 2 Sed apud Veget. Mulom. 3, 2, 27 in MS. est lemma, de bubus radicanis, i. radice constiginis curandis.

RADICESCO, ēre. Sen. Epist. 87 (86) Vidi vitem ex arbusculo suo annosam transferri. Huius capillamenta quoque (si fieri potest) colligenda sunt, deinde liberalius sternenda vitis, vt etiam ex corpore radicescat.

5 RADICĀTVS, a, um. Partic. [ἐξήζωμένος] Columel. de Arbor.

bor. 20 Arbores et radicata femina Autumno serito. *i. furculos suis cum radicibus, plantas.* Vid. Sidon. Epist. 7, 8. et 5, 10.

RADICŌSVS, a, um. Adi. [*ῥιζώδης*] Quod multas radices habet. Plin. 16, 34 Omnium ederarum generi radicos brachia.

RADICĪTVS. Adu. [*ῥιζώδην*] A radice, vel Vsque ad radicem. Cato c. 50 Herbasque malas omnes radicitus effodito. Plin. 21, 11 Eruitur post Aequinoctium vernum radicitus. Arbores radicitus euerſae Obsequ. c. 128. Nonacrias atque ille tulit radicitus altas Fagos Catull. Argon. l. 62, 288. Huic fluctus viuos radicitus abstulit vngues Propert. 3, 5, 65. Metaphor. Plaut. Mostell. 5, 1, 62 Nam omnia malefacta vestra reperi radicitus: non radicitus quidem hercle, verum etiam eradicitus. Cic. de Fin. 2, 27 An potest cupiditas finiri? tollenda est atque extrahenda radicitus. Alicuius actiones radicitus euellere Cic. pro Domo c. 13. Excutere opinionem radicitus Cic. Tusc. 2, 111.

RADO, si, sum, ēre. [*ῥέω, ῥίω, ῥυόω*] Minutatim secando auferre, et ita leue vel planum reddere, asperitates tollere, ac denique stringere, arte contingere, etc. Columel. 2, 20 pr. Area terrena si erit, vt sit ad triturationem satis habilis, primum radatur, deinde confodiatur etc. Radatur gramine et stirpibus liberetur, et quidquid eminet. Propert. 3, 2, 23 Alter remus aquas, alter tibi radat arenas. *i. ita nauiga, vt litus legas.* Arua radit imbribus Euris Hor. Epod. 16, 54. Suet. in Calig. c. 5 Regulos quosdam barbam postuisse, et vxorum capita rasisse ad indicium maximi luctus. *b. e. Radenda curasse.* Idem facere, naufragis in usu erat: vid. Burm. ad Petron. c. 103. Scribon. 241. *it. 242* Cera et resina mixta s. ceratum cum refrigeratum est raditur et miscetur rebus siccis, *i. comminuitur ope cultelli.* Genas radere, *i. laniare, lacerare.* In legibus XII Tabul. fuisse, Mulieres genas ne radunto, neue lessum funeris ergo habento, testatur Cic. de Legib. 2, 59 c. 23 quae legis verba sic alii concipiunt, Mulier genas ne carpito. Plin. 11, 33 Infra oculos malae homini tantum, quas prisca genas vocabant, XII Tabul. interdicto radi a feminis eas vetantes. Hoc autem sumtum e Solonis legibus testatur Cicero. Festus interpretatur illud radere, vnguibus scindi. Guttur radere Iuuen. Sat. 6, 105. *i. barbam.* Ianua expletis quoque raditur oris Lucret. 4, 535. Iter liquidum radit, celeres neque commouet alas, *i. Secat purum aërem* Virg. Aen. 5, 217. Litora raduntur Circaeae proxima terrae Virg. Aen. 7, 10. Ripas radentia flumina rodunt Lucret. 5, 257. Sic Ouid. Fast. . . . Laeuum Radit arenosi Thybridis vnda latus. Lucan. 2, 425 Radensque Salerni cultu Siler. Solin. c. 22 Oceanus a laeuo latere Europam radit. Vid. Heins. et Drakenb. ad Sil. 13, 4. *it. Brouckb. ad Tib. 4, 1, 142* Aut rapidus, Cyri dementia, Gindēs Radit Aerecteos haud vna per ostia campos. Saxa raduntur impresso vomere Sil. 8, 393. Sed Lucan. 8, 245 Spumantia paruae Radit saxa Sami. *i. praenauigat.* Terram radit cornus Plaut. Aul. 4, 3, 2. Tigna laeuia radere Lucret. 5, 1266. Met. Quinctil. 3, 1, 3 Quorum ne ieiuna, atque arida traditio auerteret animos, et aures praesertim tam delicatas raderet, verebamur. *b. e. Laederet, offenderet, fatigaret.* Nomen Pisonis radendum fastis censuit Tacit. Ann. 3, 17. Tornatores etiam, et caelatores radere dicuntur, vid. Salmaf. ad Solin. p. 736.

RADENS, entis. Partic. [*ῥέων*] Praeter dicta Lucret. 6, 117 Quam de latere ire Diuerso motu radentes corporis tractum. de nubibus. Arua radens adhaeret humo serpens Stat. Theb. 5, 525.

RASVS, a, um. Aliud Partic. [*ῥαζομήνος*] Radix Rasa cultello eburneo Scribon. 83. Plaut. Pseud. Prol. 13 Is rifu et ventre raso vigilabit sedulo. Barba rafa Gell. 3, 4. Fauces rasae oratoris et latus fatigatum Quinct. 11, 3, 14. Liber rasis lima Ouid. ex Pont. 2, 4, 17. Litera rafa in extremo margine Ouid. Amor. 1, 11, 22. Locus rasis Scribon. 206. Virgae rasae hastilia Virg. Georg. 2, 358. Tabellis rasis infusa cera, pugillares cerati Ouid. de Arte Am. 1, 436. Terra rafa squamis serpentis Ouid. Met. 3, 75.

RASĪTO, āre. Frequentat. [*ῥαπέω*] Saepe radere. Gell. 3, 4 Comperimus autem caeteros quoque in eisdem temporibus nobiles viros barbam in eiusmodi aetate rasitauisse. Faciem quotidie rasitare Sueton. Othon. c. 12.

RASVS, ūs. m. Varro de L. L. 4, 31 Homo in pratis festucas abradit, quo ab rasu rastelli dicti.

RASOR, ōris. m. [*ῥαζορῆς*] Qui radit. Et per translationem Fidicines, qui videntur chordas ictu radere. Festus.

RASORĪVS, a, um. Adi. Vt, Culter.

RASŪRA, ae. f. [*ῥαζομήνη*] Columel. 4, 29 Calamus autem non amplius tribus digitis debet allaeuari aequaliter ex ea parte qua raditur, vt sit laeuis, eaque rasura ita deducitur, vt, etc. Eboris Veget. Mulom. 1, 10, 6.

RASĪLĪS, e. Adi. [*ῥαζός*] Quasi rasum, nihil exstans aut asperum habens. Plin. 17, 23 Nuper repertum, draconem serere iuxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribusque induratum annis. Hunc praecisum quam maxima amplitudine tribus partibus longitudinis deraso cortice quatenus obruatur, vnde et rasilem vocant, deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta, ocissimum in vite. Argentum Vell. Paterc. 2, 56, 2. Calathi Ouid. Her. 9, 76. e viminibus cortice suo nudatis. Foris rasilis Catul. in Epithal. Iuliae 59, 168. vbi politam, ῥαζός, etiam Vossius interpretatur. Hasta rasilis Sil. 4, 176. Rasilis huic summam mordebat Fibula vestem Ouid. Met. 8, 318. Add. Stat. Theb. 7, 658 Fibula rasilis auro. Schol. Rasa in glabritiem ex auro. Virg. Georg. 2, 449 Et torno rasile buxum.

RADŪLA, ae. f. [*ῥαζα* Vet. Onomast.] Instrumentum ferreum, cuius rationem ab usu docet Columel. 12, 18 Nam ea, quae demersa sunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt: et quum picem in fundum distillauit, sublata lampade rutabulo ligneo et ferrea curuata radula ducitur quod distillauit, aut quod in lateribus haesit.

RADŪLANVS, a, um. Adi. [*ῥαζοράδος*] Radulana pice dicta, quae radula educitur e dolis. Plin. 14, 19 Radulana pice ac resina condire musta. Hermolaus apud Plinium legit Rabulana pice. Sic enim ait in Prioribus castigationibus: Quidam ex L. Columella malunt Radulana, quam Rabulana legere, quod auctor is instrumentum in pice ducenda Radulam, quasi a radendo nominauerit. Sed et rabula quoque a radendo flectitur, vt a fando, nando, pascendo, stando, fabula, nabula, pabula, stabula, mille huiusmodi. Nec alia ratione rabulas in foro dictos autumo, quam quod radant, id est, offendant aures, et (vt ait Fabius) nimia verboritate feriant: quasi ab instrumento illo nuncupati, quod Rabula commodius quam Radula vocari possit. Hodie quoque vul-

gus ipsum garrulos et linguaces ab alio instrumento Tudiculas et Pistilla cognominat. Idem in Posterioribus: Rabulana pice, Quidam Radulana, quasi ab instrumento Radula, cuius mentionem Columella faciat. Non probavi, cum ob alia, tum quod instrumentum id (si quid ad propositum pertinere posset) non minus belle Rabula a radendo, quam Radula vocaretur: quando et rabulae forenses etiam a radendis auribus, quia et Graeci quoque garrulos aiunt *νοκώδες* esse, et *κίπτες τὰ ὦτα*; ut Iulius Pollux auctor: vel, ut Festus, a radendo, id est auferendo nomen traxere; quamquam et a rabie, et a rauri, hoc est raucitate dictos quidam volunt. In Gallia quoque Transalpina instrumentum fabrile, quo assamenta laeuigantur et poliuntur, non aliter fere quam Rabo, quasi Rabula vocatur, a radendo: in aliis locis a complanando Planula. Vtunque, verba Columellae de Radula nihil omnino suffragantur. ea sunt ultimo eius libro de pice in uniuersum, non de una aliqua eius specie. Sunt qui Rabulanam picem, a colore quasi Rauulanam scribendum autument. est enim Raus color inter flauum et caesum. unde, ut Festus ait, rauiliae dicantur et rauiscelli, Plauto. Quidam a loco Ionii sinus Rhaba, de quo, non tamen de pice, Stephanus. Non desunt qui pro zopissa rabulanam interpretentur. Est autem zopissa, ut ait Plinius derassa maritimis nauibus pix cum cera. Haec Hermolaus. Sed Rabulana vel Rapulana MSS. apud Hard. qui confert Col. 12, 20, 6 ubi Rasis est crudae picis genus.

## R A G et R A I

RAGADES, f. et RAGADIA, vid. RHAGADES.  
RAIA, ae. f. Genus piscis plani et cartilaginei. Plin. 9, 42 Simili modo squatina et rhombus abditi pinnae exteras mouent specie vermiculorum, itemque quae vocatur raia. Add. Plin. 9, 24 Planorum piscium est alterum genus, quod pro spina cartilagineum habet, ut raiae, pastinacae, squatinae etc.

## R A L

RALLA, ae. f. Genus vestis a raritate. Nam Rarum, Diminutivum facit Rallum. Auctor Nonius 14, 14. Plaut. Epid. 4, 2, 46 Quid istae quae quotannis nomina inueniunt noua? tunicam rallam, tunicam spissam, etc. vid. Scalig. in Cirin.  
RALLVM, i. n. Ferramentum est quo raditur vomer, et inhaerente terra liberatur atque purgatur. Nomen habet a radendo. Plin. 18, 19 Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus rallo. Sic post Turn. Harduinus. In Vet. Gloss. Ralla, Rallum et Rallus habet interpretationem *ζώνη*, et Rallum ramus, *ζύσρα*.

## R A M

RAMALE, vid. RAMVS.  
RAMEN, inis. n. Ramina Marc. Empir. sunt, quae Scribon. Ramenta vocat: vid. Barth. Adu. 40, 4.  
RAMENTVM, i. n. [*ζύσμα, βίνυμα*] Tenuis cuiusque rei particula, a radendo, quasi ratura. Plaut. Bacch. 4, 4, 29. Patri omne cum ramento reddidi, subaudi aurum. Columel. 4, 29 Quippe non scobem, sed ramenta facit. de terebra Gallica. Ramenta papyri, quas Schedas, item philuras vocat Plin. 13, 11 f. 23 quem locum damus plenius in CHARTA. Ramentum dici voluere, inquit Fulgent. Expof. ferm. ant. 31 quasi proiecticium quoddam purgamentum. Q. Fabius Lucul. Epic. carm. Vilissimum ramentum, proluuiosa pestis. Auri. Capitolin. in Vero c. 10. Lamprid. in Comm. c. 17. Ferri ramentum Lucret. 6, 1043. Fluminum ramenta, i. Arenae particulae Plin. 33, 4. Nauis Sammon. v. 367. i. *ζώπισσα*. vid. Keuch. Sulphurata ramenta Martial. 10, 3. Scribon. 191 Reiciunt ab stomacho ramenta torminosissimissima.  
RAMENTA, ae. f. Plaut. Bacch. 3, 4, 15 Verum quam illa unquam de mea pecunia ramenta fiat plumea propensior, etc. Ex Nonio 3, 189. Add. Plaut. ib. v. 22. Nunquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior Plaut. Rud. 4, 3, 77.  
RAMENTOSVS, a, um. Adi. Plenus ramentis. Cael. Aurel. Tard. 4, 3 Sanguinolenta et ramentosa.  
RAMEX, icis. m. Videtur ramum prima significatione denotare. Hinc est Col. 9, 1, 3 de vacerris, sepimenti genere, Per transuersa laterum caua transmittuntur ramices, qui exitus ferarum obserent.  
¶ 2 Vasa illa pulmonis, quae ramos arbusculae referunt. Plaut. Merc. 1, 2, 26 Loquere id negotii, quidquid est. AC. placide: volo acquiescere. Tua causa rupi ramices, iam dudum sputo sanguinem. (Al. atrum dum sputo sanguinem) CH. Resinam ex melle Aegyptiam vorato, saluom feceris. Id. Poen. 3, 1, 37 Tua causa nemo nostrorum est suos rupturus ramices. Iussi erant currere et festinare, quae res pulmonibus, et anhelis quam aduersa sit, constat. Varro ap. Non. 2, 743 Priusquam in orchestra Pithaulis inset tibicis (leg. tibias) domi suae ramices rumpit. Et Rapta a nescio quo mulione raptoris ramices rumpit, de puella libidini raptoris seruiente, et latus illius, sic alias loquuntur, rumpente.  
¶ 3 Herniae sic vocantur, quod sint quidam velut rami, pulli, stolones intestinorum. Vet. Gloss. Ramex *ἐντεροκήλη*. Non. 2, 743 Ramices dicuntur pulmones, vel hernia. Lucilius, Quod deformis senex, arthriticus ac podagrosus Est, quod mancus, miserque, exilis, ramice magno. Saepe Plinius in remediis v. g. 24, 5 f. 10 Cupressi folia trita — imponuntur — ramici. Sic 20, 12 etc. Sic Seren. Sammon. 690 Ramicis immensum fertur cohibere tumorem etc. Iuuenal. 10, 205 Iacet exiguis cum ramice neruus. Vet. Schol. Neruus, penis: ramicem dicit intestinum. At Celso non quaelibet hernia ramex est, sed *βασανικήλη* tantum, de qua ita loquitur, ut intelligamus, non intestinorum descensum, sed venas modo praeter naturam ortas et tumentes in inguine ab eo ramicis et ramicum nomine significari. Vid. 5, 18 extr. 5, 22 fin. it. 24.  
¶ 4 An Ramex Vegetio Mulom. 3, 4, 11. it. 4, 19, 2 significet Pulmunculum? uide coniectantem Morgagnum sub Scriptt. R. R. Gesner. Epist. 3, 14.  
RAMICOSVS, a, um. Adi. [*ἐντεροκήλητος* Gloss. Gr. Lat.] Quae ramice laborat. Plin. 30, 15 Ramicosis cochlearum cinis cum ture ex oui albi succo illitus per dies XXX medetur.  
RAMNETES, Tertia pars Populi Romani temporibus Romuli: de quibus vide LVCERES. Propert. 4, 1, 31 Hinc Tities, Ramnesque viri, Luceresque coloni, Quatuor hinc albos Romulus egit equos. Alii Rhamnites scribunt.  
RAMNENSES, [*Ραμνησιοί*] Iidem qui et Ramnetes. Liu. 1, 13 Eodem tempore et centuriae tres equitum conscriptae sunt, Ramnenses ab Romulo, ab Tito Tatio Titienfes appellati.

RAMVS, i. m. [*κλάδος, κλών, ὄχος*] est, Id in arbore (inquit Theophrastus) quod a caudice fissum, multiplexque spargitur; unde ramos nonnulli nodos appellauere, suntque veluti quaedam ipsarum arborum brachia. Vnde Virg. Georg. 2, 296 Tum fortes late ramos et brachia tendens. Cic. de Orat. 3, 179 Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia, etc. Herba multorum ramorum Scribon. 227. Insignis ramis oliuae Virg. Aen. 6, 808. Umbra ingens ramorum Idem Georg. 2, 489. Alti rami Lucret. 2, 30. Aureus Ouid. Met. 7, 277. Bifurcus Idem ibid. 12, 442. Caecus, vid. CAECVS. Felix Virg. Georg. 2, 81. Fortis Id. ibid. 2, 296. Fragilis Virg. Ecl. 8, 40. Frondens Idem Aen. 7, 155. Ingens Virg. Georg. 3, 333. Laureus, vid. LAVRVS. Lentus Virg. Georg. 4, 558. Longus Ouid. Met. 2, 352. Mutilatus Ouid. de Nuce 37. Nodosi et Retorridi Sen. Ep. 12. Nudi rami, Sine frondibus Lucan. 1, 139. Pandi rami pondere Autumni Ouid. Met. 14, 660. *i. incuruati fructibus.* Patuli, vid. PATVLVS. Hor. Epod. 2, 56 Iucundior quam lecta de Pinguissimis Oliua ramis arborum. Teneri Ouid. Met. 2, 359. Virides Idem ibid. 12, 22. ¶ 2 Verba: Abrumpit teneros ramos manibus Ouid. Met. 2, 359. Adoptat ramus ramum, de institutione, vid. ADOPTO. Amputans ramos inutiles fœce Hor. Epod. 2, 13. Apprehendunt vites ramos Quintil. 1, 2. Compescere fluentes ramos Virg. Georg. 2, 370. Contingere ramos fragiles Idem Ecl. 8, 40. Decisis ramis quercus Virg. Aen. 11, 5. DeFRINGERE ramum arboris. Cic. pro Caccin. 60 c. 21 Qui praetereuntes ramum DeFRINGERENT arboris. Denudat foliis ramos et cortice truncos Cic. in Arat. 119. Deponere corpus sub ramis arboris Virg. Aen. 7, 108. Diffunduntur late rami Caes. Bell. Gall. 6, 25. Diffundit ramis arborem Deus. Columel. 3, 10 Truncum deinde superposuit velut quandam staturam corporis et habitus: mox ramis Diffudit quasi brachiis. Direpti rami arbore Ouid. Met. 11, 29. Extendere se rami poterunt Virg. Georg. 2, 287. Figere ramos humo Ouid. Fast. 2, 648. Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus Idem de Arte Am. 2, 179. Frondescunt summi rami Lucret. 1, 1092. Habet ramos pomiferos filia Sen. Herc. fur. 9. Nutant pondere rami Ouid. de Arte Am. 2, 263. Parat in ramo larem Idem Fast. 3, 241. Percussi ventis Sen. Hippol. 3. Stetit ramus nudus fugiente pomo Senec. Thyest. 2. Surgentes in rectum rami Scribon. 227. Turgescit in arbore Ouid. Trist. 5, 12, 15. ¶ 3 Obs. Pro claua etiam Ramus ponitur Stat. Theb. 11, 48 Et similes Ramos, similesque videre sagittas, cum respectu ad clauam Herculis. Nempe claua nihil aliud quam ramus est, ut suo loco obseruauimus. Metaph. Plin. 6, 27 Sub monte Cambalido, qui est Caucaei ramus. Ramus in radice quoque arborum dicitur, Columel. 5, 10 Quum ad scrobis solum radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, et ex summo duum ramorum ambas radices emittit. de nuce. Amputare ramos miseriarum, vid. AMPVTO.

RAMVLVS, i. m. Dimin. [*κλαδίον*] Columel. 5, 5 Nam in brachiatis plerumque fit, ut aut crure, aut cornibus boum, ramuli vitium defringantur. Add. Ib. c. 6. Cic. de Diuin. 1, 123 Quum ille respondisset, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum recidisse, etc. Floridi ramuli Catull. 59, 22. Nitidissimus ramulus, vid. NITEO. Ramulus lauri Suet. in Galba c. 1. ubi Casaubonus obseruat furculum intelligi, cum ex crassiore ramo propagari laurus non possit.

RAMVSCVLVS, i. m. Aliud Dimin. [*κλωνίσκιον*] Plin. 20, 23 E viridi ferula ramusculus, utilis est ad omnia ea vitia.

RAMOSVS, a, um. Adi. [*κλαδίωδης*] Ramos habens multos. Plin. 13, 5 Nam quae durum, acutum, spinosum habet, oxycedros vocatur, ramosa et nodis infesta. Arbor ramosa Lucret. 5, 1095. Ceruix ramosa colubris Ouid. Met. 9, 73. de Hydra Lernaëa. Cornua ramosa cerui Virg. Ecl. 7, 30. Corpora ramosa Lucret. 2, 446. Curalium quam ramosissimum Plin. 32, 2. Domus Siluani ramosa Propert. 4, 4, 5. Folium ramosius Plin. 21, 10. Frutex ramosior Idem 26, 10. Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix Ouid. Met. 8, 237. Laureae ramosissimae Tertull. Apol. c. 35. Stipes ramosus Ouid. Fast. 3, 751.

RAMVLÖSVS, a, um. Adi. [*κλωναριώδης*] a Ramulus. Plin. 16, 24 Ramulosa folia vltimo et cytiso.

RAMALE, is. n. [*κλαδίριον*] Ramus inutilis ex arbore decisus. Ouid. Met. 8, 644 Multifidasque faces, ramaliaque arida testo. Perf. Sat. 1, 97 Vt ramale vetus vegrandi subere coctum. Veteris ramalia fagi Perf. Sat. 5, 59.

RAMEVS, a, um. Adi. [*κλάδιος*] Quod ex ramo est. Virg. Georg. 4, 303 — Et ramea costis (abeni) Subiiciunt fragmenta, thymum, casiasque recentes.

## R A N

RANA, ae. f. [*βάτραχος*] Animal palustre praesertim, ut tamen etiam in rubis et mari inueniantur ranae. Ergo aliae sunt terrestres, aliae marinae. Ex terrestribus quaedam in vepribus tantum viuunt, et rubetae appellantur a rubis. Exempla dabit, multa praesertim de rubetis Plin. 32, 5. Aliae inter arundines fruticesque versantur. Sunt et ranae arborem scandentes, et ex ea vociferantes ob id a calamis Calamitae. v. v. Plin. 10, 29 Quum Theophrastus tradat inuenticias esse in Cyrenaica vocales ranas. Prognostica ranarum Cic. Att. 15, 16. Idem de Nat. Deor. 2, 125 c. 49 Ranae autem marinae dicuntur obruere sese arena solere, et moueri prope aquam: ad quas quasi ad escam pisces cum accesserint, confici a ranis atque consumi. Et veterem in limo ranae cecinere querelam Virg. Georg. 1, 378. Loquaces Idem ibid. 3, 431. Lurida Varr. R. R. 1, 2, 26. Palustres Hor. Serin. 1, 5, 14. Turpes Idem Epod. 5, 19. Virides Ouid. Met. 15, 375. Rana cocta cani obicienda, qui vult se sectari a cane Varr. R. R. 2, 9, 6. Nihil rana Gyrina prudentior, Instupidos prouerbium. Nempe, ut hic reuocemus, quod in Gyrino debebat poni, Pariunt ranae teste Plin. 9, 51 carnes nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantum et cauda insignes: mox pedes figurantur, cauda findente se in posteriores. Vid. Viri docti ad Cic. de Diuin. 1 c. 9. ¶ 2 Rana, Morbus bobus peculiaris. Columel. 6, 8 Solent etiam fastidia cibo afferre vitiosa incrementa linguae, quas ranas vocant veterinarii.

RANVLA, ae. f. Dimin. Apul. Met. 9 p. 233 Virens exsiluit ranula. De vitio linguae Veg. Mulom. 3, 3, 12.

RANVNCVLEVS, i. m. Dimin. [*βατραχίον*] Cic. de Diu. 1, 15 c. 9 cum posuisset ex Arato,

Vos quoque signa videtis, aquaī dulcis alumnae,  
Cum clamore paratis inanes fundere voces,  
Absurdoque sono fontes et stagna cietis.

*Addit*, Quis est, qui ranunculos hoc videre, suspicari possit?

- 5 Cic. Fam. 7, 18 *in fine*, Nam Vlubris honoris mei causa vim maximam ranuncolorum se commōsse constabat. *Significat Homines habitantes in palustribus locis, Vlubrenses, minutos, contemptos.* ¶ 2  
Ranunculus, *Herba*. Plin. 25, 13 Ranunculum vocamus, quem Graeci batrachion. Genera eius quatuor, Vnum pinguioribus quam coriandri foliis et ad latitudinem maluae accedentibus, colore liuido, caule albo, gracili, et radice alba. Nascitur in limitibus humidis et opacis. Alterum foliosius, pluribus foliorum incisuris, altis caulibus. Tercium minimum est, graui odore, flore aureo. Quartum simile huic, flore luteo. Omnibus vis caustica, si cruda folia imponantur, 15 pustulasque vt ignis faciunt.

- RANCEO, RANCO, RACCO *fictitium verbum ex voce tigris*. Auctor Philomelae 49 Tigrides indomitae rancant, rugiuntque leones. *Schottus qui Obseruat. hum. 2, 52 emendatam a se hanc eclogam proposuit, raccant dedit. Rancant autem legisse videtur, et huc respexisse, ita scribens Budaeus posteriore libro Philologiae, Rancere ficticia voce tunc dicuntur (de cervis loquitur.) Rancentes autem ologyones (sic enim tum vocantur) diluculo venator secundo vento exaudiens: decumanumque esse rancor: diiudicans, aut alias memorabili magnitudine, eo decurias canum admouet, indagatore numellato venatus auspiciatum praecunte, vt fere alias solet.*

- RANCENS, entis. Partic. [ῥακόμενος] a Verbo inusitato RANCEO, idem quod Rancidus. Lucret. 3, 720 Vnde cadauera rancentiam viscere vermes Exspirant? i. Vnde cadauera e viscere rancenti vermes edunt? *Lambinus.*

- 30 RANCESCO, ĩre. Idem quod Ranceo. Arnob. 1 p. 12 Praecipiant, olearum fluenta rancescere. Rancescit caritas Ennod. 4, 19.

- RANCOR, ĩris. m. [ῥακόρων] Putor quidam aut odoris grauitas, quae ex vetustate et putredine ac corruptione nascitur. Palladius 1, 20, 2 Receptacula olei semper sint munda, ne nouos sapes veteri rancore infecta corrumpant. Idem in Octobri 10, 2 Canales, et omnia receptacula olei, calida aqua prius lauabis, vt nihil de anni praeteriti rancore custodiant. *Metaph.* Conscientiae nostrae testis est Deus, post reconciliatas amicitias nullum intercessisse rancorem Hieron. Ep. 66 ad Ruffin. *Est igitur rancor molesta iniuriarum memoria.*

- RANCIDVS, a, um. Adi. [ῥακόος] Quod est rancore putidum. Hor. Serm. 2, 2, 89

- Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus illis nullus erat; verum hac ratione, quod hospes Tardius adueniens vitiosum commodius, quam 45 Integrum edax dominus consumeret.

- Rancidus aspectus Plin. 22, 22 s. 46 de boletis, quorum ipse aspectus rancorem videtur prodere. Rancidus, pro Putrido. Lucret. 6, 1153 Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu, etc. *Compar.* Iuuenal. 6, 185. Apul. Met. 10 p. 245.

- RANCIDE. Adu. [ῥακόος] Gell. 18, 8 In collocandis verbis inmodice faciunt et rancide. Idem c. 11.

- RANCIDVLVS, a, um. Adi. Dimin. [ῥακόσμιος] Iuuen. Sat. 11, 135. — Non tamen his illa vnquam opsonia fiunt Rancidula. 55 *Metaph.* Martial. 7, 33 Qui sic rancidulo loquatur ore. Rancidulum quiddam balba de nare locutus Pers. 1, 33.

- RANCIDOR, ĩri. Dep. Vita voluptaria aut rapina succenditur, aut liuoribus rancidatur, molesta redditur Fulgent. Mythol. 2.

## R A P

RAPA, vid. RAPVM.

RAPACITAS, RAPACITER, RAPAX, vid. RAPIO.

- RAPHANA, ae. f. Nobilis ciuitas in Decapoli regione Syriae. 65 Plin. 5, 18 Plurimi tamen Damascum et Optoton riguas amne Chyrsorroa, fertilem Philadelphiam, Raphanam, omnia in Arabiam recentia, etc.

- RAPHANVS, siue RHAPHANVS, i. m. [ῥαφάνος] Genus radicis notae. Plin. 19, 5 Cortice et cartilagine constant raphani: multisque eorum cortex crassior etiam quam quibusdam arborum. 70 Amaritudo plurima illi est, et pro crassitudine corticis. Caetera quoque aliquando lignosa. Et vis mira colligendi spiritum, laxandique ructum. Ob id cibus illiberalis: vtique si proxime olus mandatur: si vero cum oliuis drupis, rarior ructus sit, minusque foetidus. Catull. ad Aurel. l. 15 extr. Quem attractis pedibus, patente porta, Percurrent raphanique, mugilesque. *Inuit adulterorum poenam, quos deprehensos constringebant quadrupedes, ac violenter depilatis partibus pudendis, per podicem summo cum cruciatu grandiores raphanos aut mugiles immittebant.* Iuuen. Sat. 10, 317 — Quosdam moechos et mugilis intrat. *Aliud raphani genus siluestre, de quo Plin. 20, 4 qui addit, Est et satiuī vsus in Italia, et armoraciam vocant satiuam. Et satiuī vero decocti mane poti ad ternos cyathos, comminuunt et eiiciunt calculos. Haec ille et multo plura.* Fem. Raphanus cocta Sammon. v. 375: vid. Burm. h. l. Raphanus, pro Brassica. Hermolaus in Plin. 19, 7 Attica

- 85 lingua raphanus brassicam significat, non radicem, quam illi proprie raphanida, non raphanum vocabant. Sed postea inoleuit atque obtinuit, vt raphanus pro radice caperetur, non pro brassica. Idem in Corollario c. 349 Brassicam antiqua Graecia non Cramben, sed Raphanon appellabat: quod et Aristoteles, vt Iulius Pollux, inquit, et Theophrastus, fere sequitur. Haec ille. Cornarius in Galeni de Compositione pharmacorum secundum locos 2, 7 Brassicam, inquit, id est ῥαφάνην, a veteribus fuisse item ῥαφάνον dictam, Aristot. 5, 19 de animalium historia testatur, ubi de brassicarum erucis ait, αἱ δὲ γίνονται ἐκ τῶν φύλλων τῶν χλωρῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς ῥαφάνης, ἢ καλεῖται τὴν ῥαφάνην. Et sic sane etiam 95 Theophrastus vocat. Atque inde natus error videtur eorum, qui cramben et brassicam, raphanum hodiernum esse existimant, acquiuoco raphani decepti, qui veteribus etiam de brassica (vt dixi) hodie de ea tantum quam radicem et radiculam appellamus, vsurpatur, velut etiam Galen. 2 de Aliment. testatur. Plin. certe 17, 24 in fine, Raphanum ex Theophrasto vt apparet itidem Raphanum reddidit, quam brassicam oportuit, velut ex eodem Theophrasto 20, 9 manifestum fit, ubi de brassica idem repetit. Haec et plura Cornarius.

- RAPHANINVS, a, um. Adi. [ῥαφάνινος] Vs, Raphanimum oleum Plin. 23, 4. Dioscor. 1, 36.

- 05 RAPHANIDES Thasiac, apud Cael. 9, 12.

**RAPHANĪTIS**, is. f. [*ῥαφανίτις*] Genus *Ireos herbae*. Plin. 21, 7 de *Iri*, Illyrica quoque duorum generum est. Raphanitis a similitudine, quae et melior: et rhizotomos subrufa. Optima, quae sternutamenta tactu mouet. Caulem habet cubitalem et rectum. Floret diuersi coloris specie, sicut arcus caelestis, vnde et nomen.

**RAPHANOSAGRIA**, ae. f. *Herba, al. raphanus siluestris*.

**RAPICIVM**, vid. Rapicia, in RAPVM.

**RAPĪO**, rapui, raptum, ēre. [*ῥάπαιω*] Per vim, aut cum festinantia, siue cum furore trahere, euellere, auferre. Ter. Andr. 5, 2, 20 Sublimem hunc intro rape quantum potes. *Subito auferri vult et sic tolli, ut pedibus terram non contingat.* Virg. Georg. 1, 203 Atque illum in praecipit prono rapit alueus amni. Ter. Adelph. 3, 2, 21 Caeteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, prosternerem. Ali-

quem intra iuuentam praematurato exitu Tac. Ann. 2, 71, 2. Campum rapit acrior sonipes Stat. Theb. 5, 1. Carinas venti rapuere Lucan. 3, 46. Cic. de Diuin. 1, 11 Rarum est quoddam genus eorum, qui se a corpore auocent, et ad diuinarum rerum cognitionem cura omni studioque rapiantur. Commeatum in naues Liu. 41, 3. Cic. Verr. 5, 138 c. 52 Nauium praefectos sine vlla causa de complexu parentum suorum, hospitumque tuorum, ad mortem, cruciatumque rapiuisti. Cic. Verr. 5, 166 c. 64 Ille quisquis erat, quem tu in crucem rapiebas, qui tibi esset ignotus, quum, etc. Cic. Verr. 1, 65 c. 25 Ille qui vna cupiditate raperetur, totum illius postulatum, causamque neglexit. Cupiditate caeca praedae ac rapinarum rapit Cic. in Pison. 57. Currum equi rapiunt per auiam Ouid. Met. 2, 205. Cic. Acad. 4, 114 Neque vero tu solus, sed me ad suam disciplinam quisque rapiet. Cic. de Legib. 2, 43 c. 17 Nos opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus. Fatis rapi Ouid. ex Pont. 2, 2, 32. In fomite Flammam rapere Virg. Aen. 1, 180. *ignis exci-*

*tandi causa.* Flammae rogales rapuere te, *combustus es in rogo* Ouid. Amor. 3, 9, 41. Fortuna rapit iuuenes Idem ad Liu. 372. Cic. de Inuent. 2, 36 Eam causam putare, quae homines audaces in fraudem rapere solet. Fugam rapere Valer. Argon. 5, 271. *i. cito capere.* Vltimum hoc Gaudium fati proferantibus rape Petron. c. 114. Gressus rapit Lucan. 3, 115. *i. Quanta vi potest, intendit gradum.* Opmi, quae hominem huc et illuc rapit Cic. Off. 1, 101. Impetus rapit huc, rapit illuc Stat. Theb. 12, 794. Ad id rapi, quod bonum videtur Cic. Tusc. 4, 12. Inops mentis rapitur Ouid. Fast. 4, 457. Imperium rapere Tacit. Hist. 3, 19. In Inuidiam aliquem rapere, Inuisum esse. Cic. Acad. 4, 126 Sed quum rapior in Inuidiam, licetne per vos nescire quod nescio? Conf. Id. Agr. 3 c. 2. Rapuitque ruens in praelia miles, Quod fugiens timuisset Iter Lucan. 4, 151. Inuitum rapere aliquem Ouid. Met. 7, 74. In Ius aliquem rapere, quod et Trahere, et vocare dicitur Plaut. Poen. 5, 5, 56. Idem Afin. 2, 4, 32 Nam vidi hunc ipsum adducere, et rapere in Ius Exaerambum. In Iura rapies malis ridentem alienis Hor. Serm. 2, 3, 72. Laborem sibi quisque rapiunt Sil. 13, 187. Plin. Pan. 14, 3 Cum Legiones duceres, vel potius, tanta erat velocitas, raperes. Hor. Serm. 2, 5, 53 Sic tamen vt Limis rapias, quid prima secundo Cera velit versu. *i. Obliquis oculis raptim legas.* De Luce rapi Stat. Theb. 8, 102. Viue, Vlysses, dum licet: Lumen postremum oculis rape Ennius ap. Cic. de Orat. 162 c. 40. Addit Cicero, Non dixit cape; non, pete: haberet enim moram sperandi diutius esse sese victurum; sed rape. Hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, dum licet. In Moerorem me rapit stultitia mea Plaut. Cist. 1, 1, 63. Ad Mortem rapi Cic. in Catil. 1, 27 c. 11 Nonne hunc in vincula duci, non ad Mortem rapi, non summo supplicio mastrari imperabis? Nauem: Cic. pro Lege Manil. 21 Ab eodem imperatore classem magnam et ornatam, quae ducibus Sertorianis ad Italiani studio inflammato raperetur, superatam esse atque depressam. Ocellos alicuius Ouid. Amor. 2, 19, 19. Cic. de Arusp. Resp. 39 Quare inferior es, quum in omnem fraudem raperis Oculis, quam si omnino oculos non haberes. In Odium aliquem Auctor ad Heren. 1, 8. Oscula rapere Tibull. 1, 4, 53. Hor. Od. 2, 12, 28. In contrariam Partem Cic. Fam. 10, 33. In Partesque rapit varias Virg. Aen. 4, 286. In peiorem Partem Ter. Prol. Adelph. 3. Vbi Donatus, i. e. Vitio dare, vituperare. Pauore equi rapitur tractus Sil. 4, 257. Pedes quo te rapiunt, et aurae Hor. Carm. 3, 11, 49. Pergama incensa alii rapiunt feruntque Virg. Aen. 2, 374. Ad Poenam rapere. Cic. pro Flacc. 5, c. 2 Rapitur ad Poenam qui indicia communis exitii cepit. al. repetitur. Praecipitem rapere aliquem Ouid. Met. 3, 694. In Praecipit prono rapit alueus amne Virg. Georg. 1, 203. Praelia rapuerunt vrbes, i. in praelia ruerunt Claud. in Eutrop. 2, 568. Ad Praetorem aliquem rapere Plaut. Aul. 4, 10, 30. Se alicunde rapere ocyus Hor. Serm. 2, 7, 118. Se aliquo rapere Ouid. Amor. 3, 5, 29. Se rapere ad: Cic. Philipp. 13, 18 Inde Se quo furore, quo ardore, ad vrhem, id est ad caedem optimi cuiusque rapiebat? Cic. de Nat. Deor. 2, 128 Quum autem in locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad sese, eoque septum fingit animal. Ad Se conuertere et rapere Cic. Off. 2, 37. Vid. mox Vultus rapere. Sensu et coniectura rapi Cic. de Arusp. Resp. 54. Spem, voluptates, illicitas Tac. Hist. 1, 13, 6. et 3, 41, 2. Ad Stuprum virgines Liu. 26, 13. In Sublime Plin. 35, 10. Ad Supplicium rapi, quod et Trahi dicitur. Cic. Verr. 3, 7 Rapiunt eum ad Supplicium dii patrii, quod iste inuentus est qui, etc. Tempa putes, vrhemque rapi Stat. Theb. 7, 599. vt Pergama. Ad Tortorem rapi Cic. Tusc. 5, 13. Venerem incertam rapientes more ferarum Hor. Sat. 1, 3, 9. Viam rapere aliquo Sil. 8, 182. Virginem rapere, est vim inferre illius pudori, et eam violare Plin. 15, 29 Propter raptas Virgines. Vid. Quinct. Declam. 259. 262. et ibi Aerod. it. 270. 280. Schulting. ad Sen. Contr. 11 p. 159. Vis rapuit, rapietque gentes Hor. Carm. 2, 13, 20. Rapite ex liberis Voluptates Sen. ad Marc. c. 10. Vultus alicuius rapere Ouid. Amor. 3, 6, 28. i. subito attrahere et in se conuertere: pulchrae rapiunt vultus amatorum. Vid. ad Se Rapere. Obs. Rapi simulatur virgo ex gremio matris, aut si ea non est, ex proxima necessitudine, quum ad virum trahitur, quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit. Rapi solet fax, qua praelucente noua nupta deducta est ab vtrisque amicis, ne aut vxor eam sub lecto viri, ea nocte ponat, aut vir in sepulcro comburendam curet, quo vtroque mors propinqua alterius vtrius captari putatur. Festus. Rapere, pro cupide emere. Harum (Epiphanii literarum) exemplaria certatim rapiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam scriptionis Hieron. ap. Pammach. Cum tota certatim vrbe raperetur liber, exultantes librariorum vidi, quod nihil ab his quaestuosius haberetur Sulp. 105

Seuer. Dial. 1 c. 16. Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 Sacrum sacroue commendatum qui clepserit rapseritue, parricida esto.

R A P I E N S, entis. Partic. [*ῥαπιέζων*] Hor. Carm. 3, 3, 52 Omne sacrum rapiante dextra. Rapienibus Effeda mannis Ouid. Am. 2, 16, 49. Flamma rapiante cursum ocior Senec. Hippol. 6. Ventus rapiens incendia Lucan. 3, 496.

R A P I E N D V S, a, um. Aliud Partic. [*ῥαπιέστος*] Vt, Pignora rapienda manu Ouid. Fast. 6, 446. Ad arces rapiendas tendit Lucan. 6, 14. Spes rapiendi et praedandi occaecat animos Cic. Philipp. 4, 9.

R A P T O R I V S, a, um. Adi. Machinamentum C. Aurel. Tard. 3, 6. et 5, 9.

R A P T V S, a, um. Partic. [*ῥαπαδής*] Raptus a diis Ganymedes Cic. Tusc. 1, 65 c. 26. Sublime raptus Tacit. Hist. 4, 30. Amore caeco raptus furit Ouid. Fast. 2, 762. Auribus raptis populata tempora Virg. Aen. 6, 496. Fortuna rapta ex oculis Liu. 28, 7. Iuuenis raptus flebili sponsae Hor. Od. 4, 2, 21. Lingua rapta Ouid. Met. 6, 632. Cic. Tusc. 3, 26 Qualis tibi ille videtur Tantalus prognatus, Pelope natus, qui quondam a socero Oenomao rege Hippodamiam raptis nactus est nuptiis? Occasio rapta Liu. 27, 18. Ossa ab ore canis Hor. Epod. 5, 23. Praedas raptas ad litora vertere Virg. Aen. 1, 532. Tecta rapta Ouid. Trist. 3, 10, 18. Virginitas rapta Ouid. Met. 8, 85. de filia Erisichtbonis. Virgo rapta Hor. Carm. 2, 4, 7. Est etiam simpliciter praematura morte defunctus: Hic finis rapto Stat. Silu. 2, 1, 208. Add. Ib. 5, 3, 16.

R A P T V M, i. n. [*ῥαπαδία*] Liu. 7, 25 Quos rapto viuere necessitas cogeret. Martial. 7, 46. Sen. Ep. 70 fin. Diuidere rapta Liu. 1, 4. Potiri rapto Virg. Aen. 4, 217. Viuere de rapto Ouid. Trist. 5, 10, 16. Viuitur ex rapto Idem Met. 1, 144. Ad se tuendum rapto Vti Vell. 2, 73, 3.

R A P T V S, ūs. m. [*ῥαπαγμός*] Actus rapiendi, vel id quod patitur, qui rapitur. Cic. Verr. 4, 107 c. 48 Locus ut ipse raptum illum virginis (Proserpinae) quem iam a pueris accepimus, declarare videatur. Idem Tusc. 4, 72 c. 33 Quis aut de Ganymedis rapto dubitat quid Poetae velint? Claud. de Rapt. Proserp. 2, 12 It Venus, et raptus metitur corde futuros. Raptus Supinus Caelio Aureliano est Opisthotonia. v. v. Frequenter de bellicis praedationibus et rapinis, illisque gentium in gentes latrociniiis adhibetur. V. g. Raptus licentius exercere Tac. A. 15, 38 extr. Nullis raptibus aut latrociniiis populantur Idem Germ. 35, 4. Add. Id. Ann. 2, 52, 1. et Hist. 1, 46, 4. Quod ante obseruauimus: Rapere virginem esse pudorem illi eripere, per vim stuprare; Raptus eodem modo ponitur. Calpurn. Decl. 44 De rapto puella concepit et peperit. Add.

R A P T O R E T R A P T I O.

R A P T Ū R A, ac. f. [*ῥαπαγή*] Laudatur Plin. 11, 24 Quum vero raptura incidit, quam vigilans et paratus ad cursum? Sed castigata exemplaria habent Captura. b. e. Praeda. de aranea.

R A P T O R, ōris. m. [*ῥαπακτήρ*] Plaut. Epid. 2, 2, 115 Raptor hostium gloriosus. Idem Trin. 2, 1, 23 Raptores panis et peni. Columel. 7, 12 Quum et lupi repellere insidias, et raptozem ferum consequi fugientem, praedamque excutere atque auferre debeat. Audax raptor Hor. Carm. 3, 20, 4. Consilium raptor vertit ad fallaciam Phaedrus 1, 31, 5. Ferri magnes August. de C. D. 21, 4. Alieni Honoris raptorem Ouid. Met. 8, 438. Italicae Libertatis Vell. 2, 27, 2. Orbis raptorem Tac. Agric. 30, 6. de Romanis. Spiritus Val. Max. 5, 3. i. homicida. Stuprator violentus, vid. II. CC. in RAPERE et in RAPTUS.

R A P O, ōnis. m. [*ῥαπακτής*] Idem quod Raptor. Pomponius, Ne vos conturbent auri argentique rapones Non. 1, 108.

R A P T Ū R V S, a, um. Partic. [*ῥαπαύων*] Lucan. 3, 99 Namque ignibus atris Creditur vt captae rapturus moenia Romae.

R A P T O, āre. [*διαρπάζω*] Frequenter vel violenter rapere. Lucret. 1, 280

Sunt igitur venti nimirum corpora caeca (inuisibilia) Quae mare, quae terras, quae denique nubila caeli, Verrunt, ac subito vexantia turbine raptant.

Virg. Aen. 1, 483 Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Fortuna vexatae, dissipati liberi, raptata coniux Cic. pro Sext. 145 c. vlt. Aethere raptauit toto Lucret. 5, 399. Captus raptatur manu Stat. Theb. 9, 161. Curru quadriiugo raptari Cic. Tusc. 1, 105 c. 44. ex Poeta. Equorum arbitrio raptatur Ouid. Met. 2, 234. Per vim raptari Idem Ibid. 12, 223. Raptare conuiciari esse volunt Palmer. et Taubm. ad Argum. 2 Amphitr. Plauti

nae, Atque inuicem Raptant pro moechis int. se: raptant autem est rapere in ius volunt. Plaut. Aul. 4, 4, 5 Strobilus ad Euclionem, Quid me afflicta? quid me raptas? qua me causa verberas? Societas verborum indicat raptas esse huc illuc rapis. Sed Mil. 2, 6, 10 relinquendum est Plauto, Meamne hic in via hospitam, — Tractatam et ludificatam, vt v. 30 Tum quod tractauisti hospitam. i. trahere intro voluisti, manum iniecasti. Iudiciale est etiam Prop. 3, 9, 27 Nam quid ego heroas, quid raptem in crimine (Sic Brouckh. crimina al.) diuos? i. accussem. Esse autem hoc etiam iudiciale Verbum, non modo illa ostendunt, quae in OBTORQUEO et OBTORTVS posita sunt, sed

Apul. de Deo Socr. p. 50, 37 Raptare illico et trahere veluti custodiam suam (custodiendum a se reum) ad iudicium, atque illic in causa dicenda assistere.

R A P T Ū T V S, a, um. Partic. [*διαρπαδής*] Vt, Bigis raptatus Virg. Aen. 2, 272.

R A P T Ū T O, āre. Aliud Frequent. Gell. 9, 6.

R A P A X, ācis. Adi. [*ῥαπακτικός*] Auidus, et rapinis intentus. Plaut. Perf. 3, 3, 6 Procax, rapax, trahax. Inopia rapax, metu faevus Sueton. Domit. c. 3. Pseudo-Sallust. in Cic. 5 Rapacissimae manus. Columel. 8, 17 Rapax lupus. Olim firunculus, nunc rapax Cic. in Pison. 66. Falces rapaces Lucret. 3, 650. Fata rapacia Senec. Herc. Oct. f. 2. Fluuuii Virg. Georg. 3, 142. Ignis Ouid. Met. 8, 843. Mors Tibull. 1, 3, 65. Torrens Senec. Theb. 1. Ventus Valer. Argon. 4, 606. Vndis rapacibus committere se Ouid. Met. 8, 550. Idemque Thalle turbida rapacior

procella Catull. ad Thallum 23, 4. Rapax virtutis ingenium Senec. Epist. 96. quasi ad magnetem respiciat. Sic Nihil est enim appetentius similitum sui, nihil rapacius, quam natura Cic. de Amicit. 50 c. 14. Superl. Procuratorum rapacissimus quisque Sueton. Vesp. c. 16.

R A P A C I D A, ae. c. Imitatione patronymicorum, ioco comico ficti, K Rapa-



Rapacidae, ut Aeacididae. Plaut. Aul. 2, 7, 8 Rapacidarum vbi tantum fiet in aedibus.

RAPACITAS, ātis. f. [τὸ ἀρπακτικόν] Columel. 1, 7 Nisi si maxima vel negligentia ferui, vel rapacitas interuenit. Martial. 12, 53 Dirae filius est rapacitatis. Quis in rapacitate auarior! Cic. pro Cael. 13 c. 6. de Catilina.

RAPIDVS, a, um. Adj. [ῥαπιδικός] Velox: ab eorum, qui rapiunt, celeritate. Plin. 16, 39 Tantum tempestiuitas etiam in rapida celeritate pollet. Corripiunt, rapidique rotanti turbine portant Lucret. 1, 295. Rapidus in urbem vectus Tac. Hist. 2, 54, 2. Aequor rapidum Valer. Argon. 4, 270. Aestus Virg. Ecl. 3, 10. Agmen Tac. Hist. 2, 30, 1. Alae Claud. de Rapt. Proserp. 3, 254. Annis Virg. Aen. 6, 550. Amnes rapidos tranant Lucret. 1, 15. Arma Sil. 5, 98. Aura rapida velocius Ouid. Met. 3, 209. Bella Claud. in Conf. Stil. 1, 188. Canes Lucret. 5, 890. Clamores rapidi Stat. Theb. 5, 96. Alia exemplaria habent Rabidi. Currus Virg. Aen. 12, 478. Cursus Idem ibid. 5, 291. Decursus Virg. Aen. 12, 523. Equi Ouid. Epist. 9, 28. Ferae Idem ibid. 11, 111. Flamen Virg. Aen. 4, 241. Flamma Ouid. Met. 2, 123. Flumen Hor. Serm. 2, 3, 242. Conf. Virg. Ecl. 1, 66. Flumen rapidissimum Caes. Bell. Ciuil. 1, 50. Gurges Cic. de Nat. Deor. 2, 106. Ignis Virg. Georg. 4, 263. Irae Stat. Theb. 3, 96. Lapsus rapidi fluminum Hor. Carm. 1, 12, 9. Leones Idem de Arte Poët. 393. Lupa Ouid. de Arte Am. 3, 8. Mare Tibull. 4, 1, 141. Cic. de Finib. 2, 3 Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coëreças. Passus Virg. Aen. 7, 156. Rotis rapidis insistere Virg. Georg. 3, 114. Sol Idem ibid. 1, 424. Torrens Virg. Aen. 2, 305. Turbo Lucret. 1, 638. Venti Virg. Aen. 6, 75. Vnda rapidior Curt. 4, 9, 18. Volucris rapidissima Ouid. Met. 2, 716. Vortex Virg. Aen. 1, 121. Vortices rapidissimi Curt. 9, 4, 11.

RAPIDE. Adu. [ῥαπιδικῶς] Cic. de Legib. 2, 6 Rapideque dilapsus cito in vnum confluit. de Fibreno fluuio. Cic. in Orat. 128 c. 37 Quod quum rapide fertur, sustineri nullo pacto potest. de argumento quod vocatur παθητικόν. Compar. Rapidius contracto quod erat militum Tac. Hist. 4, 71, 6. Add. Sidon. Ep. 1, 2. Frontin. Strat. 2, 5.

RAPIDVLVS, a, um. Adj. Mart. Capell. 8 p. 270 Rapiduli sonitus raucitas.

RAPIDITAS, ātis. f. [τὸ ῥαπιδικόν] Velox impetus. Caes. Bell. Ciuil. 1, 62 Tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impeditentur.

RAPTIVM. Adu. [ῥαπιδύδην] Velociter, cito. Plin. 17, 14 Semine raptim auium fame deuorato. Lit. 3, 23 Fabius omissis omnibus, praedam ex castris raptim Antium conuehit. Cic. Att. 1, 17 Et raptim in eam sententiam pedarii cucurrerunt. Caes. Bell. Ciuil. 1, 5 pr. His de causis aguntur omnia raptim atque turbate. Lucret. 3, 1015 Et plani raptim petit aequora campi. Iste se raptim domum suam coniecit Auctor ad Heren. 4, 65. Conquista nauigia Plin. Paen. c. 34. Ducere Tac. Ann. 1, 56, 2. et Hist. 3, 18, 4. Exstingui Tac. Ann. 16, 13, 3. Frui tempore Hor. Epist. 2, 25, 198 Imperia raptim mutata Sil. 7, 21. Raptim mittere Lucret. 1, 663. Cic. Att. 2, 9 Subito quum mihi dixisset Caecilius Quaestor puerum se Romam mittere, haec scripsi raptim.

RAPTIO, ōnis. f. [ῥαπία] Ter. Adelph. 3, 3, 2 Disperii, Ctesiphonem audiui filium vna fuisse in raptione cum Aeschino. Vbi Donatus: Raptio ad personam refertur: Rapina ad rem: Raptus ad stuprum, si proprie loqui volumus. Sic Helenae raptus Aufon. in Iliad. pr.

RAPINA, ae. f. [ῥαπίνα] Ad rem refertur: Violenta rerum ablatio. Nihil cogitare nisi rapinas Cic. Catil. 2 c. 5. Et Diu. in Caec. 3 Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficere potuisset. Caes. Bell. Gall. 1, 17 Satis habebat in praesentia hostem rapinis populationibusque prohibere. Spes praedae ac rapinarum Cic. Fam. 12, 12. Terra patuit inuita rapinae Proserpinae Ouid. Met. 5, 492. Auida rapina Ouid. Trist. 1, 11, 31. Ingens Stat. Theb. 10, 820. Inuidiosa Ouid. Amor. 1, 8, 55. Rapina, pro Loco vbi rapum feritur, vid. RAPVM.

RAPINATOR, ōris. m. Antiquum, pro Raptor usurpatum. [ῥαπιακτής] Lucil. apud Non. 2, 468 Homo impudicus impune est rapinator. Conf. Gothofr. Not. ad Non. l. c. Doussae Rel. Lucil. p. 27. In inuidiam veniant hoc ipso rapinatores Varro apud Non. 2, 753.

RAPVM, i. n. [ρογγύλη] Radicis escariae genus. Plin. 18, 13 post multa alia, Genera eorum Graeci duo prima fecere, masculinum, femininumque, et ea serendi modo, ex eodem semine. Densiore enim satu mascullescere, item in terra difficili. Semen praestantius quo subtilius. Species vero omnium tres. Aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari. Tertiam speciem siluestrem appellauere, in longitudinem radice procurrente, raphani similitudine, et folio anguloso scabroque, succo acri: qui circa messem exceptus oculos purgat, medetur caligini admisto lacte mulierum. — Palma in Nursino agro nascentibus, etc. sunt enim plura. Martial. 13, 16 iocose, Haec tibi brumali gaudentia frigore rapa Quae damus, in caelo Romulus esse solet. Varro de R. R. 1, 11 Nam ex femine brassicae fato nasci aiunt rapa: et contra ex raporum, brassicam. Columel. 2, 10, 23 Rapa campis in locis humidis laetantur; napus deuexam amat, et siccam tenuique propiorem terram: itaque glareosis sabulosisque aruis melior exit, locique proprietates vtriusque semen commutat. Nam in alio solo rapa biennio fata conuertuntur in napum, in alio napus raporum accipit speciem. A drumeti seditione quadam rapa in eum iacta sunt Suet. Vesp. c. 4. Metaph. Rapum Seneca dixit, quod in capite radice haeret, et sustinet fibras, quibus arboris radix inuoluitur: Epist. 87 Magnarum, inquit, arborum truncos circumcisit ramis et ad vnum redactis pedem cum rapo suo transtulit, amputatis radicibus, relicto tantum capite ipso, ex quo illae pependerant.

RAPA, ae. f. [ρογγύλη] Idem. Columel. 11, 3, 16. it. f. 59 Napus et rapa duas sationes habent, et eandem culturam quam Raphanus. Et 62 Rapae femina Hyginus putat post trituram iacentibus adhuc in area paleis inspergi debere. Semen rapae Scribon. 176. 177. Rapa dicta est, si credimus ludenti Varroni de L. L. 4, 22 p. 28, 14 quasi Ruapa, quod rueret e rure. Lutosa rapa, vid. LVTVM.

**R. APVLVM**, i. n. Dimin. [*ρογγύλιον*] Hor. Serm. 2, 8, 8.

In primis Lucanus aper leni fuit Austro  
Captus, vt aiebat coenae pater: acria circum  
Rapula. Add. Ib. 2, 2, 23.

5 **RAPISTRVM**, i. n. *Planta quaedam, ex raporum genere* Columel. 9, 4.

**RAPICIVS**, *sue RAPACIVS*, a, um. Adi. *Quod ad Rapas pertinet, vt Rapicum semen* Cat. R. R. c. 134. *Subst.* Rapicia, f. Rapacia, *intellecto forte olera, Raporum frondes, quas homines decoctas in cibum sumunt.* Plin. 18, 13 *Quadrupedes et fronde eorum gaudent: et homini non minor rapaciorum suis horis gratia, quam cymarum, etc.* *Rursus adiectiue* Cato 35 Rapinam, et coles rapicii vnde fiant, et raphanum in loco stercoreato bene, aut in loco crasso ferito.

15 **RAPINA**, ac. f. *Vbi feminatur rapum.* Columel. 11, 2 Nam et napinae, itemque rapinae siccanis locis per hos dies fiunt. *Sic modo laudatus* Cato c. 35. Scacuola l. 98 §. 16 D. de legat. 3.

## R A R

20 **RARESCO**, etc. *vid. infra RARVS.*

**RARVS**, a, um. Adi. [*ῥαῖος, μανός, σπάνιος*] *Proprie dicitur, Quod non est densum, non frequens. Vt, Rarae arbores* Nep. 1, 5, 3. Virg. Aen. 4, 131 *Retia rara, plagae, et lato venabulo ferro.* Virg.

25 Aen. 9, 508 *Qua rara est acies, interlucetque corona: Infrequens interpretante* Non. 4, 388. *Rarum interdum, Quod non ubique reperitur, unde etiam pro Praestanti sumitur.* Cic. de Amic. 81 c. 21 *Rarum genus (et quidem omnia praecleara rara) nec quidquam difficilius quam reperire quod sit omni ex parte in suo genere perfectum.*

30 *Optimum quodque rarissimum est* Cic. Fin. 2 c. 25. Plin. Paneg. 60, 6 *Sed in principe rarum ac prope insolitum est, vt se putet obligatum, aut, si putat, amet.* Virg. Aen. 1, 122 *Apparent rari nantes in gurgite vasto, hinc inde quidam, pauci.* *Rarus reperiebatur, qui etc.* Quinct. 12 Pr. 3. Virg. Georg. 4, 130 *Hic rarum tamen in dumis olus, etc.*

35 *Rarum et Vulgare, contraria* Cic. in Topic. 69. Id. de Inuent. 1, 81 *Oportet animaduertere, ne quum aliter multa sint iudicata, solitarium aliquod, aut rarum iudicatum, afferatur.* *Rarus in potu, Qui raro potat* Plin. 8, 16. *Rarum dictu, esse aliquid, cui profit negligentia, i. non potest de multis dici*

40 Plin. 18, 16. *Sic* 9, 17 *Rarus inuentu.* Quinctil. 10, 7, 24 *Optimum est, vt quotidie dicamus audientibus pluribus, maxime de quorum finis iudicio ac opinione solliciti. Rarum est enim, vt satis se quisquam vereatur.* *Inuenum rarissimus* Stat. Silu. 4, 8, 32.

45 *Ouid. Met. 14, 337 de Nympha canente, Rara quidem facie, sed rarior arte canendi.* 2 *Substantiua: Acies rarior* Tacit. Hist. 3, 25. *Aër rarus* Lucret. 2, 106. *Animalia* Virg. Ecl. 6, 40. *Audentia: Tacit. de German. 31 Rara et priuata cuiusque Audentia apud Catos in consensum vertit.* *Coniux rarissima*

50 Stat. Silu. 5, 1, 11. *Conf.* Ouid. ex Ponto 2, 3, 55. *Brouckhus. ad Prop. 1, 8, 42. Cribrum* Ouid. Met. 12, 437. *Fides* Hor. Carm. 1, 35, 21. *Frutices rari apparent in vertice* Ouid. Epist. 10, 25. *Gratia fratrum rara est* Ouid. Met. 1, 145. *Ingenii rarissimi homo* Sen. Contr. 28. *Lacrima* Hor. Carm. 4, 1, 34. *Lanugo* Plin. 8, 37. *Literas raras tuas quidem, sed suauis accipio*

55 Cic. Fam. 2, 12 (13) pr. *Locus rarus et angustus.* Cic. in Somn. Scip. 14 *Vides habitari in terra raris et angustis in Locis.* *Racemum* Virg. Ecl. 5, 7. *Retia* Idem Aen. 4, 131. *Salus* Plin. 7, 4. *Tectis raris habitata mapalia* Virg. Georg. 3, 340. *Quinctil. 9, 4, 17 Neque illud in Lybia dicendi Textum rarum laetioribus numeris corrumpendum erat.* *Turba rarissima: Ouid. de Arte Am. 2, 281 Sunt tamen et doctae rarissima Turba puellae. Raraque non fracto Vestigia puluere pendent* Stat. Theb. 6, 640. *i. admodum exilia. vid. Schol. Vet. Verba rariora* Gell. 18, 8. *Vmbra* Virg. Ecl. 7, 46. *Vocibus raris hisco* Virg. Aen. 3, 314. *Vsue eius rarissimus* Quinctil. 1, 5, 42.

**RARE**, melius **RARO**. Adu. [*μανός, σπάνιος, ὀλιγάκις*] Columel. 2, 9, 5 *Nam nisi rare conferitur, vanam et minutam spicam facit. Sed, si vsus est hoc Aduerbio Columella, post Varronem demum illud ortum videtur. Sic enim ille apud Gell. 2, 25 Item a probus probe, a doctus docte: sed a rarus non dicitur rare, sed alii raro dicunt, alii rarenter.* Plin. 17, 27 *Caeterae rarius tondentur. h. e. Infrequentius.* *Rarius vimine tenui contextus saccus* Columel. 9, 15, 12. *Cic. Fam. 1, 7 Quod si rarius fiet, quam tu expectabis, id erit causae, quod non eius generis meae literae sunt, vt eas audeam temere committere.* *Rarissime accidere* Columel. 5, 5. *Add. Charif. p. 193. Haec etiam deriuata esse possunt ab vsitatore longe raro, cuius iam exempla ponimus.* Cic. Off. 1, 136 *Si ad hoc genus castigandi raro, inuitique veniamus.* Idem pro Rosc. Amer. 37 c. 13 *In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita raro existit, vt si quando auditum sit, portentis ac prodigiis simile numeretur.* *Huc raro in urbem com meat* Ter. Hec. 1, 2, 100. *Hor. Od. 3, 2 extr. Raro antecedentem scelestum Deseruit pede Poena claudo.* *Valde raro* Scribon. 71. *Cic. de Inuent. 1, 43 Deinde natura eius euenire vulgo soleat, an insolenter ac raro.* *Varro de L. L. 8, 42 p. 115, 35*

85 *Ab huiusmodi cognominibus raro declinantur cognomina.*

**RARITAS**, aetis. f. [*σπάνιος, μανότης*] Plin. 2, 18 *Namque modo multitudo conferta inest circa dimidios orbis lunae, placida nocte leniter illustrante eas: modo raritas.* *Mirabilis raritate, vid. MIRABILIS.* Plin. 11, 27 *Cicadae non nascuntur in raritate arborum. i. Vbi rarae sunt arbores, et non dense consistae.* *Foraminum* Vitr. 2, 5 et 9. *Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 55 In pulmonibus inest raritas quaedam, et assimilis spongiis mollitudo ad hauriendum spiritum aptissima.*

**RARITVDO**, inis. f. [*ῥαιότης*] *Idem quod Raritas.* Columel. de Arboribus 3, 7 *Et mediocri raritudine optima est vitibus terra.* *Varro de L. L. 4, 29 Dictum rete a raritudine.*

**RARENTER**. Adu. [*σπάνιος*] *Idem quod Raro.* Gell. 2, 25 *A rarus non dicitur rare, sed alii raro dicunt, alii rarenter.* *Cato 103 Dato rarenter bibere.* *Macrob. Saturn. 7, 12. Conf. Cic. ap. Charif. p. 193. Non. 2, 731. Gell. 3, 13. et 10, 15. Apul. Flor. 4 p. 345.*

**RARO**, are. [*ῥαιώω*] *Rarum facere. Cuius composita sunt Disraro, et Interraro, quod est In medio rarum facio, quo Columella 4, 32 utitur.*

105 **RAREFACIO**, ere. [*ῥαιοποιώ*] Columel. 5, 9, 2 *Hoc autem facile*

facile contingit, si prius rarefeceris eas partes, quas supra ramum fecaturus es, foeno aut stramentis texeris. *Nescio unde sit haec lectio. Ante Victorium edebatur varia, postea varam feceris. Vid. VARVS n. 3. Lucret. 6, 870 Et rarefecit calido miscente vapore. Per tmesim Lucret. 6, 232 Rareque facit lateramina vasis. Pass. Lucret. 1, 648 Nil prodesset enim calidum denserier ignem, Nec rarefieri, si partes ignis, etc.*

**RAREFACTVS**, a, um. Partic. [*ἀραιώθεις*] Lucret. 2, 1138 Iure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo Sunt, etc. Conquassatum ex aliqua re ac rarefactum Idem 3, 443.

**RARESCO**, ēre. [*ἀραιώμας*] *Rarum fieri, siue deficere. Colum. 3, 16 Negligentia cultorum magna pars deperit, ac interim feminum caetera quae virent, rarefunt. Idem 5, 6 Vetustate rarefcit. Ne emortuis arboribus rarefcant arbustum Columel. 5, 6 pr. Virg. Aen. 3, 411 Ast vbi digressus Siculae te admouerit orae Ventus, et angustii rarefcunt claustra Pelori. Vbi Seruius: Rarefcunt ideo, quia venientibus de Ionio propter curuaturam litorum clausae videntur angustiae, quae paulatim propinquantibus aperiri videntur. Sed Ouid. Met. 15, 245 Resolutaque tellus In liquidas rarefcit aquas, tenuior, minus densa, solidaque. Colles paulatim rarefcunt Tacit. de German. 30. Corpus rarefcit Lucret. 4, 863. Plin. 11, 39 Pili quadrupedibus senectute crassescunt, lanaeque rarefcunt. Sil. 27, 427*

Rarefcit multo laxatus vulnere miles,  
Atque aperit patulas prostrato corpore late  
Inter tela vias. *Ad ordines, in acie pertinet.*

Nubila rarefcunt pluuiis Stat. Silu. 1, 2, 186. Sonitus rarefcit arenae Propert. 3, 15 (13) 33. Tenebrae profundae rarefcunt Stat. Theb. 11, 74. Phocis, et Aoniae iaculis rarefcitis vmbrae Stat. Achil. 1, 421. *iaculatoribus vestris priuamini. Vmbrae rarefcientes Stat. Theb. 1, 343.*

**RARIPILVS**, a, um. Adi. [*ῥαριπῖλος*] *Quod habet raros pilos. Columel. 1 praefat. 26 Et id ipsum aliter curatur mutilum, et raripillum, aliter cornutum et fetosum, quale est in Sicilia.*

## R A S

**RASILIS**, **RASITO**, *vid. RADO.*

**RASIS**, [*ῥάσις*] *Vt ait Columel. 12, 20, 6 Genus est crudae picis: eaque quanto est vetustior, tanto melior habetur: nam longo tempore durior facta, quum est confusa, in puluerem redigitur, et his medicaminibus admiscetur. Sed nusquam praeterea repertum nomen est, et haec ipsa causa suspectum.*

**RASTRVM**, i. n. Pl. hi Rastri, et haec Rastra. Rastri est ab **RASTER**, quod exstat in Gloss. Philox. et exponitur *ῥάστρα*. Etiam Gloss. Cyrilli Raster et Rastrum. *Est vero Instrumentum rusticum ad glebas confrigendas: dictum quod terram radat, ut Claudio-Claustrum. Ter. Heaut. 1, 1, 36 Istos rastros interea tamen depone, ne labora. Ibid. 5, 1, 58 Menedeme, mihi illaec vero ad rastros res redit. Columel. 2, 10 Subactum solum pluribus iterationibus aratri vel rastri, largoque stercore fatiatum postulant. Cornel. Celsus apud Nonium 3, 190 Omnes rastra et attollunt, et adigunt. Rastri, quibus dentalibus penitus eradunt terram, atque eruunt, a quo et rutabri dicti Varro de L. L. 4, 31 p. 33, 29. Hoc dicit, rastros dentalibus instructos, quibus radatur solum. Arua obnoxia rastris Virg. Georg. 2, 439. Intacta rastro tellus Ouid. Met. 1, 101. Graues Idem ibid. 11, 36. Quadridens Cato c. 10. Tenaces Virg. Georg. 2, 421. Vulnura rastrorum fert tellus Ouid. Met. 2, 287. Frangere glebas rastris Virg. Georg. 1, 94. Assiduis terram insectabere rastris Virg. Georg. 1, 155. Humus patitur rastros Idem Ecl. 4, 40. Rimari terram rastris Virg. Georg. 3, 534. Add. Sen. de Ira 2, 25.*

**RASTELLVM**, i. n. Dimin. Varro de R. R. 1, 49 *Tum de pratis, inquit, stipulam rastellis eradi, atque addere foeniciciae cumulum. Columel. 2, 13 Medica obruitur non aratro, sed ligneis rastellis. Rastelli, inquit Varro de L. L. 4, 31 p. 33, 27 vt irpices, ferrae leues: itaque homo in pratis per foeniciciae festucas abradit: quo ab rasu, rastelli dicti. Suet. in Neron. c. 19 Tubaque signo dato primus rastello humum effodit, et corbulae congestam humeris extulit.*

**RASVRA**, **RASVS**, *vid. RADO.*

## R A T

**RATARIA**, ae. f. *Genus quoddam nauium, de quo meminit Gell. 10, 25. Cognationem habet cum rate, v. v.*

**RATHABITIO**, ōnis. f. *Vox apud Ictos, quae actum ratum aliquid habentis indicat, de qua vid. Iulian. 3 t. 5 l. 6 §. 6 Nihil agitur rathabitione. Add. Ibid. §. 9 et 10. Vlp. Dig. 50 t. 17 l. 152. Paull. D. 29 t. 2 l. 48.*

**RATIO**, ōnis. f. [*λόγος, τὸ λογιστικόν*] *Multa significat, quae an sub vnum velut caput redigere liceat tentabimus. Origo est ex reor, ratus sum, quod significat putavi: primus vsus in numeris et rebus, quae numero continentur, comparandis inter se, addendis, multiplicandis, subtrahendis, etc. Est ergo ratio computatio, et quidquid illi simile est, nominatim argumentatio, tum quidquid est, quod responderi potest ad quaestionem cur? et quomodo? Itaque causae omnes, omnes rerum inter se comparationes et relationes, ipsaque adeo circumstantiae, et tota conditio rei aut hominis, Rationis nomine indicantur: tum modus et ordo tractandi aliquid, vt illae, quae species vocantur vulgo in arithmetica. Denique, vt consilium etiam fontem consiliorum, prudentiani, notat: sic ratio eam mentis nostrae facultatem, quae, quidquid id est, quod hoc nomine comprehendere diximus, inuenit, ex se producit, tractat, ipsum illud, quod vulgo Intellectum dicimus. Non vacauit hoc caput Lexici ita vel disponere vel exornare, vt optabamus. Sed has interim velut classes ab aliis constitutas expoliuimus, et multum distinctiores vberioresque reddidimus. Dignitatis cuiusdam causa ab ultimo, i. recentissimo vsu initium facimus, cum intellectum s. intelligentiam notat, vim illam, qua a caeteris animalibus homo disiungitur, iisque praepollet atque imperat. Cic. Off. 1, 101 Duplex est enim vis animorum atque naturae. Vna pars in appetitu posita est, quae est ὄρεξις Graece, quae hominem huc et illuc rapit. Altera in ratione, quae docet et explanat quid faciendum fugiendumque. Ita fit, vt ratio praesit, appetitus vero obtemperet. Idem de Nat. Deor. 3, 69 c. 27 Sic haud scio an melius fuerit, humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, solertiam quam rationem vocamus, quoniam pestifera sint multis, admodum paucis salutaria, non dari omnino, quam tam munifice, et tam large dari. Ratio quasi quaedam lux, lumenque vitae Cic. 10,*

- Acad. 4, 26 c. 8. Societatis humanae vinculum est ratio et oratio  
Cic. Off. 1 c. 16. Velut *personam facit rationem* Lucret. 3, 14 Nam si-  
mul ac ratio tua coepit vociferari, Naturam rerum, etc. Homi-  
nes rationis egentes Ouid. Met. 15, 150. Cic. in Topic. 69 c. 18  
5 Vtens ratione *opponuntur* Rationis expertibus. Sic Vtens ratione  
Cic. de Vniuers. c. 8. Idem Off. 1, 11 c. 3 Homo autem quoniam  
rationis est particeps, consequentia cernit, causas rerum videt, ea-  
rumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines  
comparat, rebusque praesentibus adiungit atque annectit futuras.  
10 Tenor rationis, *vid.* Ius singulare, in IVS n. 4. Abstrahere a ra-  
tione, *vid.* ABSTRAHO. Adhibere, *vid.* h. v. Iuuen. 1, 21 Si  
placidi rationem Admittitis, edam. Carere ratione Sen. Troad. 903.  
Confirmare aliquid animi ratione, *i.* *Intelligentia et argumentis adeo*  
Lucret. 1, 426. Demere vsum rationis alicui Ouid. ex Pont. 3, 6,  
15 47. Exsoluere animi ratione aliquid Lucret. 2, 381. Exspuere  
ex animo rationem Idem 2, 1040. Et 2, 166 Vt videant, qua quid-  
que Geratur cum ratione. Inire impia elementa rationis Lucret. 1,  
82. *impias sententias suscipere.* Labi a vera ratione Idem 1, 638.  
Limabit multum ratio *de operibus ingenii* Quintil. 2, 4, 7. Obten-  
dere rationem turpitudini, *vid.* OBTEENDO. Orta ratio ab sensu  
20 falso an valeat Lucret. 4, 485. Tentat enim dubiam mentem ratio-  
nis egestas Idem 5, 1210. Iuuenal. 10, 4 Quid enim ratione Time-  
mus aut cupinus? Vincere furorem ratione Ouid. Met. 7, 11.  
¶ 2 Ratio, *Causa, et quidquid est, quo respondetur interroganti* Cur?  
25 Cic. Fam. 15, 4 Quum autem ad Cybistra propter rationem belli quin-  
que dies esse moratus. Caes. Bell. Gall. 8, 6 Quantum hiberno-  
rum opportunitas, bellique ratio postulabat. Non sine ratione Scri-  
bon. Ep. in. Cic. Off. 2, 21 c. 6 Aut postremo pretio et mercede  
ducuntur, quae sordidissima est illa quidem ratio et inquinatissima et  
30 iis, qui ea tenentur, et illis, qui ad eam confugere conantur. Cic.  
Act. 1 in Verr. 24 c. 9 Minari denique diuisoribus ratio non erat: pro-  
pterea quod, etc. *Non modo causa non erat, sed consultum, prudens,  
non erat.* Nulla est ratio amittere eiusmodi occasionem Cic. pro  
Caecin. 15 c. 5. Columel. 3, 5 Tenuissimo solo vitiarium facere  
35 minime rationis est, quoniam, etc. Tacit. Hist. 3, 22, 1 Confectum  
algore atque inedia hostem postero die profligare ac prouere ratio  
fuit, *causa ita agendi fuit, pro illo statu rerum s. circumstantia fieri  
potuit ac debuit: sed non factum est.* Verum Ann. 3, 21, 4 Et dum  
ea ratio barbaro fuit, dum hoc obseruauit, ita egit. Ter. Eun.  
40 3, 5, 27 Num parua causa aut Parua ratio est? Iuuen. Sat. 14, 39  
Abstineas igitur damnandis: huius enim vel Vna potens ratio est,  
ne crimina nostra sequantur Ex nobis geniti. Cic. Verr. 2, 115  
Vidi argenteum Cupidinem cum lampade, quid tandem Habuit  
argumenti aut rationis res, quamobrem in eo potissimum Sthenia-  
45 num praemium poneretur? Ouid. ex Ponto 1, 3, 29 Amor  
patriae ratione valentior omni. Idem Fast. 3, 764 Femina cur pres-  
set, non est rationis opertae. Sic Lucret. 4, 526 Nunc alii sensus  
quo pacto quisque suam rem sentiat, haudquaquam ratio Scruposa re-  
licta est, *i.* *difficilis ad intelligendum.* Verba: Adduci rationibus,  
50 *vid.* h. v. Afferre rationem, quam qb rem Cic. pro Caecin. 96 c. 33.  
Afferre rationes in aliquam rem Idem Ibid. c. 24 extr. Colligere,  
rationes, Confligere ratione, *vid.* hh. vv. Dicere rationem Plaut.  
Truc. 1, 2, 57. Dicam contra istam rationem meam Cic. Fam. 2, 2.  
Disputare conquisitis rationibus, *vid.* sub CONQUIRO. Dabo alias  
55 causas, aliam rationem Quintil. 4, 2. Duci aliqua ratione Lucret.  
4, 597. Inuenire rationem cur Cic. de Legib. 2, 31. Pendunt  
rationes ex coniecturis, *vid.* PENDEO. Subiecimus hanc ratio-  
nem ideo — Nam si eum Supposuissemus, qua fortasse Vsi sunt Cic.  
de Inuent. 2, 70 c. 23. Videre rationem opinionis suae Quintil.  
60 2, 15. ¶ 3 Ratio, *Modus, via et forma, mos, consuetudo,  
conditio.* Cic. pro Quint. 19 Negat se alia ratione facturum. Consi-  
mili ratione Lucret. 6, 881. Eadem ratione Scribon. 10, 131. Cic.  
Act. 1 in Verr. 27 Verri ne noceri possit multis rationibus esse prouis-  
sum. Nulla ratione, *vid.* NVLLVS. Omni Nep. 10, 5. Omni hoc  
65 vobis ratione confirmare possum Cic. L. Agr. 2, 14 c. 6. Pari Lu-  
cret. 9, 602. Qua ratione Scribon. 47-178. Duae epistolae in ean-  
dem rationem scriptae, *eodem exemplo* Cic. Att. 1, 11. Sallust. Catil.  
40 At ego vobis, inquit, si modo vultis esse viri, rationem ostendam,  
qua tanta ista fugiatis. Cic. Att. 6, 1 Tantummodo dissimilitudo  
70 meae rationis offendit hominem, *quam sequor in administranda pro-  
vincia.* Mea ratio in tota amicitia nostra constans et grauis repe-  
rietur Cic. Fam. 3, 8. *vid.* Manut. ad h. l. Cic. in Partit. 1 Studeo  
mi pater Latine ex te audire ea, quae mihi tu de ratione dicendi Grae-  
ce tradidisti. Assumta tamen a dialecticis argumentandi ratione  
75 Quintil. 2, 4. Componendi ratio Scribon. 169. Medendi ratio  
Cels. 1 praef. Artificialis ratio Quintil. 6, 4. Fusa latius Idem  
3, 6. Insolita ratio dicendi, *vid.* INSOLITVS. Linearis ratio,  
*i.* *Geometria* Quintil. 1, 10, 36. Lunaris ratio Plin. 18, 32 extr. *i.*  
*obseruatio Lunae ad praeuidendas tempestates.* Sideralis ratio astrolo-  
80 gia Plin. 18, 32 pr. Lucret. 6, 760 Omnia quae Naturali ratione ge-  
runtur. Idem 6, 1224 Nec ratio remedi communis certa dabatur  
*contra pestilentiam Atticam.* Vitae ratio laboriosissima Cic. pro L.  
Manil. 70. Varia vitae commutabilisque ratio Idem pro Milon. 69  
c. 26. Ter. Adel. 3, 3, 21 Vostam nequeo mirari satis rationem  
85 (*agendi, viuendi.*) SYR. Est hercle inepta, ne dicam dolo, atque ab-  
surdum. Huc referas, quod interdum pro eo quod nostra interest, ponitur.  
Cic. Verr. 2, 10 Vt ego istum accusarem, a quo mea longissime ratio,  
voluntasque abhorrebat. Idem Fam. 7, 17. Posteaquam mea mutata  
ratio est. Cic. Act. 1 in Verr. 33 c. 11 Tua ratio est, vt secundum  
90 binos ludos mihi respondere incipias: mea, vt ante primos ludos  
comperendinem. ita fiet, vt tua ista ratio existimetur astuta: meum  
hoc consilium necessarium. Cic. pro Muraen. 83 c. 39 Petunt ra-  
tiones Catilinae, vt orbetur auxilio resp. etc. Et Fam. 2, 18 Magis  
magisque quotidie de tuis rationibus cogitanti. Ex hac significatione  
95 est illud, quod de Status ratione disputare vulgo videmus, qui de eo quod  
interest reip. agunt. Huc referri potest Cic. Catil. 2, 25 c. 11 Copiae  
cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona  
denique spes cum omnium rerum desperatione confligit: *totam condi-  
tionem viuendi, et statum complectitur.* Sed angustius est, et specialius  
100 Cic. Philipp. 10, 18 Quae (malum) est ista ratio, semper optimis cau-  
sis, veteranorum nomen opponere? *add.* Nep. 1, 3, 7. Tacit. Hist.  
3, 22, 1. et Ann. 3, 21, 4. Cic. pro Domo 88 c. 33 Quid est, quod  
quisquam mihi se ipsa populari ratione anteponat, *i.* *causa et condi-  
tione, vt magis amicus populo magis carus videri postulet.* Plin. 11, 4  
105 *de insectis, Quaecumque est ratio vitalis, illa non certis inest mem-  
bris,*

bris, sed toto in corpore: minime tamen in capite, solumque non mouetur, nisi cum pectore auulsum. Augere rem bonis et honestis rationibus Cic. pro Rabir. Post. 38. Capere rationem oculis, *vid.* OCVLVS. Cognoscere rationem facti Quinctil. 4, 2. Consulere rationibus, *vid.* CONSVLO. Dari istanc rationem volo Plaut. Mil. 3, 1, 175. *i. explicari illam lepidam Sycophantian, quam Palaestrio a se inuentam dixerat.* Duci aliqua ratione, *i. alluci, lactari* Lucret. 4, 597. Hor. Sat. 2, 4, 36 Nec sibi coenarum quiuis temere arroget artem, Non prius Exacta tenui ratione saporum. Exponere rationem suam alicui Lucret. 1, 945. — facti sui alicui Cic. de Resp. 10 Arusp. 3 c. 2 pr. Id. Verr. 4, 10 Noli isto modo agere cum Verre, noli eius facta ad antiquae religionis rationem Exquirere. Ter. Eun. 1, 1, 17 Incerta haec si tu postules certa ratione Facere, nihilo plus agas, quam si des operam, vt cum ratione infantias. Facere rem mala ratione Hor. Serm. 2, 6, 6. Fieri celeri ratione Lucret. 3, 181. Idem 1, 128

Quapropter bene, cum, superis de rebus Habenda  
Nobis est ratio, Solis Lunaequae meatus  
Qua fiant ratione, et qua vi quaeque genantur  
In terris, sum, cum primis ratione sagaci,  
Vnde anima atque animi constet natura, videndum.

Iacent rationes, *vid.* IACEO. Improbata nauigii ratio tum caeca Iacebat Lucret. 5, 1004. Incumbere toto animo et studio omni in aliquam rationem, *i. consilium, rationem agendi* Cic. Q. Frat. 1, 1, 21. Inire rationem, *Inuenire modum* Ter. Heaut. 4, 2, 7. Instituire rationem operis, *vid.* INSTITVO. Labuntur sidera vaga et mutabili ratione Cic. de Vniuers. 32. Omittit Caesar in praesentia rationem insequendi Pompeii Bell. Ciu. 1, 30. Lucret. 4, 831

Omnia peruersa praepostera sunt ratione  
Nil ideo quoniam natum est in corpore, vt vti  
Possemus; sed quod natum est, id procreat vsum.

Poscitur ratio Varro L. L. 5, . . . Probare alicui rationem facti sui Cic. pro Muraen. 3. Lucret. 3, 260

Nunc ea quo pacto inter se mista, quibusque  
Comta modis vigeant, rationem Reddere auentem  
Abstrahit inuitum patrii sermonis egestas.

Repetere altius rationem Quinctil. 6, 2, 2. Scrutari aliquid ratione Idem 5, 10, 2. *i. ordine certo.* Claudian. de Bell. Get. 113 de ratione eligendi duces, At vero Italiam quoties circumstetit atrox Tempestas — Non illis vani ratio ventosa fauoris, Sed grauitur Spectata salus. Tractare rem aliquam ratione modoque Hor. Serm. 2, 3, 267. Trahere rationes belli et pacis Sallust. Iug. 97, 2. Lucret. 1, 106 Somnia quae vitae rationes Vertere possint. Temeraria Vfus ratione Nep. 13, 3, 4.

¶ 4 Ratio, Supputatio vel proprie ita dicta, quae numerorum comparatione, additione, detractioe etc. perficitur; vel metaphoricè, ubi datis, et positis quibusdam efficitur aliquid ab istis diuersum etc. Ipsa quoque negotia, quae ita tractantur, quae datis arithmeticoe respondent, et quidquid denique consideratur, respicitur, in summa facienda, in capiendo consilio, ratio dicitur. Plin. 12, 14 Schoenus patet Eratosthenis ratione, stadia XL. Columel. 11, 3 Ne maiorem agrum, quam ratio calculorum patiatur, emere velit. Preuarium rationum Suet. Galba c. 12. Hae sunt Rationes Breuiariae Scaeu. l. vlt. D. de peculio leg. Procurator a rationibus Gonsal. ad Petron. c. 30 p. 109. Implicita ratio, apud Iurisconsultos, est quotiens ex multis et variis causis, vltro citroque facta sunt nomina, quae computata, vel soluitur quod deberi apparet, vel constitutae summat chi-

rographum datur Iacob Cuiacius ad l. Emtor §. Lucius. de pactis. Hor. de Arte Poët. 325 Romani pueri longis rationibus affem Discunt in partes centum diducere. Numaria, *vid.* NUMVS. Sumtuariae Cic. Att. 13, 45. Metaphor. Quinctil. 1, 1, 5 de nutricibus, Et morum quidem in his haud dubie prior ratio est: recte tamen etiam loquuntur. Accipere rationes a colono Cic. pro Caecin. 94. Agitandis rationibus exquirendisque alebatur mens Archimedis Cic. Tusc. 5 c. 23. Apparet ratio, *it.* Comparet ratio argenti, *vid.* COMPAREO. Componere rationes familiares, quod vulgo hodie dicunt disponere pecuniam, collocare prout sibi quisque putat conuenire Tacit. Ann. 6, 16. Computare rationem Columel. 5, 1. Conferre, *vid.* CONFERO. Conficere rationem ad Denarium Voluf. Maec. p. 398 Gron. bis. *it.* p. 400 Siue denariaria s. festeriaria ratio conficeretur, *i. vt summae s. aera indicentur in denariis, festeriis.* Cic. Verr. 5, 146 Cedo rationem carceris, quae diligentissime Conficitur, quo quisque die datus in custodiam, quo mortuus, quo necatus sit. Add. Id. Fam. 2, 17. Constringere rationes, Constat ratio, *vid.* hb. vv. Constat auri ratio Cic. pro Flacc. 69 c. 28. Conturbasti mihi rationes omnes Ter. Eun. 5, 2, 29. Conuenit inter eos ratio accepti et expensi, *vid.* CONVENIO. Dare aliquid rationibus domesticis, *i. rei familiaris causa aliquid facere* Quinctil. 1, 12, 7. Deponere rationes Cic. Fam. 2, 17. Dispungere, *vid.* f. l. Plaut. Amph. 2, 2, 38 Vt rationem te Dictare intelligo. *al.* Ductare. *de computando tempore partus sermo est.* Cic. Fam. 8, 5 Tuus porro exercitus vix vnum saltum tueri potest. Hanc autem nemo Ducit rationem, nemo perpendit, quid opus sit, quid fieri possit. Cic. Fam. 7, 17 Si commodi mei rationem Ducerem. Esse: Cum fatis haberet, conuenientes manus dissipare, ne quod initium belli nasceretur, quantumque in ratione Effet, exploratum haberet Hirt. Bell. Gall. 8, 6. *i. in numerato.* 85

Excudere Plin. Epist. 10, 86. Exigere Idem ibid. 10, 85. Expedire, *v. v.* Expungere, *v. v.* Metaphor. Habeo rationem quid a Populo Romano acceperim Cic. Verr. 5, 36. Habere rationem officii in socios Idem ibid. 2, 154. *i. respicere illud, et curare.* Habenda auctoritatis ratio Quinctil. 6, 1. Rei familiaris Cic. Offic. 2, 64 c. 18. Idem Verr. 5, 38 c. 15 Neque illud rationis habuisti, si forte expergefaceres te posses, eam prouinciam — ad summam stultitiam nequitiamque venisse, *i. non perpendisti.* Cic. Fam. 10, 2 Peto a te, vt me rationem habere velis et salutis et dignitatis meae. Liu. 4, 7 Principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio sui, quam quibus vt indigni praeterirentur. Caes. Bell. Ciu. 3, 53 Cum horum omnium praeliorum ratio haberetur, ad duorum millium numero ex Pompeianis cecidisse reperiebamus. *Vid. omnino* HABEO n. 10. Inducere pecuniam in rationem, *vid.* INDVCO. Inferre rationibus, *est in rationario perscribere,* 100

quid, cui, sit erogatum Suet. in Caes. 47. Colum. 1, 7, 7. Inferre rationes falsas Cic. pro Flacc. 20. Inire rationem, quam sit suae etc. Ter. Phorm. 2, 2, 30. Onerare rationes, *vid.* ONERO, in ONVS. Ponere rationem cum Orco, *vid.* ORCVS. Rationem Ponitis singulorum, quibus aut pecuniam credituri estis aut beneficia Sen. Ep. 87. 105

Posita breui ratione Suet. Oth. c. 7. Conf. Gron. ad h. l. Procurare

rationes Galliae Plin. Epist. 7, 16. Putare rationes cum aliquo Cic. Att. 4, 10. Putare rationem argentariam, frumentariam, oleariam, vinariam Cato de R. R. 2 it. 5. Reddere rationem doctis dictis Lucret. 2, 986. Add. 2, 762. Africanus l. 53 D. de condit. et demonstrat. Quamuis (inquit) rationes reddere, nihil aliud fit, quam reliqua solvere, etc. Reddere rationem de factis aliorum Cic. Verr. 2, 29 c. 11. Et paullo ante, Semper ita vituamus, vt rationem nobis reddendam arbitremur. Referre rationes Cic. Verr. 1, 7. Plenius idem in Pison. 61 Rationem ad aerarium retuli continuo, Caesar, sicut lex tua iubebat: neque alia vlla in re legi tuae parui. Quas rationes si cognoris, intelliges nemini plus quam mihi, literas profuisse. Sed Referre summam rationibus Suet. Vesp. c. 22 est idem, quod inferre, quod etiam quidam praeferrunt. Reposcere rationem vitae et magistratus gesti Cic. Diu. in Caecil. 27 c. 9. Reuocare ad veritatem rationem, 15 rem recte examinare Cic. Off. 3, 84. Subducta bene ratione esse ad vitam Ter. Adelph. 5, 4, 1. Donatus: Bene disposita, bene computata. Ducere enim, est digitis computare: sed ducere, est apud alium et palam: subducere, apud seipsum et secreto; quo magis in verbo isto maioris attentionis et diligentiae signum est. Subducere rationes, vid. SVBDVCO. Supputatur ratio cum argentario Plaut. Aul. 3, 5, 93. Venire in rationem Suet. Ner. c. 39 dicitur, quod redit f. in rationes accepti refertur. ¶ 5 Ratio est relatio quantitatis unius ad alterum, quam vulgo Proportionem dicunt: sed proprie Proportio f. Analogia est repetita ratio f. comparatio. Cic. Brut. 49 c. 13 25 Graeciae oratorum partus atque fontes, vides ad nostrorum annalium rationem veteres, ad ipsorum sane recentes. Sic Scribon. Epist. med. Ratione cibi dati. Cato de R. R. 1, 5 Ad villam quum venies, vides, vasa, torcula, et dolia multane fient. vbi non erunt, scito pro ratione fructuum esse, i. Secundum quantitatem. Ratio verborum 30 Varroni de L. L. 7, 32 p. 95, 27 est proportio f. analogia. Pro ratione pecuniae liberius est Brutus tractatus, quam Pompeius Cic. Att. 6, 3. Ad rationem loci et temporis Plin. Epist. 3, 18, 1.

RATIUNCULA, ae. f. Dimin. Cic. Tusc. 2, 29 c. 12 Concludunt ratiunculis Stoici, cur non sit malum: quasi de verbo, non de re laboretur. Sic Tusc. 4, 42. Suggestere ratiunculas Cic. de Nat. 35 Deor. 3, 73. Ratiuncula, Supputatio. Beatus videor; subdixi ratiunculam, Quantum aeris mihi est, quantumque alieni fiet. Diues sum si non reddo eis, quibus debeo: Si reddo illis, quibus debeo, plus alieni est Plaut. Curc. 3, 1 pr. Ter. Phorm. 1, 1, 2 Erat ei de 40 ratiuncula iam pridem apud me reliquum paucillulum numorum: id vt conficerem: confeci, affero.

RATIONABILIS, e. Adj. [λογικός] Quod ratione utitur, Quinctil. 7, 3 Falsa est finicio, si dicas, Equus est animal rationale; Nam equus est animal, sed irrationale. Homo est animal rationale 45 Sen. Ep. 41. Animus Idem ibid. 92. Ars rationalis Cels. 1 praef. i. ratione nixa, non experientia. Disciplina rationalis Cels. 1 praef. i. rerum naturae cognitio. Nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus, in vsu et experimentis eam posuit. Medicina rationalis: vid. MEDICINA. Philosophia Sen. Ep. 89. Conf. Quinctil. 50 12, 2, 19. Quaedam, vt scis, moralibus rationalia immixta sunt Sen. Epist. 102. Causa rationalis Apul. ad Herenn. 2, 18 c. 12 In causa rationali primum quaeretur, ecquid, etc. Quaestio rationalis, Quae in re, non in scripto versatur Quinctil. 3, 5, 4. it. 3, 6, 54. ¶ 7 Substant. Rationales, et Procuratores Caesaris iidem erant, vt ait 55 Lampridius in Alexandro c. 45. Quidam rationalis sibi vltra procuratorum omnia vindicans Capitol. in Gord. c. 7. De his Iac. Gothofr. ad l. 5 C. Th. de Iurisdic. et vbi quis conu. deb. itemque Paratit. L. X. Cod. Th. Certum, qui rationes et fiscum principis tractarent, ita dictos, eosdem fere qui olim Procuratores vocabantur. Conf. Casaub. 60 ad Lamprid. l. c. Torrent. ad Suet. Domit. c. 11. ¶ 3 Rationalia, i. rationum libri Vlp. Dig. 27 t. 3 l. 1.

RATIONALITER, Adu. Cum ratione. Sen. Epist. 109 Hominem mouere rationaliter. Tertull. de Anima c. 16 Indignabitur Deus rationaliter. Add. Id. adu. Marc. 1, 23 et 2, 9. it. adu. Prax. c. 3.

RATIONALITAS, atis. f. Tertull. de Anima c. 38 Anima habet immortalitatem, rationalitatem, etc.

RATIONABILIS, e. Adj. Anima rationabilis Apul. de Doctr. Plat. 2 p. 17, 19. Logica siue rationabilia illa sunt, quorum consensu possumus praestare rationem M. Capella 9 p. 321. Compar. Rationabilius esse videtur Dig. 45 t. 3 l. 37. add. 44 t. 7 l. 34. Vlpian. in l. 2 §. Ei quoque. D. de iudiciis. Et haec sententia vera et rationabilis est. Sen. de Vit. Beat. c. 14 Rationabilem fortis naturam.

RATIONABILITER, Adu. Hieron. Epist. 25 ad Paullam super obit. Blaef. c. 5 Rationabiliter errare. Quantum rationabiliter potuisset Apul. ad Asclep. p. 85. Add. Cassiodor. Varr. Ep. 5, 31.

RATIONABILITAS, atis. f. Apul. de Doctr. Plat. 1 p. 9, 5 Rationabilitatem, mentis optimam portionem capitis arcem tenere. Sic Elmenb. Al. Rationabilem.

RATIONARIUS, a, um. Adj. [λογιστικός] Suet. in August. c. 28 Rursus taedio diuturnae valetudinis, magistratibus ac Senatu domum accitis, rationarium imperii tradidit, i. librum, codicem, volumen, in quo rationes, i. viris, opes, copiae imperii perscriptae: vid. BREVIARIUM. ¶ 2 Rationarius, qui rationarium conficit, vel qui rationibus praest. Modestin. Dig. l. 27 t. 1 l. 15 §. 5.

85 Marcell. 18, 5 Quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

RATIONATOR, oris. m. Qui conficit, tractat certe rationes pecuniarias. Vlpianus in l. Procuratoris. D. de tribut. action. Sed etsi duas tabernas eiusdem negotiationis exercuit, et ego fui tabernae (verbi gratia) quam ad Bucinum habuit, rationator: alius eius, quam 90 trans Tiberim: aequissimum puto, etc.

RATIOCINOR, ari. Dep. [λογίζεσθαι Gl. Gr. Lat. ἀναλογίζομαι, συλλογίζομαι] Rationes colligere, computare quod dicitur. Hinc quemadmodum ratiocinari didicisset, deinde dispensator factus est Petron. c. 29. Cic. Tusc. 1, 4 c. 2 extr. At nos metiendi ratiocinandique 95 vtilitate, huius artis terminauimus modum. ¶ 2 Argumentis colligere, vt, Cuius illi conatus, vt ille ratiocinabatur, nec si cuperent, reprimere possent Cic. pro Milon. 32 c. 12. Vtramque significationem respicit Cic. de Inuent. 2, 125 De pecunia ratiocinari fordium est, quum de gratia referenda deliberetur.

100 RATIOCINATIVUS, a, um. Partic. Pass. Vitruu. 10, 15 Omni proportionem eorum ratiocinata ex longitudine.

RATIOCINATOR, oris. m. [λογιστής Gl. Gr. Lat. λογιστής] Calculator. Cic. Att. 1, 9 (12) Libertum ego habeo sane nequam hominem, Hilarem dico ratiocinatorem, et clientem tuum. Vt diligens ratiocinator calculo posito videt Columel. 3, 3. Metaph. Cic. Off.

Off. 1, 59 c. 18. Et consuetudo exercitatioque capiēda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possumus: et addendo, deducendoque videre, quae reliqui summa fiat. Ratiocinatores magni, qui de omnibus rebus, quas esse mirabiles constat, possint reddere rationem Augustin. C. D. 21, 5. *Add. Nazar. Paneg. Constant. c. 12.*

**RATIOGINATIO**, ōnis. f. [*συλλογισμός*] *Computatio*. Vitruu. 1, 1. Ratiocinationes cognoscere et percipere. *Item tralate ad mentis actum*. Cic. de Inuent. 2, 18 c. 5. Ratiocinatio autem, est diligens et considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio, etc. *Conf. Auct. ad Heren. 1 c. 13. Saepe vitur Quinctilianus pro argumentatione. v. g. 7, 8, 3. it. 3, 6, 15 etc. Etiam in figuris ponit 9, 3, 98.*

**RATIOGINATĪVVS**, a, um. Adj. [*συλλογισμός*] Ratiocinatio genis orationis Cic. de Inuent. 1, 17. Ratiocinatio atque collectiua quaestio orietur Quinctil. 7, 1, 60. Et ratiocinatio status, id est syllogismus Idem 3, 6, 42. *Add. Id. 7, 8, 3.*

**RATIOGINĪVM**, i. n. *Ipse ratiocinandi vel computandi actus*. Columel. 5, 1 *extr.* Haec non aliena, nec procul a ratiocinio, quod tradituri sumus, breuiter praefari oportuit. Aliter ratiocinium ordinare Idem ibid. Ratiocinia supputare Hieron. Ep. 2, 7. *Conf. tit. C. de ratiociniis.*

**RĀTIS**, is. f. vel **RATES**. [*ῥατία*] Festus: Rates vocantur tigna inter se colligata, quae per aquam agantur: quo quidem vocabulo interdum etiam naues ipsae significantur. Isidor. 19, 1 Rates primum et antiquissimum genus nauigii e rudibus tignis asseribusque confertum. Ad cuius similitudinem fabricatae naues ratariae dictae. Nunc iam rates abusiue naues. Festus ex Afranio laudat Vento percussam ratem. *Idem, si recte suppletus est a viris doctis, eodem nomine significarunt etiam remos.* Attius, Atque ego repercutio ratibus mare. Et, Sed iam propellunt caeruleum rates salum. *Verum meo, vt nimis hoc subtile et Grammaticum sit. Certe enim totis ratibus ista conueniunt, nauibusque adeo. Quid si Festus voluit aliquid simile dicere disputationi Varronis de L. L. 6, 2 p. 69 sq. ubi cum ostendisset Ratem dici nauem longam, addit, Ratis dicta Nauis longa propter remos: quod hi, quum per aquam sublatis sub dextra et sinistra, duas partes efficere videntur. ratis enim, vnde hoc translatum, illic, vbi plures mali aut asseres. Qui videt remos plures ad lineam fere horizontalem sublatis, ratem e tignis in planum compositis compactam videre sibi videtur.* Cic. Verr. 5, 5 c. 2. Quum aut nauibus aut ratibus conarentur accedere. Ouid. Trist. 1, 1, 2. Dii maris et caeli (quid enim nisi vota supersunt?) Parcite quassatae soluere membra ratis. Scirpea ratis Plaut. Aul. 4, 1, 9. *Pro Naue Virg. Aen. 1, 47. Disiectae rates. Sed proprie Cic. Att. 9, 14. Circumuallatum esse Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri. Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio Cic. Tusc. 1, 73. Rates duplices Caes. Bell. Ciuil. 1, 25. i. binas inter se coniunctas. Cauae Ouid. Epist. 18, 8. i. naues. Sic Celsa Valer. Argon. 5, 9. Ceratae Ouid. Epist. 5, 42. Excelsae Sil. 17, 623. Fractarum ratiū subita ruina Lucan. 2, 574. Frugiferae Claud. de Bell. Gildon. 58. de classe Alexandrina, fruges ex Aegypto vehente in Italiam. Infana Valer. Argon. 1, 605. Intrepida Sen. Oedip. f. 11. Lacerae ratis nauifraga membra Ouid. de Arte Am. 1, 412. Lacerae ratis fracta membra Idem in Ibin 277. Opitergina Quinctil. 3, 8, 23. vid. h. v. Pronae Ouid. Met. 14, 548. Quassatae Virg. Aen. 4, 53. Turbata Claud. Conf. Hon. 4, 61. Veliuolae Ouid. ex Ponto 4, 5, 42. Victrices Claud. de Nupt. Honor. et Mar. 178. 2 Verborum formulae: Varr. de L. L. 4, 7 p. 14, 10. Ex vrbe qui Aduhebantur ratibus, quadrantem soluebant. Armare rates Virg. Aen. 10, 165. Committere ratem vento Ouid. Fast. 3, 579. Committere fragilem ratem pelago Hor. Carm. 1, 3, 11. Credita est vento ratis Senec. Agam. f. 6. Nondum Credenda periculis ratis Stat. Silu. 4, 4, 100. Dedere fluctibus ratem Sen. Agam. f. 3. Flectere ratem Ouid. Epist. 10, 36. Frenare ratem Senec. Medea 1. Implicuit Aufser rates Stat. Theb. 11, 520. Impulerat aura ratem Ouid. Met. 15, 697. Mergere ratem in ima Idem ibid. 11, 557. Mersa ratis Iuuen. Sat. 14, 301. Nauigare ratibus, vid. Nauigō, in NAVIS. Ponere carinas ratibus Virg. Georg. 2, 445. Prouecta ratis fertur in altum Senec. Octau. 6. Recurrit laeta ratis Valer. Argon. 1, 170. Reficere rates quassas Hor. Carm. 1, 1, 18. Regere ratem in vndis nocturnis Virg. Aen. 5, 868. Regere ratem dubiam Ouid. de Arte Am. 1, 588. Pacuu. apud Varr. de L. L. 6, 2 p. 69, 34. Aeges ferme aderant in aequore in alto ratibus Repentibus. Repletum mare euerfis ratibus Senec. Agameinn. f. 13. Submersis ratibus saturata Charybdis Ouid. Amor. 2, 16, 25. Soluere ratem Idem Ep. 15, 213. Subigere ratem conto Virg. Aen. 6, 302. Temperare ratem Ouid. Met. 13, 396. Tenuere altum rates Virg. Aen. 3, 192. Tentare Thetin ratibus Idem Ecl. 4, 32. Transnare rates vidit Stat. Achil. 1, 452. Vectus rate parua Ouid. Met. 1, 319. Vectus rate celeri Catull. de Berceynt. f. 61, 1. Vexare rates Virg. Ecl. 6, 77.*

**RĀTIARĪVS**, i. m. [*ῥατιάρης*] dicitur vt Nauicularius, non opifex, sed negotiator. Paullus de Pignorat. act. l. 30 Dig. Qui ratiario crederat, quum ad diem pecunia non solueretur, ratem in flumine sua auctoritate detinuit: posteaque flumen creuit, et inde ratem abstulit. Si inuito ratiario retinisset, eius periculo ratem fuisse respondi.

**RĀTĪTVS**, a, um. Ratitus quadrans. Paullus Festi, Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo, et triente, ratis fuerit effigies, vt nauis in Asle. *Plura bis a Paulo excerptis adduntur in Festi reliquiis h. v. sed Scaligeri potius quam Festi cum sint, non transcribimus. Potius ponimus ista Varronis L. L. 4, 7 extr. p. 14, 16. Vecturae, quas soluebant hi, qui ratibus transibant (Tiberim, vbi post Velabrum fuit), Quadrans, ab eo Lucilius scripsit quadrantes ratiti.*

**RĀTVMĒNNA** porta, a nomine eius appellata est, qui ludicro certamine quadrigis victor Etrusci generis iuuenis Veiis, consternatis equis excussus Romae periit: qui equi feruntur non ante constitisse, quam peruenirent in Capitolium, conspectamque fictilium quadrigarum molem, quae erant in fastigio Iouis templi, quas faciendas locauerant Romani Veiēti cuidam artis figulinae prudenti, quae bello sunt recuperatae, quia in fornace adeo creuerant, vt eximi nequissent. Idque prodigium portendere videbatur, in qua ciuitate eae fuissent, omnium eam futuram potentissimam. Festus. *Nomen aurigae fuisse Ratumena, memorat diserte Solin. 45. Excussio quoque auriga, quem Ratumenam nominabant. Sic etiam Plinius, qui hanc historiam narrat 8, 42 f. 65. Add. 28, 2 f. 4.*

**RĀTVS**, vid. REOR.

RAVCA, ae. f. Vermis est. Plin. 17, 18 Olea, vbi quercus effossa sit, male ponitur: quoniam vermes qui raucæ vocantur, in radice quercus nascuntur et transeunt. Sic etiam MSS. Harduino teste. Erucæ est ex coniectura. Vlpian. in l. Ex conducto. D. Locati et conducti, Si raucis, aut herbis segetes corruptæ sint. Alciatus tamen Parerg. 7, 5 legendum putat apud Vlpianum, Erucis.

RAVCVS, a, um. Adi. [*βραυχῶδης*] Qui nimio clamore vel ob aliam causam, vocem habet compressam et impeditam: quasi tu raucum dicas s. rauri laborantem: tum dicitur alio omni ingrato atque incondito sono apud Poëtas; vid. Barth. ad Stat. Silu. p. 276. Virg. Aen. 11, 458 Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni. Seruius, raucum esse ait h. l. canorum: sed non persuadet, uti nec illi, quibus videtur ad clangorem alarum referri hoc epitheton. Quidni enim Poëta aliquando verum de voce cycnorum dixerit? Metaphor. Cic. Fam. 9, 2 Te vero nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias venire. Sonare raucum quiddam Ouid. de Arte Am. 3, 289. Aeris rauci canor Virg. Georg. 4, 71. Aquis raucis feruet mare Ouid. Epist. 18, 26. Aquilo raucus Martial. 1, 50. Lucret. 4, 550 Aut reboant raucum retrocita cornua Bombum. Bubones Ouid. Amor. 1, 12, 19. Buxo rauco concita pectora Sen. Agam. 689. Martial. 4, 8 Exercent raucos tertia Causidicos. Idem 8, 67 Cum modo distulerint raucæ vadimonia Chartæ, interpretantur libellos forenses, in quibus recitandis fiant rauci, ut modo vidimus, causidici. Sed præstat Gruteriana lectio raucæ Quartæ. Quarta hora rauci sunt causidici: hic differunt vadimonia comperendinatione etc. Cicadis raucis resonant arbuta, i. Clamosis et multum strepentibus Virg. Ecl. 2, 12. Cocus Mart. 1, 42. Conventus rauci Stat. Theb. 6, 227. Cornices Lucret. 6, 751. Cornua rauca sonant Claud. in Ruff. 2, 57. Fragor Idem in Eutrop. 2, 163. Fremitus Valer. Argon. 2, 307. Garrulitas Ouid. Met. 5, 678. Guttur Idem ex Pont. 3, 1, 22. Litus Stat. Theb. 5, 291. Male rauci Hor. Serm. 1, 4, 66. i. Admodum rauci, ex quo significat eos admodum vocales et clamoros fuisse. Lenzbn. Mugitus raucos edere Ouid. Met. 14, 409. Murmur Virg. Georg. 1, 409. Ora Ouid. Amor. 3, 6, 52. Cic. de Orat. 1, 259 Itaque nos raucos oratores sæpe attentissime audiri video. Palumbes Virg. Ecl. 1, 58. Propert. 4, 8, 49 Cum subito rauci sonuerunt cardine Postes. Querela longa raucus Idem 1, 16, 39. Riui Claud. Conf. Prob. et Olyb. 221. Rogatores Martial. 10, 5. Rumor Cic. Fam. 9, 2. vid. supra. Sono rauco dedere mugitum boues Ouid. Fast. 1, 560. Stridor Idem Met. 8, 287. Tibia nocturnis succumbat rauca choreis Propert. 3, 8, 23. Tympana Ouid. in Ibin 458. Vallis rauca sonat Stat. Theb. 4, 801. Vnda Ouid. Met. 11, 783. Vox Idem ibid. 6, 377.

RAVCIDVLVS, a, um. Dimin. Hieron. Epist. 1, 16.  
 RAVCISÓNVS, a, um. Adi. [*βραυχιῶδης*] Lucret. 2, 619 Concaua raucisonoque minantur cornua cantu. Conf. Id. 5, 1082. Catull. Argon. l. 65, 263 Multi raucisonis efflabant cornua bombis.  
 RAVCITAS, ætis. f. [*βραυχος*] Vocis obtusio. Plin. 11, 51 Elephas per nares tubarum raucitati similem elidit sonum. Sic 22, 23 In tulli, vna, fellis veteri suffusione, hydropicis, raucitatibus. Conf. Cels. 2, 71. Scrib. 184.

RAVCIO, vel RAVCEO. Raucum esse. [Raucio, *βραυχιῶδης* Vet. Gloss. raucit, *βραυχιῶδης* ibid.] Priscian. 10 p. 907 Praeteritum et Supinum format Raufi, Raufum, et Lucilii eo versum refert, Raufuro tragicus qui carmina perdit Oreste.

RAVCOR, ari. [*βραυχιῶ*] Gloss. Cyrill.  
 RAVCESCO, unde

RAVCÉDO, inis. f. Isidor. 4, 7 Raucedo, amputatio vocis.  
 RAVDVS, vel RODVS, a, um. Adi. [*ἀνέργαστος*] significat inquit Festus, Rem rudem et imperfectam. nam Saxum quoque raudus appellant Poëtae. ut Attius — hinc monibus rapere raudus saxum grande et graue (sic leg. pro grandem et grauem) — Neque quisquam a telis vacuus: sed uti cuique obuiam fuerat, ferrum alius saxum rodum. Vulgus quidem in vsu habuit non modo pro aere imperfecto, ut Lucilius cum ait, Plumbi paucillum rodus, linique metaxam: sed etiam pro signato, quia in mancipando cum dicitur, rudusculo libram ferito, asse tangitur libra. Cincius de verbis priscis sic ait: Quemadmodum omnis fere materia non deformata rudis appellatur, sicut vestimentum rude non perpolitum: sic aes infectum rudusculum. Apud aedem Apollinis aes conflatum iacuit, id ad rudus appellabant: in aestimatione censoria aes infectum rudus appellatur. Varro L. L. 4, 34 p. 39, 19 Aes raudus dictum: ex eo in veteribus mancipiis scriptum, Raudusculo libram ferito. Quid sit Rudus iacere apud Liu. 26, 11 disputatur. Ponamus locum: Hannibal ad lucum Feroniae pergit ire, templum ea tempestate inclitum diuitiis — multo auro argentoque id exornatum habebant. His omnibus donis tum spoliatum templum. Aeris acerui, cum Ruderæ milites religione inducti iacerent, post profectionem Hannibalis magni inuenti. Simplicissimum est dicere, Milites religione vel superstitione potius tactos, totam vii praedam redderent inducere animum non potuisse; sed tamen, ut sacrilegium quodammodo expiarent, iecisse, iactasse, contulisse rudus s. raudus, aes tum rude quod in praeda fuerat, tum laboratum quoque et cusum. Qui mirantur, quæ ista esset religio ruderæ iaciendi, in iis, qui aurum argentumque retinerent: illi non satis Romanam vel quamcunque adeo superstitionem perpenderunt: quam exemplis declarare proptum est, sed non huius loci. Conf. Varro L. L. 5, 34.

RAVDVSCVLVM, i. n. Dimin. Cic. Att. 4, 8 Nam de raudusculo quod scribis, etc. i. modico illo aere. Eidem 14, 15 (14) Nec meherecule me raudusculum mouet, i. Pecunia. Conf. ib. 7, 2.

RAVDVSCVLA, Porta Romæ appellata est, a Raudo, id est aere, quod aerata sit. Vid. Val. Max. loco mox citato.

RAVDVSCVLÁNVS, a, um. Adi. Vnde, Raudusculana porta Romæ, quod aerata fuit, ut ait Varro L. L. 4, 34 p. 39, 18. Valer. Max. 5, 6, 3 Genuco Cippo Praetori paludato portam egredienti, noui et inauditi generis prodigium incidit. Namque in capite eius subito velut cornua emerferunt, responsumque est, eum regem fore, si in urbem reuertisset; quod ne accideret, voluntarium ac perpetuum sibi met indixit exilium — Cuius testandæ rei gratia, capitis effigies aerea portæ, qua excesserat, inclusa est: dictaque Raudusculana, quod olim aera raudera dicebantur.

RAVENNA, ae. f. [*Ράβεννα*] Vrbs Italiae, in ora litoris Adriatici. Sil. 8, 603 Quique graui remo limosis segniter vndis Lenta paludosae proscindunt stagna Rauennae. Rauennae ridiculum et Saticum elogium est Sidon. Apoll. 1, 8.

RAVENNAS, ætis. [*Ράβεννῶν*] Rauennae incola, aut ad Ravennam



*vennam pertinens.* Rauennate agro Columel. 3, 13, 9. Rauennatis soli ager vliginosus Pall. Ian. 13, 7. Martial. 3, 93 Meliusque ranae garriant Rauennates.

**RAVIS**, is. f. [*βράγχος*] *Raucedo vocatur, quae fit aut nimia siccitate propter clamorem, aut nimio humore ad vocis locum fluente.* Plaut. *Aul.* 2, 5, 10 Huccine detrusisti me ad senem parcissimum, vbi si quid poscamus, ad rauim poscamus prius quam quidquam detur? Idem in *Cistellaria* apud Non. 2, 730 Expurgabo hec ele omnia ad rauam rauim.

**RAVVS**, a, um. Adi. [*ἀμβλύς, μελανόπυρρος*] *Veteres videntur dixisse Obtusum, idque tum ad vocem tum ad colorem retulisse, ut in candidi, clari, fuscii, obscuri appellationibus factum est.* Raua vox, Rauca et parum liquida, proxime canum latratum sonans: vnde etiam *Causidicus* pugnaciter loquens *Rabula* appellatur. Festus. Raua frumenta, *Nimum siccum, torridum et aridum appellata esse scribit Festus vid.* 15 *Raucos ex Verrio, ex eo, ut suspicatur Turnebus, quod, quemadmodum rauci ab ariditate vocis et gutturis appellantur, ab eadem nominatae sint spicarum aristae, et frumenta raua: nisi quis in Festo Stramenta legat, eodem sensu, quamquam alterum magis illi probetur.* Raua coloris appellantur, qui sunt inter flauos et caesios, vid. Festus. Nonius 2, 729 20 *Rauum, Fuluum.* Cic. *Acad.* 4 Quia nobismetipsis tum caeruleum, tum rauum videtur. *Qui locus ita hodie legitur, Mare illud, quod nunc Fauonio nascente purpureum videtur — nobismetipsis modo caeruleum videbatur, mane flauum, quodque nunc, quia a sole collucet, albescit et vibrat, etc.* Pro flauum ex l. c. Nonii rauum esse substituendum, diu est cum viri docti monuerunt. Varro de R. R. 2, 9, 3 25 *de canibus, Facie debent esse formosi, magnitudine ampla, oculis nigricantibus, aut rauis. Quidam legunt Glaucis.* Ibid. 2, 4 Cornibus pronis ad rostrum, rauis oculis, de arietibus. Lupa raua Hor. Carm. 3, 27, 3.

**RAVIDVS**, a, um. Aliud Adi. [*μελανόπυρρος*] *Vt, Ruidi oculi, iidem, qui Raui, i. ut ex Festo vidimus, inter flauum et caesium.* Columel. 8, 2, 9 vbi Gallis gallinaceis eum poscit oculorum colorem.

**RAVIO**, ire. *Raucum esse.* Plaut. *Poen.* 3, 5, 33 Nego et negando, si quid refert, rauio. *Habet in Rauim Paulus Festi.*

**RAVILLVS**, a, um. Adi. *Rauillae mulieres a rauis oculis dictae, quemadmodum a caesiis, caesullae.* Festus.

**RAVISCCELLVS**, a, um. Adi. a Rauo. Plaut. apud Festum *Quia inquit haec mulier, et ille rauiscellus qui venit? Legitur et Ravistellus. it. Rauastellus. Vid. Meurs. Exerc. Crit. P. I p. 117. Vid.* 40 *GRAVASTELLVS post deriuata ex GRAVIS.*

**RAVVLVS**, a, um. Dimin. Sidon. *Epist.* 9, 13 *Rauuli choraulae. RAVRACI, Galliae populi. v. g. Caes. B. G. 1, 5, 4. it. Plin. 4, 17 Augustae Rauracorum rudera putantur vicus Augst prope Basileam. Vid. Cluver. Antiq. Germ. 2, 5.*

## R E

**RE inseparabilis Praepositio, de qua Priscian. 14 p. 1002 med.** *Re videtur a retro per apocopam factum, sicut et ipse sensus manifestat, respicio retrospicio, reuerto retrouerto, recurro retrocurro; vel ex hac (re) natum esse Aduerbum (retro) quomodo ab ex extra. Sed multo latius patet eius particulae cum compositis significatio. v. g. Iterationem notat in repeto, renouo, reputo, repueraſco, resurgo, resideo (quam solam illi vim tribuere accusatur Tertull. adu. Marc. 5, 17) item separationem, ut rescico, remitto, recipio, redundo, repono: interdum vicissitudinem, ut reddo, repugno, reluctor, redamo, redigo, rescribo, respondeo: est etiam vbi significationem verbi sui inuertit, ut recludo, retego, resigno, retexo, qua quidem in re cum prima illa ratione conuenit vel proprie, vel certe per translationem. An interdum modo augeat significationem, disputatur ad Reteſtos pedes Sueton. Aug. c. 78 vid. RETEGO. Certe in redoleo, et resono possis hanc vim suspicari, et si qua his sint similia: sed in remitto videtur minuere.* ¶ 2 *Cum praepositur Vocali, solet assumere D epentheticum, ut redamo, redeo, redigo, redimo, redoleo, etc.* ¶ 3 *In versu Re ordinarie corripitur. Productum tamen etiam obseruabimus saepiuscule, non in Refert modo, vbi id perpetuum esse volunt Grammatici; sed etiam in aliis: vbi nec geminari Consonantem proximam in optimis libris videas. Quare anticipem esse hanc Syllabam pronunciarunt Gifan. in Collectan. ad Lucret. et quos laudat praeterea Broukhuf. ad Propert. 4, 8, 44. it. Drakenb. ad Sil. 3, 309. Saepem etiam illud monent Heins. et Burmannus ad Poetas a se editos.* ¶ 4 *Obseruabiles sunt Pleonasmii quidam, quod iunguntur, v. g. composita ex Re cum Rursum: Plin. 8, 22 Homines in lupos verti, rursumque restitui sibi. Ibid. 32 Quum prope ventum est, rursus fugae praesidia repetentes. Ita compositum ex Re cum Iterum, Plin. Epist. 2, 14 Iterum clamor. Iterum reticuit.*

¶ 2 *Cum praepositur Vocali, solet assumere D epentheticum, ut redamo, redeo, redigo, redimo, redoleo, etc.* ¶ 3 *In versu Re ordinarie corripitur. Productum tamen etiam obseruabimus saepiuscule, non in Refert modo, vbi id perpetuum esse volunt Grammatici; sed etiam in aliis: vbi nec geminari Consonantem proximam in optimis libris videas. Quare anticipem esse hanc Syllabam pronunciarunt Gifan. in Collectan. ad Lucret. et quos laudat praeterea Broukhuf. ad Propert. 4, 8, 44. it. Drakenb. ad Sil. 3, 309. Saepem etiam illud monent Heins. et Burmannus ad Poetas a se editos.* ¶ 4 *Obseruabiles sunt Pleonasmii quidam, quod iunguntur, v. g. composita ex Re cum Rursum: Plin. 8, 22 Homines in lupos verti, rursumque restitui sibi. Ibid. 32 Quum prope ventum est, rursus fugae praesidia repetentes. Ita compositum ex Re cum Iterum, Plin. Epist. 2, 14 Iterum clamor. Iterum reticuit.*

¶ 4 *Obseruabiles sunt Pleonasmii quidam, quod iunguntur, v. g. composita ex Re cum Rursum: Plin. 8, 22 Homines in lupos verti, rursumque restitui sibi. Ibid. 32 Quum prope ventum est, rursus fugae praesidia repetentes. Ita compositum ex Re cum Iterum, Plin. Epist. 2, 14 Iterum clamor. Iterum reticuit.*

## R E A

**REA, Mater Deum, Auentini, Romuli, vid. RHEA.**

**READOPTO, vid. REDADOPTO.**

**READVNATIO, ōnis. f. Tertull. de Resurr. carn. c. 30** *Recorporatio est readunatio ossium. al. Redadunatio.*

**REAEDIFICŌ, aere. [*ἀνοικοδομέω*]** *Rursum vel denuo aedificare. Metaphor. laudatur Cic. Att. 6, 1 Caesarem in merito reaedificando diligentiore fore. Sed haec incerta lectio est: vid. edit. Graeu. p. 595. Quia piget reaedificare Liu. 5, 53. Add. Tertull. adu. Marc. 5, 3. et de Pudic. c. 20 extr.*

**REAPSE. [*ῥῶ ὄντι*]** *Significat Reipsa. Pacuius, Si non est ingratum reapse quod feci, Festus. Cic. de Diuin. 1, 81 c. 37 Formae quae reapse nullae sunt, speciem autem offerunt. Quod idem reapse primum est Cic. de Fin. 5 c. 10. Reapse expertus sum Plaut. Truc. 4, 3, 41. Add. Id. Rud. 1, 3, 2. Recipit tmesin: Re tamen apse Lucret. 2, 658. Sen. Epist. 108 Eisdem libros (Ciceronis de re publica) cum Grammaticus explicuit, primum REAPSE dici a Cicerone, id est, RE IPSA, in commentarium refert; nec minus SEPSE, id est, SEIPSE.*

**REASSVMO, aere. Plin. Epist. 5, 6 Aestate fluminis nomen arenti alueo deserit, autumnno reassumit. al. Resumit.**

**REATE, is. n. [*Ῥεάτιον*]** *Oppidum Sabinorum, Italiae umbilicus: vnde Reatini populi Plin. 3, 12. Varro de R. R. 2, 6 Ego, inquit, de asinis potissimum dicam, qui sum Reatinus, vbi optimi et maximi fiunt. Sil. 8, 417 Magnaeque Reate dicatum Caelicolum matri. Forte alludit nomen ad Ream f. Rheam.*

**REATINI, Populi, a Reate oppido inter Nomentanos et Trebulanos Plin. 3, 12.**

REĀTVS, ūs. m. [*ἑνοχὸν νενομίστας*] *Vox Augusti aetate primum inuenta a Messala, uti tradit Quinctil. 8, 3, 34: qua designatur Status et conditio reorum, habitus demissus, squalidus, et misericordiae aucupator. Vnde reorum sordes, fordidaeque rei dicebantur. Modestinus, D. de poenis, in l. Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus poena eius subleuanda erit. Pars poenae visa est, longa temporis intercapedo in conspicua calamitate et miseranda. Paulus D. de bonis damnat. l. 7 Cum ratio §. 2. Fraudis autem causa adoptio facta videtur, etiam si non reatu, sed in desperatione rerum per conscientiam metu imminentis accusatoris quis adoptet. Iustin. 4, 4 Reuocato igitur ad reatum Alcibiade, duo praecia secunda Nicias et Lamachus faciunt, i. ad causam dicendam. Martiat. 2, 24 Si det iniqua tibi tristis fortuna reatum, Squallidus haerebo, pallidiorque reo.* ¶ 2 *Idem fere quod culpa, vel crimen adeo et noxa, significat. e. g. Nemo paternis reatibus obligatur, si punita ipse perseueret et innocens Quinctil. Declam. in Trib. Mar. c. 8 p. 81 Burm. Mala conscientiae reatum intra me sustinebo Apul. Met. 7 p. 191. Add. ibid. 3 p. 132. Luere reatum Alcim. Au. 2, 180. i. poenam sustinere. Soluere reatum Prudent. Hymn. Ieiun. v. 175. Conf. Idem Hymn. de Natali Dom. v. 101.*

## R E B

REBAPTIZO, āre. *Iterum baptizare eum, qui baptizatus iam est. Si quis rebaptizare quempiam de ministris catholicae sectae fuerit detectus l. 2 Cod. ne sanct. bapt. Add. August. Ep. 166.*

REBAPTIZATOR, ōris. m. Augustin. Epist. 165.

REBELLO, āre. [*ἀπιστάω*] *Iterum bellare, vel sine perfidia, vel contra fidem datam. Ouid. Met. 13, 619 de Memnonis auibus, Quum sol duodena peregit Signa, parentali moriturae more rebellant. i. Bellum instaurant. Si elapsus Philippus foret, mox grauius eum rebellaturum Liu. 33, 12. Carthaginienses ad rebellandum compellere Idem 34, 60. Sic Ouid. Fast. 6, 243. Caes. Bell. Gall. 8, 44 Si tali ratione diuersis in locis plures rebellare coepissent. Liu. 8, 14 Quia cum Latinis rebellare nolissent. Metaphor. Rebellare vulnera, seu alia vitia dicuntur, quando semel curata repullulant. Plin. 25, 13 Creduntque ea rursus fata rebellare, quae curauerit vitia: quo scelere et plantagine vtuntur. Conf. Id. 21, 20. Plin. 13, 12 Minus sorbet politura charta, magis splendet. Rebellat saepe humor incuriose datus, primoque malleo deprehenditur, aut etiam odore, quum fuerit indiligentior.* ¶ 2 *Fidem et obsequium semel praestitum deserere. Volsci, ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum gens Liu. 7, 27.*

REBELLANS, antis. Part. *Bellum aduersus rebellantes Aequos gestum est Liu. 19, 9. Add. Suet. Aug. c. 21.*

REBELLATVS. Depon. *Qui rebellauit. Val. Max. 9, 10, 1 M. Flavius trib. pleb. ad populum de Tusculanis retulit, quod eorum consilio Veliternos, Priuernatesque rebellatos diceret. Sic post Manut. ad Cic. Fam. 8, 9 Vorstius et Perizon. licet contra libros. Vid. Perizon. ad Sanct. 1, 15 p. 136.*

REBELLATIO, ōnis. f. Valer. 7, 3, 9 ext. *Quum crebris rebellionibus meruissent vt eorum urbem funditus Romani euertere velent. Conf. Idem 7, 4, 1. Tacit. Ann. 14, 31 Commoti ad rebellionem.*

REBELLĀTOR, ōris. m. et REBELLĀTRIX, icis. f. *Quae vel quae rebellat. Liu. 40, 35. Dicitur quam re facilius sit, prouinciam ingenio ferocem rebellatricem confecisse. Ouid. Trist. 3, 12, 47 Teque rebellatrix, tandem Germania magni Triste caput pedibus supposuisse ducis.*

REBELLIS, e. Adj. [*ἀποστάτικὸς*] *Vt, Flammae rebelles Stat. Theb. 1, 35 Rebellis amor Ouid. Rem. Amor. 246. Regio rebellis Curt. 8, 1, 35.*

REBELLIO, ōnis. f. [*ἀφηνιασμός*] *Caes. Bell. Gall. 3 c. 10 Rebellio facta post deditioem. Rebellionem facere Idem ib. 4, 38. Audita rebellionem Germaniae Suet. Calig. c. 51. Coeptare rebellionem Tacit. Ann. 3, 40.* ¶ 2 *Rebellio, Masc. ἀποστάτης, ἀπόστασις Gloss. Lat. Gr. Rebellis. Istos rebelliones acerrime prosequaris Vulcat. in Au. Cassio c. 10. Add. Treb. Poll. in Gallieno Salon. ex restit. Salmastii.*

REBELLIVM, i. n. *Idem. [ἀπόστασις] Liu. 42, 21 Qui deditis contra ius et fas bellum intulisset, et pacatos ad rebellium incitasset. Quam lectionem contra Gruterum defendit Gronou. et retinet Drakenb.*

REBIBO, ēre. Theod. Prisc. de Diaeta c. 15.

REBITO, āre. [*ἄναμι*] *Redeo, ex antiquo Betere, vt colligo ex lego. Plaut. Capt. 2, 3, 20 Ac si non rebitas huc, vt viginti minas dem pro te. Ibid. 3, 5, 89 At vnum hoc te quaeso, si huc rebites Philocrates, vt mihi eius facias conueniendi copiam.*

REBLATA, vid. ANTIOCHIA.

REBOO, āre. [*ἀντιβοῶν Onomast. Vct. vel ἀναβοῶν*] *Boare grauiter, quasi sono repercusso. Virg. Georg. 3, 223 Reboant siluaeque et magnus Olympus. i. Resonant, remugiunt. Est autem Graecum verbum. Nam apud Latinos nullum verbum est, quod ante o finalem, habeat o, excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter scribebant, adspirationem interponentes duabus Vocalibus, et dicebant Inchoo. Seruius. Laqueata templa citharis reboant Lucret. 2, 28. Tympana reboant Catull. de Berecynth. f. 61 (64) 21. Sil. 3, 439 de Hercule, — Moesto clamore ciebat*

Pirenen: scopulique omnes, ac iustra ferarum

Pirenen reboant. al. Resonant. Vjd. Drakenb. ad h. l.

Ad similitudinem caelestis tonitruum amen reboat Hieron. Comm. 2 in Ep. ad Gal. praef.

REBVLLIO, ire. Apul. 5 p. 170 *Lucerna feruens oleum rebulliuit in eius humerum. Et 1 p. 108, 16 Cum ille impetu teli praefecata gula, vocem, immo stridorem incertum per vulnus effunderet, et spiritum rebulliret.*

## R E C

RECALCĪTRO, āre. [*ἀντιλακτίσω*] *Retro Calcitro. Hor. Serm. 2, 1, 20*

— Nisi dextro tempore Flacci

Verba per attentam non ibunt Caesaris aurem:

Cui male si palpare, recalcitrat vndique tutus.

RECALCO, āre. [*παλιμπατέω*] *Rursum calcare. Colum. 2, 2 Si velis scrobibus egestam humum recondere, et recalcare, quum ali-*

quo

quo quasi fermento abundauerit. Limen recalandum patet Prudent. Cath. 9, 75. Conf. Apul. Miles. 6 p. 181.

RECALX, alcis. Improbi semper et dura ceruice recalces Commodian. Instruct. 38.

RECALEO, ui, ère. [*ἀναθερμαίνω*] Idem quod simplex Calco. 5 Virg. Aen. 12, 35

Vix vrbe tuemur

Spes Italas, recalent nostro Tyberina fluenta  
Sanguine.

Recalent, subinde calent, cum vix refrixit locus, calere denuo incipit. 10

Exstinctae recalent vestigia flammae Paullin. Natal. Felic. 8, 397.

Acrius multo atque vehementius Thessalici incendii cineres recalere Florus 4, 2. Recalebant auribus eius parentis effata Ammian.

28, l. Add. 22 c. ult. Si quis et in sudibus recalenti aspergine sanguis Insidet Prudent. Hymn. Hippol. v. 143. 15

RECALESCO, ère. [*ἀναθερμαίνωμαι*] Rursus calefcere. Cic. de Nat. Deor. 2, 26 c. 10 Quod nostris quoque corporibus contingit, quum motu atque exercitatione recalescunt. Ouid. de Rem. Amor. 629

Quid iuuat admonitu tepidam recalescere mentem? Recalescere flatu Prudent. Psychom. v. 59. Nec post obitum recalescens 20

Compago fatiscere nouit Id. Hymn. Exsequ. v. 95.

RECALFACIO, fēci, factum, ère. [*ἀναθερμαίνω*] Rursus calidum facere. Ouid. Met. 8, 444 Calidumque prioris Caede recalfecit conforti sanguine telum.

RECALFIO, fieri. Scribonius Largus c. ult. Rursus recalfiunt, 25 et colantur per linteum.

RECALEFACTVS, a, um. Statiu recalfacto corpore Cael. Aurel. Acut. 2, 10.

RECALVASTER, tri. m. [*ἀνακαλαστικός*] Qui fronte caluus est, non toto capite: est enim Diminutiuum. Comatum et crispulum 30

malis, quam recaluastrum Sen. Epist. 66. in aliquibus MSS. desunt duo posteriora verba. Occurrit tamen hoc vocabulum apud Vulgat. Leuit. 13, 41.

RECALVVS, a, um. Adi. [*ἀνακαλαστικός*] Idem. Plaut. Rud. 2, 2, 11 Ecquem recaluum ac silonem senem, statutum, ventrio- 35 sum, etc.

RECALVATIO, ōnis. f. Vulgat. Leuit. 13, 42.

RECALX, vid. RECALCO.

RECANDEO, ui, ère. [*ἀναλευκαίνωμαι*] Candere, siue candidum esse a percussione, ut Praepositio habeat vim vicissitudinis, aut resistētia adeo. Ouid. Met. 4, 529

Seque super Pontum nullo tardata timore Mittit, onusque suum: percussa recanduit vnda. i. Candida et alba facta est propter spumam, quam concitatum mare emittere solet.

Recandescere, [*ἀνακαυθίζω*] Rursus incallescere, ut, Ira recanduit, Iterum inflammata est Ouid. Met. 3, 707. Idem ibid. 1, 434.

Ergo ubi diluuiio tellus lutulenta recenti Solibus aethereis altoque recanduit aestu, denuo incaluit.

RECANDENS, entis. Partic. [*ἀνακαυθίζω*] Laudatur Plin. 37, 9 l. 52 de iride gemma, Sed esse aliquas scabris lateribus et angulis inaequalibus dicunt, in sole aperto proiectas, radios in se recandentes discurrere. Vetus exemplar legit Candentes. Harduin. in se cadentes discutere.

RECANO, cini, centum, ère. [*ἀνακαίνω*] Iterum canere. Plin. 10, 33 Adeoque vincit libido etiam fetus caritatem, ut illa fur- 55 tim et in occulto incubans, quum sensit feminam aucupis accedentem ad marem, recanat, reuocetque. de perdice. Recanere, pro Incantationem retorquere ac dissoluere. Plin. 28, 2 l. 4 ut legit Turnebus et Hard.

Non pauci etiam serpentes ipsos recanere, etc. Sensus est, ut cantu angues rumpi prisca censebant, sic angues ipsos existimabant, si id praesentirent, recanere, et incantationem referre ac diluere. Quidam le- 60 gunt Recantare, de qua statim.

RECANO, are. [*καλυπθῆναι*] Est Rem incantatam alio carmine liberare. Plin. 28, 2 l. 4 Non pauci etiam serpentes ipsos recantare credunt. Sed Recanere alii, ut modo dictum. Recantare, simpliciter est iterum cantare. Martial. 2, 85 (86) Nusquam Graecula quod 65 recantat Echo, h. e. Cantanti vel loquenti respondet.

RECANŌTĀTVS, a, um. Part. [*καλυπθῆναι*] Hor. Carm. 1, 16, 17 Nunc ego mitibus

Mutare quaero tristia, dum mihi

Fias recantatis amica

Opprobriis, animumque reddas. 70

Recantatis, i. e. Meliore carmine deletis. Recantantur autem opprobria, quum mutato carmine laudibus corriguntur, ait Acron. Porphyrio vero, Recantari probra dicuntur, quum contraria probris carmina sunt in eum, cui maledixerimus. Sed Ouid. Rem. Amor. 259 75 Nulla recantatas deponent pectora curas. i. Amores magicis carminibus repressos.

RECAPITVLO, are. [*ἀνακεφαλαιῶ*] Summa rerum capita breviter repete. Tertull. adu. Marc. 5, 17 Ut ita dixerim, sicut verbum illud in Graeco sonat, recapitulare, id est, ad initium redigere vel ab 80 initio recensere. Recapitulauit Tertull. contr. Iud. c. 8. Recapitulando dicit, tanquam ad id rediens, quod praeterierat August. C. D. 20, 14. Idem ibid. 20, 21 Recapitulat ab initio. Quinctil. 6, 1 ἀνακεφαλαιῶν vertit Decurrere per capita.

RECAPITVLATIO, ōnis. f. Sic Latine redditur ἀνακεφαλαιῶσι. 85 Generalis recapitulatio, est inscriptio Cassiod. Diuin. Lect. c. 24.

RECAPTĪVĀTVS, a, um. Iuste a deo recaptiuatus Interpr. Iren.

RECAVRVS, vid. RECIDO.

RECAVEO, ère. Qui sollempni lege se vinxerit et recauerit 90 Imp. Cod. lib. 9 t. 3 de exhib. et transmittend. reis l. 2.

RECAVTA, orum. n. Apocbae species in Nouell. 130, 1 de transitu militum, in qua Iustinianus commemorat recauta de more facta, κατὰ τῶν ὀπιθίων τῶν ὑποτελέων ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτῶν διακωνωμένων. i. apocbas, quibus vicissim cauetur his, qui soluerunt quod debebant, non denuo 95 exactum iri. Hinc apud Suidam et in Glossis Nomicis Πέκαυτον (sic nempe legendum pro ῥέκαυγον ἢ ῥέκαυδον) ἀποχῆς ἔδος. Recautum quasi retro et vicissim cautum.

RECĒDO, ūi, sium, ère. [*ἀναχωρέω, ὑπέχω*] Quasi Retro cedere. Recedere ab aliquo procul Plaut. Capt. 3, 4, 20. Accedere 100 ad aliquem, et Recedere ab aliquo, contraria Cic. pro Plane. 15. Ab hoste recedere Ouid. ex Pont. 3, 1, 131. Ex acie, vid. ACIES. Longius Virg. Georg. 4, 191. Plaut. Rud. 3, 5, 7 Iube dum recedere istos ambo illuc modo. 2 Metaphoras habet frequen- 105 ter. Virg. Aen. 2, 300 Et magis atque magis (quanquam secreta pa-

- rentis Anchisae domus, arboribusque oblecta recessit.) i. e. inquit Seruius, a frequentia se remouit. et est speciosa translatio, quoties rei mobilis ad immobilem, vel e contra transfertur officium. *Nauigantibus litora etc. recedere videntur.* Prouehimur portu, terraeque vrbesque recedunt Virg. Aen. 3, 72. *Conf. Drakenb. ad Sil. 3, 157.*
- 5 Flaminae recedunt Virg. Aen. 2, 633. Turpiter victa Venus saepe recessit Ouid. Rem. Amor. 199. Cic. pro Rosc. Amer. 16 c. 6 Posteaquam ab Armis recesserunt, in summo otio, rediens a coena Romae occisus est. Idem post redit. in Senat. 6 Qua strage nonnulli permoti magistratus, partim metu mortis, partim desperatione Reipubl. paullulum a mea Causa recesserunt. Cic. pro Quint. 67 c. 21 Usque dum inueniretur, qua ratione res ab vsitata Consuetudine recederet. Stat. Silu. 3, 5, 55 Sic vt mater amas, sic nunquam Corde recedit Nata tuo. Cic. Verr. 2, 44 Sin illud dices, te
- 10 Heraclii voluntate ab Lege recessisse: ipse te impediens. A Natura Quinctil. 2, 10. Plin. Epist. 2, 1 Viuit enim, viuetque semper, atque etiam latius in memoria hominum et sermone versabitur, postquam ab Oculis recessit. Cic. Off. 3, 19 c. 4 Quam si sequemur in comparatione rerum, ab Officio nunquam recedemus: *nunquam non*
- 20 *faciemus officium.* Nullo dolore cogi, vt ab officio recedatur Auctor ad Heren. 3, 5. A vera longe Ratione recedit Lucret. 2, 229. Cic. Att. 12, 4 Si a Sententiis eius dictis, si ab omni Voluntate Consiliisque, quae de Republ. habuit, recedam, etc. Idem Off. 1, 37 Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, etc. quamquam id nomen durius iam effecit vetustas: a peregrino enim recessit, et proprie in eo, qui arma contra ferret, remansit. Cic. Tusc. 4, 40 Quippe qui ob eam causam a Vita recesserit. A Vitio longe recedere Plin. Epist. 9, 6. Vita recessit patrio corpore, i. Mortuus est pater Plaut. Merc. Prol. 73. Cic. Att. 30 1, 17 Neque de statu nobis nostrae dignitatis est recedendum, neque, etc. In otia tuta Hor. Serm. 1, 1, 31. Virg. Aen. 4 *extr.* Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit. In se recessit numen Apul. Met. 11 p. 260, 9 (p. 243, 3 *Pric.*) i. euanuit, oculis se subduxit. Plin. 3, 25 Septem millia passuum a mari recedens, i. remotum. Pictor
- 35 cum vi artis suae efficit, vt quaedam eminere in opere, quaedam recessisse credamus, ipse ea plena esse non nescit Quinctil. 2, 17, 21. *Vid. vltimum exemplum in RECESSVS.* ¶ 3 Recedo, ¶ 10 *Discedo.* Cic. Att. 2, 13 Tu si literas ad Sicyonios habes, aduola in Formianum, vnde nos pridie Non. Maii recedere cogitamus. Sall. 40 Iug. 36 *extr.* Albinus Aulo fratre in castris pro Praetore relicto, Romam recessit. *Sed velle decessit Cort.* Ante finem recedere Plin. Epist. 1, 13. In auras tenues recedere Virg. Aen. 2, 791. Cic. pro Rosc. Amer. 112 c. 38 Recede de medio, per alium transigam. Quid furis: aut quonam nostri tibi cura recessit? Virg. Aen. 2, 595. 45 *Et Metaphor.* Recedere, pro Diminui. Plin. Epist. 6, 3 Recessit venter. Rarescunt tenebrae, tantum de luce recessit Stat. Theb. 11, 74. Recedere, pro Distungi. Cels. 8, 7 Sed in aliis quidem ossibus ex toto saepe fragmentum a fragmento recedit: maxillae vero semper ossa
- 50 etiam vexata aliqua parte cohaerent. Ouid. Fast. 6, 707 Ante recessisset caput hoc ceruice cruenta, Quam tu, etc. ¶ 4 *Pass.* Neque ab oppugnatione recedi posse Hirt. B. G. 8, 40. Ita ab Illiturgi recessum est Liu. 24, 41. Illa etiam, si quando in terguin pulsa recessit Virg. Aen. 11, 653.
- 55 RECEDENS, entis. Partic. [*ἀναχωρῶν*] Vt, Anni venientes et recedentes Hor. de Arte Poet. v. 175. Rursus recedens hospes Valer. Argon. 7, 118. Ruit ille recedens Virg. Aen. 12, 291. Curt. 4, 1, 6 Maritimam tamen oram, et pleraque longius etiam a mari recedentia, rex eius insulae Strato possidebat.
- 60 RECESSVRVS, a, uni. Partic. [*ἀναχωρήσων, ὑπαίξων*] Ouid. in Ibin 237.
- RECESSVS, a, um. Adi. Compar. Vitruu. 5, 8 Recessior scena.
- 65 RECESSVS, ō. m. [*ἀναχώρησις, ὑπαίξις*] Actus recedendi. Cic. de Nat. Deor. 2, 34 Bestiis autem sensum et motum dedit, et cum quodam appetitu accessum ad res salutes, a pestiferis recessum. Tum accessus ad causam facere tum recessus Cic. Fam. 9, 14. Tacitus recessus Stat. Silu. 1, 2, 271. Accessus et recessus lunae Cic. de Orat. 3 c. 45. Idem de Diuin. 2, 34 c. 14 Quid de fretis aut de marinis aestibus plura dicam? quorum accessus et recessus, Lunae motu gubernantur. Vegeta et strenua ingenia quo plus recessus sumunt, hoc vehementiores impetus edunt Val. Max. 3, 6, 1. *Est igitur recessus hic, cum impetus capiendi causa receditur.* Plin. 8, 33 Oculi in recessu cauo, tenui discrimine, praegrandes, et corpori concolores.
- 75 Quinctil. 1, 5, 32 *Κοιλοστομία* (quasi tu caui oris vitium dicas) cum vox quasi in recessu oris auditur. Quinctil. 11, 2, 18 Domus in multos diducta recessus. Martial. 4, 64, 4 Lati collibus imminent recessus. Cic. Att. 12, 25 Mihi solitudo et recessus provincia est. Quinctil. 1, 4, 2 Plus habet in recessu Grammaticae, quam fronte promittit. Angulosi recessus, vid. ANGVLVVS. Apricus, vid. APRICVS. Longis recessibus ingens spelunca Ouid. Fast. 1, 553. Magni recessus et amoeni Curt. 7. Marmoreo superi federe recessu Ouid. Met. 1, 177. Seducti Idem ibid. 13, 902. Tenebroso recessu carceris oblecta Claud. de Rapt. Proserp. 3, 82. Latetbrae et recessus in animis hominum Cic. pro Marc. c. 7. Plin. Epist. 3, 3 Vita hominum altos recessus, magnasque latebras habet. i. accurate tegunt homines sensus suos et consilia. Cic. de Orat. 3, 99 Sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus, vmbrae aliquam aut recessum, quo magis id, quod erit illuminatum, existare
- 80 atque eminere videatur. *Vid. RECEO n. 2 extr.*
- RECESSIO, ōnis. f. Vitruu. 1, 6 Ventus inclinationibus et recessionibus varietates mutatione flatus facit.
- RECESSIM. Adu. [*ἀναδρομάδιον*] Retro cedendo. Plaut. Amph. 5, 1, 60 Ego cumas recessim rursus prorsum trahere. Recessim
- 95 cedam ad parietem, imitabor nepam Plaut. Cas. 2, 8, 7.
- RECELLO, ui, ere. [*ἀνακλίω*] Reducere, et, vt ait Festus, Reclinare. Apul. 10 p. 249 *de Assino*, Illa enim quoties ei parcens nares recellebam, accedens toties nisu rabido et spinam prehensens ad eam appliciore nexu inhaerebat. *Intransitiue*, Liu. 24, 34 Ferrea manus quum iniecta prorae esset, grauique libramento plumbi recelleret ad solam: suspensa prora nauium in puppim staturbat. Recelleret, i. retro ferretur vel rueret. Terra retro recellit, i. Reclinat Lucret. 6, 572.
- RECELLICLVNIAE, arum. f. Pl. Meretriculae in Plauto ap. 105 Festum esse dicuntur. *Vid. Apul. 1, c. in RECELLO.*

- RECENS, entis. Adj. [*νεωγός, νεωφύτος*] *Nouum, quod nuper accidit.* Ter. Adel. 3, 2, 14 *Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum Aegritudo haec est recens.* Cic. Fam. 11, 21 *Quo circa Segulium negligamus, qui res nouas quaerit: non quo veterem comederit (nullam enim habuit) sed hanc ipsam recentem, nouam, deuorauit.* Cic. de Senect. 72 c. 20 *Omnis conglutinatio recens, aegre, inreterata facile diuellitur.* *Contraria:* *Et alios alii deinceps exciperent, integrique et recentes defatigatis succederent* Caes. B. G. 5, 14 f. Curt. 3 *Timere ne non virtute hostium, et lassitudine sua vincerentur. Persas recentes inde successuros, si laxius stare potuissent.* *Hinc dicuntur Equi recentes, ut paullo post videbis adnotatum.* Pullus a partu recens Varro de R. R. 2, 8. Dido recens a vulnere Virg. Aen. 6, 450. Cic. de Nat. Deor. 3, 11 *Et quos Homerus, qui recens ab illorum aetate fuit, sepultos dicit Lacedaemone.* Cic. Act. 1 Verr. 5 *Quum e prouincia recens esset, inuidiaque et infamia non recenti, sed vetere ac diuturna flagraret.* Cic. Att. 16, 7 pr. *Rhegini quidam, illustres homines eo venerunt Roma sane recentes.* *Compar.* Cic. de Finib. 2, 12 *Horum recentiorum nunquam dictum ab ipso vlllo quod sciam.* Nonius *in hunc locum, Recentiorum, id est nouorum.* Alius alio recentior est in dolore Auctor ad Heren. 2, 10. Recentiores ex Auctoribus Plin. 12, 17. Recentissima Bella Liu. 38, 45. Quod recentissimum est Liu. 26, 13. Senec. Epist. 91 *Non tamen negauerim fuisse alti spiritus viros, etc. vt ita dicam, a diis recentes.* *Nuper a Diis profecti et demissi in hanc vitam.* Aninae recentes modo interfectorum, vt Vimbrae Ouid. Met. 8, 488. Aegritudo Ter. Adelph. 3, 2, 14. Auctor recentior Liu. 2, 56. Animus, i. Praeseruidus Liu. 21, 52. Aqua recens Scribon. 84. Caedes Virg. Aen. 2, 718. Caede recenti locus tepidus Virg. Aen. 9, 455. Candore recenti sol irrigat caelum Lucret. 5, 283. Causa recens accessit ad iras Ouid. Met. 3, 73. al. Plaga. Crimen Ouid. Epist. 9, 53. Cura Idem Amor. 3, 9, 32. Dolor Quinctil. 6, 2. Epistola recentissima Cic. Att. 8, 15. Equi recentes, *Non lassii, vel a lassitudine recreati* Ouid. Met. 2, 63. Liu. 38, 25. Equitum recentissimi Tac. Hist. 3, 29, 7. Exemplum Claud. in Eutrop. 2, 547. Factum Ouid. Met. 1, 164. Fama Plin. 10, 43. Flores recentes carpere Hor. Carm. 3, 27, 43. Fluuios recentes, pro Aqua statim hausta Virg. Georg. 3, 301. *vt ait Seruius. Nempe ut aqua recens, quae non contraxit vitium stando.* Folio velata recenti Ouid. Fast. 3, 141. Homines recentes, *Nuper nati* Hor. Carm. 1, 10, 2. Laudes Ouid. ex Pont. 4, 8, 87. Le-ctu recenti auctae copiae, *b. e. Delectu quod legunt et.* Tac. Hist. 4, 70. Cic. Att. 6, 1 *Recentissimas a Cybistris meas Literas habere ais ad X. Cal. Oct. datas.* Malum Ouid. Trist. 4, 6, 22. Maritus Plin. Epist. 8, 23 extr. Plaut. . . Nouum dixit. Cic. de Nat. Deor. 6 c. 2 *Et recentiore Memoria iidem Tyndaridae Persen victum nuntiauerunt.* *i. Haud ita multo ante.* Metu recenti trepidat mens Hor. Carm. 2, 19, 5. Cic. Verr. 1, 101 *Datum quidem esse tuum inter omnes recenti negotio facile constabat.* Pater Plin. Epist. 8, 23 extr. Pede recenti recurrere Plaut. Trin. 4, 3, 8. Poma recentissima Columel. 12, 44. Prata recentia incolere riuus Virg. Aen. 6, 674. Cic. Verr. 5, 75 *An recenti re Syracusis apud notos, inspectante Sicilia paene tota, securi ferire?* *Conf. Plaut. Trin. 4, 3, 8.* Rore recenti gemmantes herbae Lucret. 2, 319. Seditio recens Ouid. Met. 12, 61. al. Repens. Cic. pro Muræa. 17 *Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuae.* Tempore recenti illo tu omnia, etc. Cic. ad Brut. 7. Idem Verr. 3, 79 *Praesertim quum in lectulo Decumanæ mulieris vestigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad perseuerandum intelligebant?* Vinum recens Scribon. 271. *de veteri, quod nuper promium.* Vires recentes Ouid. Trist. 4, 6, 29. Vimbrae recentes, *Quarum corpora nuper erant mortua* Ouid. Met. 10, 48. *de Orpheo, ut p. a. Animæ.*
- RECENS. [*προσφύτος*] *Aduerbiū est aliquando, idem quod Recenter significans.* Virg. Georg. 3, 156 *Sole recens orto.* Recens condita Roma, *b. e. Nuper* Suet. in Tiber. Caes. c. 1. Recens natus, *apud Plaut. Cist. 1, 2, 17.* Recens diues Ouid. Amor. 3, 8, 9. *Add. Sallust. ap. Charis. p. 192.*
- RECENTER. Adu. Apic. 1, 1 *Oliuae de arbore recenter sublatae.* Pallad. 1, 26 *Poma recenter lecta.* *Conf. Id. 5, 4.* Cellar. Cur. Post. p. 121. Superl. Plin. 18, 23 *Quam recentissime stercorato solo.*
- RECENTOR, ari. [*νεογνῆμαι*] *Renouari, et denuo recens fieri.* Matius *apud Gell. 15, 25* *Iamiam albicascit Phoebus, et recentatur Commune lumen hominibus et voluptas.* *Add. Nonius 2, 751.*
- RECENSEO, ui, sum, ere. [*καταλέγομαι, απαριθμῶ*] *Recognoscere multitudinem aliquam, et singulatim considerare, atque enumerare.* Liu. 1, 16 *Inter haec recenset exercitum, militem instruit.* Captiuos recensere Liu. 26, 49. *Omneimque suorum Forte recensibat Numerum carosque Nepotes* Virg. Aen. 6, 682. Numerum Idem Georg. 4, 436. Numerum porcorum Columel. 7, 9. Vellera ad numerum pecoris Idem 12, 3. Recensere, *Narrare.* Cic. Att. 16, 1 *Ouius enim recenset multa, quae vellem.* *Sed editur modo, Ouius enim recens. Is multa, quae vellem.* Facta fortia recensere Ouid. Epist. 9, 105. Dinumera fastos, nec parua exempla recense Stat. Silu. 4, 1, 29.
- RECENSVS, a, um. Partic. [*καταλεχθεῖς*] Suet. in Vesp. 9 *Amplissimos ordines, et exhaustos caede varia, et contaminatos veteri negligentia purgavit, suppleuitque recenso Senatu et equite, submotis indignissimis, et honestissimo quoque Italicorum ac prouincialium allecto.* *al. Recensito contra MSS. Sed Recensitus etiam dici, max videbimus.*
- RECENSVS, ūs. m. [*ἀπαριθμησις*] *Recensendi actus, ac recognitio.* Sueton. in Caes. c. 41 *Recensum populi, nec more, nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit.* *Conf. Gron. ad Liu. Epit. 115.*
- RECENSIO, ōnis. f. [*κατάλογος*] *Idem.* Cic. pro Milon. 74 c. 27 *Eum, qui aedem Nympharum incendit, vt memoriam publicae recensiois tabulis publicis impressam exstingeret.* Suet. in Iul. Caes. c. 41 *Ne qui noui coetus recensiois causa moueri quandoque possent.*
- RECENSITIO, ōnis. f. *Idem.* Vlpian. in l. 3 §. Si quis noxali D. Ad exhibend. *Recensitione feruorum facta. Sic habent Pandectae Florentinae, et Haloander. Nempe est etiam.*
- RECENSITVS, a, um. Partic. [*ἀπαριθμηθεῖς*] *quasi a Recensio, quartae Coniugationis Verbo.* Suet. in Iul. Caes. c. 41 *Instituit quot-*

amnis in demortuorum locum ex his, qui recensiti non essent, subfortitio a Praetore fieret. Colonia Frontin. de Colon. p. 332 et 354. Claud. in Eutrop. 2, 60 Prisca recensitis euoluite saecula factis. Add. Prudent. Pass. Hippol. v. 147.

5 RECEPTACVLVM, RECEPTO, vid. RECIPIO.  
RECESSIM, RECESSVS, vid. RECEDO.  
RECHAMVS, i. m. Trochlea, per cuius orbiculum funis ductarius traicitur. Vtitur Vitruu. 10, 2. Conf. Baldi Lex.

10 RECHARMIDO, are. Ficta vox, apud Plaut. in Trin. 4, 2, 135 Charmides ego sum — SYC. Postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus es Charmides (i. finxisti te esse Charmidem, cui debeatur illud aurum) Prius tu non eras — Proin tu te itidem vt Charmidatus es, rursus recharmida, i. Deponit nomen Charmidae fraudandi causa adscitum.

15 RECHEDIPNA, falsa lectio pro TRECHEDIPNA v. v.  
RECIDO, cidi, casum, ere. [ἀναπίπτω] Retro siue iterum cadere. Cic. de Nat. Deor. 2, 66 Quia et recidunt omnia in terras, et oriuntur e terris. Producit primam Lucret. 1, 857 At neque recidere ad nihilum res posse. Idem 5, 281. Propert. 4, 9, 18 Recidit inque suos mensa supina pedes. Legitur et Decidit. Vid. Heins. ad Ouid. Her. 14, 46. et Rem. Am. v. 611. ¶ 2 Metaphor. ad euentus omnis generis refertur. Recidit in caput medici parum prosperae curationis euentus Curt. 9, 5, 25. Ouid. Met. 6, 212 Quod in ipsum recidat. Incassum recidit omnis impensa Coltanell.

20 4, 3. Liu. 4, 2 Ne id Iupiter Opt. Max. sineret, regiae maiestatis imperium eo recidere. Recidit ad paucas familias attenuata bellis ciuitas Plin. 5, 2. Recidunt febres, quae inde recidiuae dicuntur, Redeunt. Plin. 28, 16 Quartanis magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari iubent: et ne recidant, non remoueri septeno circuitu. Recidit, vt cupidos inter deuenit amantes Ouid. Rem. Am. v. 611. de iuvene, qui in suae portu paene salutis erat. vid. Heins. b. l. In fortunam recidere Qumt. 6, 1, 23. In eandem Fortunam Cic. pro Sext. c. 70. In inuidiam recidere Nep. 7, 7, 1. iterum cadere. Tela in iugulum Consulium recidissent Cic. pro Planc. 90. Idem pro Sulla 91 Quam cito illa omnia ex laetitia et voluptate ad luctum et lacrimas reciderunt? Ad ludibrium recidit Curt. 9, 7, 23. Hoc in memoriam recidit Cic. Philipp. 13, 19 c. 9 pr. In grauiorem morbum recidere Liu. 24, 29. Cic. Philipp. 7, 28 Hunc tulum tantum apparatus, tanque praeclarum ne ad nihilum recidere patiare. Ramulum adductum vt remissus esset in oculum suum recisse Cic. de Diuin. 1, 123 c. 54. Idem pro Rosc. Com. 43 c. 15 Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro, idem ac, quomodo cadat, quid responsurus sis. Ad paucos recidit ars musica Ter. in Prol. Hec. 47. In te recident haec contumeliae Plaut. Men. 3, 2, 54. Aetolorum praua consilia, atque in ipsorum caput semper recidentia accusauit Liu. 36, 29. In pristinum causam recidere, i. In pristinam conditionem Neratius in l. Quod in litore D. de acquir. rer. domin. Cic. ad Brut. 16 Nonne hoc est in easdem tenebras recidisse? ¶ 3 An ponitur pro mori?

30 Rutil. Itin. 1, 312 Quod Lepidum toties recidit ense malum, i. quod sot Lepidi ferro periere.

35 RECASVRSVS, a, unil. Partic. [ἀναπεσέμενος] Cic. Att. 4, 16 fin. Id, ego puto, vt multa eiusdem, ad nihil recasurum. Suet. Aug. c. 96 Aduersa cuncta in illos recasura.

40 RECIDIVVS, a, unil. Adl. [ἀναβασίτης, ἀναβασίτης] Quod post casum resurgit, vires amissas, vitamque adeo recipit, renascitur. Id. 17, 6 Recidiua arborum sunt, quae aliis sectis repullulant. Alii recidiua a cadendo dicunt, quia post casum nascuntur. Alii a recidendo et repullulando dixerunt. Ergo recidium, vbi mors aut casus. Id. in Gl. Recidia (leg. recidiua) ex ruinis renascentia. Vet. Onom. Recidiuus πτώσιμος. A cadendo deriuari modus syllabae secundae indicat. Gronou. ad Sen. Troad. 472 multus est in ratione appellationis indaganda, et eo euadit denique, recidere hic esse denuo accidere, euenire, nascique adeo, et recidium idem quod renascens. Quid si veram rationem seruauit Mela 3, 6, 17 Adeo agri fertiles, vt cum semel fata frumenta sint, subinde recidiuis seminibus segetem nouantibus, septem minimum, interium plures etiam messes ferant. Sit error in Melae verbis, quod ille frumentis tribuat, quae ad herbam Medicam pertinent, vt vult Vossius: at illud vero admodum simile videtur, Recidiua primum dicta esse semina, quae cum temere excidisse videantur, et perisse adeo, resurgunt, et plantam suam instaurant. Fauet Charif. r p. 71 Rediuiua dicemus, quae post interitum redeunt, recidiua, quae ex suo casu restituntur. Quare proprie, vt multa, etiam Recidiua semina dixit Prudent. in Synmach. 2, 821. Iam persequamur auctoritates reliquas. Virg. Aen. 4, 344 ex persona Aeneae, Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis — Priami tecta alta manerent, Et recidiua manu posuisssem Pergama victis. Seruius, Post casum restituta. Nam altera glossa, Quod excisum denuo renascitur, recencior videtur, cum absit a melioribus. Similia tamen sub Sertii nomine leguntur ad Aen. 10, 58. Nempe Recidiua Pergama repetit Poeta, vt placuisse intelligas 7, 322. et 10, 58: placuerunt etiam Senecae Troad. 472. et Silio 1, 106 Gens recidiua Phrygum. Ita Recidiua febris est, cuius, cum decessisse, et extincta esse putaretur, semina quaedam relicta sunt, e quibus denuo: cum periculo saepe, oritur. Celsus 3, 4 Adeo vt Hippocrates, si alio die febris desisset, recidiuam timere sit solitus. Plin. 30, 11 vbi de febris, Quo genere et recidiuas frequenter abigi affirmant. Pulchre Auson. ad Gratianum 33, 2 Quae bona praestas, efficis, ne caduca sint: quae mala adimis, prospicis, ne possint esse recidiua. Tertull. de Anima 24 Post obliuionem recordatio Memoria recidiua est. Idem de Carne Christi 12 post longam inductionem vicissitudinum naturalium, Semel dixerim, vniuersa conditio recidiua est. Et de eadem re adu. Marcion. 1, 13 Osiris — reciprocarum frugum — et recidiui anni fidem argumentatur, i. ostendit. Et ibid. 4, 25 ad fin. Mortui a Christo suscitati sunt exempla vitae recidiuae. Idem de Pudic. 16 med. Vt intelligas, quanta securi censurae omnem gliam libidinum caedat, et eradicet, et exaudicet, nec quidquam de reciduo fruticare permittat. Haec certa fide et sine varietate sic leguntur. Sed adamauerat hoc verbum Nic. Heinsius et passim restitui volebat, pro rediuius vel repetitus. Ac recte quidem, certe non sine auctoritate MSS. Claudian. de Phoen. 66 Continuo dispersa vigor per membra volutus aestuat, et venas recidiuus sanguis inundat. Corippus 1, 349 huc forte respiciens, Ales vt expositos cum Phoenix innouat artus A busto recidiua suo.

50 Idem Poeta non semper barbarus, v. 25 Successorque boni recidiuae

55

60

65

70

75

80

85

90

95

100

Gloria Petri. *Plura tentat Heins. ad Claudian. l. c. et ad Ouid. Fast. 4, 45 Ille dedit Capii recidua (ad. repetita) vocabula Troiae: itemque Gronou. ad Sen. Troad. 472. Praecipua damus in REDIVIVVS, ubi habes etiam locum Iuvenal. 6, 363.*

RECIDIVĀTVS, ūs. m. *Renouatio, Instauratio.* Tertull. de Ref. Carnis 18 Scripturae recidiuatum carnis pollicentur. *Add. Ibid. c. 1. et de Anim. 28.*

RECĪDO, cīdi, cīsum, ěre. [*ἀποτέμνω*] *Ex Re et Caedo compositum; Caedendo auferre.* Cato 2 Viam publicam muniri, vepres recidi. *Martial. 1, 32 Quam primum longas Phoebe recide comas. Barbam recidere falce Ouid. Met. 13, 766. de Polyphemo. Vulnus immedicabile ense recidendum est Ouid. Met. 1, 190. Ornamenta ambitiosa recidere Hor. de Arte Poët. 447. Culpa reciditur supplicio Hor. Carm. 3, 24, 34.*

RECĪSVS, a, um. Partic. [*ἀποτεμμένος*] Plin. 16, 34 Itaque quum trunco inaruit recisa, etiam lactius fruticat. *Ab omni parte recisum Ouid. Fast. 3, 377. Caput recisum est Ouid. Met. 9, 71. Columnae recisae Hor. Carm. 2, 18, 4. Coloni ense recisi, Interfecti Lucan. 2, 194. Fustes recisi Hor. Carm. 3, 6, 40. Nationes partim recisae, partim repressae Cic. de Prou. Conf. 21. Opus recisum, Breue et contractum, vt Epitome, ἐπιτομή a τέμνω, feco, Patere. 2, 89 Quae magnificentia triumphorum Caesaris, quae fuerit munus, ne in operis quidem iusti materia, nedum huius tam recisi digne exprimi potest. Sceptum de stirpe recisum Virg. Aen. 12, 208. Vitia recisa a stirpe Claud. in Ruff. 1, 56. Vultus a ceruice recisus Lucan. 2, 112. Compar. Callistrat. l. 2 D. de termino moto, Possunt ad tempus, vt cuiusque aetas patietur, relegari: et si iunior, in longius: si senior, recisus. i. breuius.*

RECISŪRVVS, a, um. Partic. [*ἀποτεμμένος*] Hor. Serm. 1, 3, 123

Quum dicas esse pares res

Furta latrociniiis, et magnis parua, mineris

Falce recisurum simili te.

RECISIO, ōnis. f. [*ἀπόρμησις*] Plin. 21, 4 Omnis autem recisione atque vitione proficit.

RECISAMENTVM, i. n. [*ἀπόρμημα*] *Paruum frustum et quasi ramentum ex re aliqua recisum.* Plin. 34, 11 Ocissime vero coronarium aeruginem contrahit recisamentis in acetum additis. *de aere.*

RECINGO, cīxi, cīctum, ěre. [*ἀναζώνω*] *Idem quod Discingere, quemadmodum ipsum Reuincio, et multa alia, significationem habent suis simplicibus contrariam.* Plin. 17, 28 Priuatim autem contra erucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis, nudis pedibus, recincta, *b. e. Discincta.* Ouid. Met. 4, 510 Sumtumque recingitur anguem. *i. iterum deponit anguem, quo se antea velut cingulo praecinserat.* Tunicasque recingunt Ouid. Met. 1, 398. *Iusserat Themis v. 382 Cinctasque resoluite vestes.*

RECINCTVS, a, um. Partic. [*ἀναζωμένος*] *Vt, Vestis recincta Virg. Aen. 4, 518. Prudent. in Romano v. 236. Tunica recincta Ouid. Amor. 1, 5, 9. et 3, 1, 51. Castaque fallaci zona recincta manu Ouid. Epist. 2, 116.*

RECINIVM, vid. RICINIVM.

RECINVS, vid. RICINVS *ibid.*

RECĪNO, cīni, centum, ěre. [*ἀναζώνω*] *Rufus, item contra, vel versus aliquem locum aut hominem canere.* Cic. de Clar. Orat. 17 Illud est maius, quod in vocibus nostrorum oratorum recinit quidam et resonat vrbanius. *Hor. Epist. 1, 1, 55 Haec recinunt iuuenes dictata, senesque. Nomen alicuius recinere Hor. Carm. 1, 12, 3. de Echo. Parrae recinentis omen Idem *ibid.* 3, 27, 1. i. malum auspiciū facientis, impedimentum obicientis. Recinere vrbanius, vid. Vrbanius in VRBS.*

RECIPERATIO, RECIPERO, vid. RECUPERO.

RECĪPIO, cēpi, ceptum, ěre. [*ἀναδέχομαι, ἐκδέχομαι, ὑποδέχομαι*] *Rursum capere significat, vel ab alio capere.* Liu. 9, 11 Recipient arma quae per pacationem tradiderunt. *Vict. Viris illustr. 61 Apud Contrebiā oppidum cohortes loco pulsas redire, et locum recipere iussit. Anhelitum recipere Plaut. Epid. 2, 2, 21. Animam Quinctil. in Prooem. 6 Animam recipere, auramque communem haurire amplius potui? Animum Ter. Adelph. 3, 2, 26. Animum vultumque Ouid. Fast. 4, 615. Animum vel animos a vel ex pauore Liu. 2, 50. Idem 21, 5 extr. Libertatem pristinam recipere, i. e. Recuperare Caius in l. Adeo in princ. D. de acquir. rer. domin. Mentem Virg. Aen. 11, 899. Idem *ibid.* 4, 656 Vlta virum, poenas inimico a fratre recepi. Bene Recepi, inquit Seruius, quasi debitas. Res amissas Liu. 3, 63. Se recipere, pro Ad se redire, et animum ac vires resumere. Cic. in Somn. Scip. 11 Quae quum intuerer stupens, vt me recepi, Quis hic, inquam, quis est qui complet aures meas tantus et tam dulcis sonus? Conf. n. 6. Spiritum, i. respirare Quinctil. 11, 3, 39 coll. 32. Vrbem recipere, Recuperare. Cic. de Sene&. 11 Tarentum vero qua vigilantia, quo consilio recepit? Tarentum Cic. de Orat. 2 c. 67. Qui satis habebant, sine detrimento discedere, quietissime se receperunt Caes. B. C. 3, 46.*

¶ 2 Recipere se est redire, vel conferre se, paritque formulas plures. *Ab vndis se recipere Virg. Georg. 4, 404. Ab Actio quum Samum insulam in hiberna se recepisset Suet. in August. c. 17. Ad aliquem fuga recipere se Caes. Bell. Gall. 1, 15. Ad coenam se recipere ad aliquem, Ire ad coenam Plaut. Capt. 4, 2, 51. Cic. Off. 3, 45 Qui quum ad diem se recepisset, etc. i. redisset, vadis liberandi causa ad supplicium. Ad dominum domum te recipe Plaut. Trin. 4, 8, 8. Ad limina gressum recipere Virg. Aen. 11, 26. Ad me recipe te Plaut. Perf. 1, 1, 48. Cic. Verr. 6, 21 Et quum ex hisce se locis reciperent, eodem deferrentur. Ex opere se recipere Plaut. Men. 5, 3, 7. Cic. Att. 1, 20 pr. Me Romam recepissem. Conf. Ibid. 5, 20. Ter. Phorm. 2, 3, 11 Percunctatum ibo ad portum quoad se recipiat. Cic. de Finib. 5, 15 Ex quo tantus error consequitur, vt quem in portum se recipiant, scire non possint, metaph. quo confugiant. In montem sese Caes. Bell. Gall. 1, 25. Si sine maximo detrimento legiones sese recepissent Inde, quo temere essent progressae Caes. B. C. 3, 45. Sub murum se Caes. Bell. Ciuil. 2, 14. Domo me recipio tempore Cic. Att. 11, 6. Ter. Phorm. 5, 4, 7 Neque me domum nunc reciperem, ni mihi esset spes ostensa.*

¶ 3 Recipere, Capere vel accipere, cum vicissitudinis quadam notatione, vt intelligatur oblatum id quod capitur. *Quamquam interdum vix aliud quam capere notet, vel accipere.* Plaut. Rud. 3, 3, 34 In custodiam nos vt tuam recipias et tutere. *Et apud Plin. in Paneg. . . . Recipere in tutelam. Coenatio Epulum receptura Sen. Ep. 90.*

VOL. IV.

- Animis recipere consilia alicuius Liu. 22, 39. Cic. de Vniuers. 36  
 Ita orientur animantes, quos et viuos alatis, et consumtos sinu reci-  
 piatis. In aures recipere, *Audire* Plaut. Cist. 2, 1, 34. Cic.  
 Acad. 4, 118 Plato ex materia in se omnia recipiente, mundum esse  
 factum censet a deo sempiternum. Plin. 14, 2 Vina primo dulcia  
 5 austeritatem annis recipiunt, et rubra fiunt. *Al. Accipiunt.* Caes.  
 Bell. Ciuil. 3, 51 Quae res tamen fortasse aliquem reciperet casum, ne  
 imperatorias sibi partes sumfisse videretur. Cunctationem non re-  
 cipit haec res Liu. 29, 24. Detrimentum Caes. Bell. Ciuil. 3, 9.  
 10 Domum recipere custodiendam Liu. 39, 50. Cic. Att. 12, 36 A te  
 heri duas epistolas recepi, alteram pridie datam Hilario, alteram co-  
 dem die a tabellario. Frenum recipit equus Hor. Epist. 1, 10, 36.  
 Frigus intima receperunt ossa Ouid. Met. 11, 417. Plin. 14, 29  
 Faex vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat. In-  
 15 crementum Columel. 5, 6. Cic. de Nat. Deor. 2, 141 Aures quum  
 sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, recte in altis  
 corporum partibus collocatae sunt. ¶ 4 Recipere aliquem,  
*Admittere, accipere, honoris vel beneficii aut humanitatis causa suscipere.*  
 Cic. Off. 3, 48 Cyrillum quendam suadentem vt in vrbe manerent,  
 20 Xerxeique reciperent, lapidibus obruerunt. Adytis recipere suis  
 Columel. 1 in praef. Cic. pro Corn. Balb. 31 Vbi est igitur excep-  
 tum foedere Gaditano, ne quem Populus Romanus Gaditanum reci-  
 piat ciuitate? Hospitio recipere aliquem Ouid. Met. 5, 658.  
 Mensa, lare, tecto, etc. aliquem recipere Liu. 26, 25. Cic. Verr.  
 25 2, 26. Idem pro Cluent. 170 Quem propter animi importunitatem  
 nemo recipere tecto, nemo adire, etc. Portis neu recipi, aut du-  
 ci in moenia possit Virg. Aen. 2, 187. Tectis ac sedibus suis ali-  
 quem recipere Cic. de Lege Agr. 2, 89. Tectoquo animoque re-  
 cepi Ouid. Epist. 6, 55. Thalamo et animo aliquem recipere Ouid.  
 30 de Arte Am. 2, 407. Ad deos recipi Liu. 4, 15. Ad se hospiti-  
 o recipere aliquem domum Caes. Bell. Ciuil. 2, 20. Virg. Aen.  
 2, 524 Sic ore effata recepit Ad sese, et sacra longaeuum in sede lo-  
 cauit. In Aciem secundam aliquem, *vid. AGIES.* Cic. Att. 2, 20  
 Numestium ex literis tuis studiose scriptis libenter in Amicitiam re-  
 35 cepi. In Caelum Ouid. Met. 2, 529. In Deditioem Caes. Bell.  
 Gall. 3, 21. Cic. Off. 1, 139 Sic in Domo clari hominis, in quam  
 et hospites multi recipiendi sunt, et admittenda hominum cuiusque  
 generis multitudo. Cic. Philipp. 2, 78 c. 32 Si eundem nequam ho-  
 40 minem audacemque cognouerat, hunc in Familiaritatem libentissime  
 recipiebat. In Fidem ciuitatem Plin. 7, 26. Caes. Bell. Gall. 2,  
 15 Caesar honoris Diuitiaci causa atque Hednorum, sese eas in Fidem  
 recepturum, et conseruaturum dixit. Cic. Off. 1, 35 Vt ii, qui ci-  
 uitates aut nationes detiictas bello in Fidem recepissent, earum patro-  
 45 ni essent more maiorum. Cic. Fam. 13, 70 Vt igitur cum recipias  
 in Fidem, habeasque in numero tuorum, te vehementer etiam atque  
 etiam rogo. Cic. Fam. 13, 20 (19) Sed eo vehementius a te con-  
 tendimus, vt Lysonem in Fidem, necessitudinemque tuam recipias.  
 Recipite me in vestrum Gregem Ter. Eun. 5, 8, 54. Cic. pro Ra-  
 50 bir. Post. 19 c. 8 Quem ex tantis inimicitis receptum in Gratiam sum-  
 mo studio defenderim, hunc afflictum violare non debeo. Cic. de  
 Nat. Deor. 3, 89 Non iniuria sibi illud accidere, qui illum in eandem  
 Nauem recepissent. In Deorum numerum recipi Cels. 1 praef.  
 In Ornithona aliquem, *vid. h. v.* Plin. 8, 42 Neminem hic alium  
 55 quam Alexandrum, regio instratus ornatu recepit in sedem, alios pas-  
 sim reiiciens. *de equo Alexandri.* Idem 8, 42 Nec Caesaris dictato-  
 ris quemquam alium recepisse dorso, equus traditur. Cognitio  
 recepta est, *i. Admissa est actio causae* Plin. Epist. 6, 22 pr. Cic.  
 Verr. 1, 121 Quum suae partes essent hospitem recipiendorum. Igno-  
 60 rantiam alicuius recipere, *i. Excusationem admittere* Vlpian. in l. Si  
 fideiussor. §. 1 D. Mandati, vel contra. ¶ 5 Recipere  
 Seruum (inquit Vlpian. D. de seruo corrupto, l. 1) est Abscondendi  
 causa seruo refugium praestare, vel in suo agro, vel in alieno loco,  
 aedificio. Recipere, *Excipere ad usum suum, et reseruare: quod*  
 65 *fit, quum quis venditis caeteris, sibi quippiam reseruauit.* Cato R. R.  
 149, 2 Domino (*vendenti pabulum*) pascere recipitur. *it. Domini reci-*  
*pitur vsio asparagis. i. vsi. Vid. Addenda ad h. l. in nostra editione.*  
 Plaut. Trin. 1, 2, 157 Vbi nunc adolescens habet? c. posticulum hoc  
 recepit quum aedes vendidit. Cic. de Orat. 2, 226 c. 55 Sed dicis  
 te, cum aedes venderes, ne in rutis quidem et caesis folium tibi pa-  
 70 ternum recepisse. Gell. 17, 6 laudat locum Catonis Voconiam le-  
 gem suadentis, Principio nobis mulier magnam dotem attulit, tum  
 magnam pecuniam recipit, quam in viri potestate non committit: eam  
 pecuniam viro dat mutuam: postea, vbi irata facta est, seruum re-  
 cepticium sectari atque flagitare virum iubet. *Post aliam deinde sen-*  
 75 *tentiam de seruo recepticio, suam et veram ita proponit.* Quando  
 mulier, inquit, dotem marito dabat, tum quae ex suis bonis retine-  
 bat, neque ad virum trans mittebat, ea recipere dicebatur: sicuti  
 nunc quoque in venditionibus recipi dicuntur, quae excipiuntur, ne-  
 que veniunt. *Hoc deinde illustrat loco Plauti, quem modo dedimus, et*  
 80 *addit, Catonis illustrandi causa, Ex ea igitur re familiari, quam sibi*  
*dote data retinuit, pecuniam viro mutuam dat. Eam pecuniam cum*  
*viro forte irata repetere instituit, apponit ei flagitorem seruum re-*  
*cepticium, h. e. proprium seruum suum, quem cum pecunia reliqua*  
*recepserat, neque dederat doti, sed retinuerat. Non enim seruo ma-*  
 85 *riti imperare hoc mulierem fas erat, sed proprio suo. Eadem vel ex*  
*Gellio, vel ex communibus fontibus Non. 1, 267. Vid. Drakenb. ad*  
*Liu. 1, 53, 3. ¶ 6 Alia per lancem saturam. Recipere,*  
*In tutum reducere, liberare. Virg. Aen. 6, 111 Medioque ex hoste re-*  
 90 *cepi. In tutum recipi Liu. 2, 19. Vatin. Cic. Fam. 5, 9*  
*Non puto repudiabis in honore, quem in periculo recepisti, clientem*  
*patronus. Sic dicitur Causam alicuius recipere Cic. post red. ad*  
*Quir. 11. it. Verr. 2 pr. Cic. Verr. 2, 94 Et hac actione quam*  
*voletis multi dicent, et qui ex isto ipso audierint viri primarii nostri*  
 95 *ordinis, et alii, qui interfuerint, quum absentis nomen reciperetur,*  
*intell. inter reos. Valer. 3, 7, 9 de M. Antonio, Lex Memmia*  
*eorum, qui Reipubl. causa abessent, recipi nomina vetabat. Quod*  
*in Candidatis est, Rationem habere alicuius, hoc in reis est Recipere*  
*nomen. Defert nomen accusator; recipit magistratus, qui iudicio vel*  
*quaestioni praest. Recipere telum Virg. Aen. 9, 348. dicitur hostis*  
 100 *ex corpore a se interfecti. Sic Aen. 10, 383 Hastamque receptat Ossi-*  
*bus haerentem. Sed plane alio respectu Cic. pro Rosc. Amer. 33*  
*c. 12 Aiunt hominem (vt erat furiosus) respondisse, quod non totum*  
*telum corpore recepisset, h. e. admisisset, seu intrare permisisset. Conf.*  
*Idem pro Sext. c. 37. Gronou. ad Sen. Ep. 7 p. 19. Cic. pro*  
 105 *Caes. 28 c. 12 Sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedidissent,*  
*emergisse*



emerfisse aliquando, et sese ad frugem bonam, vt dicitur, recepisse. Plin. Paneg. 76, 5 Fortasse Imperator in Senatu ad reuerentiam eius componebatur: caeterum egressus statim se recipiebat in principem, *i. personam, maiestatem, feueritatem, principis assumebat: vt si arx, thronus, vel tale esset persona principis.* ¶ 7 Recipere, 5

*Facienda suscipere, et cum obligatione promittere.* Cic. Fam. 5, 8 Quae tibi promitto ac recipio, sanctissime esse obseruatum. Ter. Phorm. 5, 7, 9 An verebamini ne non id facerem, quod recepissem semel? Idem Heaut. 5, 5, 12 Ad me recipio, faciet. *Vox fidem pro alio interponentis, et praestantis quod illi faciendum est.* Sic Cic. 10

Fam. 13, 11 Sed tamen separatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi et voluptati et vsui. In me recipio et tibi spondeo Cic. Fam. 13, 18. Fidem de aliquo recipere alicui Cic. Att. 2, 22.

*Lamb. dedisse.* Idem pro Rosc. Amer. 112 Quid recipis Mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es? 15

Cic. Verr. 5, 112 Quum et Populo Romano satisfactum, et receptum Officium Siculis necessariis meis erit persolutum. Idem in Orat. 35 Volo mihi tecum commune esse crimen, vt si sustinere tantam quaestionem non potuero, iniusti Oneris impositi tua culpa sit, mea recepti.

*Hinc Recipere, simpliciter est promittere.* Cic. Fam. 6, 7 Sed tamen 20

ego filio dixeram, librum tibi legeret et auferret: aut ea conditione daret, si reciperes te correcturum. Thermus omnia se facturum recepit Cic. Att. 5, 13. Recipio vobis, celeriter me negotium ex sententia confecturum Planc. ad Cic. Fam. 10, 17. Cic. Att. 5, 13

Vt ego ei coram dixeram, mihi que ille receperat. Idem Fam. 13, 3 25

Velim ita tractes, vt mihi coram recepisti. *Differunt Recipere et Suscipere.* Cic. Diuin. 26 c. 8 Ego in hoc iudicio mihi Siculorum causam receptam, Populi Rom. susceptam esse arbitror. Idem

de Orat. 2, 101 c. 99 In quo est illa quidem magna offensio, vel negligentiae susceptis rebus, vel perfidiae receptis. Recipimus nempe ro- 30

gati, suscipimus vltro. Recipere et Respuere, contraria Quint. 6, 5. Idem 8, 6, 24 de Metonymia loquens, Ex eo quod continetur, vsus recepit bene moratas vrbes, et poculum epotum, et sacculum felix.

Cic. Tusc. 1, 3 Sero igitur a nostris Poetae vel cogniti vel recepti. Plin. 22, 22 Scolymon quoque in cibos recipit Oriens. 35

Et 10, 26 Africae nouissimae sunt peregrinarum auium in mentas receptae propter ingratum virus. Recipere in mores, *Observatione quadam, non legibus confirmare* Quintil. 5, 10. Plin. 28, 2 Quin et absentes tinnitu aurium praesentire sermones de se receptum est, *i. vulgo creditur.* Ratione falsa receptum est Lucret. 1, 378. 40

RECEPTVS, a, um. Partic. [*περοδεγμένος*] Maiore religione se receptum tueri Nep. 2, 8, 4. Ex facili nulloque urgente receptus Lucan. 4, 46. Caelo receptus Quintil. 3, 7. Sede caelesti receptus Ouid. ex Pont. 3, 5, 53. Amans receptus tota nocte Propert. 2, 14, 28. Ensis receptus pectore. Senec. Thyest. l. 8 45

Frugesque receptas Et torrere parant flammis, et frangere saxo, i. e. Liberatas, *inquit Seruius, vt, Medioque ex hoste recepit* Virg. Aen. 6, 111. Receptus mos, est, Quem sua sponte ciuitas alienum adsciuuit. Festus. Persuasio publice recepta Quintil. 3, 7. Preces receptae Stat. Silu. 4, 1, 9. Somnus receptus parte oculorum 50

Ouid. Met. 1, 686. de Argo. Verba aure recepta Ouid. ex Pont. 4, 4, 14. Compar. Auctoritas receptior Tertull. adu. Marc. 4, 5. Superl. Receptissimi scriptores Solin. praef.

RECEPTVM, i. n. [*ἀναδεχθῆν*] Cic. Philipp. 2, 79 c. 32 Promissum et receptum interuertit, ad seque transtulit. Promisso ac 55

recepto suo satisfacere Cic. Verr. 5, 138 c. 53. RECEPTVS, ūs. m. [*ἐνδοχή*] Liu. 8, 10 Breuitate ipsa loci, facili que receptu in tam propinqua castra, haud aegre militem a multa caede est tutatus. Caesar receptui suorum timens Caes. B. C. 3, 46. Receptui canere, est Tuba e praelio exercitum remouere. 60

[*ἀνάκρουσις*] Cic. Philipp. 12, 8 c. 3 Quis enim reuocante et receptui canente Senatu properet dimicare? *Metaphor.* Cic. Tusc. 3, 33

Vetat igitur ratio tueri molestias, abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miseras contemplandas: a quibus quum cecinit receptui, impellit rursus et incitat ad conspiciendas totaque mente 65

contrectandas varias voluptates. Receptui signum dare Liu. 2, 62. Curt. 4, 6, 10. Receptui signum, aut reuocationem a bello audire Cic. Philipp. 13, 15. Ouid. Met. 1, 340 Cecinit iussos inflata receptus Bucina. Libenter se iis tempus daturum fuisse ad receptum

perstinaci. *Alia constructione, 28, . . .* Receptus a malis consiliis. Receptus, [*ναρὰφύνη*] *Locus, in quo se tuto recipit exercitus, et sine periculo hostem expectare potest.* Virg. Aen. 11, 527 Planities ignota iacet, tutique receptus. Propinquitas castrorum celerem superatis 75

ex fuga receptum dabat Caes. B. C. 1, 82. Habere aliquem receptum Cic. Fam. 10, 11. Idem Att. 8, 19 Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Receptum pro nido auium, dixit Solin. c. 12. et c. 8.

RECEPTIO, ōnis. f. [*ἐνδεξις*] Plaut. Afin. 5, 2, 70 Quid tibi huc receptio ad te est meum virum? *i. Quare recipis ad te virum* 80

meum? RECEPTOR, ōris. m. [*ὁμοδίκτης*] *Qui latrones, eorumque surrepta recipit, occultatque.* Cic. pro Milon. 50 Sustinisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator et receptor (*al. receptator*) locus, dum neque multa solitudo indicasset, neque caeca nox ostendisset 85

Milonem. Metius Iuriscons. tit. De receptoribus, Pessimum, inquit, genus est receptorum, sine quibus latere nemo diu potest. Praedarum receptor Tacit. Ann. 4, 23, 3. *Sed honorifico titulo.* Moyfes receptor ciuium Prudent. Hymn. Epiph. v. 144. Receptor orientis occidentisque Eutrop. 9, 9. de Aureliano Imp. 90

RECEPTRIX, icis. f. [*ὁμοδίκτρια*] Cic. Verr. 4, 17 c. 8 Tua inquam, tua Messana, tuorum adiutrix scelerum, libidinum testis, praedarum ac furtorum receptrix. Conf. Ib. 5 c. 62. *Sed aliter* Terra omnium receptrix Apul. in Asclep. p. 77. Conf. Idem de Mund. p. 66. 95

RECEPTIBILIS, e. Adi. August. de Trin. 5, 13 Nostra scientia est amissibilis et receptibilis. Conf. Vulg. Sirac. 2, 5.

RECEPTICIVS, a, um. Adi. *Quod recipitur, i. retinetur, excipitur, reseruatur.* Recepticius seruus, Nuptae mulieris proprius, quem scilicet, quum dotem marito daret, sibi reseruauit. De quo est disputa- 100

tium apud Gell. 15, 6. et Non. 1, 267: *ubi refellitur eorum opinio, qui interpretabantur seruum nequam, quem redhibitum venditor recipere coactus esset, et vera confirmatur, quam declaramus in* RECIPIO. n. 5. Recepticia dos apud Caium l. 31 §. 2 D. de mort. caus. donat. 105

RECEPTO, Ære. Frequentat. [*ὑποδέχομαι*] Ter. Haut. 5, 2, 15 Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho, victus, vestitus, quo in tectum te receptes. Idem Hec. 5, 1, 16 Meum receptas filium ad te Pamphilum Liu. 5, 8. Volcos mercatores vulgo receptando. Obaerati aduersum creditores receptabantur Tac. Ann. 3, 60, 2. Hastamque receptat Ossibus hærentem Virg. Aen. 10, 383. Vid. RECIPIO n. 6. Animam receptare Lucret. 3, 504. Sinu suo cuncta receptat natura Lucan. 7, 810. Add. Varr. ap. Prob. in Virg. Ecl. 6, 31. Receptare, Concedere, probare. Lucret. 1, 669 Scilicet ex vlla facere id si parte receptent, Occidet ad nihilum, etc. Codices veteres habent Reparcent, plane mendose, ut ait Lambin.

RECEPTATIO, ònis. f. Ammian. Marcell. 20 sub fin. Sed varia est lectio, de qua vid. Vales. in loc. p. 259.

RECEPTATOR, òris. m. Idem qui Receptor, qui fures, eorumque furta domi suæ receptat, seu recipit et occultat. Vlpian. ff. de incend. ruin. naufrag. etc. Non tantum autem qui rapuit, verum is quoque, qui recepit, ex causis supra scriptis tenetur: quia receptatores non minus delinquent, quam aggressores. Receptator hostium atque defensor Flor. 3, 10, 9. Ille latronum occultator et receptator (al. receptor) locus Cic. pro Milon. 50 c. 19.

RECEPTACVLVM, i. n. [*ὑποδοχή, δοχεῖον, ὀρηκτήριον*] Confugium. Cic. Verr. 5, 58 c. 23 Illud tibi oppidum receptaculum prædæ. Receptaculum omnium purgamentorum vrbs cloacæ Liu. 1, 56. Nisi illud et rei frumentariæ subsidium, et receptaculum classibus nostris pateret Cic. Verr. 2, 3. Exsulum Curt. 8, 2, 15. Hostium Liu. 1, 33. Add. Iustin. 2, 4, 30. Cic. Tusc. 1, 52 c. 22 Corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum. Conf. Senec. Ep. 90 et 92 extr. Mors æternum nihil sentienti receptaculum Cic. Tusc. 5, 117. Cibi receptaculum ventriculus Lactant. de Opific. Dei II.

RECEPTORIUS, a, um. Adi. Tertull. de Ref. Carn. 27 Locus receptorius.

RECEPTORIUM, i. n. Idem ac Receptaculum. Sidon. Epist. 5, 17 Nunciatum est progredi Episcopum de receptorio.

RECIPROCVS, a, um. Adi. [*παλινδρομος, ἀντίστροφος*] Quod eo redit, unde prodiit. s. ut ait Varro L. L. 6, 5 pr. p. 78, 10 Cum vnde quid profectum, redit eo: quod ab recipere reciprocare fictum: aut quod poscere procare dictum. Etiam Festus per vltro citroque poscere explicat. Annis reciprocus, Refluus Plin. 9, 57. Idem

40 5, 4 Tertius sinus diuiditur in geminos, duarum Syrtium vadoso ac reciproco mari diros. Argumenta reciproca, Graecis ἀντιστροφικὰ dicta, sunt Gell. 5, 10 Cum argumentum propositum referri contra conuertique in eum potest, a quo dictum est, et vtrumque (leg. vtrunque) pariter valet: quale est peruulgatum illud, quo Protagoram Sophistarum acerrimum vsum esse ferunt aduersus Euathlum discipulum suum: ac deinde totam rem enarrat. Aliud est apud eund. 9, 16 cuius summa, Si placet lex, redde: si non placet, redde. Cui respondetur, Si placet lex non reddo: si non placet, non reddo. Tale argumentum excidisse etiam Ciceroni videtur Verr. 3 c. 98 Annona pretium nisi in calamitate fructuum non habet. Si autem vbertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis, etc. Licet enim conuertere, Si calamitas fructuum est, eo carius venduntur: si est vilitas annonæ eo maior est copia. Epistolæ Hieron. Epist. 6 ad Florent.

45 Spirare et reciprocus Halitus auris commicabilibus Auere Arnob. 7 p. 233. Motus reciproci: Sen. Hec. fur. l. 12. Piscinae Varr. R. R. 3, 17, 9. Varro de L. L. 1, c. ex Actio, Reciproca tendens neruo equino concita tela. Quod sic accipit Turnebus, quum arcus tenditur, sagitta ad nos versus trahitur, quæ mox, dum mittitur, in eam partem, unde traheretur, redit, idque est, quod reciprocum appellat. Tethys reciproca Sil. 3, 60. aestus, fluxus et refluxus.

50 Pronomina reciproca apud Grammaticos Sui, sibi, se, suos.

RECIPRŌCO, Ære. [*ἀντιστρέφω, παλινδρομῶ*] Repetere, reflectere, remittere, retrogredi. Liu. 21, 57 Quum iam spiritum intercluderet, nec reciprocare animam sineret, auersi a vento parumper confedere. Cic. de Diuin. 1, 10 c. 6 pr. Si quidem ista sic reciprocantur, ut si diuinitio sit, dii sint: et si dii sint, sit diuinitio: honesta metaphora, qua indicat, posse versa vice ab vno ad alterum argumentum duci. Idem de Nat. Deor. 3, 24 Quid Chalcidico Euripo

70 in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? Liu. 28, 50 Quinquere mem fatis credens deprehensam rapido in freto in aduersum aestum reciprocari non posse. Aërem vitali reciprocare a spiritu Arnob. 1 p. 17. Cur a sole abscedant, saepe ad solem reciprocant Plin. 2, 17 pr. Quas (undas) auget veniens, refluxusque reciprocatur aestus Sil. 15, 226. Reciprocans fluctus alternis aestibus Pall. Nou. 15, 3. Reciprocare coepit mare, magno tractu aquis in suum fretum recurrentibus, reddebatque terras paullo ante profundo salo mersas Curt. 9, 9, 20. Reciprocare manu telum, i. antrorsum et retrorsum vibrare Gell. 9, 50. Reciprocantes aquæ Flor. 2, 8. Auras accipere naribus, et per anhelitum reciprocatas reddere Arnob. 2 p. 54. Sol nostros dies reciprocatis administrat circulis Prudent. Perist. 10, 573. Arnob. aduers. Gent. 2 Cuius est autem pudoris, maledicti et criminis loco dare ea, quæ in te possint reciprocata vicissitudine retorqueri? Nonius

85 2, 737 ex vet. Poëta, Reciproca animum, inquam, odiose. Ibid. Ennius Andromeda, Rufus profusus reciprocatur fluctus feram.

RECIPROCATIO, ònis. f. [*ἀντιστροφή*] Retrogressio. Plin. 8, 50 l. 76 Quum circumactum angustiae non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate caeca. Idem 9, 8 Obseruata aestus reciprocatione. Idem II, 24 Longitudo fili a culmine, ac rursus a terra per illud ipsum velox reciprocatio: de araneis. Animarum Tertull. ad Nat. 1 c. vlt. i. μεταμίσχωσις. Errantium siderum Gell. 14, 1.

RECIPROCATVS, Æs. m. Reciprocato inobedientium membrorum Augustin. de Genesi ad lit. 11, 1 extr.

RECIPROCICORNIS, e. Adi. Arietem vocat Reciprocicornem, lanicutem, restitrahum Laber. ap. Tertull. de Pall. c. 1.

RECISAMENTVM, RECISIO, RECISVS, vid. RECIDO.

RECITO, Ære. [*ἀναγιγνώσκω*] Scriptum clara voce, ut alii audiant, intelligentque, legere. Cic. Verr. 2, 23 Quid ego nunc hic Sext. Pompeii Chlorig testimonium recitem? Recitare identidem, vid. IDEM. Clare recitare Plaut. in Pers. 4, 3, 30. Carmen recitare Ouid. ex Pont. 3, 5, 39. Edictum recitare Cic. pro Quint.

90 39. Credite me Folium vobis recitare Sibyllæ Iuuenal. 8, 126. Cic.

Cic. Fam. 10, 26 *Caue putes vilas literas vnquam grauiores, quam tuas in Senatu esse recitatas. Scripta recitant in medio foro* Hor. Seru. 1, 4, 73. *Recitaturus est Titinius Capito, quem ego audire, nescio, magis debeam an cupiam* Plin. Epist. 8, 12 pr. *Vid. RECITATIO, RECITATOR.* Cic. pro Cluent. 135 *Cui loco respondere posse vix videor, quod elogium recitasti de testamento Cn. Egnatii patris.* Idem Verr. 3, 26 *Da quaeso scribae, recitet ex codice.* De tabulis publicis recitare Cic. pro Flacc. 40. Plin. 7, 52 *Apertoque testamento recitatum heredem minorem funeri instituisse.* Conf. Cic. pro Caec. 54 c. 19. Idem pro Domo 84 *Patrem tuum.* 10  
*etc. L. Philippus Censor auunculum suum praeteriit in recitando Senatu.* Liu. 29, 37 *Censores Senatum recitauerunt. Princeps lectus Q. Fabius Max.* Recitare, *Memoriter enuntiare.* Quinctil. Declamat. 6 *At ista legem recitat, de muliere caeca.* Cels. 3, 18 *Quin etiam recitare, si qua meminerunt, cogendi sunt.* de phrenetivis. *Vid. Schulting. ad Sen. Controu. 1 praef.* 15

RECITATIO, ōnis. f. [*ἀνάγνωσις*] Cic. pro Cluent. 141 *Craesus tum ita Brutum vltus est, vt illum recitationis suae poeniteret.* Literarum recitatio Cic. pro Domo 22 c. 9. *Item Lectio priuata scriptorum ad amicos, vt iudicium de iis fieret.* Plin. Epist. 1, 13 extr. 20  
*Possum iam repetere secessum, et scribere aliquid, quod non recitem, ne videar, quorum recitationibus affui, non auditor fuisse, sed creditor.* Conf. Dial. de Orator. c. 2 et 9. Lips. Epp. ad Belg. 2, 48.

RECITATOR, ōris. m. [*ἀναγνώστης*] Cic. de Inuent. 2, 339 25  
*Neque enim vos scripti sui recitatores, sed voluntatis interpretes fore putauit.* Idem pro Cluent. 141 c. 51 *Duobus recitatoribus constitutis — Tres et ipse excitauit recitatores cum singulis libellis.* Acerbus recitator Hor. de Arte Poët. 474. *Recitatores sunt etiam, qui in coetu amicorum scripta sua recitant.* Sen. Epist. 95 *Recitator historiam ingentem attulit minutissime scriptam, arctissime complicatam, et magna parte perfecta; Desinam, inquit, si vultis.* Acclamatur, *Recita, recita ab his, qui illum obmutescere illico cupiunt.* Plin. Epist. 1, 13 *Subinde sibi nuntiarum iubent, an iam recitator intrauerit.* *vid. RECITATIO.* 35

RECLAMO, āre. [*ἀντιλέγω, ἀντιβοάω, ἀναβοάω*] *Clamore aduersari, non acquiescere, repugnare, refragari.* Cic. Verr. 4, 41 *Reclamat Sicilia tota, propter caelati argenti cupiditatem, reos fieri rerum capitalium.* Ibid. 76 *Res agitur in Senatu, vehementer ab omnibus reclamatur.* *Cum ego sensissem etc. iidem illi reclamarunt* Cic. Fam. 11, 21, 4. *Ager canenti domino reclamatur, Respondet ad vocem* Stat. Silu. 4, 5, 20. *Feruet iter gemitu, et plangoribus arua reclamant* Stat. Theb. 3, 120. *Aequora scopulis illisa reclamant* Virg. Georg. 3, 261. *Ratio vera reclamatur, i. Contradicit* Lucret. 1, 617. *Cic. de Orat. 3, 194 At in his si paulum modo offensum est, vt aut contractione breuius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant.* *Reclamare in libertatem, vid.* PROCLAMO. Plin. Epist. 3, 9, 25 *Quum mihi quidam e iudicibus ipsis pro reo gratiosissimo reclamarent (obstreperent, dicentem impedirent) Non minus, inquam, hic innocens erit, si ego somnia dixerem.* 50  
 Quinctil. 12, 1 *Nunc de iis dicendum, quae mihi quasi conspiratione quadam vulgi reclamari videntur.* Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est Cic. Fam. 1, 2, 5. *Ab vniuerso Senatu reclamatum est* Cic. pro Domo 10 c. 4.

RECLAMATIO, ōnis. f. [*ἀντιλογία* Gloss. Lat. Gr. ἀναβοήσις] 55  
 Cic. Philipp. 4, 5 c. 2 *Praeclara et luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobauistis.* b. e. *Noua acclamatione, iterato clamore.*

RECLAMATOR, ōris. m. Apul.  
 RECLAMATRIX, icis. f. Mart. Capel. 60  
 RECLAMITO, āre. Frequent. [*ἀναβοάω*] Cic. pro Rosc. Amer. 66 c. 22 *Magna est enim vis humanitatis, multum valet communio sanguinis, reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.* RECLAMITATIO, ōnis. f. Quinctil. . . .  
 RECLAMITATOR, ōris. m. ICt. in Dig. 65  
 RECLANGO, ēre. *Reclangentibus cunctis sonitu ruinarum immenso* Ammian. 17, 13.

RECLINO, āre. [*ἀνακλίνω, κατακλίνω*] *Ad aliquid flexum esse, incuruari et reflecti.* Cic. in Arato 417 *At Cephæus caput atque humeros, palmasque reclinat.* Plin. 29, 3 *Candido ouorum in oculis et pili reclinantur ammoniaco trito, admistoque.* *Cornarius in Diosc. 2, 41 Ex Galeno Reclinantur exponit Agglutinantur.* Seneca in Consolatione ad Mariam 2 *In quem onus imperii reclinaret.*

RECLINATVS, a, um. Partic. [*ἀνακλινθεῖς*] Hor. Carm. 2, 3, 7 75

*Seu te in remoto gramine, per dies Festos reclinatum, beāris Interiore nota Falerni.* h. e. *Resupinum, recumbentem.* Porphy. *Solet obrepere somnus in aliquod adminiculum reclinatis* Sen. Ep. 36. 80

RECLINIS, e. Adi. [*ἀνάκλις*] *Idem quod Acclinis.* Martial. 9, 91

*Sic in gramine floreo reclinis, Qua gemmantibus hinc et inde riuus Curua calculus excitatur vnda.* 85

Cubili reclinis Stat. Silu. 1, 2, 161. *Add. ibid. 4, 3, 70. Vbi describitur Vulturis fluitus Maximo pontis Caesarei reclinis arcu, i. innixus.* *Sic Reclinis hastae* Sen. Theb. v. 499. *Pectus recline* Sen. Herc. Oet. f. 13. *Reclinis in sinu iuuenis, b. e. Reclinata* Ouid. Met. 10, 558. *de Venere in sinu Adonidis recumbente.* Al. leg. 90  
 Renidens. *Reclinis, et nescio similis* Tacit. Ann. 13, 16, 5. *In hisce auctorum locis plerisque veteres quaedam Edd. legunt Recliuis.*

RECLINVS, a, um. Adi. *Reclinus et resupinus* Vopisc. in Firmo c. 4. *vid. Grut. et Salmas. ad h. l.*

RECLINATORIVM, i. n. Vet. Gl. MS. apud Barth. Adu. 35, 95  
 22 *interpretatur Fulcrum capitis auersum.* *Et Int. Vulg. Cant. 3, 10 ita interpretatur ἀνάκλιτον φορέας* Ferculi reclinatorium, *tabula illa lecticae, ad quam caput iacentis reclinatur.* *Possis igitur Reclinatorium vocare etiam in sellis, illam partem, ad quam ceruix et dorsum reclinatur.*

RECLIVIS, e. Adi. *Campo ad solem recliui* Pallad. 1, 6. *conf. Idem 7, 2. Vid. RECLINIS.* 100

RECLIVVS, a, um. Adi. *Ipse recliuis ac resupinus et curuatus* Vopisc. in Firmo c. 4. *Add. Fortunat. Mart. 3.*

RECLVDO, si, sum, ēre. [*ἀνοίγω*] *Aperire.* Plaut. Capt. 4, 4, 10 *Cellas refregit omnes intus, reclusitque armarium.* Virg. Aen. 10, 105

8, 144 *Infernas referet sedes, et regna recludat Pallida.* Artus recludere Sil. 1, 120. Caelum luce aestiua Virg. Georg. 4, 52. Ensem Idem Aen. 4, 646. Ego Iram omnem recludam repagulis Cic. de N. D. 3, 66 c. 26. Iugulum recludere, *Aperire* Ouid. Met. 7, 285. Occulta recludere, *Prodere* Stat. Achil. 1, 498. Operta Hor. Epist. 1, 5, 16. Ora fontana recludere, *Fonti dare cursum* Ouid. Fast. 1, 269. Portas Propert. 3, 19, 24. Ouid. Met. 14, 781. Tellus recluditur dente vnco Virg. Georg. 2, 423. Tellure recludere thesauros Virg. Aen. 1, 362. Viam Ouid. Met. 14, 776.

10 ¶ 2 Recludere, *pro Claudere*. Iustin. 1, 9, 16 Ostanes per internuntios quaerit a filia, quae inter regias pellices erat, an Cyri regis filius rex esset. At illa nec se scire, nec ex alia posse cognoscere, quia singulae separatim recludantur. *sine varietate lectionis*. Pallad. Mart. 10, 33 Alii ficus recentes — in nouo vase fictili — a se separatim recludunt. *Possis utroque in loco librariis tribuere R pro S in principio ponentibus, praesertim cum R minusculum longum trahere pedem in quibusdam libris soleat.*

RECLVDENS, entis. Partic. [*ἀνοίγων*] *Vt*, Virtus recludens caelum immeritis mori Hor. Carm. 3, 2, 21.

20 RECLVSVS, a, um. Partic. [*ἀνεωγμένος*] *Apertus. Vt*, Fores reclusae Ouid. Met. 7, 647. Domo reclusa mane vigilare Hor. Epist. 2, 1, 103.

RECOCTVS, *vid. RECOQVO.*

25 RECOENO, are. Fertur, cum, quoad vixit, foris postea non recoenasse Macrobi. Sat. 3, 17.

RECOGITO, are. [*ἀναπολέω, ἀναλέγομαι*] *Iterum atque iterum cogitare*. Cic. Q. Frat. 2, 2 Sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minuciana et nominibus Pompeianis in otio recogitasse. Columel. 1 praef. Quae quum animaduertam saepe mecum retractans ac recogitans, quam turpi consensu deserta exoleuerit disciplina ruris. Conf. Sen. de Vita Beata c. 2. Tertull. adu. Marc. 1, 5. et ad Vx. 1, 4 extr.

RECOGITATVS, us, m. A recogitatu verae dignitatis Tertull. Apolog. c. 22. Conf. Idem adu. Marc. 4, 43 pr.

35 RECOGITATIO, ōnis, f. Tertull. de Cast. c. 4.

RECOGNOSCO, nōui, nītum, ēre. [*ἀναγνώριζω, ἀναγνώσκω*] *Rem alias notam denuo agnoscere*. Cn. Magnus ad Cic. Att. 8, 11 Tuas literas libenter legi: recognoti enim tuam pristinam virtutem etiam in salute communi. *Item* Verr. 2, 18 Quum istius in Quaestura fugam et furtum recognosceret. Cic. pro Deiot. 4 Perturbat me

40 C. Caesar etiam illud interdum: quod tamen, quum te penitus recognoui, timere desino. Amorem alicuius erga se in literis Cass. ad Cic. Fam. 12, 12. Dona Virg. Aen. 8, 721. Plura Ouid. Fast. 4, 418. Sacra recognosces annalibus eruta priscis Ouid. Fast. 1, 7.

45 Cic. ad Brut. 16 Verba tua recognosce, et aude negare seruiantis aduersus regem istas esse preces. Pseudo-Cic. in Sallust. 2 Quod nullum vos sciatis nouum crimen in Sallustium audituros, sed omnia vetera recognituros. Cic. Verr. 1, 15 Quae qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo, quem sui simillimum produxit, recognoscere

50 potestis. Cic. Tusc. 1, 57 c. 24 Bene interroganti respondentem, declarare se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere. Cic. Catil. 1, 6 Recognosce mecum tandem illam superiorem noctem: iam intelliges multo me vigilare acrius ad salutem, quam te ad perniciem Reipubl. Cic. Verr. 5, 71 Alii quum a multis ciuibus Romanis recognoscerentur, ab omnibus defenderentur, securi ferieban-

55 tur. ¶ 2 Cic. de Legib. 3, 37 Quamobrem quoniam non recognoscimus nunc leges R. P. sed aut repetimus ereptas, aut nouas scribimus, *i. simpliciter recensemus, hoc agentes, ut incorruptae, et quales latae sunt, legi ab aliis queant.* Idem Verr. 2, 190 c. 77 Haec omnia summa cura et diligentia recognita et collata, et ab hominibus honestissimis obsignata sunt. Cic. pro Corn. Balb. 11 c. 5

60 Nos Cn. Pompeii decretum, iudicium de consilii sententia pronuntiatum, recognoscemus? *i. an cum illa conueniat, inquiremus?* Cic. Verr. 2, 30 Quum hos sibi quaestus constituisset magnos, atque vberes ex iis causis, quas ipse instituerat in consilio, hoc est cum sua cohorte recognoscere. *Sed recte a Grutero inde legitur* Cognoscere. Columel. 1, 8 Panis, potionisque bonitatem gustu suo exploret: vestem, manicas, pedumque tegmina, recognoscat, *i. recenscat.* Suppellectilem pecuniamque omnem recognouit Curt. 5, 1, 23. Reco-

70 gnoscere equitum turmas, *pro recensere* Suet. Octau. 37. Idem in Calig. 16 Equites Romanos seuerе curiosеque, nec sine moderatione recognouit, palam adempto equo, quibus aut probri aliquid, aut ignominiae inesset. *Add. Id. in Aug. c. 29 et 32.*

RECOGNITIO, ōnis, f. [*ἀναγνώσις, ἀναγνώρισις*] Plin. 11, 30 Et quoniam ex diuerso conuehunt altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. *de formicis.* Recognitio eorum, quae in familia sunt Columel. 11, 1. Cic. Verr. 4, 110 c. 50

75 pr. Qui tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum, quum ego ipse in commemoratione eorum non solum commovear, verum etiam corpore perhorrescam? Recognitio rei iudicatae, *ut monet Budaeus in forensibus, Instauratiuum iudicium et inflau-*

80 *raticium dici potest, quae Reuisio vulgo dicitur.*

RECOLLIGO, lēgi, lectum, ēre. [*ἀναλέγομαι*] *In unum colligere dispersa.* Columel. 8, 5 Confestim circumire oportebit cubilia, vt quae mota sunt oua, recolligantur. Plin. Epist. 9, 13, 23 Postea actionem meam vtunque potui, recollegi, addidi multa. Annos

85 primos recolligere Ouid. Met. 7, 216. *reiuulescere.* Cic. Att. 1, 5 med. Quod scribis, etiam si cuius animus in te esset offensior, a me recolligi oportere: quid dicas, ne quid id neglexi, sed est miro quodam modo affectus. *i. reconciliari.* Ignis sparfos recollegit Lucan. 1, 157. Plin. Epist. 4, 11, 9 de Vestali damnata, Quum in illud subterraneum cubiculum demitteretur, haesissetque descendenti stola, vertit se ac recollegit. Se recolligere dicitur aeger, [*ἀναλαμβάνειν*]

90 Plin. 20, 5 f. 17 Heraclides contra argentum viuum dedit, et Veneri subinde offensanti, aegrisque se recolligentibus. Se recolligere a longa valetudine, *Resumere et recipere vires* Plin. 23, 7. Vires non recolligere longa aegritudine Plin. 24, 6.

RECOLLECTVS, a, um. Partic. Sparso exercitu, deinde collectio Frontin. Strat. 2, 13, 4. Recollectorum ordo sacer, de quo

100 *Arnd. Antiqq. Eccles. p. 699.*

RECOLLO, are. *Iterum colare.* Scribon. Largus Comp. 268 Postea recolare per linteam duplex.

RECOLLO, colui, cultum, ēre. [*ἀνακαμίζω*] *Rursum colere. Desertum agrum rursus colere.* Liu. 27, 5 Omnes in vrbes, in agros suos

105 reductos, arare, serere; desertam recoli terram. Tacit. Ann. 3, 72, 2

Quo tum exemplo Lepidus, quamquam pecuniae modicus, auitum decus recoluit. *b. e. Restituit, renouauit.* Tacit. Hist. 1, 77, 4 Et recens ab exilio reuersos nobiles adolescentulos auitis ac paternis sacerdotiis in solatium recoluit. *b. e. Rursus coluit, decorauit, honorauit.* Idem Hist. 3, 7, 3 Galbae imagines discordia temporum subuersas, in omnibus municipiis recoli iussit Antonius. ¶ 2 Recolere, [*ἀναλογίζεσθαι, ἀναμνησκέσθαι*] Repetere, meditari, et mente tractare. Diomedes: Superest vt singula recolendo, memoria tenus mandentur, ne frustra cum tempore euanescent. Cic. pro Arch. 13 c. 6 Quantum alii tribuunt tempestiuis conuiuuiis, quantum denique aleae, quantum pilae: tantum egomet mihi ad haec studia recolenda sumfero. Idem Philipp. 13, 45 c. 20 Quae si tecum ipse recolis, aequiore animo, et maiore consolatione moriere. Virg. Aen. 6, 681 Inclusas animas, superumque ad lumen ituras Lustrabat studio recolens. i. e. Circumibat studiose retractans, Seruius. Cic. de Orat. 1, 2 c. 1 Neque vero nobis cupientibus atque optantibus fructus otii datus est ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus, celebrandas, interque nos recolendas. Liu. 39, 24 Vestigialia regni non fructibus tantum agrorum portoriiisque maritimis auxit, sed Metalla etiam et caetera intermissa recoluit, et noua multis locis instituit. Plin. Epist. 7, 9 20 Vt enim terrae variis mutatisque seminibus, ita ingenia nostra nunc haec nunc illac meditatione recoluntur. i. Poliuntur, renouantur.

RECULTVS, a, um. Partic. [*ἀναγεωργηθείς*] Vs, Humus reculta Ouid. Met. 5, 647.

RECOMMINSOR, ñris, isci. [*ἀναμνησκόμαι*] Reducere in memoriam. Plaut. Trin. 4, 2, 70 Literis recomminscar.

RECOMPINGO, ñre. Recolligi et recompingi os ad os Tertull. de Resurr. Carn. c. 30.

RECOMPONO, ñre. Iterum componere et colligere. Vlpian. in l. 25 Argumento. §. Margarita, Sed si in hoc sunt soluti, vt recomponantur: ornamentorum loco sunt. de lapillis et margaritis. Fracturam Veget. Mulom. 2, 47, 3.

RECOMPOSITVS, a, um. Part. [*ἀνασύνθετος*] Ouid. Amor. 1, 7, 68 Pone recompositas in statione comas.

RECONCILIO, ñre. [*καταλλάσσω, ἀναπτύσσω*] In gratiam restituere. Liu. 35, 19 Non mouit modo talis oratio regem: sed etiam reconciliauit Annibali. Cic. Att. 6, 7 Cicero Q. filius pie sane, me quidem certe multum hortante, sed currentem animum patris sui, forori tuae reconciliauit. Tibi auctor sum, vt, quibus rebus possis, cum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges Cic. Fam. 1, 9 extr. Te vt plane Deiotaro reconciliet oratio mea Cic. pro Dei. c. 13. Idem de Prouinc. Conf. 21 Tuus pater, Philippe, nonne vno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit, quibuscum omnibus eadem Respub. reconciliauit quae alienarat? Animos populi sibi reconciliare Liu. 1, 27. Plin. in Paneg. 80, 3 O vere Principis atque etiam Consulis, reconciliare aemulas Ciuitates. Cic. Act. 1 Verr. 2 In quo reconciliare Existimationem iudiciorum amissam posses. Filium reconciliare domum, *b. e. Efficere, vt reducatu domum* Plaut. Capt. prol. 33. Gratia cum Perdica reconcilianda Curt. 10, 8, 12. Cic. Att. 1, 9 Eo accedebat hortator assiduus Sallustius, vt agerem quam diligentissime cum Luceio de vestra vetere Gratia reconcilianda. Cic. pro Domo 129 Inimici in Gratiam reconciliabantur. Idem de Prouinc. Conf. 23 Hic me meus animus in Rempub. pristinus cum C. Caesare, reducit, reconciliat, restituit in Gratiam. In Libertatem reconciliare Plaut. Capt. 3, 4, 45. Noui conciliantur, 55

Reconciliantur antiqui, Festus. Pacem reconciliare Liu. 42, 46.

RECONCILIATVS, a, um. Partic. [*καταλλαχθείς*] Cic. Fam. 1, 2 Videbatur enim reconciliata nobis voluntas Senatus esse. Dextera reconciliati pignus Animi Curt. 6, 10, 11. Pseudo-Cic. Anteq. iret in exil. 1 Etsi maiores vestri eos imperatores, qui militum virtute, hostium fregerunt furorem, iucundissimo fructu libertatis reconciliato, non solum statuis dignos putauerunt. Infirmior fides reconciliatae Gratiae Cic. pro Milon. c. 8. Idem Fam. 5, 2 Quod scribis de reconciliata nostra gratia, non intelligo cur reconciliatam esse dicas, quae nunquam imminuta est. 65

RECONCILIATIO, ñnis. f. [*καταλλαγή, ἀνάκτησις*] Cic. pro Cluent. 100 Irridebatur haec illius reconciliatio, et persona viri boni suscepta. Cic. in Catil. 3, 25 c. 10 At illae tamen omnes defensiones, quarum nulla exitium Reipub. quaesuit, eiusmodi fuerunt, vt non reconciliatione concordiae, sed internicione ciuium diiudicatae sint. Significat, reconciliationem esse gratiae factam Cic. de Arusp. Resp. c. 24. Gratiarum reconciliations Cic. post redit. ad Quirit. 13 c. 5.

RECONCILIATOR, ñris. m. [*καταλλακτήρ, εὐαθής*] Liu. 35, 45 Phaneas reconciliatore pacis et disceptatore de iis, quae in controuersia cum Pop. Rom. essent, vtendum potius Antiocho censebat, quam duce belli. Agrippa populi reconciliator Apul. Apol. p. 286.

RECONCINNO, ñre. [*ἀνασκευάζω, ἀκίμαι*] Denuo vel rursus concinnare. Plaut. Men. 2, 3, 72 Ad phrygionem vt referam, vt reconcinnetur. Cic. Q. Frat. 2, 6 Tribus locis aedifico: reliqua reconcinno. Varr. de R. R. 3, 16 Hoc faciendum secundum aluos, vt reconcinnae ad suum quaeque opus et domicilium redeant. Caes. Bell. Ciuil. 2, 15 Diuturni laboris detrimentum solertia et virtute militum breui reconcinnatur.

RECONCLVDO, ñre. Patrem in monumento Ioseph reconcludunt Tertull. adu. Praxean c. 16.

RECONDO, condidi, conditum, ñre. [*ἀποκείμαι*] Reponere, contegere. Cic. de Nat. Deor. 2, 108 Hoc caput hie paullum sese subitoque recondit, ex Arato. Plin. 7, 53 Flammae vi e rogo eiectus, recondi propter ardorem non potuisset. Caput strato recondere Ouid. Met. 11, 649. Cic. de Inuent. 2, 14 c. 4 Gladium prope oppositum e vagina eduxit, et illum alterum occidit, numos abstulit, gladium cruentum in vaginam recondidit. Gladium lateri Ouid. Met. 12, 482 demergere, interficiendi causa. Glandem recondere tabulatis fumo, vel cisternis in aquam Columel. 7, 9. In vasis aliquid recondere Idem 12, 15. In aliquem locum se recondere Quint. ñril. 10, 3. Interius recondere Venerem dicuntur equae concipientes Virg. Georg. 3, 137. Numos aurumque Hor. Serm. 2, 3, 109. Oculos erigere, et Recondere, opposita Ouid. Met. 4, 146. Opes recondere Idem de Arte Am. 1, 628. Mens aliqua sic recondidit, e quibus memoria oritur Cic. Acad. 4, 30. Multi praeterea, quos fama obscura recondit Virg. Aen. 5, 362. Se recondere et fores claudere Sen. Epist. 8. Plin. 12, 16 Vuas contegunt, et ita in amphoras recondunt.

RECONDITVS, a, um. Partic. [*ἀπόθετος, ἀποκείμενος*] Plin. 105

10, 33 Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens. Cic. Verr. 4, 42 Statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimumque esset. Quod celari oportebat, habebant sepositum et reconditum Cic. Verr. 4, 23. Idem de Lege Agr. 2, 41 Quid Alexandria, cunctaque Aegyptus! ut occulte latet? ut recondita est? Cic. Verr. 3, 193 Angulum mihi aliquem eligas provinciae reconditum ac derelictum. Idem de Orat. 1, 8 Studia quae reconditis in Artibus versantur. Caecubum reconditum prome Hor. Carm. 3, 28, 2. Cic. Fam. 15, 21 Multae erant et reconditae Literae. Idem de Clar. Orat. 265 Erant in eo plurimae Literae, nec eae vulgares, sed interiores quaedam et reconditae. Conf. Idem de N. D. 3 c. 16. Cic. de Legib. 1, 26 Tum specimen ita formavit oris, ut in ea penitus Reconditos Mores effingeret. Idem pro Quint. 59 c. 18 Vixit enim semper inculte atque horride: Natura tristi ac recondita fuit: non ad solarium, non in campo, non in conuiujs versatus est, verbo, solitudinem amabat. Saltus reconditi Catull. 32, 11. Compar. Cic. Acad. 4, 10 c. 4 A me enim ea, quae in promptu erant, dicta sunt: a Lucullo autem reconditiora desidero. Brut. ad Cic. Fam. 11, 20 Ad has literas statim mihi rescribe: tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit.

RECONDVCO, ěre. Iterum conducere. Vlpian. in l. Item quaeritur. §. Qui impleto. D. Locati et conducti, Qui impleto tempore conductionis remansit in conductione: non solum reconduxisse videtur, sed etiam pignora videntur durare obligato. Quinctil. Decl. 12 p. 173 Vicinarum prouinciarum copias reconducit.

RECONDVCTVS, a, um. Plin. 29, 1 Vnum agrum ex prouincialibus HS ducentis reconductum.

RECONFLO, ěri. [*ἀναχλωεύουαι*] Rursus constari. Lucret. 30 4, 925 Vnde reconstari sensus per membra repente Possit? b. e. Resuscitari.

RECONSIGNO, ěre. Ideo et reconstat imprimens Tertull. de Resurr. Carn. c. 52.

RECONSTRVO, ěre. Iornand. in Philippo Caes.

RECONSVESCO, ěre. Gloria reconstuit Tertull. de Cultu Fem. c. 9.

RECONVENIO, ěre. Actionem contrariam intentare. Et

RECONVENTIO, ōnis. f. Voces apud Ictos.

RECŌQVO, coxi, coctum, ěre. [*ἀνεψίω*] Iterum coquere.

40 Martial. 11, 46 (53) Altera non deerunt tenui versata fauilla, Et Velabrensi massa recocta foco. Recoquere, per translationem, Rursus erudire, polire et formare, tanquam ea, quae iterum coquuntur, ut meliora fiant. Quinctil. 12, 6 extr. de Cicerone, Quum iam clarum meruisset inter patronos, qui tunc erant, nomen, in Asiam nauiga-

45 vit: seque et aliis sine dubio eloquentiae ac sapientiae magistris, sed praecipue tamen Apollonio Moloni, quem Romae quoque audierat, reformandum ac velut recoquendum dedit. Cic. de Senect. 83 c. 23 Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, neue tanquam Peliam recoxerit: cum respectu ad fabulam, de qua vid. PELIAS.

50 Val. Flacc. 6, 444 de Medea, Recoquit fessos aetate parentes. Vid. AESON. Recoquunt patrios fornacibus Enses, i. recidunt Virg. Aen. 7, 636. Sic Spicula recoxit Lucan. 7, 148. Add. Drakenb. ad Sil. 4, 15.

RECOQVENS, entis. Part. Pulegium recoquens elementer Sam-

55 mon. c. 2.

RECOCTVS, a, um. Partic. [*ἀνεψθεις, κωκρυπος*] Ut, Passum recoctum Stat. Silu. 4, 9, 38. Ferrum Flor. 3, 20, 6. Lana saepius macerata et recocta Sen. Epist. 71. Senex recoctus Catull. 54,

60 5 qui iuuentutem recuperavit, vel recuperasse sibi videtur, ut vult Victorius; aut Scriba recoctus, de quo statim, ut putat Scaliger. Sed locus ita abruptus, vel corruptus adeo videtur Is. Vossio, ut eo nihil effici possit. Scriba recoctus Hor. Serm. 2, 5, 55. i. ut Vet. Schol. ait, saepe refectus, et per hoc astutus. Recocti autem dicuntur scribae, qui saepius cum Proconsulibus missi exercitiores facti sunt ipso vsu et

65 frequentia. Solent autem mitti quinqueviri, qui cum rediissent, vendebant decurias suas, et Quinqueviri dicebantur. Haec Vet. Schol. Lambinus vero sic: Recoctum scribam appellat, vel quod ex quinqueviro refectus erat scriba, quod munus ante quinqueviratum gesserat: vel quia hic Coranus, quamuis aliquantum esset aetate prouecta, ita firmus erat tamen,

70 et validus, ut recoctus esse videretur. Nota autem est omnibus de Aesone a Medea recocto fabula. Alii Recoctum, Vafrum et callidum interpretantur, per translationem. Haec ille. Vid. Torrent. ad l. c. it. Heinsf. ad Sil. 7, 403. Anus recocta vino est in Fragm. Petron. p. 670 Burmann.

75 RECORDOR, ěri. [*ἀναμνησκουαι*] Rursus in cor reuocare, vel iterum rem cordi dare, hoc est in mentem reuocare, reminisci. Cic. Tusc. 1, 57 c. 24 Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit, quam recordari. Hor. Epist. 2, 2, 145: Quocirca mecum loquor haec, tacitusque recordor. Ouid. Met. 13, 705 Inde recordati Teu-

80 cros, a sanguine Teucri Ducere principium. Cic. pro Planc. 69 Huius meriti in me recorder. Cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordari Cic. in Pison. c. 6. Idem de Senect. 79 Ut pedestres naualesque pugnas, ut bella a se gesta, triumphosque recordentur. Et de Lege Agrar. 2, 72 c. 27 Est operae pretium diligentiam

85 maiorum recordari. Si rite audita recordor Virg. Aen. 3, 107. Benefacta priora recordari Catull. 74, 1. Cic. Verr. 3, 6 c. 3 Is non tibi plus etiam, quam inimicus esse debeat, quum tua verbera, quum secures, quum cruces ad ciuium Romanorum supplicia fixas recordetur? Virg. Aen. 8, 156 Et vocem Anchisae magni, vultum-

90 que recordor. Cic. pro Cluent. 70 c. 25 Atque haec iudices, quae vere dicuntur a nobis, facilius credetis, si cum animis vestris longo interuallo recordari C. Staleni vitam et naturam volueritis. Cic. in Orat. 23 Sed ego idem, qui in illo sermone nostro, qui est expositus in Bruto, multum tribuerim Latinis, vel ut hortarer alios, vel

95 quod amarem meos, recordor longe omnibus vnum anteferre Demosthenem. Cic. pro Planc. 104 Quoniam istis vestris lacrimis de illis recordor, quas, etc. Idem Tusc. 1, 13 c. 6 extr. Tu si meliore memoria es, velim scire equid de te recordare. Cic. Verr. 4, 129 Hinc colligere potestis, si recordari volueritis, quanta religione fuerit, eadem specie atque forma signum illud, etc. Idem Att. 13, 6 Et (ut recordor) vna, etc. Cic. pro Sull. 26 Mihi ne ad ea quidem, quae pro salute omnium gessi, recordanda et cogitanda quidquam relinquitur temporis. De Futuris Ouid. Heroid. 10, 79 ex Ariadnes

100 persona, Nunc ego non tantum, quae sum passura recordor: Sed quaecumque potest vlla relicta pati. Nempe recordor dicit, quia subinde in

animum

*animam reuocat, quid acciderit aliis, quid possit accidere sibi. Sic plane Iustin. 5, 7 de Atheniensibus, iam ipsam patriam perituram — iam ruinam urbis et incendia, iam omnium captiuitatem et miserrimam sterilitatem recordantes. Recordamur, quae in aliis vidimus, legimus, cum similia metuendi occasio est.*

**RECORDANS**, *antis. Partic. [ἀναμνηστικός] Cic. Att. 4, 17 O navigationem amandam, quam me hercule ego valde timebam, recordans superioris tuae transmissionis.*

**RECORDATIO**, *ōnis. f. [ἀνάμνησις] Reminiscētia. Cic. Fam. 1, 6 Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum. Conscientia bene actae vitae, multorumque beneficiorum recordatio iucundissima est Cic. de Senect. 9 c. 3 extr. Ultimi temporis recordatione et proximi memoria Idem de Prouinc. Conf. 43. Acerba sane recordatio veterem animi curam molestiamque renouat Cic. de Orat. 3, 1. Assidua recordatio, *vid. ASSIDVVS.* Dolores praeteriti secura recordatio Cic. Fam. 5, 12. Veteris memoriae non satis explicata recordatio Idem de Orat. 1, 4. Cic. Att. 12, 18 pr. Dum recordationes fugio, quae quasi morfu quodam dolore efficiunt; refugio a te admonendo. Das mihi iucundas recordationes conscientiae nostrae Cic. Fam. 5, 13. Subit recordatio Plin. Ep. 1, 9.*

**RECORDO**, *āre. Ab antiquis usurpatum. [Recordat, ἀναμνηστικός Gloss. Vet.] Quadrigar. Annal. 1. 5 Is ubi Datum cognouit, et patria (alii patriae) eum recordauit. ex Nonio 7, 65. Recordabunt Galli priorem libertatem Tacit. Agric. 32, 7 ut legit Lauemb. Antiquat. recordabuntur.*

**RECORDATVS**, *a, um. Part. Recordatus carmen, versus ipsos retulit Tac. Ann. 15, 70, 1. ¶ 2 Passi. Anima male conscia et per horas ad recordata poenalis vitae debita contremiscens Sardon. Epist. 9, 3.*

**RECORDATVS**, *ūs. m. Tertull. de Resurr. Carn. c. 4 Caro recordatui tuo erepta. Quos recordatu Aegyptiarum copiarum exacerbat Idem de Ieiun. c. 5.*

**RECORDABILIS**, *e. Adi. Memoria multitudine recordabilium distenditur Cl. Mamertus de statu Animae 3, 14.*

**RECORDATIVVS**, *a, um. Adi. Species Mart. Capella 3 p. 85.*

**RECORPORO**, *āre. Corpus restituere, vel corpore nouo instruere. Figulo licet argillam temperato ignis adflatu in materiam robustiorem recorporare Tertull. de Resurr. c. 7. Recorporari animas Id. de Anim. c. 35. Virtus recorporandi Cael. Aurel. Acut. 3, 4 extr. Conf. Barth. Adu. 38, 3.*

**RECORPORATIO**, *ōnis. f. Tertull. de Resurr. c. 30. Cael. Aurel. Tard. praef. it. 1, 4, 112.*

**RECORPORATIVVS**; *a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 1, 4 et Acut. 3, 16.*

**RECORRIGO**, *ēre. Senec. Epist. 50 Si modo ante incipimus formare animum nostrum et recorrigere, quam indurescat prauitas eius. Recorrigendi moram praestare Hygin. de Lim. const. p. 177.*

**RECRASTINO**, *āre. [ἀναβάλλομαι] In diem crastinum saepius reuicere ac differre. Columel. 2, 21, 2 Propter quae recrastinari non debet, sed aequaliter flauentibus iam satis, antequam ex toto grana indurescant, quum rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est. Conf. Id. 1, 1. Plin. 17, 14 extr. l. 24 Punicam et ficum, quamquam alias sicca sint, recrastinare minime vtile, i. differre in stationem.*

**RECREATIO**, *vid. RECRO.*

**RECREMENTVM**, *vid. RECRO.*

**RECRO**, *āre. [ἀνακρίνω] Iterum creare. Lucret. 5, 323 de caelo, Nam quocumque (sic leg. pro vulg. quodcumque) alias ex se res auget, alitque, (eo) Deminui debet; recreari (autem contra debet) quom recipit res. Et ibid. 757 Solque suos etiam dimittere languidus ignis Tempore cur certo nequeat, recreareque lumen Nemefian. Cyneget. 18 Quis magno recreata tacet cunabula Baccho? i. post immaturum e Semele partum creatam nouam gestationis sedem, et velut cunabula, in femore Iouis. Au etiam sic Cic. de Legib. 3, 19 c. 8 Certe probabilis admodum est lectio, quam post Puteanum probauit Gronouius pater, ubi de Tribunatu plebei, Inter arma ciuium — procreatum videmus. Deinde cum esset cito necatus (pro vulg. legatus) tanquam ex XII Tabulis insignis ad deformitatem puer, breui tempore recreatus (vulgo creatus, cum re illud bis legendum semel scripsisset librarius antiquus) multoque tetrior et foedior natus est. Contra ea male legi hoc verbum puto apud Cic. de Nat. Deor. 2, 10 c. 4 Atqui et nostrorum augurum et Etruscorum haruspicum disciplinam, P. Scipione C. Figulo Consulibus, res ipsa probauit: quos cum Ti. Gracchus consul iterum recrearet etc. Potuit sane recreare adhiberi in re magistratum non minus quam reficere, i. iterum facere. Sed hic reclamant fasti, unde constat Tiberium Gracchum iterum consulem in consulatu hoc suo secundo creasse P. Scipionem et C. Figulum non iterum consules, sed tum primum hoc magistratu ornatos. Puto, primo illud iterum adiunctum ad crearet; deinde iterum crearet ab aliquo esse explicatum per recrearet. Verbo, legendum videtur crearet. Plin. 34, 15 Praecipua tamen commendatio eius in hygremplastro ad purganda vulnera fistulasque, et omnem callum erodendum, et raris ossibus carnes recreandas. Idem diuinus ignis eadem vi et potentia et cremabit impios et recreabit Laet. Inst. Diu. 7, 21. Postque sepulcralem tandem recreatus honorem Sedul. Pasch. Carm. lib. 3 sub fin. de Lazaro. Et quos creator opere vno die condidit, hos recreat vno munere Paullin. Nol. ad Cyther. v. 465 de baptismo: qua significatione occurrit etiam apud Arator. in Act. Apost. v. 118. it. Anon. de bapt. Babiani v. 40 Vnanimam alloquitur recreato corde iugalem. ¶ 2 Vfsitior longe metaphorica ratio, qua Recroare est [ἀνασκευάζειν] Instaurare, et quasi nouum facere. Plin. . . Sic enim defecta longis aegritudinibus corpora recreantur. h. e. reficiuntur. Idem 12, 1 Ex arboribus recreans membra olei liquor, viresque potus vini. Viribus recreandis, ore, stomachoque mulcendo, etc. Plin. 22, 24. Cic. Verr. 5, 178 Posteaquam iste recreari et confirmari visus est, lex statim promulgata est. Cic. pro Rosc. Amer. 137 Tum vero in isto bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus, oppressusque Pop. Rom. est. Cum ex illo metu mortis ac tenebris, quasi luce libertatis et odore aliquo legum recreatus, reuixisset Cic. Verr. 3 c. 61. Idem in Somn. Scip. 1 Cuius ego nomine ipso recreor. Afflictos bonorum animos recreare Cic. Att. 1, 16. Arbor aestiua recreatur aura Hor. Carm. 1, 22, 17. Humerum recreare leni vento Id. ibid. 3, 20, 13. Literis amicorum recreari Cic. Fam. 16, 6. Literis recreari et sustentari Idem Att. 4, 9. Mentem meam conspectus vester reficit et recreat Cic. pro Plan. 2. Idem post redit. ad Quir. 4 c. 1 Tanquam bona valetudo iucundior est eis, qui e graui Morbo recreati*

sunt, quam qui nunquam aegro corpore fuerunt. Eumenes Craterum ex acie semiuivum elatum recreare studuit Nep. 18, 4, 4. *Conf. Tac. Ann. 2, 69 pr. Stat. Silu. 1, 4, 63* Ingentem recreare virum tentemus adorti. Perditum recreare Cic. pro Lege Manil. 23. Perditam provinciam erigere et recreare Idem Verr. 3, 212 c. 91. Cic. Tusc. 1, 58 c. 24. Quum se collegit atque recreavit, tum agnoscit illa reminiscendo. Se ex magno timore recreare Cic. in Catil. 3, 8. Idem pro Quint. 4. Vt multis incommotis Veritas debilitata, tandem aequitate talium virorum recreetur. Vitam recreare Lucret. 6, 3. Cic. Att. 2, 23. Et quum recreandae Voculae causa necesse esset mihi ambulare, haec dictavi ambulans. Vrbes dirutae ac paene desertae per aliquem recreatae Cic. Q. Frat. 1, 8. Ex vulnere recreatus Id. de Inuent. 2, 154. Recreatum, *παλιγγενής* Gloss. Lat. Gr.

RECREATIO, ōnis. f. *παλιγγενεσία* Gloss. Lat. Gr. Plin. 22, 23  
15 Ab aegritudine recreationi efficax in cibo.

RECREATOR, ōris. m. Tertull. de Anim. c. 43 Somnus recreator corporum. *Vid. Gruteri Inscript. p. 1095 n. 7.*

RECRĒPO, āre. *Vt resono, auget aliquantum simplicis significationem.* Catull. 64, 59 Leue tympanum remugit, caua cymbala re-  
20 crepant, i. Crepitum reddunt.

RECRESKO, crēui, ēre. [*ἀναφύομαι*] Rursum crescere. Plin. II, 37 Cartilago rupta non solidescit. Nec praecisa ossa recrescunt. Liu. 26, 41 *extr.* Vos modo milites fauete nonini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus. Terra  
25 aucta recrescit Lucret. 5, 261. Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit Ouid. Epist. 2, 5.

RECRETVS, a, um. Part. Licet ille fortis postea receperit Robur recretis crinibus Paullin. iambo ad Cytherium v. 562. *de Samsone,*

RECREMENTVM, i. n. [*σκωπία*] Non a Recresco deriuandum nomen, sed a Recerno, i. cernendo, cribrando, separo. Est enim  
30 veluti purgamentum et recrementum alicuius rei. Plin. 18, 16 Farrago ex recrementis farris praedensa feritur. Cels. 8, 8 Ulcera, illinenda sunt aut plumbi recremento, aut cerussa. i. Scorria. Aridiora recrementa in alium conuenire, humidiora per renes in vesicam  
35 Gell. 17, II.

RECRIMINOR, āri. Et

RECRIMINATIO, ōnis. f. *Apud Augustin.*

RECRVDESCO, ui, ēre. *Renouari. Tractum a vulneribus, quae agitatione nimia, vel male purgata, interdum cruda et noua sunt.* Cic. Fam. 4, 6 Nunc autem hoc tam graui vulnere, etiam illa, quae con-  
40 sanuisse videbantur, recrudescunt. Curt. 7, 1, 7 Recruduit soporatus dolor. *h. e. Sopitus.* Nefas recrudescit Senec. Phoen. f. 1. Recrudescens seditio Liu. 6, 18. Recruduit pugna Idem 10, 19.

RECTA, RECTE, RECTIO, RECTOR, RECTVS. *vid.*

45 REGO.

RECŪBO, ui, itum, āre. [*ἀνάκειμαι*] Quiescere, iacere. Virg. Ecl. 1, 1 Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi. Cic. de Diuin. 1, 57 Eum primo perterritum somnio surrexisse: dein quum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse. *h. e. Rursum cubuisse.* In qua exhedra lectulo posito, recubuisse Cic. de Orat. 3 c. 5. Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit Ouid. de Arte Am. 2, 342. Toro Tyrio recubare Tibull. 1, 2,  
50 77. Recubare et considere Columel. 7, 3.

RECŪBANS, antis. Partic. [*ἀνακείμενος*] Cic. de Orat. 3, 60 Sed in hortulis quiescet suis, vbi vult, vbi etiam recubans molliter et delicate nos auocat a Rostris, etc. Solo recubans Virg. Aen. 3, 392.

RECŪDO, di, sum, ēre. [*ἀνακόλλω*] Denuo cudere. Varro . . . Vt hi solent, qui vetera metalla recidunt.

RECVMBO, cubui, cubitum, ēre. [*ἀνακίπτω*] *Proprie est Toto corpore iacere et interdum pro Accumbendi verbo usurpatur.* Hor. Epist. 1, 5, 1 Si potes Archaicis conuiuia recumbere lectis, etc. Plin. Epist. 4, 22, 4 Coenabat Nerua cum paucis, Veiento proximus, atque etiam in sinu recumbebat. Martial. 2, 19 Debet Aricino conuiuia  
65 recumbere cliuo, Quem tua felicem Zoile coena facit. Plin. Epist. 9, 23, 4 Recumbebat mecum vir egregius Fabius Rufinus, super eum municeps ipsius. Plin. 17, 22 Adeo non recumbat (*uitis*) in eo (*iugo*) nec delicate se spargat. Cic. de Orat. 2, 287 c. 71 Vt M. Lepidus quum caeteris in campo exercentibus in herba ipsa recubisset, Vellem hoc esset, inquit, laborare. . . . Non recumbere  
70 Ouid. Met. 14, 100. Ne in palude recumbat pons Catull. 15, 3. Ceruix collapsa in humeros recumbit Virg. Aen. 9, 434. Ipsa sibi est oneri ceruix, humeroque recumbit Ouid. Met. 10, 195. Onus recumbit in partes proclinas Idem Trist. 2, 84. Recumbunt iu-  
75 gera pauca horti, i. iacent, sita sunt Martial. 4, 64.

RECVBĪTVS, ūs. m. [*ἀνάπτωσις*] Plin. 24, 13 Itemque baculum ex ea factum, in quoduis animal emissum, etiamsi citra ceciderit defectu mittentis, ipsum per sese recubitu propius adlabi.

RECVPĒRO, vel ut saepe est in bonis etiam monimentis, RECIPERO, āre. [*ἀνακτάομαι, ἀναλαμβάνω*] A Recipio deriuatur, si audias quosdam Grammaticos: sed praestat forte comparare cum recipro-  
80 cus, et priorem partem compositi utriusque ponere particulam reci: posterior pars enim est parare, ut in imperare. Significat sane labore vel suo, vel alieno parare sibi, quod amiseramus vel nostra culpa, vel aliena iniuria. Ex terra recipientes radices arborum in se succum, recuperantur et restituntur in antiquam soliditatem Vitruu. 2, 9. Caes. Bell. Ciuil. 3, 91 Quo confectio, ille suam dignitatem, et nos nostram libertatem recuperabimus. Cic. Verr. 2, 86 c. 35 Victoriā recuperare. Liu. 1, 45 Recuperare imperium. *Conf. Nep. 17, 7, 1.* Consumpta replere, et erepta recuperare Cic. pro Muraen. 50 c. 25. Aliquem Nep. 16, 5, 2. i. liberare captiuum. Liu. 26, 39 Recuperata vrbe (*de Tarento sermo est*) ab Romanis, i. erepta iterum Romanis, qui arcem tenebant. Cic. Verr. 3, 35 c. 14 Ille autem vnde oblatum est, iudicio suum recuperare nullo modo potest. Gloriam Tacit. Hist. 3, . . . Gratiam liberalitate Curt. 6, 6, 11. Veterem belli gloriam Caes. Bell. Gall. 7, 1. Ius suum Cic. Att. 15, 13. Aliquam honestatis suae Partem recuperare Idem pro Cluent. 120. Patrimonium Nep. 25, 12, 3. Libertatem Corn. Tacit. Ann. 2, 45. Somnum interruptum Suet. in Aug. c. 78. Valetudinem recuperare  
90 Scribon. Epist. m. Victoriā, supra. Vigorem Curt. 3, 6, 16. Tacit. Hist. 3, 22, 1 Et reciperatis cibo somnoque Viribus, confectum, algore, etc. Tentemus, si possumus, omnium Voluntates recuperare Caes. apud Cic. Att. 9, 8. Cic. Q. Frat. 1, 2. Idem Fam. 13, 77 Ego si hominem per te recuperaro, summo me beneficio affectum arbitrabor. Adolescentulos simulata laude recuperavit in par-  
95 tibus



*sibus suis retinuit* Nep. 17, 6, 3. *Conf. Caes. B. G. 3, 8. Val. Max. 5, 2, 5. Frontin. Strat. 8, 1. Cic. Fam. 14, 1. Quem ego diem si videro, et si in vestrum complexum venero, ac si et vos et me ipsum recuperaro.* Respub. se adhuc tantummodo vltā est, nondum recuperavit Cic. Philipp. 2, 113. Non expugnatum, sed recuperatum patriam venire Iustin. 18, 7, 5. Vires Id. 22, 2, 6. Varro de R. R. 1, 13 Se quiete recipere. *Et eodem modo Tacit. Ann. 12, 34 Reciperandae libertatis initium. Et Hist. 2, 24 Gloriam recipere.*

**RECUPERATIVVS, vel RECIPERATIVVS, a, um.** Reciperatus pons Tac. Hist. 4, 77, 3. Reciperatum regnum Iustin. 36, 1, 1. et 39, 2, 7. Reciperatae cibo somnoque vires Tacit. Hist. 3, 22, 1.

**RECUPERATIO, vel RECIPERATIO, ōnis. f.** [*ἀνάκτησις, ἀνακομιδή*] Festus: Reciperatio est, vt ait Gallus Aelius, cum inter populum et reges nationesque et ciuitates peregrinas lex conuenit, quomodo per reciperatores reddantur res, reciperenturque, resque priuatas inter se persequantur. *Est igitur ratio ius suum recuperandi, de qua conuenit inter populos.* Cic. Philipp. 10, 20 c. 10 Ita praeclara est recuperatio libertatis, vt ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Contentus recuperatione vrbium, quas amiserat Iustin. 20, 30, 1, 7.

**RECUPERATOR, vel RECIPERATOR, ōris. m.** *Qui recipiat s. recuperat.* Tacit. Ann. 2, 52, 5 *Furium illum Camillum vocat Reciperatorem vrbis.* ¶ 2 *Iudicum genus sic dictum est, quod recuperandae rei vel iuris sui causa illos adirent.* Plaut. Bacch. 2, 3, 25. 36 Postquam Praetor recuperatores dedit, Damnatus demum, vi coactus reddidit ducentos et mille Philippum. Tacit. Ann. 1, 74 extr. Patiens tulit absolui reum criminibus maiestatis; de pecuniis repetundis ad reciperatores itum est. *Sic causa Caecinae, qui querebatur, se vi Aebutii e possessione esse depulsum acta est a Cicerone apud Reciperatores, quos passim alloquitur. Sic pro Caecin. 8 c. 3 At si quis mihi hoc iudex, recuperatorue dicat, Potuisti enim, etc. Conf. ibid. 61 c. 21. Gell. 20, 1, 13 Praetores iniuriis aestimandis recuperatores se daturus edixerunt. Reciperatores ex omni numero ciuium repente apprehensos litigantibus datos esse, patet ex Plin. Epist. 3, 20, 9 Nam vt in recuperatoriis iudiciis, sic nos in his comitiis quasi repente apprehensi fidei iudices fuimus. Conf. Cic. Verr. 3, 28 c. 11. it. 32 c. 13. it. 68 c. 28. it. 136 c. 59 sq. unde apparet a praetore datos, a partibus more aliorum iudicum reiectos: itemque illud, datos ad recuperandum, quod quis dare iniuria coactus fuisset. Sic Liu. 26, 48 Contentio de corona murali quum prope seditionem veniret, Scipio tres recuperatores cum se daturum pronuntiaffet, qui cognita causa testibusque auditis iudicarent, vter prior in oppidum transcendisset; C. Laelio et M. Sempronio aduocatis partis vtriusque P. Cornelium Caudinum de medio adiecit; eosque tres recuperatores confidere, et causam cognoscere iussit etc. videamus de medio sumtum Cornelium, vel omnes potius. Liu. 43, 2 Praetori negotium datum est a senatu, vt in singulos, a quibus Hispani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine senatorio daret, patronosque quos vellent sumendi potestatem faceret, etc. De tali genere prouinciali recuperatorum intelligendus videtur etiam Cic. pro Flacco 11 c. 4 Inimicus (Flacco) M. Caelius, quod, cum in re manifesta putasset nefas esse, publicanum iudicare contra — publicanum, sublatus erat e numero Reciperatorum.*

**RECUPERATORIVS, a, um.** Adi. Quod ad recuperatorem pertinet. Cic. de Inuent. 2, 60 c. 20 Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficii, de quo inter sicarios quaeritur, praedictum fieri. Iudicium recuperatorium Plin. Epist. 3, 20, 9. et Suet. Vesp. c. 3 Ingenuam et ciuem Rom. recuperatorio iudicio pronuntiatam. Val. Prob. c. 25 *Quanti ea res erit, tantae pecuniae iudicium recuperatorium dabo.*

**RECUPERATIVVS, a, um.** Adi. *Vt, Status recuperatiuus.* Aggen. Urb. de Limit. p. 63. edit. Goef.

**RECUPERABILIS, e.** Adi. *Vnde Irrecuperabilis.*

**RECŪPIO, iui, itum, ěre.** [*ὑπερβαίνω*] *Valde cupere, adfertur ex Plaut. Capt. 4, 2, 76 Quin ita faciam, vt recupias facere sumtum, et si ego vetem. Sed Gronouius et meliores Vt te cupias.*

**RECŪRO, āre.** [*ἀνακομιζῶ*] *Diligenter et iterum curare.* Plin. 13, 12 *Quae non esset ita recurata, in suo mansit amphitheatrica. de charta. Otio se recurrare Catull. 45, 15. Vulneratis domi relictis et plagas recurrantibus Apul. Met. 6 p. 183.*

**RECŪRRO, curri, cursum, ěre.** [*ἀνατρέχω, παλινδρομέω*] *Rursum vel retro currere.* Ter. Adelph. 4, 1, 10 Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio. Cic. Fam. 14, 3 Dexippo quoque ita imperavi, statim vt recurreret. Recurrere cursum ad aliquem Plaut. Cist. 2, 3, 50. Cic. Att. 2, 12 Quare quanquam iam te ipsum exspecto, tamen isti puero, quem ad me statim iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam. Ad suos auctores recurrere, qui vendidere Papius Iustus in l. Imperator. §. 1 D. de administr. rer. ad Remp. pertinent. Cic. de Nat. Deor. 2, 51 c. 19 Lunae species mutatur tum crescendo, tum defectionibus ad initia recurrendo, ad novilunium decrescendo. Ad rationem eam recurrunt Quinctil. 1, 6. In arcem recurrere Liu. 4, 55. Cic. Att. 13, 45 (47) Equidem Cal. in Tufculanum recurram. In contrarium recurrere dicuntur argumenta, quae retrorsum aut reciproce valent Quinctil. 5, 9. Recurrere eodem Columel. 8, 14. Aqua versa recurret ad fontem Ouid. Epist. 5, 30, 2. Et metuit, ne qua versa recurrat hiems, de hirundine Ouid. Fast. 2, 854. Luna recurret Tibull. 2, 4, 18. Opus inceptum saepe recurret Ouid. de Arte Am. 3, 360. Plin. in Paneg. 88 extr. Etenim vt nomine Augusti admonemur eius, cui primum dictum est: ita haec Optimi appellatio, nunquam memoriae hominum sine te recurret. Recurrere rure Hor. Sermon. 1, 2, 127.

**RECŪRRENS, entis.** Partic. [*ἀνατρέχων*] *Vt, Sol recurrens Virg. Aen. 7, 100. Per annos recurrentes accepta libertas Hor. Epist. 2, 1, 147. i. singulis annis.*

**RECŪRSVS, ūs. m.** [*ἀναδρομή*] Plin. 16, 25 *Natales pomorum recursus annuos versicolori nuntio promittunt. Liu. 26, 42 extr. Vt subeunti saepe ad moenia vrbis recursus pateret. Cels. 4, 4 Si vero his morbus lenatus, iamque fauces et cibum et spiritum capiunt, facilis ad bonam valetudinem recursus est. Ad pristinum militiae ordinem recursus Val. Max. 2, 7, 15 de iis, qui poenae causa ex equitibus pedites, ex peditibus funditores facti fuerant. Cursus et recursus aduersis spatiis inire Virg. Aen. 5, 583. Lydia perfusa Maeandri recursibus Plin. 5, 29. Celeres recursus spondere Ouid. Met. 6, 450. Insuperati recursus Claud. in Ruff. 1, 331. Dant fata recursum Ouid. Epist. 6, 59. Apul. de Mundo p. 730, 14 Floridi, Cum*

fluctuum concurrentium mole nunc progressibus litora, nunc recurribus sinus caesi quatiuntur.

RECURSIO, ōnis. f. *Idem.* Mart. Capell. 9 p. 308 Quo gemmata poli voluere sidera Suevit lege ratâ sacra recursio. *Conf.* Apul. in Asclepio.

RECURSO, ãre. Frequent. [*ἀνατρέχουμαι*] Plaut. Mostell. 3, 1, 54 Quid ego recursem? aut operam sumam, aut conteram? Virg. Aen. 4, 4 Multusque recurfat Gentis honos, *i. redit subinde in memoriam.* Recurabant animo vetera omnia Tac. Hist. 2, 78, 2. Captaeque recurfat Attonitis arcis Facies Sil. 6, 555. Huc et huc recurfare Senec. Med. f. 6. Cura sub noctem recurfat Virg. Aen. 1, 666. Cura dies noctesque recurfans Stat. Theb. 1, 316. Longe recurfant Lucret. 2, 105.

RECURSITO, ãre. *Idem.* Mart. Capell. 1 p. 10 Hic cursor plerumque recurfitans gaudet occupari.

RECURVVS, a, um. Adi. [*ἀνακμπύλος*] Retro curuatus. Columel. 3, 18 Quidquid recuruum et sursum versus spectans, demersum est, quum tempestiuum eximitur, in modum hami repugnat oblectanti fossori. Plin. 9, 33 *de cochleis*, Ad plausum apertis, ad buccinam recuruis. Aera recurua, *Hami* Ouid. de Rem. Amor. 210. Cornu recuruum *Idem* Amor. 3, 13, 17. Hasta Ouid. Fast. 2, 560. Pedes *Idem* ibid. 2, 251. Puppis Ouid. Met. 8, 141. Rostrum Claud. in Eutrop. 2, 230. Tectum Ouid. Epist. 10, 71.

RECURVO, ãre. [*ἀνακμπυλάζω*] Retro. Columel. 5, 10 Quum ad scrobis solum radix peruenit, duritia humi coërcita recuruatur, et ex summo duum ramorum ambas radices emittit. Aquas recurvare in caput *magae opus*, *i. facere ut ad fontem resuat* Ouid. Amor. 1, 8, 6. Horrentesque situ gladios in, saeva recuruant Vulnere Stat. Theb. 3, 583.

RECURVĀTVS, a, um. Partic. [*ἀνακμπυλαδεις*] Columel. 3, 18 Praetorto capite et recuruato semen. Cels. 5, 26, 28 Recurua-to articulo curatio adhibita. *Add. 8, 1 sub fin.* Os quod pectinem vocant — recuruatum in exteriora in feminis. Vndis recuruatis ludit Maeander Ouid. Met. 2, 246.

RECŪSO, ãre. [*ἀναίνομαι, ἀναδύνομαι*] *q. d. causam revertere, vel contra causari, i. declarare, se nolle.* Aur. Viçt. de Viris illust. 44 Imperatoris nomen a militibus, et a Senatu triumphum recusavit oblatum. Cic. Verr. 2, 5 Quando id, quod imperaretur, recusavit? *Ibid.* 4, 85 Quum recusaret, vehementer minatur. Virg. Georg. 1, 53 Et quid quaeque ferat regio, et quid quaeque recuset. Vires recusant ferre rem illam Hor. Epist. 2, 1, 259. *Conf.* Id. A. P. v. 39. Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso Virg. Aen. 2, 704. Longe recusare Virg. Aen. 5, 406. Cic. Verr. 5, 140 Seruilius et recusare et deprecari. Amicitiam alicuius recusare Caes. Bell. Gall. 1, 44. Arma Virg. Aen. 5, 417. Iudicium Callistratus l. 36 ff. de iudiciis, et Gaius l. 29 de noxalib. action. Iussa Virg. Aen. 5, 749. Munus legationis Caes. Bell. Ciuil. 1, 33. Periculum *Idem* ibid. 7, 19. Sortem Caes. Bell. Gall. 8, 1. Verbera Tibull. 1, 9, 37. Vetera omnia recusabant animo Tacit. Hist. 2, 78. Vincla leones recusantes Virg. Aen. 7, 16. Vxorem filius grandi cum dote recusat Hor. Serm. 1, 4, 50.

¶ 2 *Ad causas iudiciorum proprie pertinere hoc verbum, ista satis declarant:* Cels. in l. 48 D. mandati, Quintus Mucius Scaeuola ait: Si quis sub vsuris creditam pecuniam fideiussisset, et reus in iudicio conuentus, quum recusare vellet sub vsuris creditam esse pecuniam, et fideiussor soluendo vsuras, potestatem recusandi eas res sustulisset, eam pecuniam a reo non petiturum. Recusare actionem, *i. Exceptione depellere.* Vlpian. in l. Quod ad heredem D. de magistrat. conuen. *Idem* l. 4 in princip. D. de re iudicat. *ubi etiam paullo post dicitur*, Rem iudicatam recusare. Cic. Verr. 1, 6 Sin absoluitur, desinemus nos de iudiciis transferendis recusare. Multo plures esse, qui de tributis recusent Cic. Fam. 3, 7. Ne fieret, vehementer recusare *Idem* ibid. 1, 9, 35. Cic. Att. 2, 1 Neque recusas quin non modo, si opus sit, sed etiam si velim accurras. Non possumus quin alii a nobis dissentiant, recusare Cic. Acad. 4, 7. *Idem* de Fin. 1, 7 c. 3 Nec vero ut noster Lucilius, recusabo, quo minus omnes mea legant. Cic. pro Flacc. 97 Populum Rom. disceptatorem non modo non recuso, sed etiam depono. Recusare, *pro Accusationem depellere, ac proprie adeo, dixisse Budaeo videtur* Cic. de Clar. Orat. 90 c. 23 Tum igitur Galba recusans pro sese. *Sed nec*

*improbabilis est coniectura Gruteri, ex Val. Max. 8, 1, 2 legendum, nihil recusans.* Recusare etiam significat, quod habueris dimittere, ac nolle amplius habere Tertull. de Pallio c. 3 *de serpentibus*, Cum squamis et anni recusantur. Commodus in epistola apud Spartian. in Pescennio c. 4 Pescennium fortem virum noui, et ei tribunatus iam duos dedi: ducatum mox dabo, ubi per senectutem Aelius Corduenus rempubl. recusauerit, *i. munera, quae iam habet, deprecabitur ac deponet.* Plura ipsius Tertulliani dedit ad locum e Pallio Salmastus p. 194. Passiue Liu. 1, 24 Cum Trigeminis agunt reges, ut pro sua quisque patria dimicent ferro: ibi imperium fore, vnde victoria fuerit: nihil recusat: tempus et locus conuenit.

RECŪSANS, antis. Partic. [*ἀνανόμενος*] Cic. Verr. 2, 129 Itaque sit omnibus recusantibus et implorantibus. Rogatus et recusans hoc feci Cic. in Orat. 36. Militibus nullum periculum pro salute Caesaris recusantibus Caes. Bell. Ciuil. 3, 26. Ministri recusantes Ouid. Fast. 2, 387. *Add.* ib. 3, 859.

RECŪSĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. Ouid. ex Pont. 4, 13, 27.

RECŪSATIO, ōnis. f. [*ἀνάουσις*] Caes. Bell. Ciuil. 3, 98 Quod ubi sine recusatione fecerunt, etc. *Add.* ib. 8, 1. Cic. de Orat. 2, 26. Nam haec ipsa recusatio disputationis, disputatio quaedam fuit mihi quidem periucunda. Sine recusatione ac sine vlla mora negotium susceperunt Cic. Cat. 3, 5 c. 2. Recusatio, *pro Defensione seu exceptione.* Cic. de Legib. 2, 41 Poena vero violatae religionis, iustam recusationem non habet. *Idem* de Inuent. 2, 12 c. 5 Aliud accusatio aut recusatio conficere debet. *Et de Orat.* 2, 364 c. 89 Adimere, inquit, omnem recusationem Crasso volui. *Metaphor.* Recusatio stomachi Petron. c. 141. *i. nausea, horror.*

RECŪSABILIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 4, 35 Reuelatio prima recusabilis, etc.

RECŪTIO, ãre. August. Confess. 8, 11 Incutiebat horrorem, sed non recutiebat retro, nec auertebat.

RECŪSSVS, a, um. Partic. [*ἀνασασδεις*] Virg. Aen. 2, 53 Vetroque recusso Insonuere cauae gemitumque dedere cauernae. Recusso pro Concusso, *inquit* Seruius, Praepositio pro Praepositione. Aequor recussum Valer. Argon. 5, 167. Recussus somno Apul. Met. 105 p. 170, 27. *i. excussus, excitatus.*

RECUSVS, ūs. m. Plin. 8, 53 In haec se librant, vt tormento aliquo rotati in petras, potissimum e monte aliquo in alium transfilire quaerentes, atque recussu perniciosus quo libuerit exultant. *de ibicibus.*

RECUSABILIS, e. Adj. Cael. Aurel. Tard. 3, 6, 88 Recussabilis sphaera, quam Italianam vocant, inter exercitationes ponitur. *Quid sit ea, quam Corycomachian alias vocat, supra s. l. a nobis descripta? in ea certe recussatur, repellitur, relabens subinde succus, qui potest etiam sphaericus esse.*

RECUTITVS, a, um. Adj. [λαπόδημος, περιτμητος] Cui resecta est cutis glandem tegens: quo nomine dicti sunt Iudaei, a verendum cute summa recisa. Martial. 7, 29 Nec recutitorum fugis inguina Iudaeorum: Nec te Sarmatico transit Alanus equum. Recutiti, ἀποστυρμένοι, περιτμητοι Gloss. Vet. it. Recutitus ἀπεστυρμένος. Conf. Io. Britann. ad Pers. 5, 184. Baron. Ann. Eccl. ad A. C. 57 et 70. Martial. 9, 59 Nec ruptae recutita colla mulae, i. subnascente noua subinde pelle callosa. Callus enim nihil aliud est, quam renascons ex multiplici laceratione cuticula. Loquitur Poëta de rebus usu tritis, quales sunt anfae veterum Corinthiorum, it. Crus compede lubricum decenni, etc.

## R E D

REDACCENDO, ère. Iterum accendo. Commeatus vitae brevior, et facilior ante extinguere, quam redaccendi Tertull. de Anima c. 30 extr. Redaccensus est animus Hierosolymam proficiscendi Hieron. Ep. 6 pr. ad Florent.

REDA, vid. RHEDA.

REDABSOLVO, solui, solutum, ère. [ἀπολύω] Laudatur Plaut. Curc. 3, 84 Sequere hac, te redabsoluam qua aduenisti gratia. Sed ted absoluam al. te absoluam Gronou. d. interposuere quidam ad elisionem impediendam: unde ortum redabsoluam.

REDADOPTO, àre. Iterum siue denuo adoptare. Modestinus in l. si pater filium D. de adopt. Sed nec is in patris potestatem (inquit Iurisconsultus) reuertitur, quem auus retinuerat, filio dato in adoptionem, quem denuo redadoptauit. Nam etsi in vulgaribus legitur Redadoptauit, in Pandectis tamen Florentinis legitur Redadoptauit, ac rectius.

REDADVNO, vnde

REDADVNIATIO, vid. READVNIATIO.

REDAMBULO, àre. [ἀναβυδίζω] Reuertit. Plaut. Capt. 4, 2 40 extr. Cura quam optime potes. ER. bene ambula, et redambula.

REDAMNO, àre. Redamnare suam sententiam Oct. Horatian. 2, 2, 5.

REDAMO, àre. [ἀντιφάω] In amore respondere, Contra vel similiter, siue me auantem amare. Cic. de Amicit. 49 c. 14 Quid enim tam absurdum, quam delectari multis inanibus rebus: vt honore, vt gloria, vt aedificio, vt vestitu, cultuque corporis: animo autem virtute praedito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare possit, non admodum delectari?

REDANDRVO, s. REDAMTRVO, àre. Dubiae orthographiae 50 verbum, quia obsoletum. Apud Festum sic editur, Redentruare dicitur in Saliorum exultationibus, quum Praeful ampirauit, quod est motus edidit, ei referuntur inuicem iidem motus. Lucilius: Praeful vt ampiruet, inde vulgus redemplauit: quae vt legant viri docti, ostendimus in AMTRVO. Hic modo ponamus, quae habet Nonius 2, 739 55 Redandruare, Redire. Lucil. Sat. 9 Vt vulgus redandruet inde. Pacuius Chryse, Graecos nihil mediocriter redandruare.

REDANIMO, àre. Tertull. de Resur. Carn. c. 13 Nec redanimari, sed reformari existimentur. Add. ibid. c. 31.

REDANIMATVS, a, um, Partic. Tertull. loc. cit. c. 19 Redanimatus et reuiuificatus.

REDANIMATIO, ònis. f. Tertull. loc. cit. c. 38 Ad praesentem gratiam redanimationis.

REDARATOR, òris. m. Apud Seru. in Georg. 1, 21 videtur dici deus aliquis rusticus. al. Reparator. 65

REDARDESCO, ère. [ἀναπυρῆμαι] Iterum ardescere, recandescere. Ouid. de Rem. Amor. 734 Sic nisi vitaris quidquid reuocabit amorem, Flamma redardescet, quae modo nulla fuit.

REDARGVO, ui, ūtum, ère. [ἐξελέγω] Reprehendere, vt conuincas. Cic. Tusc. 2, 5 Philosophia nascatur Latinis quidem literis ex his temporibus, eamque nos adiuuemus, nosque ipsos redargui refellique patiamur. Idem de Nat. Deor. 3, 88 Improborum igitur prosperitates, secundaeque res redarguunt, vt Diogenes dicebat, vim omnem deorum, ac potestatem. Poterat autem impune, quis enim redargueret? Cic. de Finib. 2, 55. Redargue me si mentior Idem pro Cluent. 62 c. 23. Inconstantiam alicuius Id. pro Domo 21 c. 9. Verba alicuius redarguere armis Virg. Aen. 11, 688. Quintil. 6, 4 Refutatio non sit in negando, redarguendo, defendendo, eleuando.

REDARGVTIO, ònis. f. a Boëthio hac voce redditur Graecum ἔλεγος. vid. Voff. Etymol. f. 43 et de Vit. L. L. 3, 41. 80

REDARMATVS, a, um, Adj. Iterum armatus. Dict. Cretenf. l. 2 Nouis iaculis manus vtriusque redarmatae sunt.

REDAVSPICO, àre. et REDAVSPICOR, àri. [ἐπαύρομαι] Denuo auspiciam sumere vel auspicari. Plaut. Capt. 3, 5, 109 Exauspicauit ex vinculis, nunc intelligo redauspicandum esse in catenas denuo, 85 a. Coepi ego liber esse, iam redeundum est in vincula.

REDDO, reddidi, redditum, ère. [ἀποδίδωμι, ἀναποδίδωμι, ἀμείβω, ἀποτίω] Proprie est ablatum vel acceptum restituere. Ter. Adelp. 2, 4, 16 Reddetur, ne time. SA. at vt omne reddat. s. omne reddet. Mutuari aliquid ab aliquo, et ei vicissim reddere aliquid aliud Cic. de Fato 3. Ea, quae acceperis vtenda, maiore mensura iubet reddere Hesiodus Cic. Off. 1 c. 15. Vltionem minatur Pythias Ter. Eun. 5, 8, 18 Reddam, hercle! Reddere est egerere assumpta in cibo, potu, etc. Plin. 10, 47 Inter aquaticas mergi solent deuorare, quae caeterae reddunt. Vid. n. 2 Crepitum, Excrementa, Fimum, Humorem, Lapidem, Sanguinem, Vrinam. Cels. de verb. signif. l. Verbum, Reddendi verbum, quanquam significatum habet retrodandi, recipit tamen et per se dandi significationem. Conf. Paull. Ict. l. 11 ff. de Iust. et iur. Reddit pratuni in pabulo non minus quam in feno Colum. 2, 17, 2 aequae utile est domino, quod pascea praebet, quam quod fenum. Reddunt vinum pulcherrimum Amineae Pallad. Febr. 9, 4. Varro R. R. 3, 3 Vt LX reddiderit eo anno ea pars villae, bis tantum, quantum tuus fundus reddit. Videntur tales formulae ortae ex eo, quod semen, item labor velut creduntur terrae: illa reddit cum fenore. Plin. 5, 4 Ita appellatur regio — fertilitatis eximia, cum centesima 105

- fruge agricolis fenus reddente terra. *Vid. mox Flores it.* Fructus reddere. *it.* REDDITVS, ūs. Reddere, Reponere. Plaut. Most. 1, 2, 29 Tempeſtas venit, confringit tegulas, imbricesque: ibi dominus indiligens reddere alias ne volt. Reddere, *pro Referre, ſive recensere,* *vid. Quinctil.* 10, 1, 75. Plin. in praef. Tria non amplius, vt opinor, absolute quae traduntur inſcripta, ille fecit, quae ſuis locis reddam. Inſigne Epponiae vxoris exemplum reddetur ſuo loco Tac. Hiſt. 4, 67, 4. Reſtat, vt aetherios fines tibi reddere coner Manil. 1, 563. Redde age, quae deinceps riſiſti, etc. Hor. Serm. 2, 8, 80. *i. Renuntia.*
- 10 Perge, Pomponi, de Caefare, et redde quae reſtant Cic. de Clar. Orat. 258. *Sic n. 2 Cauſas.* Pſeudo-Cic. poſt redit. in Senat. 1 Qui denique noſmetipſos nobis reddidiſti, *i. feciſti, vt frui meis animi et corporis bonis queam. Ad ſimilitudines quaſcunque indicandas verbum reddere Poetae et alii ſcriptores adhibent, quod ſermonis genus a ſpeculis*
- 15 *tractum videtur, quae reddunt illaſas imagines. Illuſtrant copioſe hoc genus loquendi viri docti ad Sil.* 2, 634. *Sic n. 2 Reddere Colorem, Eloquentiam, Exemplum, Imaginem, Nominem.* Plin. Epiſt. 7, 19, 9 Tantae feminae matrem ruruſ video amittere, quam haec vt reddit, ac reſert nobis, ſic, etc. Clodius omnes Catilinas reddidit Cic. Att. 20 4, 3. *Qui aliquid faciendum conduxerunt, poſtquam fecere, reddunt locatori. Hinc Reddere ſaepe eſt facere, efficere. Vid. n. 2 Commotum, Diſtum, Dubia, Exercitatum, Ferrum, Impetratum, Incerta, Inſectum, Inſignem, Meliorem, Otioſum, etc. Vt caritas liberorum, amiciores Reipub. parentes redderet Cic. Fam. 12, 3. ¶ 2 No-*
- 25 *mina elementari ordine diſpoſita: Anhelitum reddere, ac per vices recipere, Respirare Plin.* 9, 7. Cic. de Nat. Deor. 2, 135 c. 54 Excipiatque Animam, eam quae ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret, ac reddat. Plin. 11, 37 Sub corde pulmo eſt, ſpirandique officina, attrahens ac reddens Animam. *Sed etiam Animam reddere eſt Mori, exſpirare, Animas dulces reddunt ad praefepia Virg.*
- 30 *Georg.* 3, 495. *Meleagri mater apud Ouid. Met.* 8, 505 Biſque datam, primum partu, mox ſtipite raptu, Redde Animam. Et prius hanc Animam vacuas reddemus in auras Ouid. ex Pont. 2, 11, 7. Animam crudelem per vulnera Ouid. Faſt. 5, 469. *Sed Idem Met.* 2, 644 Ani-
- 35 *mas tibi reddere ademptas Fas erit, i. vitam reſtituere mortuis. Hor. Carm.* 1, 16, 28

Dum mihi

Fias recantatis amica

- Opprobriis, Animumque reddas; h. e. Spem mihi red-
- 40 *integrandi amoris facias, Acron. Sed quid ſi eſt, ſpem et fiduciam felicitatis reddas, vt Ter. Andr.* 2, 1, 35 Nuptias effugere ego iſtas malo, quam tu adipiſcier. CHAR. reddidiſti Animum. Cic. Att. 14, 14 Pueru quoque hoc a me dabis, ſi tibi videbitur, vt Animum eius conciliatum reddas. Apodixim deſunctoriam Petron. c. 132.
- 45 *Celf.* 2, 14 Oportet autem neque recentiores viros in his fraudare; quae vel repererunt, vel recte ſecuti ſunt: et tamen ea, quae apud antiquiores aliquos poſita ſunt, Auctoribus ſuis reddere. Ter. Phorm. 2, 2, 22 Pro maleficio ſi Beneficium ſummum nolunt reddere. Quinctil. 7, 5 In paupere gratior liberalitas, quam in diuite: dante
- 50 Beneficium, quam reddente. Cic. Off. 1, 48 c. 15 Nam quum duo genera liberalitatis ſint, vnum dandi Beneficii, alterum reddendi. Hor. Serm. 1, 4, 116 Sapiens vitatu, quidque petitu Sit melius, cauſas reddet tibi. Clamorem Liu. 5, 38. *contra vel viciffim clamare. Colorem vini Plin.* 27, 12. Commotum reddam te, *vox acerrime minantis plagas Ter. Andr.* 5, 2, 13 *vbi Donatus, Commotum, citum, celerem. Corpus ſepulcro reddere Virg. Aen.* 2, 542. Crepitus reddere dicuntur aſini, Onopordon ſi comederint Plin. 27, 12 ſ. 87. Data reddere nolunt Quid. de Arte Am. 1, 433. Delibutum gaudio reddere, *vid. DELIBVTVS. Depositem Cic. Off.* 1, 31 c. 10.
- 60 *Diſta reddere, i. Reſpondere Lucret.* 4, 463. Diſtum ac factum reddidi, *perfecti ſtatim, vti diſtum fuit Ter. Heaut.* 4, 5, 12. Cic. Acad. 4, 84 Et ſi vna ſefellerit ſimilitudo, Dubia omnia reddiderit. Quinctil. 1, 1, 6 Et Laelii filia reddidiſſe in loquendo paternam Eloquentiam dicitur. *i. vetuliſſe, ſimili eloquentia uſam in loquendo. Cic.*
- 65 *Att.* 1, 20 Cincius noſter eam mihi abs te Epiſtolam reddidit, quam tu Idib. Febr. dederas. Excrementa Plin. 9, 43. Exemplum ac Effigiem virtutis alicuius reddere, *Repraefentare Liu.* 26, 14 *extr.* Exſequias reddere, *Soluere tanquam debitum Ouid. ad Liu.* 218. Exercitatum te reddam, *vid. EXERCITOR. Quas hominum Facies reddunt, qualesque colores? i. efficiunt Lucret.* 6, 812. Farinam reddere dicuntur quae moluntur Plin. 18, 9. Ferociorem et impotentio-
- 70 *riorem aliquem reddere Cic. Fam.* 4, 9. Fungar vice cotis, acutum reddere quae Ferrum valet, exfors ipſa ſecandi Hor. Art. Poët. v. 304. Fimum reddere, *pro Cacare Plin.* 8, 15. Columel. 2, 15, 4.
- 75 *Plin.* 16, 26 Abies Flores croci colore circa ſolſtitium, Semen reddit poſt vergiliarum occaſum. Fructum quem Lemni vxoris reddunt praedia Ter. Phorm. 4, 3, 75. Geſtus reddunt brachia Ouid. Met. 6, 308. Columel. 4, 3 Experto mihi crede Syluina, bene poſitam vineam, bonique generis, et bono cultore, nunquam non cum magno
- 80 fenore Gratiam reddidiſſe. Honorem ſuum cuique et gradum reddere Cic. pro Roſc. Amer. 136. Humorem reddere, *pro Meiere Plin.* 11, 26. Idem 11, 37 Adeoque iis absoluta vis ſpeculi, vt tam parua pupilla totam Imaginem reddat hominis. Imagines ſiniſtras reddit ſpeculum Quinctil. 11, 3, 68. Imaginibus redditis veris Plin. 35, 7.
- 85 *Impetratum reddere aliquid alicui, i. Impetrare Plaut. Epid.* 1, 1, 46. Cic. Acad. 4, 110 Itaque non metuit, ne confundere omnia videatur, et incerta reddere. Inſectum Hor. Carm. 3, 29, 47. Inſignem arte multa reddere aliquem Virg. Aen. 5, 705. Iura reddere Ouid. Faſt. 1, 252. Iura reddere foro Stat. Silu. 1, 4, 47. Ius vel iudicium
- 90 reddere populo Ter. Phorm. 2, 3, 57. Caef. Bell. Gall. 7, 76 Pro quibus meritis ciuitatem eius immunem eſſe iuſſerat, Iura, legesque reddiderat. Iuſta reddere funeri Plin. 10, 2. *Conf. Cato apud Columel.* 11, 1. Lapidem reddere *calculus e veſica Scribon.* 146. Latine reddere, *Vertere ſignificat Cic. de Orat.* 1, 155 c. 34 Vt quum ea,
- 95 quae legerim Graece, Latine redderem, non ſolum optimis verbis vterer, etc. Cic. Fam. 2, 1 Scripta et obſignata iam epiſtola, Literae mihi redditae ſunt a te. Lucem redde tuae, dux bone, patriae, *ad Auguſtum Hor. Carm.* 4, 5, 5. Ludos reddere, *vid. LVDVS. Me vitae redde priori Hor. Epiſt.* 1, 7, 95. Meliorem aliquem reddere Cic. Att. 2, 1. Merces reddita mihi Ouid. ex Pont. 3, 3, 39. O fortunata Mors, quae naturae debita, pro patria eſt potiſſimum reddita Cic. Philipp. 14, 41. Mors iam vitae reddita Lucret. 4, 765. Mors vitae reddita. h. e. Vita cum morte commutata, *inquit Lambinus. Sed recte ex MSS. Hauerc. Quem Reddita vita iam mors et terra*
- 105 *potita eſt: ex quarta Coniugatione. Motus genitales Lucret.* 2, 228

quos deinde v. 242 ita describit, Neque ictus gignere per se, Qui va-  
 rient motus, per quos natura gerat res. Nitorem Plin. 28, 8. No-  
 men Idem 7, 21. Nomine aliquem reddere, Habere idem nomen  
 Virg. Aen. 6, 768. Odorem reddere, pro Odorem emittere, siue  
 spirare Plin. 36, 23. Conf. ibid. c. 19. Onera ciborum, vid. ONVS. 5  
 Plaut. Epid. 1, 1, 22 Te volo percontari, Operam da, opera reddetur  
 tibi. Gron. Reddibitur: quod tamen in nullo codice obseruatum, iam  
 Taubmannus monuit: sed redditur aut reddetur. Cic. Fam. 16, 12  
 Tu Musis nostris para vt operas reddas. i. Absoluas pensum. Idem  
 ibid. 9, 25 Mathonem et Pollionem inimicos habet Fabius: quid mul- 10  
 ta? non me hercule tam perscribere possum, quam mihi gratum fece-  
 ris, si Otiosum Fabium reddideris. Cic. de Fin. 3, 12 Qui omnia  
 sic exaequauerunt, vt in vtramque partem ita Paria redderent, nulla  
 selectione vterentur eius, virtutem ipsam sustulerunt. Partum  
 reddere, Parere, vid. Partus, in PARIO. Perfectum reddere ali- 15  
 quid, Perficere Plaut. Afin. 1, 1, 109. Poenas reddere, vid. POENA.  
 Plin. Epist. 10, 64 et 66 Reddendum Poenae, quam fractis vinculis  
 euasit. Promissa reddere alicui Virg. Aen. 5, 386. Quies nulla  
 reddita est corporibus Lucret. 2, 95. Plaut. Aul. 1, 1, 6 Tibi ego  
 Rationem reddam stimulorum seges? Ratio reddunda est Lucret. 20  
 5, 67. Rationem reddere acti, vel suae vitae Cic. de Fin. 3, 12.  
 Idem Diuin. in Caec. 27 c. 9 Nihil est enim, quod minus ferendum  
 sit, quam Rationem ab altero vitae reposcere eum, qui non possit suae  
 reddere. Rationem sententiae suae redderet Cic. Tusc. 1, 39. Idem  
 Acad. 4, 105 Vt etiam si possis Rationem reddere, cur id eueniat, ta- 25  
 men, etc. Rationem reddere quare Quinctil. 7, 2. Nec Respon-  
 sa potest consultus reddere vates Virg. Georg. 3, 491. Aequum est  
 Peccatis veniam poscentem reddere Rursus Hor. Serm. 1, 3, 75. Sangu-  
 inem reddidit Plin. Epist. 5, 19, 6 de pulmonis vitio. Vid. Scrib. 149.  
 Saporem reddere Plin. 19, 12. Segniorem reddere ad responden- 30  
 dum, etc. Cic. de Fin. 1, 34. Semen reddit arbor Plin. 16, 26.  
 Seruum reddere in potestatem domini Vlpian. in l. Aut damnum §. vlt.  
 D. de poenis. Se conuiuio reddere Liu. 23, 9 redire ad conuiuium.  
 Sese epulis reddere Sil. 11, 368. Se labori reddere Claud. Paneg. 8.  
 Solatia reddita confusae menti Ouid. ex Pont. 1, 3, 3. Sonum red- 35  
 dere, pro Facere et excitare Plin. 11, 51. Cic. Tusc. 1, 96 Quo So-  
 nitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiae, qui in  
 eum fuerat teterrimus. Sonitum plangoris reddere Ouid. Met. 3,  
 493. de Echo. Liu. 28, 34 Vt aut (si ita videatur) reddant Spiritum  
 P. Scipioni ab eodem illo acceptum: aut seruati bis vni debitam 40  
 vitam pro eo in perpetuum deuoueat. i. Pro Scipione fundant, qui-  
 bus, vt ne funderetur, defendit Scipio. Statua reddita est ei tum a  
 maioribus pro vita Cic. Philipp. 9, 5. Stridorem reddit ianua  
 Ouid. Met. 11, 608. Suggillata reddere colori restituere eis suum co-  
 lorem Plin. 20, 11. Stat. Theb. 9, 121 Tandem intermissa iaculan- 45  
 tum nube, potestas Reddere Tela fuit, i. vicissim emittendi in hostes.  
 Titulum reddere meritis Ouid. Met. 13, 372. Transactum reddere  
 aliquid, Transfigere Plaut. Capt. 2, 2, 95. Tibull. 1, 3, 34 Redde-  
 reque antiquo menstrua Tura lari, i. in aram dare. Cic. Att. 12,  
 44 Sed, quaeso, confice, et te Vacuum redde nobis. Subaud. Ab omni 50  
 solitudine. Liu. 3, 26 pr. Tantam Vastitatem in agro Sabino red-  
 didit, i. effecit. Verbum reddere pro verbo, interpretando Cic. de  
 Opt. gen. Orat. 14 c. 5. Vicem reddere meritis Ouid. Amor. 1, 6,  
 23. Vicem alterius reddere, aliter Plin. 2, 8. Vim alicuius her-  
 bae reddere, Saporis vires referre gustu Plin. 21, 18. Ouid. Met. 55  
 10, 203 Atque vtinam pro te Vitam, tecumque liceret Reddere.  
 Cic. Verr. 5, 89 Quod reliquum Vitae viriumque fames fecerat, id  
 ferro potissimum reddere volebant. i. Reliquum vitae pugnando finire.  
 Cic. pro Planc. 92 c. 37 Qui pro Repub. Vitam reddiderunt, licet me  
 desipere dicatis, nunquam me hercule eos mortem potius, quam im- 60  
 mortalitatem assequutos putauit. Vocem humanam reddit psittacus  
 Plin. 10, 42. Voces audire, et reddere, Humaniter loqui, inquit  
 Seruius ad Virg. Aen. 1, 413. Cic. de Legib. 3, 22 Cautè Vota red-  
 dunto. Curtius 3, 7, 3 Vota deinde pro salute suscepta per ludum  
 atque otium reddens, etc. Vrinam reddere Plin. 8, 42. ¶ 3 65  
 Miscella. Reddere, interdum est, Id, quod ab aliquo acceperis, ac di-  
 dideris, vel recitare, vel cantare. Hor. Carm. 4, 6 extr. Reddidi car-  
 men docilis modorum Vatis Horati. Et Epist. 1, 18, 13 Vt puer-  
 um faeno credas dictata magistro Reddere, etc. Conf. Terentian.  
 de Anacreontico-Choriambico. Cic. de Clar. Orat. 301 Primum 70  
 memoria tanta, quantam in nullo cognouisse me arbitrator, vt quae  
 secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, qui-  
 bus excogitauisset. De Hortensio loquitur. Cuius rei meminit his ver-  
 bis Quinctil. 10, 6 Cicero certe Graecorum Metrodorum Sceptium,  
 et Eriphylum Rhodium, nostrorumque Hortensium tradidit, quae cogi- 75  
 tauerant, ad verbum in agendo retulisse. Paulo ante capite eodem  
 dixerat, Assumendus vsus paullatim, vt pauca primum complectamur  
 animo, quae reddi fideliter possint. Catull. 74, 26 O dii reddite  
 mi hoc pro pietate mea. Sic apud Plaut. Rud. 1, 3, 6 Hancine  
 ego partem capio ob pietatem praecipuam? Reddibo, futurum an- 80  
 tiquum, pro Reddam teste Non. 7, 75 dixit in Casina Plautus, item in  
 Men. (5, 7, 49) Saluum tibi ita, vt mihi dedisti, reddibo, ubi nunc  
 redhibebo editur. Plaut. Vidular. Ego seruabo, quasi sequestri de-  
 tis, neutri reddibo, apud Nonium 10, 28. Add. quae n. 2 in Mors  
 reddita, et Operam reddibo monuimus. 85

REDDITVS, a, um. Partic. Vt, Redditus his terris Virg. Aen.  
 6, 18. Vox reddita fertur ad aures Idem 3, 40. Votis publicis  
 redditus Plin. Paneg. 60, 1.

REDDITVS, ūs. m. Pro reditu s. fructu agrorum aliquoties red-  
 ditus est in MSS. Columellae, v. g. 3, 2, 3 et 5. it. 3, 3, 2. et 7, 4, 30  
 3: quod non temere videtur esse, cum verbum Reddere in ea re satis fre-  
 quens esse modo obseruatum sit. Add. REDITVS n. 2.

REDDITVRVS, a, um. Part. [ἀναδιδύων] Catull. de Acme f.  
 40, 4 Et negat mihi vestra reddituram Pugillaria, si pati potestis.

REDDITIO, ōnis. f. [ἀπόδοσις] Quinctil. 8, 3 Redditio illa 95  
 rem vtramque comparat. Redditio contraria, quae ἀναπόδοσις di-  
 citur Idem ibid. Redditionem rationis poscentibus, respondemus  
 Augustin. 21, 7.

REDDITOR, ōris. m. August. Epist. 5 Debitorum redditores.

REDEMTIO, REDEMTOR, REDEMTVRA, vid. 100

REDIMO.

REDEO, iui, et frequentius ii, itum, ire. [ἐπανήνω, ἐπανέρχο-  
 μαι, ἀπονοστώ, ἐπάνεμι] Retroire, reuerti. Ter. Andr. 1, 1, 110  
 Redeo inde iratus atque aegre ferens. Virg. Ecl. 9, 23 Tityre,  
 dum redeo (breuis est via) pasce capellas. Redire actutum Plaut. 105

- Pseud. 1, 5, 148. Redire rursus Ter. Eun. 4, 2, 6. *Add. Idem*  
 Adelph. 1, 1, 46. Redire retrorsum Plin. 9, 31. Inde domum  
 redeunt sub prima crepuscula moesti Ouid. Fast. 5, 455. Non vn-  
 quam grauis aere domum mihi dextra redibat Virg. Ecl. 1, 36. Ma-  
 5 ture redire Hor. Epist. 1, 7, 97. Tardius Ouid. Met. 10, 674.  
 Redire a foro Plaut. Amph. 2, 2, 32. Redire e suburbano Plin. 8, 40.  
 Plaut. Amph. 2, 2, 32 Redire ad nauim melius est. Ter. Heaut. 2,  
 3, 37 Ad lanam redit. Itque reditque viam toties Virg. Aen. 6,  
 122. Cic. pro Muraena 26 Praetor interea, ne pulchrum se ac be-  
 10 atum putaret, atque ipse aliquid sua sponte loqueretur, ei quoque  
 carmen compositum est, cum caeteris rebus absurdum, tum vero  
 nullo vsui, VTRISQUE SUPERSTITIBVS PRAESEN-  
 TIBVS, ISTAM VIAM DICO, INITE VIAM. Prae-  
 sto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret. REDITE VIAM:  
 15 eodem duce redibant. Cic. Att. 10, 10 Et dubita si potes, quin  
 ille, seu victus, seu victor redierit, caedem facturum sit. Plaut.  
 Men. Prol. 49 Nunc in Epidamnium pedibus redeundum est mihi,  
 Pedibus inuitis redit Propert. 2, 25, 20. Lucil. 27 apud Non. 4,  
 401 Si tamen non ad te hoc rediuit, tu hoc carebis commodo. *vide-*  
 20 *tur significare, ad te peruenit, tibi lucro fuit. Addit. Nonius*  
 Virg. Georg. 2, 401 — Redit agricolis labor actus in orbem.  
*Prouerbiū vim habet, Quid si redeo ad illos, qui aiunt, Quid si nunc*  
*caelum ruat?* Ter. Heaut. 4, 3, 41. Atque (vt ad me redeam)  
 meministis, Qu. Maximo fratre Scipionis, etc. Cic. de Amicit. 96.  
 25 Sed redeamus illuc, vnde diuertimus: Cic. Fam. 12, 25. Illuc quaeso  
 redi quo coepisti Ter. Adelph. 2, 1, 36. Illuc, vnde abii, redeo  
 Hor. Serm. 1, 1, 108. ¶ 2 *Nomina: Amores redeunt vel*  
*cum odio depositi Plin. 24, 17. Animus mihi redit Ter. Hec. 3,*  
*2, 12. Animi rediere viris Valer. Argon. 3, 468. Aut redit*  
 30 *a nobis Aurora, diemque reducit Virg. Georg. 1, 249. Calor Vere*  
*redit ossibus Virg. Georg. 3, 272. Carbasa redierunt aduerso vento*  
*Ouid. Epist. 21, 71. Plin. 13, 25 Restinctis Colore suo redeunte.*  
*Color rediit in ora Ouid. de Arte Am. 3, 730. Febres redeunt*  
*Plin. 28, 16. Gramina iam redeunt campis Hor. Carm. 4, 7, 1.*  
 35 *Mens rediit Ouid. Met. 14, 519. Mos redit Liu. 2, 43. Rabies*  
*eadem redit Lucret. 4, 1111. Ter. Phorm. 1, 2, 5 Praesertim vt*  
*nunc sunt mores: adeo Res rediit, si quis quid reddit, magna habenda*  
*est gratia. Vbi Donatus: figurate, pro ita vt loqueris, adeo res*  
 40 *rediit dixit, et proprie res rediisse dicitur, quum aliquid peius ex-*  
*spectatione contigit. Res animo redit, i. obuersatur Plin. Epist.*  
*8, 23, 6. Vires rediere Valer. Argon. 4, 675. Virtus redit*  
*in praecordia victis Virg. Aen. 2, 367. Vultus ardore remisso*  
*rediit Stat. Theb. 8 518. ¶ 3 Cum Praepositione. Ad ani-*  
 45 *num alicuius redire Quintil. 7, 2. Ad Gladios Caes. B. C. 3, 93.*  
*Cic. Tusc. 2, 29 Ad Ineptias redis: illud enim, quod me angebat,*  
*non eximis. Ad Ingenium Ter. Adelph. 1, 1, 46. et Hec. 1, 2, 38.*  
*Saepe ad Magistrum scelera redierunt sua Sen. in Thyeste v. 311.*  
*Ad nihilum redeunt res funditus omnes Lucret. 2, 755. Ter. Phorm.*  
 50 *4, 3, 43 Vt ad Pauca redeam, ac mittam illius ineptias. Ad Prae-*  
*cedentia redire Cic. de Amicit. 100. Idem Tusc. 1, 23 Vtrum igitur*  
*inter has sententias diiudicare malimus, an ad Propositum redire.*  
*Ad Pugnam Virg. Aen. 5, 454. Ad Rationem Quintil. 6, 1. Ter.*  
*Heaut. 2, 3, 78 Syre verum hic dicit: mitte, ad Rem redi. Vid.*  
 55 *Cic. de Fin. 1, 66. Ad Restim rediit res, Prouerbiū de re despe-*  
*rata Ter. Phorm. 4, 4, 5. Ad Se redire, i. ad ordinariam ratio-*  
*nem sentiendi, ad tranquillitatem etc. Cic. Att. 7, 3 Et id, quod ani-*  
*num induxerat, paullisper non tenuit, sed cito ad Se rediit. Adde*  
*Ter. Andr. 3, 5, 16. et Adelph. 5, 3, 8. Liu. 1, 41. Ad Se, et*  
 60 *ad mores suos redire, i. Pristinios mores resumere Cic. Verr. 1, 57.*  
*Ad Somnum res rediit Lucret. 3, 923. Ad Te redit hereditas Ter.*  
*Hec. 1, 2, 97. Ad Vestitum suum Cic. pro Sext. 32. Incommoditas*  
*omnis Huc redit, si eueniat discessio Ter. Andr. 3, 3, 35. Nemp-*  
*pe omnia haec verba Huc redeunt denique; ego excludor etc. Idem*  
 65 *Eun. 1, 2, 78. In Amicitiam alicuius redire Liu. 25, 16. In*  
*Concordiam redire Plaut. Amph. 3, 8, 7. Cic. Verr. 5, 144*  
*Nunquam te in horum Conspectum rediturum, nunquam in forum*  
*Populi Rom. venturum, etc. In Corda redeunt tumultus Claud.*  
*de Bell. Get. 216. In Deditionem Sueton. in Claud. Caes. c. 25.*  
 70 *Quintil. 3, 6 In adoptionem dato redire in Familiam liceat. In*  
*Fidem alicuius Liu. 25, 1. Cic. Fam. 1, 9 Vt cum Crasso redirem*  
*in Gratiam, me reconciliarem. Ter. Phorm. 5, 9 (8) 40 Redeat*  
*fane in Gratiam, iam supplicii satis est mihi. Conf. Nep. 25, 17, 1.*  
*Suet. Tib. c. 61. Cic. Fam. 9, 1 Scito enim me, posteaquam in*  
 75 *urbem venerim, rediisse cum veteribus amicis, id est cum libris no-*  
*stris in Gratiam. In Locum cum res rediit Ter. Adelph. 2, 4, 8.*  
*In Magistrum saepe scelera rediere sua Senec. Thyest. 4 v. 311. Ter.*  
*Phorm. 5, 3, 19 Non temere dico, redi mecum in Memoriam, i. Me-*  
*mineris vt ego. Cic. de Senect. 21 His enim ipsis legendis redeo*  
 80 *in Memoriam mortuorum. In Metum redire Plin. Epist. 8, 11 pr.*  
*In Mores patrios Liu. 29, 1. Idem 35, 5 Obstabant duces, hasti-*  
*libus caedentes terga trepidantium, et redire in Ordines cogentes.*  
*Perf. Sat. 6, 79 Iam mihi quarto, Iam decies redit in Rugam, i. iam*  
 85 *quadruplicatum est patrimonium iam decuplicatum. Plin. 11, 42 Ca-*  
*fcos redire in muuseum Saporem, aceto et thymo maceratos, certum*  
*est. b. e. Recipere saporem recentem et nouum. In Sedes antiquas*  
*primordia redeunt Lucret. 6, 87. Cic. Philipp. 12, 7 c. 2 extr.*  
*Quod si est erratum P. C. spe falsa atque fallaci, redeamus in viam:*  
 90 *optimus est portus poenitenti, mutatio consilii. In Speciem ve-*  
*ram rediit, solitumque nitorem Ouid. Met. 4, 231. de Apolline, qui*  
*in feminam mutatus fuerat. In Statum antiquum redire Liu. 3, 9.*  
*In Viam Ter. Andr. 1, 2, 19. ¶ 4 Redire, Prouenire,*  
*unde fit Reditus, Prouentus. Plin. 14, 4. Varro de R. R. 1, 44*  
 95 *Vt ex eodem semine aliubi cum decimo redeat, aliubi cum quintode-*  
*cimo: vt in Hetruria, et locis aliquot in Italia. In Sybaritano di-*  
*cunt etiam cum centesimo redire solitum. Nihil ad me rediit ex*  
 100 *his Cic. de Fin. 2, 78. i. Nullum ex his percipio commodum. Pecunia*  
*publica, quae ex metallis redibat Nep. 2, 2, 2. Ex qua regio-*  
*ne 50 ei talenta quotannis redibant Idem 2, 10, 3. ¶ 5*  
*Reditur, Imperfonale. Liu. 3, 5 Romam reditum est, iustitium re-*  
*missum est. Cic. de Legib. 3, 18 Sed iam si placet, de prouin-*  
*ciis discedatur, in urbemque redeatur.*  
 REDIENS, euntis. Partic. [ἐπαύριον] Vt, Annus rediens Hor.  
 Carm. 3, 8, 9. Lunae redeuntis cornua Ouid. Met. 10, 479.  
 Peregre rediens Ter. Phorm. 1, 5, 13.  
 105 REDITVRVS, a, um. Aliud Partic. [ἐπαύριον] Cic. Att. 13, 9  
 Ad

Ad quos dies rediturus sim, ad te scribam. Ouid. ex Pont. 4, 5;  
43 Fluminaque in fontes cursu reditura supino. Dies non reditura  
Propert. 2, 15, 24. Vela reditura tenebat Eurus Ouid.  
Met. 7, 664.

REDITVS, ūs. m. [ἐπίνοδος, ἀνακομιδή, κέρδος] Reuersio. 5  
Cic. de Amicit. 13 Idem dicebat semper animos hominum esse diuinos,  
illisque, quum e corporibus excessissent, reditum ad caelum patere.  
Cic. pro Cluent. 119 Hominibus ignominia notatis, neque ad hono-  
rem aditus, neque in curiam reditus esset. Cic. Att. 15, 5 Quis  
porro noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Cic. de 10  
Clar. Orat. 227 Inter profectioem et reditum L. Sullae. Ad  
meum reditum, vid. AD, Praepositionem. Haec et quae pote-  
runt reditus Abscindere dulces Hor. Epod. 16, 35. i. Spem omnem rede-  
undi auferre. Aperire reditum, Arcere reditu, Cessare ex  
reditu, Conficere reditum, vid. bb. ll. Excludi reditu Nep. 15  
2, 5, 1. Excusare reditus Ouid. Epist. Sabin. 2, 63. Ferre  
reditum, Redire. Catull. de Coma Berenicae f. 66, 35 Si reditum re-  
tulisset is. Ferre reditum in nemora Catull. de Berecynt. f. 61, 79.  
Morari reditus Hor. Carm. 3, 5, 52. Parare reditum sibi Hor. Ep.  
1, 2, 21. Parere sibi reditum, vid. Segnis prouidentia, in PROVI- 20  
DEO. Patent reditus populo Ouid. Fast. 1, 279. Perimere  
reditum, vid. PERIMO. Pollicitus maturum reditum Hor. Carm.  
4, 5, 3. Prohibere reditum Cic. Philipp. 8, 32. Promittere  
inanes redditus sibi Ouid. Met. 11, 576. Referre reditum Catull.  
de Berecynt. f. 61, 47. Retulit animo aestuante rursus reditum 25  
ad vada. Alii legunt Detulit. Referuare ad reditum, vid. AD.

Rupere reditum Parcae Hor. Epod. 14, 22. Erit non emisso redi-  
tus tibi Idem Epist. 1, 21, 6. Solis anfractus, reditusque Cic. de  
Somn. Scip. 3. Idem Fam. 13, 50 Quid illa tandem popularia?  
Reditus illustris in gratiam in quo ne per imprudentiam quidem erra- 30  
ri potest sine suspitione perfidiae. Conf. Idem Att. 2, 3. Gra-  
tiae reditus ei patet. Cic. de Arusp. Resp. 52 c. 24 extr. Quid  
existimatis eum, si reditus ei gratiae patuerit, esse facturum?  
¶ 2 Reditus, Prouentus, eo quod singulis annis redeat. Ouid. ex  
Pont. 2, 3, 17 At reditus iam quisque suos amat: et sibi quid sit 35  
Vtile, sollicitis computat articulis. Plin. 17, 1 Pecuniae redi-  
tus Nep. 25, 14, 3. de Vfuris. Scaeuola in l. 30 D. de adimend. vel  
transferend. legat. §. 1 Et si putaueris eam ad bonam vitae consuetu-  
dinem reuersam, ita viginti auri libras ei reddere, quum morieris,  
interim tamen reditus eius, id est vfuras semisses ei praestes. Ouid. 40  
ex Pont. 4, 5, 19 Aut populi reditus positam componet ad hastam, Et  
minui magna non finet vrbis opes. Status reditus Plin. Ep. 3, 19.  
i. certus. Plin. 16, 37 Nullius quippe tutior est reditus minoris ut im-  
pendii, aut tempestatum securior. de salice loquitur. Vberiores  
reditus Patere. 2. In MSS. fere perpetuo scribitur redditus: vid. 45  
Burm. ad Quinctil. Decl. 13, 15 p. 290. Vid. REDDITVS, ūs. ex REDDO.

REDITIO, ōnis. f. Cic. Verr. 1, 16 c. 6. Caes. Bell. Gall. 1, 5  
Vt domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula sub-  
eunda essent. Quid huc reditio est Tex. Eun. 4, 4, 4.

REDITO, āre. Frequent. [ἀπορωσῶ] Statim, siue continuo redi- 50  
re. Laudatur Plaut. Capt. 2, 3, 20 Ac si non reditas huc, etc. Sed  
Rebitas hoc loco legunt, i. redeas, antiqui et noui.

REDITIVVS, a, um. Legitur, in nonnullis libris, apud  
Anastaf. l. 10 C. de haeret. et Manich. al. Rediuiua.

REDHIBEO, ui, itum, āre. Ex Re et Habeo compositum, D in- 55  
terposita, causa melioris soni; Habeo autem eo sensu positum, ut in ex-  
hibeo, prachibeo f. praebeo etc. Est autem, ut ait Vlpian. De aedi-  
licio edicto, l. Redhibere, Facere, ut rursus habeat venditor, quod ha-  
buerat: quia id reddendo fiebat, idcirco redhibitio est appellata,  
quasi redditio. Festus, Redhiberi dicitur, id quod redditum est, 60  
improbaturumque. Plaut. Merc. 2, 3, 83 Quid si igitur reddatur illi  
vnde emta est? D. minime gentium. C. dixit se redhibere, si non  
placeat. de venditore loquitur. i. Pretium restituere, re reddita scili-  
cet. Idem Men. 5, 7, 49 Saluum tibi, ut mihi dedisti, redhibeo  
marsupium. i. Restituo, reddo. Vlp. in l. Pomponius, De acquir. 65  
vel anit. poss. Praeterea quaeritur, si quis hominum venditori red-  
hibuerit, an accessione uti possit venditio ex persona eius. Cic.  
Off. 3, 91 c. 23 In mancipio vendendo dicendane vitia, non ea quae  
nisi dixeris, redhibeatur mancipium? Add. Gell. 4, 2 ubi aliquo-  
ties hoc verbum occurrit et argumentum Aedilicii edicti tractatur. Fe- 70  
stus, voce Redibitur ita emendandus. Redhibitum id proprie dicitur  
quod redditum est, improbatumque, et qui dedit, idemque rursus  
coactus est habere id, quod ante habuit.

REDHIBITIO, ōnis. f. Quinctil. 8, 3, 14 An non pudeat cer-  
tam creditam pecuniam periodis postulare, aut circa stillicidia affici, 75  
aut in mancipii redhibitione sudare? b. e. In agendo tanta uti vehe-  
mentia, ut sudorem emittas. Conf. l. Pompon. ff. de acquir. poss. et  
l. II ff. de act. emt. Gell. 4, 2.

REDHIBITOR, ōris. m. Qui venditum recipit, l. 25 ff. de ex-  
cept. rei iud. 80

REDHIBITORIVS, a, um. Adi. Vt, Actio redhibitoria, Ex-  
ceptio redhibitoria, Pompon. in l. Si tamen, D. de Aedilic. edict. et  
Papinianus ibidem in l. Actioni redhibitoriae. Iudicium redhi-  
bitorium Caius in l. Si quid venditor, D. de Aedilic. edict. et alibi  
saepius eodem titulo. 85

REDHOSTIO, īre. Antiquum. Reddere. Festus, Redhostire,  
referre gratiam. Vtitur testimoniis Poetarum, quae ponemus statim, ut  
de coniectura Scaligeri legenda videntur: Nacutus, Vbi Veiens regem  
salutat: Iubeo Albanum Amulium Comiter senem sapientem: con-  
tra redhostit Menalus. Attius, Cedo equid te redhostit, cum ea 90  
seni obiectet facilius. Pergit Festus, Nam et hostire pro acquare  
posuerunt, vid. HOSTIO. Apud Non. 2, 740 omnia sunt perturba-  
tiora et incertiora. Vid. Mercerus.

REDHOSTIMENTVM, i. n. Beneficii compensatio, minus probae  
notae vocabulum. 95

REDICVLA, vid. RIDICVLA sub RIDICA.

REDICVLVS, i. m. Deus. Rediculi fanum extra portam Ca-  
penam fuit, quia accedens ad urbem Hannibal ex eo loco redierit,  
quibusdam perterritus visis. Haec Festus. Campus Rediculi appella-  
tus memoratur Plin. 10, 43. 100

REDIGO, ūgi, actum, āre. [καθίσω] Ex Re et Ago, A in I  
conuersa, et D interposita: Videtur a Pastoribus ortum, qui dispersa  
pecora subinde reagunt, redigunt in vnum gregem. Sed, ut fit, longe  
lateque fufus deinde est vfus verbi, quod non melius quam ipsis exemplis  
propositis declarari potest. Proprie igitur Ouid. Fast. 4, 511 Filia 105

- parua duas redigebat monte capellas. Liu. 26, 12 Hi supra XXX comprehensi, et cum transfugis nouis multati virgis, manibusque praecisis Capuam rediguntur. Idem 21, 9 Hostem in castra redigere. Pallad. Sept. 8, 2 Redigere semen e farragine, *i. colligere.*
- 5 Cic. Verr. 2, 47 Syracusani, qui praefuerant his Heraclii bonis verbo redigendis, re dispertiendis, reddebant eorum negotiorum rationem in Senatu. Redigere nimirum pecuniam *sollemni quasi formula dicuntur, qui vel exigunt a debitoribus, vel venditis aliis rebus colligunt.* Cic. Diu. in Caec. 56 c. 17 Deinde bona vendit, pecuniam redigit.
- 10 Et mox, Cogit quaestorem suum pecuniam, quam ex Agonidis bonis redegisset, annumerare et reddere. Idem Verr. 1 c. 36 Reliqua vendidit, pecuniam exegit. Cum cum ad HS. Vicies quinquies redegisset constaret etc. Liu. 2, 42 Quidquid captum ex hostibus est, vendidit Consul Fabius, ac rededit in publicum. Et 38, 59
- 15 Tantum auri quantum venditis omnibus bonis redigi non posset. Quinctil. Decl. 5 arg. Pater vniuersis bonis in vnum redactis profectus est. Haec, et multo plura exempla cumulauit Bentleius ad Hor. Epod. 2 extr. ubi ex MSS. et editis potioribus legit, Omnem rededit Idibus pecuniam, quaerit Kalendis ponere, pro eo quod vulgo recentiores
- 20 relegit habent. Inscite hoc factum a Bentleio ait Cuningamus, rationem nondum, puto, reddidit: nisi forte relegere non plane ineptum esse huic rei verbum, ostendi potest. Locum quidem Catonis R. R. 150 huc non conuenire, demonstrauit, puto, Gronou. Obsf. 1, 20 quem Bentleius suae etiam de Horatiano loco sententiae auctorem habet. Cic. Verr. 3, 171
- 25 c. 73 Quum omnis frumenti copia decimarum nomine penes istum esset redacta. Idem de Arusp. Resp. 42 Vnde ut rediit, Quaestum illum maxime foecundum, vberemque campestem, totum ad se ita rededit, ut homo popularis fraudaret improbissime populum. Rem ad pristinam rationem redigere Caes. Bell. Ciuil. 1, 76. Rem ex
- 30 difficillima facilius redigere, *i. Facilius reddere* Id. Bell. Gall. 2. Ter. Eun. 4, 4, 23 Eo redigis me, ut quid egerim, egomet nesciam. Vid. Idem Phorm. 5, 7, 86. Et Eun. 2, 2, 7. Plin. 30, 13 Carnesque excrecentes, ad aequalitatem redigit. Ad Assum redigere farris pretium Plin. 18, 3. Ad Interitum Lucret. 5, 875. Ad Irritum
- 35 et vanum victoriam redigere, *Irritam victoriam facere* Liu. 26, 37. Varro de R. R. 1, 1, 10 de libris XXVIII Magonis, Hosce ipsos utiliter ad sex Libros rededit Diophanes. Ad Maciem vltimam Colum. 4, 3. Ter. Heaut. 5, 1, 56 Quam hic per flagitium ad Inopiam redigat patrem. Ad Necessitatem Quinctil. 8, 6. Ad Nihilum
- 40 redigi Lucret. 1, 791. Ad Numerum duorum redigi Ouid. Met. 6, 199. Ad Onus minimum Idem ibid. 14, 149. Ad Paucos redacta familia Cic. pro Marcell. 10 c. 4. Ad, vel in Peregrinitatem redigere. Sueton. in Claudio c. 16. Vlpianus De in ius vocando, Sed si per poenam deportationis ad Peregrinitatem redactus sit pa-
- 45 tronus, putat Pomponius eum amisisse honorem. In Acrarium redigere venditum sub hasta Liu. 4, 53. In Concordiam redigere Plaut. Amph. 1, 2, 13. In Deditioem imperii redigere, Cogere ut se dedant. Cic. Philipp. 4, 13 Potentissimos reges, bellicotissimas gentes in Deditioem huius imperii redegerunt. In Ditionem
- 50 suam. Cic. pro Corn. Balb. 25 c. 10 Quos Gaditanis adiutoribus armis subegimus, atque in Ditionem nostram redegimus. In Gratiam redigere aliquos Ter. Phorm. 5, 8 (7) 75. In iura sua Ouid. Fast. 3, 64. *al.* In rura. In Mala antiqua Liu. 3, 9. In Memoriam redigere, *i. Reducere* Ter. Phorm. 2, 3, 36. Cic. Philipp. 2, 8 Qui
- 55 autem tibi venit in mentem, redigere in Memoriam nostram, te domi Publii Lentuli esse educatum? In Ordinem, *vid.* ORDO. In Ordinem aliquem auctorem redigere, alium omnino eximere numero Quinctil. 1, 4, 3. In Potestatem, vel in seruitium redigere, Sibi subditum et seruum facere. Plaut. Aul. 2, 1, 47 Nihil moror, quae
- 60 in seruitutem sumtibus redigunt viros. Cic. Off. 3, 79 Si se Consullem fecissent, breui tempore, aut viuum aut mortuum Iugurtham se in Potestatem Pop. Romani redacturum. Conf. Vell. 2, 94, 4. In Prouinciam Caes. Bell. Gall. 1, 45. In Seruitutem redigere, *vid.* In potestatem redigeret. Plin. 14, 4 Durantque adhuc vina ducentis
- 65 fere annis, iam in Speciem redacta mellis asperi. In Testatum redigere Vlp. in l. 1 §. Cauere, D. Vfructu. quemad. caueat. In Tranquillum Liu. 3, 40. In Turbam sordidissimam Senec. de Benef. 3, 15. Cic. Philipp. 5, 12 Quibus rebus tanta pecunia Vna in
- 70 domo coaceruata est, ut si hoc genus in Vnum redigatur, non sit pecunia Pop. Romano defutura. In Urbem Aur. Vict. de Vir. Ill. 23. Sub imperium redigere Caes. Bell. Gall. 5, 29. Nep. 13, 2, 1. *Vid.* Gruter. Inscript. p. 226 n. 7. Sub potestatem Nep. 1, 4.
- REDACTVS, a, um. Partic. Emplastrum in magdalidas redactum Scribon. 201. *vid.* REDIGO.
- 75 REDACTVS, us, m. *i.* Pecunia ex frugibus venditis redacta. Scaeuola l. 58 §. 1 D. de Vfructu, Sempronio do lego ex redactu fructuum oleris et porrinae, partem sextam. *sic enim in Pandectis Flor. et manuscriptis codicibus legitur, non Reditu.* *Vid.* Gronou. Obsf. 1, 20. Bynkersb. Obsf. I. R. 1, 25.
- 80 REDIMIO, ire. [*ἀνατέθω, ταινίω*] Significat Ornare, coronare, circumdare. REDIMIOR, [*εἰςθουαί* Gloss. Vet.] Claud. de Rapt. Proserp. 2, 99 Nec sic innumeros arcu mutante colores Incipiens redimitur hiems, *descriptio iridis ante tempestatem apparentis.* Idem laudes
- 85 Serenae sic orditur, Dic mihi Calliope, cur tanto tempore differs Pierio meritam seruo redimire Serenam. *Aliter usum statim videbimus* Martialem, qui 8, 65 De Roma victrice, Hic lauro redimita comas, et candida vultu, etc. Et Ibid. 70 de Poeta modesto, Pieriam tenui frontem redimire corona Contentus, famae nec dare vela suae. Cic. Tusc. 3, 43 c. 18 Incendes odores, et sertis redimiri iubebis et
- 90 rosa. Idem in Somn. Scip. 15 Cernis autem terram eandem, quasi quibusdam redimitam et circumdatam cingulis. Ausus es hirtos mitra redimire Capillos Ouid. Epist. 9, 63. Capillos frondibus redimita pax Ouid. Fast. 1, 713. Caput coronis redimire Lucret. 5, 1368. Ceruix redimita iacebat Claud. de Rapt. Proserp. 3,
- 95 246. Et redimire Chelyn postesque ornare iuberet Stat. Silu. 4, 8, 38. Comas intonsasque viridi redimita corona Sil. 16, 526. Crinem redimire corymbis Stat. Silu. 1, 5, 16. Fastigium aedis tintinnabulis redimiuit Suet. in August. c. 91. Frons redimita corymbis Tibull. 1, 17, 45. Loca redimita siluis Catull. de Bere
- 100 cynth. f. 61 (64) 39. Puppis iam mea votiua redimita corona Ouid. Amor. 3, 11, 29. Tempora vittis et sacra redimitus lauro Virg. Aen. 3, 81.
- REDIMITVS, a, um. Partic. Praeter allata modo, Sertis redimiti Cic. Catil. 2 c. 5. Floridis corollis redimita domus Ca-
- 105 tull. 64, 67.



REDIMĪTVS, ūs. m. Solin. c. 33 (46) Mitrata capita, redimitu pari, rafa in cutem barba. *Sed Salmaf. legit, Mitrata capita, pars rafa in cutem barba.*

REDIMICŪLVUM, i. n. [ραμνία, κάλλυντρον] Ornamentum capitis et colli mulierum. Iuuen. Sat. 2, 84.

Accipient te

Paullatim, qui longa domi redimicula sumunt

Frontibus, et toto posuere monilia collo.

Cic. Verr. 3, 76 Haec ciuitas mulieri redimiculum praebet, haec in collum, haec in crines. Virg. Aen. 9, 616 Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae. Redimiculum vocant mulieres Cate-

lam, (catenulam) qua maxime vtuntur ornatus causa. Festus. Aurea redimicula demere collo Ouid. Fast. 4, 135. Longa redimicula Iuuen. Sat. 2, 84. Auferre collo redimicula Ouid. Epist. 9, 71.

Pendent aure leues baccae, redimicula pectore Ouid. Met. 10, 265. *Per translationem.* Plaut. Truc. 2, 4, 41 Assimulaui me esse praegnatem — vt esset aliquis laqueus et redimiculum, quo retineretur amator. *Quum enim redimiculo innexi implexique teneantur crines mulierum, redimiculum pro quodam vinculo et nodo, quo velut alligatus tene-*

*retur Babylonienſis miles, iucunda ſuauique translatione dixit, vt vult* 20 *Turnebus.*

REDIMICŪLO, ūre. Gloss. Lat. Graec. Redimiculat, ἀναλύει δέμαρα.

REDĪMO, ēmi, emtum, ěre. [λυτρόω, ἀπολυτρόω, ἐξωνόμοι] Ex Re et Emo, D interposita, primo dictum videtur de eo, si quis, quod suum fuerat, sed in manus hostis venisset, denuo velut emeret sibi. Deinde pro simplici positum, tanto magis, quod in emtione omni tamen est mutuum quiddam, quod Praepositione Re exprimitur. Plaut. Men. 4, 3, 6

Ego tibi redimam bis tanto plaris pallam, aliam nempe. Paullulo redimere, vid. PAVLLVLVM. Caes. Bell. Gall. 1, 44 Quorum omnium gratiam atque amicitiam eius morte redimere posset. Cic. Philipp. 13, 10 c. 5 Eamque non minoris, quam emit Antonius, redimet: redimet inquam Cn. Pompeii domum filius. Hostias redimere Cic. de Inuent. 2, 96. Ius sepulcri auro redimere Ouid. Met. 13, 472. Cic. Qu. Fratr. 1, 1, 27 Aeque animo parte aliqua suorum fructuum pacem sibi sempiternam redimat, atque otium. Potestatem sepeliendi redimere pretio Cic. Verr. 7, 119. Voluntates militum redimere largitione Caes. Bell. Civil. 1, 39. Ter. Eun. 1, 1, 29 Quid agas, nisi vt te redimas captum quam queas minimo: si nequeas paullulo, at quanti queas. Curtius 5, 9, 3 Sed medici quoque grauiore morbos asperis remediis curant: et gubernator, si naufragium timet, iactura quidquid seruari potest, redimit. Acerbitatem a Republ. suis priuatis et domesticis incommodis redimere Cic. Fam. 2, 15 (16). Idem Off. 2, 55 Liberales qui suis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt, aut aes alienum suscipiunt amicorum. Vt Corpus redimas, ferrum patieris et ignes Ouid. Rem. Amor. 229. Cic. Fam. 10, 8 Praeteritam Culpam redimere dicitur, qui aliquo egregio facto compensat. Sen. Qu. Nat. 1, 17 Formosus speculo ad sui cognitionem vtitur, vt vitet infamiam; deformis, vt sciat, redimendum esse virtutibus, quidquid corpori deest. Iuuenal. 4, 2 Monstrum nulla virtute redemptum A vitiis. Plin. Pan. 28, 2 Nullam congiario culpam, nullam alimentis crudelitatem redemisti. Cic. Verr. 5, 117 c. 45 Metum virgarum nauarchus nobilissimae ciuitatis pretio redemit. Mortem morte redimere Ouid. ex Pont. 1, 3, 105. Vt sua per nostram redimat periuria Poenam Ouid. Amor. 3, 3, 21. ¶ 2 Redimere dicitur, qui pretio accepto aliquid faciendum suscipit, quod et Conducere dicimus. Cic. Verr. 1, 142 Si pupillo opus redimi, mihi praeda de manibus eripitur. Ibid. 31 Etenim qua stultitia fuisset, si quam diem qui istum eripiendum redemerunt, in cautione viderunt, etc. Redemunt, id est, qui susceperunt procuracionem corrupendorum iudicum, et conduxerunt corrupendum iudicium. Vlpian. in l. Plenum D. de vsu et habitatione. Quare etsi lanam conduxerit vsuarius expediendam, poterit etiam per vsuarias ancillas opus perficere. Itemque si vestimenta texenda redemerit, vel insulam vel nauem fabricandam: poterit ad hoc operis vti vsuarius. Cic. Verr. 3, 128 et 131 Eundemque te memini Censorias quoque leges in sartis tectis exigendis tollere et commutare, ne is redimeret cuius res esset. Cic. Verr. 3, 78 Ne forte ab nocturno suo quaestu animum ad vestigalia redimenda transferret. Redimere, pro Corruptore vt, Redimere delatorum, pecunia eum a delatione deducere Vlpian. l. 26 D. de iure fisci.

REDIMENDVS, a, um. Partic. [λυτρωτός] Ouid. Epist. 3, 39 Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuisset.

REDEMTVS, a, um. Partic. [λυτρωθεὶς] Virg. Aen. 9, 213 Sit qui me raptum pugna, pretione redemptum Mandet humo. Mercede capitis redemptus Ouid. Amor. 1, 8, 63. Plausor redemptus, i. Ad plaudendum pretio conductus Petron. 5. Vid. Burm.

REDEMTIO, ōnis. f. [λύτρωσις, ἀνάγκη] Cic. A. 1 in Verr. 16 c. 6 Vt primum e prouincia rediit, est redemptio huius iudicii facta grandi pecunia, i. conduxerunt quidam homines hoc iudicium corrupendum. Cic. de Prouinc. Conf. 11 c. 5 Itaque P. C. videtis non temeritate redemptionis aut negotii gerendi inscitia, sed auaritia, superbia, etc. paene afflictos iam atque eueros publicanos. Aur. Vict. de Viris Illustr. 55 His facile victis, inter captiuas vxor Regis Ortiagontis (al. Orgiagontis, Origuntis etc.) Centurioni cuidam in custodia data, a quo vi stuprata de iniuria tacuit. Et post, impetrata redemptione, marito adulterum Centurionem interficiendum tradidit. Valer. Maxim. 4, 3, 1 de Scipione, Aurum quoque quod pro redemptione puellae allatum erat, etc.

REDEMTOR, ōris. m. [λυτρωτής] Conductor operis. Festinat calidus mulis, gerulisque redemptor Hor. Epist. 1, 2, 72. Add. Id. Od. 3, 1, 34. Cic. de Diuin. 2, 47 c. 21 Et redemptor qui columnam illam de Cotta et de Torquato conduxerat faciendam, non inertia aut inopia tardior fuit, sed a diis immortalibus ad istam rem reseruatus est. Idem Qu. Fratr. 2, 4 Redemptori tuo dimidium pecuniae curavi. Nunciat, expectari eum ab architecto et redemptoribus Tac. H. 1, 27, 2. Redemptores (inquit Festus) proprie atque antiqua consuetudine dicebantur, Qui quum ad faciendum aut praebendum conduxerant, effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus Emere pro Accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur Redemptores, qui quid conduxere praebendum, vtendumque. Tales sunt Liu. 34, 9 qui frumentum parabant. Litis redemptor, qui ex uentura litis sibi certam partem cauet: quod legibus prohibitum est. Vid. l. 9 §. 1 D. de offic. procons. tr. l. 6 §. vlt. D. Mandati. it. l. 1 §. 12 D. de extraord. cognit. Pontis redemptor portorium exigebat

50

55

60

65

70

75

80

85

90

95

100

105

110

115

120

125

130

135

140

145

150

155

**Labeo** in l. Cum in plures §. Vehiculū D. Locati et cond. Silvae redemptor, qui conduxit operas ad siluam custodiendam, vulgo Siluanus dicitur Alfenus in l. Lege D. Locati et cond. Redemptor κατ' ἐξοχὴν *Christus*. Prudent. Cathem. 10, 157 Sequimur tua dicta

**5 Redemptor.**  
**REDEMTRIX**, icis. f. Prudent. in Romano v. 774 Prima offeratur in sacramentum necis, Et sit redemtrix prima membrorum omnium. E caelo veniens mundi persona redemtrix *Coripp.* 4, 298.

**10 REDEMTO**, are. Frequent. Tacit. Hist. 3, 34, 4 A propinquis occulte redemtabantur.

**REDEMTITO**, are. [*λυτρεῖμαι*] *Nouum Frequent.* Plautus, Redemtitauere ad vnum captos. Cato apud Festum, Malefacta benefactis non redemtitauere.

**15 REDEMTVRA**, ae. f. *Actus vel consuetudo redimendi publica.* Liu. 23, 48 Exhortandos qui redemturis auxissent patrimonialia, vt Reipubl. ex qua creuissent, ad tempus commodarent. Vlp. in l. Quicumque §. 1 D. de infitoria actione, Labeo quoque scribit, Si quis iis pecuniis foenerandis, agris colendis, mercaturis, redemturisque faciendis praeposuerit, etc.

**20 REDIMIAE**, arum. f. Pl. Gloss. Gr. Lat. *λύτρα*, Redimiae. *Sunt igitur pecuniae pro captiuo redimendo datae.*

**REDINDVO**, ere. *Denuo induere quod exutum erat.* Redinduti carnem Tertull. de Resurr. Carn. c. 42.

**25 REDINTEGER**, adfertur ex Liu. 8, 32 Tunc Papirius redintegra ira spoliari Magistrum equitum ac virgas et secures expediri iussit. Sed Redintegrata, editur etiam in Drakenb. non facta alterius lectionis mentione.

**30 REDINTEGRO**, are. *Instaurare, siue innouare et integrum facere.* Plin. in Paneg. 61, 9 Hominis ne istud ingenium est, hominis potestas, renouare gaudia, redintegrare laetitiam, nullamque requiem gratulationis dare? Animum redintegrare, *Instaurare, resumere* Caes. Bell. Gall. 2, 25. Brut. ad Cic. Fam. 11, 9 Ne bellum nobis redintegrare possit Antonio sibi coniuncto. Ira redintegrata

**35 Liu. 8, 32.** Legatum redintegratur Vlp. in l. 4 D. de adimend. legat. Locatio redintegratur Id. in l. Qui ad certum D. Locati. Pacem Liu. 2, 13. Tacit. Ann. 1, 21 Horum aduentu redintegratur Seditio. Spem victoriae Caes. Bell. Gall. 7, 25. Venas

**40 Bell. Gall. 3, 26.** Redintegro, plus est quam Renouo. Auctor ad Heren. 2, 47 Vt renouetur, non redintegretur oratio. ¶ 2 Iucunditas in herba redintegrauit Varro R. R. 2, 2, 11. *Intransitius.* Sic, redintegrantes ib. p. a.

**45 REDINTEGRATVS**, -a, um. Partic. Vt, Memoria redintegrata Liu. 3, 56. Acies redintegrata, vid. ACIES. Clamor redintegratus Liu. 3, 63. Conf. Aggen. de Limit. p. 52.

**REDINTEGRATIO**, onis. f. *Instauratio.* Instauraticius dies dictus a redintegratione, vt Varroni placet Macrobi. Sat. 1, 11. Ter. Andr. 3, 3, 24 Amantium irae, amoris redintegratio est. Sic Seru.

**50 ad Virg. Ecl. 2, 14.** et Acron ad Hor. Od. 3, 9. Charif. p. 98 Redintegratio. Sed Donatus, MSS. *Faernus, Bentleyus,* Integratio. *Metrum admittit omnes lectiones.* Pseudo-Cic. anteq. iret in exil.

**55 10 c. 4** Nam quid ego improborum facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem vestros? Membrorum Tertull. adu. Marc. 4, 10. Verbi Auct. ad Herenn. 4 c. 28. Vt corpori et viribus redintegratio subrogetur Arnob. 7 p. 249.

**60 REDINTEGRATOR**, oris. m. Somnus redintegrator virium Tertull. de Anima c. 43. Vet. Inscript. Grut. p. 459 n. 1 **REDINTEGRATORI OPERVM PUBLICORVM.** Carnis redintegrator Tertull. de Resurr. Carn. c. 57.

**REDINVENIO**, ire. Tertull. de Anima c. 46.

**REDINVNT**, pro Redeunt scripserunt veteres. Festus.

**65 REDIPISCOR**, redeptus sum, icis. [*ἀναπύρομαι*] *Recuperare,* Aesqui. Plaut. Trin. 4, 3, 15 Inter eosne homines condalium te redipisci postulas, quorum eorum vnus surripuit currenti cursori solum?

**REDITIO**, **REDITVS**, vid. REDEO.

**70 REDIVIA**, vel **REDVVIA**, ae. f. [*παρονύχια*] *Audiamus de* ea Festum, Reduiam quidam, alii reuiuium appellant, quia luere est soluere. *Fuerint secundum haec reduuias resolutae quaedam fibrae cutis circa unguis extremos.* Cic. pro Rosc. Amer. 128 c. 44 Intelligo, me — propemodum errare, qui, cum capiti S. Roscii mederi debeam, reduuiam curem. In Vet. Schol. ad h. l. editur, redubia

**75 curem.** Stultitia autem medici est, vt pro capite panaricum (f. *παρονύχιον*) curet. Et mox, Redubia est vulnus (f. *ulcus*) ex vngue, quod Graece Panaricum dicitur. Apud ipsum Ciceronem Reduiam esse in libris veteribus, *Hotomannus* notat. Laudat Festus l. c. ex Titinio *versum* Lassitudo conseruim reduviae flagri, i. cut a

**80 flagris incussis decessit cutis.** Reduuias scribitur apud Plinium v. g. 29, 2 de succida lana, Reduuias sanat ex aqua frigida. Vet. Gloss. *παρονύχια* reduviae, it. redubia. Et videtur ex eadem origine esse, unde exuuias et induo. Solin. c. 45 (32) Trochilos auis est paruula. Ea dum reduuias escarum affectat, os belluae huiusce paullatim scalpit, et sensim scalpurigine blandiente aditum sibi in vsque fauces facit, etc. Reduuias escarum vocat *Reliquias ciborum inter crocodili dentes haerentium.* Has dormiente crocodilo appetit Trochilus, inde victum sibi parans, vt scribit etiam Plin. 8, 23. Idem Solinus c. 9 (al.

**85 15)** Reduuias conchyliorum vocat, h. e. vt *Salmasius* p. 109, b D interpretatur, fragmenta et reliquias. *Melius fecisset Solinus, si Strabonem pressius secutus non reduuias, sed figuras et typos lapideos conchyliorum dixisset: apparet tamen, eum reliquias voluisse in utroque loco.* Caeterum c. 9 reduuias etiam *Salmasius* videtur agnouisse, certe anceps haesisse circa lectionem.

**90 REDIVIVS**, vel **REDVVIVS.** *Vermiculum, qui Ricinus appellatur, sic vocant quidam vet. libri* Columel. 6, 2, 6. Vid. RICINVS.

**REDVVIOSVS**, a, um. Adi. *Asper et exstans.* Laeuus apud Festum, Scabra in legendo reduuiosaque offendens.

**100 REDIVIVS**, a, um. Adi. [*παλίμψυχος*] *Quod ex vetusto renouatur, et velut in vitam redit.* Iuuen. Sat. 6, 361

Prodiga non sentit pereuntem femina censum,  
 Ac velut exhausta reduuius pullulet arca  
 Nummus, et e pleno semper tollatur aceruo,  
 Non vnquam reputat quanti sibi gaudia consent.

**105** Sed

*Sed hic ex MS. recidiuus legendum putat Sciopp. Verif. 4, 10. Sic etiam Sil. 1, 106 Gens non rediuiua, sed recidiua dedit post alios Drakenb. qui tamen 10, 257 Bella rediuiua seruauit, ubi recidiua volebat Heinsius: contra cuius sententiam Burmannus quoque Sammon. 52 retinet vulgatum, Et inuenem praestant rediuiuo flore capillum, cum non de capillo renascente postquam defluxit, sed colorem iuuentutis accipiente sermo sit. Sed audire debebat: puto, Heinsium apud eundem Sammon. 923 Est etiam alternis febris rediuiua diebus; Recidiua enim vocatur sollempniter, ut vidimus. Prud. Cath. 3 extr. Dux parili rediuius humo Ignea Christus ad astra vocat. Etiam hic recidiuus forte malis, cum humi adiecta mentio casum notare videatur.*

*Propriam velut sedem habet hoc nomen in materia aedificandi, ubi Rediuiua vocantur, quaecumque de aedificio destructo vel collapso adhiberi ad nouam aedificationem possunt. Vitruu. 7, 1 Rudus si nouum erit, ad tres partes vna calcis misceatur: si rediuiuum fuerit, quinque ad duum mixtiones habeant responsum. Cic. Verr. 1, 147 (56) Vtrum existimatis minus operis esse, vnam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere? Et paulo post, REDIVIVA SIBI HABETO. Quasi quidquam rediuiui ex opere illo tolleretur: ac non totum opus ex rediuiuis constitueretur. Sic l. 19 C. Th. de operib. publ. Non effossis nobilium operum substructionibus, non rediuiuis de publico saxis. Intercedunt Imperatores, ne vetera monumenta pereant, si saxa, literata praesertim adhibeantur ad noua aedificia. Confert Gothofredus similia loca Cassiod. Var. 2, 7. 3, 9 et 10. it. 3, 49. et 4, 24. Quae pugnare videntur, ita componit Gothofr. stantibus veteribus aedificiis parcendum, eaque excolenda potius: quae autem iacent, iis ad noua opera utendum.*

REDO, ōnis. m. Genus piscis ignoti. Aufon. Mosella v. 89 Et nullo spinæ nociturus acumine redo.

REDŌLEO, ui vel eui, ēre. [ὄζω] Multum olere. Virg. Georg. 4, 169. et Aen. 1, 440 Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella. Foetorem redolet Columel. 12, 18. Situm redolet Plin. 12, 12. Ver ubi perpetuum redolet Prudent. Cath. 3, 103. Cic. Philipp. 2, 63 c. 25 Is vomens frustis esculentis vinum redolentibus, gremium suum et totum tribunal impleuit. Virus Plin. 12, 12. Per translationem. Ex illius orationibus ipsae Athenæ redolere videntur Cic. de Cl. Orat. c. 82. Doctrinam redolet Exercitationemque puerilem Cic. de Orat. 2 c. 25. Idem de Clar. Orat. 82 c. 21 Sed nescio quomodo huius, quem constat eloquentia praestitisse, exiliores orationes sunt, et redolentes magis antiquitatem, quam aut Laelii, aut Scipionis, aut etiam ipsius Catonis. Nihil igitur illa vicinitas redolet? Cic. pro Cael. 47. Sermonem eius redolet: Id. pro Sext. 24 Et quod ita domus ipsa fumabat, ut multa eius sermonis indicia redoleret.

REDŌLENS, entis. Partic. [ὄζων] Ut, Plin. 12, 17 Ladani sinceri odor debet esse ferus, et quodammodo solitudinem redolens. Mella redolentia thymi flore Ouid. Met. 15, 80. Mala redolentia Ouid. Met. 675.

REDOMO, āre. Improbū ac perditū ciues, redomiti, atque victi Cic. pro Sulla pr. Sic editur ex MSS. Quidam ex coniectura edomiti. Sed redomare dictum videtur; ut referre, redigere, redimere, reducere etc. in quibus non semper illa vis Praepositionis apparet.

REDONES, um. m. Pl. Galliae populi, vid. RHEDONES.

REDŌNO, āre. [ἀναδίδωμι] Denuo donare. Hor. Carm. 2, 7, 33 Quis te redonauit Quiritem Diis patriis, Italoque caelo? Inuisum nepotem Marti redonabo, i. Martis causa non persequar Hor. Carm. 3, 3, 3.

REDONĀTOR, ōris. m. Inscript. Grut. p. 1095 n. 7 REDONATOR LIBERTATIS.

REDOPTO, āre. Mors redoptanda Tertull. de Resurr. Carn. c. 4 extr.

REDORDIOR, orsus sum, iri. [ἀνορθίζω] Retexere: Quod orsum est et textum, filatim explicare, et dissoluere. Quod bombyces ordiuntur, nos redordimur: deinde rursus teximus, et pannum conficimus. Plin. 9, 17 Vnde geminus feminis nostris labor, redordiendi fila, rursusque texendi. Et II, 22 Prima eas redordiri, rursusque texere inuenit.

REDORMIO, īre. [ἀνακοιμῶμαι] Rursus dormire. Plin. Epist. 9, 36 Paullum redormio: dein ambulo, mox orationem Graecam Latinamue clare et intente, non tam vocis causa, quam stomachi lego. Si mane surgendi necessitas fuerit, redormire debet Cels. 1, 2.

REDORMITIO, ōnis. f. [ἀνακοιμίσις] Plin. 10, 75 f. 98 In redormitione vana esse visa, prope conuenit. Harduinus legit Redormitatione.

REDORNO, āre. Rursus ornare. Pass. Tertull. de Resurr. Carn. c. 12.

REDOSTIO, vid. REDHOSTIO.

REDŪCO, xi, clum, ēre. [ἀνάγω, ἐπανάγω, παύγω] Retroducere, retrahere, in pristinam conditionem perducere: interdum simpliciter videtur esse ducere, vel deducere: plerumque tamen inuenias rationem aliquam Praepositionis Re. Suet. in Calig. c. 27 Equitem Romanum obiectum feris quum se innocentem proclamasset, reduxit: abscissaque lingua rursus induxit. A morte reducere aliquem Virg. Aen. 4, 375. Cic. Verr. 5, 31 Curritur ad Praetorium, quo istum e conuiuio illo praeclaro reducerant paullo ante mulieres cum cantu atque symphonia. Cic. Qu. Fratr. 2, 8 Crassum COS. ex Senatu domum reduxi. Vxorem, quae alii tradita fuerat Nep. 10, 6, 2. Cic. Acad. 1, 1 Satis eum longo intervallo ad suam villam reduximus. Plin. 27, 12 Caustica vi exulcerat cicatrices, et ad Colorem reducit. Ad Concilium vitae reducere Sen. de Benef. 3, 9. Ad Diuitias reducere et reuocare Plaut. Cist. 2, 3, 17. Ad Maciem reducere obesum corpus Plin. 34, 8. Nempe obesitas post maciem venerat, eamque pepulerat. Ad Officium alios Nep. 14, 2, 3. Ad Planum cicatrices Plin. 20, 9. Ad Salutem reducere aliquem medicina Cic. post red. ad Quirit. 15 c. 6. Ad Tecta vesper ubi e pastu vitulos reducit Virg. Georg. 4, 434. Ad Veritatem varie ac multipliciter verba reducere Quinctil. 1, 6, 32. i. ad etymon, ad originem suam, quae hic ut caput s. fons riuui consideratur, ad quem retro ducendum sit. In Arcem reduco me laudatur ex Apuleio: non habet Index Floridi. Balbus Cic. Att. 8, 24 (15) Obscuro te Cicero, suscipe curam et cogitationem dignissimam tuae virtutis, ut Caesarem et Pompeium perfidia hominum distractos, rursus in pristinam Concordiam reducas. Ter. Andr. 5, 4, 46 Iamdudum reduxit me ipsa in Gratiam. In Gratiam cum aliquo reduci Cic. pro Rabir. Post. 12 c. 8. Idem

de Inuent. 1, 98 Et reducere in Memoriam quibus rationibus vnamquamque partem confirmaris. In Viam reducere Plaut. Pseud. 2, 3, 2.

¶ 2 *Accusatiui*. Adulationem reducere Plin. Pan. 75, 5. Aestas dum mox frondosa reducitur Virg. Georg. 3, 296.

5 Amicitiam errantem reducere Plin. in Paneg. 85, 2. Amorem scelerum reduxit Lucan. 4, 236. Animum alicuius ad misericordiam reducere Ter. Andr. 3, 3, 28. *Nempe naturalis magis est misericordia, a qua aberrat crudelitas.* Diem reducit Aurora Virg. Georg. 1, 249. Plin. in Paneg. 78, 3 Haec nempe intentio tua, vt Libertatem reuoces ac reducas.

10 Cic. Verr. 5, 12 Vinciti soluantur, exules reducantur. Febrim reducere Hor. Serm. 2, 3, 294. Lucem reducit aurora, inuecta croceis rotis Ouid. Met. 3, 150. Luctus fortuna iterum reduxit Claud. in Eutrop. 2, 551. Memoriam beneficiorum quae exciderunt Sen. de Benef. 1, 3. Morem intermissum Plin. Epist. 9, 13, 21. Numen, *i. reconciliare* Virg. Aen. 2, 173. Passus reducere, *Retrocedere* Valer. Argon. 5, 374. Virg. Aen. 1, 147 Collectasque fugat nubes, solemque reducit. Somnum Hor. Carm. 3, 1, 21. Spem mentibus anxiis Idem ibid. 3, 21, 17. Se reducere vndique, *pro Contrahere* Senec. Epist. 14. Sic Reducere, *Attenuare, vel Refraenare, Contrahere, In angustum redigere.* Senec. de Benef. 1, 14 Nemo haec ita interpretetur, tanquam reducam libertatem, et fraenis arctioribus reprimam. *Dicit in eodem argumento Benignitatis fines introrsus referre, it. arctare, minuere.* Redduco, *non quidem duplici D, sed prima longa.* Lucret. 4, 990 Et crebras reducunt naribus auras.

25 REDVĀCENS, entis. Partic. [*ἐπανόγω*] *Vt, Sinum nitidum reducens, i. aperiens veste utrinque reducta* Catull. in Camerium l. 53, 11.

REDVCTVS, a, um. Partic. [*ἐπαναχθεῖς*] *Vt, Reductus in gratiam* Cic. pro Cluent. 110 c. 36. Reductus de exilio Cic. Att. 9, 17. Idem de Finib. 5, 90 c. 30 Haec igitur quum ego tot nominibus a Stoicis appellata, partim nouis et commenticiis, vt ista, producta et reducta: partim idem significantibus, etc. *προηγμένα et ἀποπροηγμένα.* Medium vitiorum virtus est utrinque reductum, *i. Remotum* Hor. Epist. 1, 18, 9. Sinus reductus, Replicabilis Virg. Aen. 1, 165 Seruius. Testes reductos possum excitare multos liberalitatis tuae Cic. pro Rabir. Post. 47 c. 17. *Sed qui sint ibi reducti? non satis expeditum est. Forte in forum reductos licebit intelligere, quo cesserant confracta re sua. Eo collineat etiam Cl. Ernestus in Clau.*

40 Vallis reducta Virg. Aen. 6, 703. Sic Hor. Carm. 1, 17, 17 Hic in reducta valle, etc. *i. quae sinus quosdam flexuosos et recessus habeat, in quibus quis a ventis et iniuria caeli tutus esse queat. Compar. Reductiora in pictura opponuntur eminentioribus* Quintil. 11, 3, 46. *Similem usum verbi Recedo notauimus.*

45 REDVCTIO, ōnis. f. [*ἀναγωγή*] Cic. Fam. 1, 7 Quoniam Senatusconsultum nullum exstat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit. *Vid. Vitruu. 5, 10.*

REDVCTOR, ōris. m. [*καταγωγέως*] Liu. 2, 33 Reductori plebis Romanae in urbem, sumtus funeri defuit. Literarum senescentium reductor Plin. Epist. 8, 12.

50 REDVCTO, āre. Frequent. Aurel. Vict. in Numeriano: Cum exercitum reductaret.

REDVX, ūcis. Adi. [*παλίνοσος, παλινόροσος*] Qui a periculis in tutum ab exilio siue captiuitate reducit in patriam. Cic. pro Milon. 103 c. 37 Quid me reducem esse voluistis? an vt spectante me expellerentur hi, per quos essem restitutus? Nec quemquam ex his reducem esse Liu. 6, 10. Virg. Aen. 1, 394 Namque tibi reduces socios classemque relata Nuntio. Ter. Hec. 5, 5 (4) 11 Ego ne, qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris? Idem

60 Heaut. 2, 4, 16 Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in patriam facis. Gratari aliquem reducem Virg. Aen. 5, 40. Plin. 8, 5 de elephantis, Initur autem biennio, quinis (vt ferunt) cuiusque anni diebus: sexto perfunduntur anne, non ante reduces ad agmen. Carina redux Ouid. Epist. 6, 1. ¶ 2 *Actiue.* Fortuna

65 redux quae e bello, aut longinqua peregrinatione, exilium reduceret appellata, eoque nomine illi sacrum in urbe, de quo Claudian. de sext. Consul. Hon. 1 Aurea Fortunae Reduci si templa priores Ob reditum vouere ducum etc. Mart. 8, 65 Hic vbi Fortunae Reducis fulgentia late Templa nitent etc. Idem 8, 15 Dum noua Pannonici narratur gloria belli, Omnis et ad Reducem dum litat ara Iouem. Ouid. Epist. 13, 50 ex persona Laodamiae, Et sua det reduci vir meus arma Ioui. Sabin. 1, 78 Iam reduci soluens debita vota Ioui. *Add. Grut. Infer. p. 8, 2. it. p. 78, 1.* Chorea reduces, *Multitudo comitum diuitem aliquem reducentium* Martial. 10, 70.

75 REDVLCĒRO, āre. [*ἀνελκώω*] *Cutem male coalescentem ex ulcere refricare et lacerare.* Columel. 7, 5, 8 Tepefactumque medicamentum linitur scabrae parti, quae prius aspera testa vel pumice defricata redulceratur. *Nempe vt facilius medicamentum penetrēt.* Cael. Tard. 2, 13, 162 Lauacra — recentium glutinationum atque mollium vunerum redulcerantia (esse) probantur. — Inflata parua ex occasione atque turgentia redulcerantur. Vet. Gloss. Redulcerari ἀνέλκεσαι.

80 REDVLCERĀTVS, a, um. *Metaphor.* Apul. Met. 5 p. 163 Redulcerato dolore.

85 REDVNCVS, a, um. Adi. [*ἀνακαμπής*] *Vt recuruus contrarium est Adunco.* Plin. 11, 37 Aliis adunca, aliis redunca. Rostrum reduncum Ouid. Met. 13, 562.

REDVNDŌ, āre. [*πλεονάζω, περισσεύω*] *Abundare, reicere vnam.* Cic. Verr. 1, 100 Hinc illae extraordinariae pecuniae, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inuestigamus, redundarunt. Si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram Cic. de Diuin. 2, 100 c. 44. Guttur fac pleno sumta redundet Aqua Ouid. de Rem. Amor. 536. Plin. in Paneg. c. 63 Non alii marci somno, hesternaque coena redundantes, comitorum suorum nuntios opperiebantur? Cic. de Nat. Deor. 1, 110 c. 35 Tuus autem deus non digito vno redundat, sed capite, collo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus, cruribus, *i. Plus habet et superuacaneum, vt ipse Cicero ibidem dicit.* Eloquio Claud. Conf. Prob. et Olyb. 151. Cic. Fam. 3, 10 Praefertim quum tu omnibus vel ornamentis, vel praesidiis redundares. Pituita redundat Cic. Tusc. 4, 22 c. 10. Idem pro Lege Manil. 30 Testis est Africa, quae magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine redundauit. *Conf. Idem Verr. 4 c. 11.* Cic. in Partit. 6 Numeros aures ipsae metiuntur, ne aut compleas verbis quod proposueris, aut redundes. Cic. in Orat. 117 Nulla neque

praetermittatur, neque redundet. Cic. de Orat. 3, 16 Neque in Antonio defuit hic ornatus orationis, neque in Crasso redundavit. Cic. de Finib. 5, 14 Critolaus imitari antiquos voluit, et quidem est gravitate proximus, et redundat oratio. Sera redundavit veteris vindicta libelli Ouid. Trist. 2, 454. Cic. Off. 3, 91 Nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant. Et Hortens. apud Non. 4, 400 Tum intelligas, quam illud non sit necessarium, quod redundat. ¶ 2 Cum Praepositionibus. Cic. de Amicit. 78 Erumpunt saepe vitia amicorum tum in ipsos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad Amicos redundet infamia. Idem pro Lig. 8 c. 3 Quod laudem adolescentis propinqui etiam existimo ad meum aliquem Fructum redundare, virtutem non ipsi modo suam prodesse, sed mihi etiam adferre iucunditatem. Ad te damni periculum non redundat Imp. Alexand. l. Et si scisses C. De administ. tut. Cic. Verr. 3, 155 Necessè est quod redundaret de vestro frumentario quaestu, ad illum potissimum, per quem agebatis, defluxisse. Idem ib. 3, 103 Quibus quod tum aut remissum, aut relictum sit, id fuisse tantum, quantum ex eo, quo istius avaritia contenta fuit, redundavit. Redundabit ex necessitate onus legatorum ad haeredem Vlpian. in l. Si servus plurimum sit §. Si quis ante D. de legatis 1. Plaut. . . . 20 Hoc facinus in tuum redundabit caput. Cic. in Catil. 1, 29 c. 12 Certe verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida civium interfecto, invidiae mihi in posteritatem redundaret. Idem pro Muraen. 85 Sed quid tandem fiet, si haec elapsa de manibus nostris, in eum annum qui consequitur, redundarint? In eum captio redundat, qui suscepit mandatum Paullus in l. Si mandaveris tibi §. ult. D. Mandati. In genus auctoris miseri fortuna redundat Ouid. Trist. 3, 1, 73. In me commissi poena redundet si scelus est Idem Fast. 6, 451. ¶ 3 Actiue pro effundere verba Stat. Silu. 4, 3, 71 Vulturnus (fluvius) leuat ora, maximoque Pontis Caesarei reclinis arcu, Pandis talia faucibus redundat, i. profert, loquitur.

REDUNDANS, antis. Partic. [πλεονάζων] Cic. de Fato 7 Inter locorum naturas quantum intersit videmus, alios esse salubres, alios pestilentes, in aliis pituitosos, et quasi redundantes, in aliis excitatos et aridos. Nos redundantes et superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate et licentia is repressit Cic. de Clar. Orat. 51 c. 13. Compar. Amputatio et decussio redundantioris nitoris Tertull. de cultu fem. 2, 9.

REDUNDATVS, a, um. Partic. [πλεοναδός] Ouid. Fast. 6, 402 Anne redundatis fossa madebat aquis. al. Redundanti. Idem Trist. 3, 10, 52 Siue redundatas flumine cogit aquas Boreas.

REDUNDATIO, onis. f. [περισσεία] Plin. 7, 6 Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati. i. e. Nausea, vel quae fluctuatio dicitur. Redundationibus referuntur stellae Vitruv. 9, 4.

REDUNDANTIA, ae. f. [πλεονασμός] Ad benignitatis redundantiam Tertull. Apol. c. 31. Cic. in Orat. 108 c. 30 Ipsa enim illa pro Roscio iuuenilis redundantia, multa habet attenuata, quaedam etiam paullo hilariora.

REDUNDANTER. Adu. Plin. Epist. 1, 20 Vt illud inmodice et redundanter, ita hoc ieiune et infirme. Compar. Ambros. Epist. 82 Pro remedio parcius, pro deliciis redundantius bibendum.

REDVPLICATVS, a, um. Adi. Tertull. de Patient. c. 14.

REDVRESCO, ère. Ferrum, cum molle et candens est, si refrigeretur tinctum frigida, redurefcit et restituitur in antiquam proprietatem Vitr. 1, 4.

REDVRIA, vid. REDIVIA.

## R E E

REEXINATIO, ire. Iterum euacuare. Apic. 4, 2 Reexinanire in cacabum. Conf. Idem 8, 6.

## R E F

REFABRICO, àre. Collapsum balneum refabricare enifus est Diocletian. l. 5 Cod. de aedif. priu.

REFECTIO, REFECTVS, vid. REFICIO.

REFELLO, ère. [ἀνασπενάζω, ἀποσπενάζομαι] Ex Re et Fallere. Quod dictum est, arguendo falsum ostendere, inquit Donatus ad Ter. Phorm. 1, 2, 82 Quum tu horum nihil refelles, vincam scilicet. i. e. Quum factum non negabis. Donatus, Refelles, refutabis, redargues. Cic. Tusc. 2, 5 c. 2 Et refellere sine pertinacia, et refelli sine iracundia parati sumus. Virg. Aen. 4, 380 Neque te teneo, neque dicta refello. Et id, quod intenderemus, confirmare; et id, quod contra diceretur, refellere Cic. de Orat. 1 c. 20 pr. Exemplis magis quam argumentis refellere Cic. de Orat. 1 c. 19. Refello et Approbo, Contraria Quincil. 7, 4. Ex re ipsa refellere Quincil. 5, 13. Cic. Acad. 4, 15 Socrates autem de se ipse detrahens, in disputatione plus tribuebat eis, quos volebat refellere. Num ergo opus est ad haec refellenda Carneade? Cic. de Div. 2 c. 23 extr. Idem de Finib. 4 extr. Vt audias me quae a te dicta sunt refellentem. Fortunam refellere Stat. Silu. 2, 2, 226. leg. et Repellere. Nam haec duo vocabula confundi a librariis, docet Burm. ad Ouid. Met. 1, 759. Mendacium alicuius refellere et coarguere Cic. pro Ligar. 16 c. 5. Opprobria non possunt refelli Ouid. Met. 1, 759. Orationem. Vt, Ita enim viuunt quidam, vt eorum vita refellatur Oratio Cic. de Finib. 2, 81 c. 25. Sensus non possunt refelli Lucret. 4, 481. Testimonia refellere, et testes, et tabulas dicebant veteres. Cic. pro Flacc. 17 Nam aut oratio testium refelli solet, aut vita laedi. Tranquillus in August. c. 56 Testem se in iudiciis et interrogari et refelli aequissimo animo patiebatur.

REFELLENS, entis. Partic. In quo liceat mihi fingere, si quid velim, nullius memoria iam refellente Cic. de Orat. 2 c. 2 extr.

REFERCIO, si, tum, ire. [ἐπιβύω] Ex Re et Farcio; significat repetito contactu Implere. Cic. de Senect. 56 Semper enim boni, assiduique domini referta cella vinaria, olearia, et penaria est, villaque tota locuples est. Plin. Pan. 31, 6 Stupebant agricolae plena horrea, quae non ipsi referfissent. Qui aerarium pecunia referferit Lactant. 6, 6. Cic. pro Sext. 77 Meministis tum Iudices, corporibus civium Tiberim compleri, cloacas referciri. Omnia referferunt libris Cic. Tusc. 2, 6. Idem pro Corn. Balb. . . . Quod eis rebus urbem Italiamque referferunt. Idem de N. D. 1, 34 Heraclides puerilibus fabulis referferit libros. Et 2, 63 Poetae hominum vitam superstitione omni referferunt. Cic. de Orat. 1, 163 c. 35 Sed hoc nobis da Scaeuola et perfice, vt Crassus haec, quae coar-

105

stauit, et peranguste referfit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet. Cic. pro Rabir. Post. 40 c. 14 extr. Tum subinuisum apud maluculos Postumi nomen propter opinionem pecuniae nescio quam, aestatem vnam complures Aures referfit istis sermonibus.

- 5 REFERTVS, a, um. Partic. [ἐπιβεβυμένος] Cic. Q. Frat. 2, 15 (14) Accepi tuas literas datas Placentiae. Deinde alteras postridie datas Blandenouae, cum Caesaris literis referfitis omni officio, diligentia, suauitate. Cic. Verr. 3, 128 Cum prouincia tam locuplete ac referta, non modo rem, sed ne spem quidem villam reliquam cuiquam feceris. Cic. Acad. 1, 17 Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam disciplinae formulam composuerunt, et eam quidem plenam ac refertam. Cic. Verr. 3, 202 c. 87 Tum refertius erit aerarium Populi Romani quam vnquam fuit. Domus referta, Plena, diues Senec. Med. f. 17. Domus locuples et referta Cic. de Orat. 1, 161 c. 35. — referta doctissimis hominibus Idem ibid. c. 42. Cic. Q. Frat. 1, 1, 33 Quare quoniam eiusmodi theatrum totius Asiae virtutibus est datum, celebritate refertissimum, magnitudine amplificissimum, etc. Genitiuo iungitur. Gell. 1, 8-Is librum multae variaeque historiae refertum composuit. Cic. pro Font. 1 Referta Gallia negotiatorum est, plena ciuium Romanorum. Idem Att. 8, 4 Etsi propediem video bonorum, id est lautorum et locupletum urbem refertam fore. Elephantorum saltus referti Plin. 5, 1. Varr. de vita Pop. Rom. apud Non. . . Ipsa Italiae oppida sunt vastata, quae prius fuerunt hominum referta. Praedonum mare refertum Cic. 25 pro Rabir. Post. 20. Ablatiuo frequentius Cic. Verr. 1, 137 Domus erat meretricio conuentu, sed Praetoria turba referta. Idem Verr. 5, 70 Referta piratarum praeda nauis. Diuitiis puppis referta Claud. Conf. Hon. 6, 134. Inuidis referta sunt omnia Cic. in Orat. c. 41. Idem Verr. 4, 41 Primus annus erat prouinciae: non ut in 30 Sthenio iam refertus pecunia.

REFERINA faba, vid. REFRINA.

- REFERIO, ire. [ἀντιτυπώω] Repercutere. Ter. Adelph. 4, 2, 29 Quia miseram mulierem, et me fertolum qui referire non audebam vicit, hui perfortiter! Patitor tu item, cum ego te referiam 35 Plaut. Afin. 2, 2, 108. Phoebus referitur imagine speculi opposita Ouid. Met. 4, 349.

REFERIVA, vid. REFRINA.

- REFERO, tuli, latum, ferre. [ἀναφέρω, ἀνείρω, ἀνακρίνω, ἐκαναφέρω] Reportare, quasi retro ferre. Quinctil. Decl. 4, 5 Ad patrem arma non retuli. Tacit. Ann. 14, 24 Quum ex agris segetes domum referrent. Cic. Att. 6, 2 Itaque sine villa ignominia suis humeris pecunias populis retulerunt. Is Pateram retulit Idem de Diuin. 1, 54. de fure. Pullos refert in id tectum, in quo pauones habet Varro R. R. 3, 6. Sub tectum Colum. 11, 3. Dextram ad osculum referre, extensam manum reducere ad os, et denuo porrigere, adorantis gestus 45 Plin. 28, 2. Cic. Tusc. 1, 119 Si resstantibus ventis reiciemur, tamen Eodem paullo tardius referamur necesse est. Idem Att. 4, 11 extr. Statim ut sit, qui a te mihi Epistolam referat. Gradum referre, ut Pedem referre Liu. 1, 14 Et cum velut inter pugnae fugaeque consilium trepidante equitatu pedes quoque referret Gradum. Add. 3, 70. Sic Ouid. Fast. 2, 50 Retulit ille Gradus. Manubias Cic. de L. Agr. 2, 61. Manum ad poplitem Plin. 28, 4. Cic. Somn. Scip. 14 Referebam oculos ad terram identidem. Idem pro Quint. 55 47 Quum ad te C. Aquili, Oculos animumque retuli. Oculos et ora in aliquem Virg. Aen. 12, 657. Ouid. Met. 2, 303 in Projopoeia Terrae matris, Suumque Retulit Os in se propioraque Manibus antra. Ora retulit ad iuuenem Val. Flacc. 7, 79. Pedem referre et loco excedere non turpe existimarent Caes. B. C. 1, 44. Liu. 3, 22 Ut pariter et focii rem inciperent, referrentque pedem, si receptui cecinisset. Virg. Aen. 10, 794 Ille pedem referens, et inutilis inque ligatus Cedebat. Et Georg. 4, 485 Iamque pedem referens casus euaserat omnes. Quinctil. 6, 4 Pedem quam mollissime referre, metaph. Plaut. Epid. 3, 4, 3 Pedem ad me retulit. Cic. Att. 15, 16 Pedes me referunt in Tusculanum, quasi sponte sua hoc facerent non 65 expectato mentis imperio. Ventis me retulit ad Italiam Cic. Fam. 12, 25. Vid. Burm. ad Quinctil. Decl. 6, 5 p. 132. ¶ 2 Transfertur hoc verbum ad sermonem, et cogitationem adeo, ut referre sit narrando, scribendo, quin cogitando aliunde acceptum quidquam ad aliud quasi admouere, tanquam in locum suum, unde ablatum sit. Exempla ita 70 ordinamus, ut primo ponamus ea, quae Praepositiones Ad vel In habent. Ergo Ad aliquem referre est illi rem narrare, consilii in primis petendi causa. Plaut. Curc. 2, 2, 4 Tute ipse, si quid somniaisti, ad me refers. Quid Caesar acturus sit, cum acceperit ea, quae referenda ad eum data sunt L. Caesari Cic. Att. 7, 16 pr. Idem de Diuin. 1, 144

- 75 Ex eo euenit, ut et Tarquinius augure Attio Nauio vteretur, et populus de suis rebus ad eum referret. Omnia ego semper ad Corelium retuli Plin. 9, 13, 6. Ad Senatum de re aliqua referre Consules et alii Magistratus dicebantur, quum rem in Senatu agitandam, deliberandam, decernendamque proponebant, rogantes Senatorum sententias. 80 Cic. in Catil. 2, 26 c. 12 Reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis, iam ad Senatum referemus, quem vocari videtis. Conf. Id. Catil. 1 c. 8. Virg. Aen. 3, 58 Delectos populi ad proceres, primumque parentem Monstra deum refero, et quae sit sententia posco. Cic. in Pison. 31 An tum eratis Consules, quum quacunque de re verbum facere coeperatis referre ad Senatum, cunctus ordo reclamabat? ostendebatque nihil esse vos acturos, nisi prius de me retulissetis? Rem omnem ad Patres Conscriptos retuli (al. detuli,) Cic. in Catil. 2, 12. De rebus obscuris et incertis ad Apollinem censeo referendum Idem de Diuin. 1, 122 c. 44. Cic. pro Quint. 53 90 Sed ne ipse quidem te consulisti, sed ne ipse quidem ad te retulisti. Cic. pro Deiot. 7 Tuum est, Caesar, quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre. Verum latius patet haec formula: Ad Animum aliquid Phaedr. 3, 20. Ad Antipatrum refertur Scrib. 167. i. ei adscribitur. Cic. Tusc. 5, 81 Omnia ad suum Arbitrium referre, suis stare iudicibus. Quinctil. 2, 11, 26 Theodori schola (ut dixi) omnia refert ad capita. Ad Conscientiam referre omnia Plin. Epist. 1, 22. Ad Dignitatem omnia Cic. Fam. 12, 22. Idem Acad. 4, 60 Nempe Fines constituendi sunt, ad quos et bonorum et malorum summa referatur. Ad Iram Deorum referre morbos Cels. 1 praef. Cic. Verr. 5, 84 Atque haec omnia ad Memoriam vetustatis, non ad contumeliam ciuitatis referri volo: narro memoriae et historiae causa, non contumeliae. Ad Rem haec referunt, i. Pertinent Plaut. Pers. 4, 4, 44. Cic. de Finib. 4, 32 Introduci enim virtus nullo modo potest, nisi omnia quae leget, quaeque reiciet, vnam referantur ad Summam. Ad 105 Valetudinem referantur victus cultusque corporis, et ad Vires non ad Volupta-

Voluptatem Cic. Off. 1. c. 30. Idem de Amicit. 31. Ab iis, qui pe-  
 cudum ritu ad Voluptatem omnia referunt, longe dissentimus. Ad  
 Utilitatem suam omnia Cic. Fam. 3, 10. Idem Verr. 1, 149 c. 57  
 Postquam reus factus est, primo negabat opus In acceptum referre  
 posse, *i. scribere in rationibus et tabulis, esse illud perfectum.* In  
 Acta referri Iuven. Sat. 2, 136. In Aerarios referre, *vid. AERA-*  
 RIVS, *Adi. in AES.* In Album referre Liu. 1, 32. In Censum  
 aliquid referre Idem 39, 44. Cic. pro Sull. 44 Tibi meo familia-  
 ri et contubernali prius etiam edituri fuerint indicium scribae mei, si  
 voluisses, quam in Codice retulerint? *Conf. Id. pro Rosc. Com. c. 1.*  
 Cic. Att. 7, 3 Quod ipse in Tusculano me referre in Commentarium  
 mea manu voluit. In Deterius referre Tacit. Ann. 13, 13 *extr. i.*  
*narrare cum invidia, et in deteriore partem.* Cic. pro Cluent. 121  
 Deinde praetores urbanei, qui iurati debent optimum quemque in se-  
 lectos Iudices referre. Idem Philipp. 1, 19 Nisi forte si quid me-  
 moriae causa retulit in Libellum, id numerabitur in actis. Macro-  
 b. Saturn. 7, 15 Quod tantum virum in Libros retulisse, mirandum est.  
 Cic. Verr. 4, 14 Turpitudinem summam esse arbitrabantur referri in  
 publicas Literas, pretio adductam civitatem. In Melius referre,  
*i. Convertere* Virg. Aen. 11, 326. In Musam referret Scribon. 110.  
*i. Musae adscribitur.* In Nouocomenses retulit, *i. Adscripsit colo-*  
 nis Cic. Fam. 13, 35. Plin. Epist. 3, 8 Neque enim adhuc nomen  
 in Numeros relatum est. *i. in matriculam.* In Numero deorum referre, *i. ad-*  
*scribere* Suet. Caes. c. 88. Varro *apud* Non. 4, 394 Forenses decer-  
 nunt, ut Existimatio nomen meum in sanorum Numerum referat.  
 In Rationes Cic. de Opt. Gen. Orat. c. 7. In Reos referre, ut  
 recipere nomen dicitur. Ulpian. in l. 15 §. j. D. ad legem Iul. de  
 adul. Legis Iuliae de adulteris c. 7 Ita cauetur, ne quis inter  
 Reos referat eum, qui tum sine detractione Reip. causa aberit:  
 neque enim aequum visum est absentem reipublicae causa inter  
 Reos referri, dum Reipub. operatur. Aconius ad Act. 1 in  
 Verr. 5 c. 2 Quid est reum fieri, nisi apud praetorem legibus inter-  
 rogari? quum enim in ius ventum esset, dicebat accusator apud Prae-  
 torem reo, Aio te Siculos spoliaste. Si tacuisset, lis ei aestimabatur,  
 ut victo: si negasset, petebatur a magistratu dies inquirendorum eius  
 criminum, et instituebatur accusatio. *Interea autem eius nomen in*  
*Reorum album referebatur, ut causa ex ordine ageretur, dicebaturque in*  
*reos receptus, vel relatus.* *Uid. l. 3 D. de accusat.* In Spem sibi  
 aliquid referre Plaut. Epid. 3, 2, 3. Cic. Verr. 5, 101 Iste in Ta-  
 bulas refert, obsignat signis amicorum providens homo. Inter di-  
 vos referri Eutrop. in Vespas. Tito, Nerita, Trai. etc. Inter Vitia  
 referret Scribon. 118. **3 Accusatiui nominum:** Accep-  
 tum referre alicui, est Fateri se ab eo accepisse, *vid. ACCEPTVS*  
*sub ACCIPIO.* Cic. Att. 11, 2 Te etiam atque etiam oro, ut me to-  
 tum tuendum suscipias: ut si illi salui erunt, quibuscum sum, vna cum  
 iis possim incolumis esse, salutemque meam benevolentiae tuae Accep-  
 tam referre. Acceptum refero versibus esse nocens Ouid. Trist.  
 2, 10. Aliquem ore referre, *i. vultu similem esse* Virg. Aen. 4, 329.  
 Cic. pro Rosc. Amer. 48 c. 10 Age nunc, refer Animum sis ad veri-  
 tatem, et considera. Sed licet a parvis Animum ad maiora referre  
 Ouid. de Arte Am. 3, 499. Animum ad mala sua referre Idem de  
 Rem. Amor. 559. Animum et oculos ad aliquem Cic. pro Quint.  
 47 c. 14. Aenean animo noxque diesque refert Ouid. Epist. 7, 26.  
 O mihi praeteritos referat si Iupiter Annos, Qualis eram etc. Virg.  
 Aen. 8, 560. Cic. de Prouinc. Consul. 38 Qui si ex illa iactatione,  
 cursuque populari, bene gesta Repub. referunt Aspectum in curiam,  
 atque huic amplissimae dignitati commendati esse volunt, non modo  
 non repellendi sunt, verum etiam expetendi. Auxilium Ouid. Her.  
 12, 194. *i. vicissim praestare.* Caelum et terram in Deos refert He-  
 raclides Cic. de Nat. Deor. 2, 34. Colorem paternum referre Colum-  
 mel. 7, 2. Cic. de Finib. 1, 20 Quid vltimum, quo sint omnia bene  
 viuendi, recteque faciendi Consilia referenda? Consilia in me-  
 lius Virg. Aen. 1, 285. Cic. Diu. in Caec. 67 Neque enim magis  
 animos hominum nocentium res vnquam vlla commouit, quam haec  
 maiorum Consuetudo longo intervallo repetita atque relata. *i. In*  
*usum restituta, quae desita et antiquata fuisset.* Controuersiam Iust.  
 2, 10. *i. vicissim accusare.* Cic. ad Brut. 18 Rogatus sum a pruden-  
 tissima et diligentissima femina matre tua, cuius omnes Curae ad te  
 referuntur, et in te consumuntur, ut venirem ad se ad VIII Calend.  
 Sext. Virg. Georg. 1, 458 At si quum referetque Diem, condet-  
 que relatum, de Sole oriente et occidente. Diem inter nefastos re-  
 ferre Aur. Vict. de Viris illustr. 14. Diem proditam referri, id  
 est, anteferri, religiosum est etc. Festus. l. 34 D. de Receptis Arbitr  
 ita suntus, ut Diem proferre possit, tamen referre non potest. Qui  
 ergo refert diem, ille celerius facit, quod dicunt anticipat, praesumit; qui  
 profert, tardius. Expensum referre, *vid. EXPENSVM, in EXPEN-*  
*DO.* Facta referre quae mandata sunt Plaut. Capt. 2, 3, 86. Fi-  
 guras proauorum Lucret. 4, 1213 de similitudine. Cic. Verr. 1, 149  
 Quum in eo vestra mihi dignitas Fructum diligentiae referret, id sum  
 affectus ut, etc. Gratiam referre est reddere beneficium, *vid. GRA-*  
*TIA.* Liu. 37, 37 Satiatus tandem complexu filii, Renuntiate, inquit,  
 gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunc non posse, quam  
 ut suadeam, non ante in aciem descendat, quam in castra me rediisse  
 audierit. Add. Planc. ad Cic. Fam. 10, 11. In malam partem Cic. Att. 85  
 2, 9 Ut sciat hic noster Hierosolymitarius traductor ad plebem, quam  
 bonam meis putissimis orationibus Gratiam retulerit, quarum expe-  
 cta diuinam *παλαυδίαν.* Ter. Eun. 2, 3, 93 Nunc referam Gratiam:  
 atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur. Vbi Donatus: Referam  
 Gratiam, non eas, inquit, laceffam: sed quod iustum est, vicem red-  
 dam. Gratia referenda est emeritis Ouid. ex Pont. 1, 7, 61. Gra-  
 tia referatur factis Idem Trist. 5, 4, 47. Gratiam referre in ali-  
 quo, *vid. IN Praepositionem.* Gratiam plenius referre Quintil.  
 2, 6. Gratiam referre in maius Senec. de Benef. 3. Gratias re-  
 ferre Plaut. Amph. 1, 1, 27. Honorem officii Ouid. Met. 2, 286.  
 Cic. pro Planc. 41 c. 17 An vero nuper clarissimi ciues nomen editi  
 Iudicis non tulerunt, quum ex CXXV iudicibus, principibus Eque-  
 stris ordinis, v et LXX reus reiceret, L referret? An hoc significat  
 referret, ipse contra ferret aduersario? Cic. pro Flacc. 1 Quum  
 L. Flaccus veterem Valeriae gentis in liberanda patria Laudem prope  
 quingentesimo anno Reipubl. retulisset? *i. instaurasset.* Liberalita-  
 tem introrsus referre, pro Coarctare, vel in arctum cogere Sen. de Be-  
 nef. 1, 14. Mandata referre ad aliquem Caes. Bell. Ciuil. 3, 58.  
 Mandata referre alicui Virg. Aen. 7, 267. Idem ibid. 5, 598  
 Hunc Morem, hos cursus, atque haec certamina primus Ascanius, 105  
 VOL. IV.

longam muris quum cingeret Albam, Retulit. Plin. Epist. 5, 16  
 Anisit enim filiam, quae non minus Mores eius, quam os vultumque  
 referebat: totumque patrem mira similitudine exscripserat. Myste-  
 ria referre Cic. de Orat. 3, 75 c. 20 *iterare, instaurare, ut Fabulam re-*  
 5 *ferre Ter. Prolog. Hecyrae 7, ut Ouid. Fast. 3, 476* Nomine mutato  
 Causa relata mea est, *querela Ariadnes, se denuo desertam a Baccho, ut*  
*a Theseo ante.* Referre Numerum, Numerare Virg. Ecl. 6, 85.  
 Cic. pro Lege Manil. 52 Si ad vnum Omnia referenda sunt, dignissi-  
 mum esse Pompeium: omnia, *int. imperia, curationes.* Cic. de Di-  
 10 vin. 1, 67 Ciues referte Opem, et restinguite. *ex Poeta.* Idem de  
 Legib. 3, 43 Quibus saepe referre Opem possit. *i. Auxilio esse.* Opes  
 in apertum referre Cic. in Parad. 1. Denique tu Par pari referto,  
 quod eam mordeat Ter. Eun. 3, 1, 55. *Sed de beneficiis,* Par refer-  
 re Ter. Adelph. 1, 1, 48. Cic. de Nat. Deor. 1, 15 Ad quem tum  
 15 Epicurei Primas ex nostris hominibus referebant. *Sed Deferebant*  
*hodie editur.* Quaestum maiorem referre Columel. 1, 3. Quae-  
 stum vberem Idem 8, 8, 9. Rationes referre *dicitur, qui tabulas ra-*  
*tionum, ubi oportet, exhibet.* Caes. Bell. Ciuil. 2, . . . Relatis ad  
 eum publicis Rationibus cum fide, quod penes eum est pecuniae, tra-  
 20 dit. Cic. Verr. 1, 37 Vt hoc pacto Rationem referre liceret, eo  
 Sullanus repente factus est. Rationes referre ad aerarium, *vid.*  
 AERARIUM, *in AES.* Suet. in Vesp. c. 22 Expugnatus autem a  
 quadam, quasi amore sui deperiret, quum perductae pro concubitu  
 festert. quadraginta donasset, admonente dispensatore quemadmodum  
 25 summam Rationibus referri vellet, Vespasiano, inquit, adanato.  
*Alii legunt, Inferri.* Paullus in l. Nefennius, ad finem D. de ne-  
 got. gestis, Maxime si etiam in Rationes impensam eam retulisse auiam  
 apparebit. Cic. Off. 1, 139 Hic summi et clarissimi viri filius in  
 domum multiplicatam non Repulsam solum retulit, sed ignominiam  
 30 etiam et calamitatem. Cic. Att. 6, 1 Deiotarus etiam mihi narra-  
 vit, se ad eum legatos misisse de re Bruti: eos sibi Responsum retulisse,  
 illum non habere. Caes. Bell. Gall. 1, 35 His Responsum ad Caesa-  
 rem relatis, iterum ad eum Caesar legatos cum his mandatis mittit.  
 Cic. Att. 16, 3 *extr.* Atticam nostram cupio suauari, ita mihi dulcis  
 35 salus visa est per te missa ab illa. Referes igitur ei plurimam Salutem.  
 Saporem salis Virg. Georg. 3, 397. Se referre, *pro Redire domum*  
 Idem ibid. 4, 180. Se domum referre, *Redire* Hor. Serm. 1, 6, 115.  
 Se iterum Romam referre Cic. pro Flacc. 50 c. 21. Se ab aestu re-  
 ferre Ouid. Met. 14, 52. Cic. Att. 6, 1 Vellem te in tuum veterem  
 40 gregem retulisses. Se ad mansuetiores Musas Idem Fam. 1, 9. Et  
 Acad. 4, 67 Iam enim referam me ad ordinem. *i. Ordine omnia agam*  
*ut coeperam.* Cic. Off. 2, 45 Existimavi honestissime posse deponi,  
 si me ad philosophiam retulisses. *i. recepissem.* Conf. Id. Fam. 1, 8.  
 Senium parentis referre *dicitur quod inde nascitur* Columel. 7, 5. *b. e.*  
 45 *Imitari, reddere.* Similitudinem referre Plin. 22, 8. Sonum eun-  
 dem referre in cadendo Cic. in Orat. 38. Idem pro Rosc. Amer. 110  
 pro re certa Spem falsam domum retulerunt, *Reportarunt.* Vicem  
 referre, *Rependere* Ouid. de Arte Am. 1, 370. Victoriā Liu. 4, 17.  
 Frontin. Strat. 2, 2, 4. Cic. Q. Frat. 1, 1, 33 Theatrum Asiae ita  
 50 resonans, ut vsque Romam significationes, Vocesque referantur.  
 ¶ 4 *Narrare significat, quod qui facit, accepta velut oculis, auribus,*  
*refert ad eum, cui narrat.* Lucret. 1, 76  
*Animus Omne immensum peragrat,*  
*Vnde refert nobis victor quid possit oriri,*  
 55 *Quid nequeat. i. narrat: nisi malis ita, refert tanquam*  
*praedam ex illa velut expeditione.* Narrare, indicare certe significat  
 Virg. Aen. 2, 547 Referes ergo haec, et nuntius ibis Pelidae geni-  
 tori. Cic. ad Brut. 18 At illa retulit, quaesivitque quidnam mihi  
 videretur. Ordine referre Ouid. Met. 9, 5. Horresco referens  
 60 Virg. Aen. 2, 204. Acta memoranda referre Ouid. Met. 13, 956.  
 Dicta referre Idem ibid. 1, 656. Facta Hor. Epist. 2, 1, 130. Pa-  
 lam facta Ouid. Amor. 3, 14, 8. Magna facta Idem ex Pont. 4, 8, 88.  
 Pauca referre Virg. Aen. 4, 333. Pugnas referre Ouid. Met. 12, 160.  
 Responsum cum retulerint legati, haec videbimus Cic. apud Non. 4, 391.  
 65 Versus in ordine referre Virg. Ecl. 7, 20. Vera referre Ouid. Met.  
 3, 659. Tum senior tales referebat pectore Voces Virg. Aen. 5, 409.  
 Voce referre Idem ibid. 1, 98. Seruius, Pleonasmus est. Virg. Ecl.  
 3, 73 O quoties, et quae nobis Galatea locuta est? Partem aliquam  
 venti diuum referatis ad aures. *i. Vtinam referatis.* Plin. 7, 41  
 70 Vna feminarum in omni aevo Lampido Lacedaemonia refertur. Ab  
 Asclepiade refertur Scribon. 74. *i. traditur.* ¶ 5 Referre  
 est respondere in causis et litibus, quod vulgo dicunt replicare. Cic. pro  
 Caecin. 84 c. 29 In iis ipsis includere insidiis, quas mihi conaris op-  
 ponere. — Ego enim tibi refero, Si non sum ex eo loco deiectus,  
 75 etc. Gr. ἀνδρικοπέρον. Ex eo, quod dixit aduersarius, aliquid arripere,  
 quod illi opponas. Et mox: Hoc totum si votis versutius — videbi-  
 tur, sic existimetis, — idque me non ad meam defensionem attu-  
 lisse, sed illorum defensionem retulisse. Plura dedit Passerat. ad h. l.  
 Graeu. ad Cic. pro Quint. 44 c. 13 Quid autem a nobis refertur? *it.*  
 80 *Burm.* ad Ouid. Met. 1, 759 Pudet haec opprobria nobis et dici po-  
 tuisse, et non potuisse referri. ¶ 6 *Etiam Conuertere signi-*  
*ficat, vel etiam Instaurare* Virg. Aen. 11, 425 Multa dies, variusque  
 labor mutabilis aevi, Retulit in melius. Referre, *pro emolumen-*  
*tum praestare.* Ne velim quidem mihi dari lectorem, quid studia re-  
 85 ferant, computaturum Quintil. 1, 12. Cum bene cesserit negotiatio,  
 multum militia retulerit Sen. ad Helu. c. 10. Sic n. 3 Quaestum re-  
 ferre. *Notabile est illud,* Neque tu istud vnquam Decretum sine nostra  
 caede referes Liu. 3, 45 *extr. i. auferes, non perficies, ut decreto tuo sa-*  
*tis fiat, nisi nobis antea caesis.* Denique Si forte refers Ouid. Am. 2, 8,  
 90 17 est recordaris. ¶ 7 *Supin.* Plin. 32, 11 Praeter haec  
 purgamenta aliqua relatu indigna, et algis potius annumeranda, quam  
 animalibus. Digna relatu Ouid. Met. 4, 792. Foedum relatu  
 Idem ibid. 9, 167. Horrenda relatu res Ouid. Met. 15, 298. Quod  
 relatu Verum est Val. Max. 1, 6, 11.  
 95 REFERT. Imperf. [*διὰ φέρει*] *Vtile est significat, et Genitiuo iun-*  
*gitur.* Sallustius in Iugurtha c. 111 Faciendum aliquid, quod illorum  
 magis, quam sua retulisse videretur. Festus: Refert quum dici-  
 mus, errare nos Verrius ait, esse enim rectum Reifert, Datiuo scilicet,  
 non Ablatiuo casu. Sed esse iam vsu possessum. Fauere videtur Verrio  
 100 *modulus prioris Syllabae, quae in hac significatione semper, quod obser-*  
*uauerim producitur.* Vtramque iungit rationem Ouid. Met. 13, 268  
 Quid tamen hoc refert; si se pro classe Pelasga Arma tulisse refert?  
 Sed pulchre Verrium refellit Periz. ad Sanct. Mineru. 3, 5 p. 418 seq.  
 Cum Genitiuis pretii frequentissime construitur, Magni, parui. Lucret.  
 105 1, 817 Atque eadem, magni refert, primordia saepe Cum quibus, et  
 quali



quali positura contineantur. Et 907 Iamne vides igitur, paullo quod diximus ante, Perinagni referre, eadem primordia, etc. Cic. Fam. 13, 99 Vt habeamus aliquam Rempub. cuius consiliis magni referebat te interesse. Ter. Phorm. 4, 3, 41 Parui retulit non suscepisse: inventa est quae dotem petat. Cic. Q. Frat. 1, 1, 16 Parui refert abs te ipso ius dici aequaliter et diligenter, nisi, etc. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 9 Sed Quanti id refert, si tamen fato nescio quo accidit? Cum his Pronominibus Mea, tua, sua, nostra, vestra, quae videntur Accusatiui Pluralis esse, non Ablatiui, quod alii volunt, Singularis. Suppleri enim commodissime possunt formulae illae deficientes hoc modo, Refert se haec res ad mea negotia. Refert se ad illorum negotia etc. Conf. quae paullo ante de usu verbi cum ad Praepositione dicta sunt. Suspensus tale quid est Donatus ad Ter. Phorm. 4, 5, 11 Quid tua, malum, id refert? CH. Magni, Demipho. Quare, quomodo dicatur, Quid mea? Quid tua? An deest ad, vt sit Ad mea, aut Ad tua? Plaut. Perf. 4, 4, 44 Percontari volo, quae ad rem referunt. intellig. se referunt, vel, quod idem est referuntur. Plaut. Curc. 3, 25 Nam quid id refert mea, an aula quassa cum cinere effusus fiet? Idem Amph. 2, 2, 108 Tua istuc refert si curaueris. Plaut. Bacch. 3, 4, 2 Mea illud nihilo pluris referet. Et Rud. 4, 3, 27 Nihilo pol pluris tua hoc, quam quantum illud refert mea. Plin. in Paneg. 40 Vetuisti exigi, quod deberi non tuo saeculo coeperat. Alius vt contumacibus irasceretur, tarditatemque soluendi dupli, vel et quadrupli irrogatione multaret: tu nihil referre iniquitatis existimas, exigas quod deberi non oportuerit, an constituas vt debeatur: i. neque augeri neque minui iniquitatem, aequae magnam esse. Nihil mea refert vtrum tu, etc. Cic. in Pison. 29. Non adscripsi id quod tua nihil referebat Idem Fam. 5, 20. Aliquando bis iungitur, Multum, plus, plurimum, parum, paullum, pauxillum, nihil, aliquid, et similibus. Colum. 7, 12, 2 Necmultum refert, an villatici canes corporibus graues, et parum veloces sint. Martial. 9, 102 Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur. Quae fluit, an pigro quae stupet vnda lacu. Ouid. ex Ponto 3, 4, 61 Nec minimum refert intacta rosaria primus, An sera carpas paene relicta manu. Quintil. 9, 4 Plurimum refert compositionis, quae quibus anteponas. Cic. de Fin. 5, 90 Tantum refert quam magna dicam. Tantum retulisset reipubl. Vell. 2, 72, 2. Refert, cum Infinitiuo: Cic. de Clar. Orat. 110 Neque enim refert videre quid dicendum sit, nisi, etc. Quid refert? Sen. Epist. 9. Ter. Andr. 3, 2, 16 Interminatus sum ne faceres? num veritus? quid retulit? Vbi Donatus: Retulit, profuit, vel interfuit. Plaut. Truc. 2, 40 4, 40 Cui rei retulit, te id assimilare? quorsum spectauit. Cic. pro Cael. 57 At quibus seruis? refert enim Magnopere idipsum, q. d. refert se ad hanc rem. Sic Plin. 14, 6 Quibus exemplis, nisi fallor, manifestum est, patriam, solumque referre, non vnam. i. Ad vini praestantiam maxime pertinet, eligere solum et regionem. Idem 16, 30 45 de arboribus caedendis, Infinitum refert (se ad hanc rem) lunaris ratio, nec nisi a vicesima in tricesimam caedi volunt. Varro de R. K. 1, 8, 1 Refert inquam quod genus vineae sit, quod sunt multae species eius. conf. ibid. c. 7, 5. Plin. 21, 11 Diximus et terram referre plurimum. Cic. de Diuin. 2, 97 Fac in puero referre ex qua affectione caeli primum spiritum duxerit. Aues pascantur, necne, quid refert? Cic. de Diuin. 2, 72. Quid refert, scelerata piam si vincit? Ouid. Epist. 6, 137. i. quid prodest mihi? Sic 16, 211 Quid tamen hoc refert? si etc. Et Met. 13, 268. Et Fast. 3, 495. Add. Sabin. 1, 29 et 77. it. 3, 6. Plaut. Rud. 4, 4, 25 Quomodo habeas, Nihil id refert, iure, anne iniuria? Idem Epid. 2, 1, 1 Plerique homines, quos, cum nihil refert, pudet, vbi pudendum est, Ibi eos deserit pudor. Sed refert quomodo adhibeatur Cic. Tusc. 3, 42. Nec terrae tantum natura circa has refert Plin. 16, 33. i. Ad rem non tantum pertinet. Suet. Othon. c. 4 Nihil referre, ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus caderet. Adeone est fundata leuiter fides, vt vbi sim, quam qui sim magis referat? Liu. 2, 7. Sallust. Catil. c. 52 Quare vanum quidem hoc consilium est, si periculum ex illis timuit, si in tanto omnium metu solus non timet, eo magis refert (se hoc ad mea negotia) me mihi atque nobis timere. Virg. Georg. 2, 104 Neque enim numero comprehendere refert.

RELATVS, a, um. Partic. [*ἀναφορῆς, ἐπινοήσεως*] Cic. de Nat. Deor. 2, 144 Sed duos, et quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur sonus, de auribus: Sonus relatus est reflexus, repercussus. Cum relatum legent Nep. praef. n. 1. Exemplum relatum a Cicerone obliuionis, decreto patrum comprobatum est Vell. 2, 58, 4.

RELATVS, ūs. m. Tacit. Hist. 1, 30, 1 Neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus est. Suorum relatu Symmach. Epist. 5, 64. Peto, vt supersedeas gratiarum relatu Ambros. Epist. 8, 73, 2.

RELATIO, ōnis. f. [*ἀναφορῆς, ἐπινοήσεως*] Pro varia verbi significatione, notat v. g. opus illud Consulare, cum is ad Senatum refert, quid fieri placeat? vt Cic. in Pison. 14 c. 7 Crudelitatis tu, furcifer, Senatum Consul in concione condemnas? Non enim me qui (in Caecilianis puniendis) Senatui parui. Nam relatio illa salutaris et diligens fuerat consulis: animaduersio quidem, et iudicium Senatus. De ead. re ibid. 29 c. 13 pr. Quis audiuit non modo actionem aliquam aut relationem, sed vocem omnino aut querelam tuam? Nominatim ad accusationes in Senatu pertinet. Plin. Epist. 9, 13, 7 Quis est ante relationem reus? et s. 22 Et relationem quidem de eo Caesar ad Senatum non remisit. Ad illud ius consulare pertinet Ius quartae relationis principi honoris causa tributum, etiam si consulatum non gereret, apud Capitolinum Pertin. c. 5. Sic in nobili SCto, quo Vespasiano decernuntur principibus solita, quod publicauit etiam Ryck. ad Tac. Hist. 4, 3, 5 Vtique ei Senatum habere, relationem facere, Senatusconsulta per relationem discessionemque facere liceat. Nempe Relatio simpliciter est propositio in Senatu, vt Tac. Ann. 3, 53. 13, 26 etc. Hanc relationem egredi dicitur Idem Ann. 2, 39 pr. praeter id, de quo relatum est, quod in commune conducat loco sententiae proferre. ¶ 2 De relationibus est tit. C. Theod. 11, 29. et Iustin. 7, 61 id est de epistolis, quibus consulunt principem iudices et magistratus; quales sunt maiorem partem Plinianae libri 10. ¶ 3 Relatio criminis apud Cic. de Inu. 1, 16 c. 11 est, cum ideo iure factum dicitur, quod alius ante iniuria lacefferit. Vlpian. in l. Is qui reus. D. de publ. iudiciis. Is qui reus factus est, purgare se debet: nec ante potest, accusare, quam fuerit excusatus. Constitutionibus enim obseruatur, vt non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur. ¶ 4 Reliquae etiam verbi significationes in nomine obseruantur. v. g. Minuc. Felix in Octauio c. 2 Quum, quae per absentiam mutuum de nobis

- nesciebamus, relatione alterna comperissemus. Gratiae relatio Senec. de Benef. 5, 11. Meritorum relatio Quinctil. 4, 1. Relatio inter figuras posita a Cic. de Orat. 3, 207 c. 54 quid sibi velit, nescire se fatetur Quinctil. 9, 4, 97.
- 5 **REFICAT** mutuum rerum inter se respectum. Ad aliquid, unde ductae relatio et comparatio Quinctil. 3, 6, 23 ex lect. Gesneri, Loquitur autem de praedicamento Aristot. *ἁπὸς τὴν* appellato. Praetor quoque ius reddere dicitur etiam, cum inique decernit, relatione scilicet facta non ad id, quod ita praetor fecit, sed ad illud, quod praetorem facere conuenit Paull. Ict. l. 11 ff. de l. et l.
- 10 **RELATIVVS**, a, um. Adi. *Relationem habens.* Arnob. 7 p. 221 Honos relatiui est ad alterum generis. Appellatio Augustin. de Trinit. 5, 16. Conf. Mart. Capella 4 p. 111.
- 15 **RELATIVE**. Adu. August. de Trin. 5 c. 7 et 11 pr. et 12, 13 etc. Mart. Capella 4 p. 110.
- RELATOR**, oris. m. Balb. ad Cic. sub Att. 8, 15 Incipiam sperare, etiam consilio Senatus auctore te, illo relatore, Pompeium et Caesarem coniungi posse. Conf. Sidon. Epist. 7, 2. Tertull. de Anima c. 46.
- 20 **RELATORIVS**, a, um. Adi. *Relationem continens ut*, Literae Cod. Theod. lib. 13.
- REFERENDARI**, orum. m. *Apud veteres Imperatores dicebantur, per quos ipsi facilius singulorum desideria perdiscebant, teste Cassiodoro, qui Var. 6, 17 quibus verbis haec dignitas solebat concedi, indicat. Vid. Nouell. 10. 113. 124. Alciatus lib. 3 Dispunct. et Iureconsulti in l. Eos. C. de Excusationib. munerum.*
- 25 **REFERVEO**, bui, ere. [*ἀναζέω*] *Valde et repetita ebullitione feruere.* Plin. 16, 11 Item terebinthinam in sartagine referuenti. *Metaphor.* Cic. pro Rosc. Com. 17 c. 6 Nonne ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur, et refrigeratur: sic referuens falsum crimen in purissimam et castissimam vitam collatum, statim concidit et extinguitur? *i. calidum admodum et vehemens et velut ebulliens. Aliquando contrarium significat.* Cic. de Clar. Orat. 316 c. 91 extr. Nam et contentio nimia vocis reciderat, et quasi referbuerat, Grut. et Gron. referuerat oratio. *i. a feruore remiserat.*
- 30 **REFERVESCO**, ere. [*ἀναζέω*] *Incipere referuere.* Cic. de Diuin. 1, 46 c. 23 Ex his Mercurium ex patera quam dextera manu teneret, sanguinem visum esse fundere: qui quum terram attigisset, referuescere videretur, sic ut tota domus sanguine redundaret.
- 40 **REFESTINO**, are. Qui a tenebris iustissime refestinauit ad lucem suam Paullin. ad Augustin. Epist. 45 (al. 44) extr.
- REFIBVLO**, are. [*ἀποροπύω*] *Fibulam tollere, vel soluere.* Martial. 9, 28 Refibulauit turgidum faber penem. Vid. INFIBVLO.
- 45 **REFICIO**, feci, factum, ere. [*ἀνακτίζω, ἀναλαμβάνω*] *Instaurare, renouare, quod corruptum erat, in statum pristinum instaurare.* Verbo item reficiendi tegere, substruere, sarcire, aedificare, et advehere, apportareque ea, quae ad eandem rem opus sunt, continentur. Haec Vlpianus l. 1 §. 6 D. de riuis. Cic. de Diuin. 1, 4 Quin etiam memoria nostra templum Iunonis Sospitae L. Iulius, qui cum P. Rutilio Consul fuit, de Senatus sententia refecit. Aedes reficere quae vitium fecerunt Cic. in Topic. 15 c. 3. Memoriam iudicium reficere breui repetitione rerum, pro Recolligere Quinctil. in prooem. lib. 4. Muros dirutos Nep. 9, 4, 5. Naues Caes. B. C. 2, 23. Pecuniam reficere ex venditionibus Papin. in l. Tutores §. Patruus D. de admistr. tutor. Et Cels. l. 88 ff. de V. S. Tantum quisque pecuniae relinquit, quantum ex bonis eius refici potest. *Honestae formula:* Cic. Parad. 6, 1 Nunquam eris diues ante quam tibi ex his possessionibus tantum reficiatur, ut eo tueri sex legiones — possis. Cic. Verr. 3 c. 50 Primo dominus — villico delectetur, quod tanto sibi plus
- 60 mercedis ex fundo refectum sit. Liu. 35, 1 Caetera (praeda) vendenda quaestori data: quod inde refectum est, militi diuisum. *Vindicat idem verbum Gron.* Liu. 1, 53 Vbi cum diuendenda praeda quadringenta talenta argenti auriue refecisset. *Sed aliquantum dissimilia sunt, et magis ad primam et propriam significationem verbi accedunt ista,*
- 65 Iustin. 9, 1 More negotiantium impensas belli alio bello refecturus, *i. reparaturus.* Varro R. R. 1, 2, 8 Nemo enim sanus debet velle impensam ac sumtum facere in culturam, si videt, non posse refici: nec si potest reficere fructus, si videt eos fore ut pestilentia dispareant. Puppes laceras refeci Ouid. Epist. 2, 46. Rates quassas reficere Hor. Carm. 1, 1, 17. *Templa aedesque labantes reficere* Idem ibid. 2, 6, 2. Testamentum reficere Vlpian. in l. Idemque erit D. de militari testamento. Villam reficere, vel stabulum Vlpian. in l. Ex conducto in princ. D. Locati. Cic. Verr. 1, 142 Locatur id opus, quod ex mea pecunia reficiatur. Reficere magistratus, ut Recreare iterum creare. Cic. de Amicit. 65 Papyrius legem ferebat de Tribunis reficiendis. Plebs Voleronem tribunum refecit Liu. 2, 56 pr. *Add.* Idem 3, 21 pr. 6, 35 extr. et c. 36 pr. Cic. pro Planc. 45 c. 18 Neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne obseruent tribules suos, ne deligant, ne reficere necessariis suis suam Tribum possint.
- 80 *i. subinde, et quoties opus est conficere, et parare, i. eo adducere, ut suffragio suo ornent, quos volumus.* ¶ 2 Reficere, Recreare vel animum vel corpus cibo, medicina, voluptate. Plin. in Paneg. c. 77 Ad haec tam assiduus in Tribunali, ut labore refici ac reparari videretur. Cic. Fam. 7, 27 Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam et vires et corpus amisi. Caes. Bell. Gall. 7, 83 Milites ex nocturno labore sese reficere iussit. Et ibid. 7, 32 Exercitum ex labore atque inopia refecit. Refectus sum quum tua lego Plin. Epist. 4, 3. *Sed Cort. bonis auctoribus affectus.* Equorum reficiendorum causa subsistere Caes. B. C. 2, 42. Herbas teneras aurora refecit Ouid. Fast. 3, 711. Me consilium Cn. Pompeii recreat, et refecit Cic. pro Milon. 2 c. 1. Ut statim mente cogitaret, si paulum modo Res essent refectae, bellum renouare Nep. 22, 1, 4. Salutem communem reficere Cic. pro Sext. 15. Plin. 26, 11 Reficientibus se ab imbecillitate vtilissima. Cic. Q. Frat. 3, 1 Ego ex magnis caloribus (non enim meminimus maiores) in Arpinati summa cum amoenitate fluminis me refeci ludorum diebus. Sine dubio post Leuetricam pugnam Lacedaemonii se nunquam refecerunt Nep. 17, 7, 1. Stomachum reficere Scribon. 107. Cic. Verr. 4, 105 Ad ea autem, quae dicturus sum, reficite vos, quaeso Iudices, per
- 100 deos immortales. Viros reficere cibo Liu. 37, 24. Cic. Att. 12, 14 Sed relaxor tamen, omniaque (forte omninoque) nitor, non ad animum, sed ad Vultum ipsum, si queam, reficiendum, *i. ad assumendum vultum moderatum, constantem, a luctu non oppressum.* Plin. Epist. 8, 11 Quamquam vereor, ne post gratulationem quoque in meo
- 105 tum redeas, atque ita gaudeas periculo liberatam, ut simul quod periclitata

clitata sit, perhorrescas. Iam hilaris, iam sibi, iam mihi reddita, incipit refici, transmissumque discrimen conualescendo remetiri. Ex longo morbo refici Sen. Epist. 7. Arte Aemonia refectus Telephus, Sanatus Stat. Silu. 1, 4, 112. Furiis refecti ardebant equi aegrotantes Virg. Georg. 3, 511, quia languentia corpora in vires quodammodo excitat furor, et facit ea in exitium conualescere, Seruius. Lucret. 1, 557 Nam quiduis citius dissolui posse videmus, Quam rursus refici.

REFECTVS, a, um. Partic. Cic. Att. 16, 3 pr. Sed tamen idem σύνταγμα nisi ad te retractatus, et quidem ἀρχέτυπον ipsum crebris locis inculcatum et refectum. Ouid. Fast. 4, 610 Haud secus indoluit — longa vixque refecta mora est. Opibus curisque refectus amici Hor. Epist. 2, 2, 136. Nec aut cibo refectus aut potu Curt. 7, 5, 16. Conf. Id. 5, 4, 23.

REFECTVS, ūs. m. [ἀνάληψις] Ipsa refectio. Plin. 18, 7 sub fin. Panem ex hordeo antiquis vsitatum vita damnauit, quadrupedumque tradidit refectibus. Sic etiam Elzeuir. Sed Harduin. quadrupedum fere cibis est.

REFECTIO, ōnis. f. [ἀνάληψις] Reficiendi et instaurandi actus. Columel. 12, 3 Caeteraque, si refectionem desiderant, fabris concinnanda tradantur. Capitolii Suet. Caes. c. 15. Ea compluua habent in refectionibus molestiam magnam Vitruu. 6, 3. Quinctil. 10, 3 Tempora ab ipsa rerum natura ad quietem, refectionemque nobis data, in acerrimum laborem conuertimus. Plin. in Paneg. c. 81 Quod si quando cum influentibus negotiis paria fecisti, instar refectionis existimas mutationem laboris. Valere refectio Cels. 3, 15. i. satis virium habere reliquum, ut possis refici. Idem 4, 6 Si in refectioe quoque manserit tussis, intermittere oportebit vno die.

REFECTOR, ōris. m. Sueton. in Vespas. c. 18 Item colossi refectorem insigni congiario magnaue mercede donauit. Conf. Inscript. apud Spon. Misc. Er. Ant. p. 231.

REFACIO, ĩre. [ἀνασκευάζω] Antiquum. Plaut. Truc. 4, 4, 24 Nam refacere si velim, non est locus. Taubm. et Gron. diuissime facere. Noctibus his vacui refaciamus iter Propert. 2, 24, 22 ut legunt Scalig. et Brouckh. i. redeamus ad consuetudinem.

REFİGO, xi, xum, ĩre. [καταπήγνυμι] Pro figere simplici posuit, si Seruio credimus, Virg. Georg. 4, 202 Aulasque et cerea regna refigunt. Burm. post Heins. refigunt. Vtrum placeat, repetitio videtur significari: figunt s. fingunt, quoties opus est. Colum. 4, 16, 2 plane huc non pertinet.

Quod fixum est auferre. Cic. Philipp. 13, 5 c. 3 Acta Antonii rescidistis, leges refixistis per vim. Leges enim in tabulis aeneis incisae erant, et fixae parietibus. Sic Cic. Fam. 12, 1 Cuius aera refigere debeamus, eius etiam chirographa defendimus. Hor. Epist. 1, 18, 56 Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit. Se crucibus Sen. de Vita Beata c. 19. Leges figere et refigere pretio Virg. Aen. 6, 622.

REFIXVS, a, um. Part. Vt, Clipeus refixus Virg. Aen. 5, 360. et Hor. Carin. 1, 28, 11. Sidera refixa caelo Virg. Aen. 5, 527. Hor. Epod. 17, 5 Refixa caelo deuocare sidera. Nempe ut deuocari, i. deduci caelo possint magica vi sidera, refigenda sunt, loco quo fixa s. defixa alias sunt, mouenda. Recte igitur Bentleyus ex primis editionibus ref.

REFİGVRO, ĩre. Reformare. Vulg. Interpr. Sapient. c. 19, 6 Omnis creatura ad suum genus ab initio refigurabatur.

REFİNGO, ĩre. Hilari vultu renidens, quantumque poteram, lactiorem me refigens Apul. Met. 3 p. 134, 24.

REFİRMO, ĩre. Supra ripam Tigridis limes est refirmatus Sext. Ruf. c. 14. i. denuo constitutus.

REFLAGİTO, ĩre. [ἀναστίζω] Iterum flagitare. Catull. 43, 660 Persequamur eam, et reflagitemus. Et Circumsistite eam et reflagitate ibid. v. 10.

REFLECTO, xi, xum, ĩre. [ἀνακλίμπω] Retro flectere. Plin. 11, 50 Canum degeneres caudam sub alium reflectunt. Aciem reflectere Sen. Herc. fur. l. 8. aciem oculorum intelligit. Caput leuiter reflectens Catull. 43, 10. Ceruix reflexa est Scrib. 255. Colla mollia ei reflectunt Virg. Aen. 11, 622. Oculos reflectere Ouid. Met. 7, 342. Pedem reflexit inde Catull. Argon. 62, 112. Visus reflectere Valer. Argon. 5, 454. Auis reflectitur in longos vngues Ouid. Met. 5, 547. de Ascalapho in bubonem verso. Per translationem Cic. pro Sull. 46 c. 16 Fero ego te, Torquate, iam dudum, fero: et nonnunquam Animum incitatum ad vlcisendam orationem tuam reuoco ipse et reflecto. Reprimere atque reflectere Ter. Adel. 3, 2, 9. Cic. de Orat. 1, 53 Quae nisi qui naturas hominum, vimque omnem humanitatis, causasque eas, quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo quod volet, perficere non poterit. Sed Nec prius amissam respexi, Animumque reflexi, i. cogitavi Virg. Aen. 2, 741.

REFLEXVS, a, um. Partic. [ἀνακαμψθεὶς] Vt, Ceruix reflexa Stat. Achill. 1, 382. Telum reflexum rotabat obliquo Marte Sil. 16, 54. Reflexum et Rectum, contraria Plin. 11, 37. Ad opticam vationem vsus est Lucret. 4, 444

Nam quaecunque supra rorem falis edita pars est Remorum, recta est, et recta superne gubernata: Quae demersa liquore obeunt, refracta videntur Omnia conuerti, sursumque supina reuerti: Et reflexa prope in summo fluitare liquore.

REFLEXIO, ōnis. f. Apul. de Syllog. Categ. in doctrina Conversionis.

REFLEXİM. Adu. Vice versa. Apul. de Syll. Categor. etc. Reflexim inferre.

REFLEXVS, ūs. m. Apul. Florid. 1 p. 242 Prope Oceani reflexus.

REFLO, ĩre. [ἀντιπνέω] Contra spirare. Cic. Off. 2, 19 c. 6 Nam et quum prospero statu eius vtimur, ad exitus peruehimur optatos: et quum restauit, affligimur. Idem Att. 6, 6 Inde quamprimum Athenas, etsi Etesiae valde restarint. Amicis folles pro accubitis sternebat, eosque restabat prandentibus illis, ita vt plerumque subito sub mensis inuenirentur prandentes Lamprid. in Heliogab. c. 25 ubi conf. Salmas. Passiu. Lucret. 9, 936 Interiorem etiam partem spirantibus aer Verberat hic idem quum ducitur, atque restatur.

REFLANS, antis. Partic. Cic. Tusc. 1, 119 c. 49 Si restantibus ventis reiciimur. Medicamina reflantia Cael. Aur. Tard. 3, 8.

REFLATVS, a, um. Partic. Vt, Reflata succositas Cael. Aur. Acut. 2, 29, 151. i. essiccata, euaporata.

REFLANDVS, a, um. Antra per palati Crepulis reflanda buc-  
cis Gemit aura tibialis Sidon. Ep. 9, 13 in subiecto Anacreontico.

REFLĀTVS, ūs. m. [ἀντίνοου] Plin. 9, 6 Quorum vnum  
mergi vidimus reflatu beluae expletum vnda. Cic. Att. 12, 2 Hic  
5 rumor est T. Marcum periisse naufragio, Asinium delatum viuum in  
manus militum; L naues delatas in Vticam reflatu hoc.

REFLATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 1, 1, 12 Ex alto refra-  
tio quaedam viarum nuditate permittitur. *Transpirationem bodie*  
*vocant.*

REFLABĪLIS, e. Adi. *Vt, Cibi facile reflabiles* Cael. Aurel.  
Tard. 4, 1, 6 *qui digeruntur, et exhalant facile.*

REFLABRI venti Apul. de Mundo: *sed valde dubia est lectio;*  
*vid. Elmenh. ad p. 62, 20.*

REFLATILIS, e. Adi. Zeno Veron. *vid. Salmf. ad Hist. Aug.*  
15 *p. 193.*

REFLŌREO, uī, ēre. [ἐξανθῶ] *sive REFLORESCO, ēre.*  
*Rursum florere.* Plin. 18, 16 *Secatur incipiens florere; et quoties re-*  
*floruit, etc.* Idem 19, 8 *Cuius natura in carnariis refflorescens saepius*  
*dicha est. Iuuenta refflorescente ibat ouans* Sil. 15, 728.

REFLVO, xi, xum, ēre. [ἀναρῶ] *Rursum fluere.* Plin. 2, 87  
20 *Nec vnquam eodem tempore quo pridie refluit.* Virg. Aen. 9, 32  
Vndis reffluentibus stridet mare Idem Georg. 4, 262. Ambiguo-  
lapfu reffluitque fluitque *Maeander* Ouid. Met. 8, 163.

REFLVENS, entis. Partic. Tiberis Virg. Aen. 8, 87 *intra suum*  
25 *se alucum recipiens.*

REFLVVS, a, um. Adi. [καλιφόρος, καλιφόρος] *Vt, Refluum*  
mare Plin. 2, 97. Gurges reffuus Stat. Silu. 5, 1, 91.

REFLVĀMEN, inis. n. Fortunat. 1 *Paruula Grammaticae lam-*  
bens reffuamina guttae.

REFLVXVS, ūs. m. *Vt, Defluxus et reffluxus maris.*

REFOCILLO, āre. [ἀναψύχω] *Recreate.* Plin. Epist. 3, 14 Ipse  
paucis diebus aegre reffocillatus, non sine vltionis solatio decessit, ita  
viuus vindicatus, vt occisi solent. Arria reffocillata Plin. Epist.  
3, 16, 12. Lugentem efficacibus remediis reffocillare Sen. de Benefic.  
35 3, 9. *Vid. FOCILLO.*

REFOCILLATOR, ōris. m. Apuleio *tribuitur. Non habet*  
*Index Floridi.*

REFŌDIO, fōdi, fossum, ēre. [ἀνασκάπτω, ἀνορύσσω] *Fodien-*  
*do eruere et in altum proferre.* Plin. 15, 18 *Quae mitiore caelo reffo-*  
40 *fae cum arbore, atque in lucem remissae, novos soles recipiunt.*  
Idem 2, 63. *Si vlli essent inferi, iam profecto illos auaritiaae atque lu-*  
*xuriaae cuniculi reffodissent. Solo quam altissime reffosso* Plin. 19, 5.  
Columel. 4, 32 *Sed illud de integro reffodi debet. Radices omnes*  
*reffodiat* Idem 2, 2 *extr.*

REFORMĪDO, āre. [ὑποπτήσσω] *Prae formidine reffugere.* Cic.  
de Finib. 3, 7 c. 2 *Quippe qui ne reprehensionem quidem vulgi ina-*  
*nem refformidans, in ipsa curia soleret legere saepe. de Catone.*  
Idem pro Caecin. 84 *Istum locum fugis et refformidas. Pacis no-*  
mine Bellum inuolutum refformido Cic. Philipp. 7 c. 6. *Crimen*  
50 *amicitiae (Catilinae) refformidare* Idem pro Cael. 14 c. 6. *Ferrum*  
*refformidant frondes* Virg. Georg. 2, 369. *Quorum Mentionem ad-*  
*huc refformido* Curt. 6, 9, 3. *Solem insuetum lumina refformidant*  
Ouid. ex Pont. 3, 4, 49. *Tactum membra saucia refformidant* Idem  
ibid. 7, 13. *Quinctil. 4, 5, 5 Refformidat non aliter, quam qui*  
55 *ferrum medici prius quam curetur adspexit. Tempus illud mens re-*  
*fformidat* Ouid. Trist. 3, 6, 29. *Vulnus humus refformidat* Idem  
Fast. 1, 666. *Speculatorem refformidat diligentia mea* Cic. Diu. in  
Caecil. 51 c. 16. *i. ita diligens sum, vt speculatore mibi non sit opus et*  
*ergodioete.*

¶ 2 *Refformidat biennio planta deposita* Co-  
lumbel. 4, 33, 4. *i. translata non coalescit et comprehendit, certe incre-*  
60 *menta non capit. Sic etiam 4, 9, 1. et 24, 15. Id. Colum. 4, 11, 1 Nam*  
*illam veterem opinionem damnauit vsus, non esse ferro tangendos*  
*anniculos malleolos, quod aciem refformident etc. Etiam hic primae*  
*editiones simpliciter cum refformident.*

REFORMIDATIO, ōnis. f. [ὑπόπτησις] Cic. in Partit. 11 c. 4  
65 *In suasionem autem aut spem, aut refformidationem deliberantis.*

REFORMO, āre. [ἀναπλάττω, ἀνατυπῶ] *In priorem vel melio-*  
*rem formam redigere.* Sed dum resolubile corpus reuocas, Deus, at-  
que reformas Prudent. Hymn. ad Exseq. v. 156. Plin. in Paneg. c. 53  
70 *Vt ostendam, quam longa consuetudine corruptos deprauatosque mores*  
*principatus parens noster refformet et corrigat.* Ouid. Met. 11, 254  
*Sed preme, quidquid erit, dum, quod fuit ante, refformet. i. dum re-*  
*sumat formam priorem: consilium Peleo datum de Thetide.* Quinctil.  
12, 6 *de Cicerone, Qui tamen Apollonio Moloni, quem Romae quo-*  
75 *que audierat, Rhodi rursus refformandum ac velut recoquendum se*  
*dedit. Legitur fere Rursus formandum. Rursus in facies hominum*  
*reformare* Apul. Met. 3 p. 93, 15 *Flor. Add. p. 90, 6. Senec Ep.*  
94 *Deinde iubetur imitari proposita, et ad illa reformare chirogra-*  
*phum. Si tolli tota res potest, cur non et reformari? Vlpian. l. 7*  
80 *§. 6 de pact. Herinogenianus, de publicanis et vectigalibus l. Ve-*  
*ctigalia, Vectigalia sine imperatorum praecepto, neque praefidi, ne-*  
*que curatorum, neque curiae constituere, neque praecedentia reforma-*  
*re, et his vel addere vel diminuere licet.*

REFORMĀTVS, a, um. Partic. Ouid. Met. 9, 399 *Ora, re-*  
85 *formatus primos Iolaus in annos.*

REFORMATIO, ōnis. f. Apul. Met. 3 p. 95, 8 *Florid. Facilior*  
huius refformationis medela suppeditat.

REFORMĀTVS, ūs. m. Tertull. adu. Valent. c. 13 *Tutelaris*  
refformatus.

REFORMĀTOR, ōris. m. [ἀναπλάτης] Plin. Epist. 8, 12  
90 *Ipsarum denique literarum iam senescentium refformator ac refformator.*

REFORMABILIS, e. Adi. *Vnde Irreformabilis.*

REFORMATRIX, icis. f. Idem. ICt. in Dig.

REFŌVEO, fōui, fōtum, ēre. [ἀναδάλλω] *Rursum fouere,*  
95 *sive nutrire.* Columel. 2, 1 *Licet enim maiorem fructum percipere,*  
*si frequenti, et tempestiua et modica stercoratione terra reffoueat.*  
*Artus reffouet complexibus* Lucan. 8, 67. *Corpus reffouentque fo-*  
*uentque* Ouid. Met. 8, 536. *Lassitudinem poculis* Apul. Met. 2.  
100 *Membra reffouere quiete* Sil. 3, 637. *Oculos inungere ac reffouere*  
Plin. 8, 37. *Vites absumentas reffouere stercore* Columel. 2, 14. *Vi-*  
*res dat reffouetque deus* Stat. Theb. 6, 521. *Vires ex itinere Vellei.*  
2, 113, 2. *Per translationem* Plin. in Paneg. 69 *Si quid vsquam stir-*  
*pis antiquae, si quid residuae claritatis, hoc amplexatur, et reffouet,*  
*et in vsu Reipub. promit. Ibid. 18 Quam speciosum est enim, quod*  
105 *disciplinam castrorum lapsam exstinctamque reffouisti, depulso prio-*

ris saeculi malo, inertia et contumacia. Animum Apul. Met. p. 61, 7 Flor. Ignis tepidos refouerat Ouid. Amor. 2, 19, 15.

REFŌTVS, a, um. Partic. Suet. Neron. c. 27 Refotus saepius calidis piscinis. Animus refotus Gell. 15, 2.

REFRACTARIVS, vid. REFRINGO.

REFRAENO, siue REFRENO, āre. [ἀναχαρίζω, ἀνατέλλω] Freno cohibere, coercere, retrahere. Vt, Refrenare libidines Cic. in Parad. 5, 1. Et de Lege Agrar. 2, 54 O libidinem refrenandam. Cic. de Diuin. 2, 4 Quod enim munus rei publicae afferre maius meliusue possumus, quam si docemus atque erudimus iuuentutem, his praesertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrenanda ac coercenda sit. Aquas refrenat, obliquaque flumina sistit Medea Ouid. Epist. 6, 87. Licentiam indomitam refrenare Hor. Carm. 3, 24, 19. Morsus refrenat voluptas, i. Mitigat Lucret. 4, 1079. Cic. pro Cael. 76 c. 31 Semper magno ingenio adolescentes refrenandi potius a gloria, quam incitandi fuerunt. Cic. Philipp. 11, 4 A progressu arcuit, a reditu refrenauit. Metaph. Lucret. 1, 850 — Neque ab exitio res vlla refrenat, i. tuetur, defendit. Passiu. Lucret. 2, 283 Et proiecta refrenatur, retroque residit? i. Reprimatur materia.

REFRENĀTVS, a, um. Partic. [ἀναχαριστής] Vt, Religionem refrenatus Lucret. 5, 115.

REFRENĀTIO, ōnis. f. Senec. de Ira 3, 15 Necessaria est ista doloris refrenatio, vtique hoc sortitis vitae genus, et ad regiam mensam adhibitis.

REFRĀGOR, āri. [ἀντιγράφω, ἀντιψηφίζομαι] Sententia sua aduersari, vt Suffragari est sententia sua iurare aliquem. Sed latius extensa significatione est generatim aduersari. Plin. Epist. 3, 19 Proinde hoc te non moueat, si caetera non refragantur, quae velim quam diligentissime examines. Plin. 19, 8 Quidam eunuchion, quoniam haec maxime refragetur Veneri. Cic. Philipp. 11, 20 c. 9 Et si quis potest refragari non modo non petenti, verum etiam recusanti? Lex petitioni refragata est Cic. pro Mur. 47 c. 23. Ingenium illi refragatur Quinctil. 10, 6.

2 Refragare, positum volunt pro Suffragari, laudantque auctorem Non. 7, 2 qui porro utitur testimonio Sisennae 22 Multi populi, plurimae concionis Dictaturam omnibus animis et studiis refragauerunt, i. Suffragati sunt. Sed Mercer. p. 468, 12. Suffragauerunt legit: et apparet hoc toto capite nihil aliud agi, quam vt ostendatur, genera verborum confundi, passiuè poni actiua, et contra. Potuit ergo hic etiam turbatum esse aliquid vel omissum. Non videtur vel Nonius, vel quisquam, cui peccus sapiat, refragari pro Suffragari positum a prudenti scriptore existimare.

REFRAGĀTOR, ōris. m. Tertull. adu. Gnost. c. 1 Omnes martyriorum refragatores ebulliunt. Acerrimi fuerunt et potentissimi Ciceronis refragatores Ascon. in Cic. Orat. in Toga Cand. de Crasso et Caesare.

REFRAGATIO, ōnis. f. [ἀντιθέσις, ἀντιλογία, ἀντιμάχησις Gloss. Cyr.] August. Epist. 177 In re facillima curuam refragationem et nodos difficultatis posuisse, horum orta refragatio est Symmach. Epist. 10, 50.

REFRAGĀTVS, ūs. m. Extorum promissus (permissus) et refragatus Lutat. in Stat. Theb. 1. 4.

REFRAGIVM, i. n. Interpres Egesippi aliquoties ap. Gronou. Obs. Eccl. c. 21.

REFREQVENTO, āre. Ap. Suet. Aug. c. 46. nonnulli legunt: al. frequentauit.

REFRICO, ui, ōtum, vel aui, ātum, āre. [ἀναψάω] Rursum, vel saepius fricare. Cato 87 Id in linteum nouum indito, exprimito cremorem in patinam nouam, aut in mortarium: id onne ita facito, et refricato denuo. 2 Metaphor. Renouare dolorem: tractum a vulneribus, quae plerumque fricando recrudescunt. Cic. Fam. 5, 17 Sin autem omnia quae sentio perscripserim, ne refrigerem meis literis desiderium ac dolorem tuum. Idem de Lege Agrar. 3, 4 c. 2 Refricare obductam Reipubl. cicatricem. Add. Id. pro Flacco c. 23. Nec haec quae refricant, hic me magis angunt Cic. Att. 12, 45. Idem pro Sulla 19 c. 6 Quum cinis patriae versari ante oculos, atque animum memoria refricare coeperat. Veterem Fabulam Cic. pro Cael. c. 30. Idem Att. 5, 15 Appii Vulnura non refrico, sed apparent, nec oculi possunt. Refricare, neutrum. Cic. Att. 10, 17 pr. Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quae impediatur scriptionem meam. Corradus ex coniectura mallet refricatur.

REFRICATIO, ōnis. f. Augustin.

REFRIGEO, xi, ēre. [ἀναψύχομαι] vel potius REFRIGESCO, ēre. Frigidum fieri. Cato c. 105 Vbi iam vinum refrixerit, in dolum quadragenarium infundito. Sanguis ex his, quae in homine sunt, celerrime vel calescit vel refrigerescit Cels. 4, 3. Columel. 2, 2 Et boues inhibeat, vt colla eorum refrigerescant, quae celerriter conflagrant, nisi assidue refrigerentur: et ex eo tumor, ac deinde vlcera inuadunt. Cor refrixit Ouid. Met. 12, 442. Plaga refrigerescit cunctando per auras Lucret. 4, 707. Per translationem, Cum Romae a iudiciis Forum refrixerit Cic. Att. 1, 1. Idem Qu. Fratr. 3, 8 Sed tota res et timetur et refrigerescit. Cic. Fam. 9, 10 Ego caetera qui animo aequo fero, vnum vereor, ne hasta Caesaris refrixerit. Ter. Adel. 2, 2, 24 Vbi illinc rediero: Nihil est, refrixerit res: i. frigide mihi respondebitur, me fero venire. Haec tota Res, interpellata bello refrixerat Cic. Att. 1, 19. Idem Qu. Fratr. 2, 8 Nam quod de Pompeio Caninius agit, sane quam refrixit.

REFRIGERO, āre. [ἀναψύχω, καταψύχω] Frigus inducere, rem calidam frigidam facere. Cic. de Senect. 57 Vbi enim potest illa actas, aut aequae calescere, vel apricatione melius, vel igni, aut vicissim vmbrae aquis refrigerari salubrius? Cic. de Nat. Deor. 2, 119 Quorum tantus est concentus ex dissimillimis motibus, vt quum summa Saturni refrigeret, media Martis incendat. Cic. Fam. 5, 10 Et eo minus quod me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit. Aestum refrigerare Plin. 20, 7. Artus refrigeratos calfacit Scribon. 271. Calorem refrigerare et extinguere. Cic. de Nat. Deor. 2, 23 c. 9 Refrigerato autem et extincto Calore, occidimur ipsi et extinguimur. Membra refrigerat vnda Ouid. Met. 13, 903. Piscinas refrigerare Varro de R. R. 3, 17. Testem refrigerare, ad frigus redigere, id est perturbare et efficere, vt ridiculus potius videatur, quam attentione et fide dignus Quinctil. 5, 7, 26 Testis, inquit, breui interlocutione patroni refutandus est, aut aliquo, si continget, urbane dicto refrigerandus. Vid. mox REFRIGERATVS. Martial. 3, 25

REFRIGERATIO, ōnis. f. Augustin.

REFRIGERATIO, ōnis. f. Augustin.

REFRIGERATIO, ōnis. f. Augustin.

REFRIGERATIO, ōnis. f. Augustin.

REFRIGERATIO, ōnis. f. Augustin.

REFRIGERATIO, ōnis. f. Augustin.

Si temperari balneum cupis feruens,  
 Faustine, quod vix Iulianus intraret,  
 Roga lauetur rhetorem Sabineum:  
 Neronianas is refrigerat thermas.

5 REFRIGERĀTVS, a, um. Partic. [*ἀναψυχθῆς*] Plin. 12, 15  
 Myrrha melior radice refrigerata. Cic. de Nat. Deor. 1, 24  
 Quae si mundus est deus, quoniam mundi partes sunt, dei membra  
 partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt. *Metaphor.* Cic.  
 Act. 1 Verr. 31 c. 10 Ita defessa ac refrigerata accusatione rem integ-

10 gram ad M. Metellum praetorem esse venturam. Amor inuentio-  
 nis refrigeratus Quinctil. Epist. n. 2. Sermone leuissimo homi-  
 num prouincialium refrigerato Cic. Fam. 3, 8. Refrigeratus ex  
 significations Frigoris, quam damus n. 5, est, quem non attente non cupi-  
 de audiunt homines. Sueton. Claud. c. 41 Historiam scribere ad-

15 gressus est. Et quum primum frequenti auditorio commisisset, aegre  
 perlegit, refrigeratus saepe a semetipso. Nam quum initio recitatio-  
 nis defractis compluribus subselliis obesitate cuiusdam, risus exortus  
 esset: ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex inter-  
 vallo subinde facti reminisceretur, cachinnosque reuocaret. Auct.

20 Vitae Lucani, Aegre ferens, recitante se, subito ac nulla, nisi refri-  
 gerandi sui, causa indicto Senatu, Neronem recessisse etc. *Sed ad*  
*frigus amicitiae, de quo supra n. 4 dictum, pertinet* Vell. 2, 83, 2 Plan-  
 cus — in conuiuio refrigeratus ab Antonio ob manifestarum rapi-  
 narum indicia, i. frigide tractatus, ut sentiret, se non amplius gratio-

25 sum esse. *Vid.* FRIGVS et FRIGVSCVLVM.  
 REFRIGERATIO, ōnis. f. [*ἀναψυχθῆς, ψυχθῆς*] Plin. 34, 13  
 Additur et in emplastra, quibus lenis quaeritur refrigeratio et siccatio.  
 Colum. 11, 1, 16 Qui quum sit vna profectus, umbras arborum, fonticu-  
 lorumque amoenitatem, vel aurae refrigerationem captauit. Cic.  
 de Senect. 46 c. 14 Et refrigeratio aestate, et vicissim aut sol, aut

30 ignis hibernus.  
 REFRIGERIVM, i. n. *Idem.* Pluuiam sitientibus refrigerium  
 potumque praebuit Oros. 5, 15. Tertull. de Resurr. Carn. 17 Ali-  
 ter anima non capiat passionem tormenti seu refrigerii.

35 REFRIGESCENTIA, ae. f. *Idem.* Tertull. de Anima 43 Sed  
 non refrigerentiam admittam.

REFRIGERĀTOR, ōris. m. et  
 REFRIGERĀTRIX, icis. f. [*ἀναψυκτης*] Plin. 19, 8 Est qui-  
 dem natura omnibus refrigeratrix.

40 REFRIGERATORIVS, a, um. Adj. [*ἀναψυκτηκός*] *Vt, Vis*  
 refrigeratoria Plin. 22, 2. *Conf.* Ib. c. 25.

REFRINA, vel potius REFRIVA, vel REFERIVA, adeo,  
 apud Festum Faba dicitur, ut ait Cincius quoque, quae ad sacrifici-  
 um referri solet domum ex segete causa auspicii, quasi reuocent fruges,  
 45 ut domum datantes teuirrito (*Scal. coniec.* data enim est et tritico)  
 ad rem diuinam faciendam. Aelius dubitat, an ea sit, quae prolata  
 in segetem, domum referatur: an quae refringatur, quod est tera-  
 tur: sed opinionem Cincii adiuuat, quod in sacrificiis publicis quum  
 puls fabata diis datur, nominatur refriua. Haec Festus. Turnebus,

50 quum illud te virrito nihil significet, scribendum putat e tritico, hoc sensu,  
 Quum obseuerant segetem, quia in agrum fruges tulerant, quod inauspicatum  
 videbatur domo eas exportasse, ut non redituras, solebant e segete aut sta-  
 tim sementi facta, aut postea auspicii causa domum fabam referre, pro  
 tritico et frugibus. Retulisseque fabam perinde erat ac retulisse fruges, et  
 55 auspicari earum reditum, ominarique eas domum reuersuras, non in agro  
 semper remansuras. Plin. 18, 12 f. 30 Namque fabam utique e frugi-  
 bus referre mos est auspicii causa, quae ideo refrina (referiua, in  
 MSS. ap. Hard.) appellatur. Turnebus in quibusdam legit Referina:  
 Referiua R. Stephanus.

60 REFRINGO, frēgi, actum, ēre. [*ἀνακλάω, ἀποθραύω*] Fran-  
 gendo s. rumpendo aperire. Plaut. Capt. 4, 4, 10 Cellas refregit omnes  
 intus. Plin. Epist. 2, 10 Enotuerunt quidam tui versus, et inuito te  
 claustra tua refregerunt. Plin. Epist. 3, 15 extr. Confido tamen,

65 me non sic auribus duci, ut omnes aculei iudicii mei illarum delini-  
 mentis refringantur, etc. Carcerem refringere Liu. 34, 44. Adi-  
 tus Valer. Argon. 1, 595. Domos *Idem* ibid. 8, 322. Mucro-  
 nem vnguium refringere et hebetare Plin. 8, 15. Portas refrin-  
 gere Caes. Bell. Gall. 2, 32. Hor. Sat. 1, 4, 61 Postquam Discor-  
 dia tetra Belli ferratos postes portasque refregit. Radius solis re-

70 fringitur Plin. 2, 59. Siluas refringens pectore Stat. Theb. 4, 139.  
 Virgulta refringit pede vago Catul. de Berecynt. f. 61, 86. Trans-  
 late. Cic. pro Muraen. 17 Quum vero ego tanto interuallo claustra  
 ista nobilitatis refregissem, ut aditus ad Consulatum posthac, sicut  
 apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quam virtuti pateret.

75 Cic. pro Milon. 5 c. 2 Nunquam existimaui spem vllam esse habitu-  
 ros Milonis inimicos, ad eius non salutem modo extinguendam, sed  
 etiam gloriam per tales viros refringendam. *al.* Infringendam.  
 Plin. Epist. 9, 26, 7 Sed hoc intelligi volo laxandos esse eloquentiae  
 frenos, nec angustissimo gyro ingeniorum impetus refringendos.

80 Opes alicuius Propert. 3, 3, 44. Vim fortunae refringere  
 Liu. 5, 37.

REFRACTVS, a, um. Partic. [*ἀνακεκλασμένος*] *Vt, Aquilo*  
 refractus Stat. Silu. 4, 5, 8. Claustris pudoris refractis Plin. Ep.  
 2, 14. Tofus Columel. 4, 33, 1. *Sensu Opticorum* Guberna

85 refracta dixit Lucret. 4, 442. *Locum damus in REFLEXVS.*  
 REFRACTIO, ōnis. f. *Vt, Refractio seu repercussio luminis,*  
 l. 8 Dig. t. 2 l. 17 §. 2.

REFRACTARIVS, a, um. Adj. [*ἀυθάρης*] a Refringo, quasi  
 Repercutiens ad tactum et reluctans: significat Contumacem, et nimis in  
 90 sua sententia tenacem. Senec. Epist. 73 Errant, si qui existimant phi-  
 losophiae fideliter deditos contumaces esse ac refractarios, et contem-  
 temtores magistratum. *al.* Regum.

REFRACTARIOLVS, a, um. Adj. Dimin. Cic. Att. 2, 1  
 Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae  
 95 nominantur, enituerat ciuis ille tuus Demosthenes, et quod se ab hoc  
 refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, ut *σεμνότερός τις* et  
*πολιτικώτερος* videretur, curare ut meae quoque essent orationes, quae  
 Consulares nominarentur.

REFRONDESCO, ēre. Sidon. Apollin. Carm. 22, 46 Sponte re-  
 100 frondescit per brachia roscida palmas.

REFRVTICO, āre. Si barbae refruticent Hildebert.  
 Serm. 6 p. 101.

REFVGIO, fūgi, fūgitum, ēre. [*ἀποφεύγω, καταφεύγω*] *Re-*  
 tro fugere. Plin. 9, 57 Contra venantes refugere (*pisces*) in suas ca-  
 105 vernas. Gellius 17, 16 Postea quum praelio victus in vltima regni  
 refugisset.

refugisset. Trepidusque repente refugit Virg. Aen. 2, 380. Cic. Att. 1, 1 Et postea prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit. A mari refugere Columel. 1, 5. Cic. de Nat. Deor. 2, 120 Quin etiam a caulibus brassicisque, si propter sati sint, vt a pestiferis et nocentibus refugere dicuntur. Cic. pro Deiot. 32 Nonne quum esset productus testis, et quum tecum fuisset, refugit ad legatos? Ad planctus refugit Stat. Silu. 4, 1, 30. Ad urbem refugere Liu. 23, 47. Cic. Verr. 5, 99 Qui ex illo numero reliqui Syracusas classe amissa refugerant. Caes. Bell. Gall. 8, 36 Magnae felicitatis esse arbitrabatur, neminem ex caede refugisse. In secundam aciem refugere, vid. ACIES. Columel. 12, 50, 8 Et si quae sunt alia, quae nunc Memoriam nostram refugiunt. Refugit Romam Liu. 5, 39. Columel. 3, 5, 1 Idque adeo plurimi dubitant, vt multi refugiant et reformident talem positionem ruris. Animus refugit, eaque reformidat dicere, quae, etc. Cic. Philipp. 14, 9 c. 3. Fortuna refugit procul haec Lucan. ad Pison. 116. Inuidiam refugere muneris, *Munus recusare propter metum inuidiae* Senec. de Benef. 2, 16. Iurgia vicina refugit Hor. Epist. 2, 2, 171. Periculum refugere ac deprecari Asin. ad Cic. Fam. 10, 31. Cic. pro Caccin. 22 Et iam ingrediens intra finem eius loci, quem oleae terminabant, impetum armati Antiochi, cacterorumque Tela atque incurfus refugit. Virum mors ipsa refugit Lucan. 2, 75. Venerem omnem refugerat Orpheus Ouid. Met. 10, 79. Cic. pro Rosc. Com. 45 Quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet: quum testem producam, reprehendere audebit? Cic. Att. 12, 19 Dum recordationes fugio, quae quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo. Cic. de Orat. 2, 10 Pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti.

REFUGIENS, entis. Partic. [*καταφεύγων*] Aur. Vict. de Viris illustr. 7 Qua re audita Seruius, dum ad curiam properat, iussu Tarquinii gradibus deiectus, et domum refugiens, interfectus est.

REFUGISCO, ěre. Idem quod Refugere. Commodian. Instruct. 23.

REFUGA, ae. c. [*δραπέτης*] Qui aliorum dominium refugit. Vlpian. in l. Aut damnum, De poenis, Quique refugae ex opere metalli in metallum damnantur. Macer. De re militari, in lege, Milites agrum 13 D. de re milit. §. 5 Quia custodiae refuga, non defertor militiae est. Pietatis refuga Pet. Chrysol. Serm. 1. Angelos refugas, vocat Hieron. Epist. 151 Quae est. 10 ad Algasiam. Add. Tertull. de Hab. Mul. c. 5. et Carm. adu. Marc. 1, 14.

REFUGVS, i. m. [*ἀποφεύγων*] Qui se fuga subducit. Tacit. Ann. 13, 40 Quibus iusserat, vt instantibus cominus resisterent, refugos non sequerentur. h. e. Refugientes. Tacit. Hist. 3, 61 Quidam in castra refugi, omnia formidine implebant. Sed proprie est

¶ 2 Refugus, a, um. Adi. Quod est recline, aut reiectum. Sidon. 45 . . . Capitis apex rotundus, in patulum a planitie frontis verticem caesaries refuga crispatur. Annis refugus Plin. Paneg. c. 30. Capilli refugi a fronte, h. e. Reflexi, et velut refugientes, quales sunt crispi Maurorum capilli Lucan. 10, 132. Flumen refugum Ouid. Epist. 18, 182. Refugo contemnit Honore Prudent. Apoth. v. 581. Mare refugum Stat. Theb. 12, 634. Umbra refuga Valer. Argon. 4, 41.

REFUGIVM, i. n. [*ἀποφυγή*] Locus, ad quem confugimus. Cic. Off. 2, 26 c. 8 Regum, populorum, nationum portus erat, et refugium Senatus. Suet. in Tiber. 35 Ne refugium in tali fraude cuiquam esset. Refugium abscondendi causa seruo praestare l. 1 §. 2 ff. de seru. corr. Refugia, sunt Loca domus abditiore, et penitiora, in quae, imminente vi maiore, vel hostium, vel incendii, bona sua refugiendi incendii vel hostium impetus causa, paterfamilias conicere solet. Huiusmodi loca aperire, et peruia facere, usufructuario non licet. Vlpian. in l. Si cuius rei, D. de usufr. et quemadm. quis vtat. fruatur. Sed neque diaetas transformare, vel coniungere, easue separare ei permittitur: vel aditus, posticasue vertere, vel refugia aperire, vel atrium mutare, etc.

REFVLGEO, si, ěre. [*ἀπολάμπω*] Valde fulgere. Plin. 11, 28 65 Nunc pennarum hiatu refulgentes. Clara in luce refulsit Virg. Aen. 1, 592. Ceruice rosea refulsit Idem ibid. 1, 406. Fama splendida refulget Propert. 3, 20, 8. Humus refulsit luce purpurea Ouid. Fast. 6, 252. Lucifer refulgens ab occasu Plin. 2, 8. Nubes longe refulget Virg. Aen. 8, 623. Radiis refulget aduersa Id. 70 ibid. 9, 374. Sol refulget in liquida aqua Ouid. de Arte Am. 2, 722. Spes refulsit, vid. SPES. Suspectu refulgere. Plin. 9, 38 Color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens. Umbris refulgere Plin. 37, 5.

REFVLGENTIA, ae. f. Apul. Florid. 4 Lacunarium refulgentia.

REFVNDO, fūdi, fūsum, ěre. [*ἀναχέω*] Fundere iterum quod congelatum erat, fundere saepius. Plin. 2, 101 Glaciem refundat, cunctaque humifico spiritu laxet. de luna. Refundat, i. Regelet, resoluat, liquefaciat. Cic. de Nat. Deor. 2, 118 c. 46 Quibus (vapouribus) altae, renouataeque stellae, atque omnis aether, refundunt eadem, et rursus trahunt indidem. Aquas refundit vna Propert. 2, 26, 50. Ouid. Met. 11, 488 de metu naufragii, Egerit hic (nauta) fluctus, aequorque refundit in aequor. Sanguinem alicui refundere et bona, pro Reddere Liu. . . . Vnda fracta annis refunditur Stat. Theb. 9, 465. Sil. 14, 550 Mox sua ponto Singultante anima propulsa refunditur vnda. Hinc metaph. Refundere, est Reddere, restituere. Refudimus Nilo suas Copias Plin. Paneg. c. 31. Vlpian. in l. Si pecuniam D. de condit. caus. dat. Consequens est, vt dicamus eum refundere quod accepit.

REFVSVS, a, um. Partic. [*ἀναχυσθεῖς*] Vt, Plin. 36, 26 pr. de Belo fluuio, Non nisi refuso mari arenas fatetur. Non deprehenduntur in eo arenae, nisi quousque mare refluit, et aestu refunditur. Oceanus refusus Virg. Aen. 7, 225. Fonto sonat vnda refuso Virg. Georg. 2, 163. h. e. Retro fuso, et molibus oppositis irruente. Stagna refusa vadis imis, q. d. in altum fusa Virg. Aen. 1, 130. Valles refusae Sil. 17, 63. multitudine hominum quasi vndis impletas.

REFVSE, ius, illime. Adu. [*ἀνακεχυμένος*] Columel. 4, 1, 3 Nam semper in plano refusus egesta humus, tumidior est, quam gradus foli crudi, i. fodiendo resoluta et fermentata.

REFVSIO, ōnis. f. Macrob. Saturn. 1, 21 sub fin. Pluuiialis copia est refusio humoris, ad supera tracti.

REFVSORIVS, a, um. Adi. Vt, Refusoriae literae, responsoriae Sidon. Epist. 9, 10.

REFVTO, ěre. [*ἀνασπενάω*] Culinae verbum initio fuisse videtur, 105

non minus quam futo et confuto v. v. nempe affusa aqua frigida ebullientem reprimere, ac deinde per metaphoram, verbis alium se effluentem reprimere et redarguere. Neque enim audiendus est, de etymologia quidem, Festus, Refutare, redarguere, compositum a Fando, versa A litera in V, vnde Confutare, et Refutare, id est redarguere, siue non ita esse ostendere, reprehendere. De significatione recte. Sic Nostra confirmare argumentis et rationibus; deinde, Contraria refutare Cic. de Orat. 2 c. 19. Cic. in Vatinius 1 Nemo enim horum te ita refutandum vt grauem aduersarium: aut ita rogandum vt religiosum testem arbitrabatur. Manifesta refutant id Lucret. 2, 866. Res vero refutat id Idem 2, 245. Cic. pro Font. 1 Plus ego in hac causa laboris et operae consumo in poscendis testibus, quam caeteri defensores in refutandis. Cic. de Prouinc. Consul. 32 c. 13 Semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello, quam lacerandas putauerunt. Oratione feroci refutando plebem Liu. 2, 52. Cic. de Orat. 2, 2 c. 1 Quos tum vt pueri, refutare domesticis testibus, patre, et C. Aculeone propinquo nostro et L. Cicerone patruo solebamus. Refutare est Reprimere. Reprimere factio: Cic. de Arusp. Resp. 7 c. 4 Et aut concedente, aut etiam adiuuante Milone, eius conatum refutabo. Vid. Cic. Fam. 1, 9 extr. Idem Tusc. 3, 55 In primisque refutetur ac reiiciatur Philoctetes ille clamor. Cic. pro Rabir. Post. 44 Quam quidem vos Iudices, in nouo genere bonitatem, inuitatam claris ac praepotentibus viris, non modo non aspernari ac refutare, sed complecti etiam et augere debetis. Sic Quinctil. 10, 6, 6 Vt primum est domo adferre paratam dicendi copiam et certam: ita refutare temporis munera longe stultissimum est, i. quae in mentem veniunt praeter commentarios, ea, de quibus ante non cogitauimus. Refutare pacem Ammian. 17, 11. Tradidit mihi illam etc. et cum ego refutarem, diceremque me Christianum, nec licere mihi, viuentis uxorem mariti accipere etc. Hieron. in Vita Malchi p. 520.

REFVTATVS, a, um, Partic. Cic. pro Lege Manil. 52 c. 17 Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis, quam verbis refutata.

REFVTATVS, ūs. m. [*ἀποσπνευή*] Refutatio. Ancipitque refutati conuincere falsum Lucret. 3, 524.

REFVTATIO, ōnis. f. [*ἀνασπνευή*] Cic. in Topic. 93 c. 25 Refutatio autem accusationis, in qua est depulsio criminis, quae Graece *σάσις* dicitur, Latine appelletur status, in quo primum insitit quasi ad repugnandum congressa defensio. Firma refutatio Quinctil. 5, 10.

REFVTATOR, ōris. m. Arnob. 1 p. 18 Refutator incredulus.

REFVTATORIVS, a, um, Adj. Refutatoriae preces l. j. C. de relat. l. 18 C. de appell. et Refutatorii libelli, l. 37 §. j. C. eodem tit. l. 8 eod. in C. Theod. Iudex a quo pronocatum erat opinionis suae exemplum litigatoribus dare debebat et acta edere. Quod si cui minus plena, vel contraria viderentur, is refutatorias preces offerebat, quae simul mittebantur l. 18 C. de appellat. Symmach. Epist. 1, 31 Cuius meritum perennitas vestra lectis gestis, ac refutatoriis cohaerentibus aestimabit.

## R E G

REGALIOLVS, vel REGAVIOLVS, i. in. *Auis, quam Trochilum putant, de qua Plin. 8, 25. et 10, 74 scribit, appellari regem auium in Italia, propter dissidia et bella, quae sunt inter eam et aquilam. Alii putant Gulgulum.* Suet. in Iul. Caes. c. 81 Pridie autem easdem Idus, auem regaliohum cum laureo ramulo Pompeianae curiae se inferentem, volucres varii generis proximo nemore profecutae ibidem discerpserunt. Vet. Gloss. Regauliolus *σπίννος. it. βασιλίσκος ὀρνύθιον.* Agit de ea aue Simonis Falc. Aurati Epistola ad Scalig. in Sylloge Burm. T. 2 p. 312.

REGALIS, vid. REGO.

REGAMMANS, antis. *Figura literae Γ, gamma, formatus, Lineae Var. de Limit. Goeff. p. 254. Via, vel limes Aggen.* ibid. p. 62.

REGAVIOLVS, vid. REGALIOVLVS.

REGĒLO, āre. *Contrarium est suo simplici, Gelu resolueret. Columel. 1, 5, 8 Regelari ortu solis.* Idem 2, 16 Alter quod assiduis humoribus rigens hoc adhibito regelatur. Et neutral. 11, 2, 7 Itaque dum haec regelare sinuntur vites. Idem 10, 77 Post vbi Rypheae torpentia frigora brumae Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura. Varro R. R. 1, 57, 3 Granaria, quae ventus regelare subtus a solo possit. Sen. Epist. 67 Iam actas mea contenta est suo frigore, vix media regelatur aestate.

REGĒLATVS, a, um, Partic. Martial. 11, 9 Succina virginea quod regelata manu.

REGELATIO, ōnis. f. Aggen. de Limit. p. 57 Gallia immodica Alpium niues in mare transmittit, et subitarum regelationum repentinis inundationes patitur. Add. Ibid. p. 70.

REGEMO, ēre. *Gemitum edere, vt resonare etc.* Regemunt caua buxa Sidon. Carm. 11 sub fin. Conf. Stat. Theb. 5, 389.

REGENĒRO, āre. [*ἀναγεννάω*] Iterum siue rursus generare. Plin. 12, 1 Platani fatae regenerare vitium. Idem 7, 11 Signa quaedam naeuosque et cicatrices etiam regenerari. Plin. 7, 12 Indubitatum exemplum est Nycæi nobilis Pictæ Byzantii geniti, qui adulterio Aethiopsis nata matre, nil a caeteris colore differente, ipse auum regenerauit Aethiopem, h. e. Niger natus est, qualis fuerat auus, quum tamen alba esset mater. Sic idem Plin. 14, 22 Nec alio magis Drusus Caesar regenerasse patrem Tiberium ferebatur.

REGENERATIO, ōnis. f. *Vox ecclesiastica, apud Patres passim, et in Vulg. Nou. Test. Interpr. occurrens.*

REGERMĪNO, āre. [*ἀναβλαστάνω*] Iterum germinare. Plin. 16, 33 Et in Aenaria succisa regerminat.

REGERMINATIO, ōnis. f. [*ἀναβλάστησις*] Plin. 17, 20 f. 34 pr. Regerminatione caedua, vel falice laetior. cum caeditur regerminat magis quam salix.

REGERO, ūi, ūm, ēre. [*ἀντιβάλλω*] Retro portare, reducere, reiicere. Plin. 2, 9 In coitu quidem non cerni, quoniam haustum omnem lucis auersa illo regerat, vnde acceperit, de Luna. Columel. 2, 20 Deinde quum ad alteram partem areae peruenerint, in aceruum culmos regerant. Regerere radices in summum Columel. 3, 11, 4. Oratio similis commentariis puerorum, in quos ea, quae aliis declamantibus laudata sunt, regerunt Quinctil. 2, 11, 7. Sic est etiam in MS. optimae notae, quem laudat Voss. de Vit. Seru. 1, 18.

Et sic plerique ediderunt, ipse etiam Burm. qui malit digerunt, quod habet



*bet etiam MS. Gothanus. Vid. mox REGESTVS.* ¶ 2 *Metaphor. vicissim obicere.* Culpam communem regerere in aliquem Plin. Epist. 10, 30. Contagia regerere Plin. 28, 4. Crimen alicui regerere, i. In aliquem reicere Senec. Hippol. v. 718. Inuidiam regerere in aliquem Quinctil. 11, 1. Cic. Fam. 15, 19 Pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos regeram, vt Catium Athenis natum esse dicas.

REGESTVS, a, um. Partic. Iudiciumque suae vocis tellure regeſta Obruit. *Proprie.* Sic Regeſta humus Columel. 11, 3, 5. Idem 3, 11, 7 Etiam durissimum tophum vel carbunculum, simul atque sunt contracti, et in summo regeſti, — putrefcere — ac resolui. *Substant.* Id. 4, 1, 3 Si ager bipalio moueatur, et deprimantur semina in regeſto, quod est fermentatum. *Verum* Columel. 3, 13, 8 Cum a superiori parte in inferiorem detrahitur humus, vix iustum pastinationi praebet regeſtum, nisi multo editiorem ripam, quam in plano feceris: videtur prima positio esse REGESTVS, sis. Ouid. Met. 11, 188 Regeſta crapula vestem inquinare, i. vomitu reieſta. Apuleii esse dicitur: negat Index. ¶ 2 *In librum relatus.* Quinctil. 3, 6, 58 Sunt enim velut res regeſtae in hos commentarios, quas adolescens deduxerat schola. *de rhetoricis Ciceronis.* Sic diserte in MS. Vossii laudato in REGERO, et aliis libris optimis: et videtur non improbabilis metaphora, a terra s. humo regeſta, i. sedibus suis mota et reposita laxius. *Add. REGESTVM.*

REGESTVM, i. n. Significationem, quam habet apud rusticos, tam declarauimus. *Vid. REGESTVS.* ¶ 2 *Recentiori aetate ad literas, ad breuiaria quaedam et lemmata, breuesque adeo commentarios referri solet: cuius rei auctoritatem ab ipso forte Fabio repetendam modo dedimus in REGESTVS.* Registrum recentium linguarum hinc ortum esse, non est dubium. *Vopisc. in Probo* 2 *Vfus etiam ex regeſtis scribarum porticus Porphyreticae.* Regeſtum vocatur liber continens memorias aliorum librorum et epistolarum in vnum collectas Isid. in Gloss. ad hoc Prudentii in Rom. v. 1131 His in regeſtis est liber caelestibus. Quae in regeſtis diuerſorum officiorum relata sunt Theodol. Imp. Praef. sui Cod. *Occurrit quoque saepius in eod. Cod. Vid. Iac. Gothofr. ad l. 14 C. Th. de Indulgentiis debitorum.*

REGIA, ae. *vid. REGO.*

REGIESCO, *vid. REGLISCO.*

REGIFUGIVM, i. n. Festus dies apud Romanos VI Cal. April. quo die fugisse Tarquinius Historia antiquitatis testis meminit. *Vid. Aufon. Ecl. de Feriis Rom. v. 13* Nec Regifugium pulsis ex vrbe tyrannis Laetum Romanis fas reticere diem. *Vid. Ouid. Fast. 2, 685 sqq. et supra FVGALIA.*

REGIGNO, ere. [*ἀναγεννώω*] Iterum gignere. *Hinc Passiuum* Lucret. 5, 245 Quapropter maxima mundi Quum videam membra, ac partes consumpta regigni.

REGILLA, ae. f. [*βασιλική*] Videtur Vestis, si Nonium audimus 14, 3 Diminutiue a regia dicta vt et basilica. *Laudat Plaut. Epid. (2, 2, 39)* An regillam induculam, an mendiculam? *Varro . . .* Regillam tunicam diffingitur purpura. *Regillis, tunicis albis, et reticulis luteis, vtrisque rectis, tectis sursum versum a stantibus pridie nuptiarum virgines indutae cubitum ibant ominis causa, vt etiam in togis virilibus dandis obseruari solet. Festus. Vid. mox Recta tunica, it. RECTVS sub REGO.*

REGILLVS, i. m. [*βασιλικός*] Gloss. Vet.

REGILLVS, i. m. [*ῥέγυλλος*] Lacus est, ad quem Aulus Postumius dictator prospere aduersum Tarquinium Superbum patria eieſtum et Latinos bellum inferentes pugnavit. *Liu. 2, 19.*

REGILLI, orum. m. Pl. Oppidum est in Sabinis. *Suet. Tiber. c. 1.*

REGIMEN, REGINA, REGIO, *vid. REGO.*

REGISTRVM, i. n. Corrupta vox ex Regeſtum. *Vid. Voss. de Vit. L. L. 1, 18. et 3, 41.*

REGLESCO vel REGLISCO, subinde cresco vel glisco, unde compositum videtur. *Fundus verbi est Festus, apud quem ita rescribit Scaliger, Reglescit cum dixit Plautus, significat crescit, in illo versu, Nihil superest, vac misero mihi, ac reglescit dolor.* Vnde etiam Glines dicti videntur, quibus corpus pinguitudine adcreſcit. *Quidam libri Reglescit, unde REGIESCO in Thesaurum Rob. Stephani venit.*

REGLVTINO, are. [*ἀποκολλάω*] Contrarium suo simplici Glutinare. *Catull. ad Thallum f. 25, 9* Quae nunc tuis ab vnguibus reglutina et remitte: *de rebus furto ablati.* ¶ 2 *Reglutinare, Redintegrare, denuo coniungere.* *Prudent. Peristeph. 10, 873* Vel amputatum plaga collum diuidens Rursus coibit ac reglutinabitur.

REGLVTINATVS, a, um. *Vt, Reglutinatis luminibus Mart. Capel. 6 p. 191. i. denuo apertis.*

REGLVTINŌSVS, a, um. *Adi. [κολλώδης] Valde glutinosum volunt significare, laudantque Plin. 11, 15* Sequens probatio vt sit odoratum ex dulci acre, reglutinosum, perlucidum: sed Glutinofum recte editur: *Syllaba re repetita ex acre.*

REGNO, REGNVM, *vid. REGO.*

REGO, rexi, rectum, ere. [*ἑδύνω*] A verbo ducere non multum differt: significat enim, vel ostendere viam, et rationem agendi, vel per illam agere: et hinc gubernare etiam, et imperare etc. *Virg. Ecl. 4, 17* Pacatumque reget patriis virtutibus orbem. *Nemo potest regere, nisi qui regi Sen. de Ira 2, 15.* *Cic. in Somn. Scip. 19* Siquidem deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui prouidet, qui tam regit et moderatur, et mouet id corpus, cui praepositus est, quam hunc mundum princeps ille Deus. *Ter. Eun. 1, 1, 13* Here, quae res in se neque consilium, neque modum Habet vllum, eam Consilio regere non potes. *Cic. Att. 10, 7* Hoc autem vitium puto te existimare non nostra indulgentia, sed a natura profectum, quem tamen nos disciplina regimus. *Poeta apud Cic. pro Muraen. c. 28* Non multa peccas; sed si peccas, te regere possum. *Aut, si non odit, regit, et, veluti pia mater, Plus quam se sapere, et virtutibus esse priorem Vult Hor. Epist. 1, 18, 26.* *Scipionem ea auctoritate esse, vt non solum libere, quae probasset, exponere, sed etiam ex magna parte compellere atque errantem regere posset Caes. B. C. 3, 57.* *Summas, domine, ago gratias, quod iis, de quibus te consului, me quoque regere dignatus es Plin. Ep. 10, 64 pr. Conf. Ibid. Ep. 85.* *Arua lapis regit certis finibus Tibull. 1, 3, 44.* *Animum regere Hor. Epist. 1, 2, 62.* *Animos dictis regere Virg. Aen. 1, 157.* *Bella regere Sil. 7, 47.* *Cursus Virg. Aen. 6, 350.* *Auriga Darii, qui ante ipsum sedens Equos regebat Curt. 4, 15, 28.* *Lunaque nocturnos alta regebat Equos Ouid. Trist. 1, 3, 28.* *Cic. pro Muraen. c. 21* Ille exercitatus est in propagandis Finibus, tu in regendis. *Fines regi dicuntur (inquit Boethius Topic. 2) quando*

- agri propositis terminis finiuntur. Nam Regere antiquae legis XII Tab. significatione, est suis finibus terminatum habere et statuere. Iustinian. l. 4 tit. De officio iud. §. ultimo, Si finium regundorum actum fuerit, etc. Habenas regere Ouid. Fast. 1, 25. Imperium regere Virg. Aen. 1, 344. Italiam imperiis grauidam Idem ibid. 4, 230. Ingenium alicuius Plaut. Bacch. 3, 3, 90. Iter rexit lino Theseus Propert. 2, 14, 8. Mentem suam Lucan. ad Pison. 56. Mores regere suo exemplo Ouid. Met. 15, 834. Naturam suam versare et regere ad tempus Cic. pro Cacl. 13. Opes Ouid. Met. 14, 773. Ora equi Ouid. Met. 8, 34. Idem Rem. Am. 338 Omne Papillae Pectus habent tumidae: fascia nulla regat. Populos imperio Virg. Aen. 6, 851. Ratem arte Ouid. Trist. 1, 4, 12. Rates gubernacula regunt, *b. e. Dirigunt* Plin. 12, 19. Rates reguntur remo Ouid. de Arte Am. 1, 3. *al. Mouentur.* Res imperio. Virg. Aen. 1, 234 O, qui Res hominumque deumque Aeternis regis imperiis. Cic. Off. 1, 92 Illud autem est iudicandum, maximas geri res et maximi animi ab iis, qui Respubl. regunt: quod earum administratio latissime pateat. Semet ipsum Cic. Fam. 4, 14. Senatium consiliis Quinctil. 2, 16. Vrbes regere in longapace Virg. Aen. 7, 46. Vrbes consiliis Quinctil. in Prooem. 1.
- REGENS, entis. Partic. Virg. Aen. 6, 30 Caeca regens filo vestigia. Componitur orbis Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent, quam vita Regentis Claud. Conf. Hon. 4, 299. Fortunâ ita regente Iustin. 1, 9, 23.
- REGENDVS, a, um. Partic. [*ῥεγνέος*] Senec. Octau. 8 Regenda magis est feruida adolescentia. Iuuenem suscipere regendum Cic. Att. 10, 6.
- REGITO, are. Frequentat. [*ῥεγνόμενος*] Laudatur Varro de R. R. c. 57 Granaria in agro quidam sublimia faciunt, ut in Hispania citeriore, et in Apulia: ita ut non solum a lateribus per fenestras, sed etiam subtus a solo ventus regitare possit. *Sed parum rei aptum, et nullius auctoritatis, ne hic quidem verbum: Regolare est a Victorio.*
- RECTVS, a, um. Partic. [*ῥεγνόμενος*] Ut, Rectus ad ingenium bonum Plaut. Bacch. 3, 3, 8. Nec vnquam consilia iudicio exercitus, sed exercitus prouidentia ducis rectus est Vell. 2, 115 extr. Post praetoria recta Galliarum Sidon. Epist. 3, 12. ¶ 2 Sed longe frequentius Adiectiui formam habet, et curuo, obliquo, prauo, vitioso opponitur. Plin. 12, 19 Recto cursu. Acies recta oculorum, vid. ACIES. Animus rectus iudicii Sen. de Vita beata . . .
- COENA recta, quae Recta simpliciter interdum vocatur, vid. COENA, *it. SPORTVLA.* Huic enim opponitur. Coma rectior, Crispae opponitur Senec. Epist. 95 p. 462 Ne quis cui rectior est coma crispulis misceatur. Cic. Att. 13, 20 In omni vita sua quemque a recta Conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. Consilium rectum et tutum capere Ter. Heaut. 2, 3, 86. Idem Andr. 2, 1, 11 Quum valemus, recta consilia aegrotis damus. Cru-ra rectiora Pallad. Iun. c. 7. Flumine recto et ripis ipse ego te dicam Virg. Aen. 8, 37. Recto Fronte caeteros sequi si norit Cato apud Festum in Recto: qui addit antiquae id consuetudinis fuisse. Videtur idem fuisse, quod intrepide, et sine pudore. Indoles recta, i. Bonae naturae Senec. Hippol. 20. Ingenia recta, i. Non depravata Idem ibid. 21. Lux recta aut obliqua Lucret. 2, 799. Mоре recto seruat munia vitae Hor. Epist. 2, 2, 131. Oratio: vid. Sen. Rhet. in Prooem. Voss. Inst. Or. 4 p. 81. Ore recto voces emittere foras Lucret. 4, 552. Platea recta sursum Ter. Adolph. 4, 2, 35. ut Via recta. Saxa Liu. 21, 36 pr. Hor. Epist. 2, 1, 176 — Post hoc Securus cadat, an recto stet fabula talo. i. Parum sollicitus post hoc, utrum exhibetur, atque explodatur comoedia, an probe-tur. Recto talo dixit per translationem, quia qui stant, recto sunt talo. Ita dicebant Stare fabulam, quae attente audiretur, et quae placeret: Cadere et excidere histriones, qui explodebantur. Lambinus. Truncus rectus Ouid. Met. 2, 822. Rectae intell. Tunicae. Festus: Rectae appellantur vestimenta virilia, quae patres liberis suis conficienda curant ominis causa; ita vsurpata, quod a stantibus et in altitudinem texuntur. Vid. TEXO. Plin. 8, 48 de Tanaquile, Ea prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura tironi induuntur, nouaeque nuptae. Conf. REGILLA. Ter. Phorm. 2, 1, 80 Eo recta via quidem illuc. Cic. in Catil. 1, 23 Recta perge in exilium. intell. via. Ter. Heaut. 4, 3, 28 Immo ut recta Via rem narret ordine. Via rectior Liu. 21, 31. Via recta animi Prop. 3, 5, 10. Vitae rationem rectae, honestaeque (ut quidam putauerunt) ad philosophos relegandum non concesserim Quinctil. 1 Prooem. Compar. Hor. Serm. 1, 2, 82 Nec magis huic niueos inter viridesque lapillos, tenerum est femur, aut crus Rectius: Longa trabe rectior Ouid. Met. 3, 78. Superl. Cic. de Orat. 2, 206 Ego mehercule, inquit, Antoni, semper is fui, qui de te oratore sic praedicarem, vnum te in dicendo videri rectissimum. ¶ 3 Rectum, Substant. Scribon. 227 In rectum surgentes rami. Ouid. Met. 2, 715 Iterque Non agit in rectum, sed in orbem curuat eundem. Et per translationem. Hor. Epist. 2, 2, 44 Curuo dignoscere rectum, *b. e. Quid sit vitium, quid virtus.* Ea maxime conducunt, quae sunt rectissima Cic. Fam. 5, 19. Neque id putabit prauumne an rectum fiet Ter. Heaut. 3, 1, 75. Cic. Att. 6, 9 Saufeium sine meis literis ad te venire vix rectum erat. i. Honestum. Rectius pulchriusque est, ex communibus iniuriis aliquem odisse, quam propriis Plin. Paneg. c. 90, 2. Hor. Epist. 2, 1, 63 Interdum vulgus rectum videt, est vbi peccat. Cic. Acad. 1, 16 Tertia de disse-rendo, et quid verum, et quid falsum, quid rectum in oratione, prauumne, quid consentiens, quid repugnet iudicandò. Amor recti Stat. Silu. 5, 3, 248. Conscia mens recti Virg. Aen. 1, 608. Ouid. Fast. 4, 311. Capeffere recta Hor. Serm. 2, 7, 7. Colere rectum Ouid. Met. 1, 90. Defendere rectum, vid. DEFENDO. Recta et vera Loquere Plaut. Capt. 5, 2, 7. Praeponere rectum vtilibus Claud. in prim. Conf. Stil. 2, 103. Seruare animi rectum Hor. Serm. 2, 3, 201. Trahat nos quidue ad amicitias, vsus, re-ctumne Hor. Serm. 2, 6, 75.
- RECTA. [*ῥεγνέος, ῥεγνέος*] Aduerbiium ortum ex Ablatiuo recta intell. via. Ter. Eun. 1, 2, 7 Cur non recta introibas? Cic. de Fin. 5 extr. Sed tempus est, si videtur, et recta quidem ad me. Idem Verr. 5, 159 Si recta iter esse Romam, Verri se praesto aduenienti futurum. Et Att. 4, 5 Tu de via recta in hortos. E naui recta ad me venit Cic. Att. 6, 8. Add. Ibid. 5, 14.
- RECTE. Adu. [*ῥεγνέος, καλῶς*] Eandem significationis varietatem habet. Cic. Acad. 4, 98 Recte conclusit, teneo: sin vitiose, minam Diogenes reddet. Auguraris recte de me, bene enim tibi cognitus sum Cic. Att. 9, 19. Recte an fecus, nihil ad nos Cic. in

in Pison. 68 c. 28. Recte atque ordine facere, *vid.* ORDO. *Proprie de linea recta* Cic. de Fin. 1, 20 Siue aliae declinabunt, aliae suo nutu recte ferentur. Et ibidem, Hoc erit quasi provincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur. Recte, *in responsione*. Ter. Hec. 3, 2, 20 Quid tu igitur lacrimas? aut quid es tam tristis? PA. recte mater. *Vbi Donatus: Recte mater, Sic dicimus, quum sine iniuria interrogantis aliquid reticemus. Alii Recte sic accipiunt; ut intelligant, Nihil est mali. Nempe Recte respondent, qui non volunt amplius interrogari.* Ter. Eun. 2, 3, 49 Dum haec dicit, abiit hora, rogo, Numquid velit? Recte, inquit: abeo. Idem in Heaut. 2, 1, 10 Tum quod ei dem: recte est: nam nihil esse mihi, religio est dicere. *Abrupte loquitur Clitipho: Tum quod ei (Bacchidi) dem: hic naturaliter debebat dicere nihil est: sed cauet omen. Itaque subiungit potius, quod solent respondere, qui non volunt amplius interrogari. Sed etiam sic respondent, qui affirmant.* Ter. Adolph. 3, 3, 79 S. Tu rus hinc abis? D. recte. Recte facitis, Gratiarum actio est, *interprete Donato* Ter. Eun. 5, 8, 54 Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est. C. idem arbitror. G. recte facitis. *Et conditionem suam probantis, ut* Ter. Adolph. 5, 5, 3 Quis homo? Syre noster, salue: quid fit? quid agitur? s. recte. D. optime est. Idem Hec. 4, 1, 17 20 Praesertim quum et recte, et tempore suo pepererit. Ter. Andr. 5, 4, 53 Vincit est. P. pater, non recte vincit est: *improbat factum. Sed ludens pater respondet At ita iussi, nempe recte vinciri physice, ut vincitum se sentiat, ut commouere se non possit, sed pendens poenas det.* Ter. Andr. 4, 5, 27 Recte ego semper fugi has nuptias. Cic. de 25 Arusp. Resp. 48 c. 23 Augures interrogabant, quae ita lata essent (*cum aliquis de caelo seruaret*) rectene lata essent: illi vitio lata esse dicebant. Quinctil. 5, 10, 6 Potest videri hoc nomine recte abusus. *Nempe abusus pro vsus ponit.* Tabernaculum recte captum Cic. de Diuin. 2, 75. Recte, *apud Iurisconf. maxime in stipulationibus, idem fere est, quod sine metu periculi ac damni: Ut l. 73 de V. S. Haec verba, HIS REBUS RECTE PRAESTARI, hoc significant, ne quid periculum vel damnum ex ea re stipulator sentiret. Sic l. iam tamen §. 3 D. iud. fol. Cato de R. R. 144 et 146. Varr. 2, 4. Sic alias, ut Cic. Fam. 14, 14. Si ille Romam modeste venturus, recte in praesentia domi esse potestis. Sic mox n. 2. Dare et Esse. Nec recte, vid. Necrecte.* ¶ 2 *Reliquas formulas elementorum ordine disponimus:* Cic. Verr. 4, 5 c. 3 Sed earum artificem: quemnam? recte Admones, Polycletem esse dicebant. *Simulat haesitare se, memoriam non statim subiicere sibi nomen, deinde a suorum aliquo insufurratum sibi.* Conuiuari recte, *vid. Recta coena, in COENA.* Cic. Fam. 1, 7 Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem: non praetermittam. *i. Quibus tuto et citra periculum dare possim literas.* Cic. Att. 13, 48 Ut ipse ei Puteolis fundum recte mancipio Dare posset. Dicere non recte alicui, *pro* 45 *Maledicere* Plaut. Pseud. 4, 6, 23. et Afin. 1, 3, 3. et Bacch. 4, 4, 83. Ter. Adolph. 4, 3, 18 Et recte et verum Dicis. Plaut. Capt. 5, 2, 7 Recte et vera loquere: sed neque tu vere neque recte adhuc fecisti vnquam. Cic. Att. 14, 16 *extr.* De Attica pergratum mihi fecisti, quod curasti ante scirem ei recte Esse, quam non belle fuisse. Idem 50 de Clar. Orat. 331 Quae si recte Essent. *i. Si omnia bene et commode cederent.* Cic. Att. 16, 9 Qui minus autem ego istic recte Esse possum, quam est Marcellus? Est recte apud matrem Cic. Att. 1, 7. Facere alicui recte Plaut. Aul. 2, 5, 12. Sic Ter. Adolph. 3, 3, 72 Illud recte (*intell. Factum*) iterum sic memento. Neque recte aut 55 turpiter Factum celari poterat Caes. B. G. 7, 80. Cic. Acad. 1, 36 Sic inter recte factum atque peccatum, officium et contra officium, media locabat quaedam: recte sola, *etc.* Ferre molestias recte, *i. Patienter* Ter. Eun. 1, 1, 33. Idem Heaut. 2, 2, 43 Sat recte hoc mihi in Mentem venit. Ministrare recte Hor. Serm. 2, 8, 70. 60 Olere recte, *Bene olere* Plaut. Mostel. 1, 3, 113. Idem Bacch. 2, 3, 114 Ille est Oneratus recte, et plus iusto secum vehit. Ponere otia recte Hor. Serm. 2, 7, 112. Cic. Att. 13, 17 Attica nostra quid agat scire cupio, etsi tuae literae (*sed iam nimis veteres sunt*) recte Sperare iubent; *i. bona omnia.* Suades recte Ter. Heaut. 5, 2, 43; 65 Plaut. Bacch. 2, 2, 14 Quia si illa inuenta est quam amat, viuere, recte Valet. Viuere recte Hor. Epist. 1, 6, 29. ¶ 3 *Obseru.* Ad Logicam bonitatem, et iustam ratiocinationem speciatim pertinet: Epicurus circuitione quadam deos tollens, recte non dubitat diuinationem tollere Cic. de Diuin. 2, 40. Compar. Fieri rectius Pallad. 70 11, 4. Plaut. Merc. 4, 4, 62 Eadem licebit mox coenare rectius. Meminisse rem rectius Idem Epid. 4, 1, 26. Perspicere rectius Lucret. 1, 157. Aetate Sapimus rectius Ter. Adolph. 5, 3, 46. Tenere rem rectius Plaut. Amph. prol. 110. Valere rectius Id. Trin. 1, 2, 125. Superl. ut, Rectissime animaduvertere Cic. de Legib. 3, 75 12 c. 5. Probare rectissime Vlp. l. 54 §. 4 Dig. pro socio.

RECTO, Adu. Anton. et Verus apud Papir. l. 21 pr. D. de Appellat. Appellationes, quae recto ad Principem factae sunt. Idem quod recta: recto itinere, recta via.

RECTIO, ōnis. f. [*ῥέσις*] Administratio, gubernatio. Cic. de 80 Fin. 5, 11 c. 4 Quum autem tertia pars bene viuendi praecepta quaereret, ea quoque est ab iisdem, non solum ad priuatae vitae rationem, sed etiam ad Rerumpub. rectionem relata. Omnium rerumpubl. rectiones Id. ib. 4 c. 22.

RECTOR, ōnis. m. et RECTRIX, icis. f. [*ῥέσις, ῥέσις*] 85 Qui vel quae regit. Cic. de Nat. Deor. 2, 90 Intelligere inesse aliquem non solum habitatorem in hac caelesti ac diuina domo, sed etiam rectorem et moderatorem, et tanquam architectam tanti operis, tantique muneris. Rectorem quoque solitus est apponere aetate paruis aut mente lapsis, donec adolescerent aut respicerent Suet. 90 Aug. c. 48. Columel. 3, 10 Videmus hominibus inspiratam velut aurigam, reatricemque membrorum animam. Plin. 37, 13 (12) Italia reatrix parensque mundi altera. Maiestas rectoris Sil. 15, 417. Diuum Iuppiter maximus rector Virg. Aen. 8, 572. Elephant rector Curt. 8, 14, 33. Afranius, Burrhus, et Annaeus Seneca, re- 95 ctiores imperatoriae Iuuentae Tac. Ann. 13, 2, 1. Iuuenum rector Virg. Aen. 9, 173. Ael. Seianus, magna apud Tiberium auctoritate, recto Iuueni Tac. Ann. 1, 24, 3. Olympi rector Ouid. Met. 9, 498. Pelagi Idem ibid. 1, 331. Populorum centum Id. ibid. 7, 481. Regum rector maximus Sen. Troad. 10. Conf. Rutil. Itin. 100 1, 555. et h. l. Barth. Reipub. rector et consilii publici auctor Cic. de Orat. 1 c. 48. Superum Ouid. Met. 1, 668. De varia vocis Re- ctoris fortuna est commentatio Erici Simonis Henrici a Seelen, Lubecae 1742 edita.

RECTITVDO, ōnis. f. Aggen. in Goef. Agrar. p. 46 Rigor 105 suae rectitudinis naturalis nomen accepit.

RECTIFACIO, Ære. ὀρθοποιῶ Gloss. Gr. Lat.

RECTURA, ac. f. ἵτα, Rectura limitum, apud rei agrariae scriptores. Vid. Goef. Ind. et Rigalt. Gloss. impr. Frontin. p. 331 et 335 seqq.

5 REGIBILIS, e. Adi. Quod facile regitur. ut, Acies regibilis Ammian. 19, 15. Iuuentus regibilis Idem 15, 2 (16, 12) Miles regibilem se fore pollicitus et morigerum Ammian. 24, 3.

REGIMEN, inis. n. [ἐπιβουῆ] Ipsa rectio. Liu. 3, 33 Regimen totius magistratus penes Appium erat, fauore plebis. Ciuitas, unde in omnia regimen Tac. Ann. 3, 47, 2. Vobis arma et animus sit: mihi consilium et virtutis vestrae regimen relinquite Idem Hist. 1, 84, 3. Plin. 7, 16 Vocis, sermonisque regimen primores tenent dentes. In quo consilium vitae, regimenque locatum est Lucret. 3, 95. Cruentum regimen manu tractare, Regere in Tyrannide

15 Stat. Theb. II, 658. Lentum regimen nauis Senec. Agam. f. 6.

REGIMENTVM, i. n. Idem quod Regimen. Arcad. in l. 1 §. 1 De offic. praef. praet. Regimentis Reipub. ad Imperatores perpetuo translatis, etc. Adde Ammian. 28, 1. et 25, 9. Conf. Voss. de Vit. L. L. 3, 41.

20 REGVLA, ac. f. [κανὼν] Norma, qua lineae diriguntur, quasi mensuram regens. Pallad. 1, 9, 2 Regula exploraueris aequale. Columel. 3, 13 Nam duas regulas eius latitudinis, qua pastinator sulcum facturum est, in speciem Graecae literae X decussauimus: atque ita mediae parti, qua regulae committuntur, antiquam illam ciconiam

25 infiximus. Lucret. 4, 516 Denique ut in fabrica, si praua sit regula prima. Quo loco Lambinus, Regula, lignum est rectum, oblongum, et latum, quo fabri utuntur ad exigendas rectitudines, et parietes acedificiorum dirigendas. Fiunt etiam e ferro regulae. Haec ille. Conf. P. Faber Agonist. 2, 7. Hinc regulae dicuntur bacilli quicumque recti, etiam

30 ad aliam rem adhibiti, ut Columel. 6, 26, 2 Duabus angustis ligneis regulis, veluti forcipibus apprehendere testium nervos. Tales sunt apud Pallad. Mai. 7, 1 et 4. it. Veget. Mulom. 2, 41, 3. et 2, 47, 3. Et in prelo oleario Columel. 12, 50, 10. Est et in instrumento chirurgico Cels. 8, 10. Regula et Norma quid differant, vid. NORMA.

35 2 Transfertur, ut ipsum verbum Rego, ad alia, in quibus est vis quasdam exempli aut praecepti etc. Pseudo-Cic. in Sallust. 4 Primum igitur quoniam omnium Crispus Sallustius ad vnum exemplum et regulam quaerit. Cic. Off. 2, 59 In his autem ipsis Mediocritatis regula optima est. Plin. Epist. 9, 26 Sed Demosthenes ipse ille Norma oratoris et regula. Cic. Acad. 4, 29 Hanc esse regulam totius

40 Philosophiae, constitutionem veri, falsi, cogniti, incogniti. Omnium vna regula est, quam cupio tibi esse notissimam, etc. Cic. Off. 3, 81. Aberrare a regula et praescriptione vitae Cic. Acad. 4 c. 46. Idem de Fin. 1, 63 Seruata illa, quae quasi delapsa de caelo est ad cognitio-

45 nem omnium, regula, ad quam omnia iudicia rerum diriguntur. Conf. Idem de Opt. gen. Orat. extr. Habere regulam, qua vera et falsa iudicentur Cic. de Clar. Orat. 152. Adsit regula, peccatis quae poenas Irroget aequas Hor. Serm. 1, 3, 118. Quintil. 9, 4 Neque enim loquuti sunt ad hanc regulam et diligentiam primi homines.

50 Paullus Ictus l. 1 ff. de R. I. Regula est, quae rem, quae est, breuiter enarrat. Non ex regula ius sumatur, sed ex iure quod est regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, et, ut ait Sabinus, quasi causae coniectio est. Quae simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum.

55 REGVLARIS, e. Adi. [κανονικός Gloss. Cyrill.] Quod secundum regulam est, ut vulgo capiunt, vel quod regulae s. bacilli formam habet. Plin. 34, 8 f. 20 ubi de Cyprio aere, Regulare et in aliis fit metallis, itemque caldarium. Differentia, quod caldarium funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obsequitur, ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium est. Sed et in caeteris metallis distat a caldario. Omne enim purgatis diligentius igni vitiis, excoctisque regulare est. Apparet, regulare esse, quod in regulas, i. bacillos formatum est. Conf. Isidor. 16, 19.

REGVLA RITV. Adu. [κανονικός Gloss. Lat. Gr.] Vlpian. in l. 65 Quod si seruus §. 2 D. de in rem verso; Et regulariter dicimus toties de in rem verso esse actionem. Idem in l. Regulariter definiendum est. De petit. hered. Conf. Macrob. Somn. Scip. 1, 20. Augustin. de Doctr. Chr. 2, 29.

REGVLA TIV. Adu. Idem. Veget. de Re Vet. 2, 41, 3 Regulatim et sollempniter curare. Add. Diomed. 1 p. 402.

70 REGVLO, are. Cael. Aurel. Tard. 3, 4, 62 Regulantur vel diriguntur eorum virtutes non natura loci.

REX, régis. m. [βασιλεύς, ἀναξ] Qui regnum possidet et regit: estque summae potestatis et maiestatis nomen, quamquam pro ingenis, moribus, legibus, personarum et populorum, aut nulli sint, aut diuersi plane limites illius potestatis. Componitur orbis Regis ad exemplum Claudian. 4 Consul. Honor. 299. Cic. Off. 2, 41 Mihi quidem non apud Medos solum, ut ait Herodotus, sed etiam apud maiores nostros iustitiae fruentis causa videntur olim bene morati reges constitui.

80 Cic. de Fin. 3, 75 Rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinus, qui nec se, nec suos regere potuit. Reges, de rege et regina ad Ptolemaeum Cleopatramque reges Liu. 27, 4. Conf. Id. 44, 19. Quin etiam liberi et affines, quo tempore nullam adhuc partem habent imperii. Caes. Bell. Ciu. 3, 107 Controversias regum ad Populum Rom. et se, quod esset Consul, pertinere existimans, de Ptolemaei regis Aegyptiorum liberis. Conf. c. 109. it. Cic. Verr. 4 c. 27. Sall. Iug. 27. Vid. German. Valens Guellius ad Virg. Ecl. 3, 106 Dic quibus in terris inscripti nomina Regum Nascantur flores? Caeterum hoc nomine utuntur Romani, Graecos imitati, paene specialiter de Persarum regibus, apud Ter.

90 Eun. 3, 1, 7. et Heaut. 1, 5, 64. Nep. 9, 4, 1. et 17, 2, 1. Triumphum regum Ouid. Amor. 1, 15, 33. Caelicolum rex Virg. Aen. 3, 21. Deorum Hor. Carm. 4, 4, 2. Diuum pater, et rex hominum, Iupiter Virg. Aen. 1, 69. Olympi magnus rex Idem ibid. 5, 533. Nominis ingentis, vid. INGENS. Regum rex, de Agamemnone

95 apud Cic. Fam. 9, 14 pr. f. Att. 14, 17 pr. De rege Persarum Ammian. 17, 5. conf. Suet. Calig. c. 5. Sic Cic. pro Flacco 54 c. 23 Princeps Principum Maeandrius.

100 2 Epitheta quaedam: Aequaevus Virg. Aen. 2, 561. Fortissimus gentis Sidoniae Sil. 8, 212. Indomitus Lucan. 2, 581. Infernus Pluto Virg. Aen. 6, 106. Magni Hor. Serm. 2, 3, 45. Minantes Idem Carm. 2, 12, 12. Nemorensis, vid. NEMVS. Populus late rex Virg. Aen. 1, 25. Purpureus, i. Purpuratus, seu purpura ornatus Ouid. Met. 7, 103. Semidei Stat. Achil. 2, 363. Superbus Virg. Aen. 11, 15. Timendi

Hor. Carm. 3, 1, 5. Tremendus Virg. Georg. 4, 470. Colunt

105 reges, non regna pauci Sen. Herc. Oeth. 616. Constituere regem populis,

populis, *vid.* CONSTITVO. Editus atavis regibus Hor. Carm. 1, 1, 1. Expugnant reges, capiuntur, praelia miscunt Lucret. 4, 1007. Aequum atque iniquum regis imperium Feras Sen. Med. v. 195. Imminent duo reges toti Asiae, Imponere regem alicui regioni, Inducere regem in regnum, Interceptus mortalitate rex, *vid.* hb. vv. 5  
Pati imperia regum Sen. Herc. fur. f. 398. Pati famulum et regem, *i.* Infimam et summam conditionem Sen. Herc. Oet. 228. Regis mores tota Sequitur regia Iustin. 30, 1, 2. Succurrere regis tectis Virg. Aen. 2, 451.

¶ 3 Regis et Regni nomen Romae ab exactis inde Regibus detestabile, postquam Bruto duce iurauerant, ut est Liu. 1, 59. et 2, 1 Se nec Tarquinius, nec alium quemquam Romae regnare passuros. Vnum crimen Sp. Maclii, M. Manlii, Gracchorum affectati regni. Hinc Nullum iugulat Cic. de L. Agr. 2, 15 Nihil aliud actum, nisi uti decem Reges, aerarii, vestigialium, prouinciarum — domini constituerentur. Haec inuidia Caesaris. *Vid.* v. g. Cic. Fam. 12, 1 15 Non regno sed rege (Caesare) liberati videmur. *Add.* iocus mordax Fam. 9, 19 pr. Cum Reges tam sint continentes, multo magis consules esse oportere. Sueton. Iul. 49 Octavius quidam valetudine mentis liberius dicax conuentu maximo quum Pompeium regem appellasset, ipsum (Caesarem) reginam salutauit. *Postus paulatim pudor et ubi 20 erat regia potestas, etiam nomen quasi postliminio admissum.* Sic Stat. Silu. 4, 1 extr. ad Domitianum, Longamque tibi, rex magne, iuuentam Annuit, atque suos promisit Iuppiter annos. Spartian. Hadrian. c. 2 inter Virgilianae sortes de illo refert, Crines incanaque membra Regis Romani. Et Sors de Diuo Claudio apud Treb. Pollion. c. 10 25

Regnabunt etenim tui minores, Et reges facient suos minores. Spartian. in Seuero c. 3 Cum audisset esse in Syria quandam, quae id geniturae haberet, ut regi iungeretur, eandem uxorem petiit, Iuliam scilicet. Apud Lamprid. c. 38 Poeta temporum Alexandri (Seueri) haec in eum dixit, Pulchrum quod vides esse nostrum regem, etc. 30 Idem Lampridius in Elagab. c. 34 de praecedentibus imperatoribus, Et minus boni reges fuerunt, et pessimi. Sic Regillianus, nonus inter triginta tyrannos Trebellii, militari ioco regna promeruit. Nam cum milites quidam cum eo coenarent, exstitit Valerianus tribunus qui diceret, Regilliani nomen vnde credimus dictum? Alius conti- 35

nuo, Credimus quod a regno. Tum is qui aderat Scholasticus coepit quasi grammaticaliter declinare, et dicere Rex, regis, regi, Regillianus. Milites — dixerunt, Ergo potest Rex esse? item alius, Ergo potest nos regere? item alius, Deus tibi regis nomen imposuit. Sed sunt talia plura apud hos Scriptores, ubi Regia vocant, quae ad Augustos 40 pertinerent. Collegerat haec et plura I. F. Gronou. Or. de Lege Regia.

¶ 4 Metaphor. praestantiam cuiusque rei in suo genere notat, ut Caesarum rex Hortensius apud Ascon. argum. Cic. Diuin. in Caecil. Apum rex Colum. 9, 10 et 11. Fluuorum rex Eridanus Virg. Georg. 1, 481. Quin Rex armenti taurus apud Stat. Achill. 1, 470 Septemque 45 Aiax umbone coruscant Armenti reges, *i.* septem pelles taurorum scuto suo intentas iactat. Sic Regum rex Stoicus sapiens apud Horat. Epist. 1, 1, 107. Quo pertinet illud Claudian. de 4 Conf. Hon. 4, 261 Tunc omnia iure tenebis, Cum poteris rex esse tui. Hunc regem pulchre pingit Sen. Thyeste in choro a v. 336. Ponamus paucula, 348 Rex 50 est, qui posuit metus — 388 Rex est, qui metuet nihil, rex est, qui cupiet nihil. Hoc regnum sibi quisque dat.

¶ 5 Rex est quicumque diuitiis, opibus, clientibus instructus ab aliis colitur, alios regit. Hor. Carm. 1, 36, 8 Memor Actae non alio rege puertiae: in ludis puerilibus rex fuerat Lamia. Huc pertinet Hor. Epist. 1, 1, 58 55 At pueri ludentes, rex eris, aiunt, si recte facies. Sed nempe ille Lamia non semel aut aliquoties Rex fuisse indicatur; sed perpetuum velut regnum ingenio suo et gratia obtinuisse. Donatus ad illud Ter. 2, 2, 24 Nemo satis pro merito gratiam Regi refert, Rex alias Regnatorem, alias Dominum, alias Diuitem significat. Sed nunc rationem 60 habet nominis ad aliquid dicti, ad significandum Parasitum. Ut enim parasitus regis est, et libertus patroni: sic e contrario rex parasiti est, et patronus liberti. Martial. 2, 18

Capto tuam, pudet heu, sed capto Maxime coenam,

Tu captas alias: iam sumus ergo pares. 65

Mane salutatum venio, tu diceris ille

Ante salutatum: iam sumus ergo pares.

Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis,

Tu comes alterius: iam sumus ergo pares.

Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse. 70

Qui rex est, regem Maxime non habeat.

Blanditiis et seruilibus officiis aliquid quaerere, ut scurrae et parasiti. Vicarius, est Serui seruus. *Add.* Martial. 4, 40. An honestius duxerim, mercenarii saluatoris mendacissimum aucupium circumuolitantis limina potentiorum, somniumque Regis sui rumoribus inaugurantis? Columel. l. 1 praef. 9. Coram rege suo de paupertate tacentes, plus poscente ferent Hor. Epist. 1, 17, 43. Idem Carm. 2, 14, 12 Siue reges Siue inopes erimus coloni. Et Epist. 1, 7, 37 Rexque paterque Audisti coram, nec verbo parcius absens. Iuuen. Sat. 1, 136 80

Vestibulis abeunt veteres lassique clientes,

Votaque deponunt, quamuis longissima coenae.

Spes homini: caules miseris, atque ignis emendus.

Optima siluarum interea, pelagique vorabit

Rex horum, vacuisque toris tantum ipse iacebit. 85

Nullus iam parasitus erit.

Plaut. Capt. 1, 1, 24 Nam postquam meus rex est potius hostium, etc. Sed interdum hic respectus non exprimitur diserte Ter. Phorm. 1, 2, 20 Regem me esse oportuit! indicare vult, se recte usurum fuisse opibus. Hor. Serm. 2, 2, 44 Nondum omnis abacta Pauperies epulis regum: 90 nam vilibus ouis Nigrisque est oleis hodie locus. Sic Serm. 1, 2, 86 Regibus hic mos est, ubi equos mercantur, opertos Inspiciunt. Mensae rex, qui et Dominus conuiuii. Macrob. Saturn. 2, 1 Ipse rex mensae, nec in moribus Socrate minor. Varro apud Gell. 13, 11 Dominum autem conuiuii esse oportet, non tam lautum, quam sine 95 sordibus.

¶ 6 Rex Sacrificulus vel Sacrorum, sacerdotii nomen, de quo Liu. 2, 2 Quia quaedam publica sacra per ipsos reges factitata erant, ne ubiubi regum desiderium esset, regem sacrificulum creant. Id sacerdotium Pontifici subiecere, ne additus nomini honos aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret. Idem 6, 41 100 cum exprobratione dicit Appius, Vulgo ergo Pontifices, Augures, Sacrificuli reges, creentur. Vnde apparet e patriciis, prima quidem institutione, sumtos. REX SACRORVM vocatur in Vet. Inscr. Grut. p. 1087, 8. Cic. de Arusp. Resp. 12 c. 6 inter Pontifices duodecimo demum loco, post Flaminem Martialem, sed ante Quirinalem commemo- 105

- ratur L. Claudius rex sacrorum. Liu. 40, 42 De Rege sacifico suffi-  
ciendo in locum Cn. Cornelii Dolabellae contentio inter C. Seruili-  
um Pontificem Max. fuit, et L. Cornelium Dolabellam, diuumirum na-  
valem, quem vt inauguraret pontifex, magistratu se abdicare iubebat,  
5 etc. sunt enim pluscula. Plin. 11, 37 f. 71 L. Postumio Albino Rege  
sacrorum — cum rex Pyrrhus ex Italia discessisset, cor in extis ha-  
ruspices inspicere coeperunt. Vid. REGIA II. 2. ¶ 7 Rex,  
cognomen gentis Marciae: vid. Suet. Caes. c. 6 c. not. Torrent.
- REGINA, ae. f. [βασιλίσσα, ἀνασσα] Regis uxor. Cic. Att.  
10 14, 8 Reginae fuga mihi non molesta. Conf. Flor. 1, 6, 2. Teque  
particeps connubii, socia regni, regina Iuno Pseudo-Cic. anteq. iret  
in exil. 24. Regina deum, Iuno Virg. Aen. 1, 13. Regina uerbo  
ioco dictus Iulius Caesar ab Octauio quodam apud Sueton. c. 49.  
De Messalina Claudii reginae nomen ponit Plin. 29, 1. Regina, Domi-  
15 na. Plaut. Truc. 2, 6, 50 Sed reginae domi suae fuere ambae. Pe-  
cunia: regina Hor. Epist. 1, 6, 37. Omnium regina rerum oratio  
Cic. de Orat. 2, 187. Siderum regina bicornis Luna Hor. in Carm.  
saecul. 35. Virtutum Cic. Off. 3 c. 6 de iustitia. Volucrum Mar-  
tial. 5, 56. Regina sacrorum uxor regis Macrobr. Sat. 1, 15. Re-  
20 ginae, Diuites, inquit Donatus ad Ter. Eun. 1, 2, 88 Eunuchum porro  
dixi uelle te, quia solae utuntur his reginae: repperi.
- REGVLVS, i. m. Dimin. [βασιλικός] Quasi Paruus rex. Ci-  
licum reguli Tac. Ann. 2, 80, 2. Plin. 18, 3 Vt quum regulis Afri-  
cae bibliothecas donaret. Conf. Plin. 8, 10 extr. c. not. Hard. Conf.  
25 Liu. 21, 2. ¶ 2 Regulus, Auis minima, a quibusdam Re-  
galiolus dictus: alio nomine Trochilus, f. Orchilus, ut Plin. 10, 74  
docet. ¶ 3 Regulus, Serpentis genus, quem Graeci Basiliscum  
dicunt. ¶ 4 Regulus, cognomen gentis Atiliae, ut M. At-  
tilius Regulus. Vid. infra suo loco.
- REGIVS, a, um. Adi. [βασιλικός] Quod est regis quocunq-  
modo, quod rege, dignum est, etc. Regius egregia Priami de stirpe Dio-  
res Virg. Aen. 5, 296. Cic. Off. 3, 78 Erat autem regius pastor. de  
Gyge. Fama cum ad regios esset perlata Nep. 17, 8, 3. i. praefecti  
prouinciarum. Ales regia, Aquila Ouid. Met. 4, 362. Apparatu  
35 regio acceptus Cic. de Somn. Scip. 1. Idem pro Lege Manil. 50  
Cur non ducibus diis immortalibus eidem, cui caetera summa cum  
salute Reipubl. commissa sunt, hoc quoque Bellum regium committi-  
mus? contra Mithridatem regem gerendum. Chartae regiae Catul.  
22, 6 Genus praestantissimum. Ciuitatem regiam Aegyptios inuenif-  
40 se, Popularem Atticos, scribit Plin. 7, 56. i. Monarchiam. Cic. Att.  
12, 13 Balbi regia Conditio est delegandi. Coniux Virg. Aen. 2, 783.  
Consuetudo Cic. Verr. 5, 76. Dona Virg. Aen. 1, 700. Honos  
Idem ibid. 7, 814. Regiae Ferae dictae videntur, quae sunt fori  
conuentus et nundinarum causa in ciuitate, aliquem per sacerdotem,  
45 qui sit regia maiestate. Sed non semper ob hanc vitam (leg. vnam)  
causam tantum, qui (leg. quia) homini talis maiestatis cura datur,  
etiam, cum expiatio fulguris sit, aut in procurando portento simili  
quo Regiae feriae etiam solitae sunt. Haec Festus. Regium Impe-  
rium pati Sen. Med. 4 v. 189. Insigne Tacit. Ann. 6, 42. Iuue-  
50 nis Ouid. Fast. 2, 761. Moles Hor. Carm. 2, 15, 1. Morbus re-  
gius. Plin. 22, 24 Varro regium cognominatum Morbum arquatam  
tradit, quoniam mulso curetur: quasi commodus morbus et facilis diui-  
tibus sit, qui tam remedio leni curetur. Hor. Arte Poët. 453 Aut  
mala quem scabies, aut Morbus regius vrget. Alias Aurego dicitur  
55 Celf. 3, 24 Aequae notus est Morbus, quem interdum arquatam, in-  
terdum regium nominant. Nutus regios omnes tuemur interfecto  
rege Cic. Fam. 12, 1. Olea regia Columel. 8, 5. it. 12, 47. Cic.  
Tusc. 1, 116 Codrum, qui se in medios immisit hostes famulari veste,  
ne posset agnosci, si esset Ornatu regio. Parens Ouid. Met. 13, 484.  
60 Potestas Cic. Philipp. 1, 3. Idem de Fin. 3, 32 Sed eos, qui in ali-  
quo honore sunt, quorum ordo proxime accedit, vt secundus sit ad  
regium Principatum. Progenies Ouid. ex Pont. 2, 9, 11. Puer  
Virg. Aen. 1, 681. Pira regia, apud Columel. 5, 10. et 12, 10. San-  
guis Hor. Carm. 3, 27, 65. Reprimere alicuius regios Spiritus Nep.  
65 10, 5, 5. Virgo Ouid. Met. 2, 570. Vrbs Plin. 12, 1.
- REGIA, ae. f. [βασιλειον] Domicilium et aula regis. Nempe  
primum intelligebatur Domus vel Aula. Cic. de Fin. 3, 52 Vt enim  
inquit, nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad di-  
gnitatem. Ouid. Met. 12, 214 Festaque confusa resonabat Regia  
70 turba. Contingere Regiam affinitate, vid. CONTINGO. Virg.  
Georg. 1, 503 Iampridem nobis caeli te regia Caesar Inuidet.  
Ouid. Met. 2, 1. Regia Solis erat sublimibus alta columnis. Aurea  
regia caeli Virg. Aen. 7, 210. Celsa regia Priami Ouid. Epist. 1, 34.  
Opulenta Catull. Argon. f. 62, 44. Parua regia Numa hic fuit an-  
75 tiqui Ouid. Trist. 3, 1, 30. Vid. de illa Seru. ad Aen. 7, 153. et 8, 363.  
it. Vet. Schol. Hor. 1, 2, 83 ubi monumenta Regis templaque Vcstae  
iunguntur. Putant quidam, huc pertinere atrium regium, quod combu-  
stum narrat Liu. 26, 26 et restitutum 27, 11. ¶ 2 Regia  
aedificium publicum, in quo Pontifices conueniunt. Festus: Regia dicta,  
80 vel quod sacrorum causa tanquam in fanum a Pontifice conuocati in  
eam conuenirent. Forte hoc vult, a Pontifice maximo conuocatos Ponti-  
fices alios conuenisse, vt alias in regiam. Addit Festus, aut quod in ea  
sacra a rege sacrificulo erant solita vsurpari. Plin. Epist. 4, 11, 6  
de Domitiano, Pontificis maximi iure, seu potius immanitate tyranni,  
85 licentia Domini, reliquos Pontifices non in Regiam, sed in Albanam  
villam conuocauit. Seru. ad Aen. 8, 363 Domus, in qua habitat Pon-  
tifex, Regia dicitur, quod in ea Rex sacrificulus habitare consuesset.  
Macrobr. Sat. 1, 16 post med. Granius — ait, Nundinas Iouis ferias  
esse, si quidem Flaminica omnibus nundinis in Regia Ioui arietem  
90 soleat immolare. Haec eadem videtur, de qua Sueton. Iul. 46 pr. Ha-  
bitauit post Pontificatum maximum in sacra via, domo publica. Haec  
videtur Regia fuisse, ad quam respicit Augustus apud Sueton. c. 76  
Dum lectica ex Regia domum redeo. Nam Augustus cum non in hac  
Regia, et tamen, quod necesse erat Pontificem, in publico, habitare vellet,  
95 partem suae domus (quin deinde totam domum suam) in Palatio publica-  
uit, Regiam ipsam (την τῆ βασιλείας τῶν ἱερῶν regis sacrorum) Vesta-  
libus concessit, quarum domus contigua erat, vt docet Dio 54 p. 541 pr.  
Nescio, an haec eadem fuerit, in qua sacrarium Martis, de quo Festi lo-  
cum damus in OCTOBER equus, cuiusque mentio apud Gell. 4, 6 pr.  
100 item apud Iul. Obsequ. n. 78. 96. 104. 107. 110. itemque Plutarch.  
Quaest. Rom. 96. Vid. Perizon. de Morte Iudae p. 81 sq. ¶ 3  
Regia est etiam praetorium regis in castris. Liu. 2, 12 Proinde in  
hoc discrimen, si iuuat, accingere, vt in singulas horas capite dimices tuo,  
ferrum hostemque in vestibulo habeas Regiae. Curt. 9, 5, 30 Toto  
105 eo die ac nocte, quae secuta est, armatus exercitus Regiam obsedit.  
¶ 4 Re-

¶ 4 Regia pars theatri, aulae regiae formam habens Sueton. Aug. c. 31 Pompeii quoque statuum, contra theatri eius Regiam marmoreo Iano suppositus (f. superpositus). Ascon. ad Or. pro Scauro, post tres partes, de domo Scauri, In huius domus atrio fuerunt quatuor columnae marmoreae insigni magnitudine, quae nunc esse in Regia theatri Marcelli dicuntur. Vitruv. 5, 7 Ipsae scenae suas habent rationes explicatas, ita ut mediae valuae ornatus habeant aulae regiae. Βασίλειον etiam Graecis hanc partem dici, patet ex Polluce 4, 124. ¶ 5 Vrbes ac oppida cognomento velut appellantur Regiae in Vet. Inscript. sic, ALBA REGIA, BACTRA REGIA: COLONIA AELIA HADRIANA REGIA: ZAMA REGIA.

REGIVM Lepidi, Galliae Cisalpiniae oppidum, cuius REGIENSES incolae apud Plin. 3, 15.

REGIE. Adu. [Βασίλειος Gloss. Cyrill.] Ut decet regem, vel ut solet rex. Cic. in Catil. 1, 30 c. 12 Si in hunc animaduertissem, crudeliter et regie factum esse dicerent. Correctius exemplar habet, Non egregie factum. Politum regie aedificium Varr. de R. R. 1, 2. Cic. Verr. 3, 115 c. 48 Nunc ut hoc tempore ea, quae regie seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius, praetermittam.

REGIFICVS, a, um. Adi. [Βασίλειος] Idem quod regius. 20 Virg. Aen. 6, 605 Epulaeque ante ora paratae Regifico luxu. Paratus regificus Valer. Argon. 2, 652.

REGIFICE. Adu. [Βασίλειος] Cic. Tusc. 3, 44 c. 19 ex Poeta Vidi ego te, astante ope Barbarica Tectis caelatis, laqueatis, Auro, ebore, instructam regifice. 25

Regifice exstructis celebrant conuiuia mensis Sil. 11, 273.

REGALIS, e. Adi. [Βασίλειος] Ad excellentiam et eminentiam pertinet, et significat Dignum rege. Cic. de Senect. 56 Nihil ei tam regale videri, quam studium agri colendi. Animus regalis Liu. 27, 30 19. Arma Propert. 4, 4, 21. Armentum Ouid. Met. 2, 842. Atria Idem ibid. 5, 2. Aula regalis Senec. Troad. 771. Carmen Ouid. ex Pont. 4, 16, 9. Cultus Hor. Carm. 4, 9, 15. Diuitiae Idem Epist. 1, 12, 6. Domus Ouid. Met. 1, 171. Epulae Id. ibid. 6, 488. Gaza regali splendida domus Catul. Argon. 62, 46. 35 Genus ciuitatis regale Cic. de Legib. 3, 15. Imago Iouis Ouid. Met. 6, 74. Impendia Plin. 36, 15. Luxus Virg. Aen. 1, 641. Mensae Idem ibid. 1, 690. Nomen Cic. pro Lege Manil. 24. Nominem regali a Senatu dignus existimatus Deiotarus Cic. de Arusp. Resp. 29 c. 13. Ornatus Idem de Fin. 2, 69 c. 22. Potestas Cic. de Arusp. Resp. 54. Sceptum Ouid. Met. 5, 422. Et dedimus Scriptum tragicis regale cothurnis Ouid. Trist. 2, 553. Cic. Off. 1, 38 Regalis sane, et digna Aeacidarum genere Sententia. Liu. 1, 47 Dii te penates patriique, et patris imago, et domus regia, et in domo regale Solium, et nomen Tarquinium creat, vocatque regem. Ouid. 45 Fast. 6, 353 Iupiter ad Solium superis regale vocatis. Tecta Ouid. Met. 6, 614. Virgo Idem de Arte Am. 1, 697. ¶ 2 Obs.

Compar. Plaut. Capt. 4, 2, 45 Non ego nunc Parasitus sum, sed regum rex regalior, cum respectu ad notionem Regis, quam dedimus n. 5. Regales, Filii regum Ammian. 16, 27 Hos sequebantur potestate proximi reges numero quinque, regales decem. Inter regem et regalem hoc interest, quod regis puer regalis est, rex, qui regit regnum Vet. Auc. de Differ. Voc. p. 2205 Putsch. Conf. Vales. ad Ammian. l. c. p. 143. It. Noris. Cenot. Pis. Diss. 2, 9 extr. Regalia exta appellantur, Quae potentibus insperatum honorem pollicentur: priuatis et humilioribus hereditates, filiofamiliae dominationem. Festus. 55

REGALITER. Adu. [Βασίλειος] Idem quod Regie. Ouid. Met. 2, 397 Precibusque minas regaliter addit. Sacrificio regaliter confecto Liu. 42, 51.

REGIO, ōnis. f. [χώρα, κλίμα] Dicta a Regendo, linea mente concepta, qua vel indicamus loca, ut plagas, ventos, orientem, aquilonem, etc. vel circumscribimus et finimus, ut terminis et finibus: interdum vero ipsum planum terrae certis finibus comprehensum, suis non nunquam etiam cum incolis, hoc nomine intelligitur. Exempla licet promiscue posita, facile sic est distinguere. Varro de L. L. 6, 2 p. 67, 10 Intra eas regiones, qua oculi conspiciunt. Cic. pro Sext. 66 Quae regio, oraue terrarum erat latior, in qua non, etc. Certa regio loci Lucret. 2, 260. Cic. de Nat. Deor. 1, 24 c. 10 Atqui terrae maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus. Quae regio in terris nostri non plena laboris? Virg. Aen. 1, 460. Iustinian. 4, 17 70 De officio iud. §. vltim. Quod si de vna re, veluti de fundo: si quidem iste fundus commode regionibus diuisionem recipiat, partes eius singulis adiudicare debet. Deserta siti regio Virg. Aen. 4, 42. Locupletissima Nep. 17, 3, 1. Montosa, vid. Montosus, in MONS. Ignota Ouid. Met. 2, 203. Saltuosa Nep. 14, 4, 2. Cultu vacantes, vid. COLO. Apprehendere, Attingere regionem, vid. bb. vv. 75

Defendere regiones suas et fines Cic. in Orat. 141. Obire pedibus regiones, Peragrarere mente regiones, vid. bb. vv. Euryale infelix qua te regione reliqui? Virg. Aen. 9, 390. Cic. de Nat. Deor. 2, 51 Sed etiam regio, quae tum est Aquilonaris, tum Australis. de regione Lunae. Lituus Romulus regiones direxit, tum quum urbem condidit Cic. de Diuin. 1, 30. Ara locata sub media caeli regione Idem in Arato 193. Australis regio, vid. AVSTER. Vespertina Hor. Serm. 1, 4, 30. Arcis regionibus exire Lucret. 6, 119. Cic. pro Planc. 32 Totus ille tractus celeberrimus Venefranus, Alifranus: tota denique nostra illa aspera et montuosa et fidelis et simplex et fau- 85

trix suorum regio, etc. Regiones dicimus, intra quarum fines singularum coloniarum aut municipiorum magistratibus ius dicendi exercendique potestas Sic. Flacc. p. 1. Viarum regio nota Virg. Aen. 2, 737. Recta regione viae declinare Lucret. 2, 250. Regiones, Maiores urbis partes, quarum fuerunt antiquitus quatuor, Suburrana, Exquilina, Collina, Palatina. Sub Augusto vocari coeperunt XIV. Vid. ad Suet. Aug. c. 30 Spatium urbis in regiones vicosque diuisit. it. et l. 3 ff. de Off. praef. vigil. Habemus P. Victoris, et alterius anonymi Descriptiones urbis Romae, per illas XIV regiones: et ad illas ampla 95

et luculenta commentaria, Fabricii, Panuini, Donati, Nardini, etc. Sed pergimus Regionis nomen illustrare. Cic. Fam. 1, 7 Eam esse naturam et regionem prouinciae tuae, ut, etc. Idem de Nat. Deor. 2, 9 An Attii Nauis lituus ille, quod ad inuestigandum suam regiones vineae terminauit, contemnendus est? Metaphor. Cic. de 100

Lege Agrar. 2, 96 c. 35 Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia praeditus, vix facile sese regionibus officii, magnis in fortunis et copiis continet. Cic. de Orat. 2, 67 Sed ita ut sit circumscripta modicis regionibus. Idem pro Arch. 29 c. 11 Si nihil animus praefertiret in posterum, et, si quibus regionibus vitae spatium circum- 105

scriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas. Cic. in Orat. 141 *de Iuris scientia loquens*, Ea vero, inquit, repugnante eloquentia vix suas regiones finesque defenderet. Cic. Verr. 5, 175 De omnibus nobis, si quis tantulum de recta regione deflexerit. Ibid. 181 Haec eadem est nostrae rationis regio et via, horum nos hominum sectam atque instituta persequimur. Caes. Bell. Gall. 7, 35 Quum vterque vtrique esset exercitui in conspectu, fereque e regione castris castra poneret. *ut Ex aduerso vid. E Praepos.* Cic. Acad. 4, 313 Nonne etiam dicitis esse e regione nobis e contraria parte terrae, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis? *Conf. Cic. de Fato c. 9 et 20.*

REGIONĀTIM. Adu. [*κατὰ χώρας* Onomast. Vet.] *Per singulas urbis regiones.* Suet. in Caes. c. 39 Ludos etiam regionatim vrbe tota et quidem per omnium linguarum histriones. *Vid. Liu. 40, 51 extr. et 45, 30.*

REGIONALĪTER. Adu. *Per totas regiones.* Apul. de Mundo p. 68 Quae cum regionaliter videantur esse pestifera. *Conf. Cael. Aurel. Acut. 2, 29.*

REGIONARIVS, i. m. Frontin. de Colon. p. 357 Cassium oppidum militi regionarii diuiserunt.

REGNUM, i. n. [*βασιλεία*] *Imperium regis, Regio, quae a rege possidetur.* Cic. Fam. 12, 1 Nam vt adhuc quidem actum est, non regno, sed rege liberati videmur. Cic. de Lege Agrar. 1, 35 Nullum regnum fuit vnquam, quod non si minus iure aliquo, at regionibus tamen certis contineretur. *Metaphora iocosa, Cic. de Orat. 1, 4 Nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem. i. In Tusculano.* Plaut. Pseud. 1, 1, 13 Sub Veneris regno vapulo, non sub Iouis. Aut dominatus, aut regnum Cic. de Arusp. Resp. 54. Ars prima regni, posse te inuidiam pati Sen. Herc. Fur. v. 353. Non exercitus, neque thesauri Praesidia regni sunt, verum amici Sallust. Iug. c. 10. Cic. Verr. 4, 60 Nationes, quae in eorum regno ac ditione sunt. Custos regni peruigil canis Sen. Herc. Fur. f. 9. Euersor regnorum Priami Achilles Virg. Aen. 12, 545. Fructus regni feritas Sil. 1, 148. Nouitas regni Virg. Aen. 1, 567. ¶ 2 *Epitheta*: Adusta regna, Zona torrida Sen. Herc. Fur. l. 4. Alterna Stat. Theb. 1, 1. Barbara Hor. Epist. 2, 1, 253. Caelestia Ouid. Met. 1, 152. Continua, *vid. CONTINEO.* Diffona regna, *Linguis diuersis utentia* Valer. Argon. 5, 607. Famosa Lucan. 7, 277. Furentia Sil. 3, 491. Humida Virg. Georg. 4, 365. ¶ 3 *Intelligit regna Cyrenes Nymphae sub aquis.* Ignobile Hor. Serm. 1, 6, 9. Inamabile Plutonis Ouid. Met. 4, 476. Inamoena Plutonis Ouid. Met. 10, 15. Inferna Sen. Herc. Fur. 11. Infelix Erebi Stat. Theb. 8, 22. Inhospita regna Ouid. Met. 11, 284. Iniusta Valer. Argon. 6, 608. Vbi non est pudor, Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides, Instabile regnum est Sen. in Thyeste v. 215. Intuia viuis Virg. Aen. 6, 154. Inferi. Iudiciale, *Vid. n. 4.* Lacerum Claud. in prim. Conf. Stil. 2, 202. Lamentabile Virg. Aen. 2, 4. Lata Virg. Aen. 4, 199. Liberale regnum, *Munificum, vid. sub LIBER, Adi.* Magni regni potentia Ouid. Met. 6, 153. Nobile Idem Epist. 17, 153. Opulenta Senec. Theb. 1. Pallida Ditis Lucan. 1, 451. Periculoso regno secura ac tuta vita anteponenda est Iustin. 39, 4, 3. Piccum Ditis Claud. de Rapt. Proserp. 3, 90. Potentia Ouid. Amor. 1, 1, 13. Stabile Sen. Herc. Fur. 6. Tristia regna, *Inferorum* Hor. Carm. 3, 4, 46. Trux regnum Sen. Herc. Fur. 9. Vasti regni silentia Ouid. Met. 10, 30. Vberrima Virg. Aen. 3, 106. Viduata lumine, *Orcus* Sil. 3, 601. ¶ 4 *Vndosa regna, Naiadum* Idem 5, 21. ¶ 5 *Verborum formulae*: Abuti regno et licentia ad omnia, *vid. ABVTOR.* Affectare regnum Ouid. Met. 1, 152. Appetere regnum: Cic. pro Milon. 73 c. 27 Incidere in suspicionem regni Appetendi. Idem de Senect. 56 C. Ser. Ahala Sp. Maclium regnum Appetentem et occupare volentem interemit. In seruitutem Cadere de regno, graue est Sen. Theb. v. 598. Capessere regna Virg. Aen. 8, 507. Concutere regna Iouis Senec. Medea 10. Considerare regnis vultis et his mecum pariter? Virg. Aen. 1, 576. Contribuere in regna, Decernere regnum, Deducere aliquem ex regno, *vid. hb. vv.* Cic. Philipp. 2, 87 c. 34 Ad Lupercalia C. Caesari Dictatori perpetuo M. Antonium Consulem Populi iussu regnum Detulisse, Caesarem vti noluisse. Detrudere superis regnis Iouem, *i. Caelo* Virg. Aen. 6, 584. Diuiditur ferro regnum Lucan. 1, 109. Dare et Adimere regna, *contraria* Cic. pro Milon. 74. Dominari regno capaci Sen. Herc. Fur. f. 9. Ereptum Censurae regnum, *i. Magistratus, quo intemperanter abuti quis poterat* Liu. 4, 32. Exercere regnum Plin. 10, 21. Foedant mea regna suis ruinis Sil. 15, 538. Gerere infersa regna pectore Ouid. Amor. 2, 9, 52. Gerere regna superba Tibull. 1, 9, 80. Habere regna, Regnare Virg. Aen. 1, 350. Idem Aen. 6, 566 Gnosius haec Rhadamantus habet durissima regna. Impendere regnum totum, *paratus est Tereus suis amoribus* Ouid. Met. 6, 463. Inducere regem in regnum, Instituire regnum, *vid. hb. vv.* Insurgere regnis alicuius Ouid. Met. 9, 444. Intercipere regnum, *vid. h. v.* Invadere regnum aliquod Ouid. Fast. 3, 551. Locare aliquem in parte regni Virg. Aen. 4, 374. Cic. Philipp. 5, 17 c. 6 Neque ii, qui regibus exactis regnum occupare voluerunt. Optare locum regno, *vid. OPTO.* Permittere regnum alicui Hor. Serm. 1, 3, 123. Permittere regnum alicui in aliquos Hor. Carm. 4, 4, 2. Pollutum regnum sanguine Sil. 1, 22. *al. Crimine.* Possidere regna Sen. Herc. Fur. 9. Ter. Adel. 2, 1, 21. Prodere regna alicuius Ouid. Met. 7, 38. Pulsata gemino mari regna Pelopis Sen. Herc. Fur. f. 13. Pulsi regnis Virg. Aen. 7, 217. Regere regnum Ouid. Met. 11, 270. Resurgunt regna Virg. Aen. 1, 210. Sancire regnum Tacit. Hist. 5, 2. Sortiri regna vini talis Hor. Carm. 1, 4, 18. Hoc, inquit Porphy. ad magisteriorum conuiuia pertinet. *Vid. TALVS pro ludo. Nempe is e conuiuiis, cui tale regnum sorte obtigisset, leges bibendi ferebat, quibus caeteros omnes parere erat necesse.* Huiusmodi regem, Arbitrum bibendi nominat Hor. Carm. 2, 7, 25. *Conf. Lips. in Tac. Ann. 13, 15, 2.* Cic. Att. 7, 27 Nisi eos timere putas, ne sub regno sint, qui id nunquam, dummodo otiosi essent, recusarunt. Tenere regna Lucret. 5, 1127. Tenere iniusta regna Ouid. Met. 5, 277. Torpent regna Virg. Georg. 1, 124. Trahere ad auxilium septem regna Sen. Theb. 12. Viget regnum consiliis Virg. Aen. 2, 88. ¶ 6 *Regnum, de qualibet immoderata potestate.* Hoc vero regnum est, et ferri nullo pacto potest Cic. Att. 2, 12. Abuteris ad omnia Atomorum regno et licentia Cic. de Nat. Deor. 1 c. 23. Ereptum Censurae regnum Liu. 4, 32. Regnum, *In quo quis eminet, ut in eo regnare videatur.* Cic. Att. 1, 1 Aquilium non arbitrabamur, qui



denegat et iuravit morbum, et illud suum regnum iudiciale opposuit. Cic. Att. 14, 17 Post in Cumana et Puteolana regna renavigare. Idem Fam. 9, 18 pr. Amisso forensi regno. Vid. IMPERIVM n. 5. De Possessionibus exiguis. Virg. Ecl. 1, 70 Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Vid. Quinctil. Declam. 13, 2. et ibi Burm. p. 272.

REGNO, Ære. [*βασιλείω, ἀναίωω*] Regnum possidere et administrare. Cic. Fam. 15, 2 Illum cohortatus sum, ut in vita sua conservanda primum regnare disceret: a quibus perspexisset sibi insidias paratas, in eo vteretur iure regio. Idem pro Lege Manil. 7 Sed ab illo tempore annum iam tertium et vicesimum regnat, et ita regnat, etc. Tam fatuus, ut etiam regnare possit Sen. in Apocoloc. Si indicas, cognosce: si regnas, iube Senec. Medea 194. Meditatus est regnare, Impotenter regnare, vid. hb. ll. Hor. Carm. 2, 2, 9 Latus regnes avidum domando Spiritum, quam si etc. In otio Sen. Herc. Fur. 7 v. 526. Caelo tonantem credidimus Iovem regnare Hor. Carm. 3, 5, 1. Mundo vacuo Sen. Herc. Fur. l. 1. Cic. Verr. 2, 136 c. 54 Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium scitote regnasse. Per vrbes Graias Virg. Aen. 3, 295. Cic. Fam. 11, 16 Quum equitum centurias tenes, in quibus regnas, i. multum potes. Cic. Fam. 7, 24 Olim quum regnare existimabamur, etc. Add. Quinctil. 10, 1, 112. Aduenae in nos regnauerunt Tacit. Ann. 11, 24, 7. Ardor edendi regnat per fauces et viscera Ouid. Met. 8, 828. Ebrietas geminata libidine regnat Ouid. Met. 12, 226. Oratio in hoc vno regnat Cic. in Orat. 128 c. 37. Hor. Carm. 3, 30, 11 Et qua pauper aquae Daunus agrestium Regnavit Populorum. Sic emendavit hunc locum Lambinus. Solet enim Horatius structuram Graecam servare etiam in sermone Latino, ut Desine mollium querelarum, Abstineto irarum, et caetera id genus. Dicerent autem Graeci, ἐβασίλευσε τῶν λαῶν. Regnare, pro Beatum esse, et suo voto vivere. Hor. Epist. 1, 10, 8 Quid quaeris? viuo et regno. Phaedr. 3, 8 extr. Regnare nolo, liber ut non sim mihi. ¶ 2 Obs. Regnatur, Imperf. Virg. Aen. 1, 276 Hic iam tercentum totos regnabitur annos Gente sub Hectorca. Sil. 3, 592 Hinc Cytherea tuis longo regnabitur aevo. Regnatum est Liu. 1, 17. Regnor, Pass. Ut, Gentes regnantur Tacit. Hist. 1, 16, 7. Idem Germ. 25, 4 Trans Lygios Gothones regnantur, paullo iam addictius, quam caeterae Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem. Plin. 6, 20 Ab iis gens Pandae sola Indorum regnata feminis. i. Quibus imperaverunt feminae. Terra regnata Philippo Ouid. ex Ponto 4, 15, 15. Cupido dira regnandi Virg. Georg. 1, 37. Accipere Albam regnandam Virg. Aen. 6, 770.

REGNANS, antis. Partic. Virg. Aen. 1, 269 Tertia dum Latio regnantem viderit aetas. Iustin. 7, 6, 1 Vno ex Amyntae filiis regnante. Regnantibus impiis ruinae hominum Vulg. Proverb. 28, 12.

REGNĀTVS, a, um. Partic. [*βασιλευδης*] Hor. Carm. 2, 6, 11 Et regnata petam Laconi Rura Phalanto. Vid. Idem Carm. 3, 27, 29. et Virg. Aen. 3, 14.

REGNĀTOR, ōris. m. [*βασιλευτης*] Qui regnat. Plaut. Amph. Prol. 45 Regnator deum, architectus omnibus Iuppiter. Olympi superi regnator Virg. Aen. 2, 779. Conf. Idem Aen. 4, 269. et 7, 558. Regnator agelli, pro Possessore Martial. 10, 61. Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, secundus Aufon. Epigr. 3. de Danubio.

REGNĀTRIX, icis. f. [*βασιλευτρα*] Ut, Domus regnatrice Tacit. Ann. 1, 4, 4.

REGRADO, Ære. Hieron. . . Gradum referre, retrogredi.

REGRADĀTVS, a, um. Partic. Ut, Regradati menses Solin. c. 3. Conf. Salmat. in loc.

REGRADIATIO, ōnis. f. [Gloss. Gr. Lat. καταβιβασμός, regradio.] Conf. Theod. Cod. tit. 8 l. 5. et Vales. in Ammian. p. 65.

REGREDIOR, ĕris, gressus sum, ĕdi. [*ἀναχωρίζω, ἀναχωρέω*] Retro gradi, reverti. Plaut. Aul. 1, 1, 7 Illuc regredere ab ostio. Cic. Att. 8, 19 Quamobrem nolito commoueri, si audieris me regredi, si forte Caesar ad me veniet. Cic. Off. 1, 33 c. 10 Cum vtrisque separatim locutum, ne cupide quid agerent, nec appetent, atque ut regredi quam progredi mallent. Ad formandos animos, statuendasque vitae leges regressi, partem quidem potiorem (si diuidi posset) retinuerunt Quinctil. Prooem. 1. In infinitum Cic. de Fato c. 15. In memoriam regredi Plaut. Capt. 5, 4, 26.

REGREDĒDO, ĕre. Pro Reuocare, si credimus Nonio 2, 745 dixit 70 Ennius Achille, Quo nunc incerta re, atque inorata, gradum regredere conare? Conf. Turneb. Adu. 13, 24.

REGRESSVS, a, um. Partic. Iustin. 22, 4, 4 Inde regressus Cretam contenderat. Conf. Tacit. Hist. 2, 74, 5.

REGRESSVS, ūs. m. [*ἀναχώρησις*] Metaphor. Liu. 24, 26, 15 Neque locus poenitendi, aut regressus ab ira relictus esset. Proprie Tacit. Ann. 1, 30 Et Drusus non expectato legatorum regressu, quia praesentia fatis considerat, in urbem rediit. Cic. de Nat. Deor. 2, 51 c. 20 Nihil errat, quod in omni aeternitate conseruat progressus et regressus, reliquosque motus constantes et ratos. Neque habet fortuna regressum Virg. Aen. 11, 413. Vlp. in l. Quod in herede, D. de tributor. action. Eligere quis debet, qua actione experiatur: vtrum de peculio, an tributoria, quum scit sibi regressum ad aliam non futurum. Vlpian. in l. 8 Sed si paterfamilias, §. 3 D. ad Senatusconf. Maced. Quia et ipsi mandati habent regressum, i. confugere possunt ad Scutum. Conf. l. 6 §. 4 ff. de Tutel.

REGRESSIO, ōnis. f. [*ἀναχώρησις*] Cic. Philipp. 1, 1 Exponam vobis breuiter consilium profectionis, et regressionis meae. Apul. Aur. Afin. 2 Metum istum tibi demam matura regressione. Quinctil. 9, 3 Ἐπίανδος Graece dicitur; nostri regressionem vocant.

REGVLA, REGVLVS, vid. REGO.

REGVLVS, i. m. Cognomen Attilii, de quo Gell. 6, 4 Eundem Regulum Tubero in historiis rediisse Carthaginem, nouisque exemplorum modis excruciatum a Poenis dicit. In atras (inquit) et profundas tenebras eum claudabant, ac diu post, vbi erat visus sol ardentissimus, repente educebant, et aduersus ictus solis oppositum continebant, atque intendere in caelum oculos cogebant. Palpebras quoque eius, ne conuiuere posset, sursum ac deorsum diducias insuebant. Tuditanus autem, somno diu prohibitum, atque ita vita priuatum refert. Idque vbi Romae cognitum est, nobilissimos Poenorum captiuos, liberis Reguli a Senatu deditos, et ab iis in armario muricibus praefixo destitutos, eademque insomnia cruciatos interisse. Haecenus Tubero apud Gellium. Cic. in Pison. 43 M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necauerunt. Idem de Finib. 5, 82 Qui in potestate hostium, vigiliis

et inedia necatus est Regulus? De rebus ab eo gestis, *vid. Aur. Vict. de Viris Illuſtr. et Valer. Max. 4, 4. Varias de genere ſupplicii, quo perierit, ſententias attulit Drakenb. ad Sil. 6, 539. Totum de ſupplicio crudeli illius in captiuitate fatò ſuo mortui confictum putat, et ab uxore Reguli vulgatum, vt excuſaret crudelitatem ſuam erga captiuos Carthaginienſium, probabilis eſt ſententia Palmerii, Exercit. in ſcriptores Graecos p. 151 ſqq.* Mens prouida Reguli Hor. Carm. 3, 5, 3. *Eſt ibi pulchra ethopoeia diſſuadentis permutationem captiuorum, in quibus ipſe fuit.* ¶ 2 Sunt et alii huius nominis, inter quos

10 ille M. Regulus, de quo Plin. Epift. 1, 5.  
REGVSTO, ãre. [*ἀναγεύομαι*] Iterum guſtare. Metaphor. Cic. Att. 4, 16 Nam Veſtorio dandi ſunt dies, et ille Latinus Ἀρτισμοὺς ex interuallo reguſtandus. Eidem 13, 13 extr. Sed crebro reguſto tuas literas: in his acquieſco, tamen exſpecto nouas. i. Crebro tuas literas in manus ſumo: iis legendis acquieſco, quia ſcribis te de Attica aegrotante bene ſperare. Cic. Att. 13, 48 ſin. Velim M. Varronis et Ollii mitas laudationem. Ollii vtique: nam illam legi: volo tamen reguſtare. Conf. Sen. de Prouid. 3.

20 REGVSTĀTVS, a, um. Part. Perf. Sat. 5, 138 Reguſtatum ſalinum. al. Falernum.

REGYRO, ãre. Reuolui. Flor. 4, 2, 6 Poſtremo in Hiſpaniam regyrauit, quod probant Salmaſ. Grut. Duker. Varr. R. R. 1, 57 Quae — ventus regyrare poſſit. Sed al. regelare: locus incertus. Gloſſ. Graec. Lat. *περικάμψαι*, regyrare.

## R E H

30 REHĀLO, ãre. [*ἀρμύζω*] Iterum halo, reſpiro. Lucret. 6, 522 Terraque quum fumans humorem tota rehalat. i. Humorem e caelo delapſum iterum atque iterum ſurſum balat.

REHEBETESCO, ãre. Puto, rehebeteſceretis, ſi videretis pulchritudinem angelorum Auguſtin. Serm. a Sirmondo edit. 4 p. 50. Ad oculos refertur, qui praecſtinguuntur, et quaſi hebetes fiunt.

REHISCO, ãre. *ἀντιχάινω* Gloſſ. Gr. Lat. contra hiſcere.

## R E I

40 REIĪCIO, iēcī, iectum, ãre. [*ἀναβάλλω, ἀνατίθεμαι, ἀπορίπτω, ἀποπέμπομαι*] Retro iacere. Virg. Aen. 11, 619 Reiciunt parmas, et equos ad moenia vertunt: *parmis terga tegunt, quae obuertuntur in fuga hoſti.* Sed Caef. Bell. Gall. 1, 46 Suiſque imperauit, ne quod omnino telum in hoſtem reicerent. b. e. *Viciſſim iacerent, retorquerent.* E gremio reicere aliquid Ouid. Trift. 1, 1, 66. Amictum reiecit ex humeris Virg. Aen. 5, 421. Liētores togulis acceptis ſagula-reiecerunt Cic. in Piſon. 54. Membra fatigata reiecit, velut omni vitae debito liberatus Curt. 10, 5, 3. i. *recubuit.* Plin. Epift. 8, 1 Encolpius lectōr — exaſperatis faucibus puluere Sanguinem reiecit. Et 5, 19 Dum intente iſtanterque pronuntiat, Sanguinem reiecit. — Rurſus ſanguinem reddidit. Reicere ſimpliciter pro vomere Scribon. 180. 198. 200 etc. Veſtem de corpore reicere Ouid. Met. 9, 32. Reicere ex humeris Veſtem Idem ibid. 2, 582. Cic. Fam. 10, 32 Quum quidem prauſus nudis pedibus,unica ſoluta, manibus ad tergum reiectis inambularet: *otioſi hominis et ſecuri geſtus.* Reicere ſe in aliquem familiariter, de puella, quae amplectenti ſe Pamphilo, dat, non explicare conatur, ſed innititur Ter. Andr. 1, 1, 109. Hoſtem ab aliquo loco Cic. Fam. 2, 10. Vt domus eorum fores extra aperirentur, et ianua in publicum reieceretur Plin. 36, 15. *ſummus honos olim Romae.* Cic. Att. 16, 6 Quum a Leucopetra profectus ſtadia circiter trecenta proceſſiſſem, reiectus ſum Auftro vehementi ad eandem Leucopetram. Et 3, 8 Vento reiectus ab illo in Macedoniam. Metaph. Quo vtinam velis paſſis peruehi liceat: ſin reſtantibus ventis reiciemur, tamen eodem paulo tardius referamur neceſſe eſt Cic. Tuſc. 1 c. 49. Virg. Ecl. 3, 96 Tityre, paſcentes a flumine reice capellas, *Diſſyllabum.* Vid. Drakenb. ad Sil. 8, 671. Ter. Phorm. 4, 5, 5 Nam ſi altera illa magis iſtabit, forſitan nos reiciat. Idem Prol. Phorm. 19 Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtudit reicere. Spernere et reicere Cic. de Finib. 1, 4. Aliquid a ſe reicere et aſpernari Idem pro Roſc. Amer. 153. Quae fueram non reiectura Petentem Ouid. Met. 9, 512.

45 Refutetur ac reiciatur clamor Cic. Tuſc. 2, 55, Deligere bona, et Reicere, *contraria* Cic. de Legib. 2, 60. ¶ 2 Reicere iudices, [*ἀπολέγειν, ἀπωθεῖν*] aliquando poſitum videtur pro Eligere et accipere iudices. Nempe eo ipſo, quod reiciuntur ex his, qui propoſiti ſunt, quos iudices noſtros eſſe nolumus, reliqui ſumuntur. Cic. Verr. 3, 28 Quid praetor? iubet Recuperatores reicere. Decurias ſcribamus. Quas Decurias? de cohorte mea reicies, inquit. Cic. Verr. 3, 136 c. 59 Cum — eſſet — conuentus honeſtus Syracuſis, multi equites Romani, viri primarii, ex qua copia recuperatores reici oporteret, qui aliter iudicare nullo modo poſſent. Hic ſine dubio reicere eſt reiectis quibusdam caeteros eligere. Idem Act. 1 in Verr. c. 6 Ea manſit in conditione atque pacto uſque ad eum finem, dum iudices reiecti ſunt. Sed proprie Ibid. 95 Sic habuiſti ſtatutum cum animo ac deliberatum, omnes qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te Praetore attigiſſent, iudices reicere. Hoc ipſe in eadem n. 137 Iniquum eiurare appellat. Cur autem utramque ſignificationem habeat, ex n. 140 eiusdem orationis intelligi poſſeſt. Apronio permittis, vt quos velit de cohorte ſumat Recuperatores. Indignum, vni potius ex iniquis ſumendi, quam vtriſque ex aequis reiciendi fieri poſſeſtatem. Qui enim reiecit, is caeteros quaſi electos ſumit.

50 Sic Cic. Verr. 3, 32 c. 13 Si ex omni copia conuentus Syracuſani ſplendidiffimorum honeſtiſſimorumque hominum faceres poſſeſtatem aratori, non modo reiciundi, ſed etiam ſumendi aratores; tamen etc. Ergo Aſcon. Pedian. ad Verr. 1, 4 c. 2 Diligenter reiectis ab accuſatore iudicibus, Reiectos iudices pro electis intelligi conuenit. Ibi enim reiectio iudicum, vbi et retentio continetur. In reiectione autem accuſatoris vel fides accuſationis vel praeuaricationis perfidia apparet, i. prout accuſator reiecit vel bonos viros, vel ſuſpectos. Vid. SVBSORTITIO. ¶ 3 Formulae diuerſae. Cic. Fam. 10, 16 Tu quamquam conſilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo eſſe debes, vt nihil huc reicias: neue in rebus tam ſubitis, tamque anguſtis a Senatu conſilium petendum putes. In menſem Quintilem reiecti ſumus. Cic. Att. 1, 4. Conf. Idem ad Quint. Fr. 2, 1. Cic. Att. 9, 15 Sed ne bis eadem legas, ad ipſam te epiſtolam reicio. i. remitto, legere te epiſtolam volo. Si huc te reicis Balb. ad Cic. Att. 8, 15. i. Si hanc curam ſuſcipis. Manut. Liu. 3, 13 Sumniam

55

60

65

70

75

80

85

90

95

100

105

man pecuniae quantam aequum esset promitti veniebat in dubium, id ad Senatum reiecitur. Idem 39, 7 De ea re consultationem integram Senatus ad novos magistratus reiecit. Reiecere sanguinem. Plin. Epist. 8, 1 ad Septimium, Encolpius quidem lector ille feria nostra, ille deliciae, exasperatis faucibus puluere sanguinem reiecit. Idem 5 ad Paullinum, Hic dum intente, instanterque pronuntiat, sanguinem reiecit. Paulo post, Reddidit dixit. Reiecere, simpliciter pro Vomere Scribon. 180. 198. 200. et saepius Reiecere, Retinere cibum 108. Ab stomacho reiecere 191. Ex stomacho 193.

REIECTVS, a, um. Partic. [*ἀπωθηθεὶς*] Ter. Heaut. 2, 3, 49 Capillus passus, prolixus, circum caput reiectus negligenter. Os reiectum terrae quemadmodum obtegatur Cic. de Legib. 2, 55. Minnae Annibalis reiectae retrorsum Hor. Carm. 4, 8, 16. Naues tempestate reiectae Caes. Bell. Gall. 5, 5. Penula reiecta de rheda resiliuit Milo Cic. pro Milon. 29. Praeda reiecta Hor. Serm. 2, 3, 68. Rutuli bis reiecti respectant Virg. Aen. 11, 630. Conquesti ad senatum reiectique ad consulem Liu. 39, 3.

REIECTVRSVS, a, um. Aliud Partic. [*ἀπωθήσω*] Ouid. Met. 9, 512 Ergo ego quae fueram non reiectura petentem, Ipsa petam?

REIECTIO, ōnis. f. [*ἀναβολή, ἀπίσθησις*] Ipse reieciendi actus. Cic. de Finib. 3, 12 Deinceps vt ea teneat, quae secundum naturam sint, pellatque contraria, quae inuenta selectione, et item reiectione sequuntur. In alium reiectione Cic. de Orat. 3, 204 c. 53. Id. pro Corn. Balb. 29 Quod si cui Romano licet esse Gaditanum siue exilio, siue postliminio, siue reiectione huius ciuitatis. Reiectione iudicum, cui Selectio coniuncta est, adeo vt pro eadem ponatur. Cic. Act. 1 in Verr. 16 c. 6 Posteaquam reiectione iudicum facta est, quod et in fortitione, istius spem fortuna Pop. Romani, et in reieciendis iudicibus, mea diligentia istorum impudentiam vicerat, renunciata est tota conductio. Quinctil. 7, 1, 34 Quae res faciliorem diuisioni viam praestat. eadem inuentioni quoque: excutere quidquid dici potest, et velut reiectione facta ad optimum peruenire. Reiectione sanguinis Plin. 25, 13. it. 23, 8 f. 78. Reiectione, Vomitus Scribon. 183. Plin. . . Et vernatio utilis erat, si postquam sorpta fuerat, statim reiectione sequatur. Non habet Index Hard.

REIECTVS, ūs. m. [*ἀναγωγή*] Idem quod Vomitio. Cels. . . Et reiectus cibi non erit inutilis, si raro fiat. Conf. Hygin. Astr. 3, 36. et ibi Munker.

REIECTOR, ōris. m. Apul.

REIECTO, āre. Frequentat. [*ἀρτιέμαι*] Lucret. 2, 330 Clamoremque montes Icti reiectant voces ad sidera mundi. i. referunt voces, vt echo solet. Capitol. in Ant. Pio c. 12 Quum caseum edisset auidius, nocte reiectauit.

REIECTANS, antis. Partic. Virg. Aen. 5, 469 Crassumque cruorem Ore reiectantem, etc.

REIECTANEVS, a, um. Adi. [*ἀποπροηγμένος*] Sic appellabant Stoici, quae mala vocare nollent, quod illud nomen soli vitio et turpitudini proprium putarent, quae tamen incommoda esse negare non possent, quia via sunt morbus, dolor, etc. quod ab omnibus reieciuntur, vel reieci debeant. Cic. de Finib. 4, 71 c. 26 Illa autem, morbum, egestatem, dolorem, non appello mala, sed si libet, reiectanea.

REIECTATIO, ōnis. f. Solin. 5 Aeterna reiectione terram terra euomit.

REIECVLVS, a, um. Adi. [*ἀπόβλητος*] Sic vocantur, quae propter quamcumque causam reieciuntur. Varro R. R. 2, 1 Scire oportet in grege, quot reieculae sint alienandae. Ibid. Reieculae soboles. Cato 2 Vendat boues vetulos, armenta reiecula, oues reieculas, lanam, pelles. Nonius Reieculas scribit 2, 757. Dies reieculi Sen. de Breu. Vitae c. 8. et Quaest. Nat. 7, 32. Reiecula mancipia Idem Epist. 47.

REINTEGRATIO, vid. REDINT.

REINVITO, āre. Noli vocare diuites, ne forte et ipsi te reinvitent Vulgat. Luc. 14, 12.

REITĒRO, āre. Apul. Met. 8.

REITERATIO, ōnis. f. [*ἀνάληψις*] Repetitionem significat. Quinctil. 11, 2 Sola qua exciderunt, retractantur, vt crebra, reiteratione firmentur.

REIUVENESCO, ēre. Non proba vox: vid. Voss. de Vit. L. L. 4, 21 p. 764.

## R E L

RELĀBOR, ēris, lapsus sum, lābi. Depon. [*καταλείδω*] Iterum labi significat. Ouid. Epist. 15, 95 Sappho Phaoni, Huc ades, inque sinus formose relabere nostros. In praecepta alicuius relabi Hor. Epist. 1, 1, 18. Relabi dicuntur flumina, Quam eo refluent et reuertuntur, vnde fluxerant. Hor. Carm. 1, 29, 11

Quis neget arduis

Pronos relabi posse riuos

Montibus, et Tiberim reuerti,

Quum tu, etc.

RELANGVEO, ui, ēre. [*καταδενέω*] siue RELANGVESCO, ēre. Post vigorem languere. Ouid. Met. 6, 291 Imposito fratri moribunda relanguit ore. Cic. Att. 13, 41 Quod autem ille relanguisse se dicit: ego ei tuis literis lectis *σολυὸς ἀπάτας* significavi me non fore. Caes. Bell. Gall. 2, 15, 4 Quod his rebus relanguescere animos, eorumque remitti virtutem existimarent. Liu. 35, 45 Vt taedio et impetus relanguescat regis, et Romani tempus ad comparandum habeant. Conf. Sen. Qu. N. 5, 8.

RELATIO, RELATOR, RELATVS, vid. REFERO.

RELĀVO, lāui, lōtum, āre. Frequenter lauare. Legebatur Lucret. 6, 799 Denique si calidis etiam quum te relauaris. Plenior. Sed editur nunc Cunctere lauacris.

RELAXVS, a, um. Adi. [*πολύχαυνος*] Valde laxum et solutum significat. Columel. 11, 3, 46 Relaxa humo plenioris crassitudinis fiat radix.

RELAXO, āre. [*ἀραιόω, χαυνόω*] Laxum facere, aperire, liberare, dissoluere. Vincula tunicarum relaxat Ouid. Fast. 2, 321. Agmina deturbat gladio, campumque relaxat Sil. 7, 715. Densa relaxare, et laxa densare Virg. Georg. 1, 420. Ora fontibus relaxare Ouid. Met. 1, 281. Pelagus relaxans fontes Oceani Sil. 3, 51. Calor relaxat caeca spiramenta, Aperit breues et occultas cauernulas, Seruius, Virg. Georg. 1, 89. Cic. de Nat. Deor. 2, 136 Aluis sumi adstringitur tum relaxatur. Metaphor. Cic. de Senect. 81 c. 22 100

Ex quo intelligitur, quales futuri sint, quum se plane corporis vinculis relaxauerint. Cic. Att. 10, 6 Pater enim nimis indulgens, quidquid ego adstrinxi, relaxat. Cic. de Finib. 2, 95 Si longus, leuis: dat enim interualla et relaxat. Idem Acad. 4, 72 Quod idem contingit insanis, vt et incipientes furere, sentiant, et dicant aliquid quod non sit, id videri sibi: et quum relaxentur, sentiant, atque illa dicant Alcaeonis, Sed mihi neutiquam cor consentit cum oculorum aspectu. Cic. Off. 1, 122 c. 34 Atque etiam quum relaxare Animos, et dare se iucunditati volent. Idem Philipp. 2, 39 Veruntamen homines quamuis in turbidis rebus sint, tamen si modo homines sunt, interdum Animis relaxantur. Sic de Clar. Orat. 21 Relaxa modo paulum Animum: aut sane, si potes, libera. Mentem relaxare Senec. Hippol. f. 4. Cic. de Diuin. 100 c. 48 Haec me Peripateticorum ratio magis mouebat, etc. qui censent esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura praesentiant, si aut furore diuino incitatus animus, aut somno relaxatus, solute moueatur ac libere. Cic. Att. 16, 16 Cum sorore ages attentius, si te occupatione ista relaxaris. A nimia necessitate aliquid faciendi se relaxare Cic. in Orat. 176.

RELAXATIO, ōnis. f. [*ἀρξίωσις*] Ad relaxationem cutis fricare Scribon. 10. *Metaphor.* Cic. Fam. 7, 27 Visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse iam senescentis morbi remissio profuisse. Idem de Orat. 2, 22 Verum otii fructus est, non contentio animi, sed relaxatio. *add.* Id. de Fin. 2 c. 29.

RELAXĀTVS, a, um. *Vid. supra.*

RELAXĀTOR, ōris. m. Cael. Aurel. Acut. 2, 38 Relaxator fluentium.

RELEGO, āre. [*ἀποπέμπω, ἀποδιοπομπῆμαι*] Separare, semouere, in alium locum (poenae in primis causa) mittere. Virg. Georg. 3, 212 Atque ideo tauros procul atque in sola relegant Pasqua. Cic. Off. 3, 112 c. 31 Criminabatur etiam, quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus, ab omnibus relegasset, et ruri habitare iussisset. Caes. Bell. Gall. 5, 30 Ne reiecti et longe relegati ab caeteris, aut ferro, aut fame intereant.

¶ 2 Clodius sub ministerii titulo M. Catonem a rep. relegauit Vell. 2, 45, 4 Nempere Relegare, [*ἐξορίσειν*] In exilium mittere. Plerumque tamen mitior poena intelligitur, quae tantum urbe aut certis regionibus interdicat, reliqua autem ciuitatis iura, rem familiarem, etc. relinquat. *Vid.* Icti, et mox RELEGĀTVS. Plin. Epist. 2, 11, 20 Assenserunt Consules designati, Martianum in quinquennium relegant. Cic. Att. 2, 12 Narro tibi, plane relegatus mihi videor, postquam in Formiano sum. Ouid. Trist. 2, 201 Vnde precor supplex, vt nos in tuta releges. Cic. pro Sext. 29 c. 12 L. Lamiam, qui, etc. in concione relegauit: edixitque, vt ab Vrbe abesset millia passuum ducenta. Ouid. ex Pont. 2, 2, 7 Perlege, nec mecum pariter mea Verba relega, Vrbe licet vestra versibus esse meis. Relegari in exilium Liu. 25, 6.

¶ 3 Relegare est velut retrō, i. vicissim legare, [*ἀντιλεγασθῆναι*, cum maritus, quantum dotis nomine ad se peruenit, tantum dare heredem uxori suae iubet. Sic saepe Vlpian. et alii] Icti in titulo Pand. (33, 4) de dote praelegata, quod ipsum verbum in relegata mutari vult Haloander.

¶ 4 Assignare, referre tanquam ad auctorem, causam etc. Tib. 4, 6, 5 Illa quidem ornandi causas causas tibi, Diua relegat: Est tamen occulte cui placuisse velit. Paterc. 2, 64, 2 Inuidiam rei in auctorem relegabat. Plin. 7, 1 extr. Neque tamen ego in plerisque obstringam fidem meam, potiusque ad auctores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus. *Retinet etiam hic primam et sollemnem quasi significationem semouendi a se, et mittendi quasi ad alium.*

RELEGĀTVS, a, um. Partic. [*ἀποπεμπθεὶς, ἐξωρισμένος*] vt, Ambitio relegata Hor. Serm. 1, 10, 84. b. e. *Scmota.* Relegatus, In exilium missus sed mitius, vt dictum: Quippe relegatus, non exsul dicor Ouid. Trist. 2, 137. Ouid. ex Pont. 4, 13, 40 Sed me iam Care nivali Sexta relegatum bruma sub axe videt. Non faeva terris gens relegata vltimis Cic. Tusc. 2, 10. *Ex Poeta.* Relegati dicuntur proprie, Quibus ignominiae, aut poenae causa necesse est ab vrbe Roma, alioque quo loco abesse lege, Senatusque consulto, aut edicto magistratus, vt etiam Aelius Gallus, indicat, Festus. *Add.* Vlpian. l. 2 ext. ff. de his, qui sui vel al.

RELEGATIO, ōnis. f. [*ἐξορισμός*] Liu. 3, 10 Exilio et relegatione ciuium vlciscentes Tribunos. *Est etiam priuata relegatio.* Cic. pro Rosc. Amer. 43 c. 15 Tot praedia, tam pulchra, tam fructuosa Sext. Roscius filio suo relegationis ac supplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat? *Et ibid.* Tamenne haec attenta vita et rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur? Cic. Att. 2, 7 Haec ieiuna ac bella relegatio datur ei, cuius Tribunatus ad istorum tempora reseruatur. *Al.* Ieiuna tabellarii legatio, etc.

RELEGĀTOR, ōris. m. In Digestis esse dicitur.

RELEGO, lēgi, lectum, āre. [*ἐπαναγινώσκω*] Rursus legere. Cic. de Nat. Deor. 2, 72 c. 28 Qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, et tanquam relegerent, sunt dicti religiosi ex legendo, vt elegantes ex eligendo. Scripta relegere, et Scripta relecta Ouid. de Rem. Amor. 717. Idem ex Ponto 3, 5, 11 *de oratione Cottae,*

Quae quamquam lingua mihi sunt properante per horas  
Lecta satis multas, pauca fuisse queror.  
Plura sed haec feci relegendando saepe: nec vnquam  
Non mihi quam primo grata fuere magis.

Hor. Epod. 2, 69 Foenerator Alsius,  
Iamiam futurus rusticus  
Omncm relegit Idibus pecuniam,  
Quaerit Calendis ponere.

90 Tanquam enim eum, inquit, Acron, pro foenoris lucro iam receptae pecuniae poeniteret, ita recollectam Idibus, Calendis properat commodare. Sed alii, praesertim Bentleius, redegit, v. v. In loco Caton. R. R. 150 nihil esse praesidii, ostendit Gronou. Obs. 1, 20. Iter relegere, Redire per eandem viam Stat. Achil. 1, 23. Litora errata retrorsum relegens Virg. Aen. 3, 690. Ouid. Trist. 1, 10, 24 Hellepontiacas illa relegit aquas, i. retro nauigauit, vt litora legere. *Certe sic pro reliquit legendum videtur viris doctis.*

RELEGENS Part. *vid.* RELIGENS.

RELECTVS, a, um. Ouid. Met. 8, 173 Ianua difficilis filo est inuenta relecto, de filo Ariadnes, quo Theseus adiurus rediit ex Labyrintho.

RELENTESCO, āre. Ouid. Amor. 1, 8, 76 Neue relentescat saepe repulsus amor. i. ex acri lentus fiat, et imminuatur.

RELEVO, āre. [*ἀναρυσθίζω*] Leuare iacentem. E terra corpus releuare Ouid. Met. 9, 318. Humeros paternos releuare Idem Fast. 4, 169. *Ad multa alia transfertur. vt, Aestus releuare Ouid. de Arte*

Am.

R 2

Am. 3, 697. Cic. Att. 3, 10 Haec eo scripsi, vt potius releuare me, quod facis, quam aut castigatione, aut obiurgatione dignum putares, quasi laborantem sub onere erigeres. Animum releuare alicui Ter. Adolph. 4, 4, 11. Plin. Ep. 1 vlt. Scholasticis dominis sufficit abunde tantum soli, vt releuare caput, reficere oculos — possint. Nempe inter legendum et scribendum dependet quasi cernuum caput. Casus alicuius releuare Ouid. Trist. 5, 3, 43. Cic. Qu. Frat. 1, 4 Si releuare potes communitatem Casum misericordia hominum: scilicet incredibile quiddam assequeris. Famem copia nulla releuat Ouid. Met. 11, 129. Fructus dotis releuat onera matrimonii Paullus in l. Quæris, D. de pactis dotalibus. Labores releuare, Minuere Plin. in Paneg. Laborem longum requie releuare Ouid. Met. 15, 16. Mulier pro parte dimidia releuatur, liberatur onere Papinianus in l. Quum pater §. Quum existimaret D. de leg. 2. Mulier per senatusconsultum releuatur. Vlpian. in l. Quamuis §. Interdum D. ad senatusconsultum Velleianum. Et releuant multo Pectora sicca mero Ouid. Fast. 3, 304. Cic. de Invent. 1, 25 Cibi Satietas atque fastidium aut subamara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur. Sitim releuare Ouid. Met. 6, 354. Cic. de Diuin. 2, 7 Vt animus molestiis potissimum releuaretur. *Vetus codex habet, Vt et animus molestiis hac potissimum re releuaretur.* Idem in Catil. 1, 31 c. 13 Videbimur fortasse ad breue quoddam tempus cura et metu esse releuati. Dolore releuari Ouid. Met. 9, 674. *al.* Labore. Non est in medico semper releuetur vt aeger Ouid. ex Pont. 1, 3, 17. Releuare aliquem satisfactione Modestinus in l. Si procuratorem D. de Procurat. Vlpian. in l. post rem D. de Transactionib. Etsi transactio non perimit rem iudicatam, tamen in eo quod datum est, releuari rem iudicatam oportet, vt nempe, quod ex transactione datum est, procedat et imputetur reo. Vlpian. in l. 4 in princ. D. de Censibus Illam enim aequitatem debet admittere censor, vt officio eius congruat, releuari eum, qui et in publicas tabulas delato modo frui certis ex causis non potuit; quare et si agri portio chafuate perierit, debet per censitorem releuari. Releuari, *In integrum restitui* Modestinus in l. Etiam §. 1 D. de Minoribus. Ex causa curationis condemnata pupilla, aduersus vnum caput sententiae restitui volebat: quia videbatur in cæteris liris speciebus releuata fuisse.

RELEVĀTVS, a, um. Partic. [*ἀνακουφισθῆς*] vt, Mens releuata a cura Ouid. Trist. 1, 10, 12. Releuata mihi et recreata res publica videtur Cic. Catil. 2, 7 c. 4.

RELEVATIO, ōnis. f. Octau. Hor. 1, 9 Capillorum releuatio.

RELEVĀMEN, inis. n. Priscian. Perieg. Facilis releuamine partus.

RELĪBO, āre. Papinian.

RELIDO, ēre. *Laedere repugnando.* Quae firmata probant, aut infirmata relidunt Auson. Epist. 25, 43. *add.* Fortunat. Carm. lib. 5.

RELISVS, a, um. Relisa fronte lignum dissilit Prudent. pass. 45 Cassiani v. 48.

RELICĪNVS, a, um. *Significat, in occiput refugiente capillamento recrispum.* Apul. Florid. 1 p. 341, 37 *de Marfya*, Laudauit sese, quod erat et coma relicinus, et barba squalidus, et pectore hirsutus. Ibidem p. 344, 19 *de imaginibus Alexandri*, Et tabulis et toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis iuuentae, eadem gratia relicinae frontis cerneretur. *Vid. supra Licinus.* *Nescio quid sibi velit* Vet. Gloss. Relicinus *ὑποδεδυκῆς*.

RELICTVS, *vid.* RELINQVO.

RELIGENS Participiali forma, tanquam a verbo RELIGIO est apud Gell. 4, 9 *ubi post Nigidium Figulum adfert versum ex antiquo carmine memoria dignum, Religentem esse oportet; religiosum nefas: cuius autem id carmen sit, non scribit, Gellio teste Nigidius. Videtur autem Religens plane dictum esse vt diligens. Et quam comparisonem habet Legio ad legentem, eam habet ad religentem religio: contrarium autem diligentis et religentis est negligens. Fuerit itaque secundum Nigidium religens, qui veretur et offendere metuit deos, religiosus autem, qui nimium eos metuit, vt meticulous a metuente distat. Religens porro simile fuerit reuerenti, in quo Praepositio itidem incrementum quoddam et augmentum significat. Vid. statim RELIGIO, ex Cic. de N. D. 2, 72.*

RELIGIO, ōnis. f. [*Ἐρησεία, Ἐρεσεία, ἐραγμός*] Videtur prima origine significasse magnum gradum diligentiae: cum diligens et religens sint non minus cognata, quam disputo et reputo, dimitto et remitto etc. Diligit, qui unum legit prae aliis, et separat; religit qui saepius. *Vid. quae modo in RELIGENS dicta sunt.* Ter. Andr. 5, 4, 37 *in recognitione puellae*, CHREMES pater, At mihi, inquit, vnus scrupulus etiam restat, qui me male habet. PAMPHILVS, amator impatiens, Dignus es Cum tua religione odium: nodum in scirpo quaeris. CRITO, Quid istuc est? CHR. nomen non conuenit. Religio est hic diligentia in quaerendo, cautio non temere credendi. Et ne dicas, hic versari tamen pietatem, quae cognata sit religioni; Cic. Orat. 25 c. 8 *de Atheniensibus*, Quorum semper fuit prudens sincerumque iudicium, nihil vt possent nisi incorruptum audire et elegans. Eorum religioni cum seruiret orator, nullum verbum insolens nullum odiosum (an otiosum) ponere audebat. Sic Cic. Bruto 282 Oratio nimia religione attenuata, i. diligentia. Sed mox Religioni, quae est scrupulosa quaedam diligentia, domicilium velut assignarunt in cultu et reuerentia, quae supremae naturae siue Deo debetur, omnique adeo officio, ubi exacta quadam cura et obseruatione, cum metu peccandi coniuncta opus esse videbatur. Contrarium religioni non minus quam diligentiae est neglectus. Cum in religione sit metus peccandi, pro ipsa interdum formidinem dici, non mirum est. *Vid. Dan. Heins. ad Sil. 2, 82.*

Virg. Aen. 7, 60 Multosque metu seruata per annos Laurus. Stat. Theb. 3, 661 Primus in orbe Deos fecit timor. Sed videamus de Religione, quam docebunt exempla tria praesertim continere, illam animi vel affectionem vel habitum, quo inducti homines caute circa cultum Dei, suumque officium versantur; deinde est qualitas obiecti, hoc est religio tribuitur rei vel personae, circa quam caute et cum metu peccandi versandum est; denique religio et praesertim plurium numero religiones sunt caerimoniae et ritus, quibus obseruandis putant homines Deum a se coli, placariue. Sed interdum difficile est distinguere, quid horum proprie spectetur, interdum plura coniunguntur, etc. Cui otium est, farraginem quam referimus exemplorum, disponat accuratius. Cic. de Inuent. 2, 161 c. 53 partem facit eius quod natura ius est, quae superioris cuiusdam naturae (quam diuinam vocant) curam caerimoniaeque affert. Etiam 66 c. 22 sub iure naturae ponit Religionem, quae in metu et caerimonia deorum sit. Cic. de Nat. Deor. 2, 72 c. 28 Non enim philosophi tantum, verum etiam maiores nostri superstitionem a religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur et immolabant, vt sibi sui liberi superstites essent, su-

100

105

perstitiosi sunt appellati: quod nomen patuit postea latius. Qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, et tanquam relegerent: sunt dicti religiosi ex relegendo, ut elegantes ex eligendo, tanquam a deligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim in verbis omnibus inest vis legendi eadem, quae in religioso. Ita factum est in supersticioso et religioso: alterum vitii nomen, alterum laudis. Lactantius 4, 28 a Religando dici Religionem tradit, capitque interpretationem Ciceronis: non recte, arbitror. Idem Cic. de Nat. Deor. 1, 118 de atheis loquens, Horum enim sententiae non modo superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis deorum, sed etiam religionem: quae deorum cultu pio continetur. Cuius dicti meminit Augustinus de Civitate 4, 30. Idem ibidem 6, 9 Quale autem illud est, quod Varro religiosum a supersticioso ea distinctione discernit, ut a supersticioso dicat timeri deos: a religioso autem tantum vereri, ut parentes; non ut hostes timeri? Add. Id. Retract. 1, 13. et de vera Relig. c. 55. Ponitur tamen interdum pro Superstitione. Iustin. 18, 6, 11 Cruenta sacrorum religione et scelere pro remedio vsi. Idem 22, 6, 1 Terrebat eos portenti religio. Sed in bonam partem fere Cicero, v. g. Pietas, sanctitas, religio, quae omnia pure et caste deorum numini tribuenda sunt Cic. de Nat. Deor. 2, 3. Religio est iustitia erga deos Id. in Partit. 78. Superstitio imitatur religionem Idem ibid. 81. Idem pro Dom. 105 c. 40 asperrima in Clodium Ironia, Adspicite, adspicite Pontifices, hominem religiosum, et, si vobis videtur, quod est honorum Pontificum, monete eum, modum quendam esse religionis, nimium esse supersticiosum non oportere. Diuini religio, i. Religio erga deos Lucret. 6, 1274. Caelestes religiones Tacit. Ann. 1, 11. Prisca religione facer recessus Ouid. Met. 10, 693. Quaeque Aetheris alti religio Virg. Aen. 12, 181. i. quidquid in caelo colendum est. ¶ 2 Verba: Plin. Epist. 4, 13, 7 Si parentibus — religio (accurata diligentia) recte iudicandi necessitate collationis Addatur. vid. A D-HIBEO. Nondum diuinae religionis, non humani officii ratio Colebatur Cic. de Inuent. 1, 2. Cadit labefacta religio Claud. in Ruff. 1, 14. Cic. pro Planc. 80 Qui sancti, qui religionum Colentes, nisi qui meritam diis immortalibus gratiam iustis honoribus et memori mente persoluunt? Conficere sacra Cereris summa religione, caerimoniaque Cic. pro Balb. 55. Consecrata omnium religione. vid. CONSECRATIO. Discedere a religione (diligenti obseruatione) officii Cic. Verr. 3, 2. Idem pro Domo 104 Publiusne Clodius, qui ex Pontificis Maximi domo religionem Eripuit, is in mean intulit? profanauit sacra Bonae Deae. Expiare sollemnes religiones supplicio alicuius Cic. pro Milon. 74. Expiabo religionem aedium mearum Cic. de Arusp. Resp. 10. Habere religionem Idem pro Dom. 126. Idem ibid. 105 in Clodium inuebens, Quae te tanta mentis imbecillitas tenuit, ut non putares Deos satis posse placari, nisi etiam muliebribus te religionibus implicuisses? Interponere religionem Cic. in Pison. 50. Introspicere religiones numinum Tac. An. 3, 60. i. cognoscere de iure asytorum. Manere in religione Virg. Aen. 3, 409. Cic. pro Domo 124 c. 47 Numquid igitur is bona Lentuli religioni Obligauit. Sed MSS. quidam religionibus religauit. Cic. . . . Quis te impurius, qui religiones omnes Pollueris, etc. Possidet religionem paternus maternusque sanguis Cic. pro Rosc. Amer. 66 c. 24. Religare religione, vid. modo Obligare. Suscipere cultum deorum, et puram religionem Cic. de Legib. 1, 69. Suscipiunt gentes bella pro suis religionibus Idem pro Font. 20. Tollere religionem Idem de Diuin. 1, 105. ¶ 55. Trahere in religionem Liu. 5, 23. Tueri populum antiqua sub religione dicitur donum Palladis, equus Troianus Virg. Aen. 2, 188. Cic. de Nat. Deor. 2, 10 Gracchus quum comitia nihilominus peregisset, remque illam in religionem populo Venisse sentiret, rem ad Senatum retulit. Violare religionem Cic. Verr. 4, 88. Religionibus suis tenor suaque obseruatio reddenda Val. Max. 1, 1, 8. ¶ 3 Frequens in primis est usus, ubi affectionem illam animi notat, quam vulgo dicimus Conscientiae scrupulum, i. metum peccandi, Cic. de Arusp. Resp. 10 Quae tanta religio est, qua non in nostris dubitationibus, atque in maximis superstitionibus vnus Publ. Seruillii ac ¶ 65 Marci Luculli responso ac verbo liberemur? Arcti nodi religionum Lucret. 4, 6. Liber religione animus, Afferre religionem, Cepit quosdam religio. vid. hb. vv. Constringi religione Curt. 6, 7, 7. Ita Religio iudicis est accurata cautio, ne iusiurandum illud, quo adstrictus est, violet. v. g. Cic. pro Cluent. 158 c. 58 Religioni potius vestrae quam odio pareatis. Idem pro Caec. 28 Decus atque ornamentum iudiciorum, exemplar antiquae religionis. Callistratus in l. diuus Adrianus D. de re iud. Conspiratione aduersariorum testibus pecunia corruptis, religionem iudicis circumuentam esse. Parasiti vox Plaut. Curc. 2, 3, 71 Vocat ad coenam: religio fuit, denegare nolui. ¶ 75 Ter. Heaut. 2, 1, 16 Tum quod dem ei, recte est: nam nihil esse mihi, religio est dicere diligenter caueo, ne dicam. Suet. Aug. c. 6 Huc introire, nisi necessario et caste, religio est, i. cauent homines, de loco, ubi Augustus nutritus est. Religio mihi non est, quo minus hoc faciam Cic. in Catil. 3, 15 c. 6. Eximere religionem Liu. 4, 31 i. Scrupulum, et vanum metum adimere. Exsoluere religione. vid. EXSOLVO. Cic. Off. 2, 51 Nec tamen ut hoc fugiendum est, ita habendum est religioni, nocentem aliquando et nefarium defendere impiumque. Conf. Idem de Diuin. 1 c. 35. Impediri religione, vid. IMPEDIO. Incessit dein religio Tacit. Ann. 3, 71. Incutere religionem, vid. ¶ 85 INCUTIO. Cic. Philipp. 1, 13 Ut inexpiabiles religiones in Rempub. Inducerentur? Metus et poenae ob violata officia. Infixa animis religio, Iniicere religionem alicuius rei, Mederi religioni, vid. hb. vv. Minuere Nep. 17, 4, 8. Cic. Philipp. 2, 83 Obstrinxisti Populum Romanum religione, augur auguri, Consul Consuli obnuntiasti. vid. OBNUNTIO, it. SERVARE de caelo. Offerre religionem, vid. OFFERO. Soluere ciuitatem religione Cic. pro Caecin. 98. Plaut. Merc. 5, 2, 40. Liu. 7, 2. Vid. Gronou. ad Liu. l. c. it. ad 4, 31. Faubm. ad Plaut. l. c. Tangi religione Liu. 1, 45. Idem 26, 11 Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestat diremit. vbi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebat. In religionem ea res apud Poenos versa est. i. Poeni interpretati sunt id diis non placere, ut pro urbe Roma capienda confugerent, vel ut urbs Roma armis oppugnaretur. Accuratam fidei in testimoniis obseruationem notat, Cic. pro Flacc. 10 Itaque videte, quo vultu, qua confidentia dicant: tum intelligetis, qua religione dicant. Testimoniorum religionem et fidem nunquam ista natio coluit Cic. pro Flacc. 9. Homo sine vlla religione et fide Nep. 12, 8, 2. Seruata religio iurandi Nep. 17, 2, 5. Hinc Religio pro ipso iureiurando: vid. Schulting. ad Quintil. Declam. 1 p. 11. ¶ 4 Religio, Metus, et sollicitudo, inquit Seruius Virg. Aen. 8, 344. Iam tum religio pau-

pavidos terrebat agrestes Dira loci. *Huc pertinet, cum pro Superstitione ponitur, ut Varro apud Non. 4, 387*

Non fit thesauris non auro pectus solum

Non demant animis curas ac religiones

Perfarum montes, non atria diuiti Crassi.

Lucret. 1, 64 Humana arte oculos foede cum vita iaceret In terris oppressa graui sub religione. Religio scelerosa Lucret. 1, 84. Refrenatus religione Id: 5, 115.

RELIGIOSVS, a, um. Adi. [*θεοσεβής, ευσεβής, ευλαβής*] Gell. 4, 9 ex Nigidio Figulo, Quocirca religiosus is appellabatur, qui nimia et superstitione religione sese alligauerat: eaque res vitio assignabatur. *Pergit deinde, Sed praeter ista, quae Nigidius dicit, alio quodam diuerticulo significationis, Religiosus pro casto atque obseruanti, cohibentique sese certis legibus, finibusque dici coeptus. Simili autem modo illa quoque vocabula ab eadem profecta origine, diuersum significare videntur, Religiosi dies, et Religiosa delubra. Religiosi enim dies dicuntur tristi omine infames, impeditique, in quibus et res diuinas facere, et rem quampiam nouam exordiri temperandum est: quos multitudo imperitorum praeue et perperam Nefastos appellant. Itaque M. Cicero (Att. 9, 5) Maiores, inquit, nostri funestiorum diem esse voluerunt Alienis pugnae, quam urbis captae, quod hoc malum ex illo. Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. Idem tamen M. Tullius in oratione de Accusatore constituendo, (Diu. in Caec. 3) Religiosa delubra dicit, non ominosa nec tristia, sed maiestatis venerationisque plena. Massurius autem Sabinus in commentariis, quos de indigenis composuit, Religiosum, inquit, est, quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est. Verbum a relinquendo dictum, tanquam caerimoniae a carendo. Haecenus Gellius apud quem etiam plura. Religiosi, ut etiam Non. 5, 36 placet, dicti sunt, quasi relinquosi caeterorum omnium, sacrificiis deseruiant. Sed haud paulo melior etymologia in Religens et Religio proposita est. Caeterum Varro apud August. de C. D. 6, 9 Religiosum a superstitione ea distinctione discernit, ut a superstitione dicat timeri Deos, a Religioso autem tantum vereri ut parentes, non ut hostes timeri. Religiosus et Impius, contraria. vid. IMPIVS. Cic. de Orat. 2, 184 c. 43 postquam reos dixerat esse omnes, quorum de re disceptatur, addit, Horum igitur exprimere mores oratione, iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum, mirum quiddam valet. Nempe talem videri suum clientem, patrono optabile est. Cic. de Fin. 2, 22 Atqui reperiemus afortos ita non religiosos, ut edant de patella, vase sacro, nimirum, in quo Dis offertur, sacrilegio ablata. Aures Atticorum teretes et religiosae Cic. in Orat. 27. vid. RELIGIO n. 1. Dedicatio est religiosa Cic. pro Domo 125. Idem Verr. 4, 124 Herculis templum est apud Agrigentinos, non longe a foro, sane sanctum apud illos et religiosum. Dies religiosi, vid. paulo ante ex Gellio 4, 9. Cic. Qu. Frat. 2, 445 Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi. conf. Liu. 6, 1. Domum facere aliquam religiosam Cic. de Arusp. Resp. 33. Fanum Idem pro L. Manil. c. 22. Limina religiosa deorum Virg. Aen. 2, 365. Res religiosissimae, et Nefas, contraria Cic. de Inuent. 2, 135. Religiosum est quod iurati legibus iudicauerunt Idem ibid. 1, 48. Religiosum est id facere, religione prohibitum Liu. 2, 5. Id. 3, 22 pr. Lustrum, propter Capitolium captum, consulem occisum, condi religiosum fuit. Religiosum habere Plin. 28, 4. Cic. pro Caecin. 26 c. 10 Huic ego Testi gratias agam, quod et in te misericordem se praebuit, et testimonio religiosum. Cic. de Fin. 4, 61 Religiosissimus Testis. Pro Superstitioso Ter. Heaut. 4, 1, 37. Ut stultae et miserae omnes fumus religiosae. Compar. Agriculae religiosiores Columel. 11 extr. conf. Plin. 29, 1 f. 5. Superl. Mortales religiosissimi Sallust. Catil. c. 12. Sacra religiosissima Patere. 2, 45, 1. conf. Sen. Nat. Quaest. 7, 6. Petron. c. 21. et Cic. Verr. Diu. in Caec. 3.*

RELIGIOSVLVS, a, una. Dimin. Hieronym. adu. Ruffin. 3, 3.

RELIGIOSE. Adu. [*θεοσεβής*] i. Diligenter, solite et accurate, etc. ut religio et religiosus. Columel. 3, 10 Nihil curiose, nihil religiose administrant. Cic. pro Cael. 55 Vtrum temeraria, proeas, irata mulier finxisse crimen: an grauis, sapiens, moderatusque vir religiose testimonium dixisse videatur. Si vos seuerere religioseque iudicaueritis Cic. Verr. 1 c. 1. Religiose promittere. i. caute non temere Nepos 25, 15, 1. Cic. Fam. 13, 18 Faciamque id quod debent facere hi, qui Religiose et sine ambitione commendant. Cineres et ossa religiose quiescentia Quintil. Decl. 10 p. 147. Compar. Plin. Epist. 3, 7 Natalem cuius religiosius quam suum celebrare. Idem Paneg. c. 65. Superl. Cic. de Inuent. 2, 1 Templum Iunonis, quod religiosissime colebant, egregiis picturis locupletare voluerunt. Plin. Epist. 3, 15 Poëticen religiosissime veneror. conf. Petron. c. 117.

RELIGIOSITAS, atis. f. Apul. Doctr. Plat. 2 p. 6 Iustitia cum religiositate, id est εὐσέβεια copulatur. conf. Tertull. Apol. c. 25.

RELIGO, are. [*ἀναδέω*] Ligare retro, i. ne promoueri, prodire queat. Colum. 2 Diutiusque perennat quae firmis truncorum et idoneis locis religata est. Classem religauit ab aggere Virg. Aen. 7, 106. Siue iactatam religaret vdo litore Nauim Hor. Od. 1, 32, 7. Sed etiam defectam herbam religare Col. 2, 18, 5 nempe in fasciculos. Funiculus a puppi religatus Cic. de Inuent. 2, 54. Funis ab humeris religatus Plin. 9, 46. Cic. Tusc. 1, 105 c. 43 Trahit Hectorum ad currum religatum Achilles Columel. 12, 44, 2. Ad maiores ramos religant mala Punica, ut immota permaneant. Caius, D. de diuisione rerum l. riparum, Funes ex arboribus religare. Plin. 2, 65 Religetur in mali cacumine. Funem religare in querno stipite Ouid. Fast. 4, 331. Catena religari Idem Epist. 10, 89. Classem religauit litore, alligauit Idem Met. 13, 439. Catull. 65, 174. Manus Pseudo-Cic. anteq. ir. c. 6. Robora catenis religare Lucan. 2, 671. Religare lineo funiculo Columel. 7, 10. Iussu ipsius quadrigis religatus, ac in diuersa distractus est Vict. de Viris illust. 4. Cic. pro Domo 124 c. 47 Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Censori Tribunum plebis facere; numquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit?

RELIGATVS, a, um. Part. [*ἀναδέδωμένος*] Praeter superiora Hor. Carm. 4, 11, 5 — Est hederæ vis Multa, qua crines religata fulges. Nodo religatus brachia Tibul. 1, 8, 5. Si prudentia extrinsecus religata pendeat Cic. Tusc. 3, 37. Somno religata agmina Claud. Conf. Hon. 6, 472. Equi religati Virg. Aen. 9, 352.

RELIGAMEN, inis. n. Prudent. Psychom. 359 Conbibat infusum croceo religamine nardum.

RELIGATIO, onis. f. [*ἀνάδεω*] Cic. de Senect. 53 c. 15 Et ipsa natura delectat, adminiculorum ordines, capitum coniugatio, religatio, propagatio vitium sarmentorumque.

RELINO, leui et lini, litum, ère. [*ἀπολείω*] Quod oblitum et

*obturatum erat aperire.* Ter. Heaut. 3, 1, 51 Releui dolia omnia omnes serias. Plaut. Stich. 5, 4, 38 Nolo ego nos pro summo bibere: nulli relerimus postea: Pro Releuerimus. i. Nulli deinceps vinum depromserimus. Cic. Att. 1, 13 pr. Quotus enim quisque est, qui epistolam paullo grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuerit? Sed Grut. Gronou. pellectione releuarit, cum aliufione ad grauiorem.

RELINQVO, liqui, lictum, ěre. [*λάπω, ἀπολείπω, καταλείπω*] *Discedere ab aliquo.* Plaut. Most. 1, 3, 45 Reliquit, deseruitque me. Caes. Bell. Gall. 5, 9 In litore molli atque aperto deligatas ad ancoras relinquebat. Plaut. Truc. 2, 6, 32 Quae me hic reliquit atque abstulit. Praetereo ac relinquo Cic. Verr. 3, 105: non tracto. Relinquere de hereditate, Plaut. Aul. prol. 13 Agri reliquit ei non magnum modum, etc. Ter. Phorm. 2, 2, 46 At si talentum rem reliquisset decem, primus esses, etc. Relinquere aliquem, Nolle iuuare Cic. Fam. 13, 64 Tantum a te petimus, vt agas eam rem, ne relinquant hominem innocentem ad alicuius tui dissimilis quaestum. ¶ 2 Substantiua: Aculeos relinquere in animis auditorum. vid. ACVIEVS. Cic. pro Quint. 15 Propterea quod C. frater aliquantum Aeris alieni reliquerat. i. Mortuus fuerat non persoluto aere alieno. Amata relinquere pernix Hor. in Arte Poet. 165 in iuuenis ingenio describendo. Cic. de Fin. 2, 45 Quid ages tandem, si vtilitas ab amicitia (vt fit saepe) defecerit? relinquescae? Animam relinquam potius, quam illas deferam. i. Moriar potius, Ter. Adelph. 3, 4, 52. Animus relinquere eam, pro Deficit, siue concidit animo Plaut. Mil. 4, 8, 37. Et Men. 5, 2, 6 Reliquere vires. conf. Burm. ad Quinctil. Decl. 13, 6 p. 78. Ter. Heaut. 3, 3, 42 Ea relicta huic Arrhaboni est pro illo argento. i. In pignus. Liu. 4, 7 Tribuni plebis certamen sine effectu in Beneficio apud primores patrum reliquere. Cic. de Fin. 2, 44 Ita caeterorum sententiis semotis relinquitur, non mihi cum Torquatio, sed cum virtute Certatio. Comites in valle reliquit Ouid. de Arte Am. 3, 711. Concio reliquit Curionem Cic. Brut. 26. In Commentariis relinquere Plin. 29, 4. subaud. scriptum. Cic. Att. 5, 21 Illud tamen non desinam, dum adesse putabo de Caesaris nomine rogare, vt Confectum relinquant. i. conficias ante discessum. Cic. Fam. 15, 21 Vt vnam mihi Consolationem relinquant. Id. Acad. 1, 17 Illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus, et nulla affirmatione adhibita, Consuetudinem differendi reliquerunt. Consultationi relinquere Liu. 25, . . . Remittere ad consultationem. Curionem quondam concio reliquit Cic. de Clar. Orat. 26. Idem Fam. 4, 1 Urbem sine legibus, sine iudicis, sine iure, sine fide relictam Direptioni et Incendiis. Ouid. Met. 2, 185 Praecipiti pinus Borea, cui cuncta remisit Frena suus rector, quam Dis, Votisque reliquit. Pinus, i. Navis pinea. Dominos vt herifugae famuli solent Catul. de Berycynt. f. 61, 51. Cic. Fam. 15, 21 Nullam enim apud me reliquisti Dubitationem, quantum me amaris. Idem Verr. 1, 72 Nemo iam Dolabella, neque tui, neque tuorum liberum, quos tu miseros in egestate, atque in solitudine reliquisti, misereri potest. Cic. Att. 9, 6 Etsi Ciceroni meo togam puram quam dare Arpini vellem, hanc eram ipsam Excusationem relictaurus ad Caesarem. A Febre quartana relinqui Cic. Att. 8, 6. Gaudia relinquere Ouid. Epist. 16, 204. Cic. pro Quint. 15 Heredem testamento reliquit hunc P. Quintium. Incertam relinquere aliquam, et vulnere mentis turbatam Virg. Aen. 12, 160. Incepta fila relinquit Ouid. Met. 6, 34. Infecta sacra relinquunt Idem ibid. 6, 202. Limen Virg. Aen. 5, 316. Cic. Fam. 1, 1 Sed plane nec precibus nostris, nec admonitionibus relinquit Locum. i. Nec se orari, nec admoneri finit: adeo praestat, certe vltro pollicetur, omnem diligentiam in tuo negotio. Sed Ter. Andr. 3, 4, 22 Nihil est precii loci relicta, i. non auditur deprecatio, occlusae sunt aures precibus. Non admittere preces, vt Ter. Andr. 3, 4 (5) 23. Locum subtilitati nullum relinquere Plin. 35, 10. Cic. Qu. Frat. 2, 4 Ne cui iniquo relinqueremus vituperandi locum. i. Daremus anjam, etc. Lucem Virg. Aen. 4, 452 mori. Mature relinquere aliquid Hor. Epist. 2, 1, 100. Cic. pro Cael. 48 Hic ego iam rem definiam: mulierem nullam nominabo, tantum in medio relinquam. conf. Id. Acad. 1 c. 10. Cic. Off. 2, 55 Prodigii, qui epulis et viscerationibus, et gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum Memoriam aut breuem, aut nullam omnino sint relictauri. Memoriam acrem sui relinquunt Tacit. Ann. 15, 68. de asperis facetiis. Cic. Verr. 3, 19 Quo maximarum rerum frequentissimae quotidie aduocationes fiunt: in eo loco, in sermone hominum, audaciae suae Monumentum aeternum relinquere? Negotia longa relinquere Hor. Carm. 3, 5, 54. Neminem se vno in terris viliorum, aut improbiorem, aut inquinatorem reliquit Apul. Apol. p. 321, 26. Nihil de tanto patrimonio relinquere Cic. pro Rosc. Amer. 10. Idem Fam. 10, 33 Antonium turpiter Mutinae obsessionem reliquisse. Cic. Diu. in Caec. 16 Verum non id mihi sumo Iudices, et hoc non modo in oratione mea non pono, sed ne in opinione cuiusquam relinquo, me omnibus patronis esse praepositum. Opus inceptum dextra reliquit Ouid. de Arte Am. 2, 78. Ossa pauor reliquit Virg. Aen. 3, 57. Patrimonium filio meo satis amplum in memoria nominis mei relinquam Cic. Fam. 2, 15. conf. Id. pro Domo. c. 58. Cic. pro Lege Manil. 37 Quid hunc hominem, magnum aut amplum de Reipub. cogitare, qui Pecuniam ex aerario depromptam ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem prouinciae magistratibus diuiserit, aut propter auaritiam Romae in quaestu reliquerit? Caes. Bell. Gall. 1, 51 Postridie eius diei Caesar Praesidium vtrisque castris, quod satis esse visum est, reliquit. Cic. de Clar. Orat. 74 Vtinam exstarent illa carmina, quae multis saeculis ante suam aetatem in epulis esse cantitata a singulis conuiujs de clarorum virorum laudibus, in Originibus Scriptum reliquit Cato. i. Scripsit. conf. Nep. 9, 5, 3. Cic. Tusc. 1, 39 Quam (nisi quid dicis) praetermittamus, et hanc totam spem immortalitatis relinquamus. Sic Caes. Bell. Gall. 1, 51 Ne qua spes in fuga relinqueretur. Cic. Diu. in Caec. 26 In quo quid eniti, aut, quid efficere possim, malo in aliorum spe, quam in oratione mea relinquere. Cic. Acad. 4, 7 Neque nos Studium exquirendi defatigati relinquentus. In Suspensio reliqui rem totam, dum te considerem Plin. Epist. 10, 40. Suspicionem alicui Suet. Caes. c. 86. Terras dulces relinquere Virg. Aen. 4, 281. Testamento aliquid alicui Cic. Off. 3, 93 c. 24 Quum ei testamento festerium millies relinquantur. Verbum in ambiguo Lucret. 4, 1131. Verba imperfecta reliquit Ouid. Epist. 13, 13. Vestigium amoris Plin. 36, 5. Vitam Virg. Georg. 3, 547. Tacit. Ann. 4, 34. Relinquendae vitae certus. Vita reliquit eum Lucret. 5, 64. Mihi ne vt dubitem quidem relinquitur Cic. Acad. 4, 120. ¶ 3 Relinquitur, in conclusionibus, Relinquitur, vt ea fortuita diuinari possint, quae nulla



nec arte nec sapientia prouideri possunt, ut Superest, Restat. *Nempe in ratione pecuniaria saepe illa conclusio est, et illud quod computatione effecimus, scire quid relinquitur, supersit, restet.* Cic. Att. 9, 4 Relinquitur, ut si vincimur in Hispania, quiescamus. Donec sextarius relinquitur Scribon. 127. Relinquendo Ouid. Trist. 3, 13, 9 Inque relinquendo, quod idem fecere sodales, Tu quoque dixisses tristis in vrbe, vale. *al. Iamque relinquendâ.*

RELINQUENS, entis. Partic. Catull. 36, 3 Relinquens Comi moenia. Paterc. 1, 17, 7 Occupatam relinquens materiam quaerit nouam.

RELICTVS, a, um. Partic. [*ἀπολαφθεῖς*] Ter. Eun. 2, 2, 55 Eho numnam tu hic relictus custos, ne quis forte internuntius clam a milite ad istam cursiter? Pauper iam a maioribus relictus Nep. 15, 2, 1. Plin. Epist. 9, 36 *pr.* Ab his quae auocant abductus, et liber, et mihi relictus, non oculos animo, sed animum oculis sequor.

Solus, inops, exspes, leto poenaeque relictus Ouid. 15 Met. 14, 217. At tu, oro, solare inopem, et succurre relictæ Virg. Aen. 9, 290. Cic. pro Rabir. 23 Nemo est inquam inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur. Quid faciat? multum caeli post terga relictum Ouid. 20 Met. 2, 187. *de Phæthonte.* Aes alienum relictum Cic. pro Quint. 77. Aetate relictâ dissimilem animum subiit Ouid. Met. 7, 170. *de Aesone sene pristinae iuuentuti restituito.* Arbitrium relictum cuique intelligendi Plin. 6, 29. Cursus relictos iterare Hor. Carm. 1, 34, 5. Fides relictâ Ouid. de Arte Am. 3, 460. Haeredium a patre relictum habebat Nep. 24, 1, 1. Sic Possessiones a maioribus relictæ Cic. de L. Agr. 1, 2. Locis relictis Hor. Carm. 2, 1, 37. Mei si qua tamen est in te pia cura relictî Ouid. Amor. 2, 16, 47. Officiis omnibus relictis Hor. Epist. 2, 2, 67. Omnibus relictis mihi frequentem operam dedistis Plaut. Cist. 1, 1, 6. *conf.* Caes. B. C. 3, 102. 30

Rebus relictis; *vsitatum loquendi genus veteribus, quod idem valet atque* Rebus aliis omnibus relictis. Plaut. Epid. 4, 2, 35 Ego relictis Rebus, Epidicum, operam quaerendo dabo. Lucret. 3, 1084 — Iam rebus quisque relictis Naturam primum studeat cognoscere rerum. *conf.* Ter. Andr. 2, 5, 1. Herus me relictis rebus iussit Pamphilum quaerere. 35

*Add. Donat. ad b. l.* Postes a tergo relictî Virg. Aen. 2, 454. Id. ibid. 5, 321 Insequitur Salius: Spatio post deinde relictâ, Tertius Euryalus. *i. intermisso, intercedente.* Virtute relictâ inuidiam placare paras Hor. Serm. 2, 3, 13. Vita tantummodo relictâ est mihi Ouid. ex Pont. 4, 16, 48. Repetere relictâ Hor. Epist. 1, 7, 97. Re-

lictâ, Loca sunt, quae limites non acceperunt, *ut ait* Frontinus de Limitibus p. 62 *Goef.*

RELICTIO, ōnis. f. [*ἐγκατάλειψις*] Cic. Verr. 1, 35 Quibus illam relictionem prodicionemque Consulis, etc. *Paullo anto dixerat,* Consullem, exercitum, prouinciamque deseruit. Idem Att. 16, 7 45

Quod effugissem duas maximas vituperationes. Vnam, quam itinere faciendo me intelligebam fuscipere desperationis ac relictionis Reip.

RELICTVS, ūs. m. Gell. 3, 1 Labor virilis exercendique corporis studium prae pecunia relictui sunt.

RELIQVVS, a, um. Adi. [*λοιπὸς, ὑπόλοιπος*] *Quod superest.* 50 Caes. Bell. Gall. 1, 13 Demonstrant sibi praeter agri solum nihil esse reliqui. *Concludendi formula est.* Cic. Fam. 7, 32 Reliquum est; ut officii certemus inter nos. Ter. Adelph. 3, 2, 48 Hoc reliquum est, (*intell. commodi, in rebus malis*) si inficias ibit, testis mecum est annulus. Perge reliqua, *vid.* PERGO. Cic. pro Planc. 99 O reliquos omnes dies, noctesque eas, quibus iste a me non recedens Thes-

salonicam me, in Quaestoriumque perduxit. Cic. de Amicit. 6 Nec sicut vulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Graecia neminem. Oppida erant mihi complura etiam reliqua, quae adire vellem Cic. Verr. 4, 65. Operam reliquam dare 60

Plaut. Truc. prol. 15. Ter. Eun. 2, 2, 9 Itane parasti te, ut spes nulla reliqua in te fiet tibi. Cic. Fam. 11, 5 Spem reliquam nullam video salutis. Cic. Verr. 1, 30 Menses mihi tres quum eripuissetis, ad agendum maxime appositos, reliquum omne Tempus huius anni me vobis remissorum putastis. In reliquum tempus sancit. *i. in futurum* Cic. 6

de Lege Agr. 1, 13. *conf.* Caes. Bell. Gall. 1, 20. Tranquillitatis spe reliquae, luctus fugere, *i. futurae* Cic. pro Sext. 73. Id. Verr. 5, 89 Et quod reliquum vitae viriumque fames fecerat, id ferro potissimum reddere volebat. Vaticinationis reliqua breui confecta sunt Cic. de Diuin. 1, 68.

¶ 2 *Obs. Formulae cum verbo facere.* 70 Caes. B. G. 2, 26 *extr.* Nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt, *i. summa celeritate vsi sunt.* Quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant Sallust. Cat. c. 28 *extr.* Cic. Verr. 3, 115

Et quibus nihil non modo de fructu, sed ne de bonis quidem suis reliqui fecit. *i. Omnia absumsit.* *conf.* Nep. 25, 21, 5. Nullum munus 7

officii cuiquam reliquum fecisse Cic. Fam. 3, Epist. vlt. Cic. Verr. 3, 126 Quid esse reliqui poterat ei, qui per hanc iniuriam non modo frumentum omne amittere, sed etiam omne instrumentum vendere cogere-

retur? *conf.* Id. de Fin. 2 c. 31. Cic. de Orat. 1, 100 Quoniam id, quod difficillimum nobis videbatur, ut omnino de his rebus Crasse lo-

querere, adsecuti sumus: de reliquo iam nostra culpa fuerit, si te, nisi omnia quae percunctati erimus explicaris, dimiserimus. Reliquum est, ut de me id scribam, quod te ex tuorum literis et spero, et malo cognoscere Cic. in quadam Epistola. Quintil. 4, 5 Propositis enim probationibus, omnis in reliquum gratia nouitatis praecipitur. Prae-

ter te neminem habeo reliquum, in quo etc. Cic. Fam. 9, 15. Id. Verr. 3, 126 Quos belli calamitas reliquos fecerat. Eum reliquum calamitas fecit Curt. 6, 9, 27.

¶ 3 *Sive Substantiuo:* Reliqui, *Plur.* Cic. Acad. 4, 96 Sunt enim multi, qui omnino Graecas non ament literas, plures, qui philosophiam, reliqui, qui etiam si haec non 90

improbent, tamen, etc. *In primis sic ponuntur Reliqua, [ἐλλείμματα]* *residua rationum, quae subducta ratione adhuc debentur.* Cic. Att. 16, 3 Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum: quae quanquam explicata sunt, tamen quod et Dolabellae nomen in iis est, et attributio est mihi nominum ignota, conturbor. Idem ad eundem 9

16, 1 *Etiom simul.* Ter. Phorm. 1, 1, 2 De ratiuncula reliquum pauxillum numorum. Plaut. Cist. 1, 3, 41 Nunc quod reliquum restat, volo persoluere, ut expungatur nomen, ne quid debeant. *conf.* Idem Capt. prol. v. 16 Nunc accipite reliquum, alieno vti nil moror. Plin. Epist. 9, 37 ad Paullinum, Nam priore lustro, quanquam post magnas 10

remissiones, reliqua creuerunt. Idem Epist. 3, 19 Reliqua colonorum minuit ad tempus. Dispensator, qui ad reliqua non respondet Quintil. 6, 3, 93. *qui rationem non reddere potest reliquorum, quae adhuc debet.* In prouinciis vero etiam ex reliquis ingentes summas remisit Spartian. in Adriano c. 7. *vid. Salmaf. ad b. l.* Spanhem. de 10

- Numism. Diff. 13 p. 552. add. Symmach. Epist. 10, 47.* Accepisse se reliqua mea Camillus scribit Cic. Att. 6, 1. *i. quae mihi reliqua debentur.* Trahere reliqua, quod alii Contrahere dicunt Paullus ff. de administratione et periculo tutorum l. 46 Lucius Titius, Curator Caii Seii tempore curae fundum Cornelianum locauit Sempronio: qui Sempronius reliqua traxit. *Sic enim habent Pandectae Flor. et Haloander.* *Ibidem paullo post,* Ex quibus quidam, quum reliqua traherent, idonei ipso tempore administrationis esse desierunt. Papin. in l. Seruus si heredi §. 1 D. de statu liberis, Quod rescriptum ita accipi debet: ut si reliqua non trahat, liber sit. Quod si trahat: ita demum, si obtulerit eam quantitatem, quae refundi debuit, ex fide veritatis. *Est igitur Reliqua trahere, idem quod Reliquari.*
- ¶ 4 Reliquus, vel Relicuius, scribunt, qui metuunt, ne re solum produci non possit. V. g. Relicuo tempore Lucret. 1, 560. *Sed etiam Reliquo prima longa, et quatuor Syllabis legi potest: et sic Hauerc. Conf. 2, 953 ubi Reliquiae scribunt quidam.*
- RELIQVOR, ari. Deponens. [*λοιπάζομαι*] *Aes alienum ex reliquis rationum contrahere.* Paullus de administratione tutorum, l. L. Titius, Paullus respondit, non ex eo, quod adultus eum, qui praedia eius coluit, procuratorem habere voluit: debitum quod ex conditione reliquatus est, agnouisse eum videri. Vlpianus de Muneribus et honoribus, l. Rescripto, Eos demum debitores Reip. accipere debemus, qui ex administratione Reip. reliquantur. *Conf. Scaeu. l. 20 §. 1 ff. de fundo instr.*
- RELIQVATIO, onis. f. [*λοιπογραφία* Gloss. Philox.] *Reliquorum rationes, vel ipsa adeo reliqua, de quibus modo n. 4.* Paullus in l. Qui nominibus, D. de administr. et peric. tut. Sed et si pupillus post pubertatem rationibus a tutore acceptis, reliquationem eius secutus vsuras acceptauerit: priuilegium suum non amittit in bonis tutoris venditis. Tertull. de Anima 56 *Amunt et immatura morte praeuentas animas eo vsque vagari istic, donec reliquatio compleatur aetatum, quas tum peruixissent, si non intempestiue obiissent.*
- RELIQVATOR, oris. m. *Qui reliqua contraxit: Qui integrum non soluit, quod ex rationibus debebat, sed partem aeris alieni seruat.* Scaeuola, De solutionibus et liberat. l. Creditor, Valerius L. Titius seruus scripsit, Accepi a Marino Materno ex summa maiore tot aureos. Quaero an haec summa in proximum annum ei accepta ferri debeat, quum superioris anni sit reliquator? *Conf. Crinit. de honesta discipl. 15, 3.*
- RELIQVATRIX, icis. f. Tertull. de Anima c. 35 *Anima reliquatrix delictorum donec exfoluat nouissimum quadrantem.*
- RELIQVIA, ae. f. Apul. Apol. p. 277 *Conueritorem pridianae reliquiae. de puluisculo dentifricio.*
- RELIQVIA, orum. n. Pl. [*λείψανα, κατάλαμμα*] *Laudatur* Phaedr. Fab. 1, 22, 6 *Vt fruaris reliquiis, Quae sunt rosuri. Sed* *Burm. Quas.* Plaut. Milit. 1, 1, 54 *At pedites tibi reliquia erant, si uiuerent. Sed reliquiae Gron. Nondum igitur certum auctorem haec forma habet.*
- RELIQVIAE, arum. f. Pl. *Quae supersunt, relicta sunt. De cibis.* Plaut. Stich. 2, 3, 40. *Et Men. 3, 1, 13. Idem Perf. 1, 2, 25* *Nunc huc intro ibo, visam hesternas reliquias qui euenerint. Nihil reliquiarum exstat Lucret. 1, 1102. Animae reliquias reddere omnes Lucret. 3, 656 Belli Paterc. 2, 17. Honestae circumlocutione Cic. de Nat. Deor. 2, 18 Cibi reliquiae depelluntur tum* *55 astringentibus se intestinis, tum relaxantibus. Cladis reliquiae Liu. 22, 56. Metaphor. De coniuratione contra Caesarem, Cic. Fam. 12, 4 Vellem Idibus Martiis me ad coenam inuitasses: reliquiarum nihil fuisset. Cic. in Parad. 4. Et reliquiae coniurationis a* *60 Reliquias duorum exercituum cum cura colligerent. Conf. Hirt. Bell. Alex. 40. Febrium reliquiae Cels. 3, 4. Cic. Verr. 2, 74 de Timarchide, Non solum numos si qui isti exciderant, tollere solebat, ex quibus pecuniam maximam fecit: sed etiam voluptatum, flagitiorumque istius ipse reliquias colligebat. Generis huius reliquiae, De viro bono, antiquae honestatis Ter. Adolph. 3, 3, 91. Legionum reliquias conseruare Paterc. 2, 46, 4. De morbis: Si reliquiae remanserint Scribon. 131. Reliquias tollit 160. sc. podagrae. Motus vitalis reliquiae Lucret. 2, 954. Vitae reliquias* *70 membris ex omnibus aufert Lucret. 6, 825. Vitae alicuius lacere reliquias et distrahere, vid. LACER. Colligere velut ex naufragio tantae cladis reliquias Liu. 22, 56. Cic. de Senect. 16 de Carthaginis euerfione loquens, Quam palmam utinam dii immortales Scipio tibi referuent, ut aui reliquias persequare, peragas, quae illo non potuit. Reliquiae, pro Cineribus. Modestinus in l. Quidam, De cond. instit. Quidam testamento suo heredem scripserat tali conditione, si reliquias eius in mare proiciat. Plinius ad Traianum, de reliquiis sepulchrorum transferendis epistolam scripsit 10, 73. Legere reliquias, et legere ossa Suet. Aug. c. 100. Idem Domit. c. 8 Monumentum, quod libertus eius e lapidibus templo Capitolini Iouis destinatis filio construxerat, diruit per milites: ossaque et reliquias quae inerant, mari misit. Receptae reliquiae ex ardente Troia Virg. Aen. 7, 244. Colere reliquias suorum Idem ibid. 4, 343. Sic, Martyrum vel Sanctorum reliquiae: vid. Elmenhorst. ad Gennad. p. 168.*
- RELOCO, are. *Rursus locare.* Vlpian. in l. Item quaeritur, §. Si lege, D. Locati et conducti, Si in lege operis locandi comprehensum esset, ut si ad diem effectum non esset, alii relocare id liceret.
- RELOQVOR, eris, loqui. [*ἀναφθέγγομαι*] *Idem quod Eloqui, ut Resonare.* Varro de L. L. 3, 7 *Hinc etiam amplius dicuntur eloqui ac reloqui in fanis Sabinis e cella dei, qui reloquuntur, etc.*
- RELŪCEO, luxi, ere. [*εὐλαμπω*] *Valde lucere.* Virg. Aen. 2, 312 — *Sigaea igni freta lata relucet.* Cic. de Nat. Deor. 2, 107 *Huic non vna modo caput ornans stella relucet. ex Poeta. Liu. 22, 17 Relucens flamma. Dies reluxit caeco, b. e.*
- RELŪCESCO, ere. Mart. Capell. 8 p. 291 *Luna quae solem spectat pleno lumine relucescit. Idem infra p. 294 Plena luminis effigie relucescit.*
- RELŪCTOR, ari. [*ἀντιπαλαίω*] *Repugnare, veniti siue obniti.* Martial. 5, 36 *Suscitanti reluctatur.* Claud. Ruff. 2, 354 — *Equites poscentia cursum Ora reluctantur pressis sedare lupatis. Dracones reluctantes Hor. Carm. 4, 4, 11. Hostis reluctans Ouid. Amor.*

Amor. 2, 9, 12. Ore reluctanti it equus Idem ibid. 3, 4, 14.

RELUCTANS, antis. Partic. Femina verecunde reluctans Curt. 6, 2, 6. Multa reluctanti vitulo nares obstruere Virg. Georg. 4, 301. Reluctantibus fatis Petron. c. III.

RELUCTATUS, a, um. Partic. [ἀντιπαλαιδής] Claud. de Rapt. Proserp. 1, 42 Paene reluctatis iterum pugnancia rebus Rupis-  
sent elementa fidem, quae olim, cum chaos esset, reluctatae fuerant.  
Diu precibus reluctatum aegre vicerunt Curt. 8, 2, 11. Multa re-  
luctatus itineris difficultati larem patrium salutavi Symmach. 10  
Epist. 5, 72.

RELUCTATIO, ōnis. f. Apul. de Mundo, Terrenae re-  
luctationes.

RELUCTO, āre. Apul. Met. 4 et 6 Reluctare alicui. Ful-  
gent. de Cont. Virg. Contra omnem furiam sapientiae et ingenii ar-  
ma reluctant. 15

RELUDO, ěre. Temerarios mariti iocos relusi Senec. Contr. 2,  
10. Manil. 5, 170 Sibi reludere, dicitur ex emendatione Scaligeri,  
quam recepit Bentl. qui per agilitatem membrorum duas velut personas  
agit, quasi pilam et det et accipiat, expellat et repellat. 20

RELUMINO, āre. Rursus illuminare, visum reddere. Tertull.  
Apol. 21 Cum ille caecos reluminaret, leprofos purgaret. Paull.  
Nolan. Epist. 30 (8) c. 4 Reluminare quod caecatum fuerat.

RELUMINATIO, ōnis. f. Gloss. Lat. Graec. Reluminatio,  
ἀνταυγασία. 25

RELVO, ui, ěre. Est, inquit Festus, Resoluere, repignerare.  
Caecil. in Carine, Ut aurum et vestem, quod matris fuit, reluat, quod  
vina ipsi opposuit pignerari. A Luo compositum, quod est Soluo. Plau-  
tus, Repignorat, reluit, vendit. Vfus est Pseudo-Cic. in Sallust.  
ut in optimo codice legit Turneb. 17, 8 Unde tu, inquit, qui modo ne  
paternam quidem domum reluere potueris, repente tanquam somnio  
beatus, hortos preciosissimos, villam in Tiburti C. Caesaris, reliquas-  
que possessiones paraueris? 30

RELVVIA, vid. REDIVIA.

## R E M

REMA, ae. Sic vocare Romam quidam primorum ciuium volebant.  
Ennius apud Cic. Diu. 1, 107 Certabant, urbem Romanne Remaene  
vocaerent. Sed valde variant libri. Vid. REMORA. 40

REMACRESCO, ěre. Suet. Domit. c. 18 Postea caluitio quoque  
deformis, ventris obesitate, crurum gracilitate, quae tamen ei longa  
valetudine remacruerant.

REMALEDICO, xi, etum, ěre. [ἀντιλοιδόρω Gloss. Graec. Lat.  
ἀντικακολογέω] Maledictum maledicto retaliare. Suet. Vesp. c. 9 de  
iurgio quodam Senatoris Equitisque Romani ita pronuntiauit: Non  
oportere maledici Senatoribus: remaledici, ciuile fasque esse. Conf.  
Tertull. de Idol. c. 31. 45

REMANCĪPO, āre. [ἀνακαρῶω] Pro Mancipatam sibi rem red-  
dere, et iterum mancipare, hoc est redhibere. Boethius Topic. 4 Fidu-  
ciam accepisse dicitur, cuicumque res aliqua ea lege mancipatur, vt  
mancipanti aliquando remancipet. Vid. FIDVCIA. 50

REMANCIPĀTVS, a, um. Part. Remancipatam Gallus Aelius  
esse ait, quae mancipata sit ab eo, cui in manum conuenerit. Festus.  
Ei iraque genus druortii. 55

REMANDO, āre. Remandatum Pyrrho a senatu est Eutrop. 2, 7,  
6. Add. Vulg. Esai. 28, 10 Manda, remanda.

REMANDO, di, sum, ěre. [ἀναμεισσομαι] Ruminare, rursus  
mandere. Plin. 10, 37 Pontici mures simili modo remandunt. Quin-  
til. 11, 2, 41 Deuoret initio tedium illud, et scripta, et lecta sae-  
pius reuoluendi, et quasi eundem cibum remandendi. 60

REMANEO, si, sum, ěre. [καταμένω, ὑπολείπομαι] Retro ma-  
nere, sistere. Cic. Tusc. 1, 26 c. 12 Expone igitur, nisi molestum est,  
primum si potes, animos remanere post mortem. Caes. Bell. Ci-  
vil. 3, 87 Annon audistis ex iis, qui per causam valetudinis remanse-  
runt, cohortes esse Brundusii factas? Cic. Off. 1, 36 A peregrino  
Hostis loquitur, quod Peregrinum olim significabat. Remansit inmen-  
te Varro de L. L. 5. Cubito remanere presso Hor. Carm. 1, 28,  
7. Amicus remanens in duris rebus Ouid. Trist. 1, 8, 23. Cau-  
sa iniuriae remanet Cic. Verr. 1, 59. Effigies remansit non cogno-  
scenda Ouid. Met. 9, 263. De medicamento, Remanet Scribon.  
25 pro, Seruatur. It. pro, Haeret 257. Mens animusque re-  
mansit Lucret. 3, 403. Res incolumi remanent corpore Idem 1,  
147. Species remanens Ouid. Met. 8, 181. Vestigia antiqui  
officii in illo remanent Cic. pro Rosc. Amer. 27. 70

REMANCIO, ōnis. f. [καταμνη] Mansto. Cic. pro Ligar. 4  
c. 2 Profectio certe animum tuum non debet offendere: num igitur  
remancio? multo minus. Conf. Idem ad Qu. Frat. 3, 5.  
REMANSOR, ōris. m. pro Emansore dixit Arrius in l. 4 §. 13  
de re milit. Edicta faciebant, qui diu abfuisset, vt is inter remanso-  
res haberetur. Et l. 5 §. 6 Si remansor, aut negligens suorum, aut  
segnis, aut extra contubernium agens, non credetur ei. 80

REMANO, ěre. [ἀποβρύω] Refluere. Lucret. 5, 207 Percolatur  
enim virus, retroque remanat Materies humoris. i. Retrocedit. Sic  
et 6, 635. An Ennii sit, videbimus statim. 85

REMAN, Repetant. Ennius l. 1 Desunt riuos, camposque re-  
mant. Haec Festus. Sed corrupta fatentur viri docti: quorum conie-  
cturas vide hic et in Fragmentis Ennii p. 34 Hessel.

REMASCVLATVS, a, um. Adi. Isidor. Gl. Remasculata, vi-  
rili virtute resumpta. 90

REMEDĪTOR, āri. ita legit Lipsius in Sen. Epist. 72 pr.

REMEDĪVM, i. n. [ἀλεξιφάρμακον, ἀντιφάρμακον] Id quod me-  
dendi causa alicui morbo adhibetur. Ter. Heaut. 3, 2, 28 Quippe quia  
magnarum saepe id remedium aegritudinum est. Idem Andr. 3, 1, 10  
Quod remedium nunc huic malo inueniam? Cic. Verr. 3, 142 Quod  
est igitur remedium? Nihil aequae sanitatem impedit, quam reme-  
diorum crebra mutatio Sen. Ep. 2. Ad dolorem remedium Scri-  
bon. 53. Ratio certa remedii Lucret. 6, 1224. Cic. pro Sulla  
66 In aduersis fortunis sine vilo remedio atque alleuamento permane-  
re. Incommodorum remedia Cic. Fam. 5, 12. Remedium  
vnum incommodis. Cic. Verr. 1, 9 Quum hoc vnum his tot incom-  
modis remedium esse arbitraret, vt homines idonei atque integri cau-  
sam Reipubl. legunque susciperent. Remedium contra tonitrum,  
clauus ferreus sub stramine ouorum positus Plin. 10, 54. Acce re- 105

medium. Cic. pro Cluent. 67 c. 24 Acrioribus salutis suae remediis subueniendum putauit. Aspera Quinctil. 2, 4. Lene Liu. 2, 23. Efficax remedium Cels. 3, 18. Eximium remedium Plin. 27, 12. Praefens, *vid. b. v.* Salutare Firmic. 6, 34. Singulare Plin. 26, 8. Adhibere remedium, *vid. ADHIBEO.* Cedere remediis, *vid. CEDO.* Cic. Verr. 5, 26 c. 10 Primum temporibus hibernis, ad magnitudinem frigorum, et ad tempestatum vim ac fluminum praeclearum sibi hoc remedium comparat. Cic. de Nat. Deor. 2, 126 Auditum est pantheras, quae in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo quum essent vsae, non morerentur. Cic. Philipp. 13, 25 Veneficum aures appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia inuenit? Lenire molli et leui manu remedia aspera Quinctil. 2, 4. Pati remedium Liu. in praef. 1. Cic. Verr. 3, 129 Non inquam, perpetere, vt homines iniuriae tuae remedium morte ac suspendio quaererent. Quaerere remedium ad aliquam rem Cic. pro Cluent. 27 c. 9. Reperire remedium Caes. Bell. Ciuil. 3, 50. Scatet remediis vrtica Plin. 22, 13. Esse remedio Scribon. 99. Cels. praef. 1 Quod si iam incidat mali genus aliquod ignotum: non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris, sed eum protinus visurum, cui morbo proximum sit, Tentaturumque remedia similia istis, quae vicino malo saepe succurrerunt: et per eius similitudinem opem reperiturum.

REMEDIO, are. *Curare, sanare.* Scribonius Largus 14 Constat inter plures, et crocodili testiculum ex aquae cyathis tribus sumtum multos remediasse. Idem 18 Illud non oportet ignorare, sanari hoc vitium quum cognitum est, aliquibus: viros facilius mulieribus remediari. Conf. Apul. de Herb. c. 112. Idem Scribon. Comp. II et 104. et saepius. Item Hieron. vit. Hilar. f. 94. Et Tertull. adu. Marc. 4, 35. ¶ 2 Remediari *deponentialiter usurpatur, vt Munckerus probauit ad Hygin. Fab. 101. Et Andr. Borrich. Vind. p. 201. ex Apul. de Herb. 2* Herba quinquefolium contrita, potui si datur cum vino, mire remediatur. Idem 105 Febricitanti mire remediaberis.

REMEDIA TVS, a, um. Partic. Scribonius Largus 122 Oportet tamen non indifferenter remediatos in futurum viuere. *Paullo post, Ante quam remediati erunt. Add. 162. Conf. Tertull. ad Scap. 4.*

REMEDIA TIO, onis. f. Scribonius Largus 11 Quod signum est remediacionis.

REMEDIALIS, e. Adi. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem, Perunctus vnguentis remedialibus. Macrob. Saturn. 7 extr. Inest aeri vis quaedam remedialis et siccifica, quam dimittit in vulnere.

REMEDIA TOR, oris. m. Tertull. cont. Marc. 4, 8 Remediator valetudinum. Idem c. 35 Remediator languorum.

REMEDIA BILIS, e. Adi. Sen. Epist. 95 Minora peccantes et leui cura remediabiles. Cassiod. Varr. 3, 14 Remediabile bonum est in peccatum accelerata correctio.

REMELIGO, inis. f. Festus, Remelignes, et Remorae a morando dictae sunt. Plaut. (Cas. 4, 3, 7) Nam quid illae nunc tan diu intus remorantur remelignes. Afranius in Prodito, Remeligo a laribus missa sum. Lucil. . . . Quaenam vox ex te resonans, meo gradu remoram facit. *Lambinus malit Remoragines. Scaligero videbatur, esse ab antiquo Remello, retardo: vt promello est procastino.*

REMEMINI, isse. *Quasi retro memini. Ne rememineritis priorum Tertull. adu. Marc. 4, 1.*

REMEMORO, are: *f. rectius REMEMOROR, atus sum, ari.* Tertull. adu. Marc. 4, 43.

REMEMORATIO, onis. f. Rememoratio vitiorum Sarrisb. 8, 6.

REMEO, are. [*ἀναπορεύωμαι*] *Retro meare, redire, reuerti.* Plaut. Afin. 1, 3, 75 Remeato audacter, mercedem si eris nactus. Martial. 1, 16, 8 Gaudia non remeant, sed fugitiua volant. Remeare, redire, vt Commeare, vltro citroque ire. *Vnde Commeatus dari dicitur, id est tempus, quo ire, redireque possit. Afranius in Emancipato, Vetuit me sine mercede profumi paucius remeare in ludum. Festus. Virg. Aen. 2, 95 Si patrios vngquam remeassem victor ad Argos. Varro de R. R. 3, 5 Idemque faciunt, quum ex Italia trans mare remeant. Vrbein remeare Virg. Aen. 11, 793. Cic. de Nat. Deor. 2, 118 Neque remearet aer, cuius ortus aqua omni exhausta esse non possit. Calor remeat pestifer Plin. 7, 50. de febr. Dies remeantium? videbis in hoc mundo nihil exstingui, sed vicibus descendere ac resurgere. Remeant aquae Plin. 6, 27. Luc. cret. 4, 724*

Aut quod penetrantibus illis  
Exitus ex oculis liber datur, in remeando  
Laedere ne possint, etc.

REMEANS, antis. Partic. [*ἀναπορευόμενος*] Tacit. Ann. 1, 3 Caium remeantem Armenia, et vulnere inualidum, mors fato propera, vel nouercae Liuiae dolus abstulit.

REMEATVS, sis. m. *Reditus.* Martianus in l. Relegati, in fine, D. de poenis, Nemo potest comeatum remeatumue dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa.

REMEACVLVM, i. n. Idem. Apul. Met. 6 pr. p. 174, 12 Illuminarum Proserpinae nuptiarum demeacula, et luminosarum filiae inuentionum remeacula.

REMEABILIS, e. Adi. *Redux, rediens.* Bellum Stat. Theb. 6 v. penult. Saxum *Sisyphi* Stat. Theb. 4, 538. Prudent. Apoth. 1053 E tumulo cum iam remeabilis adstat Cerno Deum.

REMETIOR, mensus sum, iri. Dep. [*ἀναμνησκω*] *Rursum vel retro metiri.* Plin. Epist. 8, 11 Iam mihi reddita incipit resciri, transmissumque discrimen conualescendo remetiri: *ex tarditate reconualescendi intelligitur, quantum fuerit discrimen, a quo se recipit.* Astra seruata remetior Virg. Aen. 5, 25. Iter remensus Stat. Theb. 3, 324. Mari remenso ire Virg. Aen. 3, 145. Pelagus remetiri Idem ibid. 2, 181. Stadia XXX fuere, quae remensi sunt Curt. 5, 3 extr. Senec. de Ira 3, 36 Quum sublatum e conspectu lumen est, et conticuit vxor, moris iam mei conscia, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior, *recognoscens perpendo.* Fabulam illam tuam remetire Apul. Met. 1 p. 91. et 2 p. 54, 9. Flor. Quinctil. Decl. 12, 19 extr. Frumentum pecunia remetiamur, libertatem nostram addicimus.

REMENSVS, a, um. Partic. Martial. 6, 89 Ille fide summa testac sua vina remensus, *de eo, qui vrina sua amphoram, quam ebiberat, repleuit.*

repleuit. Lucret. 2, 515 de spatio, Finitu' est, retroque pari ratione remensum 'st. Passivè. Pelagoque remenso Virg. Aen. 2, 181.

REMEX, vid. REMVS.

REMIGÈRO, ãre. Reverti esse dicitur Plauti Pers. 4, 6, 3 Crumenam hanc emere aut facere, vt remigeret domum. Sed Gron. 5 Remigret.

REMIGIVM, REMIGO, vid. REMVS.

REMIGRO, ãre. [ἀναποναίωμαι] Iterum migrare, reverti. Cic. Tusc. 1, 118 c. 49 In nostram domum remigremus. Idem Acad. 1, 13 Remigrare in domum veterem e noua. Lucret. 2, 965 Inque locum quando remigrant, fit blanda voluptas. Romam tibi remigrandum est Cic. Fam. 9, 18. Atque ei ne integrum quidem erat, vt ad iustitiam remigraret Cic. Tusc. 5, 62. Plaut. Poen. Prol. 47 Ad argumentum nunc vicissatim volo remigrare. Idem Epid. 4, 1, 42 Remigrat animus nunc demum mihi.

REMIGRANS, antis. Partic. Senec. Epist. 122 extr. Contra aquam remigrantes.

REMILLVS, vid. REMVS.

REMINISCENTIA, ac. f. Tertull. de Anima c. 23 Reminiscenciae, Plur. Arnob. 2.

REMINISCO, dictum a Rufo rhetore, reprehendit Aufon. Ep. 47. Conf. Epigr. sequi.

REMINISCOR, èris, isci. [ἀναμνησκόμαι, ἀναμνήμαι] Recordari: quod fit, quum ea, quae mens tenuit, repetuntur, inquit, Varro de L. L. 5, 6 quasi iterum rem in mentem reuocare. Cic. Att. 4, 2 Reminiscabantur enim Calendarum Ianuar. Caes. Bell. Gall. 1, 13 Reminisceretur veteris incommodi. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 11 In nostro euentu aliorum reminiscentes casus. Potius reminiscere, quae digna tua persona sunt Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Ouid. ex Pont. 1, 8, 31 Nam modo vos animo dulces reminiscor amici. Actus miseros reminiscitur Stat. Theb. 12, 391. Accius apud Nonium 9, 8 Heu me miserum, quum haec recordor, quum illos reminiscor dies. Tempus illud reminiscitur moerens Ouid. Trist. 5, 4, 30. Cic. de Senect. 79 Magno esse argumento homines scire pleraque antequam nati sint: quod iam pueri quum artes difficiles discunt, ita celeriter res innumerabiles arripiant, vt eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci et recordari. Cic. pro Ligar. 36 Quoniam hoc est animi, quoniam etiam ingenii tui, te aliquid de huius Quaestoris officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam Quaestoribus reminiscentem recordari. Cic. Tusc. 1, 29 Declarare se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere. ¶ 2

In eum, qui hoc Verbo tanquam Actiuo vel Neutro uteretur, Iudit Aufon. Epigr. 48 REMINISCO Rufus dixit in versu suo: COR ergo versus, immo Rufus non habet. Et 49 Qui REMINISCO putat se dicere posse Latine, Hic vbi CO scriptum est, legeret COR si cor haberet.

REMISCEO, ui, ère. [ἀναμίγνυμι] Idem quod simplex Misceo. Hor. in Arte Poët. 151 Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet. Animus naturae suae remiscebitur Sen. Ep. 71 p. 265.

REMISTVS, vel REMIXTVS, a, um. Partic. Sen. de Const. 750 Venenum mihi dedit aliquis, sed vim suam remistum cibo perdidit. Paullin. Nat. Fel. 6, 80 Remixto corpore.

REMITTO, misi, missum, ère. [ἀναπέμνω, ἀναπέλλω, ἀνίημι, ἰψίημι, ἀποπέλλω, ἐνδίδωμι] Retro vel vicissim mittere. Plauto tribuitur, Munera accipit frequens, remittit nunquam. Dona remittunt non leuiores Ouid. Met. 13, 702. Idem Her. 15, 53 At vos erronem tellure remittite nostrum. i. E tellure vestra. Sed fluctuat lectio. Vid. REMISSVS. Plaut. Catin. 2, 8, 1 Sine modo rus veniat, remittam ad te virum sub furca in urbem tanquam carbonarium.

Cic. Fam. 16, 1 Volebam ad te Marionem remittere, quem quum meliuscule tibi esset, ad me mitteres. Intelligimus, ante iam cum Ti- rone fuisse Marionem. Curt. 4, 11, 15 Captiuos si placet reddi, honestius dono dabimus, quam pretio remitemus. Quemadmodum ipsum simplex mittere late admodum patet, ita etiam ad omnem fere motum, qui retro fit, explicandum remittere cobibetur. V. g. de piscibus. Plin. 9, 18 His (branchiis) aquam acceptam ore remittunt. Colum. 1, 6, 23 Lapillis carent et glebulis, quas per trituram fere terrena remittit area. i. Dimittit, cum calcatur et vim aliam patitur. Sic Colum. 12, 20, 1 Remittunt aeruginem vasa aenea. Remittunt librum arbores Col. 11, 2, 37. Scribon. 156 Haec radix — ex oleo coquitur, donec succum omnem remittat, et quasi arida sit. Sic Vasa ceram remittunt Col. 12, 50, 14. Caseus remittit nimium feri Idem 12, 13, 1. Humorem noctibus remittit huius Columel. 12, 15, 1 etc. Etiam transitiue Virg. Georg. 4, 35 Frigore mella Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit. Vid. Burm. ad Sanmon. 69. ¶ 2 Metaphor. Remittere, Concedere, condonare, dimittere, ignoscere. Cic. Verr. 3, 219 Verum hoc quoque vobis remitto, negligite praeterita si vultis. Nauem imperare ex foedere debuisti: remisisti in triennium Cic. Verr. 4 c. 9. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10 Meam animaduersionem et supplicium quo vsurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi et condono. Quod debeatur, remissuros Cic. Att. 13, 23 extr. Etenim, quibus ego istam laudationem remittam, quoniam sunt leues, eorum testimonium non pertimescam Cic. pro Flacco 38 c. 16. In qua tibi remittunt omnes istam voluptatem, et ea se carere patiuntur Cic. de Orat. 1 c. 58. Etiam si quid ab omnibus conceditur, id reddo ac remitto Idem pro Sulla c. 30. Conf. Idem Phil. 8 c. 8 et c. 9. Dionysio ego non modo placabilem me praebuissem, sed totum remissem Idem Att. 10, 16. Plin. Epist. 9, 21, 3 Licebit rursus irasci — Remitte aliquid adolescentiae illius, remitte lacrimis, remitte indulgentiae tuae. Ouid. Met. 11, 376 Sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit. Cic. Att. 10, 5 Tullium et Seruium questos esse, quia non idem sibi, quod mihi remisisset. Vid. Burm. ad Quinctil. Decl. 2, 1 p. 39. et Drakenb. ad Sil. 17, 367. Te mihi remittere atque concedere, vt omne studium meum in Plancii honorem consumerem Cic. pro Planc. c. 30. Add. Tacit. Ann. 1, 8, 6. Cic. Acad. 4, 106 Sed tibi aut concedendum est ita esse, quod minime vis: aut memoriam mihi remittas oportet, et facile esse ei locum, etiam si comprehensio, perceptioque nulla sit. i. Concedas mihi memoriam esse. Remittere, Cessare. Ter. Andr. 5, 1, 8 Nam si cogites, remittas iam me onerare iniuriis, vt omittas. De custodia remittere, Negligentiosem fieri Columel. 1, 8 ad finem. Cic. Verr. 5, 168 c. 65 Aliquid de summo supplicio remitteres. i. Minueres supplicium. Cic. pro Rabir. Post. 31 Neque fuit Gabinii, remittere tantum de suo; nec regis imponere tantum pati suis. Idem ad Brut. 17 Persuade tibi de

voluntate meâ nihil esse remissum, de iudicio largiter. Ex eo, quod ipse potest in dicendo, aliquantum remittet, vt tu tamen aliquid esse videre Cic. Diuin. in Caecil. c. 15. Idem Verr. 3, 82 In illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remisit, quam ipse quaesierat. Ex rugis aliquid vis tu remittere? Plin. Epist. 9, 17, 2. Ex virtute pristina remittere aliquid Caes. Bell. Ciuil. 3, 28. ¶ 3 Reliqua ordine Substantiuorum elementari persequemur. Aedes remittere quas emeris, emtione rescissa petenti venditori restituere, Plaut. Most. 3, 2, III. Plin. Epist. 7, 16 Ille me in Tribunatu, etc. quum mihi Caesar annum remisit. Animum remittere, Delectare, inquit Nonius 4, 398 cui contrarium est Intendere. Cic. in Hortens. . . . Quæro enim non quibus intendam animum rebus, sed quibus relaxem, ac remittam. Liu. 39, 24 Nunquam tamen remisit animum a colligendis in pace viribus, quibus quodocunque data fortuna esset, ad bellum vteretur. i. Nunquam cessauit colligere vires, etc. Cic. de Legib. 2, 38 c. 15 Et incitat languentes, et languere facit excitatos: et tunc remittit Animos, tum contrahit. Ardorem pugnae remittere Liu. 35, 5. b. e. Minuere. Aures cum crexere acerrimi auditus; cum remisere, surdi Plin. 8, 32. Beneficium Caes. Bell. Ciuil. 2, 32. Causam integram ad Senatum remittit Tacit. Ann. 3, 10, 5. Contentionem Caes. Bell. Ciuil. 2, 14. Conf. Cic. de Cl. Orat. c. 55. Culpam remittens Valer. Argon. 3, 407. i. Condonans. Remissa aedilibus talis Cura Tac. Ann. 3, 55, 1. i. condonata, ablata. Curas remittens Stat. Silu. 4, 6, 1. Cic. Verr. 4, 137 c. 51 Quum diutius in eo negotio, curaque fueram, vt requiscerem, curamque animi remitterem, ad Carpinatii praeclaras tabulas reuertebat. Cic. Att. 13, 23 Ne existimes eos, qui non debita consecrari soleant, quod debeatur remissuros. Decimam remisit illis, qui soluerant Plin. Epist. 8, 2, 7. Dolores pedum remisierunt Cic. de Cl. Orat. c. 34. Cels. 3, 12 Horror autem eas fere febres antecedit, quae certum habent circuitum, et ex toto remittuntur. Plinius, Cum se febris remisit Cels. 3, 18. Fila incepta remisit Ouid. Fast. 2, 755. Frena remittere equo, Laxare Ouid. Trist. 1, 4, 14. Frenos remittere dolori, per translationem Plin. Epist. 5, 9. Idem ibid. 2, 5 Idem tamen, qui a te hanc austeritatem exigo, cogor id, quod diuersum est postulare, vt in plerisque frontem remittas, minus seuerus sis. Furor ille se remisit Ouid. Epist. 4, 51. Habenas adducere et Remittere, contraria Cic. de Amicit. 45. Idem Verr. 1, 121 Hic tu fortasse eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. Imbres remisierunt Liu. 40. b. e. Cessarunt, vel Minores fuerunt. Inimicitias suas remittere Reip. Liu. 39, 5. Intercessionem remittere, Cessare ab intercessione Idem 38, 54. Cic. Philipp. 8, 19 Quotidie aliquid Iracundiae remittebat. Iras Virg. Georg. 4, 536. Ius alicui Martial. 1, 96. Idem 10, 82 Parce, precor, lassio, vanosque remitte Labores, Qui tibi nil profunt, et mihi, Galle, nocent. de officio affectandi, salutandi etc. Hiems se remittit Vere Tibull. 3, 5, 4. Curt. 6, 11, 20 Legem se supplicio (f. supplicii) coniunctis fontium remittere edixit. Caes. Bell. Ciuil. 1, 10 Illi deliberata respondent, scriptaque ad eum Mandata per eos remittunt. Caes. Bell. Gall. 6, 13 Quod fere plerisque accidit, vt praesidio literatorum diligentiam in perdiscendo ac Memoriam remittant. i. Memoriam non curent, et negligent meminisse. Multam remittere, vid. Multam dicere, in DICO. Neruos remittere, et Intendere, contraria Plin. 26, 10. Vrgent tamen, et Nihil remittunt, de contentione et seueritate, intellige Cic. Fin. 4, 77 c. 28 pr. Tacit. Hist. 4 Vim principis complecti, nomen remittere. Cic. de Legib. 1, 11 Quemadmodum Roscius familiaris tuus in senectute numeros in cantu remisit. Nuntium ad aliquem Plaut. Capt. 2, 3, 15. Sed Nuntium remittere vxori, Repudiare vxorem. Cic. in Topic. 19 c. 4 Si mulier quum fuisset nupta cum eo, cui connubii ius non esset, nuntium remisit, quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur. Conf. Idem ad Att. 1, 13. Officium non debet ab eo, quem ego parentis loco obseruo, exigere, quod parenti suo remisisset Plin. Epist. 7, 23. Opera remittere Liu. 30, 3. Cic. pro Cluent. 6 c. 2 Deinde si quam Opinionem iam vestris mentibus comprehendistis: si eam ratio conuellet, si ratio labefactabit, si denique veritas extorquebit, ne repugnetis, eamque animis vestris aut libentibus aut aequis remittatis, i. dimittatis. Poenam Liu. 40, 10. Repudium Remittere, Repudiare Ter. Phorm. 5, 7, 36. Lucil. apud Non. 4, 398. Cohibet domi moestus se Albinus, repudium quod filiae remisit. Symmach. 6, 8 Actores absentium, quibus Res longinqua remittitur (committitur) tanquam soluti legibus viuunt. Saporem remittere, pro Mitio reddere vel temperare Senec. de Prouident. Non mutant saporem maris, neque remittunt quidem. Simulac se remisit Nep. 7, 1, 4. Sonum vocis intendere, et Remittere, contraria Cic. in Orat. 59. Spiritus remittant, comprimant animos suos, sedent arrogantiam Cic. pro Flacc. 38. Tempus nullum remittis, neque te respicis. i. Non cessas. Ter. Heaut. 1, 1, 18. Verba aspera remittere alicui, i. Non acrius obiurgare aliquem Ouid. ex Pont. 2, 6, 8. Vincula saeua Ouid. de Arte Am. 2, 291. Voluntate remittere Liu. 35, 45. Vultum Ouid. ex Pont. 2, 2, 65. ¶ 4 Pass. Remittor Interquiesco, occupationes intermitto, et animum remitto. Plin. Epist. 1, 16 Est ergo mecum per diem totum: eundem antequam scribam, eundem quum scripsi, eundem etiam quum remittor, non tanquam eundem lego. Lege remissum, Concessum lege Ouid. de Arte Am. 2, 599. Thyades membra remissae Senec. Oedip. 5.

REMITTENS, entis. Partic. Valer. Flacc. 3, 407 Culpam remittens.

REMISSVS, a, um. Partic. [ἀνεμῖνος, ἀνέρος] Retro missus. Manil. 1, 757 Terra remissus, i. a terra. Virg. Aen. 5, 98 Manes Acheronte remissos. Supra habuimus Ouid. Her. 15, 53 Aut vos erronem tellure remittite nostrum. Sed etiam reliquas verbi significationes habet. v. g. Laxus, non intentus. Sic Cic. pro Cael. 13 Cum tristibus seuerere, cum remissis iucunde: cum senibus grauitur, cum iuuentute comiter: cum facinorosis audacter, cum libidinosi luxuriose viuere. Cic. de Finib. 3, 2 Quanquam in eo sermone, qui cum Torquato est habitus, non remissi fuimus: tamen haec acrior est cum Stoicis parata contentio. In labore remissus nimis parumque patiens Nep. 11, 3, 1. Cic. Att. 16, 15 Ego si me non improbissime Dolabella tractasset, dubitasset fortasse, vtrum remissior essem, an summo iure contenderem. In vliscendo remissior Cic. post redit. ad Quirit. 23. Remissus animo Caes. Bell. Ciuil. 2, 14. Mente remissus Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 143. Nec villo spectaculi genere communior aut remissior erat Sueton.

Sueton. Claud. c. 21: Cic. Verr. 3, 214 Remissior aliquanto eius fuit Aestimatio, quam anno. *i. minoris aestimavit frumentum, quam vulgus venibat.* Quid. Epist. 7, 149 Hos populos potius in dotem ambage remissa Accipe. *i. Omissa.* Alii legunt, Ambage remota. Cic. de Diuin. 2, 81 Haec scilicet in imbecillo remissoque Animo multa omnibus modis confusa et variata versantur. Remissioris Animi vir Laelius Sen. Epist. 11. Animo leni et remisso esse Cic. de Orat. 2, 193. Animo ad otium et ad omnem comitatem remississimo Sueton. August. c. 98. Aqua frigida remissa Scribon. 85. *i. tepida.* Cic. Tusc. 2, 54 Onera contentis Corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt. 10 Digitos inter remissos cecidere pocula Propert. 4, 9, 27. Frigus remissus Caes. Bell. Gall. 5, 12. Cic. pro Sext. 115 Facit, Iudices, vester iste in me animum oculorumque contuitus; ut mihi iam licere putem remissiore uti Genere dicendi. Humeri remissi. *i. demissi* Quinctil. 11, 3, 159. Ira remissior Liu. 24, 39. Opus remissum, 15 *Humile et non magnae artis, aut magni laboris* Ouid. Trist. 2, 547. Passillus remissior Scribon. 91. *i. minus efficax.* Pectus remissum. *vid.* PECTVS. Ramus adductus, quum remissus esset, in oculum recidit Cic. de Diuin. 1, 123. Sanguis e pulmone remissus, *i. Eiectus* Ouid. ex Pont. 1, 3, 19. Sermo senis quietus et remissus Cic. de Sen. Sermo- 20 nes remissiores hilarioresque Sueton. Tib. c. 21. Studia remissa temporibus Cic. Tusc. 1, 1. Ventus remissior Caes. Bell. Ciu. 3, 26. Plin. Epist. 7, 1 Quin etiam quum perustus ardentissima febre, tandem remissus vinctusque, acciperem a medico potionem, etc. Quum remissi fuerint Scribon. 90. *de iis, qui cephalalgia correpti.* Solutus lique- 25 *factus.* Ammoniacum super ignem remissum Pallad. 1, 41, 2. Adeps vulpis remissus et instillatus dolorem sanat Sext. Placidus 1, 31. Cerae remissae Sammon. c. 15 v. 270.

REMISSIO, ōnis. f. [*ἔνδοξος, ἀνεξοσ, πᾶσις, ἀποσολή*] Plin. Epist. 4, 3 Ego tamen te vel magis in remissionibus miror; nam, etc. Ar- 30 cum intensio frangit, Animum remissio P. Syrus. Cic. in Catil. 4, 13 c. 6 *extr.* Remissio poenae. Idem Fam. 5, 2 Si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio. Idem pro Cael. 39 Quem non quies, non remissio, non aequalium studia, non ludi, non conuiuia delectarent. Danda tamen est omnibus aliqua 35 remissio Quinctil. 1, 3. Dolorum remissio Scribon. 99. Febris Sueton. Tib. c. 73. Non inutilis laborum remissio Quinctil. 3, 8. Cic. Fam. 7, 27 Visa est mihi vel loci mutatio, vel animi aeterna relaxatio, vel ipsa fortasse iam senescentis morbi remissio profuisse. Cic. Fam. 9, 24 Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitae 40 atque victus, remissionemque animorum, quae maxime efficitur sermone familiari, qui est in conuiuio dulcissimus. Remissio et moderatio vocis Cic. de Clar. Orat. 313 c. 91. Contentio vocis et Remissio, *contraria* Idem de Orat. 2, 261. Et Off. 1, 146 Ex oculorum obtutu, ex eleuatione, aut superciliorum remissione, aut contra- 45 ctione. Remissio *pensionis* Suet. Iul. c. 20. Tacit. in Vita Agr. c. 9 Iam vero tempora curarum remissionumque diuisa. Modus sit remissionibus, ne aut odium studiorum faciant negatae, aut consuetudinem nimiae Quinctil. 1, 3. Columel. 1, 7 Nam ubi sedulo colitur ager, plerumque compendium, nunquam detrimentum affert, eoque remif- 50 sionem petere colonus non audet: *de pensione, quam debet.*

REMISSE. Adu. [*ἀνεκτικώς*] Leniter vel laxe. Sequitur nempe naturam Nominis *f. Participii.* Sallust. . . . Pauca timide, remissequ locutus abscessit. Cic. de Orat. 3, 27 Quis vnquam res praeter hunc tragicas paene comice, tristes remissequ, seueras hilare, forenses scenica 55 prope venustate tractarit? Nonius 4, 398 Remisse *hoc loco*, Lacto animo interpretatur. Cic. Off. 3, 106 Neruosius qui ista differunt, solum audent malum dicere id, quod turpe sit: qui autem remissus, hi tamen non dubitant summum malum dicere. Cic. de Finib. 1, 1 Quidam autem non id tam reprehendunt, si Remissus agatur: sed tan- 60 tum studium tanque multam operam in eo ponendam non arbitrantur. *conf.* Colum. 11, 1. Agere versus leniter, remissequ, non actuose Cic. de Orat. 3, 100. Remissequ, leniter, vrbane agere cum aliquo, cui opponitur Grauius, seuerus, prisce Cic. pro Cael. 33 c. 14. Dicere Quinctil. 12, 10 Remissus et placatus Ferre Cic. Fam. 6, 13. Idem 65 Verr. 4, 76 c. 34 Quum iste nihilo Remissus atque etiam multo vehementius Instaret quotidie. Sueton. Claud. c. 33 Ingredientem destituebant poplites minus firmi, et Remissequ quid vel serio agentem multa dehonestabant.

REMISSA, ae. f. Pro Remissione. Cyprian. Epist. 8, 14. Tertull. 70 adu. Marc. 4, 18. *conf.* Zimmerm. Anal. Miscell. Mens. 5 §. 1 p. 225.

REMISSARIVS, a, um. Adi. [*ἀντικτός*] ut, Remissarius vectis in fucula torcularis, qui frequenter remittitur: vel quia ad remissionem factus est. Cato c. 19 Vectes longissimos pedum decem et octo, secundos pedum sexdecim, tertios pedum quindecim, remissarios pe- 75 dum duodecim.

REMISSIBILIS, e. Adi. Delicta Tertull. de Pudic. c. 2. Cael. Aurel. Tard. 2, 13, 164 Remissibilis digestio, *i. lenis*, percussibili virtuti *contraria.*

REMISSIVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 3, 4, 31 Remif- 80 siuis rebus relaxare tumentia.

REMISSOR, ōris. m. Ambros. de Off. 1, 7. et Chrysol. Serm. 84.

REMIXTVS. *vid.* REMISCEO.

REMMIA gens Romae, e qua fuit lator legis Remmiae in calumniatores lata, de qua est liber Brenemanni, et ad quam respicit Cic. pro Rosc. 85 Am. 57 c. 20.

REMOLIOR, ōri. [*ἀποσείω*] De suo loco pellere. Ouid. Met. 5, 354 Saepe remolliri luctatur pondera terrae, Oppidaque et magnos deuoluere corpore montes. *de Typhoeo. h. e. Excutare: vel decutere et demoliri.* Arma remolitur Sil. 1, 36. *i. Retrahat, et instaurat.* 90 *conf.* in REMOLLIO.

REMOLITVS, a, um. Partic. ut, Orbis remolitus. Sen. Herc. fur. 504.

REMOLLIO, ōni, ūtum, ūre. [*ἀναμαλάττω*] Rursus aut ex duro, mollire. Columel. 2, 12, 9 Nihil itaque amplius in iteratione, quam 95 remolliri terra debet aequaliter. Sed mihi, cum recenserem h. l. non occurrit alia lectio, nec sententia alia, quam remoliri, *i. denuo moueri, subiigi.* Artus tactos remollit Salmacis Ouid. Met. 4, 286.

REMOLLITVS, a, um. Partic. [*ἀναμαλάττω*]. Sueton. in August. c. 79 Vultu erat vel in sermone, vel tacitus, adeo tranquillo 100 serenoque, ut quidam e primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitu ac remollitu, quo minus, ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem colloqui propius admissus, in praecipitium propelleret. Apul. Herb. c. 3 Grana humore remollita.

REMOLLESCO, ēre. [*ἀναμαλάττωμαι*] Molle fieri. Caes. Bell. 105

- Gall. 4, 2 Vinum ad se importari non sinunt, quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines, atque effeminari arbitrantur. Cera remollescit sole Ouid. Met. 10, 285. Sole remollescit, quae frigore constitit vnda Ouid. Met. 9, 661. *Per translationem*, Mitem et placatum fieri. Ouid. Met. 1, 377 — Precibus si numina iustis Victa remollescunt, si flectitur ira deorum. *Vid. modo REMOLIITVS.*
- 5 **REMONEO**, ēre. *Subinde monere.* Hic tibi cauenda censebam, hic beneuole remonebam Apul. Met. 5 p. 169, 23.
- REMONIUM** s. **REMONA**, Remi habitatio. *vid. REMVRIA.*
- 10 **REMORA**, a Remo, Romuli fratre, appellatio. Ennius apud Cic. de Diu. 1, 107 Curabant urbem Romam Remoramne vocarent. *Sic in manuscriptis. Editi, Romamne Remamne vocarent. Turnebus priorem scripturam magis probat.*
- REMORA**, appellatiuum. *vid. REMOROR.*
- 15 **REMORBESCERE**. [*ἀναρροεῖν*] Festus, Remorbescat Ennius postuisse videtur, pro in morbum recidat.
- REMORDEO**, di, sum, ēre. [*ἀντιδίκνω*] *Mordere subinde, sollicitare.* Virg. Aen. 1, 261 — Quando haec te cura remordet. Cura remordet me Claud. de Bell. Get. 302. Praeteritisque admissa malis peccata remordent Lucret. 3, 840. Animus conscius remordet Idem 4, 1129. Libertatis desiderium remordet animos Liu. 8, 4. *Propriae significationis exemplum statim damus in REMORSVRVS.*
- 20 **REMORSVRVS**, a, um. Partic. [*ἀντιδίζων*] *Proprie* Hor. Epod. 6, 4 Quin huc inanes, si potes, vertis minas, Et me remorsurum petis?
- 25 **REMÖRES**, um. m. Pl. Aues in auspicio dicuntur, quae acturum aliquid remorari compellunt. Festus.
- REMÖROR**, eri. Dep. [*ἀναβάλλω, ἐπέχω, ἀνέχω, παρέλω*] *Retardare:* Ter. Andr. 4, 4, 18 Ne quod vestrum remorer commodum. Idem 30 Eun. 2, 3, 10 Vt illum di, deaque senium perdant, qui me hodie remoratus est. Hae res, quae ceteros remorari solent, non retardarunt Cic. pro L. Manil. c. 14. Ituros remorari Ouid. Met. 13, 220. Verba et preces puellae me remorantur Propert. 1, 6, 5. Cic. in Catil. 1, 4 Num vnum diem postea L. Saturninum Trib. Pleb. et C.
- 35 Seruilius mors a Reipub. poena remorata est? Gradum remorari Plaut. Perf. 1, 2 28. Iter Ouid. Met. 11, 233. Poenam Vlpian. in l. Si quis filio. §. Quid tamen D. de Iniusto testamento. Cic. Att. 3, 13 Scito te me iis epistolis potius, et meas spes solitum esse remorari. Liu. 37, 45 In deteriore sua fortuna pacem faciet rex, quia ferius facit, quam facere potuit; si nunc remoratus fuerit etc. *Vetus codex habet Moratus.* Plaut. Cas. 4, 3, 7 Nam quid illaec nunc tam diu intus remoratur, quasi ob industriam? Nec remorantur ibi Lucret. 2, 74. *conf. ib. v. 564.* Non diu remoratus es Catul. in Epithal. Mallii f. 59, 200.
- 45 **REMORĀTVS**, a, um. Partic. [*ἀναβεβλημένος*] *ut*, Calamitas remorata longius serpit Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 14 c. 6. Ouid. Met. 4, 137 Sed postquam remorata suos cognouit amores, i. post moram aliquam. *Pass.* Ouid. Met. 10, 671. Et rursus pomi iactu remorata secundi.
- 50 **REMÖRANS**, antis. *aliud* Partic. [*ἀναβάλλων*] Ouid. Fast. 6, 772 Et fugiunt freno non remorante dies.
- REMORATIO**, ἀναρροφή, διατριβή. } In Vet. Gloss. Cyrill.
- REMORATOR**, παρελκόντης
- REMORATRIX**, παρελκίστρα. }
- 55 **REMORĀMEN**, inis. n. *Id quod moratur, retinet.* Ouid. Met. 3, 567 — Remoraminaque ipsa nocebant. *Vid. Heins. Est enim magna lectionis varietas.*
- REMÖRA**, ae. f. [*παρέλκωσις*] *Retardatio.* Lucilius apud Festum in schedis s. fragm. Quae vox ex te resonans meo gradu remoram facit? 60 Plaut. Trin. 1, 1, 15 Quae in rebus multis obstant, odiosaeque sunt, remoramque faciunt rei priuatae et publicae. *vid. Idem Poen. 4, 2, 106.* ¶ 2 Remora, [*ἔχνησις*] *Piscis, qui nauem, cui adnixus sit, remoratur.* Plin. 32, 1 Tamen omnia haec pariterque eodem impellentia vnus ac partus admodum pisciculus echeneis appellatus in se tenet. Ruant venti licet, et fauiant procellae, imperat furori, viresque tantas compefcit, et cogit stare nauigia: quod non vincula vlla, non anchorae pondere irreuocabili iactae. *Et paullo post, E nostris quidam Latinis Remoram appellauerunt eum.* ¶ 3 Remorae, aues insuflae: *vid. REMÖRES p. a. et Scalig. in Coniectan.*
- 70 ¶ 4 Remora proprium a Remo, *vid. p. a.*
- REMÖVEO**, mōui, mōtum, ēre. [*ἀποκινέω, διακόςω*] *Amouere, abducere, auferre.* Cic. Fam. 16, 12 Accepimus conditiones, sed ita, vt remoueat praesidia ex his locis, quae occupauit. Idem Qu. Frat. 2, 5 Hunc Catonem Lentulus a legibus remouit, i. prohibuit, ne leges ferre 75 possit. Caes. Bell. Ciuil. 3, 21 Senatus Caelium ab Repub. remouendum censuit. Hoc decreto eum Consul Senatu prohibuit, et concionari conantem de rostris deduxit. Praetor adhuc fuerat Caelius. Cic. Off. 1, 127 Quae natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt, remouent ab oculis. Cic. in Brut. 8 Lysiam primo profiteri 80 solitum artem esse dicendi: deinde quod Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus autem ieiunior, orationes eum scribere aliis coepisse, artem remouisse. similiter Isocratem primo artem dicendi esse negauisse, scribere autem solitum aliis orationes, quibus in iudiciis vterentur. Artem remouisse, b. e. *Negauisse vllam esse artem dicendi, ut 85 multi alii negarunt: quod Cic. de Orat. 1, 90 scripsit. Ita vero interpretandum docet particula, Similiter, quae sequitur. Et Quinctil. 2, 18 scribit Lysiam negasse artem esse. Cic. pro Rosc. Amer. 23 c. 8 extr. Multa palam domum suam aufererat, plura clam de medio remouebat. Ex vrbe me remoui in montes Hor. Serm. 2, 6, 16. A vulgo et scena 90 in secreta se remouere Idem ibid. 2, 1, 18. Causae desidiae remouere Ouid. Trist. 3, 7, 31. Infantem remouere, A lacte depellere. *vid. INFANS.* Inuidiam a se remouere Ouid. Met. 12, 626. Manus remouere ex oculis Ouid. Met. 9, 390. Ministerio sceleris me remoui Ouid. Met. 3, 645. Metum Liu. 2, 2. Moram Plaut. 95 Stich. 2, 1, 37. Nubem animi remouit ipse dolor Ouid. Trist. 1, 3, 13. Cic. pro Corn. Balb. 11 c. 5 Fuisse iudicem ex illis equitibus Romanis grauissimis viris neminem quin remoueret Oculos, et se totum auerteret. Cic. Acad. 4, 18 Quod si quum fungi munere debeamus, non modo operam nostram nunquam a populari coetu remouemus, sed ne literam quidem vllam facimus nisi forensem. Pudorem Ouid. Met. 8, 157. Remedium remouere Scrib. 11. Cic. Att. 4, 8 Quid sit quod se a me remouit, si modo remouit, ignoro, i. quod discessit ab amicitia mea, ut mox Remouere se ab amicitia. Cic. Off. 1, 69 c. 20 Multi et sunt et fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem 105 expetentes, a negotiis publicis se remouerunt. Se ab amicitia alius cuius*



cuius remouere Cic. de Amicit. 79 c. 12. Se a suspicione alicuius  
commodi Cic. de Lege Agrar. 2, 22 c. 8. Idem in Orat. 5 Ne opifices  
quidem se (ab *inferit Lambin.*) artibus suis remouerunt, qui aut Ialysi  
(quem Rhodi vidimus) non potuerunt, aut Coae Veneris pulchritu-  
dinem imitari. Soporem cura remouens Ouid. Met. 6, 439. Cic. 5  
Verr. 1, 116 Tum iste homo innocens, qui illam suspensionem leuare,  
atque ab ea se remouere cuperet. Vim procul hinc remoue Ouid.  
Amor. 1, 14, 29. *Obseru.* Remosse, pro Remouisse Lucret. 3, 68 —  
Falso terrore coacti Effugisse volunt longe, longeque remosse. A vulgo  
remorant se in secreta, *i. Remouerant, fecerant* Hor. Serm. 2, 1, 71. 10  
*Syncope est.* Sil. 11, 175 — Hi sunt qui iura dedere Terrore ex-  
pulso, Sidicinaeque bella remorant.

REMOTVS, a, um. Partic. Cic. Verr. 5, 80 Remoto atque able-  
gato viro, non liberius quam ante, etc. Cic. Verr. 3, 85 Etiamne  
haec tam parua ciuitas, tam procul a manibus tuis atque a conspectu re-  
mota? Procul vrbe remotus Ouid. ex Pont. 4, 9, 123. Longa  
regione remotus Ouid. Trist. 3, 4, 73. Longe remotus homo ab  
Ambitione. *vid. LONGVS.* A culpa remotus, *Qui caret culpa* Cic.  
pro Muraen. 73. Idem Verr. 1, 35 Quis tam remotus fuit a Cupiditate?  
Idem Att. 14, 12 Haec conscripti X. Cal. accubans apud Vestorium, ho- 20  
minem remotum a Dialecticis, in Arithmeticis satis exercitatum. Apu-  
lia ab Impetu belli remotissima Cic. Att. 8, 3. Idem Verr. 2, 160 c. 66  
Homines quietissimi, qui maxime ab iniuriis nostrorum magistratum  
Remotissimi consueuerant esse praesidio foederis, etc. Cic. Fam.  
15, 4 Si quisquam fuit vnquam remotus ab inani laude, et sermonibus 25  
vulgi, ego profecto is sum. A vulgari Intelligentia remotiora sunt  
Cic. de Inu. 2 c. 22 *non intelliguntur a vulgo.* Ab Oratoris Officio pro-  
cul remotus Cic. de Inuent. 1, 8 c. 6. A Pudore remotus longissime  
Idem de Lege Agrar. 2, 1 A Memoria, *vid. mox n. 2* Res remota. Cic.  
pro Font. 11 Testibus, Iudices, non credere cupidis, et iratis, et coniu- 30  
ratis, et ab Religione remotis, non solum potestis, sed etiam debetis.  
A Sensibus remotum Lucret. 5, 149. A Suspicione minimi errati  
remotissimus Cic. Verr. 4, 30. Vitio ab omni remotus Hor. de Arte  
Poët. 384. 2 *Nomina rerum, quae remotae dicuntur.* Am-  
bage remota verum abdidit Ouid. Fast. 3, 337. Antrum remotius 35  
Ouid. Fast. 6, 121. Arbitris remotis dicit esse quae secreto agere  
de Repub. velit, etc. Liu. 2, 37. Custos remotus Hor. de Arte Poët.  
161. Delectu omni et discrimine remoto officia tollebantur Cic.  
de Finib. 4, 69. Femina a viris remotissima, *Non dedita libidini* Co-  
lumel. 12, 1. Loco remoto tibi haec amicissimo animo praecipio 40  
Cic. Fam. 7, 11. *Quod et Amoto ioco dicitur.* Locus arbitris remo-  
tus Cic. Verr. 5, 79. Postquam exenta fames epulis Mensaeque  
remotae Virg. Aen. 1, 220. Nimbi remoti Hor. Carm. 4, 4, 8. Pietas  
remota Lucan. 5, 155. Cic. de Inuent. 1, 39 Quum autem Res ab  
nostra memoria propter vetustatem remotas ex literarum monumentis 45  
repetere instituo, etc. Cic. Qu. Frat. 2, 2 Sine dubio Res a Lentulo  
remota videtur esse: *ut ille eam non consequatur.* Sermo a stre-  
pitu forensi remotissimus Cic. in Orat. 32 c. 9 *extr.*

REMOTĒ, Adu. Compar. Cic. de Nat. Deor. 87 c. 31 *de Stel-  
lis,* Aliae propius a terris, aliae remotius eadem spatia conficiunt. Su- 50  
perl. Remotissime Augustin. de Trin. 12, 5.

REMOTIO, ōnis. f. [*ἀποκλίσις*] Brachii remotio Auēt. ad He-  
renn. 4. *Metaph.* Cic. de Inu. 1, 15 c. 11 Remotio criminis est, cum  
id crimen, quod infertur, ab se et a sua culpa, vi, et potestate, in ali-  
um reus remouere conatur. Id dupliciter fieri poterit, si aut causa, 55  
aut factum in alium transferatur. *Similia* de Inuent. 2, 86 c. 29 Quum  
eius intentio facti, quod ab aduersario infertur, in alium, aut in aliud  
dimouetur.

REMVGIO, iui vel ii, itum, ire. [*ἀναμυκάσμαι, ἀναβρύχω*] *Vt  
Resonare, mugitum reddere vel edere.* Virg. Georg. 3, 45 Et vox assensu 60  
nemorum ingeminata remugit. Caelum remugit Idem Aen. 9, 504.  
Mons totus circum remugit Virg. Aen. 12, 928. Nemus remugit  
ventis Hor. Carm. 3, 10, 5. Nemus remugit bellatore Stat. Theb.  
12, 602. Sinus Ionius remugiens Noto Hor. Epod. 10, 19. Tym-  
panum remugit Catul. de Berecynt. l. 61, 29. Vox remugit assensu 65  
nemorum ingeminata Virg. Georg. 3, 45. Antro remugit Sibylla  
Virg. Aen. 6, 99. Ad mea verba remugis Ouid. Met. 1, 657. *Verba  
Inachi ad filiam mutatam in vaccam: Mugitum reddis, non verba.* In-  
fanis vlulatus remugit Stat. Theb. 12, 274.

REMVLCEO, ēre. [*ἀνυμλάω*] *Mulcere, manu velut subinde percur-  
rente.* Repetitionem etiam hic indicante Praepositione. Corda sti-  
mulata remulcere Stat. Theb. 8, 93. Minas remulcere Stat. Theb.  
8, 93. Virg. Aen. 11, 812

Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,  
Continuo in montes sese auis abdidit altos  
Occiso pastore lupus, magnoque iuuenco,  
Consciis audacis facti, caudamque remulcens  
Subiecit paurantem vtero, etc.

Caudam remulcens, *inquit Turneb. Aduers. 21, 22. i. Reflectens: sic  
enim lupi et canes timentes reflectunt caudam, ut eam sub verenda redu-  
cant.* Sic et Demulcere aures pro Demittere dixit Lactantius. *vid.*  
DEMVLCEO.

REMVLCVS s. REMVLVVM. [*ῥυμῆλκος*] *Videtur esse omnis ma-  
chinatio, qua nauis suo instrumento destituta, et velut exarmata, vel qua-  
cunque alia causa sua ope non progredi valens, trahitur. Sic videntur  
conciliari posse diuersae virorum doctorum sententiae e diuersis locis hau-  
stae, quos proponemus, ut quisque videtur apertior.* Ifid. Or. 19, 4  
Remulcum funis, qua deligata nauis trahitur, vice remi. De quo  
Valgius, Hic mea me longo succedens prora remulco Lactantem gratis  
sistit in hospitiiis. Festus in Fragm. Remulco est, cum scaphae 90  
remis nauis magna trahitur. Caes. de B. Ciu. 3, 40 Cn. Pompeius  
submersam nauim remulco, multisque contendens funibus abducit.  
Liu. 25, 30 Marcellus noctu nauim onerariam cum armatis remulco  
quadriremis trahi ad Achradium iussit. Idem 37, 24 Contempla- 95  
tus Eudamus hostes claudas mutilatasque naues apertis nauibus remul-  
co trahentes. Hyginus apud Charis. 1 p. 108 *extr.* Ab Actio  
nauigantes stadia XL veniunt ad Isthmum Leucadiensium: ibi solent  
iteris minuendi causa remulco, quem Graece *πάκτωνα* dicunt, nauem tra-  
ducere. *Quidquid sit de nomine Graeco, intelligi videtur, fossa per Isth-  
mum ducta, adhibitis quocunque modo funibus, vel hominum manu vel iu-  
mentorum nisu tractis, transmissas breui itinere naues circumnauigationem  
procurrentis peninsulae compendi factam.* Aufon. Mofella 41 Et  
quum per ripas nusquam cessante remulco, Intendunt collo mulorum  
vincula nautae. Idem Epist. 2, 9 Profugaeque dabam pia vota  
carinae, solus adhuc te, nate, videns; celerisque remulci Culpabam 100

- properos aduerso flumine cursus. *Vtroque hoc loco iumenta in litore currentia aduerso flumine trabunt naues prora, et forte malo, deuinctas: quale quid me videre memini, ubi ex Fuldae et Werrae confluentibus ad Mundam Visurgis oritur.* Plura ex Graecorum praesertim comparatione dabunt Scheffer. de Mil. nauali 2, 5 p. 150 et Dion. Voss. ad Caesaris l. c. Vet. Gloss. Remulcus ῥομυλκων. vid. mox REMVLCO. ¶ 2 Translate Ammian. 18, 5 Non contis, nec remulco, ut aiunt, id est, non flexiloquis ambagibus vel obscuris, sed velificatione plena in rempublicam ferebatur.
- 10 REMVLCO, ãre. Potuerunt dicere Latini ex Graeco ῥομυλκῆν non minus quam ῥομυλκων illorum remulcum fecere. Dixerunt autem Polybius et Strabo ῥομυλκῆν de eo, cum vel ab altera nauis, vela iumentis in litore currentibus, nauis trahitur: funis, qui ad eam rem adhibetur; ῥομυλκῆν est. vid. Scheff. l. c. Nondum tamen alia verbi auctoritas prolata, praeterquam Non. 1, 282 cui tamen de etymologia credas caue. Remulcare dictum, ait, quasi molli et leui tractu ad progressum mulcere. Siffenna Hist. 1. 2 Si quae celeriter solui poterat, in altum remulcare trahit. Modo non fuerit apud Siffennam, remulco retrahit. Et video sic dare Vrsinum in Fragm. Histor. p. 44. Vet. On. Remulculo ῥομυλκῶν.
- 20 REMVNCLVS, i. m. Nauigium piscatorium, inquit Non. 13, 8. Sallust. Histor. 2 Primo incidit forte super (alii per) noctem in remunculo piscantis. Meminit et Gell. 10, 25. al. Lemunculus quod placuit etiam Mercero in Nonii l. c. al. Lembunculus. vid. Vrsin. ad Sallust. Fragni. c. 16 l. 2 extr.
- 25 REMVĻVS, i. m. Siluius cognomine, Rex Latinorum, ob impietatem fulmine ictus. Ouid. Fast. 4, 49 Iam tamen Agrippam natum Remulumque nepotem Viderat, in Remulum fulmina missa ferunt.
- REMVNĒRO, ãre. et REMVNĒROR, ãri. Depon. [ἀντιμισθῶ, ἀντιχαρίζομαι] Retribuere, compensare, beneficium reddere, gratiam referre, Munere aliquo, munus aliud compensare. Trai. ad Plin. Epist. 10, 57 Remuneranda est igitur probitas eorum, etc. Cic. Post red. in Senat. 30 c. 12 pr. Quibus autem officiis T. Annii beneficia remunerabor? Idem Att. 8, 1 Tu si tibi eadem causa est, me remunerare sane velim. Hoc te Officio remunerent Qu. Cic. de Petit. Consul. 29 c. 9 extr. Remunerare praemio Caes. Bell. Gall. 1, 44. add. Quinctil. Decl. 2. Papin. Ict. D. 17 t. 1 l. 17. Cic. Fam. 9, 8 Ut possem te Remunerari quam simillimo munere. Suppliciiis his te remunerabor Catull. ad Caluum 14, 24. Ad remunerandum nihil suppetit praeter voluntatem Cic. Fam. 15, 13.
- 40 REMVNĒRĀTVS, a, um. Partic. Gell. 18, 13 Facete Diogenes sophisma remuneratus.
- REMVNĒRĀTIO, ōnis. f. [ἀντιμισθῶν Gloss. Lat. Gr. ἀντιμισθῶν, ἀντιχαρίζω] Cic. de Amicit. 49 c. 14 Nihil est enim remuneratione benevolentiae, nihil vicissitudine studiorum officiorumque iucundius. Idem Off. 2, 68 c. 20 A quo enim expeditior et celerior remuneratio fore videtur, in eum fere est voluntas nostra propensior.
- REMVNĒRĀTOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 36 A Deo remuneratore. add. Vulgat. Ebr. 11, 7.
- REMVNĒRĀBĪLIS, e. Adj. Sarisb. Ep. 143 Remunerabilius est exulem ad bonorum participium inuitare.
- 50 REMVRIA, ōrum. n. Pl. Remi occisi funesti dies. Apud Ouid. Fast. 5, 451 sqq. Remi interfecti umbra petit, diem sibi festum celebrari: v. 479
- Romulus obsequitur, lucemque Remuria dixit  
Illam qua positis (sepultis) iusta feruntur auis.  
Aspera mutata est in lenem tempore longo  
Litera, quae toto nomine prima fuit.  
Mox etiam Lemures animas dixere silentum,  
Is verbi sensus, vis ea vocis erat.
- 60 REMVRĪNVS, a, um. Adj. ut, Remurinus ager dictus, Quia possessus est a Remo. et Remi habitatio Remona: sed et locus in summo Auentino Remoria dicitur, ubi Remus de vrbe condenda fuerat aspiciatus. Paullus apud Festum. Vid. etiam fragm. j. schedas p. 86 unde etiam Remonium vel Remorium exsculpunt viri docti, habitationem Remi.
- 65 REMVRMŪRO, ãre. [ἀντιμορμύρω] Contra murmurare. Stat. Silu. 5, 1, 153
- Qualiter alta comam siluarum gloria pinus,  
Seu Iouis igne malo, seu iam radice soluta.  
Deficit, et nulli spoliata remurmurat aurae.
- 70 conf. Fortunat. 3 extr.
- REMVS, i. m. [Ῥῶμος, Ῥέμος] Filius Martis et Ilae, a fratre Romulo interemptus, ut scribit Liu. 1, 5 etc. Post cuius mortem, oborta pestilentia, consulto oraculo responsum est, placandos esse manes fratris extincti: ob quam rem sella curulis cum sceptro et corona, et caeteris regni insignibus semper iuxta fancientem aliquid Romulum ponebatur, ut pariter imperare videretur: vnde est illud Virg. Aen. 1, 296 Cana Fides, et Vesta — Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt. Haec Seruius. Tibul. 2, 5, 24 Romulus aeternae nondum firmaverat vrbs Moenia, consorti non habitanda Remo. De ratione nominis ita Victor de Orig. Gent. Rom. Romulum a virium magnitudine appellatum: nam Graeca lingua ῥώμην virtutem dici, certum est: alterum vero Remum dictum a tarditate, quippe talis naturae homines ab antiquis remores dicti. Conf. REMORA, REMVRIA, REMVRINVS.
- 85 RĒMVS, i. m. [ῥῶμη, ῥῶμη, ῥῆμος] Instrumentum quo naues aguntur. Cic. Verr. 1, 134 Quam multos esse oporteret, ex ipso nauigio, quod erat factum sex remorum numero, coniciebant. Non. 4, 393 Remi, sunt nauales pedes, (i. pro pedibus sunt in nauis) sicuti plerumque remos remiges Virgillii auctoritate possumus dicere, ut
- 90 Aen. 5, 153 — Quam deinde Cloanthus  
Consequitur melior remis, sed pondere pinus  
Tarda tenet.
- Breues remi Iuuen. Sat. 15, 128. Cic. Acad. 4, 19 Neque vero hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo, aut de collo columbae, respondeam. i. Cur in aqua inflexus videatur. Lenti remi Sen. Hippol. f. 3. Validi Valer. Argon. 2, 311. ¶ 2 Verba: Abstergere remos Curt. 9, 9, 16. Adiacere vela remis Ouid. de Rem. Amor. 790. Admotum fretum remis Ouid. Met. 6, 512.
- 100 Aptare remos Virg. Aen. 5, 753. Certantibus aequora remis Idem ibid. 3, 668. Confisa minutis remis cymba Propert. 1, 11, 9. Consursum ordine terno remi Virg. Aen. 5, 120. Conorsit remum in hostem Lucan. 3, 671. Conuulsum remis dehiscit aequor Virg. Aen. 5, 143. Detergere remos transcurrentes Caes. Bell. Ciu. 1, 58
- 105 pr. Dare aliquem ad remum, vid. in Praepositione AD. Duce

re remos Ouid. Met. 1, 294. Franguntur remi Virg. Aen. 1, 108.  
 Impellere remos Idem ibid. 4, 594. Impellere nauim remis, i.  
 Remigare Cic. Tusc. 4, 9. Impellit aquora properantibus remis  
 Ouid. Met. 3, 65. Incumbere remis Idem de Arte Am. 2, 731.  
 Incumbere validis remis Virg. Aen. 5, 15. Incuruans lentos gurgite 5  
 remos Catul. Argon. 62, 183. Inhibere remos, vid. INHIBEO.  
 Ineunt grauibus certamina remis Virg. Aen. 5, 114. Ouid. Met.  
 5, 558 *pulchra metaphora*, Posse super fluctus alarum Insistere remis  
 Optastis. i. *Posse volare*. Insurgere remis Virg. Aen. 3, 207. *Nempe ut validiore nixu incumbant remiges, prius insurgunt*. Intenta remis 10  
 brachia Virg. Aen. 5, 136. Lentandus remus in vnda Trinacria,  
 Virg. Aen. 3, 384. i. *fretum Siculum nauigandum*. vid. LENTO. Ob-  
 sistunt remis freta Ouid. Epist. 13, 5. Peragit freta agili remo  
 Idem ibid. 15, 65. Perstant in verberere remorum Ouid. Met. 3, 662.  
 Petit maria agmine remorum celeri Virg. Aen. 5, 211. Petere 15  
 aquora summis remis Lucan. 3, 532. Pulsata freta remis resonant  
 Sen. Octau. 6. Propellere remis Cic. Tusc. 4 c. 5. Reducere  
 remum ad pectora Ouid. Met. 11, 402. Reguntur rates remo Ouid.  
 de Arte Am. 1, 3. *al. Mouentur*. Sollicitare freta remis Virg.  
 Georg. 2, 503. Stringere remos Idem Aen. 1, 556. Subdu- 20  
 cere remos Ouid. Met. 11, 486. Torfit aquas remis Idem Fast. 5,  
 644. Verrunt vada remis Virg. Aen. 6, 320. Verrebant  
 freta demissi remi Ouid. Amor. 3, 8, 42. Remis ventisque lacuam  
 cuncta cohors petiuit Virg. Aen. 3, 563. *Prouerbialiter*: Cic.  
 Fam. 12, 25 Atque inde Ventis remisque in patriam omni festinatione 25  
 properaui. *Vetus codex* Ventis remis per *afyndeton*. *conf. Interpr. ad*  
 Sil. 1, 566. A remo ad tribunal, vid. A vel AB *Praepositiones*.  
 Corporis remos, pro *Brachiis natantis dixit* Ouid. Epist. 18, 215.  
 Pennarum remos dixit Sil. 12, 98.

REMIGO, are. [*ῥέγω, κωπηλατέω*] Remis nauigare. Cic. Tusc. 30  
 4, 9 c. 4 *extr.* Vtrum igitur mauis: statimne nos vela facere, an  
 quasi e portu egredientes, paullulum remigare? Plin. 32, 1 Tenuit  
 et nostra memoria Caii principis ab Astura Antium remigantis. Liu.  
 6, 4 Qui non remigasset Romam. *Poëtis uerbum varius: nondum*  
*obseruauit nisi* Prop. 4, 6, 47 Nec te quod classis centenis remiget alis, 35  
 Terreat.

REMIGANS, antis. Partic. Sen. Epist. 122 *extr.* Contra aquam  
 remigantes.

REMIGATIO, ðnis. f. [*ῥεσιῶ*] Cic. Att. 13, 21 Inhibitio autem  
 remum motum habet, et uehementiorem quidem remigationis na- 40  
 uem couertentis ad puppim.

REMEX, igis. m. [*ῥέτης, κωπηλάτης, πρόσκωπος*] Qui remos agit  
 et remigandi ministeria *mancipatus est*. Plaut. Merc. 4, 2, 5 Sed coquos  
 quasi in mari solitus est hortator remiges hortarier. Cic. de Dinin.  
 2, 114 c. 55 Quid, inquires, remex ille de classe Coponii, nonne ea prae- 45  
 dixit quae facta sunt? Caes. Bell. Gall. 3, 9 Naues interim lon-  
 gas adificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum, remiges ex  
 prouincia instituit, nautas, gubernatoresque comparari iubet. Ictus  
 remigis Ouid. Amor. 3, 6, 3. Officium remigis Idem Met. 15, 367.  
 Classis infirma propter dimissionem propugnatorum et remigum Cic. 50  
 Verr. 5, 85. Opem remigis addere uelo Ouid. de Arte Am. 1, 368.  
 Aeri remige uelocem agit Pristin Virg. Aen. 5, 116. Remige iter car-  
 pere Ouid. Trist. 1, 9, 4. Exercere remiges Nep. 10, 9, 2. Ex-  
 plere numerum nautarum et remigum Cic. Verr. 3 c. 54. Exstru-  
 cti remigis ordo quater surgens Lucan. 3, 525. Imperare remiges 55  
 Cic. de Orat. 2, 40.

REMIGIUM, i. n. [*ῥεσιῶ*] Remorum agitatio et remigatio, item  
 Remiges et Remi adeo. Virg. Georg. 1, 202 Non aliter, quam qui ad-  
 uerso uix flumine lembum Remigiis subigit. Sed Aptae remigio  
 aquae Ouid. de Arte Am. 2, 196. Nudum remigio latus nauis Hor. 60  
 Carn. 1, 14, 4. i. *detersis remis*. Aptat remigio biremes Virg. Aen.  
 8, 80. Findere aquas remigio Ouid. Fast. 3, 586. Meo re-  
 migio rem gero Plaut. Mil. 3, 1, 152. *Prouerbiale est, Illis uelint nolint*  
*pauendum est, quum mei sint.* ¶ 2 Remigium, ad aues  
 transfertur, quoniam alis, ueluti remis quibusdam, ad diffindendum aërem 65  
 utuntur. Virg. Aen. 1, 300 — Volat ille per aëra magnum Re-  
 migio alarum. *Conf. Idem 6, 19.* Pennarum remigium Lucret.  
 6, 743. *Metonym.* Remigium, Remigum multitudo Virg. Aen.  
 3, 271 Remigium supplet, socios simul instruit armis. Sic Vitiosum  
 remigium Vlyssis Hor. Epist. 1, 6, 63. i. *Socii, a Circe corrupti*. Re- 70  
 miges in ipso opere suo allaborantes notat Cic. Tusc. 5, 14 Quae pugna,  
 quae acies, quod remigium, qui motus hominum, etc.

REMILLVS, a, um. i. e. Repandus, ut docet Festus, instar remi,  
 qui dum lentatur, aliquantum pandatur, praeterquam quod magis etiam  
 inflexus in aqua uidetur. 75

REMIPES, edis. Aufon. Mosell. 201 Remipedes lembi. Idem  
 Epist. 3, 13 Anates remipedes. Sic quoque legendum uidetur in Varronis  
 illo apud Non. 6, 65 Neque quassagi pennas anates, tremipedas (*leg.*  
 remipedes) buxeis rostris pecudes.

REMIVAGVS, a, um. *Vt, Remiuaga celox Varr. ap. Non. 13, 1.* 80

REMUTO, are. Tacit. de Orat. 19, 2 Vidit namque conditionem  
 temporum et diuersitates auctorum, formam quoque ac speciem ora-  
 tionis remutandam. *Al. Mutandam.*

## R E N

85

REN, renis. m. [*νεφός*] Renes sunt intestinum illud nigrum, gemi-  
 num, quod lumbis ad summam coxas inhaeret: dictos uolunt a *ῥῆ ῥένον*,  
 fluere, quod riuus urinae et spermatis ab his oriantur. Plaut. Curc. 2, 1, 21  
 Sed quid tibi est? c. lien necat, renes dolent, pulmones distrahun- 90  
 tur. Dolor renium Scribon. 125. Tumor renium 143, 144.  
 Humores qui ex renibus vesicaque profunduntur, i. *Vrina* Cic. de  
 Nat. Deor. 2, 157. Idem Tusc. 2, 60 c. 25 Quum ex renibus labo-  
 raret, ipso in eiulatu clamitabat falsa esse illa, quae, etc. Renibus  
 laborantes Scribon. 93. Tentantur renes morbo acuto Hor. 95  
 Serm. 2, 3, 163. Vexati renum dolore Scribon. 169. ¶ 2  
 Renes, pro *Lumbis ipsis*. Nemesianus in *Cynegeticis* 112 Renibus am-  
 pla fati validis, diductaque costas. *Vfus est simili significatione* Aulo-  
 nius Epigr. 13 *Si probamus lectionem Tollii*, Vtere rene tuo. Sed me-  
 lior, honestior quidem uidetur illa Aldi, Dicebam tibi, Gallia, senesci- 100  
 mus, effugit aetas, Vtere rene tuo: casta puella anus est. *conf.*  
 RENES.

RENVLVS, i. m. Oct. Horat. 4.

RENICVLVS et RENVCVLVS. Dimin. Marc. Empir. 26.

RENALIS, e. Adi. Caes. Aurel. Tard. 5, 3 Renalis passio. Rena- 105  
 libus laborare vitiis Idem ibid.

RENŌSVS vel RIENŌSVS, a, um. Vet. Gloss. Rienofus, νεφρικός.

RENANCISCOR, ēris, nactus sum, sci. Reprehendo. Festus, Renanciscitur significat reprehendit: unde adhuc nos dicimus Nanciscitur, et Nactus, id est adeptus.

5 RENARRO, āre. [ἐπανάειμι] Narrando repetere et referre. Virg. Aen. 3, 717 Sic pater Aeneas intentis omnibus vnus Fata renarrabat diuūm, cursusque docebat. Ouid. Met. 6, 316 Vtque fit, a facto propiore priora renarrant.

RENASCOR, ēris, natus sum, sci. [ἀναφύω] Iterum nasci. Plin. 11, 29 Deinde ad Canis ortum obire, et alias renasci. Ibid. 37 Equus septimo anno dentes omnes habet et renatos et immutabiles. Liu. 26, 41 Vt reuixisse, aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat. Cic. Tusc. 1, 24 Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec a se aliud creabit. Ardor occultus renascitur

15 sub corde Stat. Achil. 2, 315. Cic. ad Brut. 4 Neu semper primi cuiusque mali excidendi causa sit, vt aliud renascatur illo peius. Qui mihi Pennas inciderunt, nolunt eandem renasci Cic. Att. 4, 2.

RENASCENS, entis. Partic. [ἀναφύων] Vt, Renascens annus, pro Primo Vere. Plin. 16, 25.

20 RENĀTVS, a, um. Aliud Partic. [ἀναπεφυκός] Vt, Flumen rursus renatum nouo fonte Lucan. 3, 262. Dentes renati Plin. 11, 37. Dies renatus Senec. Troad. 1. Cic. ad Brut. 13 Renatum bellum est, idque non paruo scelere Lepidi. Conf. Idem Fam. 11, 11. Renata vrbs Liu. 6, 1. De nihiloque renata forent quaecunque vide-

25 mus Lucret. 1, 675. Hinc,

RENASCIBILIS, unde RENASCIBILITAS, apud Augustin.

RENATO, āre. Rursus post nouem annos eodem renatato itagno Augustin. de C. D. 18, 17.

30 RENAVIGO, āre. [ἀναπλέω] Nauigando redire. Cic. Att. 14, 16 Post in Puteolana et Cumana regna renauigare. Plin. 6, 23 Ex India renauigant mense Aegyptio Tybi incipiente. Acheron inuius renauigari Sen. Herc. Fur. v. 716.

REN AVO, āre. Affertur Cic. Att. 1, 14 extr. Renauabo operam. b. e. Diligenter ac celeriter praestabo. Sunt qui seiunctim legant, Renauabo: sunt qui Renouabo. Nunc editur, Video hominem valde petiturire; nauabo operam.

RENECTO, ēre. Cornipedis simul hunc lux indiscreta renechit Auien. Phaenom. Arat. v. 475.

40 RENO, ēre. Stant rata, non vlla fila renenda manu Albinouan. ad Liu. v. 444. Est igitur dissoluere neta.

RENĪDEO, ui, ēre. [σίλω] Resplendere. Proprium esse aiunt aeris, quum politum et laeuigatum fuerit. Quae mihi verior videatur sententia, mox dicam in RENIDENS. Interim verum est, de splendore rerum a politura vel aliunde lucentium dici. Stat. Theb. 10, 654 Emicat effigies, et sparsa orichalca renident. Hor. Carm. 2, 18, 1 Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. b. e. Fulget, Porphyr. Idem 2, 5, 19 Renidet mari luna. Oratio renidet Quinctil. 12, 10.

45 ] 2 Proprium tamen magis putamus Renidere, pro Ridere, [μαδάω, μνδάω] Catul. in Egnatium f. 39, 1

50 Egnatius, quod candidos habet dentes, Renidet vsquequaque: seu ad rei ventum est Subsellium, quum orator excitat fletum, Renidet ille: seu pii ad rogam filii Lugetur, orba quum flet vnicum mater, Renidet ille: Quidquid est, vbicumque est, Quodcunque agit, renidet.

55 Paulo post, Nam risu inepto res turpior nulla est. Renidet ergo siue dubio est Ridet: unde Renidere dicitur, quidquid hilarem aliquam speciem prae se fert. quo sensu transfertur etiam ad inanimata. Hor. Carm. 3, 6, 12 Et adiecit praedam Torquibus exiguis renidet. i. gaudet cum risu. Apul. Met. 6 p. 187, 15 Flor. Venus renidens exitiabile.

RENĪDENS, entis. Partic. [σίλω] Resplendens: vt, Domus auro renidens Lucret. 2, 27. Falsum vultu renidens Tac. Ann. 4, 60.

65 Stat. Theb. 12, 688 Fictumque ac triste renidens. Etiam Liu. 35, 49 de suauis risu narrantis fraudem culinae. Aere renidenti fluctuat tellus, i. Splendet armis rutilantibus Virg. Georg. 2, 281. Renidenti Cortice Chiae ficus Calpurn. Ecl. 2, 81. i. leuiter fissa. Flores et Arbores renidentes Apuleio restitui vult Heinsh. ad Ouid. Fast. 4, 430. Lares

70 renidentes laudantur Hor. Epod. 2, 65. h. e. Splendentes, aut vultu, aut garrulitate. Acron. Sed totus locus inspiciendus est, Positosque vernas, ditis examen domus, circum renidentes lares: pertinet ad Vernas. Ouid. Met. 8, 197

Puer Icarus vna

75 Stabat, et ignarus sua se tractare pericla, Ore renidenti modo quas vaga mouerat aura Captabat plumas. b. e. Ore hilari, laeto, et ridenti.

Vtitur et Flacc. Arg. 4, 234 Ore renidenti lustrans obit, de vultu ad contentum cum irrisione composito. Vid. quos laudat Burm. ad h. l.

80 Acro in illud Hor. Serm. 2, 7, 38 Nasum nidore supinor: Nidor, inquit, a nimio odore tractum, seu risu: unde et Renidet. Ibid. Porphyr. licet falso, Nidorem pro risu posuit, a quo verbum fiat Renideo. Puer renidens Stat. Theb. 4, 789 non est Labra contrahens, vt vult Lactantius, sed leniter os ad loquendum aperiens. Forte huc etiam pertinet Ouid. Met. 10, 58 Inque sinu iuuenis posita ceruice renidens Sic ait. Quin et illud, quod de Ore renidenti Icarum dedimus ex Met. 8, 197. Et sollicitor putare totum hoc verbum primo ortum a gestu gratum sibi odorem substrictis aliquantum naribus, et hiscente paulum ore captantium: qui idem contemptim iridentium, et loqui incipientium,

90 blande praesertim, gestus est. Conf. Ouid. de Arte Am. 2, 49. et Sen. Hippol. 277.

RENIDESCO, ēre. Inchoatium. [ἀνασίλω] Lucret. 2, 328 Fulgur ibi ad caelum se tollit: totaque circum Aere renidescit tellus. b. e. splendore armorum perfusa hilaritatem quandam prae se fert, et quasi risu diffundit spectatorem. Lambin.

RENIDENTIA, ae. f. Animaduertere alicuius nutus et renidentiam Tertull. de Anima c. 49.

RENĪTEO, ui, ēre. [ἀποσίλω] Valde nitere, q. d. nitorem reddere. Plin. 37, 6 l. 23 Arabicae (Sardoniches) excellent candore circuli praelucido atque non gracili, neque in recessu gemmae aut in deiectu renitente, sed in ipsis vmbonibus nitente, praeterea substrato nigerrimo colore. Hard. leg. ridente. Conf. Solin. c. 52.

RENĪTOR, ēris, nixus vel nixus sum, niti. [ἀντεράδω] Contra, vel aduersum niti. Liu. 5, 49 Quum illi renitentes pactos dicerent se se, negat eam pactionem ratam esse. Plin. 2, 82 Postesque alterno pulsu

pulsi renitentes. Ammian. 18, 2 Renitebatur firmissime Caesar.  
Celf. 5, 28 Si magis id renititur. Sanis consiliis male renitens  
Sulp. Seu. 1, 20, 8.

RENIXVS, vel RENISVS, ūs. m. [*ἀντίρροισ*] Celf. 5, 28 de  
fflulis, At cartilago ubi subhaesit, ipsa sedes docet, peruentumque  
esse ad eam ex renixu patet.

RENO, āre. [*ἀνανήχομαι*] Iterum nare, aut natando redire Al-  
binou. ad Liu. 432 Nullaque per Stygias umbra renauit aquas.  
Hor. Epod. 16, 25 Simul imis saxa renarint Vadis leuata.

RENO, vid. RHENO.

RENODIS, e. Fuit statura procerus, capillo renodi et crispo Ca-  
pitolin. in Albino c. 13. *i. velut in nodos reflexo.*

RENODO, āre. [*ἀνακλιζω*] In nodum constringere. Hor. Epod. 11 extr. Aut  
teretis pueri longam renodantis comam. 2. Nodum  
dissoluo, nodis soluo. *διαλύω*, renodo, dissoluo Vet. Gloss. Valer. Ar-  
gon. 5, 38 Teque renodatam pharetris, ac pace fruentem.

RENORMATVS, a, um. Ager iussu Caesaris Augusti limitibus  
nominis eius renormatus Frontin. de Colon. p. 104 et 137. *i. denuo  
ad normam exactus.*

RENŌVO, āre. [*ἀνανεώω, ἀνακαινίζω*] Rursus s. ex antiquo nouum  
facere. Cic. Acad. 1, 21 Inimio vero et istam, et totam veterem Aca-  
demiā aqua absorptam diu, renouari a te, nisi molestum est, velim.  
Ager renouatur aratro Ouid. Trist. 5, 12, 23. Amicitia ac socie-  
tas renouata Liu. 34, 31. Amores veteres renouamus desiderio  
Catul. ad Caluum f. 93, 3. Hirt. de Bell. Afric. c. 18 (17) At co-  
hortes suis ex terrore firmatis, rursusque renouatis Animis legionarios  
conuersis equitibus, etc. Cic. de Orat. 2, 199 Animos Equitum  
Romanorum, apud quos tum, Iudices, causa agebatur, ad Q. Caepionis  
odium, a quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam, atque  
renocabam. Idem de Inuent. 2, 49 Animus aut renouatur ad ea  
quae restant, aut omnibus iam dictis exsuscitatur. Annos renoua-  
uerat Titan Tibul. 4, 1, 113. Aratrum renouans terram Ouid.  
Trist. 4, 6, 13. *i. nouis feminibus suscipiendis parans.* Arium renou-  
auerat taurus Ouid. Met. 15, 125. Bellum renouare Caes. Bell.  
Gall. 3, 2. Campus renouatur aratris Ouid. Amor. 1, 3, 9. Ca-  
sus omnes renouare Virg. Aen. 2, 750. Clamorem renouare Liu.  
34. Cic. Fam. 7, 18 Multa mihi crede, assequere: ego enim  
renouabo commendationem, sed tempore. Consilia belli Caes.  
Bell. Gall. 8, 1. Cic. post red. ad Quir. 8 Frater erat vnus, qui  
suo squalore vestros oculos inflecteret: qui suo fletu desiderium mei,  
memoriamque renouaret. Cic. de Lege Agr. 2, 54 Hic quoniam  
video vos hominis dignitate, et contumelia legis esse commotos, re-  
nouabo illud, quod initio dixi, regnum comparari, libertatem vestram  
hac lege funditus tolli. Virg. Aen. 2, 3 Infandum, Regina, iubes  
renouare Dolorem narrandis calamitatibus nostris. Vid. mox Recordatione  
renouare. Liu. 1, 14 Foedus inter Romam Lauiniumque  
vrbes renouatum est. Honores Cic. Q. Fratr. 2, 11. Idem  
pro Deiot. 8 Tu vetus Hospitium renouare voluisti. Humum  
Martial. 2, 74. Cic. Verr. 1, 68 Hoc institui, atque adeo institum  
tum referri atque renouari moleste ferunt. Cic. Acad. 1, 11 Haec  
inclusa habebam, et ne obsolescerent, renouabam, quum licebat, legendo.  
Locationem Vlp. in l. Item quaeritur §. vlt. D. Locati.  
Luctus renouabantur acerbi Tibul. 2, 6, 41. Cic. pro Muraen.  
16 Et vt Scaurus Memoriam prope intermortuam generis sui, virtute  
renouaret. Idem Verr. 5, 136 Renouabitur prima illa Militia,  
quum iste e foro abduci, non vt ipse praedicat, perduci solebat. Ope-  
ram Cic. Att. 1, 14. Idem pro Muraen. 33 Tantum tamen confi-  
lio atque auctoritate valuit, vt se, rege Armeniorum adiuncto, nouis  
Opibus copiisque renouarit. Nuptias Papin. in l. Inter §. vlt. D.  
de pact. dotalib. Orationem Cic. de Inuent. 1, 100. Prae-  
lium Caes. Bell. Gall. 3, 20. Cic. de Fin. 1, 57 Stulti malorum memo-  
ria torquentur, sapientes bona praeterita grata Recordatione reno-  
uata delectant. Cic. A. 1 in Verr. 11 c. 4 Quum in Cn. Dolabel-  
lam Scelus suum illud pristinum renouauit, et instaurauit quaestorium.  
Seruitutem Iabolen. in l. Si locus D. Quemadm. seruit. amit. Cic. 65  
Fam. 12, 27 Quod Societatem Reip. conseruandae tibi necum a patre  
acceptam renouas, gratum est. Idem de Diuin. 2, 7 Quod quum  
accidisset nostrae Reip. tum pristinis orbatu muneribus, haec Studia  
renouare coepimus, vt et animus molestus hac potissimum re leuaretur,  
et prodessemus ciuibus nostris qua re cunque possemus. Vlcera  
renouare Scribon. 217. Vulnura alicuius Ouid. Trist. 2, 209.  
Renouare a. Quinctil. 6, 3 pr. Animum a satietate vel a fatigatione  
renouat. b. e. *Recreat vel instaurat, et reficit, de risu. Obs. In. MSS.  
permiscuntur Renouare et Reuocare. vid. Drakenb. ad Sil. 14, 112.*

RENOVATVS, a, um. Partic. [*ἀνανεωθεὶς*] Quinctil. 1, 3 Ita-  
que et virium plus afferunt ad descendum renouati ac recentes. Ager  
renouatus Ouid. Met. 1, 110. Clades domus renouata Iuuen. Sat.  
10, 243. Lucifer renouatus vnda Oceani Sil. 7, 639. Senectus  
renouata in florem redit Ouid. Met. 7, 215. Stellae altae et re-  
nouatae Cic. de Nat. Deor. 2, 118. Templum Honoris a M. 80  
Marcello renouatum Cic. de Nat. Deor. 2, 61 c. 23. Testamen-  
tum renouatum Vlpian. in l. In fraudem §. j. D. de milit. testam. Sic  
quidem habent Pandectae Florentinae, Reuocatum Haloander.

RENOVATIVVS, a, um. Vt, Renouatiuum fulgur vocatur,  
quum ex aliquo fulgure functio fieri coepit, si factum est simile ful-  
gur, quod idem significet. Festus.

RENOVATIO, ōnis. f. [*ἀνανεώσις, ἀνακαινώσις*] Cic. Att. 6, 1  
Confeceram vt soluerent centesimis sexennii ductis, cum renouatione  
singulorum annorum, descriptio Anatocismi. Idem de Clar. Orat.  
150 c. 71 Vsurpatione et renouatione doctrinae. Renouatio timo-  
ris Cic. Fam. 11, 18.

RENOVĀMEN, inis. n. Idem. [*ἀνακαινώσις*] Ouid. Met. 8,  
729. Forma semel mota est, et in hoc renouamine mansit.

RENOVĀTOR, ōris. m. Inscript. apud Fabrett. p. 102 INSTI-  
TVTORI. NOVOR. AC RENOVATORI OBR. OPE-  
RVM PUBLICORVM.

RENOVELLO, āre. [*ἐνανεώω*] Idem quod Renouare. Colum.  
de Arbor. c. 6 Eiusmodi itaque vinea si non aridos in corpore habet  
truncos, et flecti potest, factis fulcis optime sternitur, atque ita re-  
nouellatur.

RENVBO, ēre. Denuo nubere. Etsi non delinquas renubendo  
Tertull. ad Vxor. 1, 7.

RENVDS, a, um. Quasi retro nudus. A fronte quidem prote-  
ctae, qua autem proprie caput est, renudae Tertull. de Vel.  
Virg. c. vlt.

RENVD O, Ære. *Nudare denuo, quod tectum erat.* Nisi tectum, parietem, ianuas, partesque alias operis renudet Arnob. 2 p. 98. Add. Mart. Capella 1 p. 15.

RENVDATVS, a, um. Brachiis humero tenus renudatis Apul. 5 Met. 8 p. 214. Conf. Idem ibid. 2 p. 122.

RENVMERO, Ære. [*ἐπαναριθμῆω*] *Retro numerare et reddere, quod ante nobis numeratum fuerat, ut aurum, dotem, etc.* Ter. Hec. 3, 5, 52 Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.

RENVN CIO vel RENVN TIO, Ære. [*ἀπαγγέλλω*] *Referre quid actum sit, quid, dixerit, velit, responderit aliquis, in primisque conuenit, ubi quis missus est. Ut Renunciare Legationem. i. referre, quid ea actum sit* Liu. 35, 32, 8. Plin. Ep. 4, 9, 20. *Burm. ad Quintil. 7, 4 p. 634.* Cic. Verr. 3, 132 *Fremebat tota prouincia, nemo id tibi renunciabat?* Idem pro Cluent. 143 c. 52 *Nam hoc*

15 *perfaepe dixisti, tibi sic renunciari, me habere in animo causam hanc praesidio legis defendere.* Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliae filiae tuae Cic. Fam. 4, 5. Id. Verr. 3, 73 *Qua*

20 *de re Agyrinenses magistratus, et Quinqueprimi, quos tui quaestus causa euocas, acta et imperia tua domum ad Senatum suum renuncia-*

20 *uerunt: quorum renunciatio legibus illorum literis publicis mandata est. Rem gestam Milesiis renunciauerat* Cic. Verr. 1, 88. Idem pro Cluent. 143 *Quisnam tibi hoc renunciauit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narraui?* Ut nobis renunciatur Cic. pro Cluent. 163.

25 *Ter. Andr. 3, 2, 28* Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, ut sis sciens, ne tu mihi hoc posterius dicas, Dauis factum consilio, aut dolis. Cic. Act. in Verr. 2, 19 *Renuncio, inquit, tibi, te hodiernis comitiis esse absolutum.* Idem de Orat. 1, 230 *Pedem nemo*

*in illo iudicio supplot, credo ne Stoicis renunciaretur.* Renunciare alicui de re aliqua Plaut. Men. 2, 3, 67. Renunciare ad patrem, dixit Plaut. 1, 3, 49. *Observatu dignum illud* Quintil. 12, 11, 10 *ubi post obiectionem propositam subiicit, Sed hi primum renunciant*

30 *sibi, quanta sit humani ingenii vis etc. i. cogitent, considerent, ad animum reuocent.* ¶ 2 *Saepe vero Renunciare est, vel verbis vel nuncio irritum reddere, de quo conuentum erat.* Tacit. Ann. 2, 70, 3

35 *Componit epistolas, quibus amicitiam ei renunciabat.* Ter. Phorm. 4, 3, 72 *Illis repudium renunciet, hanc ducat.* Cic. Verr. 141 c. 54 *Itaque renunciat Rabonius illam decisionem tutoribus: accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Iunius patruus.* *Hic*

40 *Conductionem renunciare, est Irritam renunciare, ut recte monet* Asconius. *Deposito* Vlpian. l. Si homines §. Quoties D. Depositi. *Exceptionibus renunciare, Profiteri, se iis non usurum* Vlpian. in l. Sed et si quis §. Quaesitum est D. Si quis caution. *Excusationi renunciare* Vlpian. in l. Praetor. §. vlt. D. de vacation. muner. Cic. Verr. 2, 89 *Itaque iste vehementer Sthenio infensus, Hospitium ei*

45 *renunciat, domo eius emigrat. i. Denunciat sese nolle amplius hospitari in domo eius.* Liu. 25, 18 *Badium Campanum T. Quintio Crispino Rom. palam omnibus renunciare hospitium. Nihil sibi cum eo*

*consociatum, nihil foederatum hosti cum hoste — Si vir esset, congrederetur.* *Legationi renunciare* Paullus in l. Si absentis D. de legation. 50 *Ciuiilibus Officiis* Quintil. 10, 7. *Societati renunciare* Vlpian. in l. Si conuenerit, et Paullus in l. Actione D. pro Socio. *Societatem alicui renunciare* Liu. 38, 31. *Vitae* Suet. Galb. 11. *His cognatum illud* Senec. de Clement. 1, 9 *Renunciari*

55 *extemplo Amicis, quos in consilium rogauerat, imperauit. i. indicari, mutato consilio nihil se eorum opera in praesens usurum.* ¶ 3 *Est comitorum verbum, cum praecoris voce, quis suffragiis electus sit, populo indicatur.* *Consulem renunciare* aliquem Cic. de Orat. 2, 260 c. 64. *Praetorem* Idem de Lege Manil. 2 c. 1. Cic. Verr. 2, 129 *de sacerdotibus Iouis, Perfecerat iste imperio, ut pro suffragio Theo-*

60 *mnastus familiaris suus in tribus illis renunciaretur.*

RENVN CIATVS, a, um. Partic. *Praeter superiora.* Plin. Pan. 92 *Tuo iudicio Consules facti, tua voce renunciati sumus. i. Declarati. Ex altera significatione* Cic. A. 1 Verr. 16 c. 6 *Redemptio est huius iudicii grandi pecunia facta. Mansit in conditione atque pacto*

65 *vsque ad eum finem, dum reiectio iudicium facta est. Quod et in sortitione istius spem Fortuna Populi Rom. et in reiciendis iudicibus mea diligentia istorum impudentiam vicerat: haec renunciata est tota conditio.*

RENVN CIATIO, ònis. f. [*ἀπαγγελία*] *Relatio.* Cic. Verr. 70 3, 88 c. 39 *Caesio renunciat se dedisse: cognoscite renunciationem ex literis. Vox comitorum est, ut RENVN CIARE n. 3. Non idem est ordo dignitatis et renunciationis* Cic. pro Mur. c. 8. *Suffragiorum renunciatio* Id. pro Planc. 14. *Renunciatio dicitur Recusatio eius rei, quae in pactum et promissionem venerat, Asconius ad Cic. A. 1*

75 *Verr. 16 c. 6. Vlpian. in l. Verum est, in fine D. Pro socio, Voluntate distrahitur societas renunciatione. Renunciatio, Testimonii genus, cuiusmodi edere solent archiecti et magistri uniuscuiusque officii, quum opus est, qui propterea publice sacramento adiguntur.* Vlpian. in l. 1 in princ. D. Si mentor falsum modum dixerit, *Aduersus mentorem agrorum Praetor in factum actionem proposuit, a quo falli nos non oportet: nam interest nostra, ne fallamur in modi renunciatione.*

80 *RENVN CIATOR, òris. m. Tertull. de Anima c. 57. et de Pallio c. 4.*

85 *RENVN CIVS, i. m. [ἀνάγγελος] Qui aliquid renunciat.* Plaut. Trin. 2, 1, 22 *Cantrices, cistellatrices, nuncii, renunci.* Theod. Cod. 3 t. 7 *Taciti nuncii, renunciique corrupti.*

*RENVO, ui, utum, Ære. [ἀνάνομαι, ἀπαγορεύω] Respuere, et nutu, similiue signo aliquo ostendere, aliquid sibi displicere, et hinc negare, ac*

90 *per Metonymiam nequire.* Martial. 2, 14 *Renuente Deo.* *Nullum conuictum renuere* Cic. pro Cael. 27 c. 11. *Fato renuente nos* furios Sil. 10, 49. *Metro renuente* Prudent. Perist. 4, 162. *Oculo renuente negauit* Ouid. Epist. 17, 89. *Quibus superciliis renuentes huic decem millium crimini? i. quam serio negantes* Cic. pro Rabir. Post. 36.

95 *RENVTVS, ùs. m. [ἀνάγευσις] Plin. Epist. 1, 7* Nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere voto tuo possum. *Nutu. i. Assensu, dum promitto non agere aduersus Gallum. Renutu, dum nolo adesse Gallo aduersus Baeticos, cum respectu ad versum Homericum, Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ ἕτερον δ' ἀνένευσεν, alterum dedijt, alterum renuit.*

100 *RENVT O, Ære. Frequentat. [ἀπαγορεύω] Lucret. 3, 351* Quod superest, si quis corpus sentire renutat. *Sed* Lucret. 4, 604 *Vox Incolumis transire potest, simulacra renutant, i. nequeunt.* ¶ 2 *Ille gradum celerat fugiens, contra illa renutat* Prudent. Hamart. v. 774. *de Lothi uxore, i. respicit, et retro ire nutu corporis iam*

105 *parat.*

REN-

**RENVTRIO**, ire. Quem ex rusticanis receptum domi renutrimus Paullin. Nol. Epist. 23. (*al. 3*) ad Seuer. c. 9.

## R E O

**REOR**, rätus sum, rēri. [*ρομίζω, δοντω*] *Existimare, opinari.* Cic. de Nat. Deor. 3, 15 Rebantur enim fore, vt exercitus imperatorem equo incitato se in hostem immittentem persequeretur, id quod euenit. Quinctil. 8, 3, 26 Horridum esse dicit Reor, tolerabile Autumo. Cic. de Orat. 3 c. 38 Raro habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem: neque enim illud fugerim dicere — aut vt tu soles, Catule, non rebar. Poëtica ergo et horrida videbantur Reor et Rebar Fabio et Ciceroni. Hic tamen non refugit Top. 78 c. 20 dicere, Rentur eos esse, quales se ipsi velint. Et de Orat. 3, 79 c. . . . Quem quidem antea rebar ita dicere. Et de N. D. 3, 15 c. 6 Rebantur enim, fore vt exercitus etc. Et Att. 7, 3 post med. Nicias Cous non rebatur, oppidum esse Piræea. It. de Diuin. 2, 5 c. 2 Quos quidem plures, quam rebar, esse cognoui. Et Acad. 1, 26 c. 7 Quintum genus — dissimile Aristoteles quiddam esse rebatur. Ac de Off. 2, 32 c. 9 Idcirco illos, in quibus eas virtutes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur. Add. Ouidius mollis Poëta Her. 17, 148 Omnes in nostris oculis vultibus esse reor: Nec reor hoc falso. Et 18, 132 Ignotum nec me piscibus esse reor etc. Virg. Aen. 9, 253 Quae vobis, quae digna, viri, pro talibus ausis Praemia posse rear solui? Quod minime reris Virg. Aen. 6, 97. Ducebam animo, rebarque Idem ibid. 6, 690. Tum restitutas fratribus rebor meis animas Senec. Herc. fur. 303. Vti tenebras omnes Acherunta reamur Liqueisse Lucret. 4, 171. Tibi si rebare pudendum iusta pati Sil. 13, 378. Te antequam me amare rebar, ei rei firmasti fidem Ter. Hec. 4, 2, 5.

**RATVS**, a, um. Partic. [*ρομίζω*] Priscianus 10 p. 901 med. Reor quoque ratus facit Participium, vt puto, differentiae causa: quia Ritus aliud significat, et Retus pro Retitus dicebant, quomodo Saucius pro Sauciatu, Lassius pro Lassatu etc. Plaut. Amph. 2, 2, 24 Victis hostibus quos nemo superari posse ratus est. Aduersariorum ratus neminem ad se venturum Nep. 10, 5, 4. Iuuenis vicisse dolo ratus Virg. Aen. 11, 712. Metellum esse rati Sallust. Iug. c. 69. Et Catil. 57 Optimum ratus in tali re fortunam belli tentare. Abunde ratus, pro Satis ratus Tacit. Hist. 2, 95. Obsidionem flagitii ratus Idem Ann. 3, 20. ¶ 2 Festus, Ratus sum, significat Putaui: sed aliquando pro Firmo certoque ponitur Ratus. Ad hoc forte Participium pertinet, quod est apud Priscian. 8: p. 792 med. Reor quoque, — in significatione passiva inueniuntur. Nempe Ratum, [*ρόμιον*] firmum, constans, certum, fixum. Ter. Hec. 4, 1, 39 Ne quod egissem, esset ratum. Add. Nep. 7, 10, 1. Cic. de Nat. Deor. 2, 99 Qui quum tam certos caeli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque inter se omnia connexa et apta viderit. Cic. de Nat. Deor. 2, 51 Nihil errat, quod in omni aeternitate conseruat progressus et regressus, reliquosque motus constantes et ratos. Id. de Nat. Deor. 2, 95 Astrorum in omni aeternitate rati et immutabiles cursus. Cic. de Diuin. 2, 29 c. 7 Si nihil fieri potest, nihil accidere, nihil euenire, nisi quod ab omni aeternitate certum fuerit esse futurum rato tempore, quae potest esse fortuna. Idem pro Caecin. 96 Si populus iusserit me tuum, aut item te meum seruum esse, id iussum, ratum atque firmum futurum? Verum illud certum comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse vis Cic. Acad. 4, 141. Sen. Exc. Controu. 4 pro. in Polliōne Asinio notat, Strictum eius et asperum et nimis ratum in dicendo iudicium. Cic. de Prouinc. Consul. 45 Cuius Tribunatus si ratus est, nihil est quod irritum ex actis Caesaris possit esse. Idem de Orat. 1, 173 Testamentum ruptum aut ratum. Dicta rata Ouid. Fast. 2, 488. Fides Idem Trist. 3, 10, 36. Leges natura Senec. Oedip. 12. Ouid. in Ibin 76 Quaeque ratum triplici pollice netis opus, de Parcibus, quarum immutabilia decreta. Virg. Aen. 10, 629 Atque haec Turno rata vita maneret. ¶ 3 Habere ratum aliquid, [*δομιμίζω*] Approbare, confirmare. Cic. pro Rosc. Com. 3 Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, vt quodcunque retulisset, id ratum haberet? Conf. Idem Att. 14, 21. Iudicium habere ratum, et Rescindere iudicium, contraria Cic. in Partit. 125. Idem de Nat. Deor. 1, 10 Id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum vident. Cic. de Diuin. 1, 85 c. 39 Quid habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, et proferat diem? Quid augur, cur a dextra coruus, a sinistra cornix faciat ratum? Subaudi Augurium. Sic Ratae preces exaudita Ouid. Fast. 1, 696. Cic. Fam. 7, 24 Attamen ista ipsa, quae te emisse scribis, non solum mihi rata erunt, sed etiam grata. ¶ 4 Pro rata, sive Pro rata parte, idem est quod pro portione, pro ratione, [*ἀνά λόγον*] Vlpian. in l. In his vero, de Soluti. Si vero summa vsurarum debitarum non eadem sit, aequaliter ad vtramque causam proficit, non pro rata. Idem ibidem, Si quis ita cauerit debitori in sortem et in vsuras eius se accipere: vtrum pro rata et sortis et vsurarum decedat. Cic. Tusc. 1, 94 c. 39 Omnia ista perinde vt cuique data sunt pro rata parte a vita, longa aut breuia dicuntur. Liu. 45, 40 Pediti in singulos dati centeni, duplex centurioni, triplex equiti; tantum pediti daturum fuisse credunt, et pro rata aliis, si aut non refragati etc. Caes. Bell. Ciuil. 1, 17. Pro rata portione Cic. in Somn. Scip. c. 5. ¶ 5 Superl. Festus, Ratissima quoque ab iis quae rata dicimus: vnde etiam rationes dictae. Cato in Q. Thermum, Erga Rempublicam multa beneficia ratissima atque gratissima.

**RATIFICO**, are. [*ρομίζω*] Approbare, quod actum est, confirmare, non est probae notae vox. vid. Voss. de Vit. L. L. 4, 19. Veteres RATARE videntur dixisse, vnde est Irritare contrarium.

**RATIFICATIO**, onis. f. Eiusdem census. vid. Voss. ib. 3, 41.

**RATO**. Adu. Certo. Tertull. de Anima c. 35. et ad Vxor. 2, 9. et adu. Marc. 4, 8.

## R E P

**REPAGINO**, are. Si carnem, quae corrupta, quae putrefacta est — refurgere repaginari posse credas Chrysolog. Serm. 62 in Symb. extr. i. rursus compingi et restitui. Vid. REPANGO.

**REPAGVLVM**, i. n. [*μοσχλός*] quod et REPAGES dicitur, Obex, ex Re et Pango s. Pago compositum. Festus, Repagula sunt, vt Verrius ait, quae patefaciendi gratia ita figuntur, vt ex contrario opagantur, vt Cicero in Verrem libro quarto (94 c. 43) Postea con-

vulsis repagulis, effractisque valuis, demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur: quae Poetae interdum repages appellant. *Hactenus Festus.* Plaut. Cist. 3, 18 Occludite aedes pessulis, repagulis. Portae repagula ceciderunt Ouid. Met. 14, 783. Conuellere repagula, *vid.* CONVELLO. Laxare repagula Lucan. 1, 295. Perfringere repagula iuris, *vid.* PERFRINGO. Pedibusque repagula Pulsant, *equi emissi carceribus, quae hic sunt repagula* Ouid. Met. 2, 155. Rapta robusta repagula de poste Idem ibid. 5, 120. Cic. de Nat. Deor. 3, 66 c. 26 Ille transuersa mente mihi hodie tradidit repagula, quibus ego iram omnem recludam: *ex Poeta, i. ianuam mihi aperuit.*

REPANDO, ãre. *Aperire.* Clauī subtracta fores ianuæ repandit Apul. Met. 4 p. 150, 37.

REPANDVS, a, um. Adi. [ἀνάκλυτος] Quod est recuruum et sinuosum, quod retrorsum panditur. Plin. 14, 22 f. 28 Ad haec pertinet pectorosa ceruicis repandae ostentatio: *de motibus palaestricis, ubi reflexo capite pectus ostentatur.* Idem 9, 7 Dorsum repandum Delphinis tribuit. Cic. de Nat. Deor. 1, 83 Quam tu nunquam ne in fomis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis: *de Sospita Iunone.* Conf. Solin. 43 (30)

REPANDIROSTRVS, a, um. Pacuuius apud Quinctil. 1, 5, 67 Nerei Repandirostrum incuruiceruicum pecus, *in Delphini descriptione.*

REPANGO s. REPINGO, pēgi et panxi, pactum, ãre. Idem quod Pangere. Columel. de Arborib. 22, 3 In quo scrobe destinaueris nucem ferere, terram minutam in modum semipedis ponito, ibique semen ferulae repangito. *Repetit 5, 10, 14.* ¶ 2 Oculos pupilla repingit Fortunat. 1. 1 de Vita Mart. i. restituit. *vid.*

REPAGINO.

REPARCO, si, sum, ãre. [ἀναψάδομαι] Idem quod Parcere, ut retinere, reseruare. Plaut. Truc. 2, 4, 25 Vtinam a principio rei item parsissem meae, ut nunc reparcis suauis. Istius muneris operam non reparcam Symmach. Ep. 1, 33. ¶ 2 Laudatur etiam

Reparcere, *ex contrario sensu, pro Non parcere, ut in Claudere et Recludere,* Lucret. 1, 668 Scilicet ex vlla facere id si parte reparcent. *i. ut volunt Turnebus et Lambinus, volent. Sed nimis fluctuat cum lectione sententia.*

REPĀRO, ãre. [ἀνακτρώμαι, ἀναλαμβάνω, ἀκρόμαι] Instaurare, et in statum pristinum redigere, quasi rursus parare. Plin. Epist. 10, 75 Sed quae sunt vetustate sublapsa, reparentur in melius. Cic. Verr. 3, 199 c. 86 Quibus iniuriis grauissimis tamen illud erat miserum solatium, quod id perdere videbatur, quod alio Praetore, eodem ex agro reparare posset. Reparare quod amiseris grauius est Plin. Epist. 6, 8. Amissas res reparare Hor. Serm. 2, 5, 2. Da-

mina tamen celeres reparant caelestia lunae Hor. Od. 4, 7, 13. Exercitum Plaut. Capt. 1, 5, 52. al. Imperare. Reparare bellum Liu. 30, 7. Requies reparat vires Ouid. Epist. 4, 90. *Disputatur de loco* Hor. Carm. 1, 37, 24 de Cleopatra,

— Quae generosius  
Perire quaerens, nec muliebriter  
Expauit ensem, nec latentes  
Classe cita reparauit oras.

Bentleius ex coniectura legi vult penetravit: *blandius videtur repetiuit. Sed etiam potest retineri librorum consentiens lectio, et intelligi, denuo parauit sibi refugium, et locum vnde repugnare posset Romanis.* Reparare, rursus emere, de nouo emere est Alfeno in l. Quidam D. de in rem verso, Quidam fundum colendum seruo suo locauerat, et boues ei dederat. Quum hi boues non essent idonei, iusserat eos vaenire, et his numis, qui recepti essent, alios reparari. Seruus boues vendiderat: alios redemerat: numos venditori non soluerat, etc. *Passiue.*

Lucret. 1, 1036 Vnde amissa solent reparari in tempore quoque. Ingenua velut attrita quotidiano actu forensi, optime talium rerum blanditia reparantur Quinctil. 10, 1, 27. Reparari labore, ac refici Plin. in Paneg. 77.

REPĀRĀTVS, a, um. Partic. Vt, Vina Syra reparata merce Hor. Carm. 1, 31, 12. *b. e. ut interpretatur Duarenus lib. 1 Amiuers. Disput.* Vina, quae sint emta numis ex venditione Syrae mercis refectis. Iurisconsultis autem, Parare, pro emendi verbo in usu est. Reparare igitur, pro parandi verbo ab Horatio est usurpatum, quemadmodum et

Redimere, pro eo quod est Emere, ponere solemus. Lambinus. Sed magis placent reparata. *i. condita odoribus et saporibus Assyriis, speciatim nardo.* Sic Bentl. *Al. emta vel permutata.* Maiores copias esse reparatas Curt. 4, 9, 11.

REPĀRĀTOR, òris. m. [ἀνασκευαστής] Stat. Silu. 4, 1, 11 Ipse etiam immensi reparator maximus acui Attollit vultus etc. Conf. Fab. Picl. apud Seru. Georg. 1, 21.

REPĀRĀTIÒ, ònis. f. [ἀνασκευή] Sallust. in Iugurth. 31 Sed sane fuerit regni reparatio, plebi sua iura restituere, *verum hic rectius leg.* Paratio. Prudent. Hymn. Exeq. 120 Mors haec reparatio vitae est. Veget. 3, 14 extr. Reparationis spes.

REPĀRĀBĪLIS, e. Adi. [ἀνασκευαστός] Vt, Damnum reparabile Ouid. Amor. 1, 14 extr. et Met. 1, 37. Pudicitia nulla arte reparabilis Ouid. Epist. 5, 103. Vitam abire, ut rem superuacua et reparabilem, finitis Senec. de Breu. vitae c. 6. Reparabilis echo Pers. 1, 102 *actiue, quae reparat et restituit voces.* Calpurn. Ecl. 5, 20 Silua Pullat, et aestiuas reparabilis inchoat umbras: *quamquam hoc etiam passiue potest accipi, dum reparatur.*

REPĀRTVRIÒ, ire. Grande bonum, teneris dum virtus creditur annis, Teque reparturiens melius quam corporis aluo Alcim. ad Soror. v. 70. *i. regenerans, nouam vitam praestans.*

REPĀSCO, ãre. Vt pullus aquilae dicitur repascere Cura parentes mutua Paullin. Nol. Iambo ad Cither. v. 853: Conf. Idem Epist. 44 (31) c. 1.

REPĀSTĪNÒ, ãre. [ἀνοπισσω] Subinde, certe iterum, pastinare, *i. fodere.* Festus, Repastinari is ager dicitur, ut Verrius existimat, cuius natura mutatur fodiendo, quum aut siluester excoditur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat pascui, vel pecoribus herba, vel hominibus satione. Cato in ea quam scribit de suis virtutibus contra Thermum, Ego iam a principio in parsimonia, atque in durtia, omnem adolescentiam meam abstinui agro colendo, saxis Sabinis filicibus repastinandis, atque conferendis. *Hactenus Festus.* Columel. 4, 32 Quum deinde cultus consenuit, repastinandum est. Idem 2, 15 Aestiuus deinde mensibus non aliter ac si repastines, totum sterquilinum rastris permisceri oportet. Plin. 13, 13 Cn. Terentium scribam agrum suum in laniculo repastinantem offendisse arcam. Conf. Varro

REPĀSTĪNĀTIÒ, ãre. [ἀνοπιστήσις] Subinde, certe iterum, pastinare, *i. fodere.* Festus, Repastinari is ager dicitur, ut Verrius existimat, cuius natura mutatur fodiendo, quum aut siluester excoditur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat pascui, vel pecoribus herba, vel hominibus satione. Cato in ea quam scribit de suis virtutibus contra Thermum, Ego iam a principio in parsimonia, atque in durtia, omnem adolescentiam meam abstinui agro colendo, saxis Sabinis filicibus repastinandis, atque conferendis. *Hactenus Festus.* Columel. 4, 32 Quum deinde cultus consenuit, repastinandum est. Idem 2, 15 Aestiuus deinde mensibus non aliter ac si repastines, totum sterquilinum rastris permisceri oportet. Plin. 13, 13 Cn. Terentium scribam agrum suum in laniculo repastinantem offendisse arcam. Conf. Varro

REPĀSTĪNĀTIÒ, ãre. [ἀνοπιστήσις] Subinde, certe iterum, pastinare, *i. fodere.* Festus, Repastinari is ager dicitur, ut Verrius existimat, cuius natura mutatur fodiendo, quum aut siluester excoditur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat pascui, vel pecoribus herba, vel hominibus satione. Cato in ea quam scribit de suis virtutibus contra Thermum, Ego iam a principio in parsimonia, atque in durtia, omnem adolescentiam meam abstinui agro colendo, saxis Sabinis filicibus repastinandis, atque conferendis. *Hactenus Festus.* Columel. 4, 32 Quum deinde cultus consenuit, repastinandum est. Idem 2, 15 Aestiuus deinde mensibus non aliter ac si repastines, totum sterquilinum rastris permisceri oportet. Plin. 13, 13 Cn. Terentium scribam agrum suum in laniculo repastinantem offendisse arcam. Conf. Varro

REPĀSTĪNĀTIÒ, ãre. [ἀνοπιστήσις] Subinde, certe iterum, pastinare, *i. fodere.* Festus, Repastinari is ager dicitur, ut Verrius existimat, cuius natura mutatur fodiendo, quum aut siluester excoditur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat pascui, vel pecoribus herba, vel hominibus satione. Cato in ea quam scribit de suis virtutibus contra Thermum, Ego iam a principio in parsimonia, atque in durtia, omnem adolescentiam meam abstinui agro colendo, saxis Sabinis filicibus repastinandis, atque conferendis. *Hactenus Festus.* Columel. 4, 32 Quum deinde cultus consenuit, repastinandum est. Idem 2, 15 Aestiuus deinde mensibus non aliter ac si repastines, totum sterquilinum rastris permisceri oportet. Plin. 13, 13 Cn. Terentium scribam agrum suum in laniculo repastinantem offendisse arcam. Conf. Varro

REPĀSTĪNĀTIÒ, ãre. [ἀνοπιστήσις] Subinde, certe iterum, pastinare, *i. fodere.* Festus, Repastinari is ager dicitur, ut Verrius existimat, cuius natura mutatur fodiendo, quum aut siluester excoditur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat pascui, vel pecoribus herba, vel hominibus satione. Cato in ea quam scribit de suis virtutibus contra Thermum, Ego iam a principio in parsimonia, atque in durtia, omnem adolescentiam meam abstinui agro colendo, saxis Sabinis filicibus repastinandis, atque conferendis. *Hactenus Festus.* Columel. 4, 32 Quum deinde cultus consenuit, repastinandum est. Idem 2, 15 Aestiuus deinde mensibus non aliter ac si repastines, totum sterquilinum rastris permisceri oportet. Plin. 13, 13 Cn. Terentium scribam agrum suum in laniculo repastinantem offendisse arcam. Conf. Varro



Varro de R. R. 1, 18, 8. et 37, 4. Vitam Tertull. de An. c. 50.  
Vngues Idem de Poenit. c. 11.

REPASTINATIVS, a, um. Repastinatae vineae dictae veteres, quae refodiebantur — nunc consuetudo, quidquid emoti soli vineis praeparatur, repastinatum vocat Colum. 3, 18.

REPASTINATIO, ōnis. f. Cic. de Senect. 54 c. 15 Quid agri fossiones repastinationesque proferam? Colum. 2, 2, 13 Iunci et graminis pernicies repastinatio est: *al.* repastinationes.

REPATRIO, āre. Redire. Solinus 46 extr. Hoc Arabiae sat est, hinc ad Pelusium repatriemus. Idem 40 Assiduis denique exemplis patet, eos pepercisse, quum multi captiuorum aliquot leonibus obviis intacti repatriauerint. *b. e.* In patriam reuersi sunt. *vid. Salmf. p. 400.*

REPECTO, xi vel xui, xuni, ēre. [ἀνασπειζω] Rursum vel retro peccere. *Vnde*

REPEXVS, a, um. Partic. [ἀνασπειδεις] Claud. Conf. Prob. et Olyb. 3 Sparge diem meliore coma: crinemque repexi Blandius elato surgent temone iugales. Coma repexa modo Ouid. de Arte Am. 3, 154.

¶ 2 Repecto, Quod pexum erat et compositum dissoluo. Stat. Theb. 6, 418 Colla toris crinita tument, stantesque repectit Aura iubas. *b. e.* Dispergit, dissoluit. Lactantius. De equis loquitur.

REPĒDO, āre. [ἀνασπιδίζω] Pedem retrahere, recedere, inquit Festus, siue reuerti. Pacuu. Paullum repeda, gnate, a vestibulo gradum. Lucilius 26 Rediisse ac repedasse, vt Roma vitet gladiatoribus. Non. 2, 738. Cic. de Legib. 3, 18 c. 8 Domum cum laude repedandum. *Obtinet fere hodie redeunto. Sed nec desunt MSS. apud Dauisium, qui repedandum agnoscunt: et ex lectione Parisi, cum laudem pede imo facilius efficias cum laude repedanto, quam redeunto. Reuocarunt verbum in usum recentiores.* Si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare Inpp. Honor. et Theod. 1. Si quis 11 C. de cohort. Ad propriamque domum repedat, iam certa futuri Iuuen. 1, 104. Conf. Id. 1, 223. 2, 75. 4, 495. Ad signa repedauit ocuis miles Ammian. 24, 17.

REPEDABILIS, e. Adi. Extimuit fugitiua virum repedabilis arbor Fortunat. l. 1. de Tantalo.

REPELLO, pūli, pulsūm, ēre. [ἀπωθῆω, ἀνασπύρω] Retro pellere quod ingruit, reicere. Plaut. Bacch. 4, 9, 43 Confixi, atque hominem repuli. Cic. Verr. 4, 94 Qui primo quum obsistere ac defendere conarentur, male multati clauis ac fustibus repelluntur. Armis repellere, Fugare, et auertere aliquem Cic. pro Caecin. 33 c. 12. Id. Post redit. in Senat. 16 Tu meum generum propinquum tuum, tu affinem tuam, meam filiam superbissimis et crudelissimis verbis a genibus tuis repulisti. Idem pro Domo 54 Homines audaces ab eius templi aditu atque ascensu repulisti? Cic. de Prouinc. Consul. 32

Bellum Gallicum P. C. C. Caesare Imperatore gestum est, antea tantummodo repulsum; semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello, quam lacescendas putauerunt. Cic. de Finib. 3, 53 Nec qui defendunt eam, versuti sunt in differendo: nec qui contra dicunt, causam difficilem repellunt. Contumelia repellatur, seueritas adhibeatur Cic. Off. 1, 137. Idem de Finib. 1, 30 c. 9 Dolorem aspernari vt summum malum, et quantum possit a se repellere. Facinus Ouid. Met. 15, 777. Famem arte humili repulit Idem ex Pont. 4, 3, 40. Fraus concessa est repellere fraudem Ouid. de Arte Am. 3, 491. Hiemem ver repellit Idem Met. 10, 164. Impetum aegre repellere Cic. de Prouinc. Consul. 6. Ictus validos cute reppulit Ouid. Met. 3, 64. Iugum seruitutis a corpore suo. Cic. anteq. iret in exil. 1 Sit is vestris animis acceptissimus, qui a vestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis. Legatum a se Iulian. in l. Si hereditatem D. Mandati. Nefas repulit ille Ouid. Fast. 2, 140. *al.* Submouet. Preces alicuius Ouid. Met. 14, 377. Sanguinem repellere, pro Depellere, vel extrahere Plin. 18, 16. Seruitutem a ciuibus. Cic. ad Brut. 14 Tibi persuade non te Idib. Martiis, quibus Seruitutem a tuis ciuibus repulisti, plus profuisse patriae, quam si mature veneris, profuturum. Telurem hasta Ouid. Met. 2, 786. Verba fastidita Idem ex Pont. 4, 1, 19. Cic. pro Sext. 88 c. 17 Non verebar, ne quis aut vim vi repulsam reprehenderet, aut, etc. Vim repellere, et Inferre vim, *contraria* Cic. pro Milon. 52. Repellere ab impediendo et laedendo Cic. de Petit. Conf. 42. Idem de Orat. 1, 46 Multi erant praeterea praeclari in Philosophia et nobiles, a quibus omnibus vna paene repellere voce Oratorem a gubernaculis ciuitatum, excludi ab omni doctrina, rerumque maiorum scientia, etc. videbam. Quum te a Consulatu repuli Cic. in Catil. 1, 27 c. 10. *Obs.* A librariis permutatur cum REFELLO. v. v.

REPULSVS, a, um. Partic. [ἀπωθείς] Vt, Repulsus foribus, pro A foribus, apud Hor. Serin. 2, 7, 90. A vera ratione repulsus Lucret. 6, 767. Si quid meque vobisque dignum petiueris, haud repulsus abibis Sallust. Iug. c. 110. Per colloquia repulsus a Lepido Vell. 2, 63, 1. Aera repulsa toties Tibul. 1, 3, 24. Aera repulsa sonant Idem 1, 8, 22. *b. e.* Frequenter pulsata seu percussa. Ouid. Met. 3, 532 Aera arte repulsa. Amor saepe repulsus Ouid. Amor. 1, 8, 76. Hostis repulsus Idem Fast. 6, 393. Noxa repulsa effugiat meis stabulis Ouid. Fast. 4, 748. Tellus repulsa est Idem Met. 6, 512. Telum repulsum aere Virg. Aen. 2, 545. Repulsior secunda conlatione dixit Cato in ea quae est contra Cornelium apud Populum. Nec quis (inquit) incultior, religiosior, desertior, publicis negotiis repulsior. Festus.

REPULSVS, ūs. m. [ἀπωθῆνός] Repellendi actus. Plin. 34, 8 Ceruumque vna ita vestigiis suspendit, vt linum subter pedes trahatur alterno morsu digitis calceque retinentibus solum, ita vertebrato dente vtrisque in partibus, vt a repulso per vices resiliat. Idem 11, 37 Vipera praegnans veneno, impressio dentium repulso virus fundit in morsus. Repulso scopulorum adaugefcit densus stridor e vertice montis ortus, ex Poeta Cic. de Diuin. 1, 13 c. 7 extr. Rauca repulsus vmbonum Claud. de Bell. Gild. 433. Assiduus creberque repulsus Lucret. 4, 105. Plin. 8, 43 de asinis, Repulso durioris materiae clauditate illico affert.

REPULSA, ae. f. Reiectio ab honore vel magistratu. Exempla dat Valer. Max. 7, 5. Cic. Att. 5, 19 Quod scribis, libenter repulsam tulisse eum, qui cum sororis tuae filii patruo certaret, hoc magni amoris signum. Idem pro Planc. 51 c. 21 C. Marius duabus Aedilitatis acceptis repulsus septies Consul est factus. Grauior mihi morte repulsa est Ouid. Epist. 20, 167. Offensiones et repulsas quasi quandam ignominiam et infamiam timere Cic. Off. 1, 71. Rara repul-

10

15

20

25

30

35

40

45

50

55

60

65

70

75

80

85

90

95

100

- fa Ouid. Amor. 2, 19, 6. Hor. Carm. 3, 2, 17 Virtus repulsa  
nescia fordidae Intaminatis fulget honoribus. Tristes Claud. sext.  
Conf. Hon. 361. Turpis Hor. Epist. 1, 1, 43. Afferre repul-  
sam, *vid.* AFFERO. Aſſequi magistratum sine repulsa Cic. in  
5 Pison. 2 c. 1. Ferre repulſam Cic. de Orat. 2, 280. Nepos 4,  
2, 5. Cic. Att. 5, 19. Ferre repulſam et praeteriri Idem Phi-  
lipp. 11, 19. Pati repulſam Ouid. Met. 2, 97. Cic. Off. 1, 139  
Hic ſummi et clariffimi viri filius in domum multiplicatam non ſolum  
repulſam retulit, ſed ignominiam, *etc.* Dolore repulſae creſcit  
10 amor Ouid. Met. 3, 395.
- REPULSIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Chron. 2. 7. 112.  
REPULSO, are. Frequent. [*ἀπωθίζω*] *Vnde*  
REPULSANS, antis. Partic. [*ἀπωθίζων*] Lucret. 4, 583 Ita  
colles collibus ipſis Verba repulſantes iterabant dicta referre. Lu-  
cret. 4, 912 Ne — Vera repulſanti diſcedas pectore dicta.  
15 REPULSORIVS, a, um. Cohortes Ammian. 24, 12 (Valeſ. 4)  
REPENDO, di, ſum, ěre. [*ἀνταποδίδωμι, ἀμείβω, ἀμείβομαι, ἀντισηκώ,*  
*ἀντισηκώμιζω*] Retribuere, compenſare. Virg. Aen. 1, 243 Fatis con-  
traria fata rependens. Plaut. Pſeud. 1, 2, 86 Sine modo, rependam  
20 ego cuncta ob haec hercle vna opera. *Sed al.* Reprehendam. Plin.  
12, 25 de opobalsamo, Alexandro Magno res ibi gerente, toto die aefti-  
vo vnam concham impleri iuſtum erat. Omni vero foecunditate e ma-  
iori horto congios ſenos, minore ſingulos, cum duplo rependebatur ar-  
gento. Ingenio formae Damna rependo meae Ouid. Epist. 15, 32.  
25 Dona rependere alicui Stat. Theb. 9, 658. Gratia rependatur factio,  
*Reddatur, Referatur* Ouid. Met. 2, 694. Poenas ſcleribus repende-  
re pares Senec. Oedip. ſ. 14. Praemia digna Stat. Theb. 9, 50.  
Pretium pro officiis Ouid. Amor. 2, 8, 21. Vices Propert. 4, 4, 58.  
Vota alicui rependere pro re aliqua Stat. Silu. 3, 3, 155.
- 30 REPENSVS, a, um. Partic. [*ἀντισηκώμενος*] Repensum aurum  
pro capite Gracchi Cic. de Orat. 2, 269 c. 67. Plin. 33, 3 f. 14  
Quum Septimuleius C. Gracchi familiaris, auro rependendum caput  
eius exciſum ad Opimum tulerit.  
REPENSVRVS, a, um. Partic. [*ἀμείβων*] *Vt*, Magna repen-  
35 ſurus Sil. 17, 578.
- REPENSO, are. Frequent. [*ἀντισηκώμαι*] Columel. 3, 2 Id ta-  
men incommodum repensat vuarum multitudine. Paterc. 2, 12, 5  
Hac victoria videtur meruisse Marius, ne eius nati Remp. poeniteret,  
ac bona malis repensasse.  
40 REPENSATIO, ōnis. f. Saluian. 4 p. 151 Ad repensationem vi-  
ciffitudinis.  
REPENSATRIX, icis. f. *Vt*, Repensatrix data Mart. Capell.  
9 p. 304.
- REPENS, entis. Adi. [*αιφνιδιος, εξαιφνης, εξαπνατος*] *Subitus et*  
45 *repentinus.* Tacit. Ann. 6, 7 Quid repens, aut vetustate obscurum?  
Cic. Tusc. 3, 52 c. 22 Quamquam hostium repens aduentus magis ali-  
quando conturbat, quam expectatus: et magis subita tempeſtas,  
quam ante prouisa, terret nauigantes vehementius. Liu. 10, 7  
Si quod repens bellum oriatur. Casus Liu. 33, 2. Causa Ta-  
cit. Ann. 15, 68. Clades Liu. 22, 8 *pr.* Sil. 3, 220 Extemplo  
50 edicit conuellere signa repensque Castra quatit Clamor. Claud. de  
Bell. Get. 460 Gaiſa repens per moenia Clamor Tollitur. Cogi-  
tatio Tacit. Hist. 1, 23, 1. Consternatio Curt. 10. Cura re-  
pens: Cic. Tusc. 3, 29 Ne me imparatum cura laceraret repens.  
55 *ex Poeta.* Defectio Lucanorum Liu. 8, 29. Discordia Virg. Aen.  
12, 313. Fama repens allata Liu. 6, 42. Nihil est immoderatus  
quam post longam triffitiam repens Gaudium Nazar. Paneg. Constant.  
c. 32. Ictus fulminis repens Lucret. 5, 401. Lacrimas repentes  
60 fuderunt simulacra Tibul. 2, 5, 77. *al.* Tepentes. Metus Senec.  
Phoeniff. ſ. 6. Perfidia Tacit. Hist. 4, 25, 2. Religio repens ci-  
uitatem eo tempore inuaſerat Liu. 29, 10. Sonus Seneca Medea 12  
v. 971. Terror Liu. 21, 30. Tumultus Idem 1, 14. Vox Val-  
ler. Argon. 2, 91. *Obſ.* A librariis permisceri Repens et Recens, no-  
tat Drakenb. ad Sil. 15, 604.
- 65 REPENTE. Adu. [*αιφνιδιος, εξαιφνης, αφνω, αιφνιδιος*] *Subito,*  
*ſtatim.* Cic. Fam. 9, 12 Gratulor Baiis noſtris, ſi quidem, vt ſcribis,  
ſalubres repente factae ſunt. Idem Off. 1, 120 c. 33 Magis decere  
centent ſapientes ſenſim diſſuere, quam repente praecidere amicitiam.  
Repente praeter ſpem dixit Cic. Fam. 4, 4. Sed repente, e veſti-  
70 gio ex homine, tanquam aliquo Circaeo poculo, factus eſt verres Cic.  
Diu. in Caecil. 57. Repente tanquam ſomnio Pſeudo-Cic. in Sal-  
luſt. 20. Modo egens, repente diues Cic. Philipp. 2, 65 c. 27. Ru-  
ere omnia viſa repente Virg. Aen. 8, 525. Lapſa repente turris Id.  
Aen. 2, 465. De repente, *vid.* DE Praep.
- 75 REPENTINVS, a, um. Adi. [*αιφνιδιος, εξαιφνης, εξαπνατος*] Res ſubita, et a nemine prouisa, ſeu de qua nemo cogitauerat. Ter-  
Andr. 5, 4, 34 Vix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu, ſpe,  
gaudio, mirando hoc tanto; tam repentino bono. Tertull. Apol. 10  
Saturno, repentino vbique, caelitem contigit dici. Expectatus et  
80 repentinus Cic. de Orat. 2, 225. Sunique repentinus eiaculatus  
aquaſ Ouid. Faſt. 1, 270. Conſilium Nepos 4, 4, 5. Edictum  
exoritur peculiare repentinum Cic. Verr. 5, 36. Exitus repentinus  
et informis Tacit. Ann. 6, 49. Fragor Claud. Conf. Prob. et Olyb.  
211. Homines: Cic. de Clar. Orat. 242 c. 69 Ignoti homines et  
85 repentini, Quaſtores celeriter facti ſunt, oppidano quodam et incon-  
dito genere dicendi. Turnebus, Homo repentinus dicitur, homo  
nouus, qui ſubito repenteque in hominum cognitionem, famam, com-  
mendationemque peruenit. Mala Cic. Tusc. 3, 45 c. 18. Mors  
Idem de Diuin. 2, 74 c. 35. et pro Cluent. c. 62. Motu repentino  
90 accidentia, et Quae meditata inferuntur, *contraria.* Cic. Off. 1, 27 Le-  
uora ſunt ea, quae repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quae  
meditata et praeparata inferuntur. Nuntius: Cic. Verr. 7, 27  
Veniant Syracuſas parentes propinquire miſerorum adoleſcentium,  
hoc repentino calamitatis ſuae commoti nuntio. Tumultus Ouid.  
95 Met. 5, 5. *Compar.* Nimbus quanto repentinior eſt, tanto vche-  
mentior Apul. de Mundo p. 240 *Stew.*
- REPENTINO. Adu. [*αιφνιδιος*] Plaut. Pſeud. 1, 1, 37 Repente  
exortus ſum, repentino occidi. Cic. pro Quint. 14 c. 4 Moritur  
in Gallia Quintius quum adeſſet Nauius, et repentino. *Add.*  
100 Afran. ap. Charif. 2 p. 193.
- REPENTINE. *Idem.* Certe ſic MSS. et primae edit. Lactant.  
1, 11, 55 Quod ſoleamus eos, qui — repentine aduenerint, de cae-  
lo caecidiſſe dicere. *Addit Bunem. ex Cyrilli Gloſſ.* Repentine  
*αιφνιδιος, αφνω.*
- 105 REPENTIM. *Idem.* Vet. Gl. αφνω Repente, repentim, repentine.  
REPEN-

REPENTALITER. *Idem.* Fulg. Mythol. 3, 2 p. 105 Melius est labore partiliter securiore doceri, quam ex necessitate veniente repentiliter perterrerit.

REPERCŪTIO, cussi, cussum, ěre. [*ἀντιτυπία*] Percutientem ferire, vel simpliciter retro pelleret. Plin. Epist. 4, 30 An vt flumina, quae in mari deferuntur, aduersantibus ventis, obuioque aestu retorquentur: ita est aliquid, quod huius fontis excursus per momenta repercutiat? Repercutere aciem oculi Senec. Epist. 118. *i. praestinguere.* Quinctil. 6, 3, 23 Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut eleuamus, aut repercutimus, aut eludimus. Repercutimus, in ipsum retorquemus, vt telum in nos emissum. *Ibid.* 46 Nihil in laessendo dici potest, quod non idem in repercutiendo. Et 78 Repercutiendi multa sunt genera; venustissimum, quod etiam similitudine aliqua verbi adiunatur; vt Trachallus dicenti Suillio, Si hoc ita est, is in exilium: Si non est ita, redis. *Intelligimus in exilio iam fuisse Suillum.* Repercutere fascinationes, *Discutere* Plin. 28, 4.

REPERCVSSVS, a, um. Partic. [*ἀντιτετυπημένος*] Plin. 17, 21 Quum vero concreti ademere transitum, repercussa erumpit. Aere repercusso Ouid. Met. 4, 782. Repercussus sol: Virg. Aen. 8, 23

Sicut aquae tremulum labris vbi lumen ahenis  
Sole repercusso, aut radiantis imagine Lunae,  
Omnia peruolitat late loca.

Vbi Seruius, Repercusso, aut vacat RE, aut bene repercussum, quia primo aquam ferit, inde postea tendit ad tecta. Ouid. Met. 2, 110 — Positaeque ex ordine gemmae Clara repercusso reddebant lumina Phoebos. Imaginis repercussae umbra Ouid. Met. 3, 434. Altero latere repercussum contrarius fluctus in Nauem retulit Val. Max. 1, 9 ext. 11. Repercussae clamoribus valles Liu. 21, 33.

REPERCVSSVS, ūs. m. [*ἀντιτυπία*] Ipse repercutiendi actus. Plin. Epist. 282 (10, 69) Nec in flumen, sed in ipsum mare emittere, repercussus maris seruabit, et reprimet quidquid e lacu veniet. Repercussus colorum. Plin. 37, 2 Sunt qui maxime in iis laudent extremitates, et quosdam colorum repercussus, quales in caelesti arcu spectantur. *La reverberation des couleurs.* Repercussus solis, quae vulgo Reuerberatio dicitur Plin. 5, 5. Repercussus ventorum Idem 5, 9. Repercussu vox intumescit Tacit. Germ. 3, 2.

REPERCVSSIO, ōnis. f. Sen. Nat. Quaest. 7, 19 Per repercussionem vicinorum siderum. *conf.* Vlp. Dig. t. 2 l. 17 §. 2.

REPERCVSSIBILIS, e. Adj. *Vt,* Repercussibilis vsus Cael. Aurel. Tard. 1, 1. Repercussibilis sphaera Idem *ibid.* 3, 6.

REPĒRIO, repĕri, vel Poëtice, reppĕri, repertum, ire. [*εὕρισκω*] Idem quod inuenire siue casu, siue quaesitum: cognatum verbo Aperire, contrarium certe verbo Operire. Operire est tegere, Reperire reterege. Plaut. Aul. 5, 1, 10 de thesauro inuenio, Reperi. L. quid reperisti? s. non quod pueri clamitant in faba se reperisse. *Distinctionis comminiscendae occasione dedit grammaticis locus* Ouid. Met. 1, 654 *vbi ad Io filiam Inachus, vt volunt, Tu non inuenta, inquit, cum studio omni te frustra quaereremus, sed praeter spem nostram nobis reperta es. Sed perit haec obseruatio, et difficultas omnis circa locum euanescit, si cum Heinsio legamus et distinguamus, Tu non inuenta, reperta (Ablatiuo Casu, i. quam reperta) Luctus eras leuior: minus lugebamus te nondum inuentam, quam postquam reperta es in vacca. Non differre haec verba, indicio est etiam* Quinctil. 5, 10, 116 Hoc reperire difficilius, quam cum inueneris argumentis adiunare. *Sic ad Casum referri non potest illud* Ter. Phorm. 1, 4, 15 Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quaerere insistam via? Cic. pro Quint. 56 Tamen in ista populatione et proscriptione bonorum, improbius reperiebantur. *i. deprehendebantur.* Plaut. Perf. 5, 2, 59 Nec satis liber sibi videtur, — ni grato ingratus repertus est. ¶ 2 *Substantiua ordine elementorum.* Aditum sibi reperire, *vid.* ADITVS, in ADEO. Auxiliū alicui rei Caes. Bell. Gall. 3, 15. Ter. Phorm. 2, 1, 4 Quid mihi dicent? aut quam causam reperient? *i. excogitabunt.* Sic Idem Eun. 3, 3, 6 Vbi veni, causam vt ibi manerem, repperit. Et Cic. de Senect. 15 Quum complector animo, quatuor causas reperio, cur senectus misera videatur. *Nec aliter* Plaut. Capt. extr. 5 Huiusmodi pauca Poëtae reperiunt Comoedias. Ita Ter. Phorm. 1, 4, 1 Nullus es Geta, nisi aliquid iam tibi consilium celere repereris. *Conf.* Idem Heaut. 3, 2, 22. Cic. de Nat. Deor. 1, 108 Nec vos exitum reperitis, resque tota vacillat et claudicat. Gloriam armis Ter. Heaut. 1, 1, 60. Malefacta vestra repperi radicitus Plaut. Most. 5, 1, 62. Aesopus auctor quam Materiam repperit Phaedr. Prol. v. 1. Cic. Diu. in Caec. 70 Profecto nulla vnquam Medicina his tot incommodis reperietur. Negotium repperi in hac re Plaut. Rud. 2, 5, 26. Cic. Acad. 4, 16 Posteaquam Archesilas Zenoni, vt putatur obtrectans, nihil Noui reperienti, sed emendanti superiores immutationes verborum, etc. Occasionem Plaut. Pseud. 4, 4, 9. Parentes suos Ter. Andr. 4, 6, 11. Pars pressa sequuntur Signa pedum, cupiuntque suum reperire Periculum Ouid. Met. 8, 333. *de venatu apri Calydonii.* Caes. Bell. Ciuil. 3, 50 In nouo genere belli novae ab vtrisque bellandi Rationes reperiebantur. Cic. Att. 2, 1 Quod si in eam me partem incitarem, profecto iam aliquam reperire resistendi Viam. Idem Verr. 3, 110 Mihimet incunda ratio et Via reperienda est, qua, etc. Virg. Aen. 5, 807 Nec reperire Viam, atque euoluere posset In mare se Xanthus. ¶ 3 *Formae aliae, in quibus excogitare significat.* Aliquid reperiret, fingeret fallacias Ter. Heaut. 3, 2, 22. Reperisti, tibi quod placeat Idem *ib.* 3, 3, 35. Celeriter, quae opus erant, reperiebat Nep. 2, 1, 3. Ferunt multi, ab ipso primum repertum, vt etc. Lamprid. Heliog. c. 11. Hoc non secus reperies Plaut. Capt. 3, 4, 93. Non reperiebam quemadmodum posset iungi sententia duorum tam diuersa censentium Plin. Epist. 8, 14, 15. Sic Cic. de Clar. Orat. 8 Quibus armis quemadmodum vterentur, non reperiebant. Quid ad haec repereris? soluamus inquit Cic. Att. 7, 3. Reperire quamobrem Ter. Adel. 4, 3, 1. Cic. de Senect. 10 Quem Tarentum venisse L. Aemylio, App. Claudio Consulibus reperio. *Conf.* Caes. B. G. 2, 4. et 6, 9. Cic. pro Cluent. 30 Cluentii numus nullus iudici datus vilo vestigio reperitur. Plin. 10, 54 *extr.* Scitum de quodam potore reperitur, Syracusis tamdiu potare solitum, donec cooperta terra foetum ederent oua. Reperiam multos, vel potius innumerabiles, non tam, etc. Cic. de Finib. 2, 29. ¶ 4 *Reperibitur teste* Non. 10, 29 Pomponius in futuro dixit: item Plaut. Epid. (1, 2, 48) Quid illa fiet fidicina igitur? aliqua res reperibitur. Et Caecil. Obo-

lostate, Nunc enimvero est, quum meae morti remedium reperibit

nemo. *Haec Nonius.* Pro Reperiri Lucret. 4, 482 Nam maiore fide debet reperiri illud, etc.

REPARIENS, entis. Partic. Cic. Acad. 4, 16 c. 6 Zeno nihil noui reperiens, sed emendans superiores.

5 REPERTVS, a, um. Partic. ut, Carmina labore reperta Lucret. 3, 420. Cuius repertus frater eius Sulpit. Apoll. in Ter. Eun. Arg. 11. Diuina antiqua reperta Lucret. 5, 13. Diuitiis repertis incumbere Virg. Aen. 6, 610. Fistula Ouid. Met. 1, 688. Obscura reperta Graiorum Lucret. 1, 137. add. Id. 1, 732. Superl. Apul.

10 Apol. p. 309 Per me licet fuerit repertissimum.

REPERTVM, i. n. [*εὑρημα*] Lucret. 1, 732 Carmina quin etiam diuini pectoris eius Vociferantur, et exponunt praeclara reperta. i. Inuenta, quae ipse Empedocles (de quo hic fit mentio) primus adinuenit. Idem 5 pr. Diuina reperta.

15 REPERTICIVS, a, um. Quod repertum est. Sallust. in Cic. 1 Reperticius, accitus, et paullo ante insitus huic vrbi ciuis. Reperticius autem appellatur ciuis, Turnebo auctore, Qui non est origine ciuis, sed iure, ut in ciuitate receptus, quasi repertus ciuis et quaesitus. Alii tamen Repticius legunt eleganter: quidam Irrepticius, non deest etiam qui Repeticius, quasi is sit, qui quum se ciuem Romanum ferat, ab aliis repetatur. Sed Reperticius, quod in veteribus libris perscribitur, ut ingenuum et verum libentius retinuerim.

REPEDITOR, oris. m. [*εὑρητής* Gloss. Gr. Lat.] Qui reperit. Ouid. Fast. 3, 620 Repeditor mellis Silenus. Plin. 2, 12 Argumenti repeditores. Doctrinarum repeditores Lucret. 3, 1050. Homi-

20 num rerumque repeditor Virg. Aen. 12, 829 Iupiter. Legum Quintil. 2, 16. Opus medicae repeditor Phoebus Ouid. de Rem. Amor. 76. Orbis Prudent. Cathem. 4, 9. Poenae mirandus repeditor Idem Trist. 3, 11, 51. Tormentorum Claud. in Eutrop. 1, 163. Vitis repeditor, Bacchus Ouid. Fast. 2, 329.

30 REPEDITORIVM, i. n. Quid sit, declarat Vlpianus de administratione et periculo tutorum, l. Tutor, his verbis, Tutor qui repeditorium non fecit, quod vulgo inuentarium appellatur, dolo fecisse videtur, nisi forte aliqua necessaria et iustissima causa allegari possit, cur id factum non sit.

35 REPETRIX, icis. f. Apul. Apol. p. 285 Paupertas omnium artium repertrix.

REPERTVS, us. m. Apul. Met. 11 p. 257 Ceres repertu lactata filiae. Idem Florid. p. 341 Ars ista repertu nouo oriebatur.

40 REPERITO, are. Frequent. Varr. R. R. 1, 1, 7 Indicabo, a quibus scriptoribus reperitis, i. repares intell. damnatum vel defectum. Sic certe legi vult et explicari Scaliger. Al. reperias.

45 REPETO, iui, vel ii, itum, ere. [*ἀπαίρειν, ἐπαναλαμβάνω*] Proprie Restituendum petere. Auctor ad Herenn. 2, 19 Id quod argentario obtuleris expensum, a socio eius recte repetere possis. Ter. Eun. 4, 6, 11 Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quidquam pretii.

50 Cic. Verr. 5, 127 Repetere res suas de sociis sermo est, et crimine repetundarum. Et mox l. 128 c. 49 Sthenius hic — mentionem tuorum furtorum non facit; sese ipsum abs te repetit, nihil amplius. Sed est etiam sollemnis et publica formula Res repetere, qua utuntur non modo in rebus per iniuriam ablati retentis: sed quoties satis sibi fieri, aut reparari iniuriam quamcumque voluit, et, si id negetur, bellum indicunt. Vid. Liu. 1, 22 ubi res inuicem repetuntur ob praedas inuicem actas.

55 Formulae res repetendi sollemnes et integrae sunt etiam Liu. 1, 32 ubi Ancus Marcius, ut indicerentur bella aliquo ritu, ius — quod nunc Fetiales habent, descripsit, quo res repetuntur. Cic. pro Sext. 57 c. 26 extr. Rex amicus, nulla iniuria commemorata, nullis repetitis rebus, cum bonis omnibus publicaretur. Et de Off. 1, 36 c. 11 Nullum bellum iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut

60 denuntiatum ante sit, et indictum. Add. Seru. ad Aen. 10, 14 et CLARIGATIO. Proprie tamen repetuntur quae data sunt. Cic. Tusc. 1, 116 At ea quidem dedit vsuram vitae, tanquam pecuniae nulla praestituta die. Quid est igitur quod querare, si repetit quum vult? Beneficium repetere Senec. de Benef. 3, 15. Bona sua repetere ac per-

65 sequi lite atque iudicio Cic. Verr. 3, 32. Hinc quae nostro iure petimus, repetere dicimur. Cic. pro Planc. 101 Quid me aspectas? Quid mea Promissa repetis? quid meam fidem imploras? Cic. pro Arch. 1 Si quid est in me ingenii — Earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet. Fru-

70 ctum et officii praemium repetere Pseudo - Cic. anteq. iret in Exil. 4. Gratiam pro beneficio repetere Liu. 1, 47. In seruitutem vrbes Liu. 34, 58. Cic. Diuin. in Caecil. 18 Equid auctoritatis apud vos in suo iure repetundo socii Populi Romani supplices vestri habere debeant.

75 ¶ 2 Formulae diuersae: Cic. Verr. 5, 16 Verebatur, ne Populus Romanus ab isto eas Poenas vi repetisse videretur, quas veritus esset, ne istis legibus et vestro iudicio non esset persoluturus. Repetit poenas iudex, accusator res publicas dat, persoluit etc. reus s. damnatus. Repetere, Reuocare Plaut. Truc. 4, 3, 72 Filium instinctum te melius est repetere. Ter. Andr. 1, 5, 14 Hemi repudiatus

80 repeditor. Repetere, Iterare Columel. 4, 28 Postea licet eandem pampinationem repetere. Audita repetens Ouid. Ep. 20, 193. Virg. Aen. 2, 178

Exemplo tentanda fuga canit aequora Calchas:

Nec posse Argolicis excindi Pergama telis

Omina ni repetant Argis.

85 Sumtum ex disciplina Romana, apud quos duces e prouincia et exercitu auspicio- rum repetendorum causa Romam non nunquam redierunt. Liu. 8, 30 Namque Papirius Dictator a pullario monitus, quum ad auspici- um repetendum Romam proficisceretur, magistro Equitum denunciauit, ut sese loco teneret. Sermonem de annulis repetimus, i. ad illum re-

90 voluimur Plin. 33, 1. Cic. Att. 13, 38 Deinde Somno repetito simul cum sole experrectus sum: cum denuo obdormissem. Repetere per iudicem Vlpian. l. 3 §. Si liber. D. de Condict. caus. dat. Paullus in l. Reum. D. de accusat. Quod si libelli inscriptione legitime ordi-

95 nati non fuerint: rei nomen aboletur: et ex integro repetendi Reum potestas fiet. i. Rursus accusandi. Aliquem toxico repetere Sueton. in Claud. c. 44. Dolor repetit Scrib. 122. Sic Repeti dicuntur gladiatores, cum vulnerati icti nouo ictu feruntur. vid. Lips. Sa-

100 turn. 2, 20. Huc pertinet tessera percussorum Caligulae apud Suet. c. 58 Repete. Sic Liu. 4, 19 pr. Repetitum cuspide ad terram affixit. ¶ 3 Repetere. [*ἐπανήκειν*] de redeuntibus dicitur, ut Castra repetere Liu. 31, 21. Domum Ouid. Met. 3, 204. Praesepia tauri repe-

tunt Virg. Ecl. 7, 39. Urbem Idem Aen. 2, 749. Iter Ouid. de Arte Am. 3, 747. Repetere Africam Liu. 25, 27. Ministeria

105 repetere solita, Redire ad conuetum opus Plin. Epist. 9, 33, 9. Opus propo-

propositum Ouid. Met. 3, 151. Relicta repetere, *Redire ad intermissa negotia* Hor. Epist. 1, 7, 97. Colum. 11, 2, 6. Itaque ab Idibus Ianuariis — si maior est vineae vel arbuti modus, quidquid ex autumno putationis superfluit, repetendum est. Studia Cic. de Fato 4 c. 2. Idem A. 1 in Verr. 17 Comitibus factis eadem illa vetera consilia pecunia maiore repetuntur, *i. Renouantur.* ¶ 4. *E longinquo petere.* Tibul. 1, 3, 39 *in descriptione mercatoris*, Nec vagus ignotis repetens compendia terris, etc. *i. ex longinquis et remotis terris referre studens.* Affinis est illa ratio *metaphorica*, quum Alte Repetitam orationem dicimus. Cic. de Orat. 3, 89 Quorsum igitur haec spectat, inquit, tam longa, et tam alte repetita oratio? *i. a principis rerum exorsa:* Ibidem 23 Repetam, et non ab incunabilis nostrae veteris puerilisque doctrinae quendam ordinem praeceptorum. Repetita longius interrogatio, apud Quinctil. 5, 7. Cic. pro Cluent. 66 Repetam paullo altius Iudices, et omnia quae in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. Altius omnis rei repetenda oratio est Quinctil. 6, 2. Cic. de Legib. 1, 18 c. 6 *pr.* Alte vero, et ut oportet, a capite frater repetit quod quaerimus. Ab initiis Urbis Caius in l. 1 D. de orig. iuris. Ab origine prima repetens expediam omnem famam Virg. Georg. 4, 286. Ab ultimis, vel Ab ultima antiquitate repetere Cic. de Fin. 1 c. 20. Idem de Diuin. 1, 2 Principio Assyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam. Ab ultimo aliquid repetere, *i. ab initio* Auct. ad Heren. 1, 14. Cic. de Inuent. 1, 1 Quum autem res ab nostra memoria propter vetustatem remotas, ex literarum monumentis repetere instituo, etc. Cic. de Legib. 1, 20 Dii immortales, quam tu longe iuris principia repetis! *conf.* Id. Fam. 13, 29. Cic. de Orat. 1, 91 Cum repeteret vsque a Corace nescio quo. Sic Acad. 4, 13 Repetunt iam P. Valerium, — commemorant reliquos. Cic. Verr. 4, 105 De quo si paullo altius ordiar, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite. Memoriam alicuius temporis Cic. pro Deiot. 20. Originem repetere Caius in l. 1 D. de orig. iuris. Liu. in Praefat. 1 Res est immensi operis, ut quae supra septingentesimum annum repetatur. Sic Repetita consuetudo et institutum dicitur, hoc est Longo interuallo relata, siue a longissimis retrorsum temporibus petita. Cic. Diu. in Caec. 67 c. 22 Neque enim magis animos hominum nocentium res vnquam vlla commouit, quam haec maiorum consuetudo, longo interuallo repetita atque relata. Repetitur est, ut duobus mandaretur consulum nomen imperiumque Liu. 3, 33. Repetita die, Locutio a Iurisconsultis usurpata pro eo, quod antedatam appellant. Vlpianus de fide instrumentorum, Repetita quidem die cautionem interponi non debuisse, *i. Die retrorsus ementita.* Vbi dies pro tempore intelligi debet, ut in illa locutione, Annuam, bima, trima die. Idem de damno infecto, Videamus si cautio ei offeratur postquam missus est in possessionem, an prius decedere debeat, quam si ei caueatur, etiam de eo damno, quod ei contigerit posteaquam missus est in possessionem: quod quidem magis probatur: repetita igitur die cauendum erit. *i. Referenda retrorsus cautio et in praeteritum.* Huic opponitur, Prolata die, in titulo De edendo *Budaeus.* ¶ 5 Repetere, pro Referire. Vnde repetere mulam calcibus, et canem morsu Senec. de Ira 3, 27. *i. Viciissim impetere mulam, et canem remordere* Idem ibid. 2, 34. Repetere, [*ἀναμνησκέσθαι*] pro Recordari. Suet. de Clar. Gram. c. 17 Me quidem adolescentulo, repeto quendam Principem nomine alternis diebus declamare, alternis disputare. Subauditur *Memoria*, ut Plin. Ep. 3, 5 Repeto me correptum ab eo cur ambularem. Sic Ouid. Epist. 20, 193 Audiet et repetens, quae sint audita etc. Plene Cic. de Orat. 1, 1 Cogitanti mihi saepe numero et memoria vetera repetenti, perbeati fuisse Quinte frater, illi videri solent, qui etc. *conf.* Sen. Epist. 10. Cic. pro Arch. 1 Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis, et pueritiae memoriam recordari ultimam, inde vsque repetens hunc video, etc.

REPETENS, entis. Virg. Aen. 1, 376. et 12, 439.

REPETENDVS, a, um. Partic. [*ἐπιτητέος*] ut, Terra nunquam repetenda Ouid. Met. 13, 947. Vulnere repetenda Sil. 6, 320. *vid. mox* REPETVNDARVM.

REPETITVS, a, um. aliud Partic. [*ἐπαναληθής*] *vid. supra.* Per arma repetitus Ouid. Epist. 16, 341. Clades repetita Claud. de Bell. Get. 284. Diuiniatio est ab omni aeternitate repetita Cic. de Diuin. 1, 25. Emtio repetita dicitur, si re vendita pretio nondum soluto, conueniat inter contrahentes, ut discedatur ab ea venditione, et consistat secunda, et quasi alia non praecesserit. *vid.* Pompon. l. 2 ff. de rescind. vend. Exordia repetita Sil. 7, 435. Loci ex intima quaestionum naturalium subtilitate repetiti Quinctil. 1, 4. Cic. in Parad. 4 Effet iuris et aequitatis (quae vincula sunt ciuitatis) repetita in memoria. Possessio repetita per interdictum Cic. pro Caecin. 9. *ut restituatur, qui deiectus est.* Succus repetitus Scribon. 83. *i. iterum datus.* Semicremoque nouat repetitum stipite vulnus Ouid. Met. 12, 287.

REPETITVS, ūs. m. Pedato positum pro repetitu vel accessu quasi per pedem Non. 1, 325.

REPETITOR, ōris. m. [*ἀπαιτητής*] ut, Ademptae nuptae repeditor Ouid. Epist. 8, 19.

REPETENTIA, ae. f. [*ἐπαναληθής* Gloss. Lat. Graec.] Recordatio, et memoria Lucret. 3, 864 Interrupta semel quum sit repetentia nostra. Amittere repetentiam priorum Arnob. 2 p. 61. Repetentiam detrahere Idem ib. p. 62.

REPETITIO, ōnis. f. [*ἀπαιτησις, ἐπαναφορά*] Cic. de Orat. 3, 204 c. 54 Et eiusdem verbi crebra tum a primo repetitio, tum in extremum conuersio.

REPETVNDARVM, Repetundis: *hos duos tantum casus agnoscunt Grammatici: cum re vera sint integri Participii Repetendus vel Repetundus. Nempe pecuniarum repetundarum; vel de repetundis pecuniis a prouincialibus accusatur is, qui praeses prouinciae alienas pecunias aut vi, aut dolo suas fecit.* Vnde Marcianus l. 1 ff. ad L. Iul. repetundar. Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel alio officio, munere, ministerio publico cepit, vel cum ex cohorte cuius eorum est. Caeterum Pecuniae nomine, omnia, quibus diuitiae constant, continentur, ut vasa pretiosa, vestes, frumentum, nauigia etc. Et rem, et nominis rationem satis explicat Cic. Diu. in Caec. 17 et 18 c. 5 Illud quaeramus, — ecquid auctoritatis apud vos in suo iure repetundo socii Populi Rom. — habere debeant. — quasi vero dubium sit, quin tota lex de pecuniis repetundis sociorum causa constituta sit. Nam ciuibus cum sint creptae pecuniae, ciuili fere actione et priuato iure repetuntur. Haec lex socialis est, hoc ius nationum exterarum est: — Sicilia tota, si vna voce lo-

queretur, hoc diceret: Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, aedibus, delubris fuit: quod in vnaquaque re beneficio senatus populique Rom. iuris habui, id mihi tu, C. Verres, eripuisti atque abstulisti: quo nomine abs te festertium millies ex lege

5 repeto. Cic. Off. 2, 75 c. 21 Nondum centum et decem anni sunt, quum de pecuniis repetundis a L. Pisone lata est lex, nulla antea cum fuisset. At vero postea tot leges, et proximae quaeque duriores, tot rei, tot damnati; tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum; tanta sublatis legibus et iudiciis expilatio direptioque fo-

10 ciorum, vt imbecillitate aliorum non nostra virtutis valeamus. Sic Bruto 106 c. 27 L. Piso tribunus Pl. legem prius de pecuniis repetundis Censorino et Manilio COSS. tulit. Add. Verr. 4, 56 c. 25 de hac lege Cic. Verr. 5, 126 c. 48 Facilis est causa populi. Legem enim

15 fociorum causa iussisse — Hic portus, haec arx, haec ara fociorum: quo quidem nunc non ita confugiunt, vt antea in suis reptendis rebus solebant: non argentum, non aurum, non vestem, non mancipia reptunt, non ornamenta, quae ex urbibus fanisque erepta sunt. Idem pro Cluent. 104 c. 37 Qua lege in eo genere a senatore ratio repeti so-

20 let, de pecuniis repetundis, ea lege accusatus honestissime est absolutus. Et 147 c. 53 Quid mea (Proetoris, quaestio) de pecuniis repetundis? — Si quis apud me te, T. Atti, reum velit facere: clames, te lege pecuniarum repetundarum non teneri: neque tua haec recusatio confessio sit captae pecuniae; sed laboris, sed periculi non legitimi declinatio. Cicero igitur pecuniarum nomen semper, puto, addit, vt et Sall. Cat. 18, 3.

25 Sed Tac. Ann. 4, 19, 4 Nec dubie repetundarum criminibus haerebant. Et Ann. 3, 66 pr. Silanum repetundarum a sociis postulat. Et 13, 43, 7 Filium eius Nerulinum aggressis accusatoribus per — crimina repetundarum, et exilio ob faeuitiam. Et sic passim. Ita Sueton. Caes. c. 43 Conuinci repetundarum. Quinctil. 4, 2, 15 Qui repetundarum infimulabitur, — quibus causis prouinciam vniuersam, vel accusatorem, aut testem offenderit, non vtiliter exponet? Sic Plin. Ep. 2, 11, 2 Ego et Cornelius Tacitus adesse prouincialibus iussi, existi-

30 mauimus fidei nostrae conuenire, notum Senatui facere, excessisse Priscum inmanitate et faeuitia crimina, quibus dari iudices possent, quum ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, pecunias accepisset. Respondit Fronto Catus deprecatusque est, ne quid ultra repetundarum legem quaereretur. et c. 20 Marium repetundarum poenae, quam iam passus esset, censuit relinquendum. Et 4, 9, 16 Lege repetundarum Bassum teneri. Et sic saepius, nunquam addito nomine pecuniarum. Caeterum de crimine, iudicioque, et auctis subinde poenis Re-

40 petundarum, Icti ad titulum ff. ad L. Iuliam repetundar. et ubi de legibus agunt antiquarii, consuli possunt, nominatim de Calpurnia, Acilia, Iunia, Glaucia s. potius Seruilia, Cornelia, Iulia: praesertim Manutius de Legib. Nos loca ipsa veterum retulisse contenti erimus. Val. Max. 6, 9, 10 L. Lentulus Consularem lege Caecilia repetundarum crimine oppressus, censor cum L. Censorino creatus est. Cic. ad Her. 1, 20 c. 11 Lex vetat eum, qui de repetundis damnatus sit, in concione orationem habere. Augur quidam damnatus de repe-

50 tundis, in demortui locum qui petat nominauit: petitur ab eo multa. Sed postea exilium, i. aquas et ignis interdictionem fuisse huic crimini propositam, ostendit Manutius, praesertim ex Afcon. ad Verr. 1, 8 c. 3 ubi supplicium commune, quo utitur Cicero, interpretatur aestimationem litis et exilium. Val. Max. 9, 12, 7 C. Licinius Macer, vir praetorius, Calui pater, repetundarum reus, dum sententiae dicerentur, in Moenianum conscendit. Siquidem cum M. Ciceronem, qui id iudicium coge- bat, praetextam ponentem vidisset, misit ad eum, qui diceret, se non damnatum, sed reum periisse, nec sua bona hastae posse subiici: ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore et faucibus coarctatis, incluso spiritu poenam morte praecurrit. qua cognita re, Cicero de eo nihil pronuntiauit. Ponamus adhuc vnum locum Cic. pro C. Rabir. Post. c. 9 c. 4 Accusauit de pecuniis repetundis, iudex sedi, praetor quaesiu, defendi plurimos: nulla pars, quae aliquam facultatem discendi (sic leg. pro dicendi) afferre posset, non mea fuit. Ita

60 contendo, Neminem vnquam, quo ea pecunia peruenisset, causam dixisse, qui in aestimandis litibus appellatus non esset. In litibus autem nemo appellabatur, nisi ex testium dictis, etc.

65 REPETICIVS. vid. REPETICIVS in REPO.  
REPIGNĒRO, ãre. [ἀντιπληρώω] Pignus recipere soluto pretio Vlpian. tit. Commodati, l. Si vt certo §. Nunc videndum, in quibus speciebus Commodati actio locum habeat: et est apud veteres de huiusmodi speciebus dubitatum. Rem tibi dedi, vt creditori tuo pignori dares: dedisti, non repigneris, vt mihi reddas. Paulo post, Si a me culpa absit repignerandi, creditor autem nolit reddere pignus, etc.

70 Alii legunt Repignoras, et Repignorandi. Festus, Reluere, soluere, repignerare.  
REPIGRO, ãre. Retardare. Apul. Met. 8 p. 208 Ipso lumine dirarum bestiarum repigratur impetus. conf. Zeno Veron. Serm. de Resurrect. c. 13.

80 REPIGRĀTVS, a, um. Apul. Met. 1 p. 106 Obsepto vtero et repigrato foetu. Mart. Capella 1 p. 13 Stimulabat paullulum Iouem, ne vxoris Cyllenius fofibus repigratis, somnolento repente marcore torperet, et iam veluti maritali vacatione feriatu discursare sub praecceptis Iouialibus recusaret.

85 REPIGRITIOR apud Martianum Capellam paullo post locum modo indicatum REPIGRĀTVS eadem sententia.  
REPINGO. vid. REPANGO.  
REPLASMO, ãre. de nouo formare, i. creare. Replasmare hominem Vet. Interpr. Iren. 3, 20.

90 REPLAVDO, ãre. Hinc  
REPLAVDENS, entis. Apul. Met. 1 p. 105 Dextra frontem replaudens. Et Met. 6 p. 185 Quadrupedi cursu solum replaudens.  
REPLEO, eui, etum, ãre. [ἀναπληρώω] Implere, Plaut. Poen. 3, 3, 88 Ibi te replibo vsque vnguentum eccheumatis. Corpora replere tosta carne Ouid. Met. 12, 156. Delubra mors replebat corporibus exanimis Lucret. 6, 1270. Dolia replere Propert. 2, 1, 67. Domos exhaustas Cic. de Prouinc. Conf. 4. Fossa repletur humo Ouid. Fast. 4, 823. Femina lacte repletur, quae peperit Lucret. 5, 811. Martial. 7, 19 Misto lagenam replet ad pedes vino. Litora voce replet Idem Met. 1, 338. Locum rumore Idem ex Pont. 4, 4, 19. Nemora ac montes siluasque gemitu replebat Lucret. 5, 990. Populos fama replebat multiplici sermone Virg. Aen. 4, 189. Tectum omne gemitu replebat Idem ibid. 2, 679. Repletur ex lege, quod sententiae iudicis deest Vlpian. in l. 4 §. Si quis condemnatus D. de re iudicata. Lucret. 2, 535 Multa licet genere esse in eo numerumque repleri.

95

100

105

**REPLETVS**, a, um. Partic. [*ἀναπληρωμένος*] *ut*, Repleta ab Apolline Cyrene quatuor pueros peperit Iustin. 13, 7. Alte repletum foramen auris Cels. 7, 8. Eruditione repletus Suet. in August. c. 89. Terrore trepido repletus Lucret. 5, 41. Cornu repletum pomis et flore Ouid. Met. 9, 87. Genus pietate repletum Lucret. 2, 1167. Insula repleta siluis Plin. 12, 10. Lingua voce repleta, *i. iam iam prolocutura* Stat. Theb. 2, 625. Mare repletum ratibus euerfis Senec. Agam. f. 13. Templis omnibus repletis refertoque foro Cic. pro Lege Manil. 44.

**REPLETIO**, ōnis. f. *ut*, Bellissima repletio Imp. Cod. 7 t. 2 l. 15 §. 4. *it.* Cod. 6 t. 28 l. 4. *et* Iustinian. Praef. 1 de Concept. Dig.

**REPLETVRA**, ae. f. *Idem. ut*, Accrescentes repleturae Cod. Theod. lib. 13.

**REPLICŌ**, āre. [*ἀναπτύσσω*] *Retrorsum plicare, vel flectere* Plaut. ... Replica tricam, atque extende. Cato R. R. 41, 4 Eos furculos — in terram demittito, replicatoque ad vitis caput. Idem 21, 2 Replicato in inferiorem partem cupae omnes quatuor Laminas. Replicari in rugas Plin. 17, 14. Senec. de Benef. 1, 4 Chryssippi acumen nimis tenue retunditur, et in se saepe replicatur. Cic. pro Sulla 27 c. 9 Si quaeris qui sunt Romae regnum occupare conati, ut ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus inuenies. *i. Euolvas annales. conf.* Idem de Legg. 3 c. 14. ¶ 2 Replicare apud *IGtos* est respondere exceptioni, *f. ut declarat* Imperator Inst. de Replicationibus *pr.* resolvere ius exceptionis. *vid.* l. 35 ff. de Pactis, etc. *Videtur ut multa alia a Graecis hausta formula, qui ἀντιδιαπλέκω dicunt.* 25

¶ 3 Repetere [*ἀνακινεῖν*] et subinde inculcare est Anmian. 30, 1 Afidue Cylaeis necem replicabat et Artabannis. Sed paulo aliter 30, 7 *pr.* Replicare nunc est opportunum, et ab ortu primigenio patris huiusce Principis ad vsque ipsius obitum actus eius discurrere per epilogos breues. *Hic replicare est redire ad superiora, et ea velut retrahere. Huc referendum forte fuerit, si inueniatur, quod adfertur ex* Plin. . . . Cum saepius ille replicasset, tandem persuasit.

**REPLICANS**, antis. Part. *ut*: Cic. de Div. 1, 127 Non illa quae futura sunt subito existunt: sed est quasi rudentis explicatio, sic traductio temporis nihil noui efficientis et primum quidque replicantis. Haec identidem mecum replicans Apul. Met. 3 p. 129. *i. repetens antmo. Proprie* Plin. 8, 27 *de angue exuente pellem siue senectutem*, Exiit autem a capite primum, nec celerius quam vno die ac nocte, replicans, ut extra fiat membranae quod fuerat intus.

**REPLICĀTVS**, a, um. Partic. *ut*, Intus replicatum Plin. 9, 33 Ceruix replicata Plin. 34, 8.

**REPLICTVS**, a, um. Partic. *ut*, Tunicae bulborum replicatae Stat. Silu. 4, 9, 29.

**REPLICATIO**, ōnis. f. Cic. de Nat. Deor. 1, 53 e. 13 Modo alium quendam praeficit mundo, eique eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat. ¶ 2 Replicatio *Iurisconsultis frequens, ad eas allegationes pertinet, quae intentionem sustentant aduersum exceptionis iniquitatem. De qua* Instit. Iustiniani 4, 14. *vid.* REPLICŌ n. 2.

**REPLVM**, i. n. *Architectonicum nomen satis adhuc obscurum. Solus* Vitruu. 4, 6 Item replum, de impage dimidia et sexta parte. Et 10, 17 Chelonii replum, quod est operimentum. In quibus locis Replum legi debere suspicatur Turnebus 11, 4 *ut tanquam ornamentum et vestimentum esse videatur. Auget coniecturam, quod haec dictio vix apud alium Latine loquentem reperitur. Baldi Lex. Vitr. a replendo deriuasse* videtur; interpretatur enim partem profundam inter impages et tympanum ianuae *f. valuarum.* 55

**REPLVMBO**, āre. [*ἀναμολύβω* Gloss. Gr. Lat.] Dissoluere quod plumbatum est Vlpian. in l. 19 Cum aurum D. de aur. argent. mundo legatis. Celsus libro nono decimo Quaestionum quaerit, si centum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, ut sic adpendantur? Et Procillus et Celsus aiunt, exempto plumbo adpendi debere. Nam et emtoribus replumbatae assignantur, et in rationes argenti pondus sic defertur. Nempe de eo argento sermo est, quod firmitatis vel quacunq; alia causa, ferrum, cuprum, vilius metallum adiunctum sibi habet. Senec. Nat. Quaest. 4, 2 Argentum replumbatur, signorum coagmenta soluuntur. *de Caloribus Aethiopiae loquitur.* 65

**REPLVMIS**, e. Adi. Quod iterum plumis vestitur. Paullinus Iambo ad Cytherium v. 853

Vt pullus aquilae dicitur repascere

Cura parentes mutua:

Quos vis senectae rursus implumes facit

Nidoque pasceudos refert:

Donec replumi vestiantur corpore,

Pennisque florescant nouis.

**REPLVO**, ēre. *Vicissim pluere.* Senec. Controu. Praef. 5 Quis ferret hominem de siphonibus dicentem: caelo repluunt. Repluentes sunt exabundantes ap. Isidor. in Gloss.

**REPO**, psi, tum, ēre. [*ῥεπω*] *Proprie dicitur de animalibus, quae pedibus et ventre gradiuntur, ut sunt vermes: quamuis et ea, quae paruos pedes habent, repere dicuntur, ut sunt lacertae et similia. Verum etiam infantes repere dicuntur [Vet. Gloss. Cyrilli ῥεπω, ἐν βροχῶς] et quoties incessum vel laboriosum ex imbecillitate, vel occultum et insidiosum describere volunt. Qua vnus homo inermis vix poterat repere* Nep. 23, 3, 4. Vulpecula (Nitedula Bent.) per rimam repererat in cumeram Hor. Epist. 1, 2, 29. Genibus repere Plin. 8, 7. In purpuris repere Quinctil. 1, 2 *infans dicitur.* Per iter longum repere Lucan. 3, 458. Milia tum pransi tria repimus, *i. Lente processimus* Hor. Serm. 1, 5, 25. *Metaph.* Columel. . . . Spatium autem radicibus qua repant, lapides praebent. In altitudinem repit vitis Columel. de Arbor. 16, 4.

**REPENS**, entis. Partic. [*ῥεπων*] *ut*, Repens humi Plin. 16, 34 *de hedera.* Animantis repentis itus Lucret. 3, 389. Fama Liu. 22, 21. Sermones repentis per humum, *i. Humiles, siue stili humilioris* Hor. Epist. 2, 1, 251. ¶ 2 Repens, pro Celeri et subito, *vid.* REPENS paulo ante *alphabetico ordine.*

**REPTICIVS**, a, um. Adi. [*ῥεπτικὸς*] Pseudo-Sallust. in Cic. 1 Vbi M. Tullius leges, iudicia Populi Romani defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi vnus reliquus, ex familia viri clarissimi Scipionis Africani, ac non repticius, accitus, ac paulo ante infitus huic vrbi ciuis. Repticius, *i. qui ut vermiculus prorapsit, terrae filius, vel qui velut clanculum irrepit in hanc urbem nouus homo. Sunt qui legant* Repticius, item Reperiticius.

**REPTO**, āre. Frequ. [*ῥεπύζω*] Saepse seu perpetuo repere. Pecudes reptant in colli tondentes pabula Lucret. 2, 318. Per vada reptabat pronus equus Claud. in Eutrop. 2, 443. Solo nostro reptasti

- Stat. Silu. 1, 2, 262 *de infante*. Add. Achill. 1, 477 Niue effossa reptans paruus Achilles. Reptare, per translationem dicimus eum, qui segniter et quasi testudineo passu incedit, quales sunt, qui in hortis aut vineis patiuntur. Hor. Epist. 1, 4, 4 An tacitum filuas inter reptare salubres.
- 5 Sine cruribus et pennis reptare Plin. 11, 29. Laudatur Tacit. Ann. 4, 23 pr. Et adhuc reptabat Africam Tacfarinas. Sed reptabat, i. vexabat al. quod magis conuenit. Caput reptant Plaut. Merc. Suppos. 4, 6, 9.
- REPTABUNDVS, a, um. Adi. [ἐπιρριμωτος, ἐπιρριζοντι ὁμοιος Gloss. Lat. Gr.] Idem quod Reptans. Senec. de Vita beata 18 Quo minus virtutem adorem, et ex ingenti interuallo reptabundus sequar.
- REPTĀTVS, a, um. Partic. [ἐρπυσθαι] ut, Ager reptatus Stat. Theb. 5, 581. cum respectu ad serpentem, qui ibi egit. Sed ad infantis gressum pertinet. Cretaque se iactat tenero reptata Tonanti
- 15 Claud. Conf. Hon. 4, 153.
- REPTĀTVS, ūs. m. [ἐρπυσθαι] Plin. 14, 1 Aliae improbo reptatu atria media complentes. Limaces incedunt spumante reptatu Tertull. de Anima c. 10.
- REPTATIO, ōnis. f. Idem. Quinctil. 1, 12 Nec illa per manus et
- 20 genua reptatio grauiter affligit infantium corpora.
- REPTĪLIS, e. Adi. [ἐρπυσθαι] Quidquid reptit, ut, Cochleae reptiles Sidon. Epist. 8, 12.
- REPŌLIO, ire. Rursus polire. Columel. 2, 21 Sin protinus vsui destinantur (nempe frumenta) nihil attinet repoliri: satisque est in
- 25 umbra refrigerari, et ita granario inferri.
- REPONDĒRO, are. Sidon. Epist. 1, 4 Reminiscaris velle me tibi studii huiusce vicissitudinem reponderare. Pro falsitate veritatem alicui reponderare Claud. Mamert. 3, 15. Reponderatur tibi ex hoc consummatissima gloria Sidon. Ep. 5, 1. add. 9, 11.
- 30 REPŌNO, pōsui, pōsitum, ēre. [ἀνοτιθῆναι, τομιεῖω, Ἰσοαυελῶ] Rursus ponere, ponere quod modo mouebatur, ut iam quiescat, ponere seorsum. Virg. Aen. 3, 231 Arisque reponimus ignem, i. Rursus adhibemus ignem, et sacrificamus. Liu. 1, 34 Rursus velut ministerio diuinitus missa capiti apte reponit, pileum, quem sustulerat. Insigne
- 35 regium quod ille de suo capite abiecerat, reposuit Cic. pro Sext. 58. Reponere, i. loco suo mota in eum reducere: Articulationem repositum Scrib. 206. Manus reponi non difficillime potest Cels. 8, 17. Intestina reposita Ibidem. Pontes vetustate ruptos Tac. Ann. 1, 63, 6. Lapidem quemque suo loco Cic. Verr. 1, 146 c. 56. Grues in tergo praeuolantium capita reponunt Idem de Nat. Deor. 2, 125 c. 49. Ligna large reponere super foco Hor. Carm. 1, 9, 6. Pocula reponere Virg. Georg. 4, 378. Vina reponite mensis Idem Aen. 7, 134.
- 40 ¶ 2 In primis de iis dicitur, quae seruantur in futurum. Aceruum farris tecto reponunt Virg. Aen. 4, 403. Alimenta in hiemem Quinctil. 2, 16, 16. Cic. de Nat. Deor. 2, 156 c. 62 extr. Neque ferendi, neque colendi, neque tempestiue demetendi, percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi vlla pecudum scientia est. Prouisa ante reponere Virg. Georg. 1, 167. Seorsum reponere Columel. 9, 15. Vasa in horreum siccissimum reponi conuenit Idem 12, 15. Paulo post, Religatas iunco vel qualibet herba offas reponunt in crates. Ibidem, Siccitatem in tabulatum reponunt. Quam locutionem idem semel et iterum vsurpauit Ibidem 2. Rursus c. 16 Quum deinde modice aruerint, in vasa noua sicco loco reponito. Hiemi reponere aliquid, Referre in hiemem Virg. Georg. 3, 403.
- 45 ¶ 3 Aliae formulae: Cic. Fam. 9, 14 Intelligere debes in te repositam esse Remp. i. ex te pendere, in te solo spem habere. Sed Hor. Carm. 3, 5, 30 Nec vera virtus quum semel excidit, Curat reponi deterioribus. i. permutari. Cic. Att. 13, 12 Catulo et Lucullo alibi reponemus? ita tamen, si tu hoc probas? deque eo mihi rescribas velim, i. reddemus, quod nunc relatum est. Sed Cic. Fam. 1, 9 Cur autem laudarium, pecto a te, ut id a me, neue in hoc reo, neue in aliis requiras, ne tibi idem reponam, quum veneris, tametsi possim vel absentem, i. Ne te vicissim rogem, ne tibi idem obiciam. Sic Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam? Iuuen. Sat. 1, 1. i. Nunquam Poëtis sua recitantibus, me auditore, vicem rependam mea recitans? vid. Barth. Adu. 21, 1. Reponere Amissa vrbi Tac. A. 16, 13, 6. i. restituere. Iniuriam, i. reponere Sen. de Ira 2, 28. Verum Stat. Theb. 7, 201 Quoties iam torta reponam Fulmina, quam rarus terris hic imperet ignis. Iupiter loquitur.
- 50 ¶ 4 Animas laetis sedibus reponere dicitur Mercurius Hor. Carm. 1, 10, 30. Animum suum omniaque sua in aliquem reponere Valer. Argon. 5, 390. Capillum reponere Quinctil. 8 Pr. 22. turbatum iterum ordinare. Cervicem reponere Id. 4, 2, 39 Gestus effeminatus sibi placentis, et caput reponentis in humerum. Cic. pro Sull. c. 92 Vestrae iam sunt partes iudices: in vestra mansuetudine atque humanitate causam totam repono. Martial. 2, 37 Villus si pudor est, reponere coenam, i. Refer quae sustulisti e mensa. Addit, Cras te, Caeciliane, non vocaui, ut auferas, unde cras coenes. Donata reponere Hor. Epist. 1, 7, 39. i. reddere. Hor. in Arte Poët. 190 Fabula quae posci vult et spectata reponi, i. Primo et secundo in scenarecitari. Ibidem 123 Honoratum si forte
- 55 reponis Achillem. h. e. si fabulam semel de Achille positam, rursus ponere in animo est. An poteris siccis mea Fata reponere ocellis Propert. 1, 17, 11 i. narrare aliis mortem meam. Nam interpretationi Passeratii, quam Brouckhusus probat, ut Fata reponere sit cineres et reliquias componere in urna, repugnare videtur, quod naufragi nulla sunt ossa, ut ipse statim addit Poëta. Fiduciam suam reponere in aliquo Plin. Ep. 3, 9, 16. Fructum honestatis in conscientia Idem ibid. 1, 8, 14. Lacerimas reponere seruare in futurum. Stat. Silu. 5, 47. Membra reponunt stratis Virg. Aen. 4, 392. Mentem reponere, Reddere animum Valer. Argon. 7, 295. Numos reponere, Reddere, restituere
- 60 Plaut. Pers. 1, 1, 38. Odium reponere Tacit. in Vita Agric. 39, 4. differre in tempus aliud. Onus mens reponit, Graues curas deponit Catul. ad Sirmionem f. 29, 8. Remum reponere, Cessare a remigando Plaut. Afin. 3, 1, 16. Sensibus imis reponere Virg. Ecl. 3, 54. Cic. Philipp. 5, 42 Magnam Spem in eius virtute, auctoritate, felicitate reponere, otii, pacis, concordiae, libertatis. Spem sui in seipso reponere Cic. Tusc. 5, 36 c. 12 extr. Spem vnicam senectutis in aliquo reponere Quinctil. Prooem. 6. In Caritate ciuium nihil Spei reponens Liu. 1, 49.
- 65 ¶ 5 Formulae ex Praepositione IN. Cic. Philipp. 10, 15 Si qua tui exercitus, de quibus dixi, propterea laudantur, quod pro Populi Rom. libertate arma ceperunt, quid est, cur M. Bruti exercitus non in eadem causa reponantur? In coronamenta reponere, pro referre Inter herbas, quibus coronae fiunt Plin. 22, 21. Cic. de Nat. Deor. 1, 18 Quo quid absurdius, quam aut res fordidas atque deformes deorum honore afficere: aut homines iam
- 70 morte deletos reponere in deos, quorum omnis cultus esset futurus in luclu?



luctu? In gradum reponi Quinctil. 5, 7. In gremio reponere aliquid Liu. 26, 15. In libris aliquem reponere pro alio *nomen et mentionem illius usurpare* Cic. Att. 12, 7. Idem ad Brut. 16 Scilicet vt illo prohibito, rogare alterum, qui se in eius locum reponi pateretur. In medium quaesita reponunt, *i. Quaesita et parta in commune conferuant, de apibus* Seruius ad Virg. Georg. 4, 157. In Memoriam vnius verbi admonitione reponuntur excidentibus Quinctil. 11, 2, 19. Cic. de Opt. Gen. Orat. 17 Tamen hunc in numero non repono. Sic de Orat. 1, 63 Reponere in numero eloquentium. Cic. pro Sext. 143 Quos equidem in deorum immortalium coetu ac numero repono. In numerum fabularum reponere aliquid Idem de Inuent. 1, 39. In ordinem aliquorum Columel. 9, 12. In scepra reponere aliquem Virg. Aen. 1, 257. In silentio reponere recte facta alterius Plin. Epist. 1, 8. Cic. Att. 10, 13 Sic volo te tibi persuadere, mihi neminem esse cariorem te, excepto Caesare meo, meque illud vna iudicare, Caesarem maxime in suis M. Ciceronem reponere. In vetustatem reponere aliquid Columel. 12, 44. *b. e. vt diu seruetur.* In Vicem alicuius rei aliud reponere Idem 4, 26. Cic. Qu. Frat. 1, 3 Testor omnes deos, me hac vna voce a morte esse reuocatum, quod omnes in mea Vita partem aliquam tuae repositam esse dicebant. 20 ¶ 6 *Obseru.* Reposui pro Reposui Plaut. Afin. 3, 1, 16 Si reposui renum.

REPOSITVS, et per Syncopen REPOSTVS, a, um. Partic. [*ἀποκειμενος*] vt, Repositi et frigidi cibi Quinctil. 2. *b. e. Rursum apposti mensae.* Ceruice tereti reposita Lucret. 1, 36. Epulae repositae Virg. Georg. 3, 527. *i. e. Abundantes, aut variae, Seruius. Puto in primis significari binas eodem die epulas, bis in die saturum fieri, quod in Siculis Dionysii coenis displicebat Platoni* Cic. Tusc. 5, 100 c. 35. Fora Templaque Tac. H. 3, 34, 4. *i. denuo aedificata.* Honos repositus, *i. Restitutus* Tac. Ann. 14, 61, 3. Virg. Aen. 1, 26 — Manet alta mente repositum Iudicium Paridis, spretaeque iniuria formae. Pecunia in thesauris reposita Liu. 31, 13. Antonius Conf. ad Cic. Att. 14, 13. Et voles P. Claudium in optima spe puerum repositum, existimare, non te infectatum esse, quum potueris amicos paternos. Terras tentare repositas Virg. Aen. 3, 364. *i. e. Longe positas.* Seruius. Tellure repositi, *i. Sepulti* Idem ibid. 6, 665. Multa ex reposito (*in thesauro*) acquisitoque perdenda sunt Sen. de Benef. 4, 20.

REPOSITIO, ōnis. f. Pallad. 1, 32 Repositiones foeni, ligni, etc. *i. horrea, ubi reponuntur.*

REPOSTOR, ōris. m. Restitutor. Ouid. Fast. 1, 63 Templorum repositior, templorum sancte repositior.

REPOSITORIVM, f. REPOSTORIVM, i. n. *Instrumentum, in quo antiquorum reponerantur fercula, quae vna cum ipso reposito adferrebantur et auferrebantur.* Plin. 33, 11 f. 49 Iam vero et mensae repositoriis imponimus, *i. lances magnas insiar mensarum argenteas, argenteis quoque repositoriis.* Idem f. 52 Repositoriis argentum addi, sua memoria coeptum Fenestella tradit, qui obiit nouissimo Tiberii Caesaris principatu. Sed et testudinea tum in vsum venisse: ante se autem paullo lignea, rotunda, solida, nec multo maiora quam mensae fuisse. Se quidem puero quadrata et compacta aut acere operta aut citro coepisse. Mox additum argentum in angulis, lineasque per commissuras. Tympana vero se iuvene appellata, stateras et lances, quas antiqui Magidas appellauerant. Plin. 28, 2 Bibente conuiuia mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur. *conf. Gonsal. ad Petron c. 33 p. 117 Burm.* ¶ 2 *Locus secretior aptus ad asseruandas res pretiosas.* Capitol. Anton. Phil. c. 17 Gemmas multas in reposito sanctiore Adriani reppererat.

REPORRIGO, ēre. Petron. c. 51 f. Fragm. Trag. c. 23. *vid. Scheff. not. p. 115.*

REPORTO, āre. [*ἀνακελιζω*] retro, vel in reditu portare, domum portare. Virg. Georg. 1, 275 Aut atrae massam picis vrbe reportat. Dorso vel collo reportare Columel. 7, 1. Humeris reportat suis exulem Italia Pseudo-Sallust. in Cic. extr. Ad aures alicuius reportare aliquid, *i. Nuntiare* Virg. Aen. 7, 167. Frigidissime reportavit puellam patronus, quam in aduersa subsellia transtulerat Quinctil. 6, 1, 39. Cic. Att. 6, 1 Si nihil aliud de hac prouincia, nisi illius beneuolentiam reportassem, mihi id satis esse. Vetus exemplar legit Deportassem. Idem Verr. 4, 6 Vt illis benignis vsus est ad Commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum. Dicta haec tristitia adytis reportat Virg. Aen. 2, 115. Caes. Bell. Gall. 5, 23 Duobus com meatibus Exercitus reportare constituit. *conf. Cic. Att. 4, 17.* Gaudia mente reportare Stat. Silu. 1, 3, 13. Gloriam reportare ex Proconsulatu Plin. Epist. 3, 7. Cic. de Legib. 3, 18 Nihil praeter Laudem bonis atque innocentibus, neque ex hostibus, neque a sociis reportandum. Mandata Propert. 3, 6, 37. Pedem reportat ex hoste Virg. Aen. 11, 764. Poenas, *vid. REPOSCO* poenas. Cic. de Lege Agr. 2, 60 c. 23 Si est aequum praedas ac manubias suas imperatores, non in monumenta deorum immortalium, neque in vrbis ornamenta conferre, sed ad Decemuiros tanquam ad dominos reportare, nihil appetit sibi praecipue Pompeius, nihil. Idem pro Lege Manil. 8 c. 3 Adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt imperatores, vt ab illo insignia victoriae non Victoriam reportarent.

REPORTATVS, a, um. Partic. vt, Equis et curru reportatus Cic. Post redit. in Senat. 27 c. 11.

REPORTATIO, ōnis. f. Ict. in Dig.

REPORTATOR, oris. m. Apul. tribuitur.

REPOSCO, pōposci, ēre. [*ἀνακελιζω*] Ab aliquo petere quod nobis debet, vel quod a nobis accepit. Virg. Aen. 7, 606 — Parthosque repossere signa Ter. Adelp. 1, 2, 52 Nam ambos curare, propemodum repossere illum est, quem dedisti. Plaut. Cure. 5, 2, 16 Quam virginem me repossis? Cic. Verr. 4, 115 c. 57 Sese a suis ciuibus haec habere mandata, vt ad Verrem adirent, et eum simulacrum Cereris et Victoriae repossere. Idem Post redit. in Senat. 9 Quorum alter a me Catilinam amatorem suum multis audientibus, alter Cethegum consobrinum reposserebat. Auxilium datum repossere Liu. 3, 23. Foedus repossere flammis Virg. Aen. 12, 573. Fratrem clamore magno repossit Sil. 17, 460. Pacta repossere Stat. Theb. 11, 570. Virg. Aen. 6, 530 DI talia Graiis Instaurate, pio si poenas ore repossere. Catul. ad Licinium f. 50, 20 Precesque nostras, Oramus, caue despuas, ocelle, Ne poenas Nemesis repossat. *al. reponat.* Promissa sua repossit videt Virg. Aen. 12, 2. Rationem Caes. Bell. Gall. 5, 30. Cic. Verr. 3, 1 Legem sibi ipsi indicunt, innocentiae, continentiae, virtutumque omnium, qui ab altero vitae Rationem repossunt. Rationem vos repossitis, quid Achaei Lacedaemoniis bello victis fecerimus? Liu. 39, 37. Vicem Martial. 8, 38. Repossere per iudicem, 105

Callistratus in l. Extat D. de eo, quod metus causa, etc. *Causa re-  
poscit, Exigit Vlpian. in l. in eos D. Ad legem Iul. maiest. Lucret.  
6, 920 Quo magis attentas aures animumque reposco. Ad poenas  
repscere aliquem Virg. Aen. 2, 139. Ad supplicium aliquem reposcere Id.  
5 Ibid. 8, 495. Propensiores ad bene merendum, quam ad repo-  
scendum Cic. de Amicit. 32. *Vt magister tradere dicitur cum docet,  
ita reposcit, cum discipulos reddere lectiones iubent. Tu genus  
hoc memento Reddere, cum reposcam Terent. Maurus de Anacreon-  
tio Choriambico p. 2439.**

10 REPOSCONES, um. m. Ammian. 22, 16 Aegyptii controuersi  
et reposcenes acerrimi. *Hi forte iidem, qui Flagitatores acres, mo-  
lesti et assidui, apud Cic. in Brut. 5.*

REPOSITORIVM, vid. REPONO.

15 REPOTIA, orum. n. Pl. [*ἑπαύλια*, Vet. Gloss.] Genus epularum,  
de quo Festus, Repotia: postridie nuptias apud nouum maritum coe-  
natur, quia quasi reficitur potatio. Hor. Serm. 2, 2, 60

Cuius odorem olei nequeas perferre, licebit  
Ille repotia, natales, aliosue dierum  
Festos albatus celebret.

20 *Vbi Porphyrio, Repotia dicebatur Dies post nuptias. Acron vero,  
Repotia, inquit, dicuntur Septimus dies, quo noua solet nupta redire  
ad parentes suos, Alias Repotia sunt, quae Graeci dicunt ποδοςπό-  
φια aut mutuae inuitationes: vel dies secundus a nuptiis, quo virgo  
25 ad muliebrem habitum componitur. Hic pro Festis diebus accipitur.  
Sic dedit G. Fabricius. Conuenit Vet. Schol. Cruquii, nisi quod ultima qua-  
tuor verba omittit. Turnebus, Sed crediderim, inquit, etiam repotia  
celebrari solita liberis natis, et cum maritis noua quotannis prope soboles  
nascatur, ut renouanda sit epulatio, idcirco ea conuiuia repotia appellata.*

30 *Nec vero Auidieni personae conuenit nuptiale conuiuium. Ea, nisi me  
fallit augurium, dicere uoluit Acron Grammaticus παιδοτρόφια Graece vo-  
cari, ueluti sublatis et susceptis liberis et parentibus eos alere discernentibus.  
Nam in Graecorum potestate erat liberos exponere, nec alere. Vt autem  
ita repotia interpreter, mihi persuadet Ausonius sic scribens, (Epist. 9,  
35 50) Coniugioque dapes, aut sacra repotia patrum. Ecce eorum epu-  
las dicit, qui susceptis liberis facti sunt parentes. Hactenus ille 3, 6  
Sed refellitur a Cruquio ad Horatii l. c. qui etiam illud monet ποδοςπόφια  
forte mutanda apud Vet. Scholiasten in ποδοςπόφια, ut uices computationum  
indicerentur. Sed addit, a Scaligero ποδοςπόφια ex Glossario etiam ad-*

40 *ferri. Nempe ibi ita legitur, Reoria ἢ τρίτη τῶν ἀγάμων ποδοςπόφια.  
Scaliger ad Festi l. c. legi uult Repotia ἢ τρίτη τῶν γάμων ποδοςπόφια.  
Quod probat Cuiac. Obs. 16, 39 qui putat ποδοςπόφια dixisse Graecos, qui  
repotia deriuarent a pedibus et repedando siue redeundo ad conuiuium.  
Quorsum pertinet etiam altera Glossa, Reperidia, et Reproca quam ita  
45 reconcinnat Scaliger, Repotia, ἐπίβδα, ἢ μετὰ τὴν ἐορτὴν ποδοςπόφια. Cae-  
terum Repotia post nuptias etiam commemorat Symmach. 7, 19. Apud  
Gell. 2, 24 Nuptiis et repotiis HS mile lege Iulia sumtuaria finiuntur.  
Vinetus ad Ausonii l. c. Reportia esse ait in quibusdam libris Horatii et Auso-  
nii, quasi a reportando.*

50 REPOTATIO, ōnis. f. Varro de L. L. 5, 8 p. 61, 29 Ab eadem  
lingua πότω, vnde Potio, vnde poculum, potatio, repotatio: etc.

REPOTIALIS, e. ut, Liber repotialis debetur ingenio Scaligeri.  
Festus voce REPOTIA uerbis, quae modo dedimus, adiungit ista: Pacu-  
uius in Iliona, Abeo depulsum manna paedagogandum accipit appor-  
55 talis liber. Scaliger Repotialis liber. Sed quis esset repotialis li-  
ber, non docet, neque hic, neque Pœt. 3, 101 ubi de repotiis. Suspiciatur  
Daccrius, esse natum ipsis repotiis liberum s. puerum; sed quomodo cum  
Pacuii fragmento conciliari queat haec interpretatio, non docet. Turn.  
13, 25 eodem modo emendandum putat, quo Scaliger, additque, Repotialem  
60 uocari uideri, qui ad repotia uentitare soleret, aut in repotiis liber factus  
esset.

REPRÆCISIO, ōnis. f. Castor se repræcissione genitalium li-  
berat Apul. Met. 1 p. 78 Stew. Sed Elmenh. p. 106, 12 præcissione,  
quod in emendationibus probat.

65 REPRÆSENTO, are. [*πρᾶξις*.] Proprie significat in prae-  
sentiam reducere, facere ut denuo praesens sit vel esse uideatur id, quod  
praesens fuit, sed iam non est. Sic Colum. 1, 8, 11 uult, Vt villicus  
semper se repraesentet, i. praesentiam suam restituat, adsit subinde, cum  
rediturum non putabant operae. Repetit 11, 1, 26. Sic Viridem sa-  
70 porem oliuarum repraesentat, restituit, conditura Colum. 12, 47, 8. In  
his non ad simulacrum quaecumque, sed ad ipsam rei, de qua agitur prae-  
sentiam refertur. Sic Horat. Epist. 1, 19, 14

Quid? si quis vultu toruo ferus ac pede nudo,

Exiguæque togæ simulet textore Catonem?

Virtutemne repraesentet moresque Catonis?

75 Ergo aliud est simulare Catonem: aliud repraesentare, praesentem sistere,  
in vitam ipsam reducere, vitam et mores Catonis. Hinc ad Memori-  
am et eam quae Phantasia uocatur a Philosophis, transferri solet. Quin-  
ctil. 11, 2, 1 Nam et omnis disciplina memoria constat, — et exem-  
80 plorum, legum, responsum, dictorum — uelut quasdam copias,  
quas in proutu semper habere debet orator, eadem illa vis repraesentat,  
i. reducit uelut in praesentiam et sistit, quoties opus est. Idem 6,  
1, 31 Vestis illa (Caesaris) sanguine madens, ita repraesentauit ima-  
ginem sceleris, ut non occisus esse Caesar, sed tum maxime occidi ui-  
85 deretur. Et 6, 2, 29 Quas Φαντασίας Graeci uocant, nos sane uisiones  
appellemus, per quas imagines rerum absentium ita repraesentantur  
animo, ut eas cernere oculis, ac praesentes habere uideamus. Et 11,  
3, 155 Mouendi ratio aut in repraesentandis est, aut imitandis affecti-  
bus. Distinguit repraesentare tanquam maius ac potentius quiddam ab

90 imitari. Sed ipse etiam Cic. pro Sext. 26 c. 11 Erat eodem tempore  
Senatus in aede Concordiae, quod ipsum templum repraesentabat me-  
moriā consulatus mei, i. reducebat, instaurabat, ut tanquam praesentes  
inspicere sibi uiderentur actiones Ciceronis in Consulatu. ¶ 2 Sed

95 etiam ad similitudinem efficiendam adhibetur, ut Sen. Epist. 11 Artifices  
scenici, qui imitantur affectus, qui metum et trepidationem expriment,  
qui tristitiam repraesentant, hoc indicio imitantur uerecundiam, dei-  
ciunt vultum, uerba submittunt, figunt in terram oculos et deprimunt,  
ruborem sibi exprimere non possunt. Colum. 8, 17, 6 Quantum

100 comminisci ualet hominis ingenium faciem repraesentare (i. assimilare)  
veri maris. Vlpian. l. 1 §. 2 ff. Si is, qui testam. liber esse iustus erit,  
Culpa dolo proxima dolum repraesentat, i. dolo aequiparatur, pro dolo  
habetur. ¶ 3 Repraesentare est simpliciter facere, ut aliquid

105 praesens sit, i. exhibere, dare, praestare, cumque sedem in primis habeat  
in re pecuniaria, et inde reliquae formae possint intelligi, hinc potissimum  
incipiamus: qua in re more nostro non refellemus aliter sentientes, sed quod  
uerum

verum videtur, eo diligentius explicabimus. Ergo repraesentare pecuniam est praesentem soluere, καταβάλλειν, et numerare, non in diem, non differre etc. siue illud, quod repraesentamus, hoc ipso tempore debeat, siue nondum debitum ante diem numeretur. Cic. Att. 12, 25 deliberat de emendo praedium ad monumentum Tulliae suae, Numerato ait se malle, 5 quam aestimatione, i. praesenti pecunia potius, quam permutatione praedii alterius, ubi utrumque aestimandum sit, et inaequalitas tollenda pretio. Pergit, Vnde ergo numerato ememus? Respondet HS. DC exprimes ab Hermogene, cum praesertim necesse erit, et domi video esse HS. DC. Reliquae pecuniae vel usuram Silio pendemus, dum a Faberio (soluendam nobis) vel ab aliquo, qui Faberio debet, repraesentabimus. De eadem re agitur Epist. 29 Si qua etiam iactura facienda sit in repraesentando, vid. ibi Gronou. Et Epist. 30 Magno etiam adiumento nobis Hermogenes esse potest in repraesentando. De eadem Epist. 31 Explicare vel repraesentatione non dubitarem de Silianis, i. etiam numerata praesentique pecunia emere hortos illos. Sueton. August. c. 101 de testamento ipsius, Legauit — Praetorianis militibus singula millia numerorum — quam summam repraesentari iussit, nam et confiscatam semper repositamque habuerat. Reliqua legata varie dedit — quibus soluendis annum diem finit. Sueton. Aug. c. 101 Omnibus 20 dena sestertia repraesentata, et quinquagena promissa. Idem Neron. c. 44 Partem census omnes ordines conferre iussit, et insuper inquilinos priuatarum aedium atque insularum pensionem annuam repraesentare fisco, i. statim tantundem fisco inferre, quantum mercedis pro habitatione annua solerent soluere dominis. Fac esse loca, ubi repraesentari dicitur, quod ante diem soluitur: tamen repraesentantur etiam quae diu post diem primum dictam soluntur, ut Sueton. Cal. c. 16 Legata ex testamento Tiberii, quamquam abolito, sed et Iuliae Augustae, quod Tiberius suppresserat cum fide ac sine calumnia repraesentata persoluit. Itaque quod Vlpian. l. 8 §. 6 D. de Transactionib. Repraesentatam pecuniam 30 vocat, quae ante quam debebatur numerata est, poterat eadem plane ratione dicere simpliciter numeratam vel praesentem. Eadem est ratio, si attendas l. 36 D. de Conditt. et Demonstrationib. Agitur ibi omnino de fideicommissis, ante diem praestando, et dubium non est, quin hoc etiam sit repraesentare: sed hoc nego in repraesentandi verbo inesse vim occupandi, praenueniendi, etc. Eadem plane ratio l. 57 C. de Episcopis et Cler. Quia nec appellatio quidem annui conferretur, nisi per singulos annos contingat praestari, si semel repraesentatum postea perfecte pereat. In Graeco est καταβλητέον, et plane eadem sententia dixisset Imperator, numeratum, solum. Sed, quam volumus notionem, ICris pulchre vindicauit 40 C. H. Mullerus in Bibl. miscel. Hamburg. Vol. 1 p. 90 seqq. Conf. RE-  
**PRAESTO.** ¶ 4 Ad hanc rationem repraesentare significat statim, in praesenti, et nulla interposita mora, facere, dare, praestare aliquid. Caes. B. G. 1, 40 Se quod in longiorem diem collaturus esset (pro fuisset) repraesentaturum, et proxima nocte castra moturum. 45 Sen. Epist. 95 Petis, ut id, quod in diem suum dixeram debere differri, repraesentem, i. statim faciam. Frontin. de Aquaed. art. 119 curatorem aquaeductuum vult aestimare, quae repraesentanda, quae differenda sint. Plin. Pan. 25, 2 An mediocris animi est, his potius repraesentare (statim dare) quibus magis negari potest? A. de B. Alex. 70 Caesar respondet se fere aequissimum Pharnaci, si, quae polliceretur, repraesentaturus esset. Vitruu. 7, 5 extr. Chrysoecolla, ostrum, Armenium — a domino, non a redemptore repraesentantur, i. dantur, curantur, in natura, ut loquuntur, i. ipsum corpus, non pretium. Sed operae pretium est formulas adhuc obseruatas elementorum ordine disponere, 55 Curt. 6, 11, 33 Timuisse, ne pater septuaginta natus annos — extingueretur — Festinasse ergo se, dum praemium in manibus haberet, repraesentare Consilium. Sic legendum de sententia Gronou. de Pec. Vet. 1, 6 p. 31. Cic. Fam. 16, 14 Dies promissorum adest, quem etiam repraesentabo, si veneris, i. faciam statim quod promisi, ut te manu mittam. Dolum vid. n. 2. Ebrietatem repraesentari narrant cyclamini radice in vinum addita, i. statim induci, effici Plin. 25, 9 l. 67. Faciem maris, vid. n. 2. Cic. Att. 16, 2 Mihi quidem videntur istorum animi incendi ad repraesentandam improbitatem suam, i. statim, ac citius aliquanto, quam fecissent, ostendendam. Liu. 2, 36 Quum 65 — Minas Irasque caelestes, repraesentatas casibus suis, exposuisset, i. non modo minatum sibi Iouem in somnis, sed minas etiam repraesentasse, statimque exegisse denunciatam poenam. Sic 8, 6 Nam et vera esse, et apte ad repraesentandam Iram Deum ficta possunt, ut ostenderetur, Deos statim, et e vestigio ultos esse vicem suam. Iudicia Quinct. 10, 7, 2. 70 i. statim dare. Legata, vid. n. 3. Cic. Philipp. 2, 118 Quin etiam corpus libenter obtulerim, si repraesentari morte mea libertas ciuitatis potest. Libertatem Vlpian. in l. Si pure D. de fideicom. libert. et Scaeuol. in l. Thais §. 1 eodem tit. Plin. Epist. 6, 8, 7 in formula S. C. I. Quum Senatui P. Q. R. liberalitatis gratior repraesentari nulla Materia posset, quam si abstinentissimi fidelissimique custodis principalium opum facultates adiuuare contigisset. Medicinam, i. statim adhibere ac praestare Cic. Fam. 5, 17 fin. Neque expectare temporis medicinam, quam repraesentare ratione possumus. Menioriam, vid. n. 1. Mercedem repraesentare Sueton. in Claud. c. 18. Frontin. Strat. 1, 11, 2 80 Quantum quisque numeratae pecuniae aut auri argentique haberet, conferret, ut repraesentari merces proditoribus posset. Necem Sueton. Vitell. c. 10. Seneca Epist. 17 Quid in longum te ipse differs? Expectabisne foenoris, aut ex merce compendium? aut tabulas beati senis? cum fieri possis statim diues. Repraesentat Opes sapientia. 85 Poenam repraesentare, i. Statim et sine dilatione exigere Sueton. Claud. c. 34. Val. Max. 6, 5 ext. 4. Praemia Suet. Ner. c. 5. Spectaculum repraesentare, pro statim exhibere Sueton. in Calig. c. 58. Supplicium repraesentare, ut poenam, i. statim irrogare Curt. 1, 1, 39. Sueton. in Claud. c. 34 Tormenta quaestionum, poenasque parricidarum 90 repraesentabat, exigebatque coram. Verbera et plagas, saepe vulnera, nonnunquam necem repraesentantes aduersantibus Suet. Vit. c. 10. Charmidas, quae quis exegerat Volumina in bibliothecis, legentis modo repraesentauit Plin. 7, 21. Idem 28, 10 Nam si oleum non sit, vicem eius repraesentat. Sueton. Ner. c. 21 Flagitantibusque cunctis caelestem Vocem — repraesentaturum se pollicitus est lubens: ac sine mora nomen suum in albo profitentium citharoedorum iussit adscribi, etc.

**REPRÆSENTANS**, antis. Partic. Cael. ad Cic. Fam. 8, 2 Me repraesentante pronunciatum est. Sed nemo intelligit Gronou. suspicatur, 100 me in re praesente.

**REPRÆSENTĀTVS**, a, um. Sueton. Othon. c. 5 Omnibus dena sestertia repraesentata. Minae caelestes repraesentatae Liu. 2, 36.

**REPRÆSENTATIO**, ōnis. f. [ὑποτίποισις] Plin. 9, 6 Hoc 105

scire orcas, infestam his beluam, et cuius imago nulla repraesentatione exprimi possit alia, quam carnis immensae dentibus truculentae. Plus est euidencia, vel, ut alii dicunt, Repraesentatio, quam perspicuitas Quinctil. 8, 3, 61. *Describit eam, quam Graeci vocant ἐνάγκυριαν.*

5 Repraesentatio, pecuniae praesentis et numeratae solutio. vid. REPRÆSENTO n. 3. Cic. Att. 12, 31 Si enim Faberianum venderem, explicare vel repraesentatione non dubitarem de Silianis, si modo adduceretur ut venderet. Sic Idem ibid. 13, 29 Nomen Dolabellae iam expeditum videtur, ut etiam repraesentatione confidam.

10 REPRÆSENTATOR, ōris. m. Tertull. aduers. Praxean c. 24 Filius repraesentator patris.

REPRÆSENTANEVS, a, um. Tertull. Apol. c. 28 extr. Repraesentanea potestas est, quae statim repraesentare se ad poenas vel praemia potest.

15 REPRÆSTO, āre. Quasi retro et vicissim praestare. Si non integras (materias) repraesentauerit l. 47 D. act. emt. et vend. Fideicommissum eis repraesentandum l. 22 pr. D. ad SC. Trebell. Sed C. H. Mullerus in Bibl. Misc. Hamb. P. I p. 94 utroque loco verbum Repraesentare substituendum magna cum specie veri contendit. Sic Iustin. II,

20 12 Polliceturque se praestaturum ea Dario, si secundus sibi, non par haberi velit. MSS. praesentaturum: Gronou. de Pec. Vet. 1, 6 p. 30 conicit repraesentaturum.

REPREHENDO, vel per Syncopen REPRENDO, di, sum, ěre. [ἀντιλαμβάνω, μέμφομαι, ἐπιπλήττω, ἐπιτιμῶ] Retrahere, quasi Retro

25 prebendere, et corripere. Plaut. Pseud. 1, 3, 19 Reprehende hominem, adsequere. Propert. 3, 13, 9 Quam possit nostros quisquam reprehendere cursus. Aliquem ab exitio Lucret. 6, 568 retrahendo seruare. Phaedr. 5, 8, 3 de occasione, quam Graeca ratione, καιρόν, virum facit, Quem si occuparis, teneas: elapsium semel non ipse possit

30 Iupiter reprehendere. Cic. Verr. 3 c. 20 Quod erat imprudentia praetermissum, id quaestu ac tempore admonitus reprehendisti, i. revocasti, retractasti. Versus antiquus laudatur ab Hieronymo Ep. 2, 15 it. sq. Aegre reprehendas, quod finis consuescere. Cic.

Acad. 4 139 c. 45 Reuocat virtus, vel potius reprehendit manu, pecudum illos motus esse dicit, hominem iungit Deo. Vel illae, quae me heri Pallio reprehenderunt Plaut. Mil. 1, 1, 59. add. Epid. 1, 1, 1.

35 Heinf. ad Ouid. Met. 13, 235. Verba clapsa reprehendere Ouid. Epist. II, 53. Lucret. 3, 598

40 Animo malefactum cum perhibetur, Aut animam liquisse, vbi iam trepidatur, et omnes Extremum cupiunt vires reprehendere vinculum.

i. retinere unionem illam inter corpus et animam. Ter. Adolph. 4, 4, 15 Sensi illico id illas suspicari, sed me reprehendi tamen, ne quid de fratre garculae illi dicerem, ac fieret palam, i. continuo. al. eadem sententia repressi.

45 2 Metaphora frequentissima Reprehendere est ab instituto, vel facto noxio alterum verbis et castigationibus reuocare et velut retrahere. Colum. II, 1, 9 Reprehendisse peccantem non satis est, si non et recti viam doceas. Cic. Acad. 4, 65 Nam si minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur.

50 Plerique mortales ad iudicandum satis ingenii habent aut simulant, veruntamen ad reprehendenda aliena facta aut dicta, ardet omnibus animus Sallust. ad Caes. Orat. 1. Reprehendere et exagitare aliquem Cic. in Orat. 26. Discessum alicuius reprehendere et subaccusare Idem pro Planc. 86. Factum alicuius Ouid. Epist. 20, 49. Iustius

55 reprehendi Hor. Serm. 2, 4, 86. Se ipse reprehendit Nep. 14, 5, 1. Studia aliena Hor. Epist. 1, 18, 39. In aliquo vitio reprehendi Cic. in Partit. 129 c. 37. Sunt quidam proprii soni, quibus nonnumquam nationes reprehendimus Quinctil. 1, 5, 33. Burm. putat leg. deprehendimus: sed etiam reprehendunt et irrident se homines, ob diuersitatem

60 sonorum, mutuo.

REPREHENSVS, a, um. Partic. Retractus. De fugitiuis Curt. 4, 14, 2 Reprehensos ex fuga Persas pugnatuos. Plaut. Bacch. 2, 3, 130 Si ero reprehensus: praecedat Aufugero. Ouid. Met. 15, 526 de neco Hippolyti, Membra rapi partim, partim repressa (a stirpibus, auelli et sic) relinqui. Locus reprehensus, qui praeteritus negligentia est, i. denuo tractatus Ter. Adolph. Prolog. v. 14. Item Culpatus. Nepos 4, 1, 3 Pausanias in eo reprehensus, etc. vid. Hor. Serm. 1, 10, 55 Cum de se loquitur (Lucilius) non ut maiore repressis. Ita de se loquitur, ut appareat, ipsum non videri sibi maiorem his, quos reprehendit.

70 REPREHENSIO, ōnis. f. [ἐπιτιμῆσις] Cic. de Finib. 1, 1 Quamobrem differentium inter se reprehensiones non sunt vituperandae. Non indigna laude Quinctil. 3, 11. Leuis reprehensio, vid. LEVIS. Absesse a reprehensione temeritatis Cic. Fam. 10, 23.

75 Quinctil. 5, 7 Si reprehensionem non capit ipsa persona, infamare signatores licet. de testibus. Fugere reprehensionem Cic. Att. 10, 3. Incurrere in varias reprehensiones Idem de Finib. 1, 1. Vereri reprehensionem doctorum atque prudentium Idem in Orat. 1.

REPREHENSOR, ōris. m. [ἐπιτιμητής] Cic. de Nat. Deor. 2, 20 Nam ut profluens amnis, aut vix, aut nullo modo, conclusa autem aqua facile corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur. Factum reprehensore caruit Valer. Max. 6, 3, 9. Delicti reprehensor Ouid. Epist. 17, 219. Cic. de Opt. gen. Orat. 18 c. 6 Duo genera reprehensorum.

85 REPREHENSO, āre. Frequentat. [ἐπαναλαμβάνω] Liu. 2, 10 Reprehensans singulos, obstitens, obtestansque deum et hominum fidem, testabatur, nequidquam deserto praesidio eos fugere.

REPREHENSIBILIS, e. Adi. Ut, Ebrietas reprehensibilis Saluan. de Gubern. Dei 4 p. 141. Conf. Vulg. Galat. 2, 11.

90 REPREHENSIBILITER. Adu. Rufinus in Apologet. Libellus reprehensibiliter scriptus.

REPRESSOR, REPRESSVS, vid. REPRIMO.

REPRIMO, pressi, pressum, ěre. [ἀναστῆλθω, καταστῆλθω, ἐπισημίζω] Retro premere conantem progredi vel erumpere, continere, cobibere.

95 Metaphorice fere usurpatur. Ter. Adolph. 5, 3, 8 Tandem reprime iracundiam, atque at te redi. D. repressi, redii: mitto maledicta omnia. Cic. de Legib. 2, 51 c. 17 Reprimam iam me, nec insequar longius, eoque minus, quo plus poenarum habeo quam petiui. Cic. de Finib. 1, 2 Difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel iam missum coerceri, reprimique non potest. Bella nascentia repressit Claud. de Bell. Get. 400. Conatus hominum reprimere Cic. Verr. 2, 64 c. 26. Consuetudinem peccandi Idem Verr. 2, 53. Cursum Caes. Bell. Ciuil. 3, 93. Dextram Virg. Aen. 12, 939. Ensem Stat. Theb. II, 309. Cic. Philipp. II, 23 Hanc quaeso pro tua singulari sapientia reprime Famam, atque effice, ne id, quod non

100

105

- curas, cupere videare. Ferocitatem alicuius Cic. Off. 2, 40 c. 11. Fletu reprimi ne quid scribamus Cic. Att. 11, 15. Fluuium redundantem Idem de Diuin. 2, 69. Furorem exultantem Cic. pro Sext. 95 c. 44. Gemitum virtute Ouid. Met. 9, 163. Impetum populi Cic. de Legib. 3, 27 c. 12. Iram repressit pudore Ouid. Met. 1, 755. Cic. Att. 10, 1 Dubitauerat nostrum nemo, quin Caesar Itinera repressisset. Liquorem reprimere, cum satis visum fuerit fluxisse, e naribus Scribon. 8. Cic. Att. 4, 15 Nunc reprimam susceptam Obiurgationem. Pestis haec Reip. paullisper reprimi, non in perpetuum comprimi potest Cic. Cat. 1, 30. Pedem repressit retro Virg. Aen. 2, 378. Cic. Verr. 5, 73 Fit in eo gemitus omnium et clamor, cum tamen a praesenti supplicio tuo se continuit Pop. Rom. et repressit, et salutis suae rationem Iudicium celeritati reseruauit. Plin. in Paneg. 83 Est magnificum, quod te ab omni contagione vitiorum reprimis, ad reuocas: sed magnificentius, quod tuos. 15
- REPRIMENS, entis. Partic. Reprimentia medicamenta, ut verbenae, ap. Cels. 3, 18.
- REPRESSVS, a, um. Partic. [κατασαλμύνος] Cic. pro Lege Manil. 13 c. 5 Tamen impetus hostium repressos esse intelligunt ac retardatos. Fuga repressa Cic. Att. 7, 26. 20
- REPRESSE. Adu. Gell. 12, 11 Repressius pudentiusque peccabitur. al. Suppressus. Agere Ammian. 29, 14.
- REPRESSOR, oris. m. [κατασαλμύνης] Cic. pro Sext. 144 c. vlt. Extinguitorum domestici latrocinii, repressorem caedis quotidianae, defensorum templorum atque tectorum, etc. Tributorum Eutrop. 10, 25 8. de Iuliano.
- REPROBO, are. [ἀδερῶ, ἀποδοκιμάζω Gloss. Lat. Gr.] Improbare, reicere. Laudabatur olim Cic. Acad. 4, 4 Qui quum Zenonis fuisset auditor, reprobaui ea, quae ille verbis, Nihil esse bonum, nisi virtutem. Sed diu est, cum recte ibi editur, Re probauit, disiunctim. Idem acciderat Cic. de Amic. 24 c. 7 Atque hoc quidem omnes mortales et intelligunt, et re probant. Itaque relinquitur, quod sciam solus locus Cic. de Finib. 1, 23 c. 7 Confirmat autem illud vel maxime, quod ipsa natura, ut ait ille, asciscat et reprobet, id est (forte leg. esse) voluptatem et dolorem. Est sane verbum bona aetate rarissimum: quo nec Lucretium, Virgilium, Horatium, Ouidium, Valerium Maximum, Plinium vtrumque, quin ne Apuleium quidem, Claudianum, Aufonium caet. vfos esse, boni Indices persuadent. Legitur quidem Quinctil. 6 Pr. 3 Dis reprobantibus; sed plures libri habent repugnantibus: et Ciceronis l. c. non satis certus, in his quidem, quae proxime praecedunt, aperte mancus est. Vereor itaque ne Ictis relinquendum sit, apud quos dicitur reprobari medicus l. 11 §. 3 D. de muner. et honor. Paullus. Sentent. 5, 25, 1 Qui vultu principis signatam monetam reprobauerit. Reprobari testimonium dicitur l. 21 D. de his, qui not. infam. 45
- REPROBĀTVS, a, um. Partic. Scaeuola Ict. Statuas Imperatorum reprobatas constare.
- REPROBATIO, onis. f. Tertull. Apol. c. 13 Nec electio sine reprobatione. Add. Idem adu. Iud. c. 14. Et adu. Marc. 4, 35. et de Fuga in Persec. c. 1. 50
- REPROBĀTOR, oris. m. Augustin. Vnde
- REPROBĀTRIX, icis. f. Tertull. contr. Marc. 4, 36 Disciplina reprobatrix superbiae.
- REPROBABILIS, e. Adi. Dignus, qui reprobetur. Reprobabiliter Interpr. Iren. 4, 54. Reprobabilem consecrare Sarisb. 7, 20. 55
- REPROBATICVS, a, um. Idem. ἀποδοκιμαστος Gloss. Lat. Gr.
- REPROBVS, a, um. Adi. [ἀδόκιμος Gloss. Lat. Gr.] Vulg. Interpr. Rom. 1, 28. Vlpian. l. 24 §. 1 ff. de pign. act. Qui reprobos numos soluit creditori.
- REPROMITTO, mīsi, missum, ère. Spondere stipulanti. Plaut. Afin. 2, 4, 48 Verum istuc argentum tamen mihi si vis denumerare, repromittam istoc nomine solutam rem futuram. i. Stipulatione a te facta me obstringam. Cic. de Clar. Orat. 18 c. 5 Non me hercule, inquit, tibi repromittere istuc quidem ausus sum. Aur. Vict. de Viris Illustr. 2 Illa petiit, quod illi in sinistris manibus gerebant, videlicet annulos, armillas: quibus dolose repromissis, Sabinos in arcem perduxit. Ibid. 12 Necem regis repromittens. Cic. pro Rosc. Com. 37 Repromittis tu abhinc triennium Roscio? quid? recita istam restipulationem clarius. Repromittere et Promittere in stipulationibus idem esse, colligitur etiam ex Plauti Curc. 5, 2, 68 Ille ita repromissit mihi, Si quisquam hanc liberali afferuisset manu, sine controuersia omne argentum reddere. De eadem re 5, 3, 31 Promissin' si liberali quisquam hanc affereret manu, Te omne argentum redditurum? etc. Repromittit ergo, qui stipulanti promittit, qui nuda stipulatione se obligat. Paullus Ictus l. Non solum D. De operis noui nunciatione, Si quum iure possem te prohibere nunciauero tibi opus nouum, non alias aedificandi ius habebis, quam si satis dederis. Quod si nunciauero tibi, ne quid contra leges in loco publico facias, repromittere debebis: quoniam de eo opere, alieno iure contendendo, non meo: et tanquam alieni iuris petitor, repromissione contentus esse debeo. conf. l. 9 §. 7 Dig. quod met. causa, etc. Suet. in Claud. c. 20 Quum quidam priuato sumtu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Conf. Plaut. Curc. 5, 3, 63. 80
- REPROMISSVS, a, um. Adi. Aurel. Vict. de Vir. Illustr. 2 Annulis et armillis dolose repromissis. 85
- REPROMISSIO, onis. f. Cic. pro Rosc. Com. 39 c. 13 Roscius, qui ex iurisperitorum consilio et auctoritate restipularetur a Fannio diligenter, ut quod is exegisset a Flauio, dimidiam partem sibi dissolueret, si quidem sine cautione et repromissione nihilominus id Fannius societati, hoc est, Roscio debebat. Add. ib. extr. De repromissione in sponsalibus, vid. Taubm. ad Plaut. Aul. p. 183. Terra repromissionis, i. promissa Ambros. Serm. 18 T. 5 p. 23. Conf. Tertull. adu. Haeret. c. 8.
- REPROPIATIO, are. Expiare. Tertull. ad Nation. 1, 17 Neque imagines Caesarum repropitiando hostes Populi nuncupamur. Repropitari, Pass. Vulg. Leuit. 19, 22. 95
- REPTABVNDVS, REPTILE, REPTO, vid. REPO.
- REPVESCO, ère. [ἀνηβαίω] Rursum pubescere, iuuenem fieri. Colum. 2, 1, 4 Non ergo est exiguarum frugum causa terrae vetustas, si modo quum seniel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuiscere, nec repubescere potest. 100
- REPVDIVM, i. n. [ἀπορσίσιον, ἀποπομπή] Proprie dicitur Recusatio ea, qua sponsus sponsam, vel vir uxorem dimittit, et a se reicit ob rem aliquam pudendam. Quinctil. 7, 4, 38 Simpliciores illae quaestiones iniusti repudii: sub qua lege controuersiae illud proprium ha-

bent, quod a parte accusantis (v. g. repudiatae) defensio est (*se non commeruisse repudium*) et defendentis (*repudium a se missum*) accusatio (*uxoris quam repudiavit*). Libellus repudii Vulg. Matth. 19, 7. Gaius l. 2 §. 2 D. de diuortii et repudiis, In repudiis, i. e. Renunciatione comprobata sunt haec verba, Res tuas tibi habeto. *Item haec,* 5 Tuas res tibi agito. In sponsalibus — Tua conditione non vtor. Conf. Isidor. 9, 8. Repudium Verrius ait dictum quod fit obrem pudendam. Festus. Repudio eiecta Acc. ap. eundem. Papinian. l. 8 D. de Diuortii et repud. Diuus Hadrianus eum, qui alienam 10 vxorem ex itinere domum suam duxisset, et inde marito eius repudium (*sine dubio nomine mulieris*) misisset, in triennium relegauit. Repudium alicui remittere Ter. Phorm. 5, 6, 35. Dicitur et Mittere repudium. Add. Plaut. Aul. 4, 10, 69. Vid. post, in REPVDIO. Repudium renunciare Ter. Phorm. 4, 3, 73. *Metaph.* Plerique 15 naufragio liberati exinde repudium et nauis et mari dicunt Tertull. de Poenit. c. 7.

REPVDIO, āre. [*ἀποπέμνω, ἀπωθῶ, ἀφορσίσομαι*] *Matrimonium dirimere ac dimittere a se coniugem.* Sueton. in Caes. c. 1 Neque vt repudiaret illam compelli a Dictatore Sulla villo modo potuit. Repu- 20 diat etiam maritum vxor. Quinctil. 7, 8, 2 Saep̄ secubanti amatorium dedit, eundem repudiavit. Vlpian. l. 4 De diuortii, Iulianus l. 18 Digestorum quaerit, an furiosa repudium mittere, vel repudiari possit: et scribit furiosam repudiari posse: repudiare autem non posse, etc. ¶ 2 Repudiare *latius patet, vt sit recusare,* 25 *respuere, aspernari.* Ter. Andr. 4, 4, 12 Repudio consilium quod primum intenderam. Idem Adel. 5, 4, 4 Et quae tibi putaris prima, in experiundo repudies. Idem Andr. 1, 5, 15 Quod modis contemptus, spretus! Facta, transacta omnia: hem, repudiatus repeto. A parente repudiatus Cic. pro Mur. c. 5. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 9 30 Non, puto, repudiabis in honore, quem in periculo recepisti. Reip. qui non paret, ipse est totus repudiandus Cic. Phil. 8 c. 8. Repudiare et Assumere, *contraria* Cic. in Orat. 209. Cic. de Finib. 2, 76 Metrodorum non putant ipsum professum: sed quum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum Beneficium noluisse. Conditionem 35 repudiare acquissimam Cic. pro Quint. 46 c. 14. Custodem repudiat fides mea Cic. Diu. in Caec. 51 c. 16. *i. ita nota est fides mea, vt custode opus non sit.* Gratiam alicuius repudiare Caes. Bell. Gall. 1, 40. Iracundia omnibus in rebus repudianda est Cic. Off. 1, 89 c. 25 extr. Repudiata reiectaque Legatio Cic. Phil. 9 c. 6. 40 Morem patrium contumaciter repudiare, vid. CONTVMAX. Cic. pro Font. 38 Cauete, ne periculosum superbumque sit, eius vos obsecrationem repudiare, cuius preces si dii aspernarentur, haec salua esse non possent. Cic. Att. 2, 19 Honestior haec declinatio Periculi, sed ego hoc non repudio. Sensum communem naturae Cic. pro Dom. 45 c. 36. Preces Idem pro Dom. c. 10. Verba repudiata Quinct. 1, 5, 71. et 3, 6, 32. Cic. Verr. 1, 98 Eorum ego Voluntatem omnium repudiavi: non modo proditori, sed ne perfugae quidem locus in meis castris cuiquam fuit. Idem pro Cluent. 201 c. 70 Cuius Vota et preces a vestris mentibus repudiare debetis. Auctoritas alicuius 50 repudiata, *h. e. Neglecta ratio illius non habita* Cic. Verr. 1, 153. Funditus repudiare aliquid Idem in Orat. 25. Repudiatus, *pro Repulso in comitiis.* Cic. pro Planc. 50 c. 20 Nunquam enim nobilitas, praesertim integra atque innocens, Populo Rom. supplex, repudiata fuit.

REPVDIATIO, ōnis. f. [*ἀποπομπή*] Cic. Att. 12, 51 Sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit. Repudiatio supplicum superbiam coarguit Cic. pro Mur. c. 4.

REPVDIATOR, ōris. m. *Qui repudiat.* Tertull. adu. Marc. 1, 14 Marcionita repudiator creatoris.

REPVDIOSVS, a, um. Adi. Plaut. Perf. 3, 1, 56 Verum videto, me vbi voles nuptum dare, ne haec fama faciat repudiosas nuptias. *i. Vt nemo velit me habere vxorem propter hanc famam.*

REPVERASCO, ēre. [*ἀνανηπιεύομαι*] *In puerilem aetatem vel conditionem reuerti: in contemptum sumitur.* Plaut. Merc. 2, 2, 25 Senex cum extemplo est, iam nec sentit nec sapit: Aiunt solere rursus eum repuerascere. Sed Cic. de Senect. 83 c. vlt. Et si quis deus largiatur, vt ex hac aetate repuerascam, et in cunis vagiam, Valde recusem. *Vetus exemplar legit Repueriscam.* Idem de Orat. 2, 22 c. 6 Quum is diceret socerum suum Laelium semper fere cum Scipione solitum rusticari, eosque incredibiliter repuerascere esse solitos, quum 70 rus ex vrbe, tanquam ex vinculis euolauissent.

REPVGNO, āre. [*ἀντιμάχομαι, ἀντίσταμαι, ἀνταγωνίζομαι*] *Pugnare contra aliquem, contradicere, refragari, obistere.* Cic. de Amicit. 64 Cum omnium rerum simulatio est vitiosa (tollit enim iudicium veri, idque adulterat) tum amicitiae repugnat maxime. Non pugnare, sed repugnare Cn. Magnus Domitio *sub* Cic. Att. 8, 19. Idem Fam. 5, 2 Quare non ego oppugnavi fratrem tuum, sed fratri tuo repugnavi. Dictis et factis repugnare et resistere crudelitati Cic. pro Rabir. 15 c. 5. Idem Fam. 1, 2 Consules neque concedebant, neque 80 valde repugnabant. Vterque (*Caesar et Pompeius*) repugnare vult Cic. Att. 8, 11 p. 785 Gr. Sed videtur *sphalma* pro regnare. Nimium repugnare Ouid. de Arte Am. 1, 127. Cic. Tusc. 3, 17 His autem perturbationibus, quas in vita hominum stultitia quasi quasdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum 85 est. Amori foedo Ouid. Met. 10, 319. Dictis Idem ibid. 2, 103. In vna parte repugnare Ouid. Met. 15, 854. Repugnant haec inter se Cic. Tusc. 3, 72 c. 29. Idem pro Rosc. Com. 51 c. 17 Hoc cum sentit Saturius esse apertum, resistere et repugnare contra veritatem non audet. Quinctil. 8 prooem. Circa quae, si is, qui instituitur, 90 non repugnarit, primum ad caetera habiturus est cursum. Cum saepe obnitens repugnasset Patere. 2, 89. Cum id censuisset Cassius, Brutus repugnauerat Vell. 2, 58, 2.

REPVGNANS, antis. Partic. [*ἀντιμαχόμενος*] Plin. 8, 16 Ita vt deuinciatur non repugnans. Cic. Offic. 1, 110 c. 31 Nihil decet inuita (vt aiunt) Minerua, id est, aduersante et repugnante natura. Add. Idem Topic. c. 3 *segg.* Cede repugnanti Ouid. de Arte Am. 2, 197. Add. Nep. 15, 9, 2. Compar. Quo quid repugnantius dici possit Lactant. de Ira Dei 9.

REPVGNATIO, ōnis. f. *Actus repugnandi.* Apul. de Phil. Platon. p. 9 Repugnationes nociuae.

REPVGNATOR, ōris. m. Beda Hist. Eccl. Angl. 1, 17.

REPVGNATORIVS, a, um. *Ad repugnandum utilis.* Vitruu. 10 vlt. In repugnatoriis rebus non tantum machinae, sed etiam maxime consilia sunt comparanda.

REPVGNANTIA, ae. f. [*ἐναντιότης*] Cic. Philipp. 2, 19 c. 8 Sed

Sed qui tantarum rerum repugnantiam non videas, nihil profecto sapi-  
pis. Panaetius induxit eam, quae videretur esse, non quae esset,  
repugnantiam, *inter utilitatem et honestatem* Cic. Off. 3, 34 c. 7.

REPUGNAX, ācis. Adi. [ἀντιμαχος] Qui obstitit et reluctatur.  
Cic. de Orat. 1, 95 c. 20 extr. Quibus dicere Carneades solebat, inge-  
nium tuum Crasse vehementer admirans, me sibi persfacilem in audien-  
do, te repugnacem in disputando esse visum. Sed editur a Grutero  
inde Perpugnacem, sine mentione varietatis.

REPUGNANTER. Adu. [ἐναντιωμένως] Cui contrarium est Pa-  
tienter. Cic. de Amicit. 93 c. 25 Vt igitur et monere, et moneri, pro-  
prium est verae amicitiae: et alterum libere facere, non asperere: al-  
terum, patienter accipere, non repugnanter. Non repugnanter Am-  
mian. 20, 19.

REPULLESCO, vid. REPULLVLASCO.

REPULLVLO, āre. [ἀναβλασκάνω] Iterum pullulare, s. furculos  
emittere, de arboribus. Plin. 16, 20 Larix vstis radicibus non repullu-  
lat, picea repullulat. Repullulare e radicibus Plin. 16, 44.

REPULLVLASCO vel REPULLVLESCO, seu denique, ut est  
in optimis libris REPULLESCO, ēre. [ἀναβλασκάνω] Rursum pullu-  
lascere, et novos pullos s. furculos emittere: et de arboribus ac plantis  
fere semper dicitur. Columel. 4, 22, 5 Quoniam fere plurimarum stir-  
pium natura sic se commodat, vt iuxta cicatricem nouellis frondibus  
repullefcant. Sic est in vetustis. Al. repullulescant. Ibid. 24, 4  
Nam praestat ex vulnere sobolem repullefcentem vellere, quam nodo-  
sam et scabram plagam relinquere.

REPULSA, etc. vid. sub REPELLO.

REPVMICO, āre. Videtur a Pumice deductum, vt sit quasi Pumi-  
ce expolire. Vnde

REPVMICATIO, ōnis. f. in arboribus dicitur, quando gemmae  
hirsutae propter frigus, expoliuntur ipso Vere. Plin. 17, 26 vbi de re-  
mediis arborum, Item succo emisso quibusdam veluti detractio san-  
guinis circumrasi corticis, vitium extenuatio, et domitura palmitum.  
Gemmae si frigus retorridas hirsutasque fecerit, repumicatio, et quae-  
dam politura. Leuigationem dicit, qua asperitas tollitur.

REPUNGO, pupūgi et punxi, punctum, ēre. [ἀντιρίζω] Vicissim  
pungere. Cic. Fam. 1, 9 Quoniamque illi haberent suum Publium, da-  
rent mihi ipsi alium Publium, in quo possem illorum animos medio-  
eriter lacellitius leuiter repungere.

REPVRGO, āre. [ἀνακαθαίρω] Purgare quod sordidum fuerat,  
ac mundare. Plin. 19, 10 Encacatur cyminum ab imo dorso, nisi repur-  
getur. Hortum Curt. 4, 1, 21. Humum repurgare Ouid. de  
Nuce 125. Iter Liu. 44, 4 extr. Nomas repurgare Plin. 23, 4.  
Caelum repurgatum Ouid. Met. 5, 286. Repurgatus in sincerissi-  
mum nitorem Senec. Epist. 67 (66)

REPVRGIUM, i. n. a repurgando. Utuntur Iustinianus, C. de  
aquaeductibus, it. Cod. Theodof. l. 1. h. t. Repurgium formarum  
facere. et Ambrosius ad Theodosium Epist. 17 Non audisti Impera-  
tor, quia quum iussisset Iulianus reparari templum Hierosolymis, di-  
uino qui faciebant repurgium, igne cremarint.

REPVTESCO, ēre. Putidum fieri, putrescere. Ne aliqua sepul-  
turae conditione reputeferet Tertull. de Anima c. 32 pr.

REPVTTO, āre. [λογίζομαι, ἀναλογίζομαι] Iterum iterumque s. di-  
ligenter putare. Interdum forte verum est illud, Putamus instantia, re-  
putamus praeterita Donat. ad Ter. Eun. 4, 2, 4. Sed multo consue-  
tius significat Multum ac diu cogitare, considerare, secum voluere. Ter.  
Eun. 3, 5, 44 Dum haec mecum reputo, accersitur lauatum interea  
virgo. Idem Andr. 2, 6, 11 Etenim eam secum rem recta reputa-  
bit via. Cic. Fam. 1, 9 Tamen non reputans quid ille vellet.  
Idem de Nat. Deor. 2, 119 Hunc horum nihil vnquam reputauisse cer-  
to scio. Tecum ipse reputa furores Sidonios Sil. 17, 347. Non  
facile est reputare, vtrum, etc. Pseudo-Cic. in Sallust. 14.

Reputare, pro Imputare. Modestinus in l. Nihil interest, §. Si quum  
filius, D. de inofficioso testamento, Tamen est aliquid, quod testatoris  
vitio reputetur, vt merito repellendus non sit. Reputare, Com-  
putare, compensare Vlpian. in l. 1 §. Si pupillus, D. de tutel. et ratio-  
nibus distrah. Item sumtus litis tutor reputabit, et viatica, si ex offi-  
cio necesse habuit aliquo exire vel proficisci Papin. in l. Sed si nondum,  
D. de relig. et sumt. funer. Sed si nondum pater dotem recuperaue-  
rit: vir solus conuenietur, reputaturus patri, quod eo nomine praec-  
stiterit.

REPVTATIO, ōnis. f. [ἀναλογισμός] Consideratio. Similitu-  
dinum in mente reputatio est Plin. 7, 12. Qua in reputatione  
misereri fortis humanac subit Plin. 25, 3. Conf. Idem 18, 1. Et  
10, 37. Gell. 12, 5 Per incrementa aetatis exorta e seminibus suis  
ratio est, et vtendi consilii reputatio, et honesti contemplatio. Plin.  
Paneg. 70 Ingenia hebetabat misera sed vera reputatio, etc. Repu-  
tatio, pro Computatione apud Caium in l. Item ex diuerso, D. familiae  
erciscundae. Si iudex aut reputationes inter eos fecerit, aut curauerit  
cautiones interponi, quibus inter eos communicentur comoda et in-  
commoda. Marcellus in l. Titia, D. de solutionibus, Titia, quum  
propter dotem bona mariti possideret, omnia pro domina egit: redi-  
tus exegit, et mouentia distraxit. quaero an ea, quae ex re mariti  
percepit, in dotem ei reputari debeant? Marcellus respondit, reputa-  
tionem eius quod proponeretur, non iniquam videri.

## R E Q

REQVIES, ēi vel ētis. f. [ἀνάπαυσις, ἡσυχία] Quiescendi actus,  
vel conditio et status. Praepositio indicat, praecessisse laborem. Cic. de  
Senect. 52 c. 15 Vt meae senectutis requietem, oblectamentumque no-  
scatis. Charisus 1 p. 52 extr. Cicero requietem dixit, ad Hostilium.  
Sic de Legib. 2, 2 In his ipsis rebus, quae ad requietem animi dele-  
ctationemque quaeruntur, natura dominatur. Vid. n. 2 Habere et  
Quaerere requietem. Labori requies haec erat Ouid. Met. 7, 812.  
Cic. de Finib. 1, 49 c. 15 Et ad dolores ira paratus est, vt meminerit  
maximos morte finiri, paruos multa habere internalla requietis.  
Sine requie moueri Scribon. 220. In amicitia Scipionis, requies  
plena oblectationis mihi fuit Cic. de Amicit. 103. Virg. Aen. 4,  
433 Tempus inane peto, requiem spatiumque furori. Tantum  
temporis quantum ad animi et corporis requiem conceditur Cic. pro  
Arch. 13 c. 6. Tac. Ann. 2, 33, 4 Quae ad requiem animi aut sa-  
lubritatem corporum parantur. Bellorum requies, i. A bellis  
Stat. Theb. 3, 295. Doloris feri requies Ouid. de Arte Am. 2, 490.  
Curarum requies animi oblectatio Cic. Off. 2, 6. Curae medicina  
et requies Ouid. Trist. 4, 10, 118. Laborum certa requies Virg. 105

- Aen. 3, 393. Laboris grata requies Ouid. ad Liuiam 306. Mali nulla requies erat Lucret. 6, 1176. Pugnae requiem sperabant Virg. Aen. 12, 241. Senectae meae sera requies Idem ibid. 9, 481. Ouid. Epist. 4, 89 Quod caret alterna requie durabile non est. Moe-  
 5 sta Stat. Theb. 8, 161. Tutor Ouid. Met. 8, 557. ¶ 2 Verba: Attulit pugna requiem multerum dierum Ouid. Met. 12, 146. Dare requiem ab opere Columel. 6, 14. Et qui requiemque mo-  
 dumque Voce dabat remis Ouid. Met. 3, 618. Cic. Att. 1, 15 Ita sum ab hominibus destitutus, vt tantum requietis Habeam, quantum  
 10 cum vxore et filiola et mellito Cicerone consumitur. Negare requiem Ouid. Met. 10, 135. Petit exiguum requiem Idem ibid. 4, 622. Poscunt requiem focii Ouid. Epist. 7, 175. Cic. de Finib. 5, 54 c. 19 Itaque si aut requietem natura non quaereret, aut eam posset alia quadam ratione consequi. Et sibi dum requiem,  
 15 dum risus vndique Quaerit Hor. Epist. 1, 7, 79. Cic. Fam. 5, 14 Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quaerat ex magnis occupa- tionibus. De defunctis: DIVO CONSTANTIO RE- QUIES OPTIME MERITO Inscr. Numi Const. Chlora ap. Mediobarb. p. 440.
- 20 REQUIESCO, fui, etum, ere. [*ἀναπαύομαι, ἴσσωνέω*] *Simplici* Quiesco addere videtur respectum ad praecedentem laborem. Ac frequen- ter idem est quod dormire. Virg. Ecl. 1, 80 Hic tamen hac mecum po- teris requiescere nocte Fronde super viridi. Lecto requiescere Tibull. 1, 1, 43. Humo Ouid. Met. 10, 556. Somno molli Catul. ad Mallium f. 66, 5. Noctes longas Tibul. 3, 7, 21. Sed latius  
 25 patet, et ad omnem remissionem laboris et curarum refertur. Cic. Verr. 4, 137 c. 61 Quum diutius in eo negotio curaue fueram, vt requiesce- rem, curamque animi remitterem, ad Carpinatii praeclaras tabulas reuertebat. Cic. Tusc. 1, 107 c. 44 Vbi remissa humana vita cor-  
 30 pus requiescat a malis. Ex Ennio. A turba rerum Ouid. ex Pont. 4, 5, 27. In lectione Poëtarum Quinctil. 10, 1, 27. Sed 1, 12, 4 Stilus requiescit lectione. Cic. Att. 8, 22 Et simul (crede mihi) requiesco paullum in his miseris, quum quasi tecum loquor. Cic. de Diuin. 1, 104 c. 46 Quum virgo staret, et Caecilia in sella federet,  
 35 vt sibi concederet paullisper, vt in eius sella requiesceret. Cic. de Orat. 2, 234 Sed tamen defessus in labore, atque itinere disputationis meae, requiescam in Caesaris sermone, tanquam in aliquo peroppor- tuno diuersorio. Idem pro Cael. 79 c. vlt. Senex in huius filii spe  
 40 requiescit. Cic. Att. 1, 15 Non sunt permolesti, sed tamen insident et vrgent, et nullius amantis consilio aut sermone requiescunt. Ar- va requiescunt mutatis foetibus Virg. Georg. 1, 82. Aures requi-  
 45 erant omnibus, a molestia audiendi Catul. de Ario f. 83, 7. Cum tot sideribus caelum requieuit in illo, de Atlante Ouid. Met. 4, 661. Pectora requierunt Stat. Theb. 12, 514. Metaph. pro mori. Nun-  
 50 ciaui quod S. Pelagius mirabilia faciens requieuisset Eustoch. in Vita Pelagiae. ¶ 2 Requiescere, Quietum facere, siue retardare, cum Accusatio. Virg. Ecl. 8, 4 Et mutata suos requierunt flumina  
 55 cursus. Vbi Seruius, Requierunt, Cursus proprios retardaue- runt, et quietos esse fecerunt. Sic Sallustius VI Hist. Paullulum re-  
 quietis militibus. Quiesco ego enim duplicem habet significationem: et aliter dico, quiesco ego, et aliter, quiesco seruum, id est, quiescere fa-  
 60 cio. Caluus in primo Sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus. Haec Seruius. Eodem modo Propert. 2, 18, 25 Iupiter Alcmenae ge-  
 65 minas requieuerat Arctos.
- REQUIESCENS, entis. Partic. Requiescens accubuisti vt leo Vulg. Genes. 49, 9.
- REQUIETVS, a, um. Adi. [*ἀναπαυόμενος*] Qui requieuit. Sal- lust. apud Seru. ad Virg. Georg. Ecl. 8, 4 Paullulum quietis militi-  
 70 bus. Conf. Frontin. Strateg. 1, 6, 3. Sed me quoque nequior ipso Exultat toto non quieta toro Vet. Poëta in Catalect. Ager quietus Ouid. de Arte Am. 2, 351. Aruum vicibus annorum quietum agitatumque  
 75 alternis Col. 2, 9, 4. Lac quietum Id. 7, 8, 1. Oua Col. 8, 5, 4. Porri quieti Apicio 3, 2. et 4, 5 qui, postquam terra euulsi, aliquo tempore afferuati  
 80 sunt. Columel. 2, 1, 5 Neque enim idcirco rudis et modo ex tiluestri habitu in aruum transducta foecundior haberi terra debet, quod sit quietior et iunior.
- REQUIETIO, ōnis. f. *Requies*. Hieron. adu. Iouin. 2, 12 Septi- mo quietionis anno. Conf. Interpr. Iren. 4, 76.
- 70 REQUIETORIVM, i. n. *Sepulcrum*. Vet. Inscript. apud Gru- ter. p. 1030 n. 8 SIBI ET CONIVGI CARISSIMAE REQUIETORIVM FECIT.
- REQUIRO, siui, situm, ere. [*ἀναζητέω*] *Rursum vel saepius, cer- te latentem quaerere, aut inuestigare*. Ter. Phorm. 1, 2, 79 Abi Phae-  
 75 dria, eum require, atque adduce huc. Cic. de Finib. 3, 10 Tu autem quum ipse tantum librorum habeas, quos hic tandem requiris? Quaerere vt absument; absumenta requirere certant Ouid. Fast. 1, 213. Non. 5, 46 Requiere et Quaerere hoc differunt: quoniam Requiere, est diu quaerere. Afranius Fratriis, Proin tu, quum quaeram, ne  
 80 requiram te vide. Virg. Aen. 1, 221 Amisos longo socios sermone requirunt. Oculis requirere aliquid Curt. 4, 7, 11. Animo et oculis aliquem Ouid. Met. 4, 129. Cic. Att. 12, 40 Si quis requi- rit a te, cur Romae non sim? quia discessus est. i. discedendi facultas. Idem Acad. 1, 3 Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in men-  
 85 tem venit a te requirere. Conf. Idem Top. pr. Cum requisuis- set, vbinam esset Nep. 25, 10, 4. Conf. Suet. Oth. c. 8. Cic. pro Cael. 67 c. 28 Ex quibus requiram, quonam modo latuerint. Re- quisit rex, quis supremum diem Athenis obiisset Plin. 7, 29. Ab- ditas causas vocant, in quibus requiritur, ex quibus principiis nostra  
 90 corpora sint etc. Cels. 1 praef. Illud quoque requisitum, qua ratione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit, neque nunc contra- dicat Cic. pro Quint. 84. Studiosè requirere Ouid. de Arte Am. 1, 145. Cau- sam Ouid. Met. 10, 388. Causas requirit inscius Virg. Aen. 6, 710. Do-  
 95 mum lenonis non requirebat ille Cupido, i. non postulabat in lenonis domo esse Cic. Verr. 4, 7 c. 4. Id. ib. 5, 70 Abs te officium tuum debitum generi et nomini requiro et flagito. Id. ib. 5, 142 c. 67 Omnes hoc loco ciues Ro- mani et qui adsunt, et qui vbiunque sunt, vestram seueritatem desi-  
 100 derant, vestram fidem implorant, vestrum auxilium requirunt. Di- vitias Tibul. 1, 1, 41. ¶ 2 *Obf.* Requiere, pro Inspi- cere, animaduertere, inquirere. Caius in l. 4 D. de testament. Si quaeramus an valeat testamentum: in primis animaduertere debemus, an is, qui fecit testamentum, habuerit testamenti factionem: deinde si habuerit, requiremus, an secundum regulas iuris ciuiliis testatus sit. Requiritur, pro Necessarium esse: et Requiere, pro Opus habere. Cic. de Finib. 1, 61 c. 18 Virtutem autem nixam hoc honesto, nullam requi-  
 105 rere



rere voluptatem, atque ad beate viuendum se ipsa esse contentam. *Requirere, pro Desiderare quod non adest.* Cic. pro Lege Manil. 34 Quibus amissis, et pacis ornamenta, et subsidia belli requiretis. *de Vestigalibus.* Idem Fam. 6, 6 Vereor, ne literarum a me officium requiras. *Nam supra dixerat, Vereor, ne desideres officium meum.* Idem in Parad. 1 In quo equidem continentissimorum hominum maiorum nostrorum prudentiam requiro. Cic. de Senect. 50 Denique isto bono vtare dum adfit: quum absit, ne requiras: nisi forte adolescentes, pueritiam: paulum aetate progressi, adolescentiam debeant requirere. Plin. Epist. 2, 7, 6 Amaui iuuenem tam ardentem, quam nunc impatienter requiro. *Idem fere est quod inuisere.* Infirmos visitate, mortuos sepelite, in carcere positos requirite, et de bonis vestris ministrare Anon. editus cum Gennadio Elmenhorstii p. 52.

REQUISITVS, a, um. Quinctil. 11, 2, 7 Quid quod quaedam requisita (cum quaeruntur) se occultant, et eadem forte succurrunt. *de memoria.* Iustin. 1, 6, 3 Requisite origo. *Substant.* Ad requisita respondere Quinctil. 8 prooem. 30. *Sed vid. quae ibi notauimus.* Post requisitum etiam, nisi eiusmodi esset visum verum, quale falsum Cic. Acad. 4, 77 c. 24. Discedere ad Requisite naturae, dixit Sallustius per periphrasin, ut notat Quinctil. 8, 6, 59 Pro Exonerare alium. Ad requisita naturae discedere Spartian. in Ant. Carac. c. 6. *Add. Vulg. Deuteron. 23, 12.*

REQUISITIO, ōnis. f. Gell. 18, 2 Historiae antiquioris requisitio.

REQUIRITO, āre. Frequent. [ἀναζητέω] Plaut. Most. 4, 3, 11 Quid tu otiosus res nouas requiritas?

## R E R

REROGO, āre. Quiduis roga, reroga Plaut. Amph. 2, 2, 76 legit Pareus, b. e. iterum roga, quoties vis roga: ut in Vet. Interpr. Iesaiac 28, 13 Manda remanda, exspecta reexspecta. *Sed editur recte, Quid vis rogare? roga.*

## R E S

RES, rei. f. [ῥῆμα, πράγος, πράγμα] Generalem habet significationem, ut complectatur, quidquid vsquam est vel esse videtur: nec absurde deduci ipsum nomen videtur a ῥῆω dico, ut sit velut ῥῆσις. Certe ita רבב Ebraeorum et ῥῆμα (ab eodem ῥῆω) Graecorum, et forte Germanorum Sache, a Sagen deriuantur. Res est quidquid potest vel subiectum vel praedicatum esse enunciationis. Res ut Caius inquit in l. 1 D. de rerum diuisione, siue corporalia, siue incorporalia comprehendit. Corporales res sunt, quae tangi possunt, vt fundus, homo, vestis: incorporales sunt, quae tangi non possunt, qualia sunt ea, quae in iure consistunt, sicut hereditas, vsus fructus, obligationes. Similitudines plurimis in rebus apparent Cic. Acad. 4 c. 17. Imperium, litem, venerem cur vna notat res? Auson. in Monosyll. Eidyll. 12. Nempe rerum potiri significat imperium nancisci: reus dicitur, qui rem habet, cum aliquo: rem habere cum Thaide, improbum est. *Sed videamus primo, quibus Substantiuis iungatur.* Abdita rerum Hor. in Arte Poët. 49. i. res abditae. Cic. de Orat. 1, 3 Sed tamen in his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis, obsequar studiis nostris, rebus asperis. Caput et fons rerum Hor. Epist. 1, 17, 45. Causas rerum cognoscere Virg. Georg. 2, 490. Concordia rerum discors Hor. Epist. 1, 12, 19. Creatrix rerum natura Lucr. 1, 623. Cursus rerum Cic. Fam. 4, 2. Desiderium rerum Lucret. 3, 931. Edax rerum tempus Ouid. Met. 15, 234. Fama rerum incredibilis Virg. Aen. 3, 294. Fundamina rerum mole sub ingenti ponit Ouid. Met. 15, 433. Grauitas rerum Cic. ad Brut. Inopes rerum versus Hor. in Arte Poët. 322. Inscitia rerum Hor. Epist. 1, 3, 33. Interitus rerum Cic. Fam. 6, 1. Maiestas rerum Lucret. 5, 7. Cic. Acad. 4, 84 Negas tantam similitudinem in rerum Natura esse. Nouatrix rerum natura Ouid. Met. 15, 252. Opifex rerum Idem ibid. 1, 79. Perturbatio rerum vel confusio Cic. Off. 1, 93. Prudens rerum animus Hor. Carm. 4, 9, 35. Prudentia rerum Virg. Georg. 1, 415. Tu Pulcherrime rerum Ouid. A. A. 1, 113. Ratio rerum naturalium Cels. 1 praef. Sepulcrum commune rerum, terra Lucret. 5, 260. Status rerum Cic. Fam. 12. Trepidus rerum Virg. Aen. 12, 589. Cic. Att. 14, 5 Ne deserere viderer hunc rerum tumorem. i. tumultum, turbas. Idem Fam. 6, 6 Expone rem etiam quemadmodum hic, et quanta in turba, quantaque in confusione rerum viueremus. Turbine rerum miserarum attonitus Ouid. Met. 7, 614. Varietas rerum Cic. Fam. 2. Vilissima rerum aqua Hor. Serm. 1, 5, 85. In constructione cum Genitiuo interdum abundare solet nomen res. Plaut. Amph. 2, 2, 1 Satin parua res est voluptatum in vita: ut Graeci, τὸ ῥῆμα τῆς voluptatis ἕσσον. Sic saepe apud Lucretium res Veneris, ut 2, 173. it. 473 et 922 et 5, 846. Phaedr. 4, 7, 4 Si qua res esset cibi, ut alias, si quid cibi. Cic. pro Cael. 52 Res tanti sceleris. i. tantum scelus, res scelestas. Epitheta: Absurda res, vid. ABSVRDVVS. Acerba Lucret. 4, 665. Amplissima res Cic. Fam. 5, 2. Angustae res, Exiguae, non magni momenti, rusticae Virg. Georg. 3, 290. Animales res Vlpian. in l. a diuo, D. de re iud. Ad faciendam fidem res appositae Quinctil. 5, 8. Arcana Ouid. Met. 4, 223. Ardua, vid. ARDVVS. Bona, vid. BONVS. Bonae res, vel optimae Cic. Fam. 4, 3. Calamitosa res Idem pro Lege Manil. 53. Certa, vid. CERTVS. Communis Hor. Serm. 2, 6, 36. Comperendinata res significat Iudicium in diem tertium constitutum. Festus. Confessa, vid. CONFITEOR. Contorta, vid. CONTORQVEO. Contractae, vid. CONTRACTVS sub CONTRAHO. Conuersae res Cic. Fam. 1, 1. Corporales res, vid. sub CORPVS. Corporea Lucret. 2, 185. Credula res amor est Ouid. Epist. 6, 21. Declamatoria res Quinctil. 4, 2. Desperatae res Cic. Fam. 5, 21. Dissociabiles res, principatus ac libertas Tac. Agr. 3. Cic. Att. 4, 15 Senex ad rem Diuinam dicit se velle discedere. i. sacrificium, vid. DIVINVS. Euersae res Cic. Fam. 6, 21. Facilis Lucret. 2, 1025. Furtiua Quinctil. 5, 13. Furtiuis rebus operam dare Plaut. Amph. 1, 3, 12. i. Veneris. Conf. Taubm. ad h. l. Horrenda relatu Ouid. Met. 15, 298. Illiberalis ad cognoscendum, vid. ILLIBERALIS. Immoderata res est Cupido Ouid. ex Pont. 4, 15, 31. Implicata res controuersis, vid. IMPLICICO. Incognita res turbat animos Virg. Aen. 1, 519. Incommodae res Cic. Fam. 6, 4. vid. INCOMMODVS. Incorporales res, vid. CORPVS. Incredibilis dictu res Quinctil. in Gladiatore, non procul a fine. Infirma et

- nugatoria ad probandum, *vid.* INFIRMVS. Ouid. Amor. 1, 8, 62  
 Crede mihi, res est Ingeniosa dare. Inquisita et comperta, *vid.*  
 INQUIRO. Insolitam rem apportare auribus, *Referre aliquid inau-*  
*ditum antea* Lucret. 5, 101. Inuidiosa, *vid.* INVIDEO. Inuolutae  
 5 et occultae res, *vid.* INVOLVO. Cic. Att. 4, 15 Est enim res Lu-  
 culenta. Ludicra Hor. Epist. 2, 1, 180. Manifestas contra res  
 et veras repugnare Lucret. 3, 354. Manifestaria res est, Medica-  
 tissima, Missiles res, *vid.* *hb. vv.* Molesta et odiosa Quinctil. 5, 13.  
 Naturales res Cels. 1 praef. Nec opinata, Negotiosa, Nouae  
 10 res, *vid.* *hb. vv.* Nudae atque inornatae Quinctil. 2, 4. Cic.  
 Qu. Frat. 3, 5 Res operosa est, et hominis, *etc.* Otiū plurimi res  
 Cic. Att. 4, 16. Otiosa, *vid.* OTIOSVS, *in* OTIVM. Parua  
 res Virg. Ecl. 3, 54. Pensitata, *vid.* PENSO. Perditae res Cic.  
 Fam. 6, 1. Periculosa res: Cic. Acad. 4, 68 In magnis, Periculosis-  
 15 que rebus, *etc.* Perturbatae res Cic. Fam. 6, 6. Ridicula et io-  
 cosa Catul. ad Catonem f. 54, 1. Salua res est Ter. Eun. 2, 2, 37.  
 Singularum rerum singulae proprietates sunt Cic. Acad. 4 c. 18. Sua-  
 ves Hor. Serm. 2, 8, 92. Testata, *vid.* TESTOR. Turbulentae  
 20 res Cic. Fam. 9, 1. Rebus Veneris deditus Nep. 7, 11, 4.  
 ¶ 3 Verborum formulae: Abducere a re aliqua ad aliam, Abire in  
 rem aliquam, *vid.* *hb. vv.* Cic. Att. 7, 3 Quin nunc ipsum non du-  
 bito rem tantam Abicere. Abrumpere ex re aliqua, Abstinere  
 rebus vrbanis, Abesse res videtur, *vid.* *ff. ll.* Absumere aliquot  
 25 dies frigidis rebus Plin. Epist. 1, 9. Abundare in re aliqua, Acce-  
 dere alicui rei, Accipere ab aliquo rem aliquam, Accommodare in  
 rem aliquam, Acquiescere alicui rei, *vid.* *ff. ll.* Addere nomi-  
 na rebus Ouid. Met. 5, 525. Adducere rem in locum, vel dedu-  
 cere Cic. Fam. 16, 12 *pr.* Adducere rem in discrimen Cic. Fam. 5,  
 30 21. Adhibere rebus cautionem Idem Att. 1, 16. Agere alias res,  
 it. Res aliquas, *vid.* AGO. Ter. Hec. 5, 2, 7 Haec res hic agitur;  
 Pamphilo, ne facere vt redeat vxor, Oportet: *q. d. haec summa est,*  
*in hoc versatur cardo negotii.* Cedit illi res, Cōgitare rem aliam  
 ex alia, Conferre rem in pauca, Consolatur me haec res, Damna-  
 35 tus rei capitalis, *vid.* *hb. vv.* Deducere rem aliquo Hor. Serm. 1,  
 1, 15. Deducita est eo res, Deducere rem aliquam in diuersas par-  
 tes, *vid.* *ff. ll.* Deferre rem ad aliquem, *vel alicui committere* Cic.  
 Fam. 1, 8. Differere rem Idem ibid. 10, 16. Diminui rem familia-  
 rem, *vel* Re familiari comminui Cic. Att. 4, 3. *Et* Fam. 11, 28.  
 Dissipare rem familiarem Cic. Fam. 4, 7. Esse rem in motu Cic.  
 40 Qu. Frat. . . . Ita res Erat, faciundum fuit Ter. Eun. 1, 2, 17.  
 Esse rem in integro Cic. Fam. 5, 20. Esse rem loco, id est statu Cic.  
 Fam. 12, . . . Exasperare rem verbis Quinctil. 4, 2. Exponere  
 rem verbis Lucret. 1, 833. Facere rem diuinam alicui deo Cic. de  
 Nat. Deor. 3, 47 c. 18. Habere se Cic. Fam. 10, 6. Ita se res  
 45 Habet Cic. pro S. Rosc. Amer. c. 43. *Add.* Ter. Eun. 4, 7, 30.  
 Iactare rem sermonibus, *vid.* IACTO, *in* IACIO. Imperitare  
 rem aequam Hor. Serm. 2, 3, 188. Impertire de re familiari Cic.  
 Off. 2, 87. Inclinata res est Idem Fam. 1, 1. Increbuit res pro-  
 verbio, *vid.* INCREBESCO. Inducere chaos rebus Senec. Agamemn.  
 50 f. 6. Intendere honestis rebus animum Hor. Epist. 1, 2, 36. Cic.  
 Att. 14, 15 Incipit res melius ire quam putaram. Ibat prorsus res  
 Cic. Att. 14, 20 *ad fin. i. procedebat, successum habebat.* Loqui  
 magnis de rebus Lucret. 4, 1012. Mouere res Cic. Qu. Fratr. 2, 3.  
 Ita rem Natam esse intelligo Plaut. Caf. 2, 5, 35. *Add.* Idem Bacch.  
 55 2, 2, 40. Vt rem Natam video, hoc accipiendum est, quod datur  
 Plaut. Truc. 5, 5, 70. *Verum* Ter. Hec. 5, 2, 31 Scit sibi nobilita-  
 tem ex eo, et Rem natam, et gloriam esse. Rem, *diuitias.* No-  
 tare res nominibus nouis, *vid.* NOTA. Notare insigni aliqua et  
 nota re quippiam, *vid.* INSIGNIS. Pando rem ordine Virg. Aen.  
 60 3, 179. Procurare rem Cic. Att. 6, 9. Reddere rationem rei  
 Lucret. 6, 918. Refrixit res Cic. Att. 1, 16. Reicere rem Cic.  
 Fam. 5, 6. Reuocare rem ad manus, *vid.* MANVS. Secernere  
 apertas res a dubiis Lucret. 4, 469. Sequar summa fastigia rerum  
 65 Virg. Aen. 1, 346. Suscipere rem Cic. Qu. Fratr. 3, 1. Tentare  
 rem Hor. Epist. 2, 1, 259. Venire *vel* Ire in rem praesentem, *vid.*  
 PRAESENS n. 4. ¶ 4 *Nempe interdum est* Res, *Negotium,*  
*causa ipsa.* Ter. Adelph. 5, 3, 10 Mitto maledicta omnia. Rem ipsam  
 putemus: dictum inter nos hoc fuit, *etc.* Vbi Donatus, Res causa  
 litis. Ter. Hec. 3, 5, 18 Omnem rem scio, vt sit gesta. *Conf.*  
 70 Idem Adelph. 3, 5, 3. *et* 4, 4, 13. Idem Heaut. 1, 2, 23 Chreme,  
 tantumne est ab re tua otii tibi, aliena vt cures, eaque quae ad te ni-  
 hil attinent? *h. e. Familiariane negotia tua, tantum tibi concedunt otii,*  
*vt, etc.* Accingi ad rem aliquam, *vid.* ACCINGO. Agitur  
 75 res in scenis, aut acta refertur Hor. in Arte Poët. 179. Agere rem  
 quasi alienam Quinctil. 6, 2. *Ad lites et iudicia in primis refer-*  
*tur haec formula, v. g.* Plaut. Aul. 3, 4, 13. *et* Men. 4, 2, 19. Re-  
 rum actus Suet. Claud. c. 23. *et* Plin. Epist. 9, 25 *negotia iudicialia.*  
 Agitare res, *vid.* AGITO. Cic. Verr. 3, 115 c. 48 Quod si res  
 tua non Ageretur, a te potius postularent, ne amplius, *etc.* *Add.*  
 80 Horat. Epist. 1, 18, 84. Attinet ad rem Hor. Serm. 2, 2, 27. His  
 rebus Effecit, vt Nep. 17, 3, 3. *Add.* Idem 7, 11, 6. Quibus re-  
 bus Factum est Idem 7, 7, 3. *add.* 1, 2, 3. Ab initio res quomo-  
 do Gesta sit, exponemus Cic. pro S. Rosc. Amer. c. 5. In ipsa  
 turba potasti, quasi re bene Gesta Ter. Adelph. 5, 1, 11. Gere-  
 85 re rem male Hor. Serm. 2, 3, 74. Gerendis in rebus acer, *vid.*  
 ACER, Adi. Gerendis a rebus abstrahere, *vid.* ABSTRAHO.  
 Gerendis rebus minus apta Ouid. de Arte Am. 1, 415. *Vid.* GERO.  
 Interest nihil ad rem, *vid.* INTEREST. Locuti sumus nihil ne-  
 que ante rem, neque praeter rem Auctor ad Herenn. 4, 1. Mi-  
 90 nistrare res timide gelideque Hor. in Arte Poët. 171. Monet res,  
 Mouentur res magnae, *vid.* *hb. vv.* Natus rebus agendis Hor. in  
 Arte Poët. 82. Res est mihi cum illo: *agendum, transigendum ali-*  
*quid* Ter. Phorm. 1, 3, 19. Cic. Fam. 13, 27 Si qui difficiliore  
 erunt, vt rem sine controuersia confici nolint, si eos, quando cum Se-  
 95 natore res est, Romam reieceris. *Affine est* Rem habere cum ali-  
 quo, *i. Consuetudinem, amorem* Ter. Eun. 1, 2, 39. *Honestia formula,*  
*qua de se utitur* Thais. *Huc pertinet* Bellica res Hor. Carm. 4, 3,  
 6. Frumentaria Caes. B. C. 3, 16. Militaris Nep. 1, 8, 4.  
 Cic. pro Mur. c. 9. Militaris res diuinitus constituta, *vid.* CON-  
 100 STITVO. Militaris rei scientia Cic. pro Lege Manil. 28. Na-  
 ualis res Cic. Verr. 5, 42. Nautica Cic. de N. D. 2 c. 60. Nu-  
 maria res, *vid.* NUMVS. Pastoria, *vid.* PASTOR. Pecuni-  
 ariaria, *vid.* PECVNIA. In Rem Praesentem, *vid.* IN et PRAE-  
 SENS. ¶ 5 *Peculiariter obseruari meretur formula* Res pro-  
 105 latae, *et Rerum prolatio, quae significat Tempus illud, quum homines*  
*feriantur.*

*feriantur. Declarat maxime Plautus in Capt. 1, 10 ex persona parasiti,*

Vbi res prolatae sunt, quum rus homines eunt,  
Simul prolatae res sunt nostris dentibus.  
Quasi quum caletur, cochleae in occulto latent,  
Suo sibi succo viuunt, ros si non cadit:  
Item parasiti rebus prolatis latent,  
In occulto miseri victitant succo suo, etc.

Si quando, iudice fesso, Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus Lu-  
can. ad Pis. v. 73. Cic. pro Muraen. 28 c. 13 Sapiens existimari  
nemo potest in ea prudentia, quae neque extra Romam vsquam, neque Ro-  
mae, rebus prolatis, quidquam valet. Idem Att. 14, 5 med. Me-  
am stultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne de-  
ferere viderer hunc rerum tumorem. Et Qu. Frat. 3, 2 a fine,  
Res prolatae, ad interregnum comitia adducta. Idem Att. 7, 12  
Istum quidem, cuius Phalarisimum times, omnia tetterime facturum  
puto. Nec enim rerum prolatio, nec Senatus magistratuumque  
discessus, nec aerarium clausum tardabit. Vid. Manut. ad b. l. qui  
omnes ferias enumerat per hanc occasionem, et add. Pithoe. Adu. 2 ult.  
it. Casaubon. ad Theophr. p. 179. ¶ 6 Res publica, quid-  
quid ad totum populum pertinet, totius populi interest. Ouid. Trist. 4,  
4, 15 Res est publica Caesar Et de communi pars quoque nostra bono  
est. Gell. 13, 23 Cum tantam rem publicam agier arbitrarer.  
Plin. 35, 2 de Asinio Pollione, Qui primus Bibliothecam dicando inge-  
nia hominum rem publicam fecit. Neque enim ferri potest, qui inge-  
niorum rempublicam somniat, i. ciuitatem. Liu. 26, 16 Quid magis e-  
re publica duceret, aestimationem sibi permissam. i. ex utilitate popu-  
li. Sed cum saepe coniunctim scribatur Respublica, separatim de eo  
mox dicitur. ¶ 7 Formulae cum Praepositionibus, sub ipsis  
illis quaerendae. Hic pauca exempli causa damus. E re respondi id  
quod erat Catull. 10, 8. i. e vestigio. al. legunt aliter. Quinctil.  
5, 13 Accusator dat testem, patronus ex re ipsa refellit. Redeunt  
interea ex re ipsa mihi incidit suspicio Ter. Andr. 2, 2, 23. Re-  
que eapse, pro Re ipsa. Scipio Africanus Paulli filius, quum pro  
aede Castoris dixit, hac compositione vsus est: Quibus de homini-  
bus ego saepe, atque in multis locis opera, factis, consiliis reque  
eapse (saepe) bene meritis spem, etc. Festus. Quinctil. 4, 5, 4  
Pleraque gratiora sunt, si iuuenta subito, nec domo allata, sed inter  
dicendum ex ipsa re nata videantur. E re nata, i. e. Occasione,  
ut ait Donatus ad Ter. Adelph. 3, 1, 8. Ex re consulere Tacit. 40  
Ann. 1, 24. h. e. Prout occasio tulerit. Pro re pauca loquar Virg.  
Aen. 4, 337. Cic. Att. 14, 6 Antonii colloquium cum heroibus  
nostris pro re nata non incommodum. i. Quantum ad praesens tempus  
attinet. Liu. 1, 17 Id ab re (quod nunc quoque tenet nomen) in-  
terregnum appellatum. Conf. Idem 35, 32. ¶ 8 Res,  
Veritas. Non re ductus es, sed opinione Cic. pro Mur. c. 30.  
Virtutem non in re, sed in verbo positam esse Flor. 4, 7, 11. Conf.  
Nep. 19, 3, 3. In quos iecit magis haec consul verbotenus, quam  
vt infimularet coetum Liu. 34, 5. Rem fabularis Plaut. Truc. 2,  
4, 87. Dictu quam re facilius Liu. 31. Ter. Adelph. 4, 7, 12 Si non  
in re ipsa tibi istuc dolet, simulare certe est hominis. Item Hec. 5, 2, 7  
Haec res hic agitur, Pamphilo me facere vt redeat vxor, oportet. Vbi  
Donatus, Aut sic intelligendum est, quasi dicat. Hoc agebamus, quum  
tu aduenires. aut cum asseueratione pronuntiandum est, vt sit Res,  
veritas: quasi dicat, Hic non verba sunt, sed res agitur. Cic. pro  
Rosc. Amer. 44 Vides Eruci quantum distet argumentatio tua a re ipsa  
atque a veritate. Res ipsa indicat, vid. INDICO, are. Res ipsa  
loquitur, vid. LOQVOR. Ter. Eun. 4, 6, 4 Vsque adeo ego illius  
ferre possum ineptias, et magnifica verba, Verba dum sint: verum  
enim, si ad rem conferentur, vapulabit. Vbi Donatus: Verba  
ad rem contulit, h. e. Agere quod dicebat, aggressus est. Idem  
Andr. 5, 1, 5 Vt beneficium verbis inutum dudum, nunc re comprobet.  
Cic. pro Quint. 7 Deinde habet aduersarium P. Quintius verbo S.  
Naeuium, re vera homines huiusce aetatis disertissimos. Idem  
pro Cluent. 54 c. 19 Verbo ille reus erat: re quidem vera, et peri-  
culo, et tota accusatione, Oppianicus. Conf. Idem Att. 3, 23.  
Nep. 18, 1, 5 Apud nos reuera sicut sunt existimantur mercenarii.  
Conf. 9, 2, 2. et 17, 2, 3. Cic. Verr. 1, 76 Quod iste M. Marcelli  
et P. Africani monumenta, quae nomine illorum, re vera Populi Rom.  
et erant, et habebantur. Re vera et Verbo ac simulatione oppo-  
nuntur etiam Verr. 3, 133. Velut si re vera pugnent, de pictura Hor.  
Serm. 2, 7, 99. Sed Cic. pro Rosc. Am. 123 Qui recuset, cum  
profato, tamen verbo non audeat, tamen re ipsa de maleficio suo  
confiteri. Hic verbo plus est, nempe quia cum fateri iunctum est, cuius  
vis in verbo praesertim inest. Huc ref. cum res et spes sibi iunguntur. 75  
Sall. Catil. 21, 1 Neque res neque spes bona vlla. Et c. 20 Mala  
res, spes multo asperior. Ter. Heaut. 1, 1, 34 Crede inquam  
mihi, aut consolando, aut consilio, aut re iuvero. Re potest hic et-  
iam esse pecunia, re familiari. ¶ 9 Res, Utilitas. Ter.  
Hec. 1, 2, 27 Ita di deaque faxint, si in rem est Bacchidis. Idem  
Phorm. 2, 4, 9 Ego quae in rem tuam sint, ea velim facias. In rem  
suam aliquid conuertere Cic. pro Rosc. Amer. 415 c. 39. E re, Ex  
utilitate, utiliter Papin. in l. Donationes, in §. 1 D. de donationib.  
Nec matrem offensam e re petitionem habere. h. e. Matrem ex leui  
offensione eas res utiliter repetere non posse. Ter. Phorm. 2, 1, 41  
Si est patruae, culpam vt Antipho in se admiserit, ex qua re minus rei  
foret, aut famae temperans. Martianus in l. Quum vir, D. de doli  
mal. et met. except. Quum vir in area ab vxore sibi donata aliquid  
aedificasset, plerisque placet, doli mali exceptione posita rem seruari  
posse. Ter. Adelph. 3, 3, 4 Id misero restat mihi mali, si illum  
potest, qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere. Vbi  
Donatus, Recte: de hoc enim supra dixit, 1, 2, 15 Non fratrem videt  
rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium? Nosti verbum  
illud egregie vetus, musicam, quae sit abscondita, esse nulli rei Gell.  
13, 29. Plaut. Stich. 5, 4, 38 Nulli rei erimus postea: sic conicit  
Grut. pro nulli referimus. Affine est, quod Res pecuniam significat.  
Ter. Phorm. 2, 3, 46 At si talentum rem reliquisset decem. Donatus  
hereditatem interpretatur. Ter. Adelph. 5, 3, 44 At enim metuas,  
ne ab re sint tamer. omissiores paullo. i. Negligant curare rem familia-  
rem. Idem Adelph. 5, 3, 23 Tu illos duos olim pro re tollebas  
tua. Vbi Donatus: Pro re, pro Patrimonii tui qualitate. Paul-  
lo omissiorem esse ab re Ter. Adelph. 5, 3, 44. Idem Eun. 1, 2,  
51 Eius frater aliquantum ad rem est audior. Ter. Adelph. 5, 3, 48  
Solum vnum hoc vitium affert senectus hominibus, attentiores sumus  
ad res omnes, quam sat est. Cic. in Catil. 2, 10 Res eos iam pri-

- dem, fides deficere nuper coepit. Et genus et virtus, nisi cum re,  
 vilior alga est Hor. Sat. 2, 5, 8. Res et aurum Lucret. 5, 112.  
 Ampla res domi Iuven. Sat. 12, 10. Angusta res domi Id. ibid.  
 3, 165. Arctis in rebus absit pudor, In magna penuria Valer. Ar-  
 gon. 5, 324. Auita res et patria, vid. AVITVS, in AVVS.  
 5 Grandi pecunia et re Bona multa copiosus Gell. 17, 19. Sed Bonae  
 res, i. electiles cibi, vid. Barth. ad Gallum Confess. p. 89.  
 Contemptae rei dominus splendidior Hor. Carm. 3, 16, 25. Con-  
 tractae res, vid. CONTRAHO. Curtae nescio quid semper abest  
 10 rei Hor. Carm. 3, 24, 64. Familiaris res ministra et famula cor-  
 poris Cic. Tusc. 1, 75. Familiaris res mea Idem de Orat. 2, 97.  
 Familiaris rei naufragia Idem Fam. 1, 9. conf. Tac. A. 6, 17, 7. Fru-  
 mentaria res Cic. Att. 8, 2. Ennius apud Cic. Caton. pr. Ille vir haud  
 Magna cum re, sed plenu' fideii. Mobiles res Vlpian. in l. a diuo  
 15 D. de re iud. Modica Iuven. Sat. 13, 143. Mouentes res, pro Mo-  
 bilibus, vid. MOVEO. Neque tamen non inprimis bene habita-  
 vit, omnibusque Optimis rebus vsus est Nep. 25, 13, 1. Paruis rebus  
 alta praestatur quies Sen. Thyest. f. 5. Paupera res, vid. PAVPER.  
 Pauperculae res, modicae et modestae, vid. MODVS. Pecuararia,  
 20 vid. in PECVS. Praeclara Filius in re sublatu male alitur Hor.  
 Serm. 2, 5, 45. Priuatae res Cic. Att. 9, 6. Salua res et  
 Perdita, contraria Ter. Eun. 2, 2, 26. Ampliare rem Hor. Serm.  
 1, 4, 32. Homo in Tenui re Hor. Epist. 1, 20, 20. Amplificare  
 rem familiarem, vid. AMPLIFICO. Cic. pro Rabir. Post. 3 Ita  
 25 vt in Augenda re, non auaritia praedam, sed instrumentum bonitati  
 quaerere videretur. Comminuti re familiari, vid. h. v. Con-  
 ficere rem suam non minus strenue quam publicam Cic. post red. in Sen.  
 10. Confringere rem. vid. f. l. Constabilire Ter. Adolph. 5, 1, 9.  
 Corrumperem familiarem, vid. CORRUMPO. Curare rebus alic-  
 30 nis suo vestimento et cibo Plaut. Truc. 1, 2, 35. Dare operam rei  
 Ter. Adolph. 1, 2, 15. Facere rem, Lucrari. Ter. Adolph. 2, 2,  
 12 Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines. Ex Donato.  
 Vt rem Facias, rem, Si possis, recte; si non, quocunque modo rem Hor.  
 Epist. 1, 1, 65. Cic. Off. 2, 73 Illud male dixit, non esse in ciuitate  
 35 duo millia hominum, qui rem haberent. Intercipere res alicuius  
 Ouid. Met. 9, 122. Mersat membra copia rerum Lucret. 5, 1006.  
 Nitet res magna domino sene Hor. Serm. 2, 5, 12. Obstat virtuti-  
 bus res angusta domi Iuven. Sat. 3, 164. Officient tibi multae res  
 Hor. Serm. 1, 2, 97. Partae sanguine res Ouid. Epist. 1, 92. Per-  
 40 dere rem patriam Hor. Serm. 1, 4, 111. Quaerere rem honeste mer-  
 caturis faciendis Cic. in Parad. 6. Stringat praeclearam ingrata malis  
 ingluuie rem Hor. Serm. 1, 2, 45. Struere Plaut. Aul. 3, 6, 8. Tu-  
 tari Ter. Andr. 1, 5, 54. ¶ 10 Res, Status, conditio. Virg.  
 Aen. 6, 857 Hic rem Romanam magno turbante tumultu, Sisset eques.  
 45 Vbi Seruius: Rem Romanam, Statum Reip. Tueri armis res Italas Hor.  
 Ep. 2, 1, 2. Forensis res Quinctil. 4, 2. Reuocare se ad curam rei dome-  
 sticae, rei forensis, Reipublicae Cic. pro Cael. 42. Priuatae ac domesticae  
 res Quinctil. 2, 21. Inuisere res rusticas vel fructus causa, vel de-  
 lectationis Cic. de Orat. 1, 249. Obire rem priuatam vel publicam  
 50 vid. OBEO. Ordinare publicas res Hor. Carm. 2, 1, 11. Hinc  
 ¶ 11 Res, [ἀρχή] Imperium, ciuitas. Virg. Aen. 3, 1 Postquam res  
 Asiae, Priamique euertere gentem Immeritam visum superis Ibidem  
 54. Res Agamemnonias, victriciaque arma secutus. Seruius.  
 Solatium proximi motus habebamus, incruentam urbem, et res sine  
 55 discordia translatas Tac. H. 1, 29, 6. Adepta rerum, vid. sub  
 ADIPISCOR. Domina rerum Roma Ouid. Met. 15, 447. Caput  
 rerum Tacit. Ann. 1, 47. Custos rerum Caesar Hor. Carm. 4, 15, 17.  
 Imperia rerum Hor. Serm. 2, 7, 75. Origo rerum et molitio, vid.  
 60 ORIGO. Pulcherrima rerum Roma Virg. Georg. 2, 534. Po-  
 testas summa rerum Id. Aen. 10, 100. Speciatim Rem, vel res ge-  
 rere, est bellum gerere. Liuius 21, 60 Malletque aduersus singulos  
 separatim, quam aduersus duos simul rem gerere. Male rem ge-  
 rere Darium, premique ab Scythis Nep. 1, 3, 3. conf. Id. 7, 5, 7. et  
 22, 3, 3. Ouid. A. A. 1, 415. Res Romana erat superior Liu. ...  
 65 de praedio. Plin. 2, 67 In Arabico sinu res gerente C. Caesare Au-  
 gusti filio, signa nauium ex Hispaniensibus naufragiis feruntur agnita.  
 Res gerere et captos ostendere ciuibus hostes, attingit solum Iouis, et  
 caelestibus aequat Hor. Epist. 1, 17, 33. Bene gestae res Virg. Aen.  
 9, 157. Maxima res effecta Id. ibid. 11, 14. Naualis res Ta-  
 70 cit. Ann. 15, 46. Rem bellicam administrare Cic. de Diuin. 2, 76.  
 Euentus rerum Lucan. 5, 779. Abscissa res erat, vid. ABSCINDO.  
 Tunc res immenso placuit statura labore Lucan. 3, 381. Dare rem  
 in casum Tacit. Ann. 12, 52. Diffidere rebus suis Liu. 1, 2. E-  
 mittere rem de manibus, vid. MANVS. Verum repetitum Mace-  
 75 doniam veniret, et eas res Occuparet Nep. 18, 6, 1. Potiri rerum  
 Id. 25, 9, 6. Fessi rerum Virg. Aen. 1, 182. Forma rerum  
 Ouid. ex Pont. 1, 10, 17. Inclinationes rerum et temporum, vid.  
 INCLINO. Summae rerum consulere Ouid. Met. 2, 300. Re-  
 rum Summa ad Antipatrum defertur Nep. 18, 5, 1. Aduersae res,  
 80 vid. ADVERTO. Adlietae Virg. Aen. 1, 456. Angustae Hor.  
 Carm. 2, 10, 21. Dubiis rebus non deficere Virg. Aen. 6, 1, 6. Dura  
 Id. ibid. 1, 567. Duris vrgens in rebus egestas Id. Georg. 1, 146.  
 Egenis in rebus Idem Aen. 6, 91. Extremae Tacit. Hist. 1, 45.  
 Fessis rebus ferre finem Virg. Aen. 3, 145. Fluxae Sil. 7, 17. Fractae  
 85 Virg. Georg. 4, 240. Humanae Id. Aen. 10, 152. Inclinata, vid.  
 INCLINO. Infracta, vid. INFRINGO. Iucundae Hor. Serm.  
 2, 6, 96. Prosperae Nep. 10, 6, 1. Quem res plus nimio de-  
 lectauere Secundae, Mutatae quatient Hor. Epist. 1, 10, 30. conf. Nep.  
 7, 6, 2. 9, 2, 1. 18, 5, 1. Secundae Virg. Aen. 9, 301. Se-  
 90 cundis rebus mersus, vid. MERGO. Rem miseram, Aduerbiu  
 dolentis Cic. Att. 7, 24. O rem lugubrem! vid. LVGEO. ¶ 12  
 Obseruatt. variae. Res, Modus. Plaut. Rud. 4, 3, 87. Iam repperi  
 rem, quo pacto nec fur, nec socius fies. Res, [πειρα] Expe-  
 95 rimentia. Ter. Adolph. 5, 4, 1 Nunquam ita quisquam bene subducta  
 ratione ad vitam fuit, quin res, actas, vsus semper aliquid apportet  
 noui. De argumentatione: Te dementem et insanum rebus addicam  
 necessariis Cic. Parad. IV. pr. Fraternalis res nulla potest defendere  
 caedem Poeta Anon. in Eleg. de Maenio. Horum deliratio manife-  
 100 c. 2. Argumentum scribendi, s. materia, Heroi res erat ista pedis Ouid.  
 Fast. 2, 126. Ego plures fabulas dissero, vsus vetusto genere, sed  
 rebus nouis Phaedr. 5, 1, 12. Vocabulum, rei, excipit non-  
 nunquam relatiuum neutrius generis, ut Sumtu ne parcas vlla in re,  
 quod ad valetudinem opus sit Cic. Fam. 16, 4. med. conf. Cort. ad Sal-  
 105 lust. Iug. c. 41, 1. Gesner. Lex. Russ. b. v. Res intrusum a librariis,  
 repu-

*repetitum ab ipsis scriptoribus, docent Gronou. et Drakenb. ad Liu. 2, 18.*

**RECVLA, f. RESCVLA, ac. f.** Imperes pro copia, pro recula Plaut. Clitell. Fragm. v. 29. Apibus curandis reculam auxit Donat. in Vita Virgilii *sub init.* Pannosae resculae Apul. Met. 4 p. 148. *ol. Reculae.* Resculas et resculis Saluian. l. 5 p. 113 Baluz. *conf. Rittersb. ad Saluian. p. 546.*

**RESPUBLICA, ac. f.** [πολιτεία] *Proprie duae voces sunt, quae separatim scribuntur et declinantur, res populi, unde p. a. in RES n. 6. illas considerauimus. Sed saepissime tamen iunctim scribitur, et alioquin ita frequentes habet formulas, ut tanquam nomen compositum separatim hic tractari non absurdum sit. Iunctimne an separatim scribatur, parum refert. Monumenta antiqua parum iuuant, quatenus in iis continuantur etiam dictiones diuersae. Frequentes tamen transpositiones, et analogia rei familiaris, priuatae, militaris, Romanae ostendunt, verius esse, ut distinguantur. Sed utamur etiam hic consuetudine publica; scientiam nobis reseruemus. Significat res publica vel totam ciuitatem, vel imperium magistratumue, interdum, patricia quadam arte, solum Senatum, u. g. Liu. 1, 35. 5, 7 etc. Sed necesse est, caritate eam praestare, res publica nomen vniuersae ciuitatis est: pro qua mori, et cui nos totos dedere, et in qua nostra omnia ponere, et quasi consecrare debemus Cic. de Legib. 2, 5. Id. de Diuin. 2, 6 c. 2 Id ipsum a Platone, philosophiaque didiceram, naturales esse quasdam conuersiones Reum publicorum, ut eae tum a principibus tenerentur, tum a populis aliquando a singulis. Id. Fam. 3, 11 Quod ad me quasi Formam communium temporum et totius reipublicae misisti expressam. Interitus Id. pro Sull. 33. Salus Id. Catil. 4, 4. Status, it. Summa reipublicae, vid. ff. ll. itemque Aeagra Resp. Beata, Castrata, Commutabilis, Constituta, Nuda a magistratibus, Inclinata, in verbis indicatis. Cic. de Legib. 3, 36 c. 16 Vtinam, inquit, (M. Scaurus ad auum Ciceronum) M. Cicero, isto animo atque virtute in summa Republica nobiscum versari, quam in municipali maluisses, i. Romae, quam Arpini.*

¶ **2 Verba:** Abducere aliquem a Repub. Accedere ad Remp. Accipere Rempub. Accommodare se ad Remp. Adire ad Rempub. vid. bb. vv. Administrari eo censu nullius ciuitatis Respublica potuit Cic. Verr. 2, 138 c. 55. Aedificare Remp. vid. AEDIFICO. Agere Remp. Paullus l. 35 §. 3 D. ex quib. caus. maior. Amplificare Remp. vid. AMPLIFICO. Arrodero, vid. ARRODO. Cic. Fam. 1, 9 Atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendae Reip. fuisse, quod quum offendisset populum Atheniensem prope iam desipientem senectute, etc. Cadere Resp. vel occidere dicitur Cic. Fam. 6, 6. Capere Remp. pro Occupare Salust. in Catil. Capeffere Remp. Cedere de Rep. Celebrare Remp. vid. ff. ll. Censere e Rep. Tacit. Ann. 3, 53. Conferre se ad Rempub. vid. CONFERO. Confligare Rempub. per plura scelera Tacit. Ann. 6, 48. Remp. a me Conseruatam dolent Cic. Fam. 5, 2, 2. Consultare Reipub. Continere Remp. vid. bb. vv. Constituire Remp. pro Stabilire vel confirmare Cic. Fam. 6, 17. Conuelleri Remp. Id. in Pison. 4. Cruentare Remp. vulneribus, vid. CRVENTO. Desicere a Rep. Cic. Fam. 12, 10. Delere Remp. Id. Att. 10, 6. Erigere Id. Att. 8, 19. Excitare Id. pro Sext. 99. Exurgere Id. Fam. 12, 10. Facere contra Rempub. Id. Qu. Frat. 2, 1. conf. Fam. 8, 8, 17. Gerere Remp. Id. Fam. 15, 12. Est ars difficilis, recte Remp. Gerere Id. Att. 7, 25. Plaut. Amph. 1, 1, 42. et 1, 3, 26. est, administrare bellum. Et maxime quidem de ducibus dicitur Liu. 23, 9. Inter COSS. conuenit, ut quem ad modum vno animo reimp. gessissent, etc. Sed tamen etiam de militibus, u. g. Liu. 2, 64 Et in Volscis resp. egregie gesta tum ducis tum militum opera. Et 8, 31 Furere Dictatorem, quod se absente Resp. egregie gesta esset. Caes. B. C. 1, 7 ad milites Hortatur, cuius Imperatoris ductu nouem annis reimp. gessissent. Gubernare Cic. Fam. 1. Id. ad Brut. 15 Hoc bello victores quam Remp. sinus Habituri, nescio, victis certe nulla vnquam erit. Incumbere in Remp. Id. Fam. 10, 1. Interit Resp. Id. ibid. 6, 21. Labefactare et euertere Remp. Lugere Remp. Mederi Reipub. vid. bb. vv. Cic. Fam. 10, 5 Nec quidquam ex omnibus rebus humanis est praeclearius aut praestantius, quam de Republica bene mereri. Obruere Remp. Salust. . . . Et quam Remp. seruitio non potuerat obruere, etc. Opprimere Cic. Fam. 4, 3. Oppugnare Id. pro Sext. 120. Pendet Resp. e Bruto, vid. PENDEO. Perturbare Remp. Cic. Fam. 9. Praecipitare Id. pro Sull. 87. Profigare suis consiliis reimpub. Id. de Orat. 3, 3. Regere Id. Acad. 4, 115. Reuiuiscit resp. Id. Fam. 6, 10. Saluare Id. in Pison. 78 c. 31. omnes MSS. quos inspexit Faernus. Sed editur seruare. Cic. Tusc. 1, 31 c. 14 Ergo arbores feret diligens agricola, quarum adspiciet bacam ipse nunquam: vir magnus leges, instituta, rem publicam, non Seret. Stabilire Id. pro Sext. 143. Sustinere Id. pro Domo 142. Temperare Id. Tusc. 1, 2 Rem vero publicam nostri maiores certe melioribus Temperauerunt et institutis et legibus. Tenere Cic. Fam. 1, 9. it. 4, . . . Tractare Id. ibid. 6, 6. Trahere funditus Tacit. Ann. 3, 54. Salust. . . . Profecto neque Respub. sicuti nunc vastaretur. Violare Cic. Fam. 1, 9. Respublicas multarum ciuitatum pluraliter dixit C. Gracchus in ea quam conscripsit de lege P. Ennii et peregrinis, quum ait: Eae nationes, cum aliis rebus, per auaritiam atque stultitiam, Respublicas suas amiserunt. Festus.

**RESACRO, vid. RESECRE.**

**RESAEVIO, ire.** Iterum facuire. Ouid. Trist. 1, 1, 103 Quaeque quiescebat, ne mota resaeuiat ira.

**RESALVO, are.** Resaluati Augustin. C. D. 18, 31 Saluati post interitum.

**RESALVTO, are.** [ἀναπροσαγορεύω] Salutantem salutare. Laudatur Plaut. Pseud. 2, 4, 19 Dic vtrum spemne an Matrem resalutem Pseudole? Sed recte legitur te salutem. Pedetentim hunc resalutem Lucil. ap. Charif. 2 p. 190 Salutaturi aliquem non resalutaturum Sen. de Tranqu. An. c. 12. Cic. Philipp. 2, 106 c. 41 Sed tum nimis inter omnes constabat, neminem esse resalutatum. Martial. 4, 84 Securus nullum resalutas, despicias omnes.

**RESALVTATIO, onis. f.** Sueton. Neron. c. 37 Neque proficiens quenquam osculo impertiuuit, ac ne resalutatione quidem.

**RESANO, are.** Paulo uehementius suo simplici est. Lactant. 4, 20 pr. Ne adduceret eos in poenitentiam, atque resanaret. Id. 5, 22 extr.

**RESANESCO, ere.** Lactant. 5, 2, 6 Vt susceptis Deorum cultibus resanescent. Gronou. Obs. 2, 21 restituit hoc verbum ex MSS. Ouid. Amor. 1, 10, 9 — Animique resanuit error: et Ibid. 2, 9, 27. al. utrobique reuauit.

**RESARCIO, si, tum, ire.** [ἀνέτοιμος] Instaurare, integrare. Sueton. in Claud. Caes. c. 6 Quod decretum abolitum est excusante Tibe-

rio imbecillitatem eius, ac damnum liberalitate sua refarturum pollicente. Ter. Adolph. 1, 2, 41 Fores effregit? restituentur: discidit vestem? refarcietur. *Haec eadem verba habet Cic. pro Cael. 38. Damna refarcire Id. Fam. 1, 9. Quactum refarcire Columel. 11, 1.*

5 **RESARRIO**, iui, itum, ire. [*ἀνασκάλλω*] *Rursum farrire. Plin. 18, 20 Quum hieme praegelida captae segetes essent, reseuerunt, resarrientes campos. Varro de L. L. 6, 6 p. 82, 38. Resarrire, ab Serra dictum, id est Aperire. Hinc etiam Serae, quibus remotis fores panduntur. Reserare a sera si legeretur, facilius intelligerem.*

10 **RESCINDO**, scīdi, scissum, ēre. [*ἀνασχίζω, ἀναβήγγυω*] *Scindendo corrumpere, vel destruere, certe aperire, et soluere. Caes. Bell. Gall. 1, 7 Pontem, qui erat ad Geneuam, iubet rescindi. Virg. Georg. 1, 280 Et coniuratos caelum rescindere fratres. Locum aliquem rescindere Cic. de Lege Agr. 2, 3. Vias*

15 *Sen. Theb. f. 1. Id. in Phoeniss. v. 226. Columel. 2, 14 Et quod falx reliquerit, prius quam inarescat, vomis rescindat, atque obruat: id enim cedit pro stercore. Virg. Georg. 3, 453 Quam si quis ferro potuit rescindere summum Vlcere os: alitur vitium, viuittque tegendo. i. Aperire. Sic Suppuratio ferro rescinditur Colum. 6, 11, 1.*

20 *Sic Vulnera rescindere est refricare, ita dure tractare, ut recrudescat. Ouid. Met. 12, 543 Quid me meminisse malorum Cogis et obductos annis rescindere Luctus. Heinsf. emendat obductum leuiter rescindere Vulnus. vid. Heinsf. hic et ad Ouid. Tr. 3, 11, 63 ubi ex MSS. legit, Ergo quicumque es, rescindere Vulnera noli, Deque graui duras vlcere tolle*

25 *manus. Alii hic legunt rescindere crimina, i. commemorando renouare et refricare: quae nondum aliunde confirmata ratio est: nisi si ad Luctus prouocare placeat, de quo loco modo dictum. Pectora ferro rescindere Stat. Theb. 11, 507. Terram rescindere, quod et Proscindere dictum est Colum. 2, 2, 23 Vena rescinditur Id. 6, 30, 5. Vias*

30 *rescindere nostris sensibus, i. aperire Lucret. 2, 406. Vitem rescindere Colum. 4, 29. 2 Rescindere, pro Abolere, siue abrogare accipitur, per translationem. Ter. Phorm. 2, 4, 16 Mihi non videtur quod sit factum legibus, rescindi posse. Cic. Philipp. 13, 5 c. 3 Acta Antonii rescidistis, leges refixistis per vim. Beneficium Sen.*

35 *de Benef. 3, 13. Cic. de Legib. 2, 31 Quid enim maius est, si de iure quaerimus, quam posse a summis imperiis et summis potestatibus comitiatus tollere, et consilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? Damnationem Cic. Verr. 2, 100. Foedus Patere. 2, 90. Cic. Verr. 2, 63 Fecerat haec egregie primo aduentu Metellus, vt omnes*

40 *istius Iniurias, quas modo posset, rescinderet et irritas faceret. Iudicia rescindere, siue rem iudicatam Id. pro Planc. 10. Id. in Partit. 125 Negat probari oportere, eos qui leges scripserunt, ratum habere Iudicium, si totum corruptum sit: si vnus accusator corruptus sit, rescindere nititur aequitate. conf. Id. Verr. 5 c. 8. et pro Cluent. c. 21.*

45 *Iussa Iouis Ouid. Met. 2, 677. Cic. de Prouinc. Conf. 10 c. 5 Pactiones sine vlla iniuria factas rescidit. Venditio rescindenda est Saeuola in l. Tutor. D. de minoribus. Pandectarum lib. 18 titulus quintus est, De rescindenda venditione. Cic. Verr. 1, 111 c. 43 Solus tu inuentus es cui non satis fuerit corrigere voluntates viuorum, nisi etiam rescin-*

50 *deres mortuorum. RESCISVS, a, um. Partic. [*ἀνεβήγγυμενος*] Lucan. 4, 328 Rescissoque nocent suspiria dura palato. Gloria rescissa cunctis Claud. de Bell. Get. 586. Fac mea rescisso pectora nuda sinu Propert. 3, 6, 8.*

55 **RESCISSORIVS**, a, um. *Adi. ut, Actio rescissoria, qua agitur ad rescindendum contractum. Vlpian. in l. Exemplo D. ex quibus caus. maior. etc. Rescissoria, absolute l. 21 D. de Donat.*

60 **RESCISSIO**, ōnis. *f. In institutione an in rescissione; Tertull. adu. Marc. 2, 7. Vlpian. in l. Sed et si D. Ex quibus caus. maior. in integr. rest. Rescissio prioris decreti Callistratus in l. pen. D. de decret. ab ordin. faciend. Rescissio, praecise pro Rescissione matrimonii poni videtur ab Vlpian. l. 3 §. 5 D. de bonor. poss. contra*

65 *tab. Si emancipatus filius vxore non ex voluntate patris ducta, filium fuerit fortitus, dein nepos, patre iam mortuo, ad bonorum possessio-*

70 *nem aui velit venire: admittendus est ad eam. Non enim per rescissionem is, qui filius iustus est, efficitur non filius, quum rescissio quo magis admittantur (liberi ad possessionem, exclusa matre) non quo minus, adhibeatur. Mortis rescissio Tertull. de Resur. Carn. 57.*

75 **RESCIO**, vel **RESCISCO**, iui, itum, ire. [*μανθάνω*] *Factum aliquod occultius, aut inopinatum, insperatumque cognoscere vt vult Gell. 2, 19 pr. vel etiam simplicius, Rem, postquam gesta est, scire, quam nesciebas quum gereretur, vt interpretatur Valla carpens Gell. 6, 23 Et sane pro Vaila est locus Fer. Hec. 5, 4, 25 PAMPH. Dic mihi, harum rerum num quid dixi iam Patri? BA. Nihil. PA. Neque opus est adeo*

80 *mutito: placet non fieri hoc itidem vt in comoediis, Omnia omnes vbi resciscunt. Hic quos par fuerat resciscere, sciunt. Quos non aequum est scire, neque resciscunt, neque sciunt. Donatus, Resciscunt, ad quos pertinet. Et resciscunt, qui nesciunt. Sciunt, qui negligunt. Et resciscimus ex alio, scimus etiam per nostram opinionem.*

85 *Rescire est recognoscere, et vix inuenire, quod quis nescierit. Cum aliqua igitur exceptione verum est, quod addit l. c. Gellius, Aliter dictum esse rescitui aut rescire apud eos, qui diligenter locuti sunt, nondum inuenimus, quam super his rebus, quae aut consulto consilio latuerint, aut contra spem opinionemue vsu venerint. — Laudat deinde Naeuii ista*

90 *Si vnquam quidquam filium rescieuro  
Argentum amoris causa sumsisse mutuum:  
Ex tempulo illuc te ducam vbi non despuas.  
Et Quadrigarii, Ea Lucani vbi rescieuerunt, sibi per fallacias verba data esse. Et alium locum Quadrigarii, et istum Catonis, Deinde dictator*

95 *iubet postridie magistrum equitum arcessi. Mittam, te si vis, cum equitibus. Sero est, inquit magister equitum: iam rescieure. Haec ex Gellio. Talia sunt etiam ista: Ne rescirent Carthaginenses Liu. 29, 14. Ter. Adolph. 5, 3, 5 Rescivit omnem rem. Cic. Off. 3, 91 Quaerit etiam, si sapiens adulterinos numos acceperit imprudens*

100 *pro bonis, quum id rescierit, soluturusne sit eos, si cui debeat, pro bonis? Cic. Fam. 8, 12 Id postquam rescitit, excanduit. Intelligebat, aduersarios rescituros de suo aduentu Nep. 18, 8, 5. add. Id. 4, 3, 4. Iuppiter apud Ouid. Met. 2, 423 Hoc certe coniux furtum mea nesciet, inquit: Aut, si rescierit, sunt, o sunt! iurgia tanti.*

105 **RESCRIBO**, psi, tum, ēre. [*ἀντιγράφω, ἀντεπιστάλλω*] *Iterum scribere, siue retractare scriptum suum, μεταγράφαι, significat Suet. Iul. c. 56 Pollio — existimat, rescripturum et correcturum fuisse commentarios suos Caesarem. Sic Plin. Epist. 5, 8, 6 coll. 7 Retractare actiones et rescribere eodem intellectu dictum. Sic 7, 9, 5 Poteris et, quae*

*dixeris, post obliuionem retractare, multa retinere, plura transire; alia*

alia interscribere, alia rescribere. ¶ 2 *Vicissim scribere*, vel alterius scripto respondere. Ouid. Epist. 1, 2 Nil mihi rescribas, attamen ipse veni. Manu trepida rescribere Id. Amor. 2, 2, 6. Cic. Att. 5, 12 Nostra negotia (quoniam Romae commoraris) amabo te explica, cui rei fugerat me rescribere. Cic. Fam. 11, 2 Rescribas nobis ad omnia, rogamus. Ad omnia quae quaeruntur rescribere Id. Fam. 1, 9. Id. Att. 2, 1 Tu tamen de Curtio ad me rescribe certius. Id. ibid. 7, 16 Vni tuae disertissimae epistolae non rescripti. i. Non respondi. conf. ib. 13, 2, 3. et 1, 10. ¶ 3 *Refutare contra scribere*. Quintil. 10, 5 Melius hoc quam rescribere veteribus orationibus. conf. Sueton. Calig. c. 53 Cuius etiam libris de orthographia rescriptis, non sine insectatione studiorum morumque eius Id. de Clar. Gramm. c. 19. Liu. 9, 10 Rescriptae ex eodem milite nouae Legiones. Sed Rescribere legionem ad equum, est Eam quae peditum erat, in numerum equitum transcribere Caes. Bell. Gall. 1, 42. 15 Ter. Phorm. 5, 7, 28 Sed transi fodes ad forum, atque illud mihi argentum iube rursus rescribi Phormio. Vbi Donatus, Rescribi, reddi, seu per mensae scripturam dari. Quoniam ad numerationem pecuniae antecedit scriptura, rescribere dicebant pro remunerare. Hor. Serm. 2, 3, 76 Dictantis quod tu nunquam rescribere possis: scribere iubentis *lyngrapham*, cuius summam tu soluere nunquam possis. Plaut. Afin. 2, 4, 34 Adducit domum etiam vltro, et rescribit numos, i. solvendo retro assignat. Sed al. scribit.

RESCRIPTVS, a, um. Partic. Cic. Tusc. 4, 3 c. 2 Cantus rescriptos fuisse vocum sonis, i. Notatos et scriptos suis sonis. Fucrit igitur rescriptos idem quod descriptos, quod substitui quidam volunt, sed contra consensum librorum. Rescripta Bruto Suet. Aug. c. 85. i. contra Brutum scripta.

RESCRIPTVM, i. n. [*ἀντιγραφόμενον*] Epistola qua Principes consulentibus eos respondent. Vlpian. in l. 1 De appellationibus, Quaesitum est an aduersus rescriptum principis prouocari possit: si forte Praeses provinciae, vel quis alius consuluerit, et ad consultationem eius fuerit rescriptum. Tacit. Ann. 6, 9, 3 Immiti rescripto venas resoluit: i. cum duriter rescriptisset Princeps?

RESCRIPTIO, ōnis. f. Idem L. 8 D. de Off. Praefidis. Saepe audiui Caesarem nostrum dicentem hac rescriptione. Princeps remittit negotia per rescriptiones Ibid. l. 9.

RESCULPO, psi, ptum, ĩre. Quae insculpta fuerant, sed oblita et obducta sunt, denuo sculpere, et velut sulcos antiquos aperire. Metaph. Tertull. de Ieiun. c. 5 Populus primi hominis resculperat crimen, i. imitatione expresserat. Prudent. Psychom. Praef. v. 51 Haec ad figuram praenotata est linea, Quam nostra recto vita resculpat pede.

RESECŌ, secui, sectum, ĩre. [*ἀνατίμνω*] Rescindere, abscindere. Colum. de Arboribus c. 6 Veterem vineam, si in summo radices habeat, refecare nolito: alioqui etiam nouella vinea, quae ex refecatione enata fuerit, vim inutilem habeat. Alas refecare Ouid. de Rem. Amor. 701. Ferro refecare capillos Ouid. Met. 11, 183.

Cic. de Diuin. 2, 96 c. 46 Aut quorum linguae sic inhaerent, vt loqui non possent, hae scalpello refecatae liberarentur? Id. in Pisq. 43 c. 19 Quem Carthaginenses refecatis palpebris, illigatum in machina vigilando necauerunt. de Regulo. Refeces spem longam spatio breui Hor. Carm. 1, 11, 7. i. in tam breui spatio vitae noli spes longas habere. Vngues refecare, apud Valer. Max. 3, 2, 15. Ad viuum refecatur extrema pars vnguis Colum. 6, 12, 3. Metaph.

Cic. Amic. c. 5 Id sentio, amicitiam nisi in bonis esse non posse, neque id ad viuum refeco, vt illi, qui haec subtilius disserunt, — negant quemquam virum bonum esse, nisi sapientem. Sit ita sane, sed eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus. Ad viuum refecare ergo est seuerè nimis et districte disputare. 60

Alia translatione Cic. Tusc. 4, 45 Haec tamen ita disputant, vt refecanda esse fateantur: euelli penitus dicant nec posse nec opus esse. Id. in Catil. 2, 11 Quae sanari poterunt, quacunque ratione sanabo: quae refecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. Et Att. 1, 15 In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum refecandae libidinis et coercendae iuuentutis, vehemens fui. Sic Verr. 3, 208 Refecare audacias ac libidines.

RESECANDVS, a, um. Partic. [*ἀνακμητός*] Seges falce refecanda Ouid. Epist. 1, 53.

RESECTVS, a, um. aliud Partic. [*ἀνοτετμημένος*] Farra refecta Ouid. Fast. 2, 520. Barba refecta Id. Trist. 4, 10, 58. Lingua ense refecta Id. in Ibin 441. Compar. Apul. Floridor. 23 p. 364, 39 Sic enim ferme adsolet apud prudentes viros esse in operibus elaboratis indicatio restrictior (quid. refecator) in rebus subitariis venia prolixior.

RESECATIO, ōnis. f. Saluian. de Gubern. Dei 7 p. 108 Dum peccata auferre cupiunt, ipsi in peccatorum refecatione peccant.

RESECTIO, ōnis. f. [*ἀνατομή*] Idem. Colum. 4, 29 Is nodus etiam si quatuor digitis a refecatione abfuerit, illigari tamen eum prius quam vitis findatur, conueniet. conf. Ibid. c. 24. et de Arbor. c. 6.

RESEGMEN, ĩnis. n. [*ἀπότμημα*] Quod ex aliquo refecatur: vt Resegmina vnguium Plin. 28, 1. Resegminibus amputatis Id. 13, 12.

RESEX, fēcis. m. Genus palmitis in vite, qui et Custos dicitur, et Praefidiarius et Subsidiarius. Colum. 3, 10, 15 Nam confiteor pampinarios quoque quum e duro proreperint, tempore anni sequentis acquirere foecunditatem, et ideo in refecem submitti, vt progenerare possit. Verum eiusmodi partum comperimus, non tam ipsius refecis, quam materni esse muneris. Pampinum refecem vocat, qui refectus, recisusque melius prouenit, fitque fructuosior. Refeces bigemmes Colum. 5, 5, 11. Id. 4, 21, 3 vocat Custodem et praefidiarium. Dicitur et Subsidiarius Ibid. 24, 13.

RESECRO, vel RESACRO, ĩre. [*ἀναλιπαρέω*] est obsecrationem et preces retractare, aut contrarias facere. Plaut. Aul. 4, 7, 95

4 Nunc te obsecro, fac mentionem cum auunculo mater mea, refecroque mater quod dudum obsecraueram. Festus, Refecrare, resolvere religione, vtique quum reus populum comitiis orauerat per deos, vt eo periculo liberaretur, iubebat magistratus eum refecrare. Nepos 7, 6, 5 Restituta ergo Alcibiadi sunt publice bona. Iidem illi Eu-

molpidae sacerdotes refacrare sunt coacti, qui eum deuouerant: pilaeque illae, in quibus deuotio fuerat scripta, in mare praecipitatae. Refacrare ibi legitur per primam Vocalem. Ammian. Marcell. 24, 6 extr. Iulianus Iouem testatus est, nulla Marti iam sacra facturum: nec refecrauit, celeri morte praereptus, i. non retractauit votum. Sed

Plant. Perf. 1, 1, 49 Obscuro te, refecroque, *quidquid acute disputent viri docti, videbantur mihi rectius intelligere, qui illud interpretantur, iterum iterumque obscuro.* Habent similem formulam ludicram Germani, einen hinter Gott, und vor Gott bitten. *conf. P. Pitthoei Aduers. 1, 10.*

5 RESECRATIO, ōnis. f. Augustin.  
 RESEDA, ae. f. Plin. 27, 12 *extr.* Circa Ariminum nota est herba, quam refedam vocant. Discutit collectiones inflammationesque omnes. Qui curant ea, addunt haec verba: Refeda morbos refeda, scifne scifne quis hic pullos egerit? radices, nec caput, nec pedes habeant. Haec ter dicunt, totiesque despuunt.

10 RESEDO, aere. [*ἀναπαύω*] Plin. 27, 12 *Idem quod Sedo significat. vid. modo RESEDA.*

RESEGMEN, *vid. RESECO.*

15 RESEMINO, aere. Ouid. Met. 15, 392 Vna est quae reparat, seque ipsa refeminet ales.

RESEMINATIO, ōnis. f. Columellae tribuitur.

20 RESEQVOR, ēris, secutus, sum, qui. [*ἀνακαλέθω, ἀνοπήθει*] *Retro sequi.* Solatur nostras echo refecuta querelas Anson. Epist. 25, 68. Et pereuntis adhuc gemitum refecuta querelis Idem Epigr. 99 *de eadem esho.* Ouid. Met. 8, 862 Illa dei munus bene cedere sensit, et a se se quaeri gaudens, his est refecuta rogantem. *i. Sic respondit interroganti.* Ouid. Met. 13, 749 Nereis his contra refecuta Crateide natam est. *conf. Id. ibid. 6, 36.*

25 RESERO, aere. [*ἀνοίγω*] *Aperire.* Cic. Off. 2, 54 c. 15 Quam ob rem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitatis aperire non possit: nec ita referenda ut pateat omnibus. Referare, *inquit* Nonius Aperire, a Sera dictum, qua remota valuae patefiunt. Virg. Aen. 8, 244 Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscens Infernas referet sedes. Ouid. Met. 6, 664 Referato pectore diras, Egerere inde da-

30 pes, demersaque viscera gestit, *de Tereo perhorrescente cibum, puerum suum a se comestum.* Claudere et Referare, *contraria* Plin. 10, 21. Fores referare Ouid. Met. 10, 384. Moenia Idem ibid. 8, 61. Urbem referare, et pandere portas Virg. Aen. 12, 584. Cic. Philipp. 7, 2 c. 1 Ut condiciones ferret, leges imponeret, referare nos ex-

35 teris gentibus Italiam iuberet. Ut referet pelagus, spargatque per aequora bellum Lucan. 2, 682. Annum longum referat Ianus Ouid. ex Pont. 4, 4, 23. Oraula referabo augustae mentis, *i. Divinae* Ouid. Met. 15, 145. Secreta referans Valer. Argon. 2, 438.

40 RESERATVS, a, um. Partic. [*ἀνεωγμένος*] *ut, Ianua referata patet* Ouid. Fast. 2, 456. Carcere referato patent postes Idem Amor. 3, 2, 77.

RESERATVS, ūs. m. In voluminis ipsius operisque referatu Sidon. Ep. 9, 11. *i. in libro legendo et intelligendo.*

45 RESERO, sēui, sātum, ēre. [*ἀναφτερώ*] *Rursus ferere, seu rursus plantare.* Plin. 18, 20 Nam quum hieme praegelida captae segetes essent, reseuerunt, refarrientes campos mense Martio. Colum. 3, 11 Nam de vinetis quae longo vsu exoleuerant, inter omnes auctores constitit pessima esse si referere velinus.

50 RESERVO, aere. [*διαφυλάττω, διατηρέω*] *Retro seruare, vel in futurum seruare.* Plin. Epist. 10, 3 Sed hoc votum meum bonitati referuatum est. Vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi referuavi Cic. in Orat. 160. Rem totam vobis integram referuavi Id. Fam. 11, 21. Quaesita referuare Ouid. Met. 7, 657. Cic.

55 Verr. 5, 66 Quum tamen a praesenti supplicio tuo se continuit Populus Rom. et repressit, et salutis tuae rationem iudicum seueritati referuavit. Praesenti sermōni referuentur caetera Cic. Qu. Frat. 2, 8. Supplicia referuare alicui Stat. Theb. 8, 121. Cic. pro Rosc. Amer.

60 151 c. 52 Ad eamne rem vos referuati estis, ut eos condemnaretis, etc. Id. Att. 1, 17 Mihi vero ut inuideant Piscinarii nostri, aut scribam ad te alias, aut in congressum nostrum referuabo. Id. pro Cacl. 59 c. 24 Proh dii immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis aut conuiuetis, aut praesentis fraudis poenas in diem referuatis.

Ad extremum Caes. Bell. Gall. 3, 3. Ad Maiora referuare se Virg. Aen. 4, 368. Ad Meliora sese Sil. 10, 56. Cic. Verr. 5, 121

65 Quos (ut mihi videtur) ab illorum innocentium poena, fortuna ad hanc causam referuauit. Ad Periculum alterius referuari Caes. B. C. 1, 2. Quartam partem agri in Pratum referuare Cato c. 29. Cic. Verr. 1, 20 Ad quam Spem tam perfidiosum, tam importunum animal referuetis? Id. pro Font. 34 c. 15 Nonne et hominem ipsum ad dubia Reip. Tempora referuandum, et caeteros studio laudis ac virtutis inflammandos putatis?

70 Id. de Nat. Deor. 3, 3 Quare et mundus vniuersus, et sol, et luna, et stellae sensum ac mentem haberent, in idem tempus referuabo. *conf. Id. de Prou. Consul. c. 20.*

RESERVANS, antis. Part. Nuptiale basium referuans Mart. 11, 99. Naturales referuans semina Lucret. 1, 607.

75 RESERVATVS, a, um. Part. Habetis consulem Ex plurimis periculis et insidiis ad salutem vestram referuatum Cic. Catil. 4 c. 9.

80 RESERVATVM, i. n. } Voces apud ICtos.  
 RESERVATIO, ōnis. f. }  
 RESERVATOR, ōris. m. }

RESES, *vid. RESIDEO.*  
 RESEX, *vid. RESECO.*

85 RESIBILO, unde  
 RESIBILANS, antis. Contra tonitrus resibilante audebat ferros ciere planta Sidon. Carm. 9, 8.

90 RESIDEO, sedi, ēre. [*ἀνακαθίζω, ἀνακάθηναι, ἀνάκειμαι*] *Sedere post laborem, quiescere, sine motu ac firmum esse.* Virg. Aen. 7, 27 Quum venti posuere, omnisque repente resedit Flatus Residendo apparent magnitudines, si quae reliquae sunt, *de cochlea tusa* Scribon. 122.

Residere, deinde spatium Cic. pro Rosc. Amer. 39. Resideamus si placet Id. de Fin. 3, 9. Afelli tergo Ouid. Fast. 3, 749. Humi Idem ibid. 3, 15. et de Arte Am. 3, 696. Ibi, ubi telum erat impositum, resedit Nep. 14, 11, 3. Monte Ouid. Met. 5, 364. Saxo resedit pastor Id. Trist. 4, 1, 11. In corpore mortui nullus residet sensus Cic. Tusc. 1, 104 c. 43 *extr.* Plin. 8, 37 Similiter resident in clunes, et binis pedibus gradiuntur, prioribusque ut manibus vtuntur, *de muribus Ponticis. Alii legunt* Residunt. Plaut. Truc. prol. 7 In vobis resident mores pristini. In rupe residere Virg. Aen. 5, 180. In folio Ouid. Fast. 6, 613. Lucret. 3, 399

95 Nam sine mente, animoque nequit residere per artus Temporis exiguum partem pars vlla animai. Acies residet hoc campo, *vid.*

100 ACIES, pro Exercitu. Si quid amoris residet in te erga me Cic. Fam. 5, 5 *extr.* Id. de Senect. 61 Quorum non in sententia solum, sed etiam in nutu residet auctoritas. Bellum horum teclis ac sedibus residet Id. pro Domo 61. Brutus ad Cic. Ep. 16 Cuius Culpa non

magis



magis in te residet, quam in omnibus aliis. Cic. Att. 1, 17. Culpa in nobis resedit Lucret. 5, 1424. Culpa residet penes eum Alphenus in l. Si ex plagis §. 2 D. ad l. Aquiliam. Impetus Marcelli refederunt, non inertia sed consilio Cael. ad Cic. 8, 2. Irae resident Liu. 2, 29, 6. i. *Quiescunt*. Pecunia publica residet apud eum, i. *In debitorum usus ab eo non erogata* Martianus in l. 4 D. ad legem Iuliam peculatus. *Nempe residet, quod residuum est* Sen. de Breu. Vit. 7 Dispunge ac recente vitae tuae dies: videbis paucos admodum et reuiculos apud te residere. Sic Cic. Fam. 5, 7 Nulla re tam laetari soleo, quam officiorum meorum conscientia: quibus si quando non mutue responderetur, apud me plus officii residens facillime patior. Cic. in Catil. 1, 31 Videbimur fortasse ad breue quoddam tempus cura, et metu esse releuati: Periculum autem residet, et erit inclusum penitus in venis, atque in visceribus Reipublicae. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 30 O misera vitae Ratio, quae tamdiu resides in voluptate! Id. Fam. 12, 3 Etiam nunc residet spes in virtute tua. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 9 Quomodo Spes salutis reliquis residet, quum ciuibus praeclusa sit expectatio incolunitatis? Res gestae in quibus nulla potest residere inertiae Suspicio Id. Qu. Frat. 1, 1, 22. Tumor animi residet Id. Tusc. 3, 26. i. *Quiescit*. Plaut. Capt. 3, 1, 8 Ita venter, gutturque resident esuriales ferias. i. *Otiuntur, aguntque ferias esuriendo, feriantur, quiescunt*. Potest esse formula residere ferias. Cic. de Legib. 2, 55 c. 22 Nec vero tam Denicales, quae a nece appellatae sunt, quia residentur mortui (f. mortuis) quam caeterorum caelestium quieti dies, Feriae nominarentur, nisi maiores eos, qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent. Secundum haec feriae residentur mortuis. *Nisi probamus coniecturam Lambini, neci dantur mortui: quam formulam illustrare licet ex illo praeconio in funeribus indiciui apud Varron. L. L. 6, 3 p. 73, 27 Ollus leto datus est.*

RESIDENS, entis. Partic. Plin. 34, 14 l. 40 Aristonides artifex quum exprimere vellet Athamantis furorem, Learchum filium praecipitare volentis, et praecipitato illo residentis poenitentiam, etc. *Alia exemplaria sic habent*, Quum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio praecipitato residentem, poenitentiamque, ferrum et aes miscuit: vt rubigine eius per nitorem aeris relucente, exprimeretur verecundiae rubor. conf. Hard. vid. Torrent. ad Sueton. Caes. c. 4 Coruus celsa residens Arbore Phaedr. 1, 14, 4. Vertice residens Sil. 7, 366. In vertice residens Id. 5, 206.

RESES, idis. Adi. [*ἀναξίμενος*] Qui remanet otiosus a labore, seu opere quod exercere solebat. Liu. 2, 32 Timere patres residem in vrbe plebem, incerti manere eam, an abire mallent. Viros resides in arma mouere Virg. Aen. 6, 813. Varr. de R. R. 3, 17 Piscinas eius despiciebat, quod aestuaria idonea non haberet, ac in residem aquam et locis pestilentibus habitarent pisces eius. Curas resides soluere Valer. Argon. 8, 220. Piger Virg. Aen. 1, 726 Iampridem resides animos, defuetaque corda. Vbi Seruius, Resides, pigros, et ad amandum inertes. conf. Fest.

RESIDIA, ae. f. legitur a quibusdam ap. Plaut. Merc. Prol. v. 29. ubi alii desidia.

RESIDVVS, a, um. Adi. [*ὑπόλοιπος*] Quod residet et superest, siue reliquum est. Liu. 33, 47 pr. Omnibus residuis pecuniis exactis, tributo priuatis remisso, etc. Cic. Fam. 10, 11 Cupio mehercules, nullam residuam sollicitudinem esse. Dolores residui Scribon. 121 Quae residua est sapa III. Aceto residuo commixta 2. Vinum residuum 161. Quid relatum, quid residuum sit Cic. de Lege Agr. 2, 58 c. 22. Residua et vetus similtas Liu. 29, 37. Sueton. in August. c. 73 Instrumenti eius et supellectilis parsimonia apparet etiam nunc residuis lectis, atque mensis. Quinctil. in Gladiatore, l. Decl. 9, 23 Cum confectum cladibus senem, et tantum poenae suae residuum confidero. Superstitem ad poenas talem dixit Instit. 6 Pr. 13. ¶ 2 Subst. intellectu tributo, Paullus in l. Sacrilegi D. ad l. Iuliam peculatus. Lex Iulia residuorum. Papin. ibid. l. vit. Publica iudicia peculatus, et de residuis, et repetundarum. Martianus ibid. l. 4 Lege Iulia de residuis tenetur is, apud quem ex locatione, emtione, alimentaria ratione, ex pecunia quam accepit, aliaue qua causa pecunia publica resedit. Illud vnum cuiusmodi est de condonatis residuis tributorum? Aufon. in Grat. Act.

RESIDO, sedi, ere. [*ἀνακαθίζομαι*] Motum significat residere incipientis. Plin. Epist. 4, 22 Nam Viennensium vitia inter ipsos residunt, nostra late vagantur. Id. 28, 9 Datur et phthificis vncia, tim cum vini veteris hemina decocta, donec tres vnciae e toto residant, i. *Superfint et remaneant, residuae sint*. Si montes resedissent, amnes exaruisissent Cic. in Pison. 82 c. 33. Retro residit materia Lucret. 2, 283. Residunt in clunes Plin. 8, 37 de muribus ponticis al. resident. Corda ex ira residunt Virg. Aen. 6, 407. Omnia quae commouerat pace et otio refederunt Cic. in Sallust. 10. conf. Ouid. Her. 17, 190 ex lect. Heins.

RESIGNO, are. [*ἀποσφραγίζω*, Gloss. Cyr. παραλύω, Onomast.] Quod signum erat, aperire, relaxare, patefacere: Plaut. Trin. 3, 3, 65 Iam si obsignatas non feret, dici potest, apud portitorem eas resignatas sibi, inspectasque esse. Cic. Att. 11, 9 de literis fratris sui ad alios a se apertis, Quas si putabis illi ipsi vtile esse reddi, reddes: nihil me laedet. nam quod resignatae sunt, habet, opinor, eius signum Pompeia. Loculi resignati Plin. 14, 13 l. 14. Testamenta resignare dicitur autumnus, i. mortem multis adferre, quo facto testamenta aperuntur Hor. Epist. 1, 7, 9. Quod Resignare, [*ἐπισφραγίζω*] Perfecite signare dicunt esse nihil est. Laudant Colum. de Arboribus 20, 2 Prius quam arbusculas transferas, rubrica resignato, vt iisdem ventis, quibus ante steterunt constituas eas: sed in castigatis exemplis sic legitur, Rubrica, vel alia qualibet re signato. Et tamen Resignare, Claudere interpretatur ipse Seru. ad Virg. Aen. 4, 244. Dat somnos, adimitque, et lumina morte resignat. Verum recte Turn. 24, 26 fidem illi habendam hic negat: resignat est aperit hic etiam. Clausos mortuis oculos sat notum. An etiam obsignati? Colligunt Germanus Valens et Cerda ex illo Varronis apud Non. 2, 785 Ne filii patribus luci claro sigillent oculos. Sigillent potius quam suggillent legendum suadet interpretatio Nonii, obcludere. Sil. 17, 426 Irrumpit Aufonius globus, et periuria Graeca resignat, i. Graecos periuros dissipat, phalangem clausam et velut obsignatam aperit. Fata venientia resignare Ouid. Fast. 6, 535. i. aperire. Signales formulae in Apocalypsi. ¶ 2 Resignare, pro Rescribere dicebant antiqui, sicuti Subsignare, pro Subscribere: et Resignatum aes dicebatur militi, quum ob delictum iussu Tribuni militum, ne stipendium ei daretur, in tabulas referrebat. Festus. Potius compararem cum verbo Assignare, cui in solutionibus locum esse constat. Resignare, est retro assignare, reddere, vt Hor. 105

Carm. 3, 29, 54 Si celeres quatit Pennas, resigno quae dedit: de Fortuna. Id. Epist. 1, 7, 9 Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno. *b. e. Reddo, restituo.*

¶ 3 Resignare, [*ἀποκινῶν*] quasi signo s. sigillo ablato irritum reddere. Cic. pro Arch. 9 c. 5 pr.

5 Nam quum Appii tabulae negligentius afferuatae dicerentur, Gabinii, quamdiu incolumis fuit, leuitas, post damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem resignasset. Brutus cum in Cassio etiam suum animum perdidisset, ne quid ex constituti Fide resignaret, ipse quoque vni comitum suorum praebuit latus Flor. 4, 7 extr. Quid sit Pa-

10 rem rationem resignare Senec. de Benef. 6, . . non vacat modo quaerere. RESIGNĀTVS, a, um. Partic. Cic. Att. 11, 9 Literae resignatae.

RESIGNĀTOR, ōris. m. [*ἀποσημαίνης*] Gloss. Cyril.

15 RESIGNATRIX, icis. f. Tertull. de Habit. mulier. c. 1 Eua arboris illius resignatrix.

RESIGNACŪLVUM, i. n. Tertull. adu. Marc. 2, 10 Tu es resignaculum similitudinis, qui scilicet integritatem imaginis et similitudinis resignaueris. ex Ezech. 28, 12.

20 RESILIO, siliui, vel filii, sultum, ire. [*ἀναδρῶσκω*] Retro salire. Lucret. 4, 689 Omnia quandoquidem cogit natura referri, Ac resilire ab rebus ad aequos reddita flexus. Piratae in aquas suas resiliuerunt Flor. 3, 6, 6. Grando resilit a culmine tecti Ouid. Met. 12, 480. In spatium breue resilire manus Id. ibid. 3, 677 Resilire dixit, pro Retrabi, seu potius Contrabi. Vna iacens resilit Scribon.

25 71. i. redit ad locum superiorem medicamento roborata. Sic Plin. 11, 40 Detracto mamma alumno suo sterilefcit illico mamma ac resilit, i. contrahitur, eadem plane ratione, ut modo de Vna dictum. Laudatur locus Plinii, Quandoque resilit Vulnus, et curare scalpello oportet. Forte est Plinii illius Valeriani. Index certe Harduini non habet.

30 Caeterum resilit vulnus forte significat recrudescit. Cels. 7, 3 in Aldina est Ergo quoties vlcus resiliuerit, eluere id — debet. Sic etiam Stephan. Sicque citat Rhodius in Lex. Scribon. al. resoluuerit. Metaph.

35 Cic. pro Rosc. Amer. 79 c. 29 Vbi scopulum offendis eiusmodi, vt non modo ab hoc crimen resilire videas, verum omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas. Alia Metaphora Resilire, a priore emtione discedere, siue abire. Vlpian. in l. Sabinus D. de in diem additionem. Quid tamen, si hoc erat nominatim actum, vt liceret emtori resilire, meliore conditione allata? Dicendum erit dis-

40 RESVLTO, are. Frequent. [*ἀναπηδάω*] Saepe resilire, inquit Festus. ¶ 2 De sono et voce fere adhibent. Ac magis proprie Plin. 11, 19 l. 21 Inimica est et echo resultanti sono. Nempe sic ipse Virg. Georg. 4, 50 de eadem re, id est de apibus, vbi concaua pulsu saxa sonant, vocisque offensa resultat imago. Calpurn. Sic. 4, 5 Car-

45 mina iam dudum non quae nemorale resultent, Voluimus. Et 1, 26 Nihil armentale resultat, i. resonat. Sed Hypallage non absurda Virg. Aen. 5, 150 Pulsati colles clamore resultant. Hinc Claud. Conf. Olybr. 175 Collesque canoris Plausibus impulsu septena voce resultant. Stat. Theb. 2, 714 Oranti nox et iuga longa resultant et sic jo-

50 num repercussu augent. Plin. Pan. 73, 1 Inde resultantia vocibus tecta. Tac. An. 1, 65 pr. Cum barbari laeto cantu subiecta vallium aut resultantes saltus complerent. Apul. Met. 5 p. 161 Crebris eiulatibus saxa cautesque parilem sonum resultabant. Non absurda, inquam, est haec Hypallage: cum in omni sono inesse percussionem

55 corporis tremuli, eiusque repulsum, olim phisici docuerint. RESVLTIATIO, ōnis. f. August. RESILVESCO, ere. Arentium sterilitas resiluescit, Sarisb. 3, 3. RESIMPLICATVS, a, um. Adi. Linteolum aqua tingentes, partibus resimpticatum apponunt Cael. Aurel. Tard. 5, 1, 20 i. duplicatum.

60 RESIMVS, a, um. [*ἀνάσμιος*] Quasi Retro simus, Qui sursum versus reductas habet nares. Columel. 6, 1, 3 in bouum descriptione Naribus resimis, patulisque. Varro de R. R. 2, 9, 3 de canibus, Labris subnigris, aut rubicundis, neque resimis superioribus, neque pendulis subtus. Plin. 8, 25 de Hippopotamo, Rostro resimo, cauda et dentibus aprorum aduncis, etc. Celsus 8, 3 Lanina ferrea est,

65 aenea, firma, paullum resima, i. Panda. RESINA, ae. f. [*ἐρῖν*] Humor pinguis ex arboribus defluens in iisdemque residens. Plin. 16, 10 Pinus fert minimum resinae, interdum et nucibus ipsis, etc. Plaut. Merc. 1, 28 Resinam ex melle Aegyptiam vorato, saluum feceris. Ex cupressu et pinu resina nascitur

70 Vitruu. 2, 9. Quid faciant vngues? nam certe non potes illos resina, Veneto nec refecare luto Martial. 3, 74. conf. Turneb. 35, 19. Resina terebinthina Colum. 12, 20. Plin. 23, 1 Resina condita, frigidis stomachis vtilia existimantur, vna resinata. Resina terebin-

75 thina vera Scribon. 75. - Ex pinu 187. - Colophonia 206, 212. - Pituina 202, 205 etc. Pituina, id est, ex picea arbore 201. -- Vtraque, 1bid. - Fricta, vid. F.

RESINŪLA, ae. f. Dimin. Arnob. 7 p. 233. RESINACEVS, a, um. Adi. [*ἐρῖνωδης*] Quod resinam refert. Plin. 24, 11 Alterum sterile, alterum cui et caulis et semen resinaceum, quod canchrys vocatur.

80 RESINALIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 2, 13 Resinale quid in se continere.

RESINĀTVS, a, um. [*ἐρῖνωτός*] Resina illitus. Iuuen. Sat. 8, 114 Quid resinata iuuentus? quae resina vellit pilos de cruribus, alis, obscenis. Resinatum vinum, Cui resina admista est Plin. 23, 1. Martial. 3, 77 Resinata bibis vna, Falerna fugis.

RESINŌSVS, a, um. Adi. [*ἐρῖνωδης*] Quod resina abundat Resinosa medicamina Colum. 12, 20. conf. Plin. 12, 23. et 13, 6. et 24, 11. Plin. 15, 7 Est enim pinguis et resinosisima pix.

90 RESINO, ere. Fundum audio te hunc velle resinere Cic. ad Qu. Frat. 3, 3. verum perperam ita allegatur locus.

RESIPIO, iui, et ui, ere. [*ἀπόζω*] Ex Re et Sapio. Metaphor. Cic. de Nat. Deor. 2, 46, 17 Epicurus homo minime aptus ad iocandum, minimeque resipiens patriam, Athenas. Plin. 14, 1

95 iam inuenta vitis per se in vino picem resipiens. Laboraui, vt absurda, concinerent, insulsa resiperent, hiulca congruerent Aufon. Technop. praef. 1. saporem aliquem reciperent, insipida esse desinerent. Vt resipiit Suet. Ner. c. 42.

100 RESIPISCO, ere. [*ἀνανήσω, ἐκνήσω*] Ad priorem mentis statum, vel ad meliorem mentem redire. Ter. Andr. 4, 2, 15 Resipisco. vox Mysidis, animum recipientis a metu et desperatione, post promissa Pamphili. Id. Heaut. 4, 8, 3 Quum te intelligo, resipisse. Cic. pro Sext. 80 c. 38 An quod, quum esset ablatum, primumque resipuisset, non se referri iussit?

105 al. resipisset. Id. Att. 4, 5 Vix aliquando te auctore resipiui. Liu. 36, 22

Vt

Vt tunc saltem experti regiam vanitatem resipiscerent. Resipisse, pro Resipuisse Iuenc. 2, 256. Suet. in Tiber. c. 73 Quum extractum sibi deficienti annulum mox resipiscens requisisset, vid. RESIPISCENTIA. RESIPISCENTIA, ae. f. Nomen forte a Lactantio fictum. Ita enim ille 6, 24, 6 Quem facti sui poenitet, errorem suum pristinum intelligit. Ideoque Graeci melius et significantius μετάνοιαν dicunt, quam nos Latine possumus resipiscentiam dicere. Resipiscit enim, et mentem suam quasi ab insania recipit, quem errati piget, castigatque se ipsum dementiae, et confirmat animum suum ad rectius vivendum: tum illud ipsum maxime cauet, ne rursus in eodem laqueos inducatur.

RESISTO, stiti, stitum, ère. [ἀντίστω, ἀντίσταμαι] Consistere Liu. 1, 12 Resistere Romani, tanquam caelesti voce iussi. Dabo μάχα κλον, ni resistis Plaut. Caf. 3, 6, 9. conf. Caef. B. C. 2, 35. Restitit ad nostras fessa labore fores Ouid. Fast. 5, 234. Ad fores thalami resistere Id. de Arte Am. 2, 704. Cic. de Fin. 4, 50 Quod bonum sit, id esse optabile: quod optabile, id esse expetendum: quod expetendum, laudabile: deinde reliqui gradus: sed ego in hoc resisto. In voce media Virg. Aen. 4, 76. Nihil est iam vnde nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus Cic. pro Muraen. 84 c. 39. Liu. 36, 20 13 Baebius restitit ad Pelineum oppugnandum. Resistere, Aduersari, Repugnare. Caesar Bell. Gall. 2, 22 Quum diuersis locis legiones aliae alia in parte hostibus resisterent. Id. Verr. 3, 36 Q. Septicio, honestissimo homine, equiteque Rom. resistente Apronio, et affirmante se plus decima non daturum, exoritur peculiare edictum repentinum. Ne qua sibi statua poneretur, restitit Nep. 25, 3, 2. Resistere et pervincere Cic. Att. 2, 1. Age restitit Peripateticis Id. Att. 4, 115. Amori restitit robur Lucan. 2, 379. Armis resistere Cic. Tusc. 2, 33. Malo resistere Ouid. Met. 1, 288. Cic. Verr. 1 extr. Cui ego nisi vi populi et hominum clamore, atque conuicio restitissim. Arbor resistit ventis Ouid. de Arte Am. 2, 651. Sero resistimus ei, quem per annos decem alimus contra nos Cic. Att. 7, 5. Resistere immobilem Plin. 12, 9. Aduersus resistere Nep. 16, 1, 3. Columel. 1, 5 Perstructa valenter resistunt contra ea, quae postmodum superposita incumbunt. Contra veritatem resistere et repugnare Cic. pro Rosc. Com. 51 c. 17. Contumaciter resistere, vid. CONTVMAX. Cum a Cotta Acriter resisteretur Caef. B. G. 5, 30. Fortiter resistere dolori Cic. Fam. 5, 17. Obfirmate resistere, vid. OBFIRMO. Paullisper resistere, vid. PAVLLISPER in PARVUM. Plin. 8, 27 Ceruus herba cinare venenatis pabulis resistit. Quinctil. 11, 2, 46 Inde interruptus actionis impetus, et resistens ac salebrosa oratio. h. e. Interstans, non perpetuo tenore fluens, sed interdum subsistens et haerens. Species resistentes, vid. ADAERO, are. Resistitur, Imperf. Caef. Bell. Civil. 1, 3 Omnibus his resistitur, omnibusque oratio COS. Scipionis, Catonis opponitur. Liu. 3, 11 Tamen legi resistebatur. Non facile valenti populo resistitur Cic. de Rep. ap. Prisc. 15 p. 1014. Passiue Solin. c. 24 Salm. Fluctus ingruunt resistuntur.

RESISTENS, entis. Rursus regressos ac resistentes hostes in fugam dederunt Caef. B. G. 2, 23. RESOLVO, solui, solutum, ère. [ἀναλύω] Quod ligatum erat soluere. Ouid. Met. 1, 382 Et velate caput, cinctasque resolute vestes. Plin. 8, 12 Resoluunt illi nodos manu. Vincire et Resoluere, contraria Columel. 11, 1. Quinctil. 12, 2 Proprietates vocis cuiusque nosse, et ambigua aperire, et perplexa discernere, et de falsis iudicare, et colligere ac resoluere quae velis. Ab amplexu resolui Ouid. Epist. Sabin. 1, 66. Artus nexos resoluere Virg. Aen. 4, 695. Artus et animam Idem ibid. 4, 695. Bella Sil. 8, 277. Claustra vitae resoluere, i. Animam a corpore separare Lucret. 1, 416. Crines Liu. 24, 26. Arida nec vinculis Crura resoluere suis Ouid. de Arte Am. 3, 272. Curas Virg. Georg. 1, 302. Emtio sub conditione resoluatur, Ad nihilum redigitur Vlp. in l. 2 D. de in diem additione. Fauces resoluere in verba, Aperire fauces ad loquendum Ouid. Met. 2, 282. Fila Idem ibid. 2, 654. Flumen, v. v. Fraudes Sil. 7, 133. Galeam alicui Quind. Epist. 13, 147. Gleba se resoluit Zephyro Virg. Georg. 1, 44. Columel. 2, 2 Neque enim aliud est colere, quam resoluere et fermentare terram. Iugulum ferro Ouid. Met. 6, 643. et 1, 227. Iura sacrata Virg. Aen. 2, 157. Latus ense Lucan. ad Pison. 132. Literas Liu. 26, 15. Nebulae ventis ac sole resoluuntur Ouid. Met. 14, 400. Obligatio resoluatur Paulus in l. 3 et 4 D. de rescind. vendit. Ora sono Ouid. Met. 13, 126. Operata resoluimus ora Idem Fast. 6, 249. Tenebras Virg. Aen. 8, 591. Tristitiam animi Plin. 24, 6. Vires resoluunt Lucret. 4, 950. Vittas capitis Virg. Aen. 3, 370. Vocem atque ora Virg. Aen. 3, 457. Vulnere Stat. Silu. 5, 5, 82. Vulnere resolui Quinctil. 6, 2. Resoluere corruptam partem a viua Cels. 5, 28. Resoluere in puluerem, Reducere Columel. 11, 2. Resoluere in tabem margaritas Plin. 9, 35. In desidiam nimia quiete resolui Valer. Max. 7, 2. Resoluere, pro Numerare pecunias creditoribus, aut aliis, quibus promissimus. Plaut. Epid. 3, 2, 16 80 Nam leno omne argentum abstulit pro fidicina: ego resolui. Cic. Philipp. 14, 38 Senatum quae sit antea pollicitus legionibus exercitibusque nostris, ea summo studio Reipubl. recuperata resoluturum, Resoluere et Componere, contraria Senec. Epist. 30. Quinctil. 5, 13 Resoluere ex parte diuersa dicta difficile erit. i. refellere, diluere. 85 Resoluere, pro Absoluere piaculo et flagitio. Hor. Carin. 1, 28, 34 Teque piacula nulla resoluunt. h. e. Nullis hostiis expiaberis. Auditor resolui dicitur, cum ad risum hilaritatemque commouetur: vid. Quinctil. 8 prooem. ibique Burm. p. 660. Mollire et resoluere hominem: pro Effeminare Senec. Epist. 36.

RESOLVTVS, a, um. Partic. [ἀναλυμένος] Ut, Comas resoluta puella Tibull. 1, 3, 31. quae resolut comas. Amore resolutus, Liber ab amore Tibul. 1, 9, 83. Corpore resoluta neci similis Ouid. Met. 7, 328. Quietate resolutus, Dormiens Idem ibid. 9, 468. Brachia resoluta somno Ouid. Fast. 1, 371. Corpora fluxa et resoluta Columel. 1, 1. Gaudia resoluta Sil. 11, 305. Ira resoluta frenis legum Lucan. 2, 145. Mundus Sen. Ep. 9. sc. per conflagrationem. Sil. 3, 643 Dat gemitum patiens resoluta pondere moles. h. e. Saxo putrefacto igni et aceto. Tellus resoluta rarefcit in aquas Ouid. Met. 15, 245. Transactio resoluta Vlpian. in l. 100 Eleganter, in princ. D. de condition. indebit. Vincla resoluta Sil. 3, 362. Compar. Martial. 10, 98 Resolutior cinaedo. Valer. Max. 8, 7 ext. 1 de Demosthene, Fertur ore insertis calculis multum ac diu loqui solitus, quo vacuum promptius esset et resolutus.

RESOLVTE. Adu. Compar. Tertull. ad Nation. 1, 19 Quo facilius rideatis et resolutius decachinnetis.

- RESOLVTIO, ōnis. f. Gell. 17, 9 Resolutio lori. Sophisma-  
tis resolutio Idem 18, 2. Alui Celf. 2, 7. Neruorum, quam  
παράλυσις Graeci vocant Celf. 2, 1. add. 3, 24. 5, 28. Ventris  
resolutio Celf. 2, 6. et alibi passim.
- RESOLVIBILIS, e. Adi. Artificis quia dextra solubilis illud Cae-  
mentum struxit resolubile Prudent. Apoth. v. 514. Sed dum reso-  
lubile corpus Reuocas deus atque reformas Idem Cathem. 10, 149.
- RESŌNO, ui, āre. [ἀνχέω] Sonare ex silentio, Contra sonantem  
sonare. Virg. Ecl. 1, 5 Formosam resonare doces Amaryllida filuas.
- Aether clamoribus resonat Virg. Aen. 5, 228. al. fragoribus. conf.  
4, 668. et 7, 12. Aether resonat latratibus Ouid. Met. 3, 231.  
Gloria virtuti resonat tanquam imago gloriae Cic. Tusc. 3, 3. Re-  
sonare, Sonum reddere: Cic. Tusc. 1, 96 Qui quum coniectus in car-  
cerem, triginta iussu tyrannorum venenum vt sitiens obbibisset, reli-  
quum sic e poculo eiecit, vt id resonaret. Quo sonitu reddito arridens,  
Propino, inquit, hoc, etc. Cornua, quae ad neruos resonant in can-  
tibus Cic. de Nat. Deor. 2, 149. Cantu assiduo Virg. Aen. 7, 12.  
Ore superbo Sil. 3, 247. Virg. Ecl. 2, 13 At mecum raucis tua  
dum vestigia lustro, Sole sub ardenti resonant arbutta cicadis, arbu-  
sta reperiunt sonum cicadarum. Auia tum resonant auibus vir-  
gulta canoris Virg. Georg. 2, 328. Spectacula plausu resonant  
Ouid. Met. 10, 668. Hor. Serm. 1, 8, 41 Quo pacto alterna loquen-  
tes Umbrae cum Sagana resonarint triste et acutum. Cic. de Clar.  
Orat. 171 c. 46 Illud est maius, quod in vocibus nostrorum oratorum  
recinit quiddam et resonat vrbanius. Resonauit pro Resonuit  
Manil. 5, 566 Aura per extremas resonauit flebile rupes. Imperf.  
Pass. In fidibus testudine resonatur, aut cornu Cic. de Nat. Deor. 2,  
144 c. 57. ¶ 2 Resōnere, per tertiam Coniugatio-  
nem ab antiquis reperitur vsurpatum. Accius, Clamore et gemitu  
templum resonit caelitem. Pacuu. Duloreste Hymenaeum fre-  
munt aequales, aura resonit crepitu musico. Non. 10, 4. Ennius  
apud Priscian. 9 p. 863 Clypei resonunt.
- RESŌNANS,antis. Partic. [κρήνων, ἤχησ] Vt, Saxa resonan-  
tia Virg. Aen. 3, 432. Carmina resonantia chordis Romanis Lucan.  
ad Pison. 229. Vitruu. 5, 8 in scena aedificanda cauendi, Loci reso-  
nantes, qui dicuntur ἀντηχῆρες — in quibus cum in solido tactu  
percussa (vox) resiliat, imagines exprimendo (Echo, imago vocis) no-  
uissimos casus duplices faciunt auditu. Cic. Qu. Frat. 1, 1, 33 Qua-  
re quoniam eiusmodi theatrum totius Asiae virtutibus est datum cele-  
britate refertissimum, magnitudine amplissimum, iudicio eruditissi-  
mum, natura autem ita resonans, vt vsque Romam significationes vo-  
cesque referantur. Vnda resonante tunditur litus Catul. ad Fu-  
rium f. 11, 3.
- RESŌNANTIA, ae. f. Vitruu. 5, 3 Locus vbi non impediatur  
resonantia. Idem paullo post, Voces sine resonantia perueniunt  
ad aures.
- RESONABILIS, e. Adi. Epitheton Echūs, quae non sonare ipsa  
prior, sed resonare tantum potest. Nempe ipsa Ouid. Met. 3, 358 Vo-  
calis nymphae, quae nec reticere loquenti, Nec prior ipsa loqui di-  
didit, resonabilis Echo. Echo dici potest Resonantia. Resonabi-  
lis est Resonans. conf. Auson. Epigr. 99.
- RESŌNVS, a, um. Adi. [κατηχῆς] Vt, Ictus resoni Valer. Ar-  
gon. 1, 619. Voces resoniae Ouid. Met. 3, 496.
- RESŌPIO, ire. Vigilantem sopire. Fulgent. Cont. Virg. p. 156  
Tricerberum mellitis resopit offulis.
- RESORBEO, bui et psi, ptum, ēre. [ἀναρροφῶ, ἀναρροφῶδῶ] Rur-  
sum, certe retrorsum sorbere. Plin. Epist. 4 vlt. An quae Oceano natura,  
fonti quoque? quaque ille ratione aut impellitur, aut resorbetur, hac  
modicus hic humor, vicibus alternis supprimitur, vel egeritur?  
Ouid. Epist. 12, 125 Quaeque vomit totidem fluctus, totidemque re-  
sorbet. Resorbere quae euomimus Plin. 9, 43. Aestum resorbe-  
re Lucret. 6, 695. Lacrimas resorbere Stat. Theb. 5, 654. Pon-  
tus faxa reuoluta resorbens Virg. Aen. 11, 627. Vocem resorbere  
Plin. 18, 35.
- RESPATIANS,antis. Scaliger putauit aliquando, vt ipse  
ait, legi posse apud Albinou. in Obiit. Maec. 128 Respatiantis equi, vbi  
recte ita legitur, Tu mulcere iubas, cum iam torsisset habenas Proce-  
dente die respicientis equi.
- RESPECTO et RESPECTVS, vid. RESPICIO.
- RESPERGO, si, sum, ēre. [διαρροφῶ] Idem fere quod adspergo.  
Vis Praepositionis in eo est, quod impulsus liquor ab una parte resilit in  
alteram etc. Columel. 1, 6 Deinde quum praedictum tectorium ina-  
ruit, rursus amurca respergitur. Cic. Verr. 5, 78 c. 38 Quum  
Praetoris nequissimi inertissimique oculos praedonum remi resperge-  
rent. Sanguine respergere dextram Catull. Argon. f. 62, 230.  
Liu. 1, 13 Ne se sanguine nefando focerit generique respergerent. Me-  
ro respergere tergora Columel. 6, 2.
- RESPERSVS, a, um. Partic. [διαρροφῶν] Vt, Respersae ma-  
tris cruore virgines Liu. 24, 26. Caede fraterna iuuenis resper-  
sus Catull. Argon. f. 62, 181. Puluere respersus Stat. Theb. 8, 8.  
Sanguine manus respersae Cic. pro Rosc. Amer. 68 c. 24. Comae  
respersae sanguine Ouid. Fast. 3, 452. Mensa respersa cruore Liu.  
39, 43. Idem 1, 48. Vinum respersum dixerunt antiqui, quia  
vino sepulcrum spargebatur. Festus.
- RESPERSVS, ūs. m. [διαρροφῶν] Plin. 10, 3 Haec causa est  
gregatim auibus natandi: quia plures simul non infestantur, respersu  
pinnarum hostem obcaecantes.
- RESPERSIO, ōnis. f. [ἐπιρροφῶν] Idem. Cic. de Diuin. 2, 48  
c. 21 Habes et respersionem pigmentorum, et rostrum suis, et alia  
permulta.
- RESPERGO, inis. f. Idem. Marmora tabenti respergine tincta  
Prudent. adu. Symm. 1, 502.
- RESPICIO, spexi, spectum, ēre. [ἀναβλέπω, ἀνακίπτω] Retro  
adspicere, siue flexis oculis adspicere. Ter. Eun. 2, 3, 50 Quum huc re-  
spicio ad virginem. Cic. de Diuin. 1, 49 Tum ei ducem illum  
praecipisse ne respiceret. Non. 5, 85 prospicere aduersum videre  
significat: Respiceret vero, quasi retro adspicere. Varr. Manio,  
Sedens altus alieno sumtu, neque post respiciens, neque ante prospici-  
ens. Respicit Aeneas subito Virg. Aen. 6, 548. Infantem  
tergo Cloanthum respicit Virg. Aen. 5, 168. Tellus respicitur  
Ouid. Amor. 2, 11, 23. Tam longe retro respicere non possunt  
Cic. Tusc. 5, 6 c. 2. A tergo respicere Virg. Aen. 8, 697. ¶ 2  
Saepe modo cum flexu aliquo adspicere significat Ter. Andr. 2, 5, 6 Qua-  
si de improviso respice ad eum. Cic. de Diuin. 1, 69 Et noctu ad  
oppidum respicientes. Saepe per metaphoram ad mentis et cogitatio-  
num

*num directionem refertur, vel relationem quamcumque adeo.* Cic. pro Arch. pr. Quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis. Quinctil. 2, 12 Et quum Latinis studebimus literis, non respiciamus ad Graecas. Periculum rei venditae ad venditorem debet respicere, *i. pertinere* Vlpian. in l. Si quis vina venderit, D. de pericul. et comm. rei vendit. Idem ibidem, Periculum acoris et mucoris ad venditorem pertinebit. Caes. B. Ciu. 3, 5 extr. Toti officio maritimo M. Bibulus praepositus cuncta administrabat: ad hunc summa imperii respiciebat. Mala sua respicere, *Considerare* Lucret. 4, 1152. Vitae exemplar respicere Hor. in Arte Poët. 317. ¶ 3 *Iuuare, Synecdoche omnibus fere populis communi, cum respicere ante omnia soleamus, quem iuuare volumus.* Ter. Andr. 5, 6, 11 Age, me in tuis secundis rebus respice. Idem Adel. 3, 2, 55 Nam Herce alius nemo respicit nos. Cic. Fam. 2, 15 Vt respiciam generum meum, adolescentem optimum, mihi que carissimum. Lucina respexit domum nullo vlulata dolore Stat. Theb. 3, 159. Cic. ad Brut. 14 Quod ipsum, si Rempublic. cui susceptus es, respicis, tibi iam iamque faciendum est. Ter. Phorm. 5, 3, 34 Di nos respiciunt: gnatam inueni nuptam cum tuo filio. Cic. Att. 1, 13 (16) Nisi quis nos Deus respexerit. Pietas respicit labores humanos Virg. Aen. 5, 689. Cauere alicui, et respicere eum Cic. Verr. 3, 26. ¶ 4 *Respicere Caesarem, est rationem illius habere, illi obtemperare* Caes. Bell. Ciuil. 1, 1. Non soles respicere te, cum dicas iniuste alteri Plaut. Pseud. 2, 2, 18. Ter. Heaut. 1, 1, 4 Nullum remittis tempus, neque te respicis. Cic. de Finib. 2, 2, 79 Ne tum quidem te respicies, et cogitabis sibi quemque natum esse et suis voluptatibus? Aetatem suam respicere Ter. Phorm. 2, 3, 87.

**RESPICIENS**, entis. Partic. [*ἀναβλέπων*] Ouid. Trist. 1, 3, 60 Respicens oculis pignora cara meis. Aeneas moenia respicens Virg. Aen. 5, 3. Respicens Fortuna ad opem ferendam, *templum Romae habuit, quod docet* Cic. de Legib. 2, 28 c. 11.

**RESPICIENDVS**, a, um. Partic. [*ἀναβλεπτός*] Ouid. Amor. 1, 8, 38 Quantum quisque ferat, respiciendus erit.

**RESPECTVS**, ūs. m. [*ἀφορμῆς*] *Actus respiciendi, oculorum coniectus.* Plautus . . . Et me respectu terruit. Effuse ac sine respectu fugit rex Philippus Liu. 32, 12. Respectus honesti Lucan. 8, 490. Cic. de Diuin. 1, 68 Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore. *i. Horrendum spectaculum.* ¶ 2 *Respectus, [λέγος] Ratio, qua ad aliquid agendum mouemur.* Martial. 40, 11, 50 Sit pudor, et tandem veri respectus et aequi.

Comprime motus,

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,

Decurrat, mentemque domet respectus honesti Claud. 45 Consul. Honor. 4, 267. Cic. ad Brut. 1 Meus quidem animus in acie est, neque respectum vllum quaerit, nisi me utilitas ciuitatis forte conuerterit. Mouebat haec multitudo hostium respectu paucitatis suae Iustin. 11, 9, 2. Occultae musicae nullum esse respectum Suet. Neron. c. 20. *Interdum spem et fiduciam auxilii, aut praesidii notat.* Cic. Philipp. 10, 9 c. 4 Graecia — tendit dextram Italiae, suumque ei praesidium pollicetur. Idem ibid. 5, 49 Itaque quum respectum ad Senatum, et ad bonos non haberet. *Puto sic interpretandum illud* Cic. Phil. 11 c. 11 Non ut ex ea acie respectum haberemus. *i. non modo, ut ea nos respiceret, utque in ea nos haberemus spem auxilii propinqui, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. i. facile adsciscere posset copias transmarinas.* Liu. 2, 30 Sed factione, respectuque rerum priuatarum, quae semper offecere, officientque publicis consiliis, Appius vicit. Abscindere rerum omnium respectum, *vid.* **ABSCINDO**. Respectu mei Ouid. Trist. 1, 3, 100. 60 Quid. ex Ponto 4, 9, 100 *de Tomitis*, Illi me, quia velle vident, discedere malunt: Respectu cupiunt hic tamen esse sui.

**RESPECTO**, āre. Frequent. [*ἀναπαπταίνω*] Ter. Adel. 2, 1, 3 Quid respectas? mihi periculi est. Cic. pro Planc. 45 Ne par ab his munus in sua petitione respectent. Lumine obliquo respectare aliquem Stat. Theb. 3, 377. Si qua pios respectant numina Virg. Aen. 1, 607. Sed patet immani, et vasto respectat hiatu Lucret. 5, 376: *i. Ianua leti valde late, et vaste retrorsum patefacta est.* Add. *ibid.* v. 973.

**RESPECTANS**, antis. Partic. [*ἀναπαπταίνων*] Lucret. 6, 1232 70 Funera respectans, animum et mittebat ibidem, etc. *i. cogitans moriendum esse.* Proprie Patere. 2, 107 Sine fine respectans Caesarem.

**RESPIRO**, āre. [*ἀναπνέω, ἀναπνέω*] *Recipere intro anhelitum, et per hoc ipsum vigorem, animum, vires.* Ter. Heaut. 2, 2, 12 6 Clitipho, timeo, **CLIT.** respira. Plaut. Epid. 2, 2, 20 Mane, sine respirem quaeso. P. immo acquiesce. E. animo male est, recipiam anhelitum. Cic. pro Rosc. Amer. 22 c. 8 Quum tot tantisque negotiis distentus sit, ut respirare libere non possit. Sic de Finib. 1, 53. Quinctil. 1, 8 Quum poëticis voluptatibus aures a forensi asperitate respirent. A metu respirare Cic. pro Cluent. 200 c. 65. Idem 80 Fam. 6, 2 Si armis aut conditione positus, aut defatigatione abiectus, aut victoria detractis, ciuitas respirauerit, et dignitate tua frui tibi, et fortuna uti licebit. Proprie Cic. de Nat. Deor. 2, 135 Eaque ad pulmones vsque pertineat, excipiatque animam, eam, quae ducta sit spiritu, eandemque a pulmonibus respiret, et reddat. Idem Att. 2, 24 Item atque eo si potest acrius te rogo, ut plane ad nos aduoles: respiraro, si te videro. Respiraui, liberatus sum Cic. pro Milon. 48. Idem pro Quint. 53 Si mehercule haec tecum duo verba fecisses, Quid ago? respirasset cupiditas atque auaritia paullulum. Stat. Silu. 2, 2, 78 — Inde malignum Aera respirat pelago circumflua Nessis.

**RESPIRATIO**, ōnis. f. [*ἀναπνοή*] Cic. de Vniuers. 16 Neque erant anima circumfusa extrema mundi, ut respirationem requireret. Cic. de Nat. Deor. 2, 27 *de aëre*, Ipse oritur ex respiratione aquarum; earum enim quasi vapor quidam aër habendus est. Respiratio parua atque anhela Cael. Aurel. Acut. 2, 32, 167. Tardior ac maior cum quodam gemitu C. Aurel. Ac. 2, 3, 16. Cic. in Orat. 53 c. 16 Distincta alios, et interpuncta interualla, morae, respirationesque delectant. Sic Quinct. 11, 3, 49 Respiratio secunda.

**RESPIRĀTVS**, ūs. m. [*ἀνάπνευσις*] Cic. de Nat. Deor. 2, 136 100 c. 55 In pulmonibus autem inest raritas quaedam, et assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima: qui tum se contrahunt adspirantes, tum in respiratu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. *Aliqua exemplaria habent*, Respiritu; *alia*, Tum spiritu dilatant, etc. Apul. Met. 4 p. 74 105

*Pric. p. 149 Elmenb.* Paruis respiratui circa nares et oculos datis foraminibus.

RESPIRAMEN, *Ynis. n.* [*ἀνάπνευμα*] pro *Halitu seu meatu spiritus*. Ouid. *Met. 2, 828* Vitalesque vias, et respiramina claudit.

5 *Add. ibid. 12, 142.*

RESPIRAMENTVM, *i. n.* Augustin. *Confess. 7, 7* Luxamentum et respiramentum.

RESPIRACVLVM, *i. n.* Claud. Mamert. 2, 12 Redactae paululum respiraculo paucae vires.

10 RESPIRIVM, *i. n.* Gloss. Lat. Gr. *Respirium, ἀναπνοή.*

RESPLENDEO, *ui, ēre.* [*μαρμαίρω, εἰλβω*] *Idem quod Splendere.* Cic. de *Finib. 2, 23 c. 8* Adfint etiam formosi pueri, qui ministrent, resplendeat iis vestis, argentum, vel Corinthium orichalcum, locus ipse, aedificium. Et tremula infuso resplendent caerulea

15 Phoebo Sil. 12, 732. *Add. Virg. Aen. 12, 741.*

RESPLENDENTIA, *ae. f.* Luculentis ingeniis non desit resplendentia veritatis Augustin. *Ep. 52. ad Macedonium.*

RESPONDEO, *di, sum, ēre.* [*ἀποκρίνομαι, ὑπολαμβάνω, ἀμείβομαι*] *Proprie significat praesentem praesenti sermones reddere.* Sen. *Epist. 67*

20 *pr.* Sic afficior animo, quasi tibi non rescribam, sed respondeam, coram tecum agam de quaesitis tuis. Ter. *Adel. 2, 1, 26* Responde. Non canimus surdis, respondent omnia siluae Virg. *Ecl. 10, 8.* Responde quod rogo Plaut. *Pseud. 4, 2, 12.* Acute respondere, *vid.*

ACVO. Benigne Hor. *Epist. 1, 7, 63.* Incaute Quinctil. 5, 11.

25 Memoriter, v. v. Pariter et aequaliter, Paratissime, *vid. PARATVS, in PARO.* Propalam aliquid Tacit. *Ann. 12, 46.* Pudice Quinctil. 5, 11. Varie respondere Celf. 5, 18. Venuste Quinctil. 5, 7.

Corde sedato Virg. *Aen. 12, 18.* Cic. *Verr. 5, 147* Quid ad haec cogitas respondere. Ad ea quae quaesita sunt respondere Cic. *Phil.*

30 1, 2 c. 1. Idem pro Flacc. 10 *de testibus Graecis*, Nunquam nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plus quam ad rogatum. *Vid. Liu. 3, 4.* Caes. *Bell. Gall. 1, 44* Ariouistus ad postulata Caesaris pauca respondit. Ad voluntatem alicuius Caes. *Bell. Gall. 4, 5.* Videat quid de illis respondeat, quos, etc. Cic. *Verr. 1, 12.* Cic.

35 Acad. 4, 104 Item ea, quae interrogati in vtramque partem respondere possumus. Cic. pro *Rosc. Amer. 33* Aiunt hominem (vt erat furiosus) respondiisse, quod non totum telum corpore recepisset. Respondere pro aliquo. Cic. de *Clar. Orat. 122 c. 32* Vt etiam pro Bruto respondeam. Respondere ius publice, *ICTi opus* Plin. *Epist. 6,*

40 15, 3. Cic. de *Clar. Orat. 13* Multaque opera, multaque industria Rutilius fuit, quae erat propterea gratior, quod idem magnum munus de iure respondendi sustinebat. Urbana militia respondendi, scribendi, cauendi Cic. pro *Mur. c. 9.* Huc alludens Cic. *Fam. 7, 16*

45 *ad Trebatium ICTum*, Qui istinc veniunt, inquit, superbiam tuam accusant, quod negant, te percunctantibus respondere. Hoc indicat, in castris non multum operis esse ICTo. Cic. *Fam. 11, 28* Respondebo

50 criminibus, quibus tu pro me, vt par erat, tua singulari bonitate et amicitia nostra saepe restitisti. Grauius respondere contra inimici contumeliam Cic. de *Arusp. Resp. 17 c. 8.* Haecenus Inuidiae

55 respondimus, i. inuidis Ouid. *Rem. Am. 397.* Maledictis respondere Ter. in *prol. Andr. 7.* Ad nomina respondere, quod vulgo in iure dicitur, *Comparere* Liu. 7, 4. Non respondere citatum: est, vt nunc loquuntur in iure, *Deficere* Cic. *Verr. 1, 19.* Non respondere dicitur citatus, Quando non comparat Marcellus in l, penult.

60 D. de in integrum restitutione. Ad tempus respondere, vel ad diem debitor dicitur, qui in mora non est. Cic. *Att. 16, 2* Quamquam enim reliqua satis apta sunt ad soluendum, tamen fit saepe, vt ii, qui debent, non respondeant ad tempus. Sen. de *Benef. 3, 17 fin. de grato homine*, Nec quaerens, quomodo decoquat, sed quemadmodum

65 plenius vberiusque respondeat. ¶ 2 Respondere, *Conuenire, quadrare, consentire, et parem esse.* Virg. *Aen. 1, 585* Dicitis respondent caetera matris. Dextra dextris respondent Cic. de *Vniuers. 41 c. 14.* Vt omnia omnibus, paribus paria respondeant

70 Cic. de *Nat. Deor. 1, 50.* Idem de *Finib. 3, 8* Quid posterius priori non conuenit? quid sequitur, quod non respondeat superiori? Structuram ad normam et libellam et ad perpendicularum respondere oportet. i. *Competere et quadrare* Vitruu. 7, 3. Plin. 36, 20. Varro de *L. L. 9, 3 p. 135, 22* Quemadmodum crepat prima ad quartam chordam, sic quarta ad septimam respondet. *de analogia s. proportione.* Respondet frumentum ad pondus et mensuram Senec. de *Brevitate Vitae* Respondet ad spem euentus, *b. e. Secundum expectationem accidit* Liu. 28, 6. Sic Spei respondere, *vid. SPES.*

75 Labori suo fama responsura Hor. *Serm. 2, 8, 66.* Labori fructus non respondens Ouid. *Fast. 4, 642.* Laudibus respondere Graecorum Cic. *Tusc. 1, 3.* Idem ad *Brut. 7* Qui vestris paucorum respondeat laudibus. i. *qui vestras aequet laudes.* Meritis fauor non respondet Hor. *Epist. 2, 1, 9.* Opinioni hominum tua virtus non respondet Cic. *Fam. 2, 4.* Plin. *Epist. 1, 7* Nam ego quoque simili nutu, ac renutu respondere voto tuo possum. i. *Facere quod desideras.* Illa seges demum Votis respondet avari Agricola Virg. *Georg. 1, 47.* Si bonitas tua responderit iudicio meo Antonius Cic. *Att. 14, 13.* Neque quidquam tam obscenum dicere, cui non ab initio pueritiae omni genere facinoris actas sua respondeat Pseudo-Cic. in *Sallust. 1.* Cic. *Fam. 15, 21* Cui ego quidem amori (vti-

80 nam caeteris rebus possem) amore certe respondebo. In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit Cic. *Fam. 2, 1.* Par pari respondere Plaut. *Truc. 2, 7, 45.* Respondere patri, *pro Imitari mores patris, nec degenerare.* Cic. de *Finib. 3, 8* Est enim magnae curae (quamquam quidem hoc proprium tuum munus est) vt ita erudiatur, vt et patri, et Scipioni nostro, et tibi tam propinquo respondeat. Nobilitati maiorum respondere Quinctil. 3, 7. *Etiam sine Casu.* Male respondent ingenia coacta Senec. de *Tranqu. an. c. 6.* Conf. Plin. 18, 6. In feminam bene respondentibus menstruis non cadit Celf. 6, 6. *Vbique intelligi potest, voto vel optatis.* Responde-

85 dere, Respicere, seu contra positum esse Virg. *Aen. 6, 23.* Contra elata mari respondet Gnosia tellus, Seruius. Aedificare porticum quae palatio respondeat Cic. de *Arusp. Resp. 49.* Res ibi respondent simili forma, etc. *de speculo* Lucret. 4, 168. Respondere, *pro Profectum habere, et non fallere consilium et propositum medici.* Celf. 2, 10 Id quod si in cura quoque aquae, quae inter cutem est, ita respondet, quanto magis necesse est in sanguine respondeat? *Alibi Cedere vocat.* Celf. 5, 18 Credo autem quo peius id malum est, minusque facile discutitur, eo plura esse tentata: quae in personis varie responderunt. *de malagmate ad strumas.* *Add. Scribon. 22. it.*

90 in *Epist. et Peror.* ¶ 3 *Obf.* Responsum est, *Imperf.* Cic. de

de Finib. 1, 2. Quamquam Philosophiae quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro, quo a nobis Philosophia defensa et collaudata est. *In tertia Coniugatione usus esse putatur* Manil. 5, 736 Sic etiam magno quaedam respondere mundo Haec natura facit. *Sed Bentl.* quaedam res publica mundo est, Quam natura facit. *Quod est Martialis.* 3, 4 Si quando veniet, dicet responde Poëta : *et variat lectio, et sunt plures Imperatiui 2 Coni. breues.*

RESPONSIV. *Supinum.* Cic. pro Cluent. 164 Videtis haec quam sint laeuia genere ipso, quam breuia responso.

RESPONDENS, *entis.* Partic. [*ἀποκρινόμενος*] *Vt,* Tympana 10 respondentia. *i. Sonantia, quod pulsata reclamant* Stat. Achil. 2, 175. *Vid. supra.* Nihil respondentem mulcauit Petron. c. 134. *Alteros respondentes audire sat erat* Cic. in Orat. c. 42.

RESPONSO, *äre.* Frequent. [*ἀπολογῆσαι*] *Ferociter et aspere alteri compellanti respondere.* *Est in primis seruorum imperia detrectantium, aut obiurgationis impatientium.* Plaut. Men. 4, 2, 57 Num quis seruorum deliquit? Num ancillae aut serui tibi respondant? *Hinc Metaph.* Respondere cupidinibus, *i. Resistere, repugnare, contradicere* Hor. Serm. 2, 7, 85. *Sic* 103 Tibi ingens Virtus atque animus coenis responso opimis. *Et* 2, 4, 18 Gallina dura malum responso sat palato, *i. e. (ut exponit Acron) Resistit, reluctatur in faucibus.* Denique Fortunae superbae responso Idem Epist. 1, 1, 68. *¶ 2 Tamen etiam pro respondere simpliciter posuit* Plaut. Cist. 2, 1, 31 *Pro me responso (f. responso) tibi.* *Et* Mofst. 2, 1, 56 *Ne quisquam responset, quando haec aedes pulsabit fenex.*

RESPONSI, *äre.* [*ἀναποκρίνομαι*] *Aliud Frequentatiuum a Responso, responso.* *Quod ad Ictorum consuetudinem respondendi in primis refertur.* Gell. 17, 19 Consulentibus de iure publice responso. Cic. de Legib. 1, 14 e. 4 Egone? summos fuisse in ciuitate nostra viros, qui id interpretari populo, et responso soliti sint. *Fertur, de iure responso.* l. 1 §. 3 D. de postulando.

RESPONSUM, *i. n.* [*ἀπόκρισις, ἀπὸ λόγιμα*] *Responso.* Ter. in Prol. Phorm. 17 Is sibi responso hoc habeat. *Idem* in prol. Eun. 6 Sciat responso, non dictum esse. Cic. Att. 7, 16 Ex illius ad nostra responso responso intelligentur. *Liberale responso, vid.* 35

*b. v.* Fida Virg. Aen. 2, 376. *Medium, vid.* MEDIVS. Torua responso trucis Senatus Sil. 11, 121. *Auferre responso* ab aliquo Cic. de Orat. 1, 239 c. 56. *Idem* Verr. 4, 85 *Senatus Sopatro responso nullum dat, sed commotus, perturbatusque discedit.* *Dare petenti* Virg. Ecl. 1, 45. *Elicere* Quinctil. 5, 7. 40

Cic. in Catil. 1, 19 c. 8 *A me quoque id responso tulisti, me nullo modo posse.* *Cic. pro Planc.* 34 c. 14 *Quum senatus impediretur quo minus id, quod hostibus semper erat tributum, responso equitibus Romanis redderetur.* *Cic. de Nat. Deor.* 3, 10 *Multa ex aruspicum responso commemorare possum.* Virg. Aen. 9, 134 *Si qua Phryges prae se iactant responso deorum.* *E responso* Tacit. Ann. 13, 24. *Perplexum responso, vid.* PERPLEXVS. *Delusit* Apollo animum responso Virg. Aen. 6, 344. *Edere responso* Tacit. Ann. 2, 54. *Horrent diuini responso regna Caspia* Virg. Aen. 6, 798. *Petunt in dubiis responso* Idem ibid. 7, 86. *Postcens responso sacerdos* Sil. 1, 121. *Reddere responso* Virg. Georg. 3, 491.

Responso atque decreta iurisconsultorum Cic. pro Muraen. 28 c. 13. RESPONSVS, *üs. m.* [*ἐναλογία*] *Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione et responso* l. 1 §. 7 D. de oblig. et act. *Ad responso, officii Palatini nomen, qui responso nomine principis, quem Graeci Ἀποκρισιάρχιον vocant.* 55 *Vid. supra in AD N. 13.* *¶ 2 Quod de Verbo RESPONDEO n. 2 obseruauimus, ad proportionem significandam adhiberi : illud etiam de nomine notandum.* Vitruu. 10, 11 *Quemadmodum Pythagoricum trigonum orthogonium describitur, sic id habeat responso.* *i. eam habeat proportionem.* *Idem* 1, 2 *Symmetria est ex ipsius operis membris conueniens consensus : ex partibusque separatis ad vniuersae figurae speciem ratae partis responso.* *Conf.* Id. 3, 1. *Responso, certasque vices, sua nomina cuique attribuit* Manil. 3, 71. *i. ἀναλογίαι Scalig.*

RESPONSIO, *önis. f.* [*ἀπόκρισις, ἀπολογία*] Cic. pro Corn. Balb. 36 c. 16. *Accusatoris interpretatio indigna responso.* *Et* 65 in Pison. 55 c. 23 *Responso inimica.* *Quinctil.* 9, 1 *Sibi ipsi responso.* *ex Cic. de Orat.* 3 c. 54.

RESPONSOR, *öris. m.* [*ἑγγυητής*] *Fideiassorem, qui pro aliquo spondet accipiunt* Hor. Epist. 1, 16, 43 *Quo responso, et quo causae teste tenentur.* *Sed videndum iubent alii, numquid de eo loquatur, qui de iure respondebat ; et ita interpretatus est Torrent.* *Sed cum Responsor non habeat auctorem alium : melius est cum Cruquio et Bentleio legere, quo res sponse etc.* *Est pulchra boni viri descriptio, quam ponemus totam,*

Qui consulta patrum, qui leges ituraque seruat,  
Quo multae magnaeque secantur iudice lites,  
Quo res sponse, et quo causae teste tenentur.

*Comparat Bentleius* Perf. 5, 78 *quos nec inuidemus lectori.* *Marco spondente, recusas* Credere tu numos? *Marco sub iudice palles?* *Marcus dixit : ita est.* *Habes utroque in loco iudicem, sponse, testem.* *Quare alium auctorem expectet* Responsor.

RESPONSIVE. *Adu.* *Ascon. in Verr.* p. 106 f. 1, 148 c. 56 *Interrogatiue pronuntiandum est, et contra responso.*

RESPUBLICA, *vid. supra in RES.*

RESPVO, *ui, ütum, ère.* [*ἀναπτύω, ἀπαπτύω*] *Repudiare, et quasi cum sputo per contemptum reicere.* *Proprie* Scribon. 104 *Varios liquores ex stomacho respuere.* *It.* Stat. Theb. 8, 543 *Saucius extremo donec cum sanguine frenos Respuit.* *Vitruu.* 7, 4 *Ab se respuere liquorem.* *Sed metaphor.* *Liui.* 2, 41 *Adeo propter suspicionem insitam regni, velut abundarent omnia, munera eius in animis hominum respuebantur.* *Aspernari et respuere aliquid* Cic. de Orat. 3, 97. *Respuere aliquid, et pro nihilo putare* Cic. pro Caecin. 56. *Respuunt aliquid aures* Quinctil. 11, 1. *Respuit hoc sapientissimi cuiusque fides* Plin. 28, 2. *b. e. nemo sapiens id credit.* *Auribus respuere hominem.* Cic. in Pison. 45 *Qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur?* *Cadaver humus respuet inuisum* Ouid. in Ibin 170. *Conditionem respuere* Caes. Bell. Gall. 1, 42. *Cic. Tusc.* 3, 79 c. 33 *Prodest haec quidem consolatio, sed nec semper, nec omnibus : sunt enim qui respuant.* *Curam* Claud. Conf. Mall. Theod. 160. *Ictum respuet ferri* Plin. 10

7, 15. *b. e. Ferro non laeditur.* *Vid. mox* Secures. *Tela.* *Imperium* Columel. 6, 2. *Cic. Att.* 7, 25 *Caesaris interdicta si te secundo lumine hic offendero, respuuntur.* *Mumera parua* Tibull. 4, 1, 7. *Secures respuere dicitur lignum, Quod securibus non potest findi* Plin. 17, 10. *ut modo* Ictum. *Plus dicit* Lucan. 3, 484 *Vt* 10

VOL. IV.

grandine tecta Innocua percussa sonant, sic omnia tela Respuit. *i. re-  
iicit, repellit.* Sic plane Senec. Epist. 54 Quaedam tela Philosophia  
discutit, et in eum vsque qui miserat respuit. Tergus respuens  
vulnus: *h. e. Quod nullo vulnere affici aut offendi potest, praec duritie*  
5 Plin. 8, 21. *Passive* Lucret. 2, 389 Praeterea lumen per cornua  
transit, at imber Respuitur. Iuuen. 2, 689 Respuor a vobis.

RESPVENS, entis. Partic. [*ἀποπτύων*] Gell. 6, 15 Communium  
vorum respuens minus, et fastidiens.

RESTAGNO, āre. [*λιμνάζω, πλημυρίζω*] *Aqua pigra et reses ac  
nullo motu agitata restagnare dicitur.* Columel. 2, 17 Itaque si palus  
in aliqua parte subsidens restagnat, fulcis deriuanda est: quippe aqua-  
rum abundantia atque penuria graminibus aequae exitio est. Idem  
8, 15 Ora lacus ne corrumpantur violentia restagnantis vndae, quae  
semper interfluere debet, opere signino consternuntur. Aquis re-  
5 stagnantibus Plin. 5, 5. Flumina restagnant alto vallo Lucan. 4,  
89. Lacus restagnant vasto gurgite Sil. 5, 4. Marc Ouid.  
Met. 11, 364. Palus Sil. 8, 382.

RESTAGNATIO, ōnis. f. [*λιμνασμός*] Oceani Plin. 2, 67.  
Idem 11, 37 f. 66 Ne restagnatio intempestiua alui obstrepat. Plin.  
20 6, 28 f. 32 Restagnatio Euphratis cum Tigri confluit.

RESTAVRO, āre. [*ἀνακρίζω, ἀνοικοδομῶ*] *Renouare, Redintegra-  
re, pro quo Instaurare fere maluit aureae aetatis scriptores.* Iustin. 20,  
5, 6 Ita facta societate, et auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex  
integro restaurat. Sic 2, 10, 1. 3, 5, 2. et 11, 3, 8. Sed etiam

25 Tacit. Ann. 3, 72, 2 At Pompeii theatrum igne fortuito haustum Caes-  
sar exstructurum pollicitus est, eo quod nemo e familia restaurando  
sufficeret. Idem Ann. 4, 43, 4 Et Segestani aedem Veneris mon-  
tem apud Erycum vetustate delapsam restaurari postulauere. Ac-  
cusationem restaurare Vlp. l. 4 fin. D. ad l. Iul. de adult. Actio

30 furti restauratur Tryphoninus in l. Si alienus 37 D. de noxalibus acti-  
onibus. Litem Modest. l. 29 §. 1 D. de minorib. Obligatio  
vetus restauratur Papinianus in l. Ob eam D. de praescriptis verbis.  
Vlpian. in l. Licet §. 1 D. de iure dotium, Restauranda erit in diem  
pristinum obligatio. Seruitutem Iulianus in l. Si maritus fun-  
35 dum D. de fundo dotali Redintegrare seruitutem, dicitur ibidem, eo-  
dem significatu.

RESTAVRĀTVS, a, um. Partic. *Vt, Nauis restaurata Vlpian.  
in l. Quid tamen, §. In nauis D. Quib. mod. vsusfructus, etc.* Vr-  
be aedificiis restaurata Vet. Inscript. Hispan.

40 RESTAVRATIO, ōnis. f. Iulianus in l. Si maritus fundum D. de fund.  
dotal. Si eundem fundum Titio reddiderit sine restauratione seruitutis.

RESTAVRĀTOR, ōris. m. Spon. Miscell. p. 27 CVRAT.  
ET RESTAVRATOR.

RESTIBILIS, e. Adi. [*παλιμβλαστος*] *Agri epitheton.* Varro  
45 de L. L. 4, 4 p. 11, 26 Ager restibilis, qui restituitur, ac referitur  
quotquot annis: contra qui intermittitur a nouando noualis ager.  
*A restituendo deriuat.* Festus, Restibilis ager sit, qui continuo bi-  
ennio feritur farreo spico, id est, aristato; quod ne fiat, solent  
qui praedia locant, excipere. Varro de R. R. 1, 44 Illud quoque

50 multum interest in rudi terra, an in ea scras, quae quotannis oblita  
sit, quae vocatur restibilis, an in veruacō, quae interdum requierit.  
Arbor restibilis. Plin. 16, 32 pr. Est in exemplis, et sine tempestate,  
vllaue causa alia quam prodigii, cecidisse multas, ac sua sponte resur-  
rexisse. Factum hoc Pop. Rom. Quiritibus ostentum Cimbricis bel-  
55 lis Nuceriae in luco Iunonis, vltimo, postquam etiam cacumen ampu-  
tatum erat, quoniam in aram ipsam procumbebat, restituta sponte, ita  
vt protinus floreret. A quo deinde tempore maiestas Pop. Rom. re-  
surrexit, quae ante vastata cladibus fuerat. Memoratur hoc idem fa-  
ctum et in Philippis, salice procidua atque detruncata: et Stagiris

60 in Museo populo alba. Omnia fausti ominis. Sed maxime mirum,  
Antandri platanus etiam circundolatis lateribus restibilis sponte facta,  
vitaque reddita, longitudine quindecim cubitorum, crassitudine qua-  
tuor vlnarum. *Ex his Plinii verbis probabile fit, vocem hanc, Re-  
restibilis, ductam esse a Verbo Restituo.* Aruum quod restibile pos-  
65 sit fieri Plin. 18, 17 extr. Crassitudo restibilis Idem 18, 17 extr.  
*terra satis crassa et pinguis, ut quiete non habeat opus.* Fertilitas  
Plin. 19, 7. Foecunditas restibilis Idem 28, 29. Locus Cat.  
R. R. 35, 2. Varro de R. R. 1, 9, 6 Contra in agro pingui, vt in

70 Hetruria licet videre fructuosas segetes, ac restibiles, et arbores pro-  
lixas. Terra restibilis quae quotannis obsita sit Varro R. R. 1,  
44, 2. Sed 3, 16, 33 Vt in aratis, qui faciunt restibiles segetes, plus  
tollunt frumenti ex interuallis: sic in aluis, si non quotannis eximas,  
*etc. An hoc dicit statim seminis causa aliquid in agro relinquere?* Vi-  
75 nea restibilis Columel. 3, 11, 4. locus, ubi fuit ante vinetum, vitibus denuo  
conferendus. Columel. 3, 18, 1 Pastinum vocant agricolae, ferramen-  
tum bifurcum, quo semina panguntur, vnde etiam repastinatae dictae  
fuere Vineae veteres, quae refodiebantur: haec enim propria appel-  
latio restibilis Vineti erat.

RESTIBILIO, ire. *Restituere.* Pacuu. apud Fest. *Vocē Sas, Teu-  
80 crum regi sapfa res restibiliet.*

RESTILLO, āre. Prudent. adu. Symmach. 2, 287 Ad proprium  
restillet vena metallum, fundantur instrumenta ferrea rursus in massas  
informes. In restillet est pictura rei ipsius: stillatim fluunt summa vi  
ignis et status urgente metalla. Metaphor. Cic. Att. 9, 7 Literae tuae

85 mihi quiddam quasi animulae restillarunt.

RESTINGVO, stinxi, stinctum, ěre. [*ἀποσβέννω*] *Idem quod  
Exstinguere.* Plaut. Casin. 4, 1, 16 Ignem restinguunt aqua. Liu.  
1, 39 Quum quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab  
regina retentum, etc. Ignis in aquam coniectus continuo restin-  
90 guitur et refrigeratur Cic. pro Rosc. Amer. 17. Fauillas ardentes  
restinxit lacte Stat. Silu. 5, 5, 17. Flammam restinguere Horat.  
Serm. 1, 5, 76. Curt. 6, 6, 16. Flamma restinguitur Lucret.  
4, 871. Conf. Ib. v. 1080. Ignis restinguere fontibus Virgil.  
Aen. 2, 686. Conf. Cic. Cat. 3, 2 c. 1. Ignis vento restingui-  
95 tur Ouid. de Rem. Amor. 807. Incendium restinguere Caes. Bell.  
Gall. 8, 42. ¶ 2 Restinguere, per translationem. Cic. de Fin. 4, 7  
Quid ille incendat? restinguet citius, si ardentem acceperit, de Oratore.  
Animi hominum morte non restinguuntur Cic. pro Sext. c. 21. Id. de  
Finib. 1, 43 c. 13 Omnium cupiditatum Ardore restincto. Cic.  
100 Verr. 5, 14 Exortam videtur Flammam, paucorum dolore ac morte re-  
stinxisse. Genus suum Plaut. Trin. 3, 2, 50. Cic. Verr. 1, 153  
Communi praesidio talis Improbitas, tanquam aliquod incendium,  
restinguenda est. Incendium, ruina, vid. RVINA, in RVO.  
Iracundias restinguere et cupiditates Cic. de Nat. Deor. 2, 148 c. 59.  
105 Idem Att. 12, 10 Sermunculum omnem aut restinxerit, aut sedarit:  
sunt



**Restinguere** incensum, *Sedare, lenire* Ter. Phorm. 5, 8, 82. Idem Eun. 1, 1, 24 Haec Verba (*irata et minacia*) mehercule vna falsa lacrimula, Quam oculos terendo misere vix vi expresserit, Restinguet. ¶ 3 Restingui dicuntur ea, quae ob viciniam maioris lucis videri desinunt, atque adeo maior lux restinguit minorem. Lucret. 3, 1057 de Epicuro, Qui genus humanum ingenio superavit, et omnes Restinxit, stellas exortus vti aetherius Sol. Sic Salmaf. Creech. Hauerc. Vid. PRAESTINGVO. Idem Lucr. 5, 121 Qui ratione sua disturbent moenia Mundi Praeclarumque velint caeli restinguere Solem. *Metaphora alia, de disputantibus.*

**RESTINCTVS**, a, um. Partic. [*ἀποσβεσθείς*] Cic. Fam. 11, 12 Ex tuis literis, et ex Graecii oratione, non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur. Restinctis iam animorum incendiis Cic. in Orat. c. 8. Restincta est seditio, inuentum est temperamentum Cic. de Legib. 3, 24. Proprie Restincto agere Caes. B. G. 7, 25. *sc. ardente.* Vapor restinctus omnis Virg. Aen. 5, 698.

**RESTINGVIBILIS**, e. Adl. Augustin.

**RESTINCTIO**, ōnis. f. [*ἀποσβεσις*] Cic. de Finib. 2, 9 c. 3 Illa autem voluptas ipsius restinctionis in motu est.

**RESTIO**, iui, itum, ire. est, *Ad referendum, laborandum, colendum aptum esse.* Certe ita interpretari possis, quod est in Vet. Gloss. Restire *παλιμφοῦν.* Laudatus est etiam Columel. 3, 21, 9 Nam et quae restire incipiunt tempestive leguntur: et quae nondum maturitatem ceperunt vuae, sine dispendio differuntur. Nescio unde accepit Calepinus: nam ab hoc Stephanus. Legitur enim in exemplaribus, *puto omnibus,* Et quae maturefcere incipiunt.

**RESTIPVLOR**, ari. [*ἀντεπερωτώ*] Vicissim stipulari, et mutuam sponsonem exigere. Valer. Max. 2, 3, 1 Valerius sponsonem Lutatium prouocauit, non se petiturum triumphum, nisi suo ductu Punica classis esset oppressa: nec dubitauit restipulari Lutatius. Dotem filiis suis restipulari Apul. Apol. 2 p. 338. Conf. l. 43 §. 1 D. de damno inf. Cic. pro Rosc. Com. 35 c. 13 Tua vox est Fanni: quid tu auferri petis a Flauio, si Flauius nihil debet? quid hic porro nunc restipulatur, quod iam pridem ipse exegit? quid vero Flauius tibi daturus est? Varro L. L. 5, 36 p. 42, 36 Qui pecuniam alligat, stipulari et restipulari dicunt: qui pecuniam alligat, obligat, promitti sibi curat.

**RESTIPVLATIO**, ōnis. f. [*ἀντεπερωτώσις*] Cic. pro Rosc. Com. 37 c. 13 Quid enim restipulatio clamat? Quod a Flauio abstulero, partem dimidiam inde Roscio me soluturum spondeo. Et paullo post, Quis est huius restipulationis scriptor, testis? arbiter quis?

**RESTIS**, is. f. [*χοῖνος, σκάρπρον*] in Accusatio Restem vel Restim, Funis. Plaut. Perf. 5, 2, 34 Restim tibi cape crassam, ac suspende te. Ibid. 2, 4, 11 Caedere hodie tu restibus. Apul. Met. 1 p. 109 Restim, qua grabatulus erat intextus, aggredior expedire. Plin. 17, 10 Eaque intrita restem circumlini. Ad restim mihi quidem res rediit planissime Ter. Phorm. 4, 4, 5. Summa rerum desperatio significatur; nam in hac solent quidam amentes ad laqueum confugere.

Iuuen. Sat. 6, 30 Ferre potes dominam saluis tot restibus vllam? Alliorum connexa capita, Restes apud Plinium dicuntur, 20, 6. ut **SERTA** sub SERO. In saltatione Restim ducere dicuntur chori puerorum puellarumque manibus conferti. Sic certe Donatus interpretatur illud Ter. Adolph. 4, 3, 34 Tu inter eas restim ductans saltabis. Liu. 27, 37 de sacrificio Iunoni reginae facto loquens, Per manus reste data, virgines sonum vocis, pulsu pedum modulantes inceserunt.

**RETIĆVLVS**, i. m. Diuin. Vlpian. in l. Si vero, §. fin. D. de iis, qui deiecerunt, Si amphora ex resticulo suspensa decidisset, et damnnum dedisset. Alias legitur Reticulo.

**RETIĆVLA**, ae. f. Aliud Dimin. [*χοῖνιον, σκαρτίον*] Varro de R. R. 1, 41 Tum enim resticulas per ficus, quas edimus, maturas perferunt, et eas quum inauerint, complicant, ac quo volunt, mittunt. Ammian. 14, 23 Hirsutis resticulis cruribus eius innexis.

**RESTIARIVS**, i. m. RESTICVLARIS, is. et RESTIO, ōnis. Vet. Gloss. *χοινοπλόκος*, resticularis, restio. Fronto, Restiarius, qui facit; restio, qui vendit. Suet. c. 2 Tradit Augusto proauum libertinum restionem exprobratum fuisse.

**RESTITO**, vid. RESTO.

**RESTITVO**, ui, utum, ĩre. [*ἀνίστημι, ἀποκαθίστημι, ἐπανορθόω*] ex Re et Statuo; Reponere, Reddere, in pristinam conditionem, statum integritatem reducere. Ter. Andr. 4, 1, 57 Restitue in quem me accepisti locum. Idem Heaut. 3, 1, 83 Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis, dum id quaero, tibi qui filium restituerem. Caes. Bell. Gall. 1, 28 Ipsos, oppida, vicosque, quos incenderant, restituere iussit. Restituere ac reddere Ter. Eun. 1, 2, 67. Donatus, Restituimus volentem, reddimus volentibus. Restituere aliquem Curt. 8, 6, 26. videtur poni simpliciter pro ignoscere. Sed nimirum fratrem ibi Alexander restituit Eurylocho. Caius de Verb. signif. 1. Plus est: Plus est, inquit, in restitutione quam in exhibitione: nam exhibere est praesentiam corporis praebere: Restituere vero, est etiam possessorem facere, fructusque reddere. Restituere ex toto Cels. 8, 20. *smare.* Restitui in bona paterna Papin. in l. Si vno, §. vlt. D. de loc. et cond. Ter. Andr. 3, 5, 13 Tu rem impeditam et perditam restituas? Idem Adolph. 1, 2, 40 Fores effregit? restituentur. Cic. pro Milon. 37 Quae fuisset igitur causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiiciendi? In antiquum statum restitui Cic. A. I Verr. 12 c. 4. A limine mortis restituere aliquem Catull. ad Mallium 66, 4. ¶ 2 Nomina ordine elementorum: Aciem restituere Liu. 5, 18. Cic. in Topic. 15 Si Aedes exesae corruerunt, vitium fecerunt, quarum vsusfructus legatus est, heres restituere non debet. Animum alicui Liu. 25, 18. Cic. pro Rosc. Amer. 61 Restitue nobis aliquando veterem tuam illam Calliditatem atque prudentiam. Colorem corporis Scribon. 125. Comas turbatas Ouid. Fast. 3, 16. Cic. Fam. 9, 10 Nec committam, vt si ego eum condemnaro, tu restituas. Idem pro Domo 86 c. 32 Rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam Dignitatem restituti. Conf. Ibid. 9 c. 4. et 87 c. 32. Sic Cic. A. I in Verr. 12 c. 4 Quam iste per triennium ita vexauit ac perdidit, vt ea restitui in antiquum statum nullo modo possit. Ouid. ex Pont. 3, 6, 36 Exstinctos vel aqua, vel Marte, vel igni, Nulla potest iterum resti-

tuisse dies. Caes. Bell. Ciuil. 3, 60 Quam maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac suis satisfacere, et Fraudata restituere vel-  
lent. In Gaudium restituere Plaut. Merc. 5, 2, 44. Ter. Hec.  
3, 1, 11 Rem cognosces, iram expedies, rursum in Gratiam restitues.  
5 Cic. de Prouinc. Consul. 23 Hic me meus in Rempubl. animus pristin-  
us ac perennis cum C. Caesare reducit, reconciliat, restituit in Gra-  
tiam. In Honorem Tribunicium Caes. Bell. Ciuil. 1, 77. Cic.  
pro Quint. 71 c. 22 Dicendum necessario est, restituendae Horae ad  
arbitrium nostrum. Sed hodie legitur, Praestituendae, vel Constitu-  
10 endae. Imperium Populo Rom. Plin. 7, 26. In Integrum  
restituere, *i. in conditionem et ius prius et maxime pertinet ad eos, qui  
iudicio damnati fuerant.* Cic. Verr. 5, 12 c. 6 Hos solent exitus exitiales ha-  
bere, vt damnati in Integrum restituantur, vincii soluantur, exules redu-  
cantur. Ter. Phorm. 2, 4, 11 Quod te absente hic filius egit restitui in In-  
15 tegrum, aequum est et bonum. Cic. pro Cluent. 98 c. 36 Quos (ambitus  
condemnatos) ego non id circo arbitror in Integrum esse restitutos,  
quod planum fecerint — sed quod iudicibus probarint, quod in  
eosdem genere in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, se ad  
praemia legis venire oportere. Ius restituere ereptum Ouid. Fast.  
20 1, 626. *al. Exemptum.* In Locum antiquum gratiae et honoris re-  
stituere Caes. Bell. Gall. 1, 18. Cic. Att. 2, 23 Primum illud te sci-  
re volo, Sampficeramum nostrum amicum vehementer sui status poe-  
nitere, restituique in eum Locum cupere ex quo decidit. Nomen  
suum alicui Caes. Bell. Ciuil. 2, 32. Patientiae veteri aliquem re-  
25 stituere Tacit. in Vita Agric. c. 16. Cic. pro Caecin. 36 In Posses-  
sionem in praesentia non restituetur. Praelium, siue pugnam Liu.  
6, 8. Idem 4, 38. Cic. pro Rosc. Amer. 114 Nonne si ex eo ne-  
gotio tantulum in rem suam conuertisset, damnatus per arbitrium, et  
Rem restitueret, et honestatem omnem amitteret? Cic. Fam. 1, 9  
30 Quum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea: meque  
tum denique sibi visum Reipubl. qualis fuisset, restitutum. *i. fortem  
et constantem esse in libere loquendo pro Republ. defendenda, qualis scilicet  
fuissem ante exilium meum.* Sanitatem restituere, et Sanitati Plin.  
20, 6 et 7. Se restituere, ac reuiuiscere apes dicit Varro de R. R.  
35 3, 16, 38 *s. extr. Vid. mox Vina.* Tutelam restituere, pro Ratio-  
nem et reliqua tutelae, apud Africanum in l. 10 D. rem pupil. sal. fo-  
re. Vina restitui sibi dicuntur, quae mutata fuerant. Plin. 14, 18  
Vina in apothecis Canis ortu mutantur quaedam, posteaque restituun-  
tur sibi. Visum restituere Plin. 11, 37. ¶ 3 Obs.  
40 Restitui, pro Restitutum iri Iulianus l. 23 D. de action. emti.  
*Vid. de hoc genere A. Augustinus Emendatt. 2, 2 p. 111 sq. Duker. de  
Latinit. ICtor. p. 346.*

RESTITVENS, entis. Partic. Vt, Capitis vlcera manantia sani-  
tati restituens Plin. 20, 6. Pompeius Hiempsalem restituens Sall.  
45 Fragn. c. 2. Regibus bellum restituentibus Iustin. 35, 1, 10.

RESTITVENDVS, a, um. Partic. [ἀποκαταστατός] Plin. 17,  
10 Insitu restituenda. Ouid. ex Pont. 4, 13, 38 Caesaris imperio  
restituendus eris. Lingua suppressa palato restituenda mero Ouid.  
Trist. 3, 3, 22.

RESTITVTVS, a, um. Part. Vt, Animus restitutus Liu. 21, 53.  
Restituta acie Plin. 29, 6. Ab Alexandro restituta Smyrna Idem  
5, 29. Oppidum restitutum Plin. 6, 16. Potestas restituta  
Cic. de Lege Agr. 2, 36 c. 14. Lux salusque Idem pro Domo 75 c. 28.  
Conf. Ibid. 71 c. 27. et 86 c. 32.

RESTITVTIO, ōnis. f. [ἀποκατάστασις] Cic. Att. 4, 1 Profecto  
hac restitutione fortunae me ipse non satis dignum iudicabo. Da-  
mnatorum Cic. Agrar. 2 c. 4. Nemini est triumphus honorifi-  
centius, quam mihi salus restitutioque perscripta Cic. in Pison. 35.  
Restitutio aedificiorum, pro Instauratione Vlpian. in l. Creditor, Si  
60 certum pet. Arnob. 1 p. 2 Se in veteres formas nouellarum sem-  
per — restitutione traducere. De in integrum restitutionibus est  
Titulus Digestorum 4, 1 de quo Vlpian. l. 1 Vtilitas huius tituli non  
eget commendatione. Nam sub hoc titulo plurifariam praetor homi-  
nibus vel lapsis vel circumscriptis subuenit, siue metu, siue callidita-  
65 te, siue aetate, siue absentia inciderunt in captionem. Vid. ICti.

RESTITVTOR, ōris. m. Cic. pro Milon. 40 c. 15 P. Lentulus vl-  
tor sceleris illius, propugnator Senatus, defensor vestrae voluntatis, pa-  
tronus illius publici consensus, restitutor salutis meae Restitutor  
orbis, vrbs, prouinciae, Tituli imperatorum in numis. vid. Spanh.  
70 diff. 13. Tanti operis effector et restitutor deus Apul. in  
Trism. p. 92.

RESTITVTORIS, a, um. Adi. Caius in l. Qui proprio, §.  
75 Item, D. de procurator. Item quaeritur, si iudicium acceperit defen-  
sor, et actor in integrum restitutus sit: an cogendus sit restitutorium  
iudicium accipere. Actio restitutoria Vlpian. in l. Quamuis pi-  
gnori D. ad Senatusconsult. Velleian. Interdictum restitutorium  
Vlpianus in l. Stipulatio D. de nou. oper. nunciat. Conf. l. 3 §. 1  
80 D. de eo per quem factum.

RESTO, as, stiti, stitum, are. [ὑπολείπομαι] Superesse, siue reli-  
quum esse frequentissime significat: et vel personaliter, vel impersonali-  
ter sumi videtur. Personaliter. Cic. pro Quint. 33 Illud etiam resti-  
terat, quod hesterno die fecerunt, vt te in ius adducerent. Idem  
85 Off. 3, 9 Qui e diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse  
est restare tertiam. Item ad Brut. 15 Longa sunt, quae restant.  
De viginti restabam solus Ouid. Met. 3, 687. Duae noctes re-  
stant de mense secundo Ouid. Fast. 2, 758. Cum Dat. Quantum  
infinite caedi restitisset Cic. Catil. 3 c. 10. Sic Virg. Aen. 271  
90 Hoc Latio restare canunt, *i. fati destinari.* Restat reliquum, Ter.  
Hec. 4, 2, 11. Cic. de Inuent. 2, 109 Quid etiam nobis ex eo ge-  
nere restet et quare restet, admonendum videtur. Id restat, *iro-  
nia est, qua Terentius vrentem Aeschinum inducit Adelph. 2, 1, 34 qui  
lenoni dicenti,*

Leno sumi, fateor, pernicies communis adolescentium,  
Periurus, pestis: tamen tibi a me nulla est orta iniuria: respondet,  
Nam hercle etiam id restat.

Cic. Att. 13, 13 Illud vtique scire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυ-  
πῶσαι, nisi forte Brutum: id hercle restabat. Quasi dicat: Inuidia  
100 existit inter pares: at Varro neutiquam Bruto comparandus: cur igitur  
illi inuideat? Cic. pro Marcell. 28 Haec igitur tibi reliqua pars  
est, hic restat actus, in hoc elaborandum est, vt Rempublicam consti-  
tuas. Ter. Heaut. 5, 5, 22 Restabat aliud nihil, nisi oculos pasce-  
re. Ter. Phorm. 1, 2, 35. Cic. Qu. Frat. 3, 1 In Maniliano offendi  
105 Diphilum Diphilo tardiozem, sed tamen nihil ei restabat praeter balnea-  
ria;

- ria, et ambulationem, et auarium. Quid restat, nisi porro, etc. Ter. Hec. 3, 1, 20. Vnum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subueniat Cic. Att. 8, 7. ¶ 2 Restat, *impersonaliter*. Cic. de Diuin. 2, 70 Restat etiam de Chaldaeis: sed primum auspicia videamus. Hor. Epist. 1, 6, 27 Ire tamen restat Numa quo peruenit, et Ancus. Cic. Acad. 4, 6 c. 2 Restat ut his respondeam, qui sermonibus eiusmodi nolint personas tam graues illegari. ¶ 3 *Proprie fuit Restare, Retro stare, Remanere, immorari, vel remorari.* Ter. Andr. 2, 6, 2 Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare, et ea me hic restitisse gratia. Id. Eun. 2, 3, 11 Ut illum di deaque senium perdant, qui me hodie remoratus est: meque adeo qui restiterim. Romae restiterunt Cic. Catil. 4 c. 2. Id. pro Ligar. 5 Tertium est tempus, quo post aduentum Vari in Africa restitit. Id. Off. 3, 110. Ita incolumis in patria Regulus restitisset. Idem pro Mur. 79 c. 37 Non enim deseruerunt (*exercitum Catilinae*) sed ab illo in speculis atque insidiis relictis, in capite atque ceruicibus nostris restiterunt. ¶ 4 *Repugnare, ut Resistere, significat.* Ratio nulla est restandi Lucret. 1, III. Ter. Heaut. 5, 3, 6 In qua re nunc tam confidenter restas stulta? Dum vincunt Danaï, dum restat barbarus Hector Propert. 3, 8, 31. *conf.* Ouid. Met. 3, 626. et Fast. 2, 749. Aur. Victor de Caes. c. 42. *vid.* RESTANS. ¶ 5 *Obseruatt.* Restat pro Distat ait Ennius: Ponere, cum is dicat, Impetus, aut longe mediis regionibus restat. Festus. Restati, pro Restiti tribuitur Propert. 2, 25, 53. Nec si post Stygias aliquid restauerit vndas. Sed Restabit ad vndas Douza et Br. RESTANS, *antis.* Partic. Sil. 10, 25 Nunc in restantes mucronem cominus vrget, *i. resistentem.* Claustra restantia quatit morfu Sil. 7, 130. *i. Obstantia.* Ita Aera claustris restantia Lucret. 2, 450. Laminae restantes aduersus pila et gladios Tacit. Ann. 3, 46, 6. Dona restantia flammis, *i. Quae ex flammis reliqua fuerunt et relicta incendio* Virg. Aen. 1, 683. RESTITO, *äre.* Frequentat. [*ἑπισταμαι*] *Cunctandi fere significationem habet.* Plaut. Capt. 3, 2, 3 Ita me miserum restitendo, retinendoque lassum reddiderunt. Ter. Eun. 4, 4 *pr.* Exi foras scelesse! at etiam restitas? fugitiue! prodi, etc. Liu. 7, 39 Nihil medium, aut imperium atque honorem, aut, vbi restitaret, mortem ni sequeretur denunciante. RESTITANS, *antis.* Partic. Liu. 10, 19 Prope restitantes Consules. Idem 30, 31 Restitantem ac tergiuersantem attraxerim. *conf.* Plin. 8, 16. RESTITRIX, *icis. f.* Plaut. Truc. 4, 2, 5 Ego interim restitrix his (*foribus*) praesidebo, *i. hic restabo ad fores.* RESTRINGO, strinxi, strictum, *äre.* [*ἀναστίνω, καταστίνω, περιστίνω*] *Retro stringere, siue stringere quod laxum fuerat.* Plaut. Capt. 3, 1, 25 Saltem si non arriherent, dentes ut restringerent, *i. restrictis labiis nudarent.* Dixerat iv. 24 Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitari, *vid.* RESTRICTVS. Lucret. 2, 405 Haec magis hamatis inter se nexa teneri, Proptereaque solere vias restringere nostris Sensibus, introituque suo perrumpere corpus. *ubi pro Aperire poni volunt. Sed meliores habent rescindere. Si omnino vera sit lectio, eadem ratione interpreter, atque illud restringere dentes. Nempe contractis et retro pulsus partibus vicinis, aperiri potest via.* Plin. Epist. 6, 19 Nam sumtus Candidatorum foedos illos et infames, ambitus lege restrinxit, *contraxit, minuit.* Restrinxit Bellona faces Stat. Theb. 11, 413 *mel.* Restinxit. Sol exortus restrinxit stellas Lucret. 3, 1057 *mel.* Praestinxit. Plin. Epist. 1, 8 Nam quum omnes homines ad custodiam pecuniae natura restrinxerit. Plin. 8, 27 Draco vnam nauseam lactucae siluestris succo restringit. *Sed mel. restringit.* Apul. de Mundo p. 720 *pr.* Nimbus quanto repentinior est, tanto vehementior: et quanto improuifior eius praecipitatio est, tanto breuiore casu restringitur. Quod praeterea laudatur ex Apuleio, Iumentum restrinxit, *i. soluit: itemque, Et duplici, ne solui facile queat, restringit: neutrum verum esse puto: certe restringere non est solueré.* RESTRICTVS, *a, um.* Partic. [*ἀνασταλεις*] *ut, Lacertis restrictis sensit lora, i. Vinculis in tergum* Hor. Carm. 3, 5, 35. Restrictis forte si labellis riseris Apul. Apol. p. 409, 6 Flor. Membra catena restrictus Catul. Argon. f. 62, 296. *Metaphor.* Tacit. Ann. 15, 48, 5 Idque pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine summum imperium non restrictum, nec perseuerum volunt, *i. Austerum et rigidum.* Sic pro parco ac diligente Cic. Fam. 3, 8 Quum et natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. Restrictus et tenax Cic. pro Planc. 54 c. 22. *Compar.* Plin. Epist. 9, 19, 6 An restrictus (*modestius*) per orbem terrarum legendam dare duraturam memoriam sui, quam vno in loco duobus versiculis signare, quod feceris? Sermo tuus sit restrictior Ambros. Off. 1, 3. Restrictiores in numero deorum Arnob. 7 p. 135. *i. parciores.* Superl. Imp. Cod. i. t. 17 l. 2 §. 10 Restrictissima regula. RESTRICTE. Adu. [*περισταλεις, φειδομενος*] *Parce, cui opponitur Plene.* Plin. Epist. 5, 8 Quamuis illud plenissime, hoc restrictissime feceris. Cic. de Amicit. 58 c. 16 Ditiore mihi et affluentior videtur esse vera amicitia, nec obseruare restricte, ne plus reddat quam acceperit. Idem de Legib. 2, 45 Sed ego caetera non tam restricte praesinio, vel hominum vitiiis, vel subsidiis temporum victus. Cic. de Fin. 2, 42 c. 13 Nec tamen cur id tam parce tamque restricte faciant, intelligo. *Compar.* Rebus praetereuntibus restrictus uti Augustin. de Doctr. Christ. 3, 12 *pr.* Superl. Plin. Epist. 5, 8 Tum si laudaueris, parcus: si culpaueris, nimius fuisse dicaris, quamuis illud plenissime, hoc restrictissime feceris. RESTRICTIM. Aliud Adu. [*κατασταλεις*] *Idem.* Afranius apud Non. 11, 55 Eaque firme sedere melius consultoribus, quam restrictim cogitata, atque omnibus rationibus. RESTRICTIO, *onis. f.* Augustin. de Morib. Eccl. Cath. 31 Epularum restrictio, *i. moderatio.* RESTRIGO, *äre.* Non strigare, non interquiescere. Senec. Epist. 31 Surge et refriga, ac cliuam istum vno, si potes, spiritu exsupera. Sic legi vult Scalig. ad Propert. p. 281. et in Catalect. p. 240 *seq.* Sed Gronou. respira retinuit. In Lipsii MSS. erat inspira. RESTRVO, *xi, etum, äre.* Tertull. Apol. c. 6 Licet aras restruxeritis. Id. de Ref. Carn. c. 31. RESTRUCTVS, *a, um.* Partic. *ut, Altitudo muri restructa* Nepos 2, 6, 5. *al. Exstructa.* Tertull. ad Nation. 1, 10 Varro commemorat statuas a Senatu deiectas, non nisi per vim popularium restructas.

RESVDO, Ære. *Idem vere, quod exsudo.* Curt. 7, 10, 3 Solum sub quo amnis fluit, ne modico quidem refudat humore.

RESVDANS, antis. Partic. Curt. 5, 1, 12 Toto fere solo propter venas aquarum refudante. *conf.* Prudent. Cath. 10, 107.

RESVLCO, Ære. *Denuo sulcare, i. vulnerare.* Prudent. Vincent. 144 Praeficca rursus vlcera. Manus resulcans diruet.

RESVLTO, Ære. *vid.* RESILIO.

RESVMO, sumsi, sumtum, Ère. [*ἀναλαμβάνω*] *Iterum sumere.* Plin. Epist. 4, 13 *pr.* Vereor enim, ne si hanc intentionem iam in finem laxauero, aegre resumam. Idem *ibid.* 2, 18 Nam beneficio tuo in scholam redeo, et illam dulcissimam aetatem quasi resummo. Idem

in Paneg. 132 Hic Consularibus curis exsolutus, principales resumfit. Ponere et Resumere, *opposita.* Ouid. Met. 9, 524 Inque vicem sumtas ponit, positasque resumfit. Gemitus resumere Stat. Theb. 6, 11. Tela Ouid. Amor. 2, 9, 34. Vires Idem Met. 9, 59.

RESVMTVS, a, um. Partic. Ouid. Met. 4, 665 — pennis ligat ille resumtis Parte ab vtraque pedes. *Ibidem* 15, 743 — specie caeleste resumta.

RESVMTIVVS, a, um. Cael. Aurel. Tard. 4, 3 Odoramenta resumtiua, ἀναληπτικά, quibus resumuntur vires.

RESVMTORIVS, a, um. Idem Acut. 3, 8.

RESVO, ui, ūtum, Ère. [*ἀναβάπτω*] *Contrarium significat suo simplici.* Suet. Aug. c. 94 Sumentis virilem togam, tunica laticlaui refuta ex vtraque parte, ad pedes decidit.

RESVPINO, Ære. [*ἐπνύζω, ἀναβάλλω*] *Supinum aliquid retrorsum facere.* Ter. Phorm. 5, 6, 24 Pone apprehendit pallio, resupinat: respicio: rogo quamobrem retineat me. Liu. 4, 19 Adsurgentem ibi regem umbone resupinat. Sen. Ep. 123 Qui per pronunt eunt, resupinant corpora, qui per arduum, incumbunt. Plin. 24, 17 Hac admota, leones resupinari cum hiatu laxo. Valuas resupinare Propert. 4, 9, 24. Resupinare collum Plin. 10, 34. Nares plana manu Quinctil. 11, 3, 80. Resupinare obscenum est Iuuen. Sat. 3, 112 Auiam resupinat amici. Sic Resupinatus. Resupinare, A proposito seu incepto reuocare, disserere, Accius, Quid agis? perturbas rem omnem, ac resupinas foror Nonius 2, 734.

RESVPINĀTVS, a, um. Partic. [*ἀναβιβλημένος*] Os coxarum ab exteriori parte gibbum, ad spinam resupinatum Cels. 8, 1. *Obscenum est, ut de verbo modo diximus,* Iuuen. Sat. 8, 176 Et resupinati cessantia tympana Galli. *conf.* Petron. c. 29. *vid.* Vitruu. 3, 3. Solin. c. 65.

RESVPINVS, a, um. Adi. [*ἔπιος*] *Qui facie, ventre anteriori parte in altum conuersa est.* Plin. 7, 2 Eisdemque sciopodas vocari, quod in maiore aestu humi iacentes resupini, umbra se pedum protegant. Iacuit resupinus humi Ouid. Met. 4, 121. Haeret curru resupinus inani Virg. Aen. 1, 480. Corpora resupina Ouid. Met. 2, 267. Lucret. 1, 38 Eque tuo pendet resupini spiritus ore. Resupinus, *pro Molli et effeminato a gestu et habitu languentium, cedentium libidini, etc.* Quinctil. 5, 12, 20 Quapropter eloquentiam, licet hanc libidinosam resupina voluptate auditoria probent, nullam esse existimabo quae ne minimum quidem in se indicium masculini et incorrupti, ne dicam grauis et sancti viri ostendet. *add.* 10, 3, 15. *Delicatum quiddam et molle in pronuntiando, neque tamen non laudabile notat* Quinctil. 11, 3, 167 Nam cantici quiddam habent, sensimque resupina sunt, Saxa atque solitudines voci respondent. *Rursus gestum orantis pingit* Martial. 12, 78 Multis dum precibus Iouem salutat Stans summos resupinus vsque in vngues. *De Herculis statua* Martial. 9, 44 Quaeque tulit spectat resupino sidera vultu. Paull. l. 25 ff. de probat. Qui soluit, nunquam ita resupinus est, vt facile suas pecunias iacet, *i. negligens.* Plin. 19, 4 l. 20 *iubet hortos areis distingui, easque resupinis puluorum toris, i. fastigium lene, et decliuatatem habentibus.*

RESVRGO, surrexi, surrectum, Ère. [*ἀνίσταμαι, ἐγείρομαι*] *Rursum surgere, post casum aut accubitum.* *Visita tamen vinces, euerstaeque Troia resurges* Ouid. Fast. 1, 523. *Resurgere dicitur herba, vel arbor, quae iterum crescit.* Plin. 13, 9 Sed praecipua vtilitas, quod caesa anno tertio resurgit. *de spina Aegyptia.* *vid.* Restibilis Arbor in RESTIBILIS. *it.* Quid. Amor. 2, 16, 9. Amor resurgens Virg. Aen. 4, 531. Incendium resurrexit, *vid.* INCENDO. Maestas resurrexit Plin. 16, 32. Res Romanae resurgunt contra spem Liu. 24, 45. Vrbs resurrexit Curt. 5, 7, 9. *Adde* Patere. 1, 7, 4. *et* Propert. 4, 1, 87.

RESVRRECTIO, ōnis. f. Tertull. de Ref. Carn. passim.

RESVSCITO, Ære. [*ἐγείρω*] *Iterum suscitare.* Ouid. Met. 8, 474 Postquamque resuscitat iram. Legatum resuscitatur Paull. in l. Si seruo D. de adimend. legat. Prior obligatio nouo pacto resuscitatur. Paullus in l. Si vnus ex 6. Sed si pactum D. de pactis. Reliquiae resuscitandae Prudent. Cath. 6, 136.

RESVSCIPIO, Ère. Resuscipere vsum rei alicuius Arator.

RESVSCITATIO, ōnis. f. Tertull. Ref. Carn. c. 30 et 25.

RESVSCITĀTOR, ōris. m. Idem *ibid.* c. 30 et 57 Beda Hist. Eccl. Angl. 2, 1.

## R E T

RETAE, arum. f. Plur. *sunt* Arborea, quae aut ex ripis fluminum eminent, aut in alueis ipsorum exstant appellatae a retibus, quod praetereuntes naues impedirent, et quasi irretirent. *Vnde ex edicto Praetorum,* retanda flumina locari solita, hoc est, purganda, ne quid aut morae aut periculi nauibus in ea virgulta incidentibus fieret. *Haec*

sepe Gell. 11, 17 ex libro Gabii de Origine vocabulorum.

RETO, Ære. *vt,* Retare flumina, *pro* Purgare Gell. l. c. ex edicto Qui flumina retanda publice redemta habent.

RETARIVS, i. m. Infer. Vet. NEGOTIATOR ET RETARIVS.

RETALIO, Ære. *Talionem, siue par referre.* Gell. 20, 1, 16 Quod per imprudentiam factum est, retaliari per imprudentiam debet.

RETARDO, Ære. [*ἐπέχω, ἀναχάζω*] *Remorari, retinere.* Cic. de Senect. 57 Agro bene culto nil potest esse nec vsu vberius, nec specie ornatus, ad quem fruendum non modo se non retardat, verum etiam inuitat, atque allestat senectus. Plin. Epist. 7, 3 Sed quid imprudens, quem reuocare conor, retardo? Cic. Att. 1, 7 Sed mihi crede, simulatque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur. Idem Philipp. 10, 11 c. 5 Quem nisi in via caducae hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. Flumina obiecta retardant equos Virg. Georg. 3, 253. Ora retardare Ouid. Met. 3, 82

instantiaque ora retardat Cuspide praetenta. Retinere ac retarda-

tardare Columel. 2, 2. Cic. de Nat. Deor. 2, 103 Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, saepe etiam insistant. Idem Verr. 1, 17 Quum iste, atque istius amici homines lauti et vr bani sermones huiusmodi dissipassent, quo animos testium retardarent. Cic. pro Lege Manil. 22 Vt eorum collectio dispersa moerorque patrius, Celeritatem persequendi retardaret. Idem ibid. 13 c. 5 Tamen Impetus hostium repressos esse intelligunt, ac retardatos Hirt. Bell. Afric. 68. Iter retardare Ouid. Trist. 3, 9, 32. *al.* Morari. Loquacitatem Cic. in Vatin. 2. Maritos retardare dicitur aura puellae Hor. Carm. 2, 8 *extr.* Menses mulierum Plin. 21, 21. Sed vereor, ne nunc mea te fortuna retardet Ouid. Trist. 3, 7, 22. Aliquantum retardati sunt Boeotii Nepos 15, 9, 2. *conf.* Tacit. Hist. 4, 34, 9. Idem Ann. 6, 35, 5. et Curt. 4, 15, 28.

RETARDATVS, a, um. Partic. Sueton. Othon. c. 8 Et primo egressu inundationibus Tiberis retardatus. Idem Galba c. 20 In auxilium aduolauere, sed serius, itinere deuio per ignorantiam locorum retardati. *conf.* Hirt. Bell. Afric. c. 66. Iuuenta retardata arte Claud. in Eutrop. 1, 345.

RETARDATIO, ōnis. f. [ἐποχή] Cic. Philipp. 5, 30 c. 11 Vnde est adhuc bellum, nisi retardatione et mora? *Plur.* Retardationes 20 facere Vitruu. 4, 9.

RETAXO, āre. [ἀντεγκάλειω] Suet. Vespas. c. 13 Licinium Mutianum notae impudicitiae, sed meritorum fiducia minus sui reuerentem, nunquam nisi clam, et haec tenus retaxare sustinuit, vt apud communem aliquem amicum querens, adderet clausulae, Ego tamen vir sum. Re-taxare ergo est cum, a quo fueris taxatus, suorum vitiorum admonere, et vicissim reprehendere.

RĒTE, is. n. [δίκτυον, πλέγμα, ἀμφίβληστρον] Plexus ille funiculorum, quo aues, pisces, animalia quaecumque capiuntur Plaut. Rud. 4, 2, 8 Neque piscium vllam vnciam pondo hodie cepi, nisi hoc, quod nunc fero in rete. Cic. de Nat. Deor. 2, 103 Vt in araneolis, aliae quasi rete texunt: vt, si quid inhaeserint, conficiant: aliae ex inopinato obseruant, etc. Rete, a rapio, vel a raritate dicitur, vt *ludens ait* Varro L. L. 4, 29. Retis iactus vid. IACIO. Fal-lentia retia Ouid. de Arte Am. 2, 189. Ablatiuus Rete est Ouid. 35

Fast. 5, 371 Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leaenis Imbelles capreae? Plaut. Afin. 1, 1, 86 Iubeas vna opera me piscari in aere, venari autem reti iaculo in medio mari. Nemo inquit Turnebus, venari possit in mari, nemo piscari in aere, sed venari et aucupari. Rete autem iaculum dicitur ad verticuli discrimen. Nam iaculum iacitur, 40

fundaque etiam appellatur a Marone. Verriculum autem non iacitur, sed vertitur, id est trahitur. Plaut. in Truc. 1, 1, 14 Quasi in piscinam rete qui iaculum parat. Haec tenus Turnebus. vid. IACVLVM in IACIO. Quae nimis Apparent retia, vitat auis Ouid. Rem. Am. 516. Rara retia Virg. Aen. 4, 131. Exire retibus Lucret. 4, 45

1141. Retia dolum meditantur ceruis Virg. Ecl. 5, 60. Ponere retia ceruis Virg. Georg. 1, 307. Seruare retia Virg. Ecl. 3, 75. Plin. 9, 8 Saltu nullus conatur euadere, ni summittantur sibi retia. de delphinis capturam mugilum adiuuantibus. Tendere retia ceruis Ouid. de Arte Am. 1, 45. Non rete accipitri tenditur neque miluio Ter. Phorm. 2, 2, 16. Ten-50

dere distincta maculis retia Ouid. Epist. 5, 19.

RĒTIS, is. f. Idem. Plaut. in Rud. 4, 3, 45 Vbi demissi retem atque hamum, quidquid haesit extraho. Cannabina retis Varro R. R. 3, 5, 11. Et 14 Intra retem aues sunt omne genus, maxime cantrices: vt husciniolae, ac merulae, quibus aqua ministratur per canaliculam, 55

cibus obiicitur sub retem. Charis. 1 p. 45 ergo non bene negat femininum esse. Rursus Priscian. 7 p. 759 Musculino genere protulisse ait Plautum, laudatque Rud. 4, 3, 5 Non vides proferre me vuidum retem sine squammoso pecu. Verum ibi rete habent libri hodie. 60

RETIA, ae. f. [δίκτυον] Antiquum pro eodem, vt placet etiam Prisciano 7 p. 759. Plaut. Rud. 4, 1, 9 iam nunc et operam ludos facit, et retian). Sed hodie legitur Retia, neutro genere. Vet. Gloss. δίκτυον, retium. δίκτυον κωνηγετικόν, plagulae, retium, retia.

RETIACVLVM videtur librariorum potius error, quam peculiare 65 nomen esse. De Plauto Afin. 1, 1, 86. iam dictum in Rete iaculum. Apicii 8, 6 nihil inuenio. Vulg. Int. Esa. 19, 8 Expandentes rete habet editio Sixti V. Seru. ad Georg. 1, 141 vbi fundam explicat, Genus retis, inquit, dictum a fundendo, id est, retiaculum quod dicitur 60

60λος. Sic etiam Masuic. Sed iaculum Dau. reticulum B. r. m. 70 Nondum ergo idoneum auctorem habet retiaculum.

RETICVLVM, i. n. interdum etiam RETICVLVS. Dimin. [πλεγμώτιον] Plin. 31, 6 Item demissae reticulis in mari concauae e cera pilae, vel vasa inania obturata, dulcem intra se colligunt humorem. Reticulum in pilae lusu memorat Ouid. Art. 3, 361 Reticuloque pilae 75

leues fundantur aperto, Nec, nisi quam tolles, vlla mouenda pila est. De reticulo formae ellipticae ansatae (qualis erat sistrorum) intento, Ra-quettam vulgo dicunt, cogitarunt viri docti. Sed non satis conuenit verbis Poetae. Reticulum potius intelligam sacculum quo seruantur pilae politae ac leues. Ars est illas collocare, vt nulla auferri possit, 80

quam non sequantur aliae: ars contraria, auferre vnā solam. Reticulum, [κεκρόφαλος] Genus retis orbiculati, quo capillos continebant mulieres. Iuuen. Sat. 2, 96 de viro effeminato, Reticulumque comis auratum ingentibus implet. Reticulum, ait Nonius 14, 32 Tegmen capitis muliebre. Varro, Suspendit laribus marinas molles pilas, 85

reticula, ac strophia. Non multum differt illud reticulum, de quo Cic. Verr. 5, 27 c. 11 Ipse autem coronam habebat vnā in capite, alteram in collo: reticulumque ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae. Reticulum iunceum vel lineum Columel. 12, 51. Reticulum, Sacculus γύγγαδος Gloss. Lat. Graec. 90

Hor. Serm. 1, 1, 47 Non tuus hoc capiet venter plus quam meus; vt si Reticulum panis vaenales inter onusto Forte vahas humero, nihilo plus accipias, quam, etc.

Vbi Acron, Reticulum, Rete quo in vrbe panis inter vaenales seruos 95 portari solet. ¶ 2 Reticula etiam appellantur Cancelli, quibus loca separantur a communi accessu. Festus in voce Secespita; Sacrarria in Templis reticulo aeneo olim sepiebantur, in quo tubae (cana) relietae sunt, per quas manibus sacra tangere licet. ¶ 3

Reticulus. m. [γύγγαδος καὶ προκύφαντος Gloss. Lat. Graec.] 100 Non. 3, 188 huc refert Cic. Verr. 5, 27 quem modo dedimus n. i. Me-liore iure laudatur ibi Fenestellae Pectoralis reticulus. Plin. 12, 14

At Hercule Alexandriae vbi tura interpolantur, nulla satis custodit di-ligentia officinas. Subligaria signantur opifici. Persona adicitur capiti, densusue reticulus: nudi emittuntur. Varro de R. R. 3, 105 i

5, 13 Inter columnas exteriores, pro pariete reticuli e nervis sunt, vt perspicui in silua possit, et quae ibi sunt, neque auis ea transire. Masculine etiam protulit *de simili plane re agens* Vlpian. in l. fundi nihil D. de action. emt. et vend. Reticuli circa columnas, plutei circa parietes, item cilicia vela aedium non sunt.

5 RETICVLĀTVS, a, um. Adj. [*δικτυωτός*] *Quod factum est in modum retis.* Plin. 36, 22 Dictyotheton vocant reticulatam structuram, quam frequentissime Romae struunt, rimis opportunam. Fenestrae reticulatae, *Reticulis obductis munitae* Varro de R. R. 3, 7. conf. Vitruv. 2, 8.

10 RETIARIVS, i. m. [*δικτυοφόρος, δικτυοπλόκος* Gloss. Gr. Lat.] Genus gladiatorum, quod componi cum Secutoribus solebat. Isid. 18, 54 Retiarius — occulte ferebat rete, quod iaculum appellatur, vt aduersarium cuspide insistente operiret, implicitumque viribus superaret, quae armatura pugnabat Neptuno tridentis causa. Quinctil. 6, 3, 61 Et Pedito de Mirmillone, qui retiarium consequebatur, nec ferebat: Vium, inquit, capere vult, *vid. GLADIATOR in GLADIVS.* et SEQVVTOR in SEQVOR. conf. Tertull. de Spectac. c. 25 et locum Festi, quem damus voce MIRMILLO. Martial. in Praef. l. 2 Denique videas an te delectet contra retiarium ferula, *i. rudis, gladius e ferula, contra tridentem, quo pugnat ferreo retiarius.*

20 RETIVM, i. n. minutum rete. Hieron. l. 2 Didymi. conf. Barth. Adu. 58, 6.

25 RETIOLVM, i. n. Dimin. Apul. Met. 8 p. 202, 33 *Aper* Calcatu retiola, qua primos impetus reduxerat transabiit. *Sed potest etiam Ablatiuus esse: et sic accepit Coluius. A retia, quod ex Plauto dedimus, retiola.* Gloss. Cyrill. Retiolum *πεφαλοδίσμιον.* Seru. ad Aen. 4, 138 Veluti retiolum, quod colligat comas. conf. Augustin. Epist. 109.

30 RETĒGO, texti, tectum, ěre. [*ἀποσκέπω, ἀνακαλύπτω*] *Nudare, aperire.* Virg. Aen. 1, 360 Caecumque domus scelus omne retexit. Iuven. Sat. 6, 277 Si tibi zelotypae retegantur scrinia moechae. Animi commenta reterege Ouid. Met. 13, 38. Caput retexit Petron. 17. Consilium Hor. Carm. 3, 21, 15. Damna dies clara retexit Pharfalica Lucan. 7, 787. Diem lucifer retegens Ouid. Met. 8, 1. Infidias Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 214. Orbem retexit Titan radiis Virg. Aen. 4, 119. *vid. Drakenb. ad Sil. 6, 3.* Pectus Ouid. Met. 13, 459. Siluas ferro Stat. Theb. 3, 174. Thecam numariam reterege Cic. Att. 4, 7. Vultus reteggit scisso velamine Lucan. 8, 669.

40 Pass. Lucret. 3, 30  
His tibi me rebus quaedam diuina voluptas  
Percipit, atque horror, quod sic natura tua vi  
Tam manifesta patens ex omni parte relecta es.  
*Sic legendum contendit Lambinus. Sed melius, puto, editur, patet e:*

45 o. p. relecta.  
RETECTVS, a, um. Partic. [*ἀνακακαλυμμένος*] vt, Res luce relectae Virg. Aen. 9, 461. conf. 12, 374. *Idem quod Tectus, reconditus significare putatur* Sueton. August. c. 78 Post cibum meridianum ita vt vestitus calceatusque erat, relectis paullisper pedibus, con-  
50 quiescebat. *Certe sententia hunc intellectum postulare videtur, nec variat lectio.* Inter coniecturas eruditorum facilius equidem admiserim Praelectis. *Quid si relecti pedes hic sunt iterum lecti, praeter calceatum ordinarium?* *Quin postquam saepius redire ad h. l. contigit, illud videbatur probabilius, relectos pedes esse discalceatos, fasciis, corrigiis,*  
55 *ligularum adstrictione solutos, qua ratione liberiolem sanguini commeatum, quietem placidiorlem contingere, nemo credo dubitat, nemo non experiri potest quotidie.*

RETEMPEO, ěre. Theod. Priscian. de Diaeta c. 19 *deno tempero.*

60 RETENDO, di, sum vel tum, ěre. [*ἀνήμι*] *Laxare, contrariam habet significationem suo simplici.* Ouid. Met. 2, 419 Exiit hic humero pharetram, lentosque retendit Arcus. Ibidem 3, 166 — Nympharum tradidit vni Armigerae iaculum, pharetramque arcusque retentos. Quinctil. 1, 3, 8 Retendi alterna quiete.

65 RETENTO, ěre. [*ἀναπειρώω*] *Iterum tentare.* Ouid. Met. 1, 746 *Io formae humanae restituta* — Timide verba intermissa quam diu bos fuerat, retentat. Id. Epist. 10, 11 *Ariadne loquitur de Theseo suo,* Nullus erat, referoque manus, iterumque retento. Sen. Epist. 73 Diu res ista non retentauit memoriam meam. Studium  
70 retentare, *Intermissa studia repetere* Ouid. Trist. 5, 12, 51. *Viam leti sine fine retentat Aesculus in mergum mutatus repetit aquam, in qua suffocatus fuerat* Ouid. Met. 11, 792. ¶ 2 Retento, *Frequent.*  
a Retineo, *vid. suo loco.*

75 RETENTĀTVS, a, um. Partic. vt, Dominatio retentata Aur. Vict. de Caes. 37, 1. Precibus frustra retentatis Ouid. Met. 14, 382.

RETERGO, si, ěre. Ammian. 29, 37 (6) Reterfit obrutas rudibus fossas. *Repurgauit. Tergere verbum proprium.*

80 RETĒRO, trīui, tritum, ěre. [*ἀνατριβώω*] *Iterum terere, purgare.* Colum. 2, 21 Pura frumenta, si in annos reconduntur, reteri debent. *Sic MS. et primi editi. al. repurgari.*

RETRIMENTVM, *vid. infra.*

85 RETEXO, textui, textum, ěre. [*ἀνυφαίνω, ἀναλύω*] *Quod textum erat, non textum reddere, i. resolvere.* Telas intertextas retexere Stat. Silu. 3, 5, 9. *add. Ouid. ex Pont. 1, 3, 30. Penelopes telam retexere, vid. PENELOPE.* Textum retexo Apul. Apol. p. 313. *Properata fata retexere. Resolvere, vt possit qui mortuus est ad vitam redire* Ouid. Met. 10, 31. *al. Fila. Certe inde ducta Metaphora* Cic. de Orat. 2, 158 c. 38 Et ad extremum, ipsi se compungunt suis acuminibus, et multa quaerendo reperiunt, non modo ea quae iam non possint ipsi dissoluere, sed etiam quibus ante exorsa, vel potius detexta prope retexantur. Ouid. de Rem. Amor. 12 *Nec noua praeteritum Musa retexit opus. Sic editur: in MS. est praetextum, forte per textum praestat legere. Suauissime idem de reciproca mutatione elo-*  
95 *mentorum* Met. 15, 249

→ — Resolutaque tellus

In liquidas rorescit aquas, tenuatus in auras  
Aeraque humor abit, demito quoque pondere rursus  
In superos aër tenuissimus emicat ignes.  
100 Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo.  
Ignis enim densum spissatus in aëra transit:  
Hic in aquas, tellus glomerata cogitur vnda.

Plenum orbem Luna quater retexuit, *Dissoluit* Ouid. Met. 7, 531. Cic. Philipp. 2, 32 c. 13 Itaque iam retexo orationem meam: scribam ad illos, vt, si qui forte, quod a te mihi obiectum est, quaerent sitne verum?

rum? ne cui negent, *i. retracto, quod negabam confiteor.* Id. Fam. 11, 14 Noui timores retexunt superiora. Matus ad Cic. Fam. 11, 28 An quod adolescens praestiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc aetate praecipitata commutem, ac me ipse retexam? *Mutem vitae et instituti rationem.* Id. Verr. 2, 63 c. 26 Omnia erant Metelli eiusmodi, vt totam suam Praeturam retexere videretur. *Supra dixerat, Vt omnes istius iniurias, quas posset, retexeret.* *Passive* Lucret. 7, 530. *de corpusculis infecabilibus*, Haec neque dissolui plagis extrinsecus ista Possunt, nec porro penitus penetrata retexi. ¶ 2 Retexere est etiam denuo texere, et per metaphoram, instaurare, repetere, iterum dicere. Stat. Theb. 3, 337 Medias etiam non destitit vrbes — Inflammare odiis? mutumque et vbique retexens, Legatum sese — isse, etc. Et 9, 148 Sed memor Elysi regis, noxasque retexens Tydeos, *i. in animum subinde reuocans, reuoluens.* Sed hic MSS. plures recensens, quae potest glossa esse. 15

RETEXENS, entis. Partic. [ἀνομοίωτον] Hor. Serm. 2, 3, 2 Scriptorum quaeque retexens, retractans, mutans.

RETEXTVS, a, um. Partic. Ouid. Amor. 3, 9, 30 Turdaque nocturno tela retexta dolo.

RETIARIVS, RETICVLVM, RETICVLVS, vid. RETE. 20

RETICEO, ēre. [ἀποσιώπιον] Tacendo reprimere et retinere aliquid, et proprie de iis dicitur, quae dolorem siue sollicitudinem afferunt. Ter. Heaut. 1, 1, 33 Ne lacrima: atque istuc quidquid est, fac me vt sciam. ne retice Cic. de Legib. 2, 41 Quoniam mihi sermo est apud deos, nihil reticebo. Nihil nec temere dicere, nec astute reticere debeo 25 Id. Qu. Frat. 1, 2. Non possum reticere Catull. ad Mallium f. 66 (69) 41. Id. Fam. 14, 2 Quod ii, qui ea patefacere possent, propter metum reticuisent. Cic. Verr. 3, 90 Hoc tantum facinus non modo negare interrogati, sed ne producti quidem reticere poterunt. Id. Off. 3, 36 Neque enim id est celare quidquid reticeas: sed quum quod tu scias, id ignorare emolumentum tui causa velis eos, quorum interfit id scire. Ouid. Met. 3, 357 Quae nec reticere loquenti Nec prior ipsa loqui didicit: vt respondere. Magis reticuisse pigeret Sallust. de Ord. Rep. c. 2. Reticere de: Cic. Verr. 1, 139 c. 53 Tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit, alio responsonem suam deriuauit. 35 Dolores reticere Propert. 1, 10, 13. *Passiu.* Ouid. Epist. 20, 151 — reticetur formula pacti. Partic. Compar. Auctor ad Herenn. 2, 10 c. 7 Alius alio reticentior est in dolore. *al. Recentior.* Multa reticenda linguae modestae Ouid. Epist. 19, 63. Arteriae reticendo adquiescunt Auctor ad Herenn. 3, 21. Crimina reticenda deorum 40 Stat. Theb. 1, 230. Propert. 2, 24, 4 Reticendus amor. Matrimonii reticenda publicare Iustin. 1, 7, 15.

RETICENTIA, ae. f. [ἐχρησμία, ἀποσιώπιος] Reticendi actus vel consuetudo. Cic. Off. 3, 65 c. 16 A Iureconsultis etiam reticentiae poena constituta est. Plaut. Merc. 5, 2, 52 Dic, enecas me miserum tua reticentia. 45 Ex locutione, ex reticentia iudicabimus Cic. Off. 1 c. 41. Est et Figura rhetorica, Gr. ἀποσιώπιος. vid. Quinctil. 9, 2. et Cic. de Orat. 3, 205 c. 53.

RETINEO, tinui, tentum, ēre. [ἐπέχω, κἀπέχω] Remorari, quod et Detinere dicitur. Ter. Phorm. 1, 3, 23 Cui de integro est potestas etiam consulendi, quid velis retinere, amare, amittere. Cic. Att. 13, 14 Quare nisi iam profecti sunt, retinebis homines. Venit ad me id temporis, vt retinendus esset Cic. Att. 13, 33. *sc. ad coenam.* Euntem retinere Ouid. Epist. 18, 99. Firmis vinculis Id. Rem. Am. 213. Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo Id. de Arte Ani. 1, 593. 55 Abalienare et Retinere, contraria, vid. ABALIENO. *Vox deficientis et labascentis.* Plaut. Curc. 2, 3, 31 Retine, retine me obsecro, PH. vide vt expalluit? Ter. Heaut. 2, 4, 23 Ah! retine me obsecro. Retinere dicitur, qui aduersum aliquem tenet, inquit, Donatus. *Metaph.* Ter. Adolph. 1, 1, 32 Pudore et liberalitate liberos retinere satius esse credo, quam metu. Plin. Epist. 10, 40 Et in publicis officiis retinere damnatos, non satis honestum putabam. Sed proprie Cic. Verr. 4, 74 Sagittae pendebant ab humero, sinistra manu retinebat arcum. Rursus Cic. in Orat. 102 Ius omne retinendae Maiestatis, Rabirii causa continebatur: ergo in omni genere amplificationis exarsimus. Id. 65 de Senect. 37. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si Ius suum retinet, si nemini mancipata est. Sic Retinere est constanter obseruare. Retinebatur hoc tum quasi communi consilio, vt Cic. Verr. 3 c. 41 *pr.* Ne hoc quidem retinebimus? Id. *ibid. extr. conf.* Quinctil. 1, 7, 60. et 1, 6, 20. ¶ 2 Sed ponamus formulas ordine 70 elementari nominum seruato: Cic. pro Quint. 59 c. 18 Id egit, vt Amicos obseruantia, rem parsimonia retineret. Amore patriae retineri Ouid. Trist. 1, 3, 49. Cic. Tusc. 1, 1 Retuli me Brute te hortante maxime ad ea studia, quae retenta Animo, remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocauit. Id. de Amicit. 72 Quum cogniti 75 sunt et aut deorum, aut regum filii inuenti, retinent tamen Caritatem in pastores, quos patres per multos annos esse duxerunt, *i. Amant semper ipsos pastores.* Commissa retinent aures Hor. Epist. 1, 18, 70. Cic. pro Planc. 100 Vi me Plancius et Complexu suo retinuit. Id. Verr. 3, 38 Equitem Romanum scitote biduum cibo, tectoque prohibutum, biduum Leontinis in foro Custodiis Apronii retentum atque seruatum. Decus natiuum retinent inuiolata Ouid. de Nuce 52. Cic. Att. 1, 13 Sum enim et ab obseruando homine peruerso liber, et ad Dignitatem in Rep. retinendam contra illius voluntatem solutus. Cic. pro Cluent. 56 Affirmabat enim lacrimans, non se cupidiorum esse ciuitatis retinendae, quam Existimationis. Id. de Amicit. 90 Vna illa subleuanda offensus est, vt et vtilitas in amicitia, et fides retineatur, In Fide retinere animos sociorum Liu. 25, 41. Gaudia non retinere, Laetitiam prae se ferre Ouid. Met. 12, 285. Gemitus non retinere Id. Fast. 4, 461. Cic. Qu. Frat. 2, 3 Quae tibi eo scribo, 90 quod me de retinenda Sextii Gratia literis saepe monuisti. Id. Att. 1, 1 Vides enim in quo cursu sumus, et quam omnes Gratias non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus. Cic. Off. 1, 137 Rectum est autem etiam in illis contentionibus, quae cum inimicissimis fiunt, etiam si nobis indigna audiamus, tamen Gravitatem retinere, iracundiam repellere. Id. Verr. 1, 65 Hic Philodamus, postquam ius suum obtinere non potuit, vt Humanitatem suam retineret, laborabat. Cic. Att. 2, 9 Sunt enim illi apud bonos inuidiosi: ego apud improbos meam retinuissem Inuidiam, alienam sumsissem. Id. Act. Verr. 1, 31 Quem ego hominem, si eius fidei diffusus essem, iudicem non retinuissem. Id. de Finib. 1, 50 Qui suum Iudicium retinent, ne voluptate victi faciant id, quod sentiunt non esse faciendum: Hi voluptatem maximam adipiscuntur, praetermittenda voluptate, *i. in suo iudicio perseverant.* Ius retinere Caes. Bell. Civil. 1, 5. Cic. de Inuent. 1, 3 Urbibus constitutis vt fidem colere, et 105

- Iustitiam retinere discerent. Lacrimas Ouid. Met. 1, 648. Manus Id. ibid. 6, 35. Cic. de Legib. 3, 29 c. 12 Ille vero, etsi tuus totus est ordo, gratissimamque Memoriam retinet consulatus tui, pace tua dixerim, non modo censores, sed etiam iudices omnes potest defatigare
- 5 Id. pro Rosc. Amer. 33 Neque plura tamen dici possunt, quam Pop. Rom. Memoria retinet Nepos 25, 5, 11. Cic. Off. 1, 104 Ludendi etiam est Modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elatiquae voluptate in aliquam turpitudinem delabamur. Morbo retineri Liu. 34, 10. Cic. de Finib. 2, 2 Qui Mos cum a posterioribus non esset retentus, Archeilas eum reuocauit. Id. Verr. 3, 170 Quos de publico Numos acceperat, retinuit omnes. Id. pro Cluent. 133 Neque enim hoc homine sanctior, neque probior, neque in omnibus Officiis retinendis diligentior esse quisquam potest, *i. Obseruandis*. Cic. pro Rosc. Amer. 70 Ut quos natura ipsa retinere in Officio non potuisset, ii magnitudine poenae maleficio summouerentur. Id. Cn. Magno Att. 8, 11 Meaque semper fuerit sententia primum de Pace vel iniqua conditione retinenda, deinde de vrbe. Id. in Pison. 69 c. 28 Iste claudus (quomodo aiunt) Pilam, retinere quod acceperat. *Claudus forte pilam excepit: conscius suae infirmitatis retinere illam maluit contra iudicem legem, quam in discrimen dare, etc.* Cic. Off. 2, 65 Quam quidem ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt. Id. Verr. A. 1, 46 Obseruant quemadmodum se vnusquisque vestrum gerat in retinenda Religione conseruandisque legibus. Se retinere, *moderari sibi*, Cic. de Leg. 1, 52 Quin labebar
- 25 longius, nisi me retinuisssem. Id. Att. 4, 15 Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id aetatis in tam longo Ser-mone diutius retinuisset. Spem retinere Tacit. Hist. 3, 84. Cic. Att. 11, 16 At eas Cephalioni dedi, qui multos menses Tempestatibus retentus est. Id. pro Quint. 75 Vnum tamen hoc cogitent, ita se graues esse, ut si Veritatem volent retinere, grauitatem possint obtinere. Id. de Finib. 3, 61 Neque his qui Virtute retinentur in vita, nec his qui sine virtute sunt, mors est oppetenda. Cic. Fam. 15, 19 Itaque et Pansa, qui *ἠδονήν* sequitur, Virtutem retinet. Id. Verr. 3, 81 Hic tantum potuit, ut nemo illo inuito, nec bona, nec patriam, nec Vitam
- 35 retinere posset. Id. ibid. 2, 7 Aut hi, qui contra istum legatos decreuerant, et testimonium publicum, mandataque acceperant, Vi ac metu retinerentur. Vtilitatem haec et gratiam retinent Plin. Epist. 1, 8. *Passive*: Lucret. 2, 453 Nec retinerentur enim inter se glomeramina quaeque, *i. Non cohaerent inter se, neque manent constipatae*. Ouid. 40 Rem. Am. 631 Non facile esuriens posita retinere mensa, *i. continere te poteris*.

RETINENS, entis. Partic. [*κατέχων*] ut, Retinentes pocula rite manu Lucret. 1, 496. Cic. Qu. Fratr. 1, 2, 3 Fert enim gra- uiter homo et mei obseruantissimus, et sui Iuris Dignitatisque retinens.

45 Gell. 10, 20 Sallustius quoque proprietatum in verbis retinentissimus. Ferociam animi in vultu retinens Sallust. Catil. c. 60. Vento re- tinente morari Ouid. Epist. 13, 3. Membra retinentia aliquid animae Ouid. Met. 6, 644. Modestiae retinens Tacit. Ann. 5, 11.

RETINENDVS, a, um. Partic. [*κατέχεται*] ut, Cura reti- nendae puellae Ouid. de Arte Am. 2, 295.

RETENTVS, a, um. Partic. [*καταχέθει*] Martial. 1, 47 Ex- spectare iube: velocius ibo retentus. Cic. Verr. 1, 29 Potamo- nem scribam et familiarem tuum retentum esse a Verre in prouincia, quum tu decederes. Sen. Epist. 9 Retentus in navigatione longa.

55 Equi frustra retenti, dominum trahunt per saxa Ouid. Fast. 6, 741. Lingua retenta metu Id. Epist. 11, 82. Sub lingua retentum me- dicamentum Scribon. 72. Verba dolore retenta Ouid. Met. 10, 474. Hoc retento, reliqua voluntas auctoritati aut gratiae traditur Cic. de Legib. 3, 39.

60 RETENTIO, ōnis. f. [*ἐπίοχσις*] Cic. Att. 13, 21 Semperque Carneades *προβολήν* pugilis, et retentionem aurigae similem facit *ἐπιοχῆν*. Id. Acad. 4, 78 c. 18 Illud certe opinione et perceptione sublata se- quitur, omnium assentionum retentio, ut si ostendero nihil posse per- cipi, tu concedas nunquam assensurum esse. *conf.* Vitruu. 9, 4. et

65 Lactant. 6, 10. Vlpian. 11 D. t. 7 l. 11 §. 6. Tertull. de Orat. c. 10.

RETENTOR, ōris. m. Apul. Florid. 1 p. 343 Retentores suos (*dracones*) toto corpore oblidere (*solent elephantis*.)

RETENTVS, ūs. m. Claud. Rufin. 2, 438 Viuos imitata retentus.

70 RETINENTIA, ae. f. *Vis retinendi, memoria*. Lucret. 3, 676 Nam si tantopere est animi mutata potestas, Omnis ut actarum exci- derit retinentia rerum, etc. Id. cod. v. 864 Interrupta semel cum sit retinentia nostri. *Sed hic al. repetentia eod. sensu.*

RETENTO, are. Frequent. [*ἐπιόχω*] Cic. de Diuin. 1, 17 Quae penitus sensus hominum vitasque retentat. Lucan. 4, 723 Ipse caua regni vires in valle retentat. *b. e. Retinet exercitum.* Cae- lum a terris retentare, *Ne caelum cum terris misceatur* Lucret. 2, 728. Frena retentare Ouid. Amor. 2, 9, 30. Lora retentat Sil. 4, 211.

80 Cur me retentas? Plaut. Afin. 3, 3 pr. Qui tanquam cochlea abscon- dens retentat sese tacitus Auct. ad Herenn. 4, 62 c. 49. ¶ 2 Re- tento, *compositum a Tento, are. vid. suo loco.*

RETENTANS, antis. Partic. Aur. Vict. de Caes. 41, 10 Li- beris Caesarum nomina retentantibus, *i. Retinentibus*.

RETENTATOR, ōris. m. Cassiod. Epist. 2, 10. et Epist. 1

85 22. Gloss. Cyrill. retentator, *διακράτοχος*. *conf. Sirmond. ad Ennod. p. 5*

RETENTATRIX, icis. f. Macrobian. Saturn. 7, 4. Secundae hoc cura virtutis est, quam Graeci, quia retentatrix est, vocant *καταδ- κτικήν*. de Digestione.

90 RETINAX, acis. Symmach. Epist. 1, 47 Retinax aduena- rum lotos.

RETINACVLVM, i. n. [*ἔχμα, ὄχος*] Quo aliquid retinetur. Virg. Georg. 1, 265 Atque Amerina parant lentae retinacula viti. Plin. Epist. 1, 12 Multa ille, sed minora, retinacula vitae abruptit. *b. e.*

95 *Posthabitis omnibus rationibus, quae eum retinere potuissent in vita, mori decreuit.* Vinea retinacula Stat. Silu. 3, 2, 32. Lora retina- cula in plostrum, ad aratrum Cato R. R. 135, 5. Ferit retinacula ferro stricto Virg. Aen. 4, 580. Praerumpere puppis retinacula Ouid. Met. 14, 547. Soluere retinacula Id. Epist. 7, 55.

100 RETINGO, ere. [*ἀναβάπτω*] Laudatur Stat. Silu. 1, 4, 75 — Nec in otia pacis Permissum laxare animos, ferrumque retingi. *Sed hic legendum Recingi, i. Discingi. Nec aliter Barth. Gronou. Markl. Nec facile dixeris, quid sit retingere ferrum. Nec satis video quid sibi velit* Pallad. 13, 2 Virtum myrtite retingemus. Tinguemus quidam: retin- gere itaque vel retinguere fuerit imbuere sapore quodam. *Sed a Tan-*

105 gendo



gendo ductum est, modo verum sit, illud Vbi coierint, et altera alteram retigerit Cato R. R. c. 160. Sic editi quidam: sed al. tetigerit.

RETINNIO, ñre. ut, Resonare, Retonare et similia dixisse suspicor veteres, legendumque apud Varron. R. R. 2 Pr. 2 Nec putant se habere villam, si non multis vocabulis retinniat (vulg. retineant) Graecis, quam vocent particulatim loca προκοιτώνα, παλαίστραν, etc. In tinnienti verbo significatur aliquid molle, quod auriculis blandiatur.

RETIS, vid. RETE.

RETO, ñre, vid. RETAE.

RETONDEO, di, sum. Hinc

RETONSVS, a, um. Partic. Plin. 18, 17 Retonsarum vero etiam semel omnino certum est, granum longius fieri sed inane cassumque. De segetibus.

RETONO, ñre. [ἀναβροντῶν] Contra tonare, ut resonare. Catull. de Aty f. 62, 82 Face cuncta mugienti fremitu loca retonent. Verba Cybeles ad Furorem.

RETORPESCO, ñre. Tertull. adu. Gnost. c. 1 Pristini sensus retorpescent.

RETORQVEO, torfi, tortum, ñre. [ἀντιστρέφω, ἀνακάμπτω] Retro torquere. Cic. de Senect. 83 Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, nec tanquam pilam retorserit. Sed nunc editur Neve tanquam Peliam recoxerit. Quincil. Decl. 17, 18 Tibi imputes, quod me retorristi, i. retraxisti a consilio moriendi. Sic Decl.

25, . . . Rursus in se cogitationes meas, rursus retorstit oculos. Ille dolore ferox, caput in sua terga retorstit Ouid. Met. 3, 68. Colla retorquere ferocis equi Id. Epist. 4, 79. Heinsf. leg. recuruas. Currus auersos retorstit Virg. Aen. 12, 485. Retorqueri sub terra Plin. 17, 10. b. e. Reflecti.

Retorquere telam, Dissoluere, retexere Plin. 11, 22 Prima telas bombycinas retorquere, ñc. Ex vetusto codice legendum, Redordiri. Retorquere farmentum Columel. lib. 4, 30

Ouid. Met. 10, 696 Sacra retorserunt oculos, i. auerterunt a foedo spectaculo. Sed Cic. in Catil. 2, 2 c. 1 Retorquet Oculos profecto saepe ad hanc vrbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget. Sic Quincil. Decl. 8, 8 extr. Omnium tamen in se retorquet Oculos vnus aeger.

Animum ad praeterita Sen. de Benef. 3, 3. Plin. Paneg. 86 Nec dubito quin agitauerit secum, an gubernacula retorqueret: et fecisset, nisi quod paene ipso contubernio principis felicius, iucundiusque est desiderare principem. Vlpian. l. 14 §. 6 Dig. de bon. libert. Si ab eo petitus, retorstit in eum crimina, i. accusauit accusatorem suum, ea actio ἀντικατηγορία vocatur, de qua, vid. ANTICATEGORIA.

RETORQVENS, entis. Partic. Virg. Aen. 8, 460 Demissa ab lacua pantherae terga retorquens. add. Tertull. de Pallio c. 2.

RETORTVS, a, um. Partic. [καμπύλος] Plin. Paneg. 34 Quum delatorum supina ora, retortasque ceruices agnoscebamus, et fruebamur. Brachia tergo retorta Hor. Carm. 3, 5, 22. Manibus retortis trahi Id. Epist. 2, 1, 191. Specus in cochleam retorti Columel. 8 c. vlt. Vndae violenter retortae Hor. Carm. 1, 2, 13.

RETORRIDVS, a, um. Adi. [κατὰξηρος] A calore nimio contractus in rugas. Columel. de Arbor. 17 Si in olea vnus ramus aliquanto caeteris lactior est, nisi eum recideris, arbor tota fiet retorrída. Idem 3, 11 Igitur si non retorrída et scabra, sed leuia et nitida, et proluxa foecundaque viderimus, eam intelligemus esse terram furcularem. conf. Plin. 15, 29 f. 36. Sen. Epist. 12 pr. Apparet, has platanos negligi: nullas habent frondes: quam nodosi sunt et retorrídi rami? Et valde proprie Epist. 66 Ego dubitem, quin magis laudem truncam illam et retorrídā manum Mucii, quam cuiuslibet fortissimi saluam? Stetit — et manum suam in hostili foculo destillantem spectauit. Retorrídae frondis oleae Columel. 11, 2, 87. Add. 3, 12, 2. Prata retorrída et muscosa Varr. R. R. 1, 9, 5. Tralate senex et hinc Veteratorius, versutus, vaser Phaedr. 4, 1, 7 — Venit et retorrídus Qui saepe laqueos et muscipulam effugerat, etc. de mire.

RETORRÍDE. Adu. [καταξηρασμένως] Plin. 17, 5 pr. Terram amaram siue macram si quis probare velit, demonstrant atrae herbae, frigidam autem retorríde nata.

RETORRESCO, ñre. [καταξηραίνομαι] Retorrídum fieri. Columel. 3, 3, 4 Deinde sata non ita enutriunt, vt ante conualescant ac profiliant, quam retorrescant. Id. 3, 5, 1. 3, 17, 4

RETOSTVS, a, um. Partic. [καλίνοπτος] Plin. 13, 4 sub fin. Marcescitque non retostus furnis.

RETRACTO, vid. RETRAHO.

RETRĀDO, tradídi, tradítum, ñre. Rursus tradere. Pomponius in l. Tenetur D. de action. emt. et vendit. Si aream tibi vendidi certo pretio, et tradidi, ita vt insula aedificata partem dimidiam mihi retradas: vetum est, vt aedifices agere me posse ex vendito, et vt aedificatam mihi retradas. Si per vim res tradita est, retradatur Vlpian. l. 9 §. 7 D. quod met. causa.

RETRĀHO, traxi, tractum, ñre. [ἀνέλκω] Retro trahere. Cic. pro Cael. 63 Licinium autem cum iam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse. Idem de Senect. 83 Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit. Non habeo certum quae te res hinc maxime retrahat Cic. Fam. 5, 14. Retrahere ad se fugitium argentum Ter. Heaut. 4, 2, 11. Ab icu se Ouid. Met. 5, 87. Aliquem a studio Ter. prol. Phorm. pr. i. Reuocare. Sic, Retrahere aliquem a Republica Cic. pro Sext. 34 c. 15. Ex fuga retrahere Plaut. Merc. Perioch. 1, 7. Varro de L. L. 4, 1 p. 6, 16 Quare illa, quae iam maioribus nostris ademitt obliuio fugitiua, si sedulitas Muci et Bruti, retrahere nequit, non, si non potuero indagare, eo ero tardior, sed velocior ideo si quiuero. Translatio est: fugitiui enim serui dicuntur retrahi, qui e fuga reducuntur domum ad berum, unde et apud Varronem de R. R. Fugitiuarius dicitur, qui fugitium conquirat et sectatur. De verbis igitur, vt de seruis, honesta praeclaraque translatione loquutus est. Turnebus Aduers. 24, 29. Cic. pro Cael. 64 c. 26 Qui minus enim Licinius comprehendi potuit, quum se retraxit, ne pyxidem traderet, quam si non retraxisset? Scipio Annibalem in Africam retraxit, i. redire coegit Cic. de Finib. 2, 56. Aliquem retrahere in conditionem ministrorum Plin. Epist. 10, 41. Quo sata trahunt, retrahuntque, sequamur Virg. Aen. 5, 709. Noturnae quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit pro traxit Tac. Ann. 16, 3. Retrahere se, Desistere a re aliqua Catull. ad Alphenum f. 28, 9. Hor. Epist. 1, 18, 58 Ac ne te retrahas, et inexcusabilis absis, i. vt Lambinus explicat, Ne te nimis longe abducas ab exercitationibus tuis, etc. Interdum in conuiuio esse, interdum ab eo se retrahere Celf. 1, 1. Retrahere Verba, pro Reducere et quasi resorbere: quum interuentu alius sermonem interrumpimus Senec. Epist. 3 p. 7. Idem ibid. 79

RETORRÍDE. Adu. [καταξηρασμένως] Plin. 17, 5 pr. Terram amaram siue macram si quis probare velit, demonstrant atrae herbae, frigidam autem retorríde nata.

RETORRESCO, ñre. [καταξηραίνομαι] Retorrídum fieri. Columel. 3, 3, 4 Deinde sata non ita enutriunt, vt ante conualescant ac profiliant, quam retorrescant. Id. 3, 5, 1. 3, 17, 4

RETOSTVS, a, um. Partic. [καλίνοπτος] Plin. 13, 4 sub fin. Marcescitque non retostus furnis.

RETRACTO, vid. RETRAHO.

RETRĀDO, tradídi, tradítum, ñre. Rursus tradere. Pomponius in l. Tenetur D. de action. emt. et vendit. Si aream tibi vendidi certo pretio, et tradidi, ita vt insula aedificata partem dimidiam mihi retradas: vetum est, vt aedifices agere me posse ex vendito, et vt aedificatam mihi retradas. Si per vim res tradita est, retradatur Vlpian. l. 9 §. 7 D. quod met. causa.

RETRĀHO, traxi, tractum, ñre. [ἀνέλκω] Retro trahere. Cic. pro Cael. 63 Licinium autem cum iam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse. Idem de Senect. 83 Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit. Non habeo certum quae te res hinc maxime retrahat Cic. Fam. 5, 14. Retrahere ad se fugitium argentum Ter. Heaut. 4, 2, 11. Ab icu se Ouid. Met. 5, 87. Aliquem a studio Ter. prol. Phorm. pr. i. Reuocare. Sic, Retrahere aliquem a Republica Cic. pro Sext. 34 c. 15. Ex fuga retrahere Plaut. Merc. Perioch. 1, 7. Varro de L. L. 4, 1 p. 6, 16 Quare illa, quae iam maioribus nostris ademitt obliuio fugitiua, si sedulitas Muci et Bruti, retrahere nequit, non, si non potuero indagare, eo ero tardior, sed velocior ideo si quiuero. Translatio est: fugitiui enim serui dicuntur retrahi, qui e fuga reducuntur domum ad berum, unde et apud Varronem de R. R. Fugitiuarius dicitur, qui fugitium conquirat et sectatur. De verbis igitur, vt de seruis, honesta praeclaraque translatione loquutus est. Turnebus Aduers. 24, 29. Cic. pro Cael. 64 c. 26 Qui minus enim Licinius comprehendi potuit, quum se retraxit, ne pyxidem traderet, quam si non retraxisset? Scipio Annibalem in Africam retraxit, i. redire coegit Cic. de Finib. 2, 56. Aliquem retrahere in conditionem ministrorum Plin. Epist. 10, 41. Quo sata trahunt, retrahuntque, sequamur Virg. Aen. 5, 709. Noturnae quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit pro traxit Tac. Ann. 16, 3. Retrahere se, Desistere a re aliqua Catull. ad Alphenum f. 28, 9. Hor. Epist. 1, 18, 58 Ac ne te retrahas, et inexcusabilis absis, i. vt Lambinus explicat, Ne te nimis longe abducas ab exercitationibus tuis, etc. Interdum in conuiuio esse, interdum ab eo se retrahere Celf. 1, 1. Retrahere Verba, pro Reducere et quasi resorbere: quum interuentu alius sermonem interrumpimus Senec. Epist. 3 p. 7. Idem ibid. 79

RETORRÍDE. Adu. [καταξηρασμένως] Plin. 17, 5 pr. Terram amaram siue macram si quis probare velit, demonstrant atrae herbae, frigidam autem retorríde nata.

RETORRESCO, ñre. [καταξηραίνομαι] Retorrídum fieri. Columel. 3, 3, 4 Deinde sata non ita enutriunt, vt ante conualescant ac profiliant, quam retorrescant. Id. 3, 5, 1. 3, 17, 4

RETOSTVS, a, um. Partic. [καλίνοπτος] Plin. 13, 4 sub fin. Marcescitque non retostus furnis.

RETRACTO, vid. RETRAHO.

RETRĀDO, tradídi, tradítum, ñre. Rursus tradere. Pomponius in l. Tenetur D. de action. emt. et vendit. Si aream tibi vendidi certo pretio, et tradidi, ita vt insula aedificata partem dimidiam mihi retradas: vetum est, vt aedifices agere me posse ex vendito, et vt aedificatam mihi retradas. Si per vim res tradita est, retradatur Vlpian. l. 9 §. 7 D. quod met. causa.

RETRĀHO, traxi, tractum, ñre. [ἀνέλκω] Retro trahere. Cic. pro Cael. 63 Licinium autem cum iam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse. Idem de Senect. 83 Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit. Non habeo certum quae te res hinc maxime retrahat Cic. Fam. 5, 14. Retrahere ad se fugitium argentum Ter. Heaut. 4, 2, 11. Ab icu se Ouid. Met. 5, 87. Aliquem a studio Ter. prol. Phorm. pr. i. Reuocare. Sic, Retrahere aliquem a Republica Cic. pro Sext. 34 c. 15. Ex fuga retrahere Plaut. Merc. Perioch. 1, 7. Varro de L. L. 4, 1 p. 6, 16 Quare illa, quae iam maioribus nostris ademitt obliuio fugitiua, si sedulitas Muci et Bruti, retrahere nequit, non, si non potuero indagare, eo ero tardior, sed velocior ideo si quiuero. Translatio est: fugitiui enim serui dicuntur retrahi, qui e fuga reducuntur domum ad berum, unde et apud Varronem de R. R. Fugitiuarius dicitur, qui fugitium conquirat et sectatur. De verbis igitur, vt de seruis, honesta praeclaraque translatione loquutus est. Turnebus Aduers. 24, 29. Cic. pro Cael. 64 c. 26 Qui minus enim Licinius comprehendi potuit, quum se retraxit, ne pyxidem traderet, quam si non retraxisset? Scipio Annibalem in Africam retraxit, i. redire coegit Cic. de Finib. 2, 56. Aliquem retrahere in conditionem ministrorum Plin. Epist. 10, 41. Quo sata trahunt, retrahuntque, sequamur Virg. Aen. 5, 709. Noturnae quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit pro traxit Tac. Ann. 16, 3. Retrahere se, Desistere a re aliqua Catull. ad Alphenum f. 28, 9. Hor. Epist. 1, 18, 58 Ac ne te retrahas, et inexcusabilis absis, i. vt Lambinus explicat, Ne te nimis longe abducas ab exercitationibus tuis, etc. Interdum in conuiuio esse, interdum ab eo se retrahere Celf. 1, 1. Retrahere Verba, pro Reducere et quasi resorbere: quum interuentu alius sermonem interrumpimus Senec. Epist. 3 p. 7. Idem ibid. 79

RETORRÍDE. Adu. [καταξηρασμένως] Plin. 17, 5 pr. Terram amaram siue macram si quis probare velit, demonstrant atrae herbae, frigidam autem retorríde nata.

RETORRESCO, ñre. [καταξηραίνομαι] Retorrídum fieri. Columel. 3, 3, 4 Deinde sata non ita enutriunt, vt ante conualescant ac profiliant, quam retorrescant. Id. 3, 5, 1. 3, 17, 4

RETOSTVS, a, um. Partic. [καλίνοπτος] Plin. 13, 4 sub fin. Marcescitque non retostus furnis.

p. 316 Modestia — tanta in te est, vt videaris mihi retracturus ingenii tui Vires, si vincendi periculum sit: tanta tibi priorum reuerentia est. *Passiu.* Retrahi ex fuga Sallust. Catil. 47 extr.

RETRAHENS, entis. Partic. Cic. in Sallust. 10 c. 3 Ipsa re publica manu retrahente me.

RETRACTVS, a, um. Partic. [*ἀνελκθεῖς*] Cic. Philipp. 6, 10 c. 4 Nescio quomodo se coniecit in urbem, atque ista moestus rediit, vt retractus, non reuersus videretur. Retractis ac resupinis capitibus Columel. 2, 2. Retractus in tutum animus Sen. de Benef....

10 Plin. Epist. 2, 17 Huius a laeua retractus paullo cubiculum est amplum. Liu. 34, 9 Hispanis retractior a mari trium millium passuum in circuitu murus erat. Liu. 36, 1 Tescpiensium emporium est in intimo sinu Corinthiaco retractum. Retracti, Fugitiui dicuntur, quum reprehenduntur, vt apud Cic. Att. 6, 10. Sallustius Catil. 47 Ceparius

15 (namque is paullo ante ex fuga retractus erat) Cn. Terentio traditur. Et 48 Ad Catilinam proficiscentem ex itinere retractum esse aiebant.

RETRACTIO, ōnis. f. Vitruu. 3, 3 Retractiones graduum, vt vnus altero sit remotior a perpendicularo. Macrobi. Saturn. 1, 14 pr. Modo auctio, modo retractio dierum proueniebat.

20 RETRACTVS, ūs. m. Tertull. adu. Gnost. c. 1 Bellicam machinam retractu tela vegetantem de scorpio nominant.

RETRACTO, are. Rursus tractare vt Festus ait: qua in re non nunquam illud ipsum simpliciter indicatur, interdum hoc intelligitur, mutari aliquid, et aliter, vel contra quam antea instituit. Liu. 2, 30

25 Tutius visum est defendere inermes Latinos, quam pati retractare arma. Tacit. Germ. 22 extr. Ergo detecta et nuda omnium mens postera die retractatur, et salua vtriusque temporis ratio est. Virg.

Aen. 12, 889 Quae nunc deinde mora est, aut quid iam, Turne, retractas? i. tergiversaris, mutato subinde consilio, vid. Cort. ad Sallust.

30 Fragn. p. 946. et conf. RETRACTANS et RETRACTATIO. Plin. Epist. 7, 6 Praeceptum est Seruliano, vt vacaret finitam causam retractanti, si quid noui afferret. Sed Largitiones retractare, pro Reuocare, reprobare, Traianus ad Plin. 10, 112. Columel. 4, 26 pr. Tamen in his, haec eorumque similia pedamenta post putationem retractanda

35 sunt, partesque eorum putres dedolandae, etc. denuo inspicienda, curanda. Cic. Att. 8, 9 Sed haec omittamus: augemus enim dolorem retractando. Hor. Carm. 2, 1, 38 Sed ne relictis Musa procax iocis, Caeae retractes munera naeniae, i. post Simonidem, summum Poetam, tractes. Vulnere

40 cruda retractare, Rursus vel frequenter conrectare Ouid. Trist. 3, 11, 19. Plin. Epist. 1, 16, 2 Omnia haec mire placent — placent si retractentur, i. denuo et diligenter legantur et considerentur. conf. Plin. Epist. 4, 9 extr. Neue retractando nondum coeuntia rumpe Vulnere

Ouid. Trist. 4, 4, 41. Plin. Epist. 5, 8 Egi magnas et graues causas, has destino retractare. Ibid. Rescribere vocat. Budaeus.

45 Dicta retractare Virg. Aen. 12, 11 mutare. Locus de ambitus criminibus retractandus Cic. pro Mur. c. 26 iterum tractandus. Sic Materiam eandem Quinctil. 2, 4. Oratiunculam Plin. Ep. 9, 10. Verba desueta Ouid. Trist. 5, 7, 63. Cic. de Nat. Deor. 2, 72 Qui omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, et tanquam re-

50 legerent, sunt dicti religiosi ex relegendo. Retractare ac recogitare secum Columel. 1 Pr. 13.

RETRACTANS, antis. Partic. [*ἀνδραλόμνος*] Sallust. Fragn. c. 7 Vos mussantes et retractantes verbis, vid. Cort. ad h. l. conf. Liu. 3, 49 pr. et c. 52 et 53. it. Aurel. Vict. de Caes. passim, vt 3, 8. et 14, 18 etc. Retractans iuuenicus, et calcitrosus, Qui non potest facile duci, quo volumus, et retractat ac renuit Colum. 2, 2, 26. Alii legunt Retrectantem per secundam Vocalem.

RETRACTATVS, a, um. Partic. [*ἀναμεταχρησθεῖς*] Quinctil. 2, 4 Quoties eandem materiam rursus a me retractatam, scribere de integro iuberem. Comp. Cic. Att. 16, 3 Sed tamen idem σύνταγμα mihi ad te retractatius, et quidem ἀρχέτυπον ipsum, crebris locis inculcatum et resectum.

60 RETRACTATIO, ōnis. f. De tergiversatione et cunctatione. Cic. Att. 13, 25 pr. Conficies igitur, et quidem sine vlla dubitatione aut retractatione. Idem Tusc. 5 c. 29 Sine retractatione libere dicere, vid. Gronou. ad Liu. 3, 49.

RETRACTATVS, ūs. m. Idem. Sine vilo retractatu praescribitis Tertull. Apol. c. 4. conf. Id. adu. Marc. 1, 1.

RETRACTABILIS, e. Adi. Vnde Irretractabilis, de quo f. l.

70 RETRACTATOR, ōris. m. Tertull. de Ieiun. 15 Retractator officii. conf. Salmaf. ad Spartian. Hadr. c. 12 et ad Getam c. 4 pr.

RETRACTANS, vid. superius RETRACTANS.

RETRANSEO, ire. Via retransit limitem Innocent. de Cas. p. 222. i. denuo transire.

75 RETRIBVO, ūi, ūtum, ēre. [*ἀνταποδίδωμι, ἀμείβω*] Reddere. Cic. pro Rosc. Com. 44 Nihil mihi detraham, quum illis exactae aetatis seuerissime fructum, quem meruerunt, retribuam. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 2 c. 1 Fidei conducit, in loco debitum retribuere. conf. Ib. 8 c. 3. Liu. 2, 41 Pecuniam acceptam retribuui populo. Rebus retribuere corpora Lucret. 5, 278. i. augere illa nouis

80 particulis in locum decedentium.

RETRIBVTVS, a, um. Partic. Paullin. Epist. Nec retributa suis, nec potianda tibi.

RETRIBVTIO, ōnis. f. [*ἀνταπόδοσις* Gloss. Gr. Lat.] August. Ciu. Dei 22, 23. Tertull. adu. Marc. 5, 4. et 2, 18. Lactant. 4, 13. et 6, 18.

RETRIBVTOR, ōris. m. Paullin. Nolan. Epist. 11. Saluian. Gub. Dei 1. Tertull. adu. Marc. 4, 29. et 5, 16.

RETRICES, um. Riuuli nomen videtur extra urbem, ex quo aqua irrigandorum pratorum ac hortorum gratia deriuabatur. Certe ita Festus, Retricibus quum ait Cato in ea quam scripsit, quum edisserauit Fuluii Nobilioris censuram, significat aquam eo nomine, quae est supra

90 viam Ardeatinam, inter lapidem secundum, et tertium, qua irrigantur horti infra viam Ardeatinam, et Afinariam, vsque ad Latinam. Videtur Nomen proprium, undecumque ductum sit, conf. Nardin. Rom. Vet. 3, 3.

RETRIMENTVM, i. n. [*ἀπίκρημα*] a Retero; sicut Detrimentum a Detero. Varr. de R. R. 1, 64, 1 Amurca quum ex olea est expressa, qui est humor aquatilis, ac retrimentum conditum in vas

100 ficiile. Excrementum foeculentum, et sterces notat Macrobi. 7, 4 In ventre fit prima digestio, cuius faex, retrimenta sunt, quae per intestina inferiora orificio trudente labuntur. Item, Aridiora retrimenta in aluum conuenire refert, humidiora in vesicam retrahi. Vrina est retrimentum potus Macrobi. ibid. c. 15. Haec, Recre-

105 menta a Celfo vocantur et Gellio, de quo f. l.

RETRO. Adu. [*ὀπίσθεν, ὀπίσω*] Contrarium est Ante. Ter. Heaut. 5, 1, 29 Est mihi vltimis conclusus in aedibus quoddam retro. Plin.

28, 6 Contra lippitudines retro aures fricare prodest. Retro ad Alpes versus iter mihi incidit Cic. Fam. 8, 15. Idem de Diuin. 1, 49 Tum visam beluam vastam, etc. praecepisseque vt pergeret protinus: quid retro, atque a tergo fieret, ne laboraret. Retro inhibita nauis Liu. 30, 10. Vocare retro aliquem Virg. Georg. 4, 495. Cic. Tusc. 5, 87 Vt omnia quae sine ea sint, longe et retro ponenda censeat. Ibid. 6 Quod tam longe retro respicere non possunt. Abduxere retro longe capita ardua ab ictu Virg. Aen. 5, 428. Abscedere retro, vid. ABSCEDO. Ambulare retro Plin. 7, 45: Cedere retro, siue vna dictione, vt aliis placet, Retrocedere. Liu. 8, 8 Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. Cedens retro Virg. Aen. 3, 496. Cic. de Nat. Deor. 3, 31 Cumque eadem vicissim retro Commeant. Dare retro, et Retro reddere Marcellus in l. Si quis duos D. de solution. Discedere retro Lucret. 4, 911. Ferre. Eloquentia retro se tulit Sen. Controu. 1 praef. Fluere retro amnes nostra vidit aetas Plin. 2, 103. Fugit retro Virg. Aen. 11, 405. Ire retro Hor. Carm. 3, 10, 10. Properare retro Ouid. Epist. 5, 31. Plin. in Paneg. 38 Cur enim posteris amplior honor, quam maioribus haberetur? curae retro quoque recurreret aequitas eadem? i. ad 20 maiores. Inde ad hunc orbem Redii, Vnde retro nemo Sen. Herc. Oet. v. 48. Referri retro Virg. Georg. 1, 200. Ruere retro Stat. Theb. 12, 19. Quinctil. 10, 3, 6 Expulsuri tela neruos retro Tendimus. Versa retro Virg. Aen. 10, 6. Retroago et plura id genus damus seorsim. ¶ 2 Frequenter ad tempus praeteritum refertur. Huc pertinet locus Plinii, quem modo dedimus in Recurrere retro. Sic Iul. Capitol. in Pertinace: Stipendia, inquit, plurimis retro debita exsoluit. ¶ 3 Retro, pro Contra, vel e conuerso: Ab imo ad summum ac retro, multi sunt gradus Quinctil. 11, 3, 15. Africanus in l. Si de eo D. de acqu. vel amitt. possess. Non ideo magis hoc tempore clam possidere me videri ait. Nam retro quoque, si sciens tuum non a domino emerim, etc.

RETRO AGO, ēgi, actum, ēre. [ἀναχωρίζω, ἀναποδίζω] Si tamen iunctim efferenda sunt talia. Plin. 7, 44 Aut quos non honores curusque illa sua violentia fortuna retroegit, per mediam urbem Censore tracto? Capillos retroagere Quinctil. 11, 3, 160. Expositionem Idem 2, 4, 15. Ordinem Quinctil. 12, 2, 10. Conf. Mela 3, 1.

RETROACTVS, a, um. Quinctil. 9, 4, 81 Dactylus retroactus vocatur Anapaestus.

RETROCEDO, ēre. Liu. 8, 8 Pede presso retrocedentes.

RETROCESSVS, ūs. m. Apul. Doctr. Plat. 1 p. 53 Processus et retrocessus, etc.

RETROCITVS, a, um. Lucret. 4, 546 Aut reboant raurum retrocita cornua bombum. i. retro flexa, retrocuruata, quae statim dabimus ex Plinio.

RETROCVRVATVS, a, um. Pontus Euxinus magno liturum flexu retrocuruatus in cornua Plin. 4, 12.

RETRODVCO, ēre. Vitruu. 10, 6 extr. Necessse erat rursus retroducere.

RETROEO, iui, ire. [ἀναχωρέω] Plin. 2, 16 Retroire incipiunt stellae. Ibid. Et retroire cogit vapor repercussas.

RETROFERO, fers, tūli, lātum. Retroferre se, pro Retrocedere. Seneca in praef. Decl. Nescio qua iniquitate et ad malum pronitate naturae eloquentia se retrotulerit.

RETROLATVS, a, um. Partic. Cod. Theod. 13, 1 Retrolatarum sanctionum auctoritas.

RETROFLECTO, ēre. Petron. 126 Frons radices capillorum retroflexerat.

RETROFLEXVS, a, um. Apul. Met. 3 p. 131, 40 Retroflexum effligere lapide gestit.

RETROGRADIOR, ēris, gressus sum, grādi. [ἀναχωρίζομαι] Plin. 2, 15 Ab his retrogradiuntur ad solem, et occasu vespertino delitefcunt. Idem 8, 15 Ob id retrograditur in pascendo.

RETROGRADVS, a, um. Adi. [ἀναποδίζων, ἀψορῆος] Vt, Retrogradum fieri Mercurium Plin. 2, 17. Firinic. 1 c. 2. Sidon. Epist. 8, 11.

RETROGRADO, āre. Mart. Capell. 8 p. 300 f. Eas retrogradare facit.

RETROGRADATIO, ōnis. f. Mart. Cap. 8 p. 298 Retrogradatione sui vicinia folis admotus.

RETROGRESSVS, ūs. m. Macrob. Saturn. 1, 17 Sol retrogressum agit.

RETROLEGO, ēre. Quinctil. Decl. 6 p. 80 Curua litora retrolego.

RETROPENDVLVS, a, um. Adi. Apul. Met. 5.

RETORSVS vel RETORSVM. Adu. [ὀπίσω, ἀπὸ τ' ὀπίσω] Retro versus. Plin. 6, 15 Ab ea gente retrorsus ad Cyrum amnem produntur ducenta viginti millia. Cic. de Nat. Deor. 2, 84 Nam ex terra, aqua: ex aqua oritur aer: ex aere, aether: deinde retrorsum vicissim, ex aethere, aer, inde aqua: ex aqua, terra infinis.

Hor. Epist. 1, 1, 75 Quia me vestigia terrent Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum. Conf. Varro L. L. 4, 30. Cedentem Impellit retrorsus in aequora pontum Sil. 11, 512. Retrorsum ad id tempus conuentionem reducere emtoris, quo venditor conuentus sit Vlpian. in l. Si ex duobus D. de peculio. Retrorsum se actio refert Vlpian. in l. Item illa, §. 1 D. de constituta pecunia. Reiectae retrorsum Hannibalis minae Hor. Carm. 4, 8, 16. Retrorsum homo mihi venit Africanus in l. Si duobus D. de diuersis praescriptionibus. Retrorsum valere dicuntur argumenta, quae reciproca sunt. Quinctil. 5, 9 Sed quaedam et retrorsum idem valent: vt videre hominem qui spirat, et spirare qui viuuit.

RETORSVS f. RETROSVS, a, um. Adi. [ὀπίσωθεν] Plin. 10, 26, 9 cum agit de remediis aduersus panos, Experti affirmare, plurimum referre si (inguinariam herbam, etc.) virgo imponat nuda, ieiuna ieiuno, et manu supina tangens dicat, Negat Apollo pestem posse crescere, quam nuda virgo restinguat! atque ita retrorsa manu ter dicat, totiesque ambo despuant. Apul. Met. 2 p. 117 Denique sae-

pe retrorsa respiciens substitit. *i. Reflexa, obliquata.* Vid. Idem 4, 143. Compar. Retrorsiores primoribus vestris sapientibus Tertull. Apol. c. 19. *i. vetustiores.* Retrorsiores videtur deberi Meursio. Editi, credo, omnes Retrorsiores a retro.

5 RETROSĔCVS. Adu. Tacit. Germ. 38, 3 Apud Sueuos vsque ad canitiem horrentem capillum retrosesus. Conf. Voss. Erym. p. 461.

RETROSPĪCIO, ěre. Vitruv. 9, 4 sub fin. Orientis orbem Sol retrospiciens.

RETROTRAHO, ěre. Cum omnis ratihabitio prorsus retrotrahatur Iustin. Cod. 4 t. 28 l. 7. Idem quasi sursum versus retroque trahatur Cic. Partit. Orat. 24 c. 7. *al. dicatur.*

RETROTRIMĔTER, tri. m. Quinctil. 9, 4, 90 Sol adeo adiungat retrotrimetros. Sed diuissim recte legitur: *pertinet enim ad adiungat.*

15 RETROVEHO, ěre. Senec. Herc. fur. 817.

RETROVERSVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 4, 655 Ipse retrouersus squallentia prodidit ora. Conf. Solin. 4. et Lactant. 1, 16.

RETROVERSVS, RETROVERSVM. Adu. Haec colonia retrouersus crescit, tanquam coda vituli Petron. c. 44. Retroursum cedam Plaut. ap. Non. 2, 592. Numero retrouersum cedente Macrobr. Sat. 1, 17. Rursum, est retrouersum: vt prorsum, prius versus Donat. ad Ter. Adelph. 1, 1.

RETROVERSIM. Adu. Retroursum cedere Cl. Mamert. 1, 7.

RETROVDO, si, sum, ěre. [*ἀνωθίω*] Retro trudere. Plaut. Epid. 2, 2, 64 Coepi rursum vrsus ad illas pauxillatini accedere, quasi retruderet hominum me vis inuitum. Sulp. Seuer. Vita Martin. c. 4 Retrudi in custodiam iubetur.

RETROVSVS, a, um. Partic. Cic. Verr. 1, 7 c. 3 Simulacra iacent ab isto retrusa atque abdita. Cic. de Orat. 1, 87 c. 19 Haec autem esse penitus in media Philosophia retrusa atque abdita, quae isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent.

RETVNDO, tūdi, tūsum, ěre. [*ἀνακόπτω, ἀμβλύνω*] Repercute-  
re, cuspidem vel aciem alicuius rei usu nimio vel alio casu perstringere, atque hebetare. Plin. 16, 40 Argumentum afferunt, quod citissime ascias retundat. Ferrum retundere iugulis Lucan. 6, 61. Cic. in

35 Catil. 3, 2 c. 1 Idemque gladios in Rempubl. districtos retudimus, mucronesque eorum a iugulis vestris reiecitimus. Idem pro Cluent. 123 c. 44 Ne Censorium stilum, cuius mucronem multis remediis maiores nostri retruderunt, aequae posthac atque illum Dictatorium gladium pertimescamus. Improbiter alicuius retundere, Reprimere Quinctil. 6, 4. Linguam et sermones quorundam Liu. 33, 33. Conf. Cael. ad Cic. Fam. 8, 6. Cic. pro Domo 63 In me omnia quae ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhaeserunt. Cic. Att. 16, 14 In praesentia belle iste puer retundit Antonium, b. e.

40 Reprimit.

RETVSVS vel RETVNSVS, a, um. Partic. [*ἀμβλυνθείς*] Columel. 4, 24 extr. Quod euenit in retuso et crasso ferramento. Aurum retusum hebeti mucrone Lucret. 5, 1273. Ferrum Hor. Carm. 1, 35, 39. Plaut. Pseud. 1, 2, 26 At haec (securis) retunsa est.

50 LE. Sine fiet: itidem vos quoque estis plagis omnes (nempe retunsi) Tela Ouid. Met. 12, 456. Plaut. Pseud. 4, 4, 8 Mihi cor retunsum est oppugnando pectore. Ita sollicitudine et anxietate palpitauit et trepidauit mihi cor, vt frequenti ad pectus appulsu retunsum videatur. Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36 Et sunt partes agrorum aliae pestilentes, aliae salubres, aliae quae acuta Ingenia gignant, aliae quae retusa. Sil. 16, 21 — Rebusque retulis Fidas ductoris tenuit reuerentia mentes. *i. Fractis, et aduersante fortuna.*

55 RETVRO, ěre. Recludere, contrar. obturare. Varro Agathone, Pueri obscenis verbis nouae nuptae aures returant. Non. Marc. 4, 330. Nempe ante hoc tempus verbis nudis et obscenis aures virginum obturatae et occlusae.

## R E V

65 REVALEO, ěre. vel REVALESCO, ui, ěre. [*ἀναρρώσκειν*] Valitudinem recipere. Gell. 16, 13 Quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo reuauisset. Ouid. Epist. 21, 231 Ne tamen ignores ope qua reualefcere possis. Conf. l. 28 §. 3 ff. de vsur.

70 REUANESCO, ěre. [*ἀναφανίζομαι*] Iterum euanescere, et in nihilum redigi. Ouid. Amor. 2, 9, 27 Quum bene pertaesum est, animique reuanuit ardor, Nescio quo miserae turbine mentis agor.

REVEHO, xi, etum, ěre. Reducere. Plaut. Bacch. 1, 1, 9 Vt vbi emeritum sibi sit, se reuehat domum. Liu. 3, 70 Conficerent equos virosque, ne quis veheretur inde ad praelium, aut integraret

75 pugnam. Stat. Theb. 2, 734  
Figamque superbis  
Arma tholis, quaeque ipse meo quaesita reuexi  
Sanguine.

Aliquem domum reuehere Hor. Epod. 13, 16. In castra reuectus

80 Consul Liu. 2, 47. Curru reuectus est triumphali Plin. 7, 26. Equo reuehi Liu. 34, 15 pr. Famam reuehere Plin. Epist. 177. Manus reuehere, Reducere exercitum Senec. Med. 7. Pecuniam ex re vendita reuehere, pro Colligere Liu. 35. Praedam reuehere Idem 1, 35. Metaphor. Cic. de Clar. Orat. 225 Sed ad paullo superio-

85 rem aetatem reuecti sumus, nunc ad eam, de qua aliquantum locuti sumus, reuertamur.

REVELO, ěre. [*ἀποκαλύπτω*] Contrarium est suo simplici Velo, quod Tego significat. Frontem reuelare Tacit. Germ. 31, 2. Tempus omnia reuelat Tertull. Apol. c. 7.

90 REVELĀTVS, a, um. Partic. Vt, Os reuelatum Ouid. Fast. 6, 619.

REVELATIO, ōnis. f. [*ἐπιφάνεια, ἀποκάλυψις* Gloss. Lat. Gr.] Vt, Reuelatio pudendorum Arnob. 5 p. 182. Augustin. Confess. 9, 10 Somnia et imaginariae reuelationes. Conf. Hieron. Epist. 25, 2. Tertull. adu. Marc. 5, 4.

95 REVELAMEN, inis. n. Zeno Veron.

REVELATOR, ōris. m. Nec reuelator ipse erit, qui absconditor non fuit Tertull. contra Marc. 4, 25.

REVELATORIVS, a, um. Adi. Prophetica, reuelatoria, aedificatoria Tertull. de Anima c. 47.

100 REVELLO, velli et vulsi, vullum, ěre. [*ἀποσπῆω, ἀνασπῆω*] Vellendo separare, atque adeo auferre, detrahere. Columel. 2, 3 Boues quum ab opere disiunxerit, substrictos confricet, manibusque comprimat dorsum, et pellem reuellat, nec patiatu corpori adhaerere. Cic. Verr. 4, 124 Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus, re-

105 vellit, atque abstulit. Acies reuellunt signa Lucan. 7, 77. Claustra

stra reuelleret et effringere multorum fores Cic. Verr. 4, 52 c. 23. Et Liu. 5, 21 Reuelleret claustra portarum. Humum reuellit dente Ouid. Amor. 3, 10, 14. Tabulam reuelleret, in qua nomina ciuitate donatorum incisa sunt Cic. Fam. 13, 37. Titulum chartae de fronte reuelleret Ouid. ex Pont. 4, 13, 7. Cic. in Pison. 25 c. 11 Et absentem principe Cn. Pompeio referente, et de corpore Reip. tuorum scelerum tela reuelleret, reuocarunt. Idem pro Caecin. 70 Nam qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit non modo iudiciorum, sed etiam vtilitatis, vitaeque communis. Stat. Silu. 3, 2, 57 describit discessum amicorum altero nauigante

Saeuus ubi e puppi longo clamore magister  
Dissipat amplexus, atque Oscula fida reuellit,  
Nec longum cara licet in ceruice morari.

*Metaphor.* Cic. Philipp. 13, 26 In quibus tu es videlicet consularis, cuius totus consulatus est ex omni monumentorum memoria reuulsus: 15  
Dum veteres auias tibi de pulmone reuello Perf. 5, 92. i. *superstitiones te dedoceo ab auis haustas.* Reuelli habet Virg. Aen. 12, 787 etc. Ouid. Epist. 6, 104. Et Cic. Att. 5, 20 Perillustres fuimus et omnes iniurias reuelimus superiores. Pass. Lucret. 1, 602 Quae quoniam per se nequeunt constare: necesse est, Haerere: ut nequeant vlla ratione reuelli. Reuellatur penitus falsorum recepta persuasio Sen. Epist. 95.

REVULSVS, a, um. Partic. [*ἀρροαδῆς*] Ut, Axis reuulsus temone Ouid. Met. 2, 316. Caput a ceruice reuulsus Virg. Georg. 4, 523. Fores Templi reuulsae Suet. Calig. c. 6. Gradi- 25  
bus reuulsis, sublato aditu Cic. in Pison. 23. Ianua effracta et reuulsa Cic. pro Muraen. 33 c. 15. Limen reuulsus tellure Ouid. Met. 12, 281. Saxum e monte reuulsus Idem ibid. 12, 341. Statuae reuulsae iacentesque Cic. Verr. 4, 144. Tabula reuulsa Idem ibid. 4, 112. 30

REVULSIO, ōnis. f. [*ἀρροασμα*] Plin. 13, 12 de charta ex papyro, Sed ratio deprehendit vitium vnius schedae reuulsione plures infestante paginas.

REVENDO, vendidi, venditum, ēre. *Iterum vendere.* Vlpian. in l. Iulianus, D. de bonis libertorum, Iulianus ait, si patromus libertatis causa inposita liberto reuendiderit, filium eius a bonorum possessione submoueri. Paulo post, Quoties pater eius donum, munus, operas liberto reuendiderit. 35

REVĒNEO, ire. *Iterum venire, rursus vendi.* Neratius in l. Lege fundo vendito dicta D. de lege commissoria, Sed si fundus reuendisset: Aristo existimabat, venditori de his iudicium in emptorem dandum esse. 40

REVĒNIO, vēni, ventum, ire. [*ἐπανερχομαι*] Reuertī. Plaut. Amphit. 1, 1, 33 Victis hostibus legiones reueniunt domum. Idem Capt. 2, 3, 87 Et tua huc ornatus reueniam ex sententia. Cic. de Orat. 1, 175 c. 38 Quum miles domum reuenisset, egissetque lege in hereditatem paternam. Conf. Ibid. c. 40. Postquam Alexandria reuenerit Apul. Apol. p. 311. Reuenire ex aliquo loco Tacit. Ann. 3, 24 extr. Reuenire in gratiam Plaut. Stich. 1, 3, 8. Rursus reuentum in gratiam Plaut. Amph. 3, 2, 61. 50

REVENTVS, ūs. m. Macrob. Saturn. 2, 14 Suo post inde reuentu.

REVERA, Ablatiuus ex Re et Verum, vid. RES, rei.

REVERBERO, āre. *Repellere.* Senec. de Clement. 2, 5 Omnem fortunae impetum reuerberabit, et ante se franget. Columel. 3, 13, 55

7 Ne humus incrementa radicum duritie sua reuerberet.  
REVEREOR, ēris, veritus sum, ēri. [*αἰδέομαι, ἐτρέπομαι*] Timere, vereri, Honorare. Ter. Phorm. 1, 5, 3 Age, mitto imperium, non simultatem meam reuereri? saltem non pudere? etc. Haec eadem verba refert Cic. Att. 2, 19. Ter. Hec. 3, 1, 10 Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile scio reuerituras. Difficile est primum virtutem reuereri, qui semper secunda fortuna sit vsus Auctor ad Herenn. 4, 17. Lectum reuerere parentis Ouid. Epist. 4, 127.

Cic. de Inuent. 2, 66 c. 22 Obseruantiam per quam aetate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur et colimus. Reuereri, Genitiuo iunctum: Varro Sardis Venalibus: Non te tui saltem pudet, si nihil mei reueretur? apud Nonium 9, 3 ubi Genitiuum pro Accusatiuo poni multis exemplis docet. Reuereo et Reuereor Priscianus p. 799. refert inter ea, quae tam Aelia, quam Passua voce vnum atque idem significant. 70

REVĒRENS, ior, issimus. [*αἰδόμενος*] Participium est, qui defert, siue habet honorem. Dicam, non reuerens assentandi suspitionem Cic. de Orat. 2 c. 28. Alias fere Nominis vicem subit. Plin. Epist. 6, 17 Nisi forte aliud iudicas tu: quamquam quis vno te reuerentior huius operis? quis benignior aestimator? Idem Epist. 10, 18 Probum, industrium, atque inter ista reuerentissimum mei. Quis enim vel vno die reuerentior Senatus candidatus, quam tu, cum omni vita, tum illo ipso tempore, quo iudicas de candidatis? Plin. in Paneg. 69, 3. Illa nulla est reuerentior deorum Ouid. Met. 1, 323. al. Metuentior. Sermo erga patrem reuerens Tacit. Hist. 1, 17, 1. 80

Florus tum de eo qui exhibet, tum qui meretur reuerentiam. De illo 2, 12, 11 Nec reuerentior captae maiestatis alius Paulo fuit. De hoc 4, 12, 66 Sanctius et reuerentius visum est nomen Augusti.

REVERENDVS, a, um. Partic. [*αἰδέος, αἰδενός*] Ut, Canities reuerenda Claud. de Rapt. Proserp. 3, 12. leg. Lucida. Nox reuerenda specie tenebrarum Ouid. in Ibin 73. Superl. Reuerendissimum, habent Impp. Honor. et Theod. Cod. 1 t. 55 l. 8. et Inscriptio Christiana apud Fabrett. p. 145.

REVERENTIA, ae. f. [*ἐντροπή, αἶδος, σέβας*] Honor, quem tam verbis, quam factis alicui exhibemus. Cic. Off. 1, 99 c. 28 Adhibenda est igitur quaedam reuerentia aduersus homines. Magna fuit quondam Capitis reuerentia cani Ouid. Fast. 5, 57. Propert. 3, 13, 13 Nulla est postcendi, nulla est reuerentia dandi. Claustra pudoris et reuerentiae refracta Plin. Epist. 2, 14 ad Maximum. Plin. Epist. 5, 3, 8 Qui recitat, aliquanto acrius scriptis suis auditorum reuerentia intendit. Vultu placido decens reuerentia Ouid. Fast. 5, 23. Famae reuerentia Idem Met. 9, 555. Imperii reuerentia Tacit. Hist. 1, 55, 4. Columel. 11, 1, 10 Nisi magnitudo rei peperit reuerentiam vel discendi, vel profitendi paene immensam scientiam, b. e. Timorem. Sacramenti reuerentia Tacit. Hist. 1, 12, 1. Ab- 10  
sit reuerentia vero, i. Secedat personae respectus, et omnis pudor, ubi quid ex fide narratur Ouid. Epist. 5, 11. Adhibere reuerentiam, vid. ADHIBEO. Amittere reuerentiam, Pass. de eo, quem non reuerentur sui vid. AMITTO. Constat magistratibus reuerentia, vid. CONSTO. Debetur reuerentia parentibus Quintil. 11, 1. Iu- 10

- ven. Sat. 14, 44 Maxima debetur puero reuerentia, si quid Turpe paras. Exuere reuerentiam imperii Tacit. Hist. 1, 55, 4. Inferuire reuerentiae alicuius, b. e. *Deferre honorem* Plin. in Paneg. extr. Obstat nobis reuerentia personae Quinctil. 9, 2. Praestare reuerentiam Plin. Epist. 3, 8. Remisit libertas reuerentiam Stat. Silu. 1, 6, 45. Rumpere sacramenti reuerentiam Tacit. Hist. 1, 12, 1.
- REVERENTER, Adu. [*αἰδημόνως*] Honorifice. Plin. Epist. 7, 31 Idem quam reuerenter, quam fideliter amicos colat, multorum supermis iudiciis, etc. Suet. Octau. c. 93 Peregrinarum caerimonia- rum, sicut veteres ac praeceptas reuerentissime coluit, ita caeteras contemtui habuit. Aufonius Epigr. 8 Fortunam reuerenter habe, quicumque repente Diues ab exili progrediendi loco. Compar. Plin. Epist. 8, 21 Lego enim omnia, ut omnia emendem: quod contingere non potest, electa recitantibus. At illud modestius, et fortasse reuerentius, sed hoc simplicius, et amantius, vid. Idem Paneg. 25, 1. Superl. Suet. Neron. c. 23 Reuerentissime alloquebatur. Conf. Plin. Epist. 10, 32.
- REVERTVS, a, um. Gell. 11, 11 Nigidium Cicero summe reueritus. Curt. 6, 2, 8 Fortunam captivae reueritus. Idem 20 3, 13, 17 Regis vicem reueritus.
- REVERECVNDYTER, Adu. Ex Ennio apud Priscianum 15 p. 1010 extr.
- REVERGO, ēre. In aliorum commoda reuergit Cl. Mamert. in Epp. Sid. Appollin. 4, 2.
- REVERRO, ēre. Reuerram hercle hoc, quod conuerri modo Plaut. Stich. 2, 2, 64. Parasitus, operam dederat verrendae et purgandae domui: audit venisse parasitos alios: ergo retractare vult operam suam.
- REVERTOR, ēris, versus sum, ti. [*ἀναστρέφω, ἰμωστρέφω, ἀναχωρῶ, ἀναστρέφω*] Retro, domum suam vertere se, et redire. Ter. Heaut. 1, 1, 70 Domum reuertor moestus. Caes. Bell. Gall. 1, 54 Suevi, qui ad ripas Rheni venerant, domum reuertii coeperunt. Domum reuertens sera nocte Virg. Georg. 4, 132. Iterum reuertii Idem Aen. 6, 720. Cum laude reuertii Ouid. Met. 13, 248. Vnde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reuertii Cic. pro Muraen. 89 c. 41. Ad pristinum actum Plin. Epist. 10, 37. Cic. Verr. 3, 109 Ad illam quam institui causam frumenti ac decumarum reuertar. Ad diem Caes. Bell. Gall. 6, 32. Cic. de Finib. 2, 104 c. 32 pr. Sed ut ad propositum reuertamur, etc. nunc totum illud concludi sic licet. Ad vitam Lucret. 2, 960. In ciuitatem Cic. Fam. 6, 6. In gratiam cum aliquo Liu. 8, 35. Eo reuertii, vnde egressus es Quinctil. 2, 4. Cic. de Fato 7 Sed Posidonium, aequum est, cum bona gratia dimittamus: ad Chryssippi laqueos reuertamur. *Locus de Chryssippo cum aliis in hoc libro perit.* Reuertus sum pro Reuertii. Minus diebus triginta in Asiam reuersus est Nep. 2, 5, 2. Hirt. de Bell. Hisp. c. 13 Qui cum in oppidum reuersi essent. Conf. Ibid. c. 18. Phaedr. 4, 13, 10 Sero domum est reuersus. vid. Borrich. Vind. p. 204. *Dispositi Collectanea in Phaedr. p. 262.*
- REVERTO, ti, ēre. [*μεταστρέφω*] Actiue, saepe apud Ciceronem legitur: sed non nisi in Praeterito, aut in temporibus a Praeterito formati, cum altera forma in his abstineat, in praesentibus autem non alia quam deponentiali utatur. Sed Non. 7, 68 Reuertit (Praesenti tempore) Pomponius Maiali, Coenam quaeritat: si enim nemo vocat, reuertit maestus ad menam miserum. Lucret. 3, 1073.
- Exit saepe foras magnis ex aedibus ille, Esse domi quem pertaesum est, subitoque reuertit: Quippe foris nihilo melius qui sentiat esse.
- Idem 5, 1152 Circumretit enim vis atque iniuria quemque, Atque vnde exorta est, ad eum plerumque reuertit. *Sed reuertimur ad Ciceronem.* Is Fam. 3, 10 Conscendens iam nauem, Epheso Laodiceam reuertit. Idem Off. 3, 45 c. 10 Vas factus est alter sistendi eius: ut si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Cic. Att. 8, 3 Ipse ne quo inciderem, reuertii Formias. Legati Ameriam, re inorata, reverterunt Idem pro Rosc. Amer. 26 c. 9. Ad illum animum meum reuertii pristinum Cic. Fam. 10, 28. Reuertendi, [*τῷ ἀναστρέφω*] Ouid. Epist. 1, 80 Neue reuertendi liber abesse velis.
- REVERTENS, entis. Partic. Virg. Georg. 1, 274 — Lapidemque reuertens — reportat. Ib. 427 Luna reuertentes cum primum colligit ignes. *Controversus est locus* Cic. Tusc. 73 c. 30 Itaque dubitans, circumspiciens, haesitans, multa aduersa reuertens, tanquam ratis in mare immenso nostra vehitur oratio. *Laborat* Turn. 10, 14 *in explicanda hac lectione, et eo euadit, ut multa aduersa aduerbialiter accipiat pro multum huc illuc, antrorsum et retro se vertens etc. Facilius certe et planior est lectio, quam ex MSS. etiam asseruit Davisius,*
- 75 reuerens, i. metuens.
- REVERSVS, a, um. Partic. Manil. 5, 464 Sol reuersus. Adde Sallust. apud Non. 1, 232. et Caes. Bell. Gall. 6, 41.
- REVERSVRVVS, a, um. Partic. [*ἀναστρέφω*] Ouid. de Arte Am. 1, 340 Poena reuersura est in caput ista tuum.
- 80 REVERSIO, ōnis. f. [*ἀναστροφή, ἀναχώρησις, ἐπιστροφή*] Cic. Philipp. 1, 1 Exponam vobis breuiter consilium et profectionis et reversionis meae. Reuersio et Reditus nonnihil differre videntur. Cic. Att. 16, 7 de eadem re, de qua locum ex Philippica protulimus, Diu immortales quam valde ille reditu, vel potius reuersione mea laetatus, 85 effudit illa omnia, quae tacuerat. *Qui regreditur ante quam eo perueniat, quo animum intenderat, is non redire dicitur, sed reuertii: redire autem, qui coeptum iter absoluit.* Reuersione igitur, quia quum processisset, ab austro retro versus est: id quod ipse luculentissime dicit in ipso statim initio huius epistolae. Febrium reuersio et motus Cic. de 90 Nat. Deor. 3, 24. Temporum reuersiones Apul. Doctr. Plat. 1 p. 7.
- REVERTICVLVM, i. n. Ut, Solis annua reuertacula Apul. Florid. 4. Et Met. 3 p. 134, 12 Lusus ille quem — per annua reuertacula celebramus.
- REVERSOR, āri. Veget. Mulom. 3, 11 Si dysenteria iumentum 95 apprehenderit, reuersatur eius extalis, i. intestinum reclum excidere et conuerti solet. Vulg. Int. Hofe. 7, 8 Panis subcinericius, qui non reuersatur, ἢ μεταστρέφόμενος, qui non verti et versari solet.
- REVERSATVS, a, um. Part. Plin. Valer. 1, 23 Reuersata prius palpebra.
- 100 REVESTIO, ire. Despectum victor sua luce reuestit Tertull. f. Cyprian. in Marc. c. 5.
- REVESTITVS, a, um. Part. Reuestitos voluit eadem substantia, qua fugerant exuti Tertull. de Resurr. c. 42.
- REVIBRO, āre. Instar speculi radios reuibrare Mart. Capella 2 105 p. 41. Add. Idem 8 p. 273.

REVIBRATVS, ūs. m. Mart. Cap. 2 p. 27.

REVIBRATIO, ōnis. f. Lunam solis lumine accepto lucere nonnulli existimant reuibratioe Hygin. de Planet. 4, 14.

REVIDEO, ěre. Nunc ad horam reuidebo Plaut. Truc. 2, 2, 65. Ut cito felices vos reuidere queam Fortunat. l. 10.

REVIGEO, ěre. aut REVIGESCO, ěre. Multa saecula post reuiguit Pythagoreorum nomen Cic. Tusc. 1 c. 16 *sec. Non. 9, 12. al. sic viguit.* Hunc similem sancti status reuigescere certum est Iuuen. Hist. Euang. 2, 204.

REVILESCO, ěre. *Vile fieri.* Sen. de Tranquill. Vitae c. vlt. 10 Sed nec virtuti periculum est, ne admota oculis reuilescat.

REVINCIO, vixi, vinctum, ěre. [*ἀναδεσμῶν*] *Retro vincire, vel Vehementer et arcte vincire.* Virg. Aen. 2, 57 Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum. Caes. Bell. Gall. 7, 23 Reuincuntur retrorsus, et multo aggere vestiuntur. Latus ense reuincit

Propert. 3, 14, 11. ¶ 2 *Idem quod resolvere vinctum esse videtur* Columel. 1, 8, 16 Num villicus aut alligauerit quempiam domino nesciente, aut reuinxerit. Nam vtrumque maxime seruare debet, vt et, quem paterfam. tali poena multauerit, villicus nisi eiusdem permisso compeditus non eximat; et quem ipse sua sponte vinxerit, ante quam sciat dominus non resoluat.

REVINCIENS, entis. Partic. *Vt, Mentem amore reuinciens* Catull. in Epithal. Iul. l. 59 (62) 33.

REVINCTVS, a, um. Partic. Lucret. 5, 554 Nisi esset Partibus aëriis mundi, caeloque reuincta.

REVINCIO, vici, victum, ěre. [*ἐξελέγχω*] *Convincere et confutare.* Cic. pro Arch. 12 c. 6 Quare argumenta, si qua potes: nunquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio reuincetur. Revincere crimen verbis, aut rebus Liu. 6, 26. An confutabunt naves oculine reuincunt? Lucret. 4, 490. Reuinci in culpa Gell. 6, 2.

Insimulari quiuis innocens potest, reuinci nisi nocens non potest Apul. Apol. . . . Conf. Idem de Syllog. Categ. p. 378. Revincere, *Vicissim vincere et superare.* Lucret. 1, 587 — Nam si primordia rerum Commutari aliqua possent ratione reuincta. *i. Vicissim superata.*

REVICTVS, a, um. Partic. Tac. Ann. 15, 73 Coniuratio reuicta. *i. conuicta.* Apul. Met. 8 p. 205, 36 Simulante reuicta

Charite suscipit. *i. conuictam se simulans.* Vires reuictae cadunt Lucret. 5, 410. *i. denuo victae.* Apul. de habitud. doctrin. Plat. p. 637 *Floridi, Vniuersalis propositio vtrius (dedicatiua, i. affirmans pariter et Abdicatiua) particularem suam (subordinatam) comprobata vtique confirmat: reuicta non vtique infirmat.* Haereses reuictae Tertull. de Praescript. c. 35.

REVICTIO, ōnis. f. Apul. de Syllog. Cat. p. 377 Vtriusuis harum reuictio confirmat alteram. *i. refutatio; vna falsa, altera vera.*

REVINCIBILIS, e. Adj. *Quod reuinci s. refutari potest.* Materiae literis sacris reuincibiles Tertull. de Resurr. Carn. c. 63.

REVIRESCO, ui, ěre. [*ἀναθάλλω, ἀναθάλω*] *Iterum virefcere.* Columel. 2, 1 Non est ergo exiguarum frugum, causa terrae vetustas, si modo quum semel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuirescere nec repubescere potest. Siluae laesae reuirescunt Ouid. Met. 2, 407.

Reuirescere, *per translationem, pro Reuiviscere et renouari ac renasci.* Cic. de Prouinc. Consul. 34 c. 14 Impolitae vero res, et acerbac, si erunt relictac, quamquam sunt abscissae, tamen effert se aliquando, et ad renouandum bellum reuirescent. Id. 55

Att. 15, 13 Ille enim nunquam reuivisset, nos timor confirmare eius acta non coëgisset. Arte suum parili reuirescere posse parentem, *i. Reiuuiescere* Ouid. Met. 7, 305. Pignore laudis reuirescens, *Gaudens, et animum recipiens ob promissa* Sil. 8, 228. Pars credentis toruos patrii reuirescere vultus Idem 15, 134. Conf. Heinsf. et

Drakenb. ad h. l.

REVIREO, ěre. Albinouan. de morte Maecen. 113 Redditur arboribus florens reuirementibus aetas.

REVIRIDO, ěre. *Idem.* Vulg. Int. 4 Esdr. 5, 36.

REVISCERO, ěre. *Vnde*

REVISCERATIO, ōnis. f. Oportebit ossium quoque credi reuiscerationem et respirationem Tertull. de Resurr. Carn. c. 30. *i. futurum, vt carnibus iterum vestiuntur ossa.*

REVISITO, ěre. [*ἀνεπισκέπτομαι*] *Iterum visitare.* Plin. 18, 3 Nundinis urbem reuistabant.

REVISIO, si, sum, ěre. [*ἀνεπισκέπτομαι*] *Redire ad videndum.*

Ter. Eun. 5, 4, 1 Reuiso quidnam Chaerea hic rerum gerat. Cic. Att. 1, 14 Reuise nos aliquando. Eidem 12, 49 Quare quum poteris, reuises nos. Add. Idem Fam. 1, 10, 3. Saepius aliquem reuisere Virg. Ecl. 7, 67. Conf. Hor. Epist. 1, 7, 12. Agrum

saepe reuisere Columel. 1, 4. Domos Liu. 7, 39. Ad aliquem Gell. 13, 30. *it.* 7, 17. Sedes suas Virg. Aen. 1, 419. Urbem Lucret. 3, 1080. Crebra reuifit ad stabulum mater vituli

Lucret. 2, 360. Ad hanc quia signa reuifunt Idem 5, 635. Furor reuifit, *Redit* Lucret. 4, III.

REVIENS, entis. Partic. Catull. 65, 376 Non illam nutrix orienti luce reuifens. Ibid. 387 Saepe pater diuim templo in fulgente reuifens. Virg. Aen. 11, 426 — Multos alterna reuifens

Lusit, et in solido rursus fortuna locauit.

REVISIO, ōnis. f. Claud. Mamert. ad Sidon. Epist. 4, 2 Reuifis

onis potestas intercluditur.

REVIVISCO, vixi, ěre. [*ἀναβιώω, ἀναζωπυροῦμαι*] *Rursum vivum fieri.* Cic. de Finib. 4, 61 c. 22 Quid si reuiviscant Platonici illi, et deinceps illi, qui auditores eorum fuerunt, et tecum ita loquantur? Is vbi galli cantum audiuit, auum suum reuixisse putat Cic. in Pison. 67 c. 23.

*Per translationem.* Cic. Fam. 4, 4 Vt speciem aliquam viderer videre quasi reuivifcentis Reip. Et Philipp. 7, 1 Senatam dolent ad auctoritatis pristinae spem reuivifcere. Plin. 11, 28 Nullis eorum pennae reuivifcunt auifcae. Reuivifcere, respirare a metu caedis, emergere a fluctibus seruitutis Cic. de Arusp. Resp. 48. 95

Anima moribunda reuixit ab alloquiis Ouid. Trist. 4, 5, 3. Adventu nostro reuivifcunt iustitia, abstinentia clementia tui Ciceronis Cic. Att. 5, 16. Ad verba alicuius reuivifcere Ouid. ex Pont. 1, 3, 9.

REVIVO, ěre. Paull. Nolan. de obitu Celsi pueri 563 Omnes in qua vixerunt carne reuivent.

REVIVIFICATVS, a, um. Tertull. de Resurr. Carn. 19 Redanimatus et reuivifcatus Deo.

REVNGO. *Vnde*

REVNCTOR, ōris. m. *Minister et mediastinus eorum medicorum, qui iatralipticen, hoc est reuivifcatoriam medicinam tractabant.* Plin. 29, 1 105

Prodicus Selymbriae natus, discipulus eius, instituens quam vocant iatrolepticon, reuocantibus quoque medicorum, ac mediastinis vegetigal inuenit.

- REVOCO, ÆRE. [*ἀνακαλέω*] *Interdum est retro vocare euntem, vel absentem: interdum vicissim vocare, qui nos vocauit: interdum retractare, et irritum voce sua facere aliquid. Alias etiam multas parit formas dicendi: quae non nisi exemplis cognosci possunt omnia.*
- Plaut. Merc. 2, 4, 6 Mane, mane obsecro Charine. C. qui me reuocat? Cic. pro Quint. 83 Reuocares eum, quem in Galliam miseris? Repetere et reuocare aliquem Cic. pro Domo 44. Vnde tu me ex iure confertum vocasti, inde ibi ego te reuoco Cic. pro Muraen. 26. *Verba iuris.* Ter. Eun. 1, 1, 4 Excluit: reuocat. Cic. Ac. 4, 11 c. 4 Philosophia, quae nunc prope dimissa reuocatur. Plin. Epist. 3, 5, 12 Memini quendam ex amicis, quum lector quaedam perperam pronunciaisset, reuocasse, et repeti coegisse: huic auunculum meum dixisse, Intellexeras neupe? quum ille annuisset, Cur ergo reuocabas? Sic ipse Cic. pro Sext. 120 c. 56 Reuocabatur ab vniuersis Roscius in scena agens, i. repetere iuebatur, quod placuerat. Et 123 c. 58 Millies reuocatum est. Plura ad h. l. Abram. Cic. pro Arch. 18 c. 8 Quoties ego hunc vidi — magnam numerum optimorum versum — dicere ex tempore? quoties reuocatum eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis? Sed Ouid. Met. 9, 617 Si facta mihi reuocare liceret. h. e. Si possem efficere, ut facta essent infecta. Vlp. in l. Si quis postea D. de iudiciis, In ea causa ius reuocandi forum non habebit. renunciandi foro semel agnito. Promissum reuocare, Negare quod promissas Seneca de Benef. 4, . . . Quaestio reuocatur inter easdem personas, quum eadem res, quae priore iudicio petita fuit, secundo petitur. Vlp. in l. 3 D. de except. rei iud. Quoties inter easdem personas eadem quaestio reuocatur, vel alio genere iudicii. Seneca Epist. 51 Robora in rectum, quamuis flexa, reuocabis. i. corriges. Cic. Verr. 3, 213 An me ad M. Antonii aestimationem frumenti, exactioremque pecuniae reuocaturus es? h. e. Illam iuebis considerare, et cum tua comparare. Dicesne mihi, te imitatum fuisse Antonium in exactiōne pecuniae, et simile Antonio aliquid fecisse, quod ad aestimationem frumenti attinet? Reuocare, auctore Nonio 2, 751 Per vices mutuo vocare. Varr. Sexages. Qui nobis ministrarunt pueri diebus festis cicer viride, qui nos prouocare ac vocare cum audeant, nos illos reuocare timemus. Cic. pro Rosc. Am. 52 c. 18 Domum suam istum non fere quisquam vocabat; nec mirum, qui neque in vrbe viueret, neque reuocaturus esset. Lactant. 6, 12 Idem Deus praecepit, vt, si quando coenam parauerimus, eos in conuiuium adhibeamus, qui reuocare non possunt, et vicem reddere. Conf. Phaedr. 1, 27, 3. et Turneb. Aduers. 28, 13. Reuocare, Instaurare. Suet. Claud. c. 22 Item circa omnium ordinum statum, domi forisque, aut correxit, aut exoleta reuocauit, aut etiam noua instituit. ¶ 2 Cum Praepositionibus varie ponitur. Ab armis ingenium reuocatur Ouid. Amor. 2, 18, 11. Cic. Att. 3, 15 Quod si non modo tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeii minus liberali responso perterritum a turpissimo consilio reuocaret, etc. A contagione omni vitiorum reprimis te ac reuocas Plin. Pan. 83, 2. A cupiditate reuocare Cic. pro Cluent. 12. Idem Verr. 2, 99 Commouentur amici Sthenii, sperant fore, vt patris literis nuntiisque, filius ab incepto furore reuocetur. Idem pro Lege Manil. 40 Non avaritia ab instituto cursu ad praedam aliquam reuocauit. al. Deuocauit. Conf. Ter. Phorm. 5, 6, 8. Ab errore lapsos Quintil. 2, 6. Ab exilio Plin. 7, 30. Cic. pro Milon. 80 c. 29 Etiam si propter amicitiam vellet illum ab inferis reuocare, propter Reimp. non fecisset. Plin. 7, 44 A limine ipso mortis reuocatus. Idem 23, 6 Dysentericos a morte reuocari. Ab ira animum Ouid. Trist. 2, 557. Ab opere reuocare. Caes. Bell. Civil. 1, 82 Caesar ab opere legiones reuocat. Cic. de Legib. 2, 16 Quam multos diuini supplicii metus a scelere reuocauit. Idem ad Brut. 4 Quod enim nondum Senatus censuit, nec Populus Rom. iussit, id arroganter non praecudio, neque reuoco ad arbitrium meum. i. Nolo arbitrato meo rem peragi. Cic. pro Domo 15 Nonnulli autem illam rem ad illam rationem, coniecturamque reuocabant. Ad Corpus vnum reuocabis omnia mista Pallad. 1, 17, 3. Ad curam reuocare aliquid Plin. 28, 9. i. Cum cura et diligentia facere. Cic. Verr. 3, 210 Quo me igitur, aut ad quae exempla reuocas? Ad incertum reuocari Cic. pro Caec. 38 c. 13. Idem pro Cluent. 136 Quum Tribunus plebis populo concitato rem paene ad manus reuocauisset. h. e. Ita commouisset populum, vt propter eam rem paene inter se digladiarentur. Cic. Off. 1, 140 Quarum quidem certe est adhibendus modus, ad Mediocritatemque reuocandus. Idem pro Flacc. 60 Reuocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam, ad illa vniuersorum ciuium Romanorum per tot vrbes vno puncto temporis miseram, crudelemque caedem. Cic. Tusc. 3, 33 Quod si qui forte quum in luctu esse vellent, aliquid fecerunt humanius, aut si hilarius locuti sunt, reuocant se rursus ad moestitiam, peccatique se insimulant, quod dolere intermiserint. Cic. de Amicit. 60 c. 16 Sed impuri cuiusdam, et ambitiosi, aut omnia ad suam Potentiam reuocantis esse sententiam. Ad Rationem operum operarumque villicum Cato c. 2. Cic. de Finib. 2, 43 Herillus autem ad Scientiam omnia reuocans, vnum quoddam bonum vidit. Ad sollicitudinem suam rerum administrationem reuocare. In se recipere. Scaeuola in l. Maevia, D. de annuis legat. et fideicommiss. Cic. de Clar. Orat. 10 c. 3 Nam vestris primum literis recreatus, me ad pristina Studia reuocauit. Idem Att. 7, 2 Sed tamen M. Lepidum, L. Torquatum, C. Cassium Trib. plebis, Philotimi literae ad Vitam reuocarunt. i. recrearunt. Sed Lucret. 3, 469 Vnde neque exaudit voces, nec noscere vultus Illorum potis est, ad vitam qui reuocantes Circumstant lacrimis rorantes ora, etc. de ritu concludendi mortuos. Cic. pro Caecin. 84 Et me ex hoc vt ita dicam
- 95 Campo aequitatis ad istas verborum angustias, et ad omnes literarum angulos reuocas. Idem de Diuin. 2, 20 c. 8 Quod enim is, qui diuinat, praedicit, id vero futurum est, vt ne illud quidem sciam, quale sit, quod Deiotarum necessarium nostrum ex Itinere Aquila reuocavit. Ex otio reuocare Plin. in Paneg. 87. Cic. pro Rosc. Amer. 113 c. 39 In minimis priuatisque rebus etiam negligentia in crimen mandati, iudiciumque infame reuocatur. Cic. pro Caecin. 76 c. 27 Populi Rom. causa, ciuitatis ius, bona, fortunae, possessionesque in Dubium incertumque reuocabuntur. In Formam priorem Senec. de Benef. 2, 21. In Lucem aliquid Plin. 29, 1. In Vitam reuocare Cic. Att. 7, 23. ¶ 3 Substantia rerum, quae reuocari



*reuocari dicuntur* : Amor reuocatur admonitu Ouid. de Rem. Amor. 729. *al.* Refricatur. Animum ab ira reuocare Ouid. Trist. 2, 557. Euntem Catull. ad libellum suum. Exordia pugnae Virg. Aen. 7, 40. Gradum reuocare, *Redire* Idem ibid. 6, 128. Ingenium reuocatur ab armis Ouid. Amor. 2, 18, II. Labores inceptos Valer. Argon. 3, 625. Libertatem reuocare ac reducere Plin. in Paneg. Ouid. de Arte Am. 452 Et reuocat cupidus alea saepe manus, *subinde ad se vocat.* Cic. Tusc. 1, 37 Magni autem est ingenii reuocare Mentem a sensibus, et cogitationem a consuetudine abducere. Idem de Finib. 2, 2 Qui Mos cum a posterioribus non esset retentus, Arcesilas eum reuocauit. Oculos alicuius Ouid. Epist. 16, 252. Opus coeptum, *de tela Penelopes* Idem Epist. Sabin. 1, 54. Pecunias Plin. Epist. 3, 9, 17. Sic Quae ante perceperant, non reuocantur Ep. 10, 120. Virg. Aen. 9, 125 Cunctatur et amnis Rauca sonans reuocatque Pedem Tiberinus ab alto. *i. refluit a mari.* Praeternissum reuocare Plin. 18, 6 l. 8. *i. fero facere, quod prius erat faciendum.* Se reuocare, *Mutare sententiam.* Cic. Acad. 4, 52 c. 17 Dubitant, haesitant, reuocant se interdum, hisque quae videntur imbecillius assentiuntur. Studia intermissa reuocare Cic. Tusc. 1, 1. Vires victu reuocare Virg. Aen. 1, 218. 20

Vitis reuocatur Pallad. Febr. 12, 4. *cum superiori parte recisa ex nouo palmite reparatur.* Publice aliquem Quintil. 6, II. REVOCANS, *antis.* Partic. Ouid. Met. 1, 503 Neque ad haec reuocantis verba resistit. Ad vetera instituta reuocans, quae iampridem corruptis moribus ludibrio sunt Sallust. de Rep. Ord. c. 5. 25

REVOCATVS, *a, um.* Partic. [*ἀνακλημένος*] Praeter iam dicta Petron. c. 10. Caes. Bell. Gall. 5, 7. Ab omnibus ad pristinam dignitatem expectatus atque reuocatus Cic. pro Domo c. 22. Voce reuocatus de cursu Reip. Cic. Fam. 10, 1. Dum iacet et lente reuocatas ruminat herbas Ouid. Amor. 3, 5, 17. Seruare aliquem reuocatum a morte Virg. Aen. 5, 476. Tardius reuocati, praelio excefferant Sallust. Catil. c. 9. Aufonius in Professor. 1, 30 Narrantem fido per singula puncta recursum Quae data per longas, quae reuocata moras. *de Iudo XII scriptorum.*

REVOCATIO, *ōnis.* f. [*ἀνάκλησις*] Cic. Philipp. 13, 15 c. 7 35 Receptui signum, aut reuocationem a bello audire non possumus. Idem Tusc. 3, 33 Leuationem autem aegritudinis in duabus rebus ponit, auocatione a cogitanda molestia, et reuocatione ad contemplandas voluptates. *Plur.* Vitruu. 9, 4 A sole reuocationibus.

REVOCĀMEN, *inis.* n. [*τὸ ἀνακλητικόν*] Idem quod *Reuocatio.* Ouid. Fast. 1, 561 Accipio reuocamen ait : vocemque sequutus Impia per siluas victor ad antra venit. Idem Met. 2, 596 Talia dicenti tibi, ait, reuocamina coruus, etc.

REVOCABILIS, *e.* Adi. [*ἀνακλητός*] Qui potest reuocari. Ouid. ad Liu. 427 Supprime iam lacrimas, non est reuocabilis istis, 45 Quem semel umbrifera nauita lintre tulit. Carmen factorum nulli reuocabile Propert. 4, 7, 51. Damnum reuocabile Claud. in Eutrop. 2, 488. Telum non reuocabile Ouid. Met. 6, 264. Verum non reuocabile Stat. Theb. 1, 291.

REVOCĀTOR, *ōris.* m. *Vt, Reuocator animarum* Quintil. Decl. 50 10 *extr.* *Magus, mortuorum excantator.*

REVOCATORIVS, *a, um.* Adi. *Vt, Reuocatoria emplastra* Theod. Prisc. 2, 32.

REVOLVO, *āre.* [*ἀνίσταμαι*] *Retro, vel rursus volare.* Cic. de Nat. Deor. 2, 125 c. 49 Eaque in tergo praeuolantium colla et capita reponunt : quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet vbi nitatur, reuolat, vt ipse quoque quiescat. *de gruibus.* Cum medio celeres reuolant ex aequore mergi Virg. Georg. 1, 361. Patere. 2, 120 Paulo post, Festinanter reuocauit filium. Ille ad patrem expectato reuolauit. 60

REVOLANS, *antis.* Partic. Manil. 1, 190 Cum Sol aequoreis reuolans decurrit ab astris.

REVOLVO, *volui, volūtum, āre.* [*ἀνελίσσω, ἀνακλύδω, ἀνακαλύδω*] *Rursus s. retrorsum voluere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 106 Toruus draco serpit subter, superaue reuoluens Sese, conficiensque sinus corpore flexos. *ex Poeta.* Columel. 8, 17 Quoniam gelidum ab imo fluctum reuoluit in partem superiorem. Reuoluere iter Virg. Aen. 9, 391. 2 *Metaphoras habet frequentes.* Cic. de Orat. 2, 130 Contraque quae pro reo dicuntur, omnia necessario a tempore, atque homine ad communes rerum et generum summas reuoluentur. *Gr. ἀνακλύδω.* Cic. Acad. 4, 148 c. 48 Egone ? inquit : ad patris reuoluo sententiam. Victoria ad irritum reuoluebatur Tacit. Hist. 3, 26, 2. Ter. Hec. 4, 4, 69 Nam in eandem vitam te reuolutum denuo video esse. *Vbi Donatus:* Non rediisse, sed reuolutum esse, tanquam inuitum autnescium; relinquit enim quandam veniam, vt velit esse correctior. Cic. Att. 13, 26 Itaque reuolvor identidem in Tusculanum. Eo reuolui, vel eodem Cic. Acad. 4, 18. *Et Tusc. 1, 12 Reuolueris eodem. h. e. Idem dicis.* Ouid. Met. 10, 335 Quid in ista reuoluo? *in damnatas antea cogitationes iterum incido.* In eundem somnum reuolui Valer. Max. 7, 2. *de Q. Metello.* Retro reuolui Cels. 7, 26. Reuoluitur ad eumdem infecti damni stipulatio Paullus in l. Damni, §. Emtor praedii D. de damno infecto, etc. Reuoluere libros, ineptias, *pro Voluendo subinde tractare et legere* Liu. 34, 5. Martial. 11, 1. Antiqua reuoluere Sil. 8, 49. Virg. Aen. 10, 61 85

— Xanthum et Simoenta

Redde oro miseris : iterumque reuoluere casus

Da pater Iliacos Teucris.

*Vbi* Seruius, Si ad Troiam vis referre, sic dicit, Nobis redde Troiam per naufragia et pericula. *i. e. Patiamur denuo quae pertulimus:* duntaxat nobis Troia reddatur. Si vero ad Italiam vis referre, sic intellige, Redde nobis Italiam, et libenter repetimus ea, quae in Troia pertulimus. Vulnere sua reuoluere Stat. Silu. 1, 2, 100. *dicitur Poeta, i. amores suos canere.* 3 *In MSS. permittantur inuicem Reuoluere et Resoluere, v. v.* 95

REVOLVTVS, *a, um.* Partic. [*ἀνελύθεις*] Liu. 4, 12 Reuolutus ad dispensationem inopiae. Molis obiectu reuolutus Amnis Tac. H. 5, 14, 3. Equo suffosso reuolutus Virg. Aen. 11, 671. Pensa reuoluta Idem ibid. 9, 476. Saecula reuoluta, *Aetates, sive anni iam exacti* Ouid. Fast. 4, 29. Saxa aestu reuoluta Pontus reforbet Virg. Aen. 11, 627. Idem ibid. 10, 256 — Et interea reuoluta ruebat Matura iam luce dies. Reuoluta, aperta : sicut contra, Inuolutum dicimus esse quod clausum est. Seruius. *Sed malim ad illam propriam corporum caelestium reuolutionem referre.*

REVOLVTIO, *ōnis.* f. Augustin. de Ciuitate Dei 22, 12 *extr.* 105

Post multas per diuersa corpora reuolutiones. *de Animarum illa migratione Pythagorica.* Idem de Trin. 12 c. vlt.

REVOLVIBILIS, e. Adi. [*διεπύδης*] Ouid. in Ibin 191 Sisypho cui tradas reuolubile pondus habebis.

5 REVOMO, ui, itum, ěre. [*ἀνεμύω*] Idem quod Euomere. Plin. 10, 72 Dracones auibus deuoratis solidis, contentione plumas, et ossa reuomunt. Scylla reuomit carinas Ouid. Met. 13, 731. Ac miferi fluitant reuomentes aequora nautae Sil. 10, 326. Virg. Aen. 5, 182 Et falsos rident reuomentem pectore fluctus. Lucret. 2, 199

10 Tam cupide sursum reuomit magis atque remittit, *aqua trabes in eam depressas ac vi demersas.*

REVS, i. m. [*ῥέως, ῥεπίριος, ῥεπίδιος, ῥεπίδουος*] *Quicumque in litem adducitur, etiamsi nihil admisit, i. contra quem quispiam agit.* Cic. de Orat. 2, 183 c. 43 Reos autem appello non eos modo, qui arguuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur. *Audiamus Festum, ex emendatione Scaligeri: Reus nunc dicitur, qui causam dicit: Et item qui quid promissit sponditue, ac debet.* At Gallus Aelius

l. 2 significationum verborum, quae ad ius pertinent, ait: Reus est, qui cum altero litem contestatam habet, siue is egit, siue cum eo actum est. Reus stipulando est, idem qui stipulator dicitur; quippe suo nomine ab altero, qui stipulatus est, non is, qui alteri adstipulatus est. Reus promittendo est, qui suo nomine alteri quid promissit, quique pro altero quid promissit. At Capito Ateius in eadem quidem opinione est. Sed exemplo adiuvat interpretationem Numa, in secunda tabula, secunda lege, in qua scriptum est: SEI QUID

25 HORVM FVAT VNVM IVDICI, ARBITROVE, REOVE, DIES DIFFVNSVS ESTO. Nunc vterque, actor reusque in iudicium euocatur. *Petitor et Reus, contraria* Cic. pro Rosc. Com. 42. *Capulares rei, i. Capulo digni, apud Fulgent.*

30 *Expos. Serm. ant. 23. Diurni rei, quorum lis diu pendet* Suet. August. c. 32. *Nocens reus* Cic. Diu. Caec. 1. *Solutus reus causam dicit* Plaut. Truc. 2, 7, 58. *Sontes rei* Claud. quart. Conf. Hon. 88. *Trepidi rei* Ouid. ex Pont. 1, 2, 18. Reus est maximis plurimisque criminibus in iudicium vocatus Cic. Verr. 2, 95.

35 *Fem. Seneca Controuers. 4, 29 Rea es. Idem mox, Haec rea non mittenda in exilium. Ibid. Plur. Comparemus inter se duas reas. Recurrit subinde ibid. hoc vocabulum.* Reos, inquit Nonius 6, 72 non solum crimini et culpae obnoxios, sed etiam honesti vel voti debitores promissi auctoritas voluit. Virg. Aen. 5, 236

40 *Constituam ante aras, voti reus. Reus etiam interdum pro Expromissore accipitur.* Vlp. in l. 1 §. Exceptionem D. Quarum rerum actio non datur, Exceptionem onerandae libertatis causa, sicut et caeteras, fideiussori non esse denegandam sciendum est: nec ei quidem, qui rogatu liberti reus factus est. Modestinus. Quum seruus pecuniam pro libertate

45 *factus est, et ob eam rem reum dederit, quamuis seruus ab alio manumissus est, reus tamen obligabitur.* *Budaeus. Reus satisdandi, ab Vlpiano dicitur, qui satisdato obligatus est, id est fideiussore dato.* Reus vero satisaccipiendi, qui fideiussores accepit ob debitum. In l. Qui

50 *hominem, §. Quidam, De solutionibus, Dici potest quoties reus satisdandi, reo satisaccipiendi heres exstiterit, fideiussores liberari.* Modest. in l. j. D. de duobus reis constit. Qui stipulatur, reus stipulandi dicitur: qui promittit, reus promittendi habetur. ¶ 2

*Genitui rerum, quarum aliquis reus dicitur: Cic. Att. 4, 15 Candidati consulares omnes rei Ambitus. Idem pro Flacc. 7 Et is est reus*

55 *Auaritiae, qui in vberissima re, turpe compendium: in maledicentissima ciuitate, in suspiciosissimo negotio maledictum omne, non modo crimen effugit.* *Capitis reus* Apul. Met. 3 p. 132. *Criminis alicuius reus* Ouid. Epist. 16, 324. *Culpae reus* Caius in l. Ex maleficio, §. vlt. D. de act. et oblig. *Culpae alienae* Liu. 24,

60 *22. Delicti reus* Nepos 7, 8, 4. *Desidia* Martial. 10, 70. *Facti reus, Qui factum aliquod commisit* Plaut. Cist. 1, 3, 16. *Fortunae eius diei reus* Liu. 6, 24, 8. *Iniuriarum* Quinctil. 4, 2. *Maiestatis laesae, vid. LAEDO. Peculatus* Quinctil. 5, 13. *Pugnorum* Martial. 10, 87. *Sacrilegii reus est* Quinctil. 4, 2. *Tutandae suae partis, i. Stationis reus dicitur, qui stationem ea lege custodit, ut illi imputetur, si quid ibi aduersi acciderit* Liu. 25, 30. *Voti reus, inquit Macrobius Saturn. 3, 2 Qui suscepto voto numinibus se obligat.* Virg. Aen. 5, 237

*Constituam ante aras voti reus. Add. Seru. ad Aen. 4, 699. et iam laudauimus Non. 6, 71. Cic. Att. 2, 24 Nunc reus erat apud Crassum diuitem Vectius de vi, et quum esset damnatus, erat iudicium postulaturus.* ¶ 3 *Verba:*

*Agere reum, vid. AGO. Absens quum reus infelix agor* Ouid. Epist. 20, 91. *Agere ream falsi criminis* Ouid. de Rem. Amor. 388. *Quid fiet fonti, cum rea laudis agar. i. accuser*

75 *facti laudabilis causa. Agitur spretarum legum reus* Ouid. Met. 15, 36. *Ampliati rei, Arguere reum, Citare reum, vid. §. ll. Non citatur reus audaciae, virtutis reus citatur* Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 6. *Coarguere reum testibus, Comperendinare reum, Considerare in reum, vid. hb. vv. Constituere aliquem reum, i.*

80 *Facere* Papinian. in l. libertus a patrono reus constitutus D. de in ius vocand. *Deferre reum criminis* Quinctil. 11, 1. b. e. *Accusare.* Plin. Epist. 6, 5 *Addidit etiam petendum a Consulibus, ut referrent sub exemplo legis ambitus, de lege Repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adiici, ut sicut accusatoribus inquirendi, testibusque Denuntiandi potestas ea lege esset, ita reis quoque fieret.* Eximere ex, vel de reis Cic. Verr. 2, 99. *Tacit. Ann. 1, 58 Violatorem foederis vestri Arminium, apud Varum, qui tum exercitui praesidebat, reum Feci.* Cic. Verr. 2, 94 *Ea postea quam numerata est, contentus hac iniquitate non fuit: palam de sella, ac tribunali pronunciat, si quis absentem Sthenium rei capitalis reum Facere vellet, sese eius nomen recepturum, et simul ut ad causam accederet, nomenque deferret.* Tum cum a me reus Factus sit Cic. Verr. pro oem. Act. c. 2. *Facere aliquem reum de moribus* Quinctil. 4, 2

95 *Fieri reum (inquit Aconius) est apud Praetorem legibus interrogari. Quum enim in ius ventum esset, dicebat apud Praetorem accusator reo, Aio te Siculos (verbi gratia) spoliaste. Si tacuisset, lis ei aestimabatur ut victo: si negasset, petebat a magistratu dies accusator inquirendorum criminum, et instruebatur accusatio. Fieri reum, est Se expromissorem et alieni debiti debitorem constituere.* Vlp. in l. 1 §.

100 *Except. D. Quarum rerum act. non dat. Cum enim propositum sit Praetoris, in huiusmodi obligationibus reo succurrere: non seruaturus est propositum suum, nisi fideiussorem quoque et eum, qui rogatu liberti reus factus fuerit, aduersus patronum defenderit. Pendentes rei, vid. PENDEO. Plin. Epist. 3, 9, 30 Dum ille peragitur reus, sedimus. Postulare reum, Referre in reos, Repetere reum,*

*reum,*

*reum,*

*reum,*

*reum,*

reum, *vid. bh. vv.* Subdere reum Tacit. Ann. 1, 6. Supponere se reum Cic. pro Deiot. 42.

REĀTVS, *vid. supra f. l.*

REVVLVSIO, REVVLVSVS, *vid. REVELLO.*

REX, regis. *vid. REGO.*

REZONO, āre. Rezonare numum. Non. ap. Salmaf. in Hist. Aug. p. 153. *i. ex zona promere.*

## R H A

RHA, [Pā] *Fluuii nomen in Ponto, et radice nobilis.* Ammian. 10 Marc. 22, 8 p. 340 *Gronou. post mentionem Tanais, Huic Rha vicinus est amnis, in cuius superciliis quaedam vegetabilis eiusdem nominis gignitur radix, proficiens ad vsus multiplices medelarum. Putatur ea Radix Pontica Celsi, vid. MEDICI. et Salmaf. Exerc. Plin. p. 796.*

RHABDOS, i. f. [ῥάβδος] *Baculus, Meteoron apud Apul. de Mundo p. 64, 12 Rhabdos, inquit, ad virgae rigorem per longum colorata nubecula.*

RHACHIS *spina dorsi, RHACHITIS morbus illam infestans, Medicis Graecis quam Latinis familiara.*

RHACINVS, i. m. *Piscis e solo Ouidio commemoratus: ob id for- tassis, quod non alibi, quam in Ponto nascatur, vbi supremis suis temporibus opus hoc Ouidius inchoauit Plin. 32 c. vlt. vbi Rhacinumque pullum ex Ouidio laudat.*

RHACOMA, ātis. n. *Herba, affertur ex his, quae supra Pontum sunt regionibus: radix costo nigro est similis, minor et rufior paullo, sine odore, calcfaciens gustu et adstringens Plin. 27, 12.*

RHADAMANTHVS, i. m. *Iouis ex Europa filius, et rex Ly- ciae, qui, quod seuerus esset, et iustitiae exsecutor, fingitur a Poëtis apud inferos nocentum explorare culpas. Virg. Aen. 6, 566 Gnosius haec Rhadamanthus habet durissima regna, etc. conf. Ouid. Met. 9, 436. et Plin. 7, 56.*

RHADINE, es. f. [ῥαδίνη] *i. Gracilis, tenella, nomen, quo emaciatae blanditur amator apud Lucret. 4, 1160 ῥαδίνη vero est iam mortua tulli.*

RHAETIA, RHAETI, *vid. RHETIA, etc.*

RHAGAS, ādis. f. et RHAGADIA, orum. n. [ῥαγὰς] *Rhagades vocantur Scissurae siue fissa, quae in sede, pedibus, labiis, aliaue qua corporis parte proueniunt; dictae a verbo Graeco ῥάσσω, quod significat Rumpo. Plin. 23, 4 Attrita sanat et furfures, rhagadas, condylo- mata, articulos luxatos. Ibidem c. 3 Vfus eius cum aceto, aut vino vetere, aut mulso, vt quaeque causa exigat in curatione oris, dentium, aurium, vlcera manantium, genitalium, rhagadum. conf. Ibid. c. 7. Idem 7, 15 Arboris ipsius cinis ex melle sedat rhagadia. vid. Cels. 6, 17. Scribon. 223.*

RHAGION, i. n. *Aranei species, acino nigro similis, ore mi- nimo sub aluo, pedibus breuissimis, tanquam imperfectis. Dolor a morsu eius qualis a Scorpione Plin. 29, 4. Sane Rhagion vertitur Latine, paruus acinus.*

RHAGOIDES, is. f. [ῥαγοειδής] *Tunicula oculi, quam vucam Latine vocare licet. Cels. 7, 7 Oculum summas habet duas tunicas, ex quibus superior a Graecis νεφροειδής vocatur. Ea, qua parte alba est, satis crassa, pupillae loco extenuatur. Huic inferior adiuncta est, media parte, qua pupilla est, modico foramine concaua, circa tenuis, vlterioribus partibus ipsa quoque plenior, quae ῥαγοειδής a Graecis nominatur. Hae duae tunicae cum interiora oculi cingant, rursus sub his coeunt, extenuataeque, et in vnum coactae, per foramen, quod inter ossa est, ad membranam cerebri perueniunt, eique inhaerescunt. Sub his autem, qua parte pupilla est, locus vacuus est, etc. Caeterum ῥαγοειδής dedit H. Stephanus in Medicis Principibus: ῥοροειδής alii.*

RHAMMEI, orum. m. *Populi in Nabathaea, Arabiae regione, quorum originem referunt quidam ad Rhadamanthum, Minois fratrem Plin. 6, 28. Sed Hard. Rhadamei, ad quam formam nominis certe melius quadrant verba, quae sequuntur, et horum origo Rhadamanthus putatur, frater Minois.*

RHAMNENSES, vel RHAMNES, vel melius, cum non sit Graecae originis, sine adspiratione RAMNES, s. RAMNENSES, um. m. Plur. [Ῥαμνῆσιος] *Hor. de Arte Poët. 342 Celsi praetereant austeri poë- mata Rhamnes. Acron, Rhamnes, Luceres, Tatienses, Romanae tribus erant: vel vt verius, Equites. Haecenus ille. Propert. 4, 1, 31 Hinc Taties, Rhamnesque viri, Luceresque coloni. Liu. 1, 13 Eo- dem tempore et centuriae tres equitum conscriptae sunt, Ramnenses a Romulo, ab Tito Tatio Tatienses appellati. Varro de L. L. 4, 9 p. 16, 26 Ager Romanus primum diuisus in partes tris, a quo tribus appellatae Tatiensium, Ramnium, Lucerum: nominatae, vt ait En- nius, — Ramnenses a Romulo — Sed omnia haec vocabula Tusca.*

RHAMNVS, i. m. [ῥάμνος] *Genus sentium asperissimum aculeis, et flore gratissimum. Plin. 24, 14 Inter genera ruborum rhamnos appellatur a Graecis, candidior et fruticosior. Is floret ramos spargens rectis aculeis, non vt caeteri aduncis, foliis maioribus, vid. Diosc. 1, 119. et Columel. 10, 373. Plin. 24, 3.*

RHAMNVS, untis. m. *Pagus in Attica, non procul a Mara- thone Plin. 4, 7 et 12. Hinc*

RHAMNVSIVS, a, um. Patronym. [Ῥαμνῆσιος] *Quod est ex Rhamunte. Ter. Andr. 5, 4, 26 Hoc certo scio, Rhamnusium se aiebat esse. A cultu in hoc pago dicta Nemesis, s. Adraeste, Virgo Rhamnusia Catull. Argon. f. 62, 395. Claud. de Bell. Get. 601 Sed Dea, quae nimis obstat Rhamnusia votis. Ouid. Trist. 5, 9, 9 Exiget at dignas vltix Rhamnusia poenas, vid. NEMESIS.*

RHAMNVSIS, idis. f. Patronym. [Ῥαμνῆσιος] *Ouid. Met. 14, 694 Memoremque time Rhamnusidis iram. b. e. Rhamnusiae, s. Nemesis.*

RHANIS, idis. f. *Graece ῥανίς Gutta est, aptum nomen Nymphae, unius Dianae comitum, cuius meminit Ouid. Met. 3, 171 Excipiunt lati- cem Nymphaeque, Hyalaeque, Rhanisque.*

RHAPEION, i. n. *Herba, alias Leontopetalon Plin. 27, 11. al. rhapsion.*

RHAPHANE, es. f. *Oppidum. Plin. 6, 14 Reliqua Medorum oppida, Phausia, Agamzua, Apamia Rhaphane cognominata.*

RHAPHANĪTIS, idis. f. *Iridis Illyricae genus primum. Plin. 21, 7 Illyrica quoque (de Iride loquitur) duorum generum est, Rha- phanitis a similitudine, quae et melior: Rizotomos subrufa, optima, quae contactu sternutamenta mouet. Illa herba caulem habet cubi- talem, erectum. Floret diuersi coloris specie, sicut arcus caelestis, vnde et nomen habet.*

RHAPHANOS AGRIA. [*ῥάφανος ἀγρία*] Herba, quae alias Apios, siue Ischas dicitur Plin. 26, 8.

RHAPHANVS, *uid.* RAPHANVS.

RHAPHEION, i. n. Herba eadem, quae Leontopetalon Plin. 27, 11.

RHAPHIVS, i. m. Animal. Plin. 8, 19 Pompeii magni primum ludii offenderunt chaum, quem Galli raphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. *Sed Harduin.* Chama, quem Galli Rufium.

RHAPSODIA, ae. f. Graecum est *ῥάψωδια*, quasi tu confutum ex pluribus versibus carmen dicas. Sic nempe singulos libros vocant, literis Alphabeti signatas, ut *ῥάψωδια Α* sit liber primus, et ita porro. Illam in libros distributionem Pijistrato tribuit etiam Cic. de Or. 3, 137 c. 34. Nepos 10, 6, 4 Versum illum Homeri retulit ex secunda rhapsodia, *uid.* Scalig. Poët. 1, 41. et *Salmaf. Exerc. Plin.* p. 867.

## R H E

RHEA, ae. f. [*Ῥία*] Caeli et Terrae filia, quae alio nomine Cybele dicitur. Saturni uxor, mater Iouis et fratrum illius. Nomen hoc Graecis quam Latinis literis magis frequentatum. *Vtitur tamen Ouid.* Fast. 4, 201 qui cum narrasset, a Saturno deuoratos esse suos liberos, addit Saepe Rhea quae est toties secunda, nec vnquam Mater, *intell. nunquam dicta mater a suis natis.* Esse eandem, quae Cybele, Mater Deum alias celebratur, etiam indicat ille versus Stat. Achill. 2, 153 Quater aera Rhae, quater Euia pulsant Terga manu in descriptione sacrorum aemulantium illa Phrygia. Idem Achill. 1, 387 Taceasque precor, quo more tacebat Creta Rhae. *Thetis Insulam alloquitur Scyron, cum ei committeret Achillem suum.* Nulla praeterea nominis huius mentio apud Ouidium, Virgilium, Horatium, Claudianum, etc. tanto frequentior apud Hesiodum et Graecos alios.

RHEA SILUIA, quae eadem Ilia, Romuli et Remi ex Martis compressu mater, hoc nomen meruisse videtur, ex quo filius eius Romulus in Deos relatus est. Flor. 1, 1 pr. Primus ille et vrbis et imperii conditor Romulus fuit Marte genitus et Rhea Siluia. *Add. Viët. Orig. Gent. Rom.* 19 ubi etiam in Arutzenii editione Rea scribitur. Sic etiam c. 20 et 21 non indicata vlla varietate. *Sed Prudent. in Symm.* 1, 174 Et, si Rhea sacram lasciu Martis amore Lusa pudicitiam fluuii amisit in vlua, etc.

RHEA SILUIA, quae eadem Ilia, Romuli et Remi ex Martis compressu mater, hoc nomen meruisse videtur, ex quo filius eius Romulus in Deos relatus est. Flor. 1, 1 pr. Primus ille et vrbis et imperii conditor Romulus fuit Marte genitus et Rhea Siluia. *Add. Viët. Orig. Gent. Rom.* 19 ubi etiam in Arutzenii editione Rea scribitur. Sic etiam c. 20 et 21 non indicata vlla varietate. *Sed Prudent. in Symm.* 1, 174 Et, si Rhea sacram lasciu Martis amore Lusa pudicitiam fluuii amisit in vlua, etc.

RHEBAS, ae. m. [*Ῥήβας*] Fluuius. Plin. 6, 1 Ergo a faucibus Bosphori est amnis Rhebas, quem aliqui Rhoesum dixerunt. Valer. Argon. 4, 698 — Nigrantia quin iam Litora, longinquire exirent flumina Rhebae.

RHECTAE, arum. m. Plur. [*ῤηκται*] Species terrae motuum, quorum impulsu dissilit tellus, ut habet Apul. de Mundo p. 65. Nempe *ῤηκται* vel *ῤηκται* rumpo est.

RHEDA, vel, quia Graecum non est, sine adspiratione, REDA, ae. f. [*ῤηδα*] Vocabulum Gallicum, ut ait Quinctil. 1, 9, 55 et 67. *conf. Casaub. ad Suet.* p. 34 Est autem genus leuiculi currus, quo gestabantur in villas suas. Cic. Att. 5, 17 Hanc epistolam dictavi sedens in rheda, quum in castra proficiscerer, a quibus aberam bidui. Eidem 6, 1 Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis, et rheda equis iuncta, et lectica, et familia magna. Cic. pro Milon. 28 c. 10 Clodius expeditus in equo, nulla rheda. — Milo cum vxore in rheda penulatus. — Cum hic de rheda reiecta penula desiluisset. Caes. Bell. Gall. 1, 51 Omnemque aciem suam rhedis et carris circumdederunt. Tollere aliquem rheda *assumere sibi, qui vna vehatur* Hor. Serm. 2, 6, 42. Excussus a rheda Scribon. 101. *uid. Io. Rhod. ad h. l. p. 167.*

RHEDARIVS, i. m. [*ῤηδαίτης*] Auriga, rectorque rbedae. Cic. pro Milon. 29 c. 10 Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum, aduersi rhedarium occidunt. *conf. Capitol. Max. et Balb.* c. 5.

RHEDARIVS, a, um. Adi. ut, Rhedarius mulus, qui rbedam ducebat Varro de R. R. 3, 17, 7.

RHEDONES, um. m. Plur. Galliae populi, in ducatu Britanniae, de quibus Caes. Bell. Gall. 7, 75. Scribitur sine adspiratione melius.

RHEGIUM, i. n. [*ῤηγίον*] Oppidum situm in margine Italiae, ex aduerso Siciliae, cui Graeci a fractura nomen dedere. Plin. 3, 8 Sicilia — interfuso mari auulsa — Ab hoc dehiscendi argumento, Rhegium Graeci nomen dedere oppido in margine Italiae sito. Festus: Rhegium appellatur id municipium, quod in freto Siciliae est, quoniam id a rumpendo dictum est, quod est Graece *ῤήζαι*, eo quidem magis, quia in Gallia Cisalpina, vbi forum Lepidi fuerat, Regium vocatur. *conf. Iustin.* 4, 1. Ouid. Met. 14, 48 Liquerat et Zanclem aduersaque moenia Rhegi.

RHEGINI, orum. m. [*ῤηγίνοι*] Populi, qui Rhegium incolunt. Cic. pro Arch. 5.

RHEGINVS, a, um. Adi. [*ῤηγίνος*] Sil. 13, 94 Dum Lybis haud laetus Rhegina ad litora tendit.

RHEGMOCHASMVS, i. m. Hians ruptura *ῤηγμοχασμός* cum parte aliqua rupta sanguis exit Cels. 4, 4, 5.

RHENO, melius sine adspiratione RENO, ðnis. f. [*ῤηνο*] Gallica res, nomen certe Gallicum, si audimus Varronem de L. L. 4, 35 p. 40, In his (de vestium nominibus agit) multa peregrina, vt sagum, reno Gallica. Caes. Bell. Gall. 6, 21 Intra annum XX. feminae notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus: cuius rei nulla est occultatio: quod et promiscue in fluminibus perluuntur, et pellibus aut paruis renonum tegumentis vtuntur, magna corporis parte nuda.

RHENO, melius sine adspiratione RENO, ðnis. f. [*ῤηνο*] Gallica res, nomen certe Gallicum, si audimus Varronem de L. L. 4, 35 p. 40, In his (de vestium nominibus agit) multa peregrina, vt sagum, reno Gallica. Caes. Bell. Gall. 6, 21 Intra annum XX. feminae notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus: cuius rei nulla est occultatio: quod et promiscue in fluminibus perluuntur, et pellibus aut paruis renonum tegumentis vtuntur, magna corporis parte nuda. Ifid. 19, 23 Renones sunt velamina humerorum et pectoris vsque ad umbilicum, atque intortis villis adeo hispida, vt imbres respuant, quos vulgo reptos vocant, eo quod longitudo villorum quasi reptat: de quibus Sallustius, Germani intestum renonibus corpus tegunt. Dicit autem renones a Rheno Germaniae flumine, vbi iis frequenter vtuntur. Sidon. Epist. 4, 20 Describens Sigismeris, qui Athalarici regis comes erat, comitatum, Viridantia saga — balteis supercurrentibus strinxerant clausa bullatis latera rhenonibus. Interior itaque hic vestis rhenones, iniecta his saga. Seru. ad Georg. 3, 383 Et pecudum fuluis velatur corpora fetis, Rhenonibus: nam vt Sallustius dicit in historiis, Vestes de pellibus rhenones vocantur.

RHENVS, i. m. [*ῤήνος*] Germaniae fluuius celeberrimus, de quo Caes. Bell. Gall. 4, 10 Rhenus oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, et longo spatio per fines Nantuatum, Heluetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tribocorum, Treuirorum citatus fertur: et vbi Oceano appropinquauit, in plures diffuit partes, multis ingentibusque insu-

insulis effectis: quarum pars magna a feris barbarisque nationibus incolitur: ex quibus sunt, qui piscibus atque ouis autum viuere existimantur: multisque capitibus in Oceanum influit. *Hactenus ille, vid. Tacit. Ann. 2, 6.* Hesperiosque amnes, Rhenum, Rhodanumque, Padumque Ouid. Met. 2, 258. Caput luteum Rheni Hor. Serm. 1, 10, 37. Ripae feraces Rheni Lucan. 1, 459. Bicornis Rhenus: propter duo cornua, seu ostia Virg. Aen. 8, 727. Citatus Rhenus, *vid. CITO.* Gallicus Catull. ad Furium 11, 11. Minax Claud. in prim. Conf. Stil. 1, 220. Rebellis Stat. Silu. 1, 4, 89. Spumans vertice Arctoo Lucan. 1, 371. Squallidus Ouid. ex Pont. 3, 4, 108. ¶ 2 *Alius fluius Italiae Bononiam alluens* Sil. 8, 601 — Paruique Bononia Rheni. *conf. Plin. 3, 36.* ¶ 3 Rheni, *Rheni accolae; Germani videlicet et Galli dicti sunt a* Perf. Sat. 6, 47. Flumen Rhenum Hor. de Arte Poët. 18.

RHENANVS, a, um. Adi. [*Ῥηνανός*] Vnde Cisrhenanus, et Transrhenanus, *qua dictione utitur* Caes. Bell. Gall. 4, 16 Vbi autem, qui vni ex transrhenanis, ad Caesarem legatos miserunt, etc. Martialis. 9, 36 Rhenana manus.

RHESVS, i. m. [*Ῥήσος*] Rex Thraciae fuit (inquit Seruius) qui quum ad Troiae venisset auxilia, clausisque iam portis tentoria locauisset in litore, Dolone prodente Troiano, qui missus fuerat spectulor: a Diomede et Vlyse est interfectus, qui et ipsi speculatum venerant, abductique sunt equi, quibus pendebant fata Troiana. *Hactenus Seruius ad Virg. Aen. 1, 473* Nec procul hinc Rhesi, etc. Sithonii tentoria Rhesi Ouid. de Arte Am. 2, 137. Nec Rhesi niueae citaeque bigae Catul. 56, 26.

RHETI, s. RHAETI, quod melius, orum. m. [*Ῥαῖτοι*] inter Alpinas gentes, Plinio commemorantur 3, 20 Rhaetos Tuscorum prolem arbitrantur a Gallis pulfos duce Rhaeto. Hor. Carm. 4, 4, 17 Videre Rhaetis bella sub Alpibus Drusum gerentem Vindelici. Inmannes Rheti Hor. Carm. 4, 14, 15. Sacui Claud. in Epithal. Palladii 89. *al. Geti.*

RHETIA, vel RHAETIA, ae. f. [*Ῥαῖτία*] Regio Claud. de Bell. Get. 330 Prominet Hercyniae confinis Rhaetia siluae.

RHETICVS, a, um. Adi. [*Ῥαιτικός*] ut, Rheticae vites, et Rheticum vinum, quod inter generosa Italiae vina numeratur: Virg. Georg. 2, 96 Et quo te carmine dicam, Rhaetica? Arma Rhetica Ouid. Trist. 2, 226. Rheticae vites Plin. 14, 2.

RHETOR, oris. m. Accus. Rhetorem vel Rhetora. [*ῥήτωρ*] Graeci ipsam oratorem ita vocant; Latini eum, qui artem oratoriam proficitur, et dicendi praecepta tradit. Cic. de Orat. 1, 84 c. 18 Carneades — significabat, eos, qui rhetores nominarentur, et qui dicendi praecepta traderent, nihil plane tenere, neque posse quemquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inuenta didicisset. Idem de Fin. 3, 4 Item ipsae rhetorum artes, quae sunt totae forenses atque populares, verbis tamen in docendo quasi priuatis vtuntur ac suis. Martial. 5, 57 Omnes grammaticosque, rhetorasque Diuites moneo. Plin. Epist. 3, 3 Iam circumspectendus rhetor Latinus, cuius scholae seueritas, pudor in primis, castitas constet. Quintil. 2 pr. quem doctorem eloquentiae dixerat, mox rhetorem appellat. *conf. Voss. de Nat. et Const. Rhet. c. 1.* Mar. Victorin. Expos. in 1 Rhet. Cic. Cicero noster dum ego adsum, non cessauit apud rhetorem Cic. Qu. Frat. 3, 1. Eminentissimus rhetor Quintil. 2, 3. Magnus et nobilis, *vid. NOBILIS.* Congredi cum rhetore, *vid. CONGREDIOR.* ¶ 2 Sed et Latinis Rhetor interdum pro Oratore vsurpatur. Cic. Orat. 61 c. 19 Sed et Graece ab eloquendo ῥήτωρ, et Latine eloquens dictus est. Id. de Fin. 2, 17 c. 6 Zeno rhetoricam palmae, dialecticam pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. Cic. in Brut. 42 At ille ridens, Tuo vero, inquit, arbitrati, quoniam quidem concessum est rhetoribus ementiri in historiis, vt aliquid dicere possint argutius. Vt enim tu nunc de Coriolano, sic Clitarchus, sic Stratocles de Themistocle finxit. Rhetoribus, et his, qui docent artem dicendi, et his, qui orant. Vtrumque enim Cicero hic complecti voluit: quod et qui docent, declamationes fingant, ac mentiantur: et qui orant, historias saepe aliter referant. Sic Aeschinem mentitum saepe conuincit Demosthenes. Idem libro eodem 265 c. 76 Reliqui sunt, qui mortui sint; L. Torquatus, quem tu non tam cito rhetorem dixisses (etsi non deerat oratio) quam (vt Graeci dicunt) πολιτικόν, Rhetorem, id est oratorem, in hoc enim libro catalogum texit oratorum. Idem de Fin. 2, 17 c. 6 Quasi vero perpetua oratio Rhetorum solum, non etiam Philosophorum sit Iuuen. Sat. 1, 44 Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.

RHETORICE, es. vel RHETORICA, ae. f. [*ῥητορικὴ*] Quintil. 2, 15 Huic eius substantiae maxime conuenit finitio, rhetorice esse bene dicendi scientiam. Artificiosa eloquentia, quam rhetoricam vocat Cic. de Inuent. 1, 6 c. 5 pr. Idem de Finib. 2, 17 c. 6 Zenonis est, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, vt iam ante Aristoteles, in duas tributam esse partes dicere: rhetoricam palmae, dialecticam pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. Rhetorica, duplex est, altera forensis, altera philosophica, quod de Fin. 2, 17 c. 6 ostendit Cicero, quum ait: Obsequar igitur voluntati tuae, dicamque si potero rhetorice: sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est, quum populariter loquatur, esse interdum paullo hebetiorem. De forensi sic idem Cic. in Orat. 13 Sic eloquentia haec forensis, sprete a philosophis et repudiata, multis quidem illa adiumentis, magnisque caruit: sed tamen ornata verbis atque sententiis, iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehensionemque pertinuit. Sensus est, quoniam Philosophi eloquentiam forensis spreuerunt, qui poterant ei plurimum prodesse: populares homines eius studium amplexi, verborum luminibus exornarunt, et populi iudicio contenti, quid de se philosophi sentirent, penitus neglexerunt. Hanc igitur forensis eloquentiam philosophi spreuerunt, non illam doctam et elegantem, quam in Platone et Aristotele videmus. Spreuerunt, inquam, quoniam ab administratione Reipublicae remoti, suis tantum studiis vacabant. Subdit ibidem Cicero: Ita et doctis eloquentia popularis, et disertis elegans doctrina defuit. Doctis, id est, philosophis: Disertis, oratoribus, qui tantum forensi eloquentia instructi, philosophiam non attigerant. Exercere rhetorice apud Grammaticos Quintil. 2, 1, 3.

RHETORICVS, a, um. Cic. de Fato 4 c. 2 Rhetorica mihi nostra sat nota. Quintil. 3, 1, 20 Post quem tacere modestissimum foret, nisi et rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret. de Cicerone. Et 3, 5, 14 Sicut ex Ciceronis quoque rhetorico primo manifestum est. Cic. de Orat. 2, 10 Rhetoricis nunc quibusdam libris quos tu agrestes putas. Ars rhetorica Quintil. 2, 17. More

- rhetorico loqui Cic. de Orat. 1, 133 c. 29. Iuuenal. Sat. 7, 173 Ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra. Compar. Cic. de Orat. 3, 169 c. 43 Quae quum dixisset, in Albucium illudens, ne a me quidem abstinuit. Crassum habeo generum, ne rhetoricoterò tu sis. Lucilii versus est, in quo s finale Latino more eliditur.
- 5 RHETORICE, Adu. Rhetorice magis disputare, quam dialectice Cic. de Fin. 2 c. 6. Rhetorice et augeri et ornari Id. ibid. 3 c. 7. Cic. de Clar. Orat. 43 c. 11 Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt. Rhetorice, id est, Eleganter, copiose, electis verbis et ornatis, quilibet oratores uti solent. Tragice, Grauitur et verbis grandibus, quibus tragici utuntur.
- 10 RHETORICOR, ari. [ῥητορίζω] Rhetorum more loqui, i. oratorum, figurate. Tertull. de Ref. Carn. c. 5 Ita nos rhetoricari prouocant haeretici. Nouius Asinio, Age nunc, quando rhetorici casti, responde, quod te rogo ap. Nonium 7, 69.
- 15 RHETORISSO, are. [ῥητορεύω] Rhetorice loqui. Pomp. Medico, Dolasti vxorem nunc, et propter me cupis concidere, et iam rhetorissas. Haec Nonius 2, 742.
- 20 RHETRA, ae. f. [ῥήτρα] Oraculum proprie: tum dicebatur de legibus Lycurgi. Ammian. 16, 5 pr. Tanquam adstrictus sumtuariis legibus viueret, quas ex rhetris Lycurgi et axonibus Romam translatas diuque obseruatas et fenescientes paulatim, reparavit Sulla dictator. vid. Vales. ad Ammian. p. 124.
- RHETVS, vid. RHOECVS et RHOETVS.
- 25 RHEVMA, atis. n. [ῥεύμα] Vnda, fluxus, catharrus, ἀπὸ τῆς ῥῆως, quod est fluo. Hieron. Epist. 46, 2.
- RHEVMATICVS, a, um. Adi. [ῥευματικός] Qui rheumate siue fluxione laborat. Plin. 29, 6 Humanissimi eorum cinerem crematarum reseruandum ad hos vsus in cornea pyxide censuere, aut tritas clysteribus infundendas orthopnoicis, aut rheumaticis.
- 30 RHEVMATYDYO, are. Fluxione laborare. Th. Prisc. 1, 12 Si oculi rheumatidiauerint. Terminatio est ex Graeco ῥῆω, ut in Catonidiare, etc.
- RHEVMATISMVS, i. m. [ῥευματισμός] Fluxio dicitur. Plin. 35 22, 18 Radicem eius aliqui concisam seruari iubent funiculis pendentem, decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Graeci rheumatismos vocant. conf. Id. 24, 3. Rheumatismus ventris Plin. 27, 12.
- RHEXENOR, oris. m. [Ῥηξήνωρ] Nausithoi filius, et frater Alcinoi Phaeacum regis, et pater Aretes, ab Apolline sagitta interfectus
- 40 Homer. Odyss. lib. 7.
- RHEXIA, ae. f. Herba, proprio nomine Onocheles, de qua Plin. 22, 21. f. 25 quem locum damus in ARCEBIOS.

## R H I

- 45 RHIA pro RHOEA, f. RHOEAS Plin. 20, 19.
- RHINA, ae. f. [ῥίγη] Piscis marinus, alias Squatina. Plin. 32, 7.
- RHINENGHYTES, ae. m. [ῥινεγχύτης] Rhinenchytes cornu per quod infunditur in nares medicamentum Scribon. 7. Add. 8. et Rhodium p. 38.
- 50 RHINION, i. n. Dictum videtur voce Diminutiua, hoc est, a limula, quod ad limae similitudinem cicatrices et callos oculorum deterat. ῥίγη enim lima est. Celsus 6, 6, 30 Collyrium vero aptissimum est, quod Rhinion vocatur. Meminit et Galenus 4, 7 de compositione pharmacorum secundum locos. Habet item Paullus lib. 7 quod Rhinarion vocat.
- 55 RHINOCEROS, otis. m. [ῥινόκερος] Animal, dictum a ῥίγη, ῥίγος, quod nasum significat, et κέρας, cornu. Plin. 8, 20 Iisdem ludis et rhinoceros, vnius in nare cornu, qualis saepe visus. Alter hic genitus hostis elephanto: cornu ad saxa limato praeparat se pugnae, in dimicatione alium maxime petens, quam scit esse molliorem. Longitudo ei par, crura multo breuiora, color buxeus. conf. Solin. c. 43. Festus, Rhinocerotem quidam putant esse bouem Aegyptium. Martial. de Spectac. 22 de Rhinocerate et vrsu, Namque grauem gemino cornu sic extulit vrsu laetat ut impositas tauris in astra pilas. Id. 1, 4 ad Librum suum, Maiores nusquam ronchi: iuuenesque, senesque, Et pueri nasum rhinocerotis habent. Utuntur naso et fannis ad irridendum valide, ut Rhinoceros. ¶ 2 Martial. 14, 52 Guttus corneus loquitur, Gestauit modo fronte me iuuenus, Verum rhinocerotam me putabis. Vnde colligas, in luxuriosa suppellectili fuisse guttum, ex cornu rhinocerotis. Sed Vet. Schol. ad Iuuen. Sat. 7, 130
- 70 — Exitus hic est  
Tongilli, magno cum rhinocerate lauari  
Qui solet.  
id est, inquit, magno gutto, quod, sicut Rhinoceros ingentis nasi. Fuerit ergo ipsum vas, gutturnium, rhinoceros, ut Nasiterna. ¶ 3
- 75 Rhinoceros, per translationem dicitur, qui dente eminente bronchus est. Lucilius, Bronchus bouillanus dente aduerso eminulo, hic est Rhinoceros Non. 1, 102.
- RHINOCEROTYCVS, a, um. Adi. Sidon. Carm. 9 extr. Rugato Cato tetricus labello Narem rhinoceroticam minetur.
- 80 RHINOCLISIA, ae. f. [ῥινόκλιση] Alterum Callae herbae genus Plin. 27, 8 Alterum genus eius, quidam Anchusam vocant, alii Rhinoclisiam. Folia lactucae longiora, plumosa, radice rubra, quae ignes sacros cum flore polentae sanat imposita.
- RHINOCOLVRA, ae. f. in Aegypto vrbs, inde ita nuncupata, quod incolae forent mutilati nares, ut Stephanus interpretatur, et pluribus exposuit Diodorus. Meminit ad Dardanum Hieronymus: vid. Sen. de Ira 3, 20 cum not. Lips.
- RHINTHON, vid. RHYNTON.
- 90 RHION, i. n. [Ῥίον] Achaiae promontorium. Plin. 4, 2 Promontorium Antirrhinum, vbi ostium Corinthiaci sinus minus mille passuum latitudine influentis, Aetholosque dirimentis a Peleponneso. Promontorium quod contra procedit, appellatur Rhion. Liuius quoque 28, 7 huius Rhii meminit.
- RHIPHAEVVS, f. RHIPAEVVS, a, um. Rhiphaei montes. [Ῥίφαια ὄρη] septentrionales Scythiae. Plin. 4, 12 Arces Rhipaeae Virg. Georg. 1, 240 optimi quique libri. Nix Rhipaea Stat. Theb. 11, 115. Pruinae Ripaeae Virg. Georg. 4, 518.
- RHIPHAEI, f. RHIPAEI, orum. m. Plur. Populi sunt septentrionales Rhiphaeorum montium accolae. Virg. Georg. 3, 382 Gens offrenam virum Rhipaeo tunditur Euro.
- RHIPHEVS, siue RIPHEVS, i. m. [Ῥίφεις] Vnus ex Centauris, Ixionis et Nubis filius Ouid. Met. 12, 352. ¶ 2 Fuit et alter Rhiphaeus Troianus, Iustitiae nomine Troianis omnibus praelatus: ut auctor est Virg. Aen. 2, 426.
- 105 RHIZAGRA, ae. f. [ῥιζάγρα] Forceps, qua Chirurghi dentes radicatus eximunt Cels. 7, 12, 1.

**RHIZIAS**, ae. m. [*ῥίζιας*] Succus est ex radice *Isarpitii* profluens: nam qui e caulibus exprimitur, caulias appellatur. Plin. 19, 3 Succus duobus modis capiebatur, e radice, atque caule. Et haec duo erant nomina, rhizias atque caulias, vilior illo putrescens.

**RHIZOTOMVS**, i. m. [*ῥιζοτόμος*] Qui radices secat, quo nomine veniebant, qui nunc Botanici vocantur. Item herba, subrufa iridis species Plin. 21, 7.

**RHIZOTOMVMĒNA** scripsit Micton Plin. 20, 23.

**RHIZVS**, i. m. Oppidum in Magnesia iuxta Meliboeam et Erymnas Plin. 4, 9.

## R H O

**RHODANVS**, i. m. [*Ῥοδανός*] Fluvius Galliae, a Rhoda, Rhodiorum oppido, multo fertilissimus, ex Alpibus se rapiens per Lemannum lacum, segnemque deferens Ararim, nec minus se ipso torrentes Isaram et Druentiam etc. Plin. 3, 4. Vid. Caes. Bell. Gall. 1, 1. Gentes ferae Rhodani Lucan. 6, 145. Celer Tibull. 1, 7, 11. Torrens Claud. de mulabus Gallicis 1. Velox Claud. in Ruff. 2, 111.

**RHODANICVS**, a, um. Adi. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 418 n. 3 **IIVIR. VIENNENSIVM PATRONO RHODANICORVM ET ARRICOR.**

**RHODANĪTIS**, ĩdis. f. Sidon. Anacr. Epist. 9, 13 Rhodanitas per vrbes.

**RHODON**, i. n. [*ῥόδον*] Graecis rosa est. Inde

**RHODĪNVS**, a, um. Adi. [*ῥόδιος*] Rhodinum oleum, quod Rosaceum nostri nuncupauerunt. Plin. 15, 7 de oleo facticio loquens, Sic et rhodinum e rosis, iuncinum e iunco, quod est rosaceo simillimum. Plin. 13, 1 Itaque simplicissima Rhodini mistura diu fuit, additis omphacio, flore rosae, etc. int. unguentum.

**RHODITES**, is. [*ῥοδίτης*] Gemma a rosae rubore nomen sortita. Plin. 1. vlt. 11. et Diosc. 5, 35.

**RHODODAPHNE**, es. f. [*ῥοδοδάφνη*] Frutex est, quem alio nomine vocant Rhododendron, florem habens similem rosae, folium autem indeciduum, simile lauri foliis, unde Rhododaphne appellatur, nomine ex rosa et lauro composito. Vid. Plin. 16, 20. et 24, 11. Diosc. 4, 82. Prudent. Hamartig. 234 Viridem qui vestit flos rhododaphnen. Scribon. 55.

**RHODODENDROS**, i. n. [*ῥοδοδένδρος*] Quasi Rosa arborefcens dicta, frutex est, qui et Nerion et Rhododaphne dicitur a flore rosae, et folio laureo; officinis oleander appellatur. Plin. 24, 11 Rhododendros ne nomen quidem apud nos inuenit Latinum: rhododaphnen vocant aut nerium. Mirum, folia eius quadrupedum venenum esse, homini vero contra serpentes praesidium, ruta addita, et e vino pota. Pecus etiam et caprae, si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur. Conf. Diosc. 6, 82. Plin. 16, 20. 17, 12. 21, 9.

**RHODOMELI**, n. Mel rosaceum. Pallad. in Maio 16. et Diosc. 5, 35.

**RHODOPE**, es. f. [*Ῥοδόπη*] Mons Thraciae, a Rhodope, Thracum regina, ibi sepulta. Vel a Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui et ipse monti nomen dedit. Sed Ouidius ipsam Rhodopen conuersam tradidit, quod deos aspernaretur. Vid. Met. 6, 86. Virg. Ecl. 8, 44 de Amore

Duris in cotibus illum

Aut Tmaros, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,

Nec generis nostri puerum, nec sanguinis edunt.

Et Georg. 3, 351 Quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem. i. e. inquit Seruius; Qua Rhodope mons Thraciae protentus in Orientalem plagam, Gammaides in Septentrionalem reflectitur. Nam ideo ait, Redit sub Axem. Nam axis est Septentrio, qui Graece ἄμωξα nominatur. Nunc vocatur Basilissa, βασίλισσα, quasi montium regina. Aliis Mons argenti dicitur, propter argentifodinas, quae illic sunt frequentes. Glacialis Rhodope Ouid. Epist. 2, 113. Thracia Senec. Herc. Oet. 12,

**RHODOPEĪVS**, a, um. [*Ῥοδοπέϊος*] Possessivum, quinque syllabarum, ut Orpheus Rhodopeius, i. Thracius Ouid. Met. 10, 50. Idem de Arte Am. 3, 321 Saxa ferasque lyra mouit Rhodopeius Orpheus. Rhodopeia spicula Sil. 12, 399. Rhodopeiae arces Virg. Georg. 4, 461.

**RHODŌPIS**, ĩdis. f. [*Ῥοδόπις*, Suid.] vel **RHODOPE**, es. f. Meretrix fuit quaedam Thraciae, mirae pulchritudinis, quae una cum Aesopo captiua fuit. Illam Charaxer Mitylenaeus frater Sapphus maxima pecunia redemit, ut Herodotus scribit l. 2. Cuius rei etiam meminit Sappho in epistola ad Phaonem apud Ouid. Epist. 15, 63. Hanc eandem Plin. 36, 12 Pyramidem laudatissimam construxisse scribit, ne quis opes regum miretur: ut maiore sit miraculo, eam tantas opes meretricio quaestu conquisisse: traditque et ipse, illam Aesopi Philosophi conferuam et contubernalem fuisse. Iuuen. Sat. 9, 4 puellae turpia patientis nomen.

**RHODŌRA**, ae. f. Herba. Plin. 24, 19 Rombotinum arborem demonstrauimus inter arbuta. Iuxta hanc viduam vite nascitur herba, quam Galli Rhodoram vocant: caulem habet virgae ficulneae modo geniculatum, folia vrticae in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum. Praecipua contra tumores, feruoresque et collectiones, etc.

**RHODOS**, i. f. [*Ῥόδος*] Nomen Insulae nobilissimae, et in ea urbis, quae Rosam cognominem in numis adhuc ostendit. Ea portubus olim et viis, et moenibus, et reliquis ornamentis tantopere caeteras superauit, ut nulla putaretur aequalis: legum praestantia et naualis rei peritia adeo valuit, ut annis multis maris imperio potiretur, et piratarum atrocinita sustulerit. Insula, quam Plinius Lyciae, et primam Cycladum scribit esse, venientibus ab Oriente, inter Asiaticas insulas tertia est. Nam Lesbos et Cyprus maiores habentur. Prius Ophiusa dicta est, deinde Stadia, postea Telchin, eo quod Telchines insulam incolerent. Sed infinita sunt, quae dici de Rhodo possunt. Plurima collegit Meursius, cuius de Cypro, Creta, Rhodo commentarii coniunctim editi sunt. Aspera Rhodos Stat. Silu. 1, 1, 104. propter saxa et montes. Hor. Carm. 1, 7, 1 Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitilenem: vel quod in ea nunquam (ut ait Plin. 2, 62) tanta nubila obducantur, ut non aliqua hora Sol cernatur: vel quod clara, nobilis et illustris fuit libertate, re maritima, Romanorum amicitia, rebus gestis, pictura, et artibus etiam liberalibus, quas ibi magni viri sunt professi, et in his Posidonius et Mollo, cui Cicero et Caesar operam dederunt. Vid. Sueton. Iul. c. 4. Hic Tiberius etiam vixit. Vid. Sueton. c. 11 sq. Nobilis Catull. Phaeolo l. 4, 8. Phoebea Ouid. Met. 7, 365.

- RHODIVS, et RHODIENSIS, et RHODIACVS. Rhodii galli Col. 8, 2, 12 etc. Fici Rhodiae Col. 5, 10, 11. et 8, 11. *it.* Plin. 31, 14. Vitis Col. 3, 2, 1. Virg. Georg. 2, 102 Non ego te mensis et diis accepta secundis Transferim Rhodia. Rhodium genus dicendi *interiectum velut inter tenuitatem Atticam, et Asianam abundantiam.* Vid. quae dedimus supra in ASIANSVS.
- RHOEA, ae. vel RHOEAS, adia. f. Papaueris genus, erraticum Plin. 19, 8. Add. 19, 36. et 21, 23. Apul. de Herb. p. 53. Conf. RHIA.
- RHOEBVS, i. m. [*Ῥοῖβος*] Equus Mezentii apud Virg. Aen. 10, 861 Rhoebe diu, res si qua diu mortalibus vlla est, Viximus, etc.
- RHOECVS, i. m. Vnus Gigantum, apud Hor. Carm. 3, 4, 55 ut vulgo scribitur: Rhoetus probat Bentl. hic et Od. 2, 19, 23. ¶ 2 Rhoecus, plastices inuentor Plin. 35, 12.
- RHOETVS, i. m. [*Ῥοῖτος*] Marrubiorum Rex in Italia, qui Anchemolo filio Casperiam superduxit nouercam, hanc priuignus stuprauit, quo cognito quum eum pater persequeretur, et ad poenam vocaret, fugiens ille, se ad Turnum contulit. Haec Seruius in illud Virg. Aen. 10, 388 Hinc Helenum petit, et Rhoeti de gente vetusta Anchemolum, thalamos ausum incestare nouercae. ¶ 2 Rhoetus, Centaurus. Lucan. 6, 390 Teque sub Oeteo torquentem vertice volvas Rhoete ferox, quas vix Boreas euerteret, ornos. Vid. Virg. Georg. 2, 456. et Val. Flac. 1, 140.
- RHOETĒVM, i. n. [*Ῥοῖταιον*] Troadis oppidum et promontorium, vbi fuit Aiakis Asylum, inquit Seruius: sicut in Sigeo, Achillis. Quidam Rhoetum montem Troianum fuisse dicunt, in quo Ajax Telamonius postquam se ipsum interfecit, sepultus fuit. Hinc
- RHOETEVS, et RHOETĒIVS, a, um. Adi. Ut, Rapax Rhoetecum Ouid. Fast. 4, 279. vbi impetuofum mare est. Litora Rhoetea Virg. Aen. 6, 505. Orae Rhoeteae Id. ib. 3, 108. Profundum Rhoetecum Ouid. Met. 11, 197.
- RHOÏCVS, vid. sub RHVS.
- RHOITES, ae. m. [*Ῥοῖταις*] Vinum ex malis punicis expressum, quae Graeci *ποιός* appellant. Dioscorides 5, 25. Plin. 14, 16.
- RHOLVS, i. m. Vnus ex his architectis, qui Lemnium Labyrinthum aedificauerunt Plin. 36, 13.
- RHOMBVS, i. m. [*Ῥόμβος*] Graeca vox a *ῥέμβαν* verbo ducta, quae vertiginosum circumactum notat. Primo ita dictus iusus, in quem fila mulieres glomerant, qui cum plenus est, in medio nempe crassissimus, decrefcente versus utrumque extremum crassitie, verticalis quaeque illius sectio per axin instituta exhibet eam figuram, quae Rhombus inde a mathematicis dicitur, quadrilateram nempe, angulis oppositis aequalibus, sed his, qui ad latus sunt fusi obtusis; acutis, qui versus extrema. Martian. Capella 6 p. 230 inter species quinque figurarum quadrilaterarum, Tertia aequilatera est, non tamen directiangulara, et dicitur *ῥόμβος*. Hanc figuram indicat etiam ille vsus Graecorum, quem explicamus verbis Scholiastae Apollon. Argon. 1139 *Ῥόμβος τροχίακος, ὃν σπείρωσιν ἰμαῖσι τῦπτοντες.* Hunc Trochum Latina consuetudo potius dixit, et Turbinem, quem circumplicato loro et subito impetu detracto, vel flagello etiam, circumagunt pueri. Iam vsus illum domesticum feminarum Fusi appellatio frequentior obscurauit; sed superest frequens Rhombi mentio in sacris magicis apud Graecos et Latinos. Ad nos hi tantum pertinent: Prop. 2, 21, 35 Deficiunt magico torti sub carmine rhombi. Et 3, 4, 26 Non me moribus illa, sed herbis improba vicit: Staminea rhombi ducitur ille rota, i. rotatione, circumactione rhombi, in quod stamen glomeratur. Ouidius Am. 1, 8, 7 Scit bene, quid gramen, quid torto concita Rhombo Licia, quid valeat virus amantis equae. Et Fast. 2, 575 Tum cantata ligat cum fusco licia Rhombo. Hoc nempe est Lucan. 6, 460 Tortum magica vertigine filum. Martial. 9, 30, 9 Thesalico lunam deducere Rhombo. Idem 12, 57 Cuius secta Colcho luna vapulat Rhombo. Hic est igitur, de quo Horat. Epod. 17, 8 Citumque retro solue, solue, turbinem. Ad hunc magicum Rhombum, turbinem, fufum pertinere credo Plin. 28, 2 Pagana lege in plerisque Italiae praediis cauetur, ne per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino detectos ferant, quoniam aduersetur id omnium spei, praecipueque frugum. ¶ 2 Rhombus, Piscis, quem Graeci alio nomine *Ῥόμβος* vocant, ut scribit Athenaeus l. 7 in extremo, A figura autem Rhombus appellatus est. Piscem fuisse magni pretii declarat Hor. Serin. 2, 8, 30. Iuuen. Sat. 4, 39 Incidit Hadriaci spatium admirabile rhombi Ante domum Veneris. Martial. 13, 81 Quamuis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior est tamen patella. Idem 3, 60 Res tibi cum Rhombo est; at mihi cum sparulo. Et 10, 30 Rhombum pascit et lupos vernas. Sic Plin. 32, 9. Grandes rhombi Hor. Serin. 2, 2, 95. Conf. Idem Sat. 2, 2, 41. et 1, 2, 116. Ouid. Halieut. 125.
- RHOMBOIDES, is. Adi. Rhombi formam habens, ap. Geometras. Vid. Martian. Capella 6 p. 230 Quae ex aduerso latera sibi aequalia, et contrarios angulos inuicem sibi aequales habet, et neque omnia latera inuicem sibi aequalia, neque angulos directos, et dicitur *ῥόμβοειδής*. Loquitur de figuris rectilineis quadrilateris.
- RHOMPHEA, RHOMPHEA, *it.* RVMPIA, ae. f. [*Ῥόμψαια*] framaea, gladius Vet. Gloss.] Genus gladii. Valer. Flacc. Argon. 6, 98 Aequaque nec ferro breuior, nec rhomphea ligno. *Burm. cum Heinsio Rumpia.* Gell. 10, 25 Rumpia (Sic Heins. ad Val. Flac. l. c. Sic etiam Gron. alii rhomphea) genus teli est Thracae nationis, positumque hoc vocabulum in Qu. Ennii annalium quartodecimo. Rumphea ex inferioris aetatis scriptoribus illustrat Weitzius ad Val. Fl. l. c. Humerum eius Birrhia rhomphea traiecit Ascon. Ped. argum. Milonianae p. 181. Conf. Tertull. de Anima 5, 5. Sed etiam ipse Liu. 31, 39 Thracas quoque Rhompheae, ingentis et ipsae longitudinis, inter adiectos vndique ramos impediabant. Vid. Isidor. 18, 3. Cluver. Germ. Ant. 1, 44.
- RHOMPHEALIS, e. Adi. Prudent. Cathem. 7, 93 Dextram perarmat rhompheali incendio. i. Rhomphea flammante. Add. 6, 85.
- RHONCHVS, i. m. [*Ῥόγχος*] Stertentis *it.* iridentis sonus, nomen ex sono fictum, qui naribus adiuuatur. Martial. 1, 4 Maiores nusquam rhonchi: iuuenesque senesque, Et pueri nasum rhinocerotis habent. Nec rhonchos metuas maligniorum Martial. 4, 86.
- RHONCHO, are. Sidon. Epist. 1, 6 Bubsquae rusticani, subulci- que rhonchantes. Conf. Vet. Gloss.
- RHONCHISSO, are. [*Ῥόγχισσω*] Stertere. Plaut. . . . Cyathissat dum coenat: dum dormit, rhonchissat.
- RHONCHISONVS, a, um. Adi. Qui sonat rhonchos, et derisor est. Sidonius Carm. 3. Nec nos rhonchifonos rhinocerote notat. Vid. modo RHONCHVS.
- RHOPALON, i. n. Herba, de qua Plin. 25, 7 Nymphaea nata traditur,



traditur, Nympha zelotypia erga Herculem, mortua. Quare Heraclion vocant aliqui, alii Rhopalon, a radice clauae simili. Ideoque eos, qui biberint eam, duodecim diebus coitu genituraque priuari. Laudatissima in Orchomeno et Marathone. Boeoti Madon vocant, qui et semen edunt. Nascitur in aquosis, foliis magnis, in summa aqua, et alijs ex radice prodeuntibus, flore Lilio simili, et quum defloruit, capiti papaueris in caule. Secatur Autumnino. Radix nigra in sole siccatur, aduersaturque aluinis. Est et alia Nymphaea in Thessalia etc. *Vid. etiam 26, 10 pr. it. Apul. de Herb. c. 67.*

RHOPALICVS, a, um. Adi. *Grammaticis Rhopalicus versus dicitur, qui a monosyllaba voce incipiens gradatim crescit, et ῥόπαλον, i. Herculis clauam imitatur, ab angusto et tenui in latitudinem desinens, ut, Spes Deus aeternae stationis conciliator.* Seruius in Centim. p. 1826. Cum Verba, ut sequuntur, per Syllabas crescunt, ut Rem tibi concessi, doctissime, dulcisonorem. *Ita leg. non ut editum, dulcis honorem.* *Vid. Salmaf. ad Solin. p. 942.*

RHOSOS, i. f. [*ῤωσος Steph. ῤωσός Strab.*] Oppidum Syriae ad Casium montem, inter Issum Ciliciae et Seleuciam positum Plin. 5, 22. et Strab. l. 16. Scribitur et Rhossus.

RHOSIVS, a, um. Adi. Plin. 5, 22 Oppidum Rhosos, et a tergo portae, quae Syriae appellantur, interuallo Rhosiorum montium et Tauri.

RHOSIACVS, a, um. Adi. *Vt, Rhosiaca vasa fictilia, ut putant viri docti Cic. Att. 6, 1.*

## R H V

RHVS, rhois et rhus. c. [*ῤῥός*] *Fruticis genus, de quo Plin. 24, 11 f. 54 Nec rhus latinum nomen habet, cum in vsum plurimis modis veniat. Nam et herba est siluestris, foliis myrti, cauliculis breuibus, quae tineas pellit: et frutex coriarius appellatur, subrutilus cubitalis, crassitudine digitali, cuius aridis foliis, ut malicorio, coria perficiuntur etc.* *Deinde Rhus, quae erythros appellatur, frutex est, et huius fruticis semen vim habet adstringendi, refrigerandiue. Adspargitur pro sale opsoniis, Aluos soluit, omnesque carnes cum silphio suauiores facit etc.* *Huius Rhus quo coqui vtuntur mentio Scribon. 113. Conf. Plin. 13, 6. et 20, 3. Cels. 6, 11. Apic. 10, 2 et 7. Rhus Syriacus Scribon. 256. Rhus Syriaci sextarii duo III. Rhois, quo coriarii vtuntur, opii etc. Scribon. 142.*

RHOICVS, a, um. Adi. *Ex rhoë f. rhu, de quo modo dictum. Plin. 24, 11 f. 54 Medici rhoicis vtuntur ad contusa, item coeliacos, et sedis vlcera etc.*

RHVSELINON, i. n. [*ῤωσέλινον*] *Apium rusticum Apul. de Herb. c. 8.*

## R H Y

RHYAS, adis. f. [*ῤυάς*] *Morbus oculorum, de quo Cels. 7, 7, 4 Si abscissa est cum ungue caruncula ex angulo oculi, patefit foramen, per quod postea semper humor descendit ῤυάδα Graeci vocant.*

RHYNTON, (quod primis fere editoribus placuit, f. ut post emendatum est) seu RHINTON, [*ῤύντων*] *Poëta bilaro tragoedus patria Tarentinus, cuius versum citat Cic. Att. 1 extr. Nam ut ait Rhinton, ut quinq, 'Οι μὲν παρ' ἑδὲν εἶσιν, οἷς δ' ἑδὲν μέλα.* *Mihi vero vt inuideant piscinarii nostri. Hortensium et Lucillum in primis tangit. Huc alluisse putatur, agens de piscinis Varro de R. R. 3, 3, 9 Quis contra nunc Rhinton non dicit sua nihil interesse, vtrum his piscibus (squalos et mugiles nominauit) stagnum habeat plenum, an ranis? Eadem verba habet Columel. 8, 16, 4. Donatus f. auctor de Tragoedia et Comoedia, Latium hominem, actorem fabularum f. histrionem fuisse ait Rhintonem, et certo earum generi nomen dedisse. Quare olim suspicatus sum, Aesopi histrionis luxuriam taxare sub hoc nomine Varronem voluisse.*

RHYPAROGRAPHVS, i. m. *Sordidarum humiliumque rerum piteor. Plin. 35, 10 Piteicus arte paucis postferendus, proposito nescio an destruxerit se, quoniam humilia quidem secutus humilitatis tamen sumnam adeptus est gloriam. Tonstrinas futrinisque pinxit, et asellos, et opsonia, ac similia, ob hoc cognominatus Rhyparographus, in iis consummatae voluptatis: quippe eae pluris vaenire quam maximae multorum.*

RHYPODES, is. m. *Emplastrum ad extrahendum Cels. 5, 19, 15 a similitudine sordium appellatum. Adid. 5, 26, 23.*

RHYPTVSA, ae. f. [*ῤύπτουσα*] *Celso 5, 26, 23 in loco emplastrum laudata.*

RHYTHMVS, i. m. [*ῤυθμός*] *Latine Numerus dicitur. Gell. 16, 18 Longior mensura vocis ῤυθμός dicitur, altior μέλος. Nimirum rhythmus est ordo quidam, et alternatio sonorum breuium et longorum; si iidem soni nunc altiores nunc depressiores sint, oriatur cantus. Rhythmus solus est in pulsibus vnus mallei, vel aequalium, in percussione pedum cum saltatur etc.* *Quinctil. 9, 4, 46 Rhythmi, id est, numeri spatio temporum constant, metra etiam ordine. Si de rhythmico solo quaeratur, Dactylus, et Anapaestus sunt indifferentes, non item cum de metro. Metron in verbis modo, rhythmus etiam in corporis motu est. Sunt plura ad l. c. Fabii a nobis vel disputata vel indicata. Vitruu. 1, 1 Est ratiocinatio medicis de venarum rhythmico. i. De proportione interuallorum.*

RHYTHMICVS, i. m. [*ῤυθμικός*] *Qui numeros in cantu vel in prolatione aut sono obseruat. Cic. de Orat. 3, 190 c. 49 Neque tamen hoc tanti laboris est, quanti videtur: nec sunt haec rhythmicorum ac musicorum acerrima norma dirigenda.*

RHYTHMICVS, a, um. Adi. *Vt, Rhythmica musicae pars Isidor. Orig. 2, 16 et 21. Tempus rhythmicum Mart. Capell. 9 p. 327.*

RHYTHMICE, es. f. [*ῤυθμική*] *Mart. Capell. 9 p. 327 Rhythmicum est ars omnis in numeris.*

RHYTHMIZOMENON, i. n. *Materia numerorum Mart. Cap. 9 p. 336.*

RHYTHMIZATIO, ois. f. *Vet. Interpr. Irenaei 2, 20 Aptus rhythimizatio.*

RHYTHMOIDES, is. [*ῤυθμοειδής*] *i. Similis numeris Mart. Cap. 9 p. 327 et 328.*

RHYTHMOPOEIA, ae. f. [*ῤυθμοποίησις*] *Idem l. c.*

RHYTIVM, i. n. *Genus vasis cornu simile apud Athenaeum. Mart. 2, 35 Quum sint crura tibi, simulent quae cornua lunae, In rhytio poterat Phoebe lauare pedes. al. Imbricio. v. v. sub IMBEX.*

## R I C

RICA, ae. f. *Quadratum vestimentum simbriatum, et purpureum, 105*

quo pro palliolo utebantur Flaminicae. Alii dicunt quod ex lana fiat succida alba, quod conficiunt virgines ingenuae patrinae, matrinae ciues, et inficiatur caeruleo colore. Haec Festus Paulli. Plaut. Epid. 2, 2, 48 Supparum, aut subminiam, ricam, basilicum, aut exoticum. Nonius 14, 15 Rica est, quod nunc fudarium dicimus. Habet ille auctores plures. Dicitur a ritu, ut Varro auctor est de L. L. 4, 29 p. 31, 26 quod Romano ritu sacrificia feminae quum faciunt, capita tegunt. Caput rica velatus Gell. 6, 10 de Euclide Megarensi vestitu muliebri se occultante. Massurius Sabinus ap. Gell. 10, 15

Flaminica — in rica furculum de arbore felici habet. Conf. Germanic. in asterismo Virginis v. 122. Seru. ad Aen. 4, 137.

RICVLA, ae. f. Dimin. Festus, Ricae et ricalae vocantur parua ricinia, vt palliola, ad vsum capitis facta. Granius quidem ait esse muliebri cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica redimiatur. Nonius 14, 16 pro Capitis quodam velamine positum ostendit, cum laudat Turpil. Velitern. Ducit me secum, postquam ad aedem venimus, veneratur deos. Interea adspexit virginem gestantem in capite ricalam indutam ostrinam.

RICINIVM, f. RECINIVM, i. n. et RICINVS, f. RECINVS, i. m. auctore Nonio 14, 33 Quod nunc mafurtium (vox barbara vid. MAVORTE) dicitur, Palliolum est femineum breue. Laudat deinde ex Varrone, Nihil magis dicere muliebri, quam de muliebri ricinio pallium simplex: itemque Varron. de Vita Populi Romani l. 1 Et quo mulieres in aduersis rebus ac luctibus, quum omnem vestitum delicatorem ac luxuriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt. Festus, Recinium, omne vestimentum quadratum. Ii, qui duodecim (tabulas) interpretati sunt, esse dixerunt virilem togam, quam mulieres utebantur, praetextam clauo purpureo. Ad hanc legem XII tabularum pertinet Cic. de Legib. 2, 59 c. 23 Extemuato igitur sumtu tribus riciniis, et vinculis purpurae, et decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. Varro de L. L. 4, 30 p. 33, 3 Ricinium dicitur putat, quod eo vterentur duplici, ab eo quod dimidiam partem retrosum iaciebant, a reiciendo. Seruius ad Aen. 1, 282

Togas etiam feminas habuisse, cycladum et recini vsus ostendit. Recinus autem dicitur ab eo, quod post tergum reicitur, quod vulgo Mauorte (al. Maforte) dicunt. Add. Isid. 19, 25 cum de stola dixisset, Eadem, inquit, et ricinium Latino nomine appellatum, eo quod dimidia eius pars retro eicitur, quod vulgo Mauortem dicunt. Vocatam autem dicunt Mauortem, quasi Martem. Signum enim maritalis dignitatis et potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est: inde et super caput mulieris est. Respicit, credo, ad ἑξαστάς illam Paulli Corinthiis commendatam. Caeterum, si ea iam colligamus, quae dicta sunt ex antiquis, videtur res eadem fuisse rica, ricinus, ricinium

sive per secundam Vocalem reca etc. vestimenti simplicis genus primo capiti et humeris tegendis factum, vt Palliola: deinde a luxurie auclum. Plura id genus sumfisse videntur mulieres lugentes et in exsequias prodeuntes, quae suo de corpore demta in rogam maritorum iniicerent insulturae ipse quoque, si credimus, nisi cari homines alii prohiberent. Lex XII tabularum coërcet numerum, et plus tria ricinia adhiberi vetat. Conf. viri docti qui XII tabulas illustrarunt.

RICINIATVS, a, um. Adi. Ricinio indutus. Riciniati, mimi planipedes Fest. Arnob. aduersus gentes 6 sub fin. Fronte Ianus ancipiti, riciniatus Iupiter.

RICINVS, a, um. Adi. apud Non. 14, 15 vt, Mitra ricina. Varr. Prometheo l. 1 Aliae mitram ricinam, aut mitram Melitensem.

RICINVS, i. m. [κννοραίνης, κρότων] Genus vermis, canes acrius atque boues infestans. Sanguine seu ricini, quem bos gestauerit ante Sammonic. v. 699. In alio pedicellum vides, in te ricinum non vides Petron. c. 57. prouerbialiter. Conf. Reines. ad h. l. p. 81. Varro de R. R. 2, 9 Quidam nucibus Graecis in aqua tritis perungunt aures, quod muscae, et ricini et pulices soleant (si hoc vngvine non sis vsus) eas exulcerare. Plin. 22. 18 Et ricinos canum necant. Columel. 6, 2. Conf. Interpp. Nemesian. Cyneg. v. 209. Ricini quoque ouium sunt Cato de R. R. c. 96 et 103. ¶ 2 Ricinus, [xixi] Frutex grana ferens ricinis animalibus similia, vnde nomen traxit. Vocatur et Croton Graeco nempe nomine, et CICI, ubi vid.

¶ 3 Plin. 23, 7 Mori germinatione prius quam in folia exeant, sinistra decerpi iubentur futura poma, ricinos Graeci vocant. Hi terram si non attigere, sanguinem sistunt adalligati.

RICTO, ãre. vid. in RINGO.

RICTVS, vid. RINGO.

RICOTIA, ae. f. Medicamenti genus Octau. Hor. 1, 5.

RICVLA, vid. RICA.

## R I D

RIDEO, si, sum, ãre. [γελῶ, μεδῶ] Propriam illam hominum affectionem notat, quae in re iucunda os, genas, oculos, et cum vehementior est, pulmones et arteriam mouet. Gell. 1, 19 Rex, quasi anus (Sibylla) aetate desiperet derisit — Sed enim Tarquinius id multo risit magis. Cic. Verr. 5, 62 Ridere conuiuiae, cachinnari. Fletu misto risit Stat. Theb. 9, 820. Ore ridere catuli Galliani, apud Catull. 42, 10 Turnebo interprete. Catull. 60, 219 Torquatus volo paruolus, Matris e gremio suae, Porrigens teneras manus, Dulce rideat ad patrem Semihante labello. De eadem re

Virg. Ecl. 4, 68 Qui non risere parentes, i. ad parentes, Nec Deus hunc (quemcumque horum) mensa, dea nec dignata cubili est. Est turpiter et late inter ridendum os diducere, vt patulus erat oris rictus canibus Gallicis venaticis. M. Crassus semel in vita risit, ex quo vocatus ἀγέλασος Cic. de Finib. 5, 92 c. 30. Cic. Att. 14, 14 Ioca tua plena facetiarum, de haeresi Vestorina, et de Phetriorum more Puteolano, risisse me satis, nihil est necesse scribere. Plaut. Truc. 5, 8 Si mihi rides, i. arrides. Non puto esse, qui temporibus his ridere possit Cic. Fam. 2, 4. i. iocari. Alicui ridere Virg. Aen. 5, 358. Rideo, inquit Galba, prouerbium est, quod Sinnius Capito interpretatur in iis, qui principio rei alicuius inchoatae deficient animo. Sulpicius Galba, quum in prouinciam exiens ad portam ipsam Canterium suum animaduertisset cecidisse, rideo, inquit, Canteri te iam lassum esse, quum tam longum iter iturus, vix sis ingressus. Festus. Ridere aliquem, pro Deridere Ter. Adelph. 4, 2, 10. Sic Cic. de Arusp. Resp. 8 c. 4 Quum riseritis impudentiam hominis, tum a me de tota concione audietis. Ille dolum ridens Virg. Ecl. 6, 23. Cum orationem in senatu agrestius pronuncians risus esset Spartian. in Hadr. c. 3. Bene risus est in imperio suo Carus Vopisc. in Carino c. 20. Amatorem ridet Lyda puella suum Ouid. Fast. 2, 356. Deos ridere inulte Ouid. Amor. 2, 3, 20. Niuem

risit

risit

risit

risit

risit

risit

risit

risit

risit

rifi atram, teque hilari animo esse et prompto ad iocandum valde me iuuat Cic. Qu. Fratr. 2, 2. Idem Fam. 7, 26 Videris mihi veri, ne si istum habuerimus, rideamus γέλῳτα Σαρδάνιον. Tacit. in lib. de moribus German. 19 de feueritate in adulteriis puniendis, Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere et corrumpi, saeculum vocatur. 5  
 Malis ridens alienis Horat. Sat. 2, 3, 72. Versus alicuius ridere Horat. Serm. 1, 10, 54. Ab omni conuentu rideri Hor. Serm. 1, 7, 22. Cic. Fam. 2, 15 Hoc adspersi, vt scires me tamen in stomacho (in molestia et indignatione) solere ridere. Intempestiue ridere Quinctil. 6, 1. ¶ 2 Ridere etiam dicitur quidquid placet sensibus, et velut blanditur. Omnia nunc rident Virg. Ecl. 7, 55. Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum Hor. Epist. 1, 7, 27. Aequora Ponti tibi rident Lucret. 1, 8. Angulus mihi ridet, i. Arridet, placet Hor. Carm. 2, 6, 13. Si armigeræ ridet Tritonidis arces Petron. c. 5. i. si iuuat Athenas proficisci. 15  
 Domus ridet argento, Splendet Hor. Carm. 4, 11, 6. Fortuna ridet vultu sereno Ouid. Trist. 1, 4, 27. Albaque de viridi riserunt Lilia prato Petron. c. 127. Tempestas ridet Lucret. 5, 1394. Venus dulce ridet Ouid. Epist. 16, 83. Lucret. 3, 22 Semperque in-nubilus aether Integit, et large diffuso lumine ridet. Add. Gi- 20  
 fan. Ind. Lucret. Passerat. ad Catulli Epithal.

RIDENS, entis. Partic. [γελῶν] Vt, Hor. de Arte Poët. 101 Vt ridentibus arident, sic stentibus afflent Humani vultus. Ri-  
 dentem dicere verum Quid vetat? Hor. Sat. 1, 1, 24. Dulce ri-  
 dens Catul. ad Lesbiam f. 49 (52) 5. Hor. Od. 1, 22, 23. Vn- 25  
 dac ridentes Lucret. 5, 1003.

RIDENDVS, a, um. Partic. [γελῶτος] Hor. Epist. 1, 1, 9 Solue senescentem mature sanus equum, ne Peccet ad extremum ridendus.

RIDIBVNDVS, a, um. Adi. [μειδιῶν] Plaut. Epid. 3, 3, 33 Illam ri-  
 dibundam, atque hilarem huc adduxit simul. Vid. Gell. 11, 15 ubi 30  
 late de his, quae in BVNDVS finita sunt differit.

RIDICVLVS, a, um. Adi. [γελῶσιος, καταγέλασος] Quidquid, vel dignum est, quod rideatur, vel re ipsa et actu, ut aiunt, ridetur. Saepe velut substantiue ponitur, intellecto nempe dictum vel factum. In quo autem insit ridiculum, difficile est vna comprehensione et finitione dicere. 35  
 Pleraque certe complexus Aristot. Poët. c. 5 Γελῶσιον ἐστὶν ἀμάρτημα τι καὶ αἰῶχος ἀνώδυνον καὶ ἰσθητικόν. Conuenit Festus, Ridiculum proprie dicitur, qui in rebus turpibus ridetur. Vid. Quinctil. 6, 3, 7 et quae ibi monuimus. Totum illud caput bene longum agit de ridiculis. Cic. de Orat. 2, 235 c. 58 seqq. pulchre etiam de ridiculis praecipit: ac statim 40  
 236 Locus autem, inquit, et regio quasi ridiculi turpitudine et deformitate quadam continetur etc. Ter. Andr. 3, 1, 6 Hui, tam cito? ridiculum. Idem Eun. 5, 7, 3 Mihi solae ridiculo fuit, quae, quid timeret, sciebam. Cic. A. 1 in Verr. 19 Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur. Dicuntur saepe etiam senten- 45  
 tiose ridicula Cic. de Orat. 2, 286. Eludere ridiculum ridiculo Quinctil. 6, 3. Est ridiculum ad ea quae habemus, nihil dicere, etc. Cic. pro Arch. 8. Esse in ridiculo, Haberi in ridiculo, vid.

IN. Iacere ridiculum, et Mittere, vid. hb. vv. Iteratu ridi-  
 culum, vid. ITERO. Obtinere regem ridiculis suis Plaut. Sti- 50  
 cho 3, 2, 2. Cic. Off. 2, 134 c. 37 Quum studiose de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut seuerè, maledicè, contumelioseque dicitur. Idem de Orat. 2, 237 Quatenus sint ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum est. Ter. Eun. 2, 3, 13 At ego infelix, neque ridiculus esse, neque plagas pati possum. 55  
 Conf. Plaut. Capt. 3, 1, 10. Cic. Verr. 2, 143 c. 60 Hoc postulatam de statu ridiculum esse videatur ei, qui rem sententiamque non perspicit. Plaut. Stich. 1, 3, 68 Iocos ridiculos vendo, agite licemini. al. logos rid. Nil habet infelix paupertas durius in se, quam quod ridiculos homines facit Iuuenal. 3, 153. Ridiculus, etiam dicitur ho- 60  
 mo facetus, quique diceret ea, quibus homines riderent, non ipse rideretur. Cic. in Brut. 217 Cn. Sicinius homo impurus, sed admodum ridiculus, neque aliud in eo oratoris simile quidquam: is quum Tribunus plebis Curionem et Octauium Consules produxisset, Curioque multa dixisset sedente Cn. Octauio collega, qui deuinctus erat fasciis, et multis 65  
 medicamentis propter dolorem artuum delibutus: Nunquam, inquit, Octauii collegae tuo gratiam referes: qui nisi se suo more iactauisset, hodie te istic muscae comedissent. Libro eodem 114 Longe autem post natos homines improbissimus C. Seruilius Glaucia, sed peracutus, et callidus, cumprimisque ridiculus. i. Facetus, cuius etiam ioci lib. 2 de 70  
 Orat. 217 ponuntur. Facie magis quam facetiis ridiculus Cic. Att. 1, 13. Multa Graecorum ridicula et falsa Idem de Orat. 2, 217. Mus ridiculus Hor. de Arte Poët. 139. Poëma ridiculum Hor. Epist. 2, 1, 237. Rem ô ridiculam! Catul. ad Catonem f. 54 (57) 1. Ridiculissimus, antiquum. Plaut. Stich. 2, 2, 58 Eu- 75  
 ge quando adbibero, alludiabo, tum sum ridiculissimus. al. Ridiculossimus.

RIDICVLARIVS, a, um. Adi. antiquum. [καταγέλασος] Idem quod Ridiculum. Plaut. Trin. 1, 2, 28 Sed hoc animum aduerte, aufer ridicularia. Conf. Idem Afin. 2, 2, 69. it. Truc. 3, 2, 16. Gell. 80  
 4, 20 Qui iurabat cauillator quidam, et canicula, et nimis ridicularius fuit. Vid. Borrich. Cogit. p. 224.

RIDICVLE. Adu. [γελῶσιος] Ter. Adel. 4, 5, 42  
 — Haec mi pater  
 Te dicere aequum fuit, et id defendere. 85  
 M. Ridicule: aduersumne illum causam dicerem,  
 Cui veneram aduocatus?

Homo ridicule insanus Cic. Verr. 2 c. 66. Idem de Orat. 1, 243  
 c. 57 Non modo acute, sed etiam ridicule ac facete.

RIDICVLOSVS, a, um. Idem. Arnob. 5 p. 175 Ridiculosa ne- 90  
 gotia defendere. Et Hieron. adu. Rufin. 3, 4 pr. Non ridiculosa, vt scribis, sed ridicula mihi forte res accidit. Ridiculossimus Plaut. Stich. 2, 2, 64.

RISITO, ãre. Frequent. a Rideo. Naeuius apud Non. 3, 116 Clam ineunt, irruunt, cachinnos, ioca, dicta risitant. 95

RISILOQVIVM, i. n. Sermo ridiculus. Tertull. de Poenit. 10  
 In risiloquio consistere.

RISIO, ònis. f. [μειδίασις, γέλασις] Plaut. Stich. 5, 2, 10 Quot ego voluptates fero, quot risiones, quot iocos.

RISOR, òris. m. [γελῶσις] Hor. in Arte Poët. 225 Verum ita 100  
 riores, ita commendare dicaces Conueniet Satyros.

RISORIVS, a, um. Adi. Ridiculus. Fulgent. Mythol. 2 Riso-  
 rii honores.

RISIBYLIS, e. Adi. Aptus ad videndum: utuntur eo philosophi,  
 Boëthius, aliique vid. Goslen. Probl. Gramm. 2, 57. 105

RISVS, ſis. m. [*γέλως, μεδίασμα*] *Idem quod Risto.* Quinctil. 6, 3 *soto de virtute illa oratoris agit, Quae risum iudicis mouendo et illos tristes soluit affectus, et animum ab intentione rerum frequenter auertit, et aliquando etiam reficit, et a fatietate vel a fatigatione renouat.*  
 5 — f. 7 Neque hoc ab vilo fatis explicari puto, licet multi tentaerint, vnde risus; qui non solum factu aliquo dictoue, sed interdum quodam etiam corporis tactu laeſſitur. Tactu hoc vnice verum esse, ostendimus ad h. l. Ad hunc tactum pertinet illud Nemesian. Ecl. 3, 29 *vbi Bacchum, paruulum alumnum suum vocat ad risum digito Silenus.*  
 10 vid. RIDICVLVS. Excessus quidam risus est cachinnatio. Cic. Tusc. 4, 66 c. 31 Vt si ridere concessum sit, vitetur tamen cachinnatio. Plaut. Milit. 4, 2, 81 Nequeo hercle quidem risu meo moderarier. Blando risu fraudem praetexere Claud. in Rufin. 1, 99. Gratus risus Hor. Carm. 1, 9, 22. Indecens Sueton. Claud. c. 30. Inepto risu  
 15 res ineptior nulla est Catull. 39, 16. Lacrimosi Stat. Theb. 6, 164. Lentus Hor. Carm. 2, 16, 26. Multus Idem ibid. 4, 13, 27. Obsceni Ouid. Trist. 2, 409. Soluto risu ludere Virg. Georg. 2, 386. Soluti Hor. Sat. 1, 4, 82. Teneri risus pueri Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 346. Tremulus Lucret. 1, 918. ¶ 2 Verba:  
 20 Adimere risum, vid. ADIMO. Cic. Tusc. 2, 17 c. 7 Epicurus ea dicit, vt mihi risus Captare videatur. Solutos qui Captat hominum risus Hor. Sat. 1, 4, 82. Compescere mappa in os intrusa nimirum: gestus parca, icus Hor. Serm. 2, 8, 63. Componitur non bene risus ore mendaci Tibul. 3, 7, 3. Conciliatur risus Quinctil. 6, 3.  
 25 Cic. de Orat. 2, 235 c. 58 Atque illud primum quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, vbi sit, quo modo existat, atque ita repente erumpat. Cic. Fam. 5, 2 Visa est oratio non iniucunda, et mediocris quidam est risus consequutus. Idem Quint. Frat. 2, 76 Magni risus conſequebantur. Nimum risus pretium est, si probitatis impendio  
 30 Constat Quinctil. 6, 3. Consumere risum, Continere, vid. hh. vv. Dare risus alicui Hor. Serm. 2, 5, 98. Cic. Qu. Frat. 2, 10 Memini quum hominem portarem ad Baias, etc. miros risus nos Edere. Elicere risum alicui Iuuen. Sat. 7, 212. Cic. Philipp. 2, 73 Qui risus hominum de te erat? Fabia risui forori fuit Liu. 6, 34.  
 35 Excipere aliquid risu et osculo Quinctil. 1, 2. Excitare risum alicui Nep. 23, 11, 5. Hor. Serm. 1, 4, 34 Dummodo risum Excutiat sibi, non hic cuiquam parcat amico. Cic. Verr. 4, 27 Risus populi atque admurmuratio omnium facta est. Mereri risum Quinctil. 6, 1. Cic. Att. 6, 3 In quo tamen ille mihi risum magis quam  
 40 stomachum mouere solet. Mouere risum factu aliquo, vel ipso vultu Quinctil. 6, 1. Oriebantur vnde risus, dulcesque cachinni Lucret. 5, 1402. Quatere populum risu Hor. Epist. 2, 2, 84. Ridere risum Sardonium, i. mortiferum, et perniciosum. Gracco utitur Cic. Fam. 7, 25 Videris enim mihi vereri, ne si istum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδόνιον. Originem ita declarat Seru. ad Virg. Ecl. 7, 41 Immo ego Sardois videor tibi amarior herbis: In Sardinia nascitur quaedam herba, vt Sallustius dicit, apiaſtri similis: haec ora hominum rictus dolore contrahit et quasi ridentes interimit. Solventur risu tabulae Hor. Serm. 2, 1, 86. Cic. de Clar. Orat. 292  
 50 Equidem in quibusdam risum vix tenebam. Tollere risum Hor. in Arte Poët. 381. ¶ 3 Risus deus. Apul. Met. 3 p. 134, 12 Nam risus iste, quem publice gratissimo deo Risui per annua reuerticula sollempniter celebramus.

RIDICA, ae. f. [*χάραξ* Gloss. Gr. Lat.] *Pedamentum vinearum ex ligno fisso, et angulosum, vt palus rotundum.* Columel. 2, 12 Palos vna opera caedere, et exputatos acuire centum numero potest: ridicas autem querneas siue oleagineas findere, et dedolatas vtraque parte exacuere numero sexaginta. Varr. de R. R. 1, 8, 4 Vnum robustum quod optimum solet afferri in vineam e quercu ac iunipero, et vocatur ridica. Columel. 4, 12 Hic annus nondum vehementem palum aut ridicam desiderat. Plin. 17, 22 Pedamenta optima quae diximus, aut ridicae robore, oleaque: aut si non sint, pali e iunipero, cupresso, laburno, sambuco. conf. Cat. R. R. 17, 1.

RIDICVLA, ae. f. Dimin. Senec. Quaest. Nat. 1, 3 de ful-  
 65 lone, Cum os aqua impleuit, et vestimenta ridiculis diducta leuiter adſpergit, apparet varios edi colores, etc. Quidam, etiam Gronou. ridiculis edidere.

RIDICVLVS, vid. RIDEO.

## 70 R I E

RIENES, um. antiqui vocabant Nefrundes, quia Graeci νεφρὰς eos vocant. Plaut. in Satyrione Male tibi euenisse video. Glaber erat tanquam rien. Festus. Rienes ergo iidem, qui Renes. vid. REN.

## 75 R I G

RIGEO, RIGIDVS, vid. RIGOR.

RIGO, are. [*δείνω, βρέχω, πορίζω*] *Madefacere, humore adſpergere.*  
 80 Plin. 12, 11 Rigatur arbor gelidis fontibus. Conſpergere et rigare Columel. 5, 6. Agros imbribus quoties Iuppiter vtilibus rigat Ouid. ex Pont. 2, 1, 13. al. Iuuat. Arma cruore rigare Virg. Aen. 12, 308. Arua rigare Hor. Carm. 3, 3, 48. Babylonica rigan-  
 85 tur Lucret. 4, 1023. Fons circumiectos rigat Campos Curt. 3, 1, 3. Caelum lux solis rigat Idem 4, 203. conf. Idem 5, 594. Rigare posuit pro ſpergere. Genas indigno teneras imbre rigante Ouid. de Arte Am. 1, 532. Hortus rigatur fonte Ouid. Fast. 5, 210. Ora rigan-  
 90 tur aquis Idem Amor. 3, 9, 26. Ora rigauit fletibus Idem Met. 11, 419. Sanguinem venae rigan vitalis membrum Plin. 11, 37. Aquae rigan Solum Curt. 6, 4, 3. Vultum lacrimis et ora rigare Virg. Aen. 9, 251. Cic. de Diuin. 1, 20 de Lupa Romuli et Remi nutrice, Quae paruos Mauortis semine natos vberibus grauidis vitali rorerigabat. Metaph. Auctor ad Herenn. 4, 10 c. 6 Iſti cum non modo do-  
 95 minos se fontium, sed seipsos fontes esse dicant, et omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum, si quum id polliceantur aliis, areſcant ipsi ſiccitate. Lucret. 2, 262 Nam dubio procul his rebus sua cuique voluntas Principium dat: et hinc motus per membra rigan-  
 100 tur, ſparguntur, propagantur. Peculiaris formula est, Aquam emissam per agros rigare Liu. 5, 1, 4 extr. i. deducere. Erymanthus ab accolis rigan-  
 105 tibus carpitur: ea causa est, cur tenues reliquias in mare emittat Curt. 8, 9, 10.

RIGANS, antis. Partic. [*βρέχων*] vt, Lucret. 6, 520 Atque aliis aliae nubes, nimbique rigan-  
 110 tes.

RIGATV aliquid madefacere Fortunat. . . .

05 RIGATIO, onis. f. [*εροχή*] Columel. 11, 3 Siu autem sicco loco

loco feri debuerint, quod rigationem ministrari non expediat, mense Febr. sesquipedali altitudine sulci faciendi sunt.

**RIGATOR**, ōris. m. Tertull. adu. Valent. c. 15 O fletum rigatorem. Plantator et rigator Augustin. Epist. 112 ad Paullinam. Et scientis humi percussa rupe rigator Paullin. Natal. Felic. 8, 239. conf. 5 Idem Epist. 39 (al. 30) n. 6. Dracont. Hexaem. v. 432.

**RIGATRIX**, icis. f. Augustin.

**RIGVS**, ōris. n. Plin. 5, 4 Diarrhytum a Graecis dictum propter aquarum rigus. al. Irrigua, ut ipse Hard. ne mentione quidem alterius lectionis facta. Optime forte Etzeu. rigua: unde ratio reddi potest inauditi alias nominis rigus. 10

**RIGVVS**, a, um. Adi. [ῥιγῶρες] Quod aquis irrigatur: cui opponitur Sicaneus. Columel. 2, 17 de prato loquens, Eius igitur, inquit, animaduertimus duo genera: quorum alterum est sicaneum, alterum riguum. add. ibid. c. 7. Amnes rigui Virg. Georg. 2, 485. 15 Hortus riguus Ouid. Met. 8, 646. Saltus rigui Claud. de Rapt. Proserp. 2, 5.

¶ 2 Substant. Rigua, sunt irrigationes: Plin. 17, 26 f. 40 Rigua aestiuus vaporibus vtilia, hieme inimica, autumnus varia. Paulo post, Circa canis ortus rigua maxime profunt, ac ne tunc quidem nimia, quoniam inebriatis radicibus nocent. Rurfus 20 27 f. 46 Vrit vineas fimum suillum, nisi quinquennio interposito, praeterquam si riguis diluatur.

**RIGOR**, ōris. m. [ῥίγος] Frigiditas uehemens. Liu. 21. 58 Torpentibus rigore nervis vix flectere artus poterant. Plin. Ep. 8, 8 Rigor aquae certauerit niuibus, nec color cedit. Columel. 9, 14 Quam recentissimi rigoris aqua infusa. Rigore detracto Scribon. 83 sc. aquae frigidae. Humida, vel nimis rigoribus torporata Lactant. 2, 8, 62.

Calor et Rigor, contraria Plin. 7, 50 Tenet exsangues rigor horridus artus. de metu, qui frigore tangit membra et torporem adfert.

¶ 2 Rigor, [σκληρότης] Durities, qualem inducit humori et humidis frigus. Virg. Georg. 1, 143 Tum ferri rigor, atque argutae lamina ferrae. Lucret. 1, 493 Quin labefactatus rigor auri soluitur aestu.

Rigoribus quibusdam torpet corpus Scribon. 187. Arborum Vitruu. 2, 9. Neruorum Cels. 2, 1. et 4, 3 pr. Metaphor. Modestini.

in l. Si expressim D. de Appell. Si expressim sententia contra iuris rigorem data fuerit. ¶ 3 Seueritas et velut immobilis quaedam durities in animo, quae vultus constantia et non mutato tenore declaratur. Plin. 7, 19 Exit hic animi tenor aliquando in rigorem

quendam, toruitatemque naturae duram et inflexibilem, affectusque humanos adimit. Idem 9, 3 Oratio habeat rectam quandam, velut faciem, quae stupere immobili rigore non debeat. Cn. Piso fuit

memoria nostra vir a multis vitiis integer, sed prauus, et cui placebat pro constantia rigor Sen. de Ira 1, 16. Add. Sueton. Aug. c. 66. Triste rigor nimius: Torquati despue mores Claud. Honor. Conf. 4, 402.

Sed etiam in laude ponit Claud. Nupt. Honor. 524 Pudor emicat vna Formosusque rigor, vultusque auctura verendos Canities festina venit,

¶ 4 Rectam lineam et perpendicularum, qua cadit aqua, significat. Stillicidii rigor Scaeuolae in l. Olymp. §. vlt. D. de seruit. vrb. praed. Rigor est etiam Tractus, qui flecti non potest. Vlpian. in l. i. D. de fluminibus, ne quid, etc. Ripa autem recte ita definitur: id quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens. Idem titulo sequenti proxime, Quod autem ait, aliter fluat, non ad quantitatem aquae fluentis pertinet, sed ad modum, et ad rigorem cursus aquae referendum est. Frontin. de qualitate agrorum p. 31 edit. Goeff. Rigor est, quidquid inter duo signa vel in medio lineae, rectum percipitur. Et mox: Quidquid in agro mensori operis causa ad finem rectum fuerat, rigor appellatur. Quidquid ad horum (rigorum) imitationem in forma scribitur, linea appellatur. Rigor finalis est apud Goeff. p. 296 ad quem locum disputat Goeffius, utrum rigor acutus et hebes dici possit. Acutus videtur etiam dici Pinnalis apud Frontin. p. 120. Certe sic Rigaltius interpretatur. At linea nec hebes nec acuta intelligitur: unde forte finalis magis et h. l. aliis placuit. Quid si succurrat locus Aggeni Urbici p. 52 ubi accipitur pro toro, vel puluino inter agros iacente a natura, qui flecti nullo modo possit. Sic Goeffius. Finimus in illo Plaut. Bacch. 2, 3, 46 Longum est rigorem maleficum exornariet. Quae quid sibi velint, non temere quis dixerit. 65

**RIGOROSVS**, a, um. Barbara vox, cui falso quaeritur praesidium in Senec. Epist. 11.

**RIGORATVS**, a, um. Adi. [σκληρωθεὶς] Plin. 17, 23 f. 35, 26. Traduces, Gallica cultura, bini vtrinque lateribus, si pars quadrageno distet spatio, quaterni si viceno, inter se obuui, miscuntur, alliganturque vna conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant. h. e. rigidiores et firmiores facti. vid. Harduin. qui comparat Columel. 4, 16, 4 Compluribus arundinum fasciculis connectuntur, vt rigorem habeant. 70

**RIGIDVS**, a, um. Adi. [ῥίγος] Frigidus, et vel hac vel alia causa, durus ac rigens. Virg. Georg. 2, 316 Tellurem borea rigidam spirante moueri. Nec poterit rigidas scindere remus aquas Ouid. Trist. 3, 10, 48. Manus rigida Idem Met. 14, 647. Pruinae Lucret. 2, 520. Virg. Ecl. 6, 28 — Tum rigidas motare cacumina quercus. Aesculus rigida Hor. Carm. 3, 10, 17. Cic. Tusc. 1, 37. Per speluncas saxis structas asperis, pendentibus, Maximis, vbi rigida et crassa constat caligo inferum. Ex Poeta. Capillis rigidis hirta canities Ouid. Met. 10, 425. Ceruix rigida morbus, tetanus Scribon. 255. Sed Sueton. Tib. c. 68 Ceruice rigida et obstipa incedebat. Cornu Ouid. Met. 9, 85. Cruribus rigidis aues ibes Cic. de Nat. Deor. 1, 102. Ensem in rigidum falces conflantur Virg. Georg. 1, 508. Ferro rigido fodit pectora Ouid. de Rem. Amor. 19. Mons Idem Met. 8, 797. Pectore in rigido nec mite pone caput Idem Amor. 1, 4, 36. Rostrum Ouid. Met. 5, 673. Silex Idem ibid. 10, 242. Vngues Idem Amor. 2, 6, 4. ¶ 2 Ad animum et mores pertinent ista: Leo rigidus Martial. 10, 65. Fores Ouid. Amor. 3, 7, 24. Innocentia rigida Liu. 39, 40 de Catone. Ius est rigidum et ineuitabile Ouid. ad Liuiam 443. Mente rigida patriae negauit opem. h. e. Dura et pertinaci Ouid. Epist. 3, 96. Minae Idem Amor. 1, 8, 24. Mores Ouid. de Rem. Amor. 762. Mors Lucret. 6, 1194. Pudor Claud. Conf. Mall. Theod. 246. Plin. Epist. 4, 4 Sententiam Macri vt rigidam duramque reprehendunt. Vox flexibili opposita Quinctil. 11, 3, 69. Vultus trux et rigidus Ouid. Epist. 4, 73. Comparat. In vita imperatoria paullo rigidior et austerior Capitolin. in Macrino c. 11. Praeponderant illecebrosa rigidioribus Ambros. Epist. 3. Signa Canachi rigidiora esse quam vt imitentur veritatem Cic. de Glar. Orat. 70 c. 18. Signa intelligit 105

Statuas, non molles et riuis similes. *conf.* Quinctil. 12, 10, 7. Rigidissima Stoliditas Arnob. 5 p. 164. *conf.* Tertull. adu. Valent. c. 8.

RIGIDE. Adu. ut, Teclorium inductum rigideque obsolidatum Vitruu. 2, 3. Submouere rigide Ouid. ex Pont. 3, 3, 55. *Com-*

5 par. Valer. Max. 9, 7 extr. Disciplinam praefractius et rigidius adstringere.

RIGIDITAS, ātis. f. Rigor. Vitruu. 2, 9 Rigiditatem habere.

RIGEO, ēre. [*ῥίγω*] Frigere a frigore, deinde a quacunque alia causa durum esse ac rigidum. Plin. 6, 13 Verum Asiae quoque

10 magna portio apposita Septentrioni, iniuria sideris rigentis, vastas solitudines habet 8, 36. Cic. Tusc. 1, 69 c. 28. Caeteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut vrantur calore. *add.* Iustin. 2, 1, 6. Frigore rigere Lucret. 3, 904. Frigore perpetuo Sarmatis ora riget Ouid. ex Pont. 2, 7, 72. Liu. 21, 32 Homines intonsi et inculti,

15 animalia, inanimaque omnia rigentia gelu, caetera visu quam dictu foediora terrorem renouauere. *add.* ibid. c. 55. Pruinis hiemis rigens Petron. c. 122. Lingua riget Ouid. de Arte Am. 1, 515. Prata rigent Hor. Carm. 4, 12, 3. Comae rigeant terrore gelido Ouid. Met. 3, 100. Capilli metu rigent Ouid. Fast. 1, 97. Cervix

20 horrida riget Idem Met. 8, 284. Hor. Epod. 8, 17 Illiteratium minus nerui rigent? *de re uenera.* Ianua riget duris fulta roboribus Idem Amor. 1, 6, 38. Virg. Aen. 5, 405. Terga boum, plumbo infuto, ferroque rigeant.

RIGENS, entis. Partic. [*ῥιγών*] ut, Artus rigentes imbri ventoque Stat. Theb. 1, 387. Bruma rigens Lucan. 1, 16. Capite praeduro ac rigente barbaries quaedam mentis ostenditur Quinctil. 11, 3, 69. Idem 2, 13, 9 A summo ad imum rigens corpus. Alii legunt melius A summis ad ima rigens opus. *de Statuis et picturis.* Membra rigentia Lucan. 2, 25. Oculi rigentes Plin. 11, 37. Palla

30 rigens signis et auro Virg. Aen. 1, 652. Vestes auro et ostro rigentes Idem ibid. 11, 72. Vngue rigente secui genas, i. Duro Ouid. Epist. 5, 72. Superl. Damnata pars mundi, aquilonis conceptaculis rigentissima Solin. c. 15.

RIGEFACIO, ēre. Frontin. Strat. 2, 5, 23 Ieiunum exercitum in maximo frigore transitu fluminis rige fecit. Alii, Rigere fecit.

RIGESCO, ēre. [*ῥιγώσκει*] Indurari. Virg. Georg. 3, 363 Aeraque dissiliunt vulgo, vestesque rigeant. Vbi Seru. Rigeant, Durantur, ut frangi potius, quam scindi posse videantur. Plin. 17, 22 Vna quae nascatur e duro rigeante. Ouid. Met. 2, 364 *de for-*

40 ribus Phaethontis, f. Heliadibus, in arbores uersis, Inde fluunt lacrimae, stillataque sole rigeant De ramis electra nouis. Vbera sensit rigeant Ouid. Met. 9, 357. *conf.* Celf. 8, 10. Senec. Q. N. 3, 10. Pallad. 1, 7.

RIGIDOR, āri. Rigidum fieri. Senec. Epist. 72 (71) Flexuram non recipit? rigidari quidem, amplius intendi non potest. Alii legunt Rigida est.

RIGVVS, a, um. *vid.* RIGO.

## R I M

50 RIMA, ae. f. [*ῥιμή, ῥήμα, ῥίμα*] Fissura. Rimae proprie dicuntur, exiguae distantiae tabularum in iuncturis. Unde tractum est ut omnes fissurae, rimae dicantur. Rima improbe Diducta Petron. c. 26. Plin. 15, 8 Amurca subigi areas terendis messibus, ut formicae, rimaeque absint. Hiantes rimae Lucan. 1, 619. Agere rimas Ouid. Met. 2, 211. Cic. Att. 14, 9. Metaphor. Cic. in Orat. 231 c. 69 Neque inferciens verba, quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens concidat, delumbetque sententias. Iam clarum mane fenestras intrat, et angustas extendit lumine rimas Perf. 3 pr.

60 Facere, Recipere rimas Vitruu. 7, 3. Fatiscunt naues rimis Virg. Aen. 1, 127. Plaut. Curc. 4, 2, 24 Rogitationes plurimas propter vos populus sciuit: quas vos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam, qua elabi possitis, et effugere vim legum. Lepide Parmeno Terent. Eun. 1, 2, 25 interroganti Phaedriam Thaidi, Pontin' est hic tacere? ita respondet,

65 Quae vera audiui, taceo et contineo optime, Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est. Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo Proin tu, tacere si vis, vera dicito.

*vid.* RIMOSVS.

70 RIMVLA, ae. f. Dimin. Celf. 8, 4 Ne paruae rimulae fallant. Exiguas cauernarum rimulae Lactant. de Opif. 8, 14.

RIMOSVS, a, um. Adi. [*ῥιμώδης, ῥιμώδης*] Quod est rimis plenum. Columel. 1, 5 Quidquid ab inferiore mox apposueris, fissum erit rimosumque. Hor. Seru. 2, 6, 46 Et quae rimosa bene deponuntur in aure: Cum respectu ad formulam Terentianam de rimis, quibus se plenum ait Parmeno. Locum modo dedimus in RIMA. Nempe dicit Horatius Maecnatem secum non temere loqui, nisi de his, quae possint cuiusque etiam loquaci committi, Hoc genus, Hora quota est? Threx est Gallina Syro par? Matutina parum cautos iam frigora mordent. Et

80 quae etc. Cymba rimosa Virg. Aen. 6, 414. Prudent. Hippolyto v. 69. *conf.* Virg. Georg. 4, 45. Propert. 2, 13, 72. Vitruu. 2, 3. Compar. Gell. 17, 11 Pulmo rimosior.

RIMO, āre. Citatur Festus in voce Ruspari: Et ego ibo, ut latebras ruspans rimarem optimas. Ita in schedis legi testatur Dacertius; 85 sed Scaliger legere cupit, Rimer maritimas. Alii Rimer amaptimas. Nihil certi.

RIMOR, āri. [*ῥιμώω, ῥιμώω*] Diligenter quaerere, scrutari, quasi rimas quasque perquirere. Tractum a suis, qui glandes rimantur de rimis terrarum, auctore Seruio ad Virg. Georg. 1, 385 Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. i. e. Pascuntur in pratis cibum per terrae rimas requirentes: inquit Seruius. At Nonius 4, 395 Rimantur exponit hic, Inhabitans. Volucres, quae Stagna et Paludes rimantur Colum. 8, 15. Cic. de Diuin. 1, 130 c. 57 Sed tamen id quoque rimatur quantum potest, scrutatur, disputat. Diligentissime rimari Quinctil. 5, 13. Iuga rimari canibus Claud. de Bell. Gild. 357. Partes apertas rimari Virg. Aen. 11, 748. Vultus alicuius rimari lumine acerbo Stat. Theb. 11, 526. Rimari, Scindere, et quasi In rimas agere Virg. Georg. 3, 534. Ergo aegre rastris terram rimantur. Seruius. *conf.* Stat. Theb. 8, 760 c. schol. Lutat. Virg. Aen. 6, 599 Rimaturque epulis habitatque sub alto Pectore. Seruius. f. potius rimatur in Epist. Plura loca, *vid.* ap. Non. 4, 395.

RIMANS, antis. Partic. Quaterens. Virg. Aen. 7, 507 — Quod cuique reperit Rimanti, telum ira facit.

RIMATVS, a, um. Passiue. Sidon. Epist. 7, 2 Diligenter, quae ad focrum pertinuerant, rimatis conuulsatisque.

**RIMĀTIM.** Adu. Martian. Capella 2 Rimatim ab officio speculari, *i. per rimam.*

**RIMĀTOR,** ōris. m. *Qui rimatur.* Arnob. 5 p. 161 Varro in antiquitatis indagatōne rimator. Morum Cassiodor. Varr. 3, 6.

**RIMABUNDVS,** a, um. *Intente contemplans.* Apul. Met. 2 5 p. 116 Dum haec identidem rimabundus eximie delector.

## R I N

**RINGO,** rictum, ěre. [*ὀργω*] *vel certius,* **RINGOR,** ěris. Deponens: *Os torquere, ut dentes appareant, quod canes faciunt latraturi, vel quum ex ira in rugas deducunt os.* Hinc Ringi, Irasci, et tacitum stomachari, *ut ait* Donatus. Ter. Phorm. 2, 2, 27 Quum ille et cura et sumtu absumitur, dum tibi sit quod placeat, ille ringitur, tu rideas.

Sidonius Carm. 23, 87 Multum ringitur otiosa virtus. Horat. Epist. 2, 2, 128 Praetulerim scriptor delirus inersque videri, Dum mea delectent mala me, vel denique fallant; Quam sapere et ringi.

**RINGENS,** entis. Partic. Petron. c. 75 Me non facies ringentem, amasiuncula.

**RICTO,** ěre. Frequent. *Est leopardorum, quum vocem emittunt.* Spartianus in Geta c. 5 Leopardi rictant.

**RICTVS,** ūs. m. [*τὸ σαρκῶδες, sive τὸ κερκνῶδες*] *Est Oris distentio, qualis esse solet non in ringentibus modo animalibus, sed etiam in hominibus, praesertim in ridentibus.* Martial. 3, 93 Quum comparata rictibus tuis ora Niliacus habeat crocodilus angusta. Rictus, Rixae, Rixosae, Ringitur, dici videntur, quia in diuersum rumpantur, contrariaque sint recto, quod vocabulum dictum videtur a regendo, Festus.

Ferarum rictum dici volunt, *inquit* Non. 6, 43 cum Titinnius auctor sit, etiam hominis dici debere: ut Pomponius Prostitulo, Quis hic est, quamobrem hic prostat? rictum et labia quum considero? *Sunt ibi plura.* Ipse Cic. Verr. 4, 94 de Herculis statua, Usque eo iudices ut rictus eius ac mentum paullo sit attritius. *al. rictum ex Nonio.* Quinctil. 1, 11 Obseruandum, ne labra distorqueantur, ne immodicus hiatus rictum distendat, *i. Os in ringentis modum formet.* Tum ille rictu oris labiorumque ductu contemni a se ostendens et rem, de qua quaereretur; et hominem ipsum, qui quaereret Gell. 18, 4. Columbi rictus Plin. 10, 9. Caninus rictus Iuuen. Sat. 10, 272. Crudi Senec. Agameinn. l. 9. Dehiscens rictus ad aures Plin. 8, 21. Flexibiles rictus quadrupedis siue equi Lucan. ad Pison. 53. Fluidi sanguine Ouid. Met. 14, 168. Fulmineus lupi Idem ibid. 11, 367. Immanes Claud. Conf. Hon. 40 4, 249. Lati Ouid. Met. 3, 673. Letiferi Claud. in Ruff. 1, 261. Modici Ouid. de Arte Am. 3, 283. Niger Sil. 13, 560. Oblitus spumis Ouid. Met. 11, 367. Patuli Idem ibid. 6, 378. Pestiferi Idem ibid. 3, 74. de serpente Cadmeo. Spumantes Idem ibid. 4, 98. Tabido rictu moesta iacens Fames Senec. Hercl. fur. l. 9. 45 Diducere risu rictum, *Ad hilaritatem impellere* Hor. Serm. 1, 10, 7. Diducere rictum, *Os aperire* Iuuen. Sat. 10, 230. Distendere rictum Quinctil. 1, 11. Reddere rictum alicuius in loquendo Plin. 7, 12. Ruunt nimibosque spumantia flumina rictu, *i. Ore vehente nimbos et aquas* Sil. 1, 207.

**RICTVM,** i. n. Lucret. 5, 1063 Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes. *Adde* 6, 1193. et Cic. Verr. 4, 94 c. 43 de Herculis signo, Ut rictum eius ac mentum paullo sit attritius, quod — non solum id venerari, verum etiam osculari solent.

## R I P

**RIPA,** ae. f. [*ῥιπή*] *Extremitas terrae, aquae vicina. Et proprie est fluminum vel fontium, sicut Litus maris.* Ouid. Met. 1, 42 —

Campoque recepta Liberioris aquae, pro ripis litora pulsan. Ripae potius sunt quam litora Mela 3, 10. Caes. Bell. Gall. 6, 6 Erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen, ripisque praeruptis. Sic 5, 18. Tamen Ripa et Litus, pro eodem accipi videntur apud Colum. 1, 5, 5 Villa semper mare recte conspicit, quum pulsatur, aut fluctu respergitur; nunquam ex ripa, sed paululum summota a litore. De mari Pontico Plin. 9, 15 Thynni dextra ripa intrant, laeua exeunt. Agger ripae gramineus Virg. Aen. 7, 106. Anfractu riparum incuruus fluius Stat. Theb. 4, 52. Margo riparum Ouid. Fast. 2, 222. Murus riparum Plin. 16, 37. *b. e. Ripae vicem murorum praebentes.* Vestitus viridissimi riparum Cic. de Nat. Deor. 2, 98. Abruptissimae ripae Plin. Epist. 9, 39. Argentes Stat. Silu. 1, 3, 44. Arentes Virg. Georg. 3, 555. Arundineae Stat. Theb. 6, 274. Decliuēs Ouid. Met. 5, 591. Fluuiiales Idem Epist. 5, 25. Frondentes Claud. Conf. Hon. 6, 194. Gelidae Hor. Serm. 2, 3, 294. Limosae Ouid. Amor. 3, 6, 1. Maeoniae Idem Met. 2, 252. *i. Caystri, fluminis Maeoniae siue Lydiae.* Opacae Sil. 4, 85. Pendens ripa Ouid. de Arte Am. 1, 620. Peregrina Idem Met. 2, 337. Tacens Stat. Silu. 4, 3, 90. Trementes ripae verberatae Hor. Carm. 3, 27, 24. Tumentes aestate ripae Nili Lucan. 8, 826. Virides Ouid. Met. 2, 371. Viridissima gramine Virg. Georg. 3, 144. Umbrosa Hor. Carm. 3, 1, 23. *2 Verborum formae:* Ascendit eodem equo aduersam ripam Cic. de Diu. 1, 58. Assuetae volucres ripis Virg. Aen. 7, 33. Caret taciturna ripa ventis vagis Hor. Carm. 3, 29, 24. Cingere obliquis ripis flumina Ouid. Met. 1, 39. Coercere fluium extra ripas disfluentem Cic. de Clar. Orat. 316 c. 91. Effusus capacibus ripis amnis Ouid. Amor. 3, 6, 19. Habitare ripis Virg. Georg. 3, 430. Inambulare in viridi et opaca ripa Cic. de Legib. 1, 15. Intrare ripas fluminis Virg. Aen. 7, 201. Labuntur altis ripis aquae Hor. Epod. 2, 25. Rodiunt flumina rudentia ripas Lucret. 5, 257. Stringens Tiberis ripas flumine pleno Virg. Aen. 8, 63.

**RIPVLA,** ae. f. Dimin. [*ῥιπιδιον*] Cic. Att. 15, 6 (16) Itaque me referunt pedes in Tusculanum, tamen haec *ῥιπιδιον* ripulae videtur habitura celerem fatietatem.

**RIPARIVS,** a, um. Adi. *ut, Ripariae hirundines* Plin. 30, 4. Ita vocant in riparum cauis aedificantes. De milite ad ripamposito. Riparius, *ῥιπιδιολαξ* Vet. Gloss.

**RIPARIOLA,** ae. f. Hirundo riparia Marcell. Emp. c. 15.

**RIPARIENSES,** um. m. De quibus mentio fit C. de Re militari L. de castris Ripariensibus, erant Milites, qui in imperii limitibus excubabant pro Republica aduersus Barbaros: puta in ripis Danubii, ad tuendas Pannonias aduersus Sarmatas: et in ripis Euphratis, aduersus Parthos. Herodianus 6. Alciatus. Mentio illorum etiam apud Vopisc. Aurel. c. 38. vid. Iac. Gothofr. ad l. vlt. C. Theod. de re milit. it. ad l. 14 de erogat. milit. ann. et l. 7 de tironib.

**RIPARIUS,** a, um. Adi. *ut, Ripariae hirundines* Plin. 30, 4. Ita vocant in riparum cauis aedificantes. De milite ad ripamposito. Riparius, *ῥιπιδιολαξ* Vet. Gloss.

**RIPARIOLA,** ae. f. Hirundo riparia Marcell. Emp. c. 15.

**RIPARIENSES,** um. m. De quibus mentio fit C. de Re militari L. de castris Ripariensibus, erant Milites, qui in imperii limitibus excubabant pro Republica aduersus Barbaros: puta in ripis Danubii, ad tuendas Pannonias aduersus Sarmatas: et in ripis Euphratis, aduersus Parthos. Herodianus 6. Alciatus. Mentio illorum etiam apud Vopisc. Aurel. c. 38. vid. Iac. Gothofr. ad l. vlt. C. Theod. de re milit. it. ad l. 14 de erogat. milit. ann. et l. 7 de tironib.

**RIPARIUS,** a, um. Adi. *ut, Ripariae hirundines* Plin. 30, 4. Ita vocant in riparum cauis aedificantes. De milite ad ripamposito. Riparius, *ῥιπιδιολαξ* Vet. Gloss.

**RIPARIOLA,** ae. f. Hirundo riparia Marcell. Emp. c. 15.

**RIPARIENSES,** um. m. De quibus mentio fit C. de Re militari L. de castris Ripariensibus, erant Milites, qui in imperii limitibus excubabant pro Republica aduersus Barbaros: puta in ripis Danubii, ad tuendas Pannonias aduersus Sarmatas: et in ripis Euphratis, aduersus Parthos. Herodianus 6. Alciatus. Mentio illorum etiam apud Vopisc. Aurel. c. 38. vid. Iac. Gothofr. ad l. vlt. C. Theod. de re milit. it. ad l. 14 de erogat. milit. ann. et l. 7 de tironib.

**RIPARIUS,** a, um. Adi. *ut, Ripariae hirundines* Plin. 30, 4. Ita vocant in riparum cauis aedificantes. De milite ad ripamposito. Riparius, *ῥιπιδιολαξ* Vet. Gloss.

**RIPARIOLA,** ae. f. Hirundo riparia Marcell. Emp. c. 15.

**RIPARIENSES,** um. m. De quibus mentio fit C. de Re militari L. de castris Ripariensibus, erant Milites, qui in imperii limitibus excubabant pro Republica aduersus Barbaros: puta in ripis Danubii, ad tuendas Pannonias aduersus Sarmatas: et in ripis Euphratis, aduersus Parthos. Herodianus 6. Alciatus. Mentio illorum etiam apud Vopisc. Aurel. c. 38. vid. Iac. Gothofr. ad l. vlt. C. Theod. de re milit. it. ad l. 14 de erogat. milit. ann. et l. 7 de tironib.

**RIPARIUS,** a, um. Adi. *ut, Ripariae hirundines* Plin. 30, 4. Ita vocant in riparum cauis aedificantes. De milite ad ripamposito. Riparius, *ῥιπιδιολαξ* Vet. Gloss.

**RIPARIOLA,** ae. f. Hirundo riparia Marcell. Emp. c. 15.

**RIPARIENSES,** um. m. De quibus mentio fit C. de Re militari L. de castris Ripariensibus, erant Milites, qui in imperii limitibus excubabant pro Republica aduersus Barbaros: puta in ripis Danubii, ad tuendas Pannonias aduersus Sarmatas: et in ripis Euphratis, aduersus Parthos. Herodianus 6. Alciatus. Mentio illorum etiam apud Vopisc. Aurel. c. 38. vid. Iac. Gothofr. ad l. vlt. C. Theod. de re milit. it. ad l. 14 de erogat. milit. ann. et l. 7 de tironib.

RIPENSIS, e. Adi. Iuxta ripam, cui opponitur Mediterraneus Ammian. 26, 30. Dacia ripensis.

RIPATICVM, i. n. Tributum, quod accipitur in ripis. Icti.

RIPHAEI montes, et RIPHAEI populi, vid. RHIPHAEVs, a, um. RIPHEVS, vid. RHIPHEVS.

## R I S

RISCVS, i. m. [ρίσκος] Auctore Donato, est Cista pelle contecta.

10 Nomen Phrygium. Ter. Eun. 4, 6, 16 Abi tu, cistellam Pythia domo effer cum monumentis. P. vbi sita est? T. in riscu. Riscus, loca in parietibus angusta Nonius 2, 736. Riscus in mundo muliebri ponitur ab Vlpiano in l. 25 §. 4 D. de auro, et argent. leg. Pollux etiam *ρίσκον* inter arculas muliebres memorat. *Κιβωτός μεγάλη* Vet. Gloss. Lat. Gr.

15 *λάραξ* Gloss. Gr. Lat. conf. Cuiac. Obs. 8, 1.

RISVS, vid. RIDEO.

## R I T

RITVS, ūs. m. [ῥιτός, ῥιτομοθεσία] Mos, ratio agendi, con-

20 *suetudo, sollemnis caerimonia.* Festus, Ritus, mos est comprobatus in administrandis sacrificiis, siue ritus est mos vel consuetudo. Viuere latronum ritu Cic. Phil. 2, 62 c. 25. Plaut. Men. 2, 3, 44 Certe haec mulier cantherino ritu astans somniat. Quadrupedum ritus

Lucret. 4, 1260. *gestus in Venere.* Ritu Naturae capite hominem

25 gigni mos est, pedibus efferri Plin. 12, 8. Tempestatis ritu mobilia Horat. Sermon. 2, 3, 268. ¶ 2 Peculiariter ad religionem et caerimoniae sacrarum pertinet. Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 Ex patribus ritibus optima colunt. Deique Ritibus instruitur Ouid. Met. 6, 591. Morem ritusque sacrarum Adiciam Virg.

30 Aen. 12, 836. Quin et propago degener, Ritum secuta inconditum Prudent. Hymno de Epiphania v. 193. Sic Antiquus ritus Iuuen. Sat. 10, 335 *nuptialis.* Barbarici Lucan. 1, 445. Profani Tacit. Ann. 2, 85, 4. Ediscere ritus novos Ouid. Fast. 2, 546. Exigere ritus

humanos ad caelestia Ouid. Met. 9, 500. Exuere ritus Tacit. Ann.

35 2, 85. Indere ritus Idem Hist. 5, 4. Lustrari magico ritu Ouid. Met. 10, 398. Obs. Rituis, pro Rituis, Genitiuus antiquus Varro

Cato, vel De liber. educand. Itaque domi rituis nostri, qui per deum fidium iurare vult, prodire solet in compluuium Non. 8, 93.

RITES, is. m. Idem. Stat. Theb. 11, 285 Hei mihi primitiis

40 ararum, et rite nefasto Libatus, etc. Priscian. 14 p. 983 *fin.* Rite, inquit, laudato hoc loco, pro ritu posuit. Sed Vet. Schol. Impio et abominabili oraculo seu responso. Rite fiebat, quod secundum ordinem religionis et monita numinum fiebat.

RITVALIS, e. Adi. Cic. de Diu. 1, 73 c. 33 Quod Etruscorum

45 declarant et haruspici et fulgurales, et rituales libri, nostri etiam augurales. Festus, Rituales nominantur Etruscorum libri, in quibus perscriptum est, quo ritu condantur vrbes, arae, aedes sacrentur, qua sanctitate muri, quo iure portae, quo modo tribus, curiae, centuriae distribuuntur, exercitus constituentur, ordinentur, caeteraque eiusmodi

50 ad bellum, ac pacem pertinentia.

RITVALITER, Adu. Ammian. 29, 7 Ritualiter consecratus.

RITE, Adu. [κατὰ ῥιτόν] Est Ablatiuus nominis Rites, quod modo declarauimus. Prisc. 15 p. 1011. A Rito verbo, significat Recte, quia nihil traditur ritibus, quod non rectum esse credatur. Varro

55 de L. L. 6, 5 Quia quod fit rite, id ratum et rectum est. Significationem recte indicat Festus, Rite, bene significat, ac recte. Id vt rite intelligas Afran. ap. Charis. 2 p. 193. Cic. de Finib. 2, 37 Quam igitur pronuntiabit sententiam ratio? Adhibita primum diuinarum humanarumque scientia, quae potest appellari rite sapientia. Affuerunt

60 testes rite, testamentum ipso praesente conscribunt Auctor ad Herenn. 1, 23. Coli rite Ouid. Met. 15, 633. Colere deos rite Cic. de Diuin. 1, 21 c. 13. Perpetrare rite sacrificium Liu. 44, 37 *extr.*

## R I V

RIVALIS, is. m. [ἀντιῤῥηλος Gloss. Lat. Gr. ἀντιῤῥηλος] Qui eandem

amat cum aliquo: quemadmodum Procus, qui eandem petit. Plaut. Stich. 3, 1, 30 Est amica ambobus: riuales sumus. Ter. Eun. 2, 2, 37 Sed

70 Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video riualis seruum. Riuales dicti sunt, inquit Nonius 1, 137 Quasi in vnum amorem derivantes. Ter. Eun. 2, 3, 62 Miles Thraso, Phaedriae riualis. Amare nullo riuale Ouid. Amor. 1, 8, 95. Sine riuale diligere dicuntur, qui stulte mirantur, quod nemo alius concupiscat. Cic. Qu. Frat. 3, 8 de

75 *Hirro*, O dii quam ineptus, quam se ipse amans, sine riuali? Hor. in Arte Poët. 444 Nullum vltra verbum aut operam sumebat inanem Quin sine riuali, teque et tua solus amares. Translatio sumta vel a bestiis, quae sitientes, quum ex eodem riuulo haustum petunt, in praelium contra se inuicem concitantur, Donat. ad Ter. Eun. 5, 842. Vel a

80 *re rustica*: nam riuales dicuntur ii, quorum agros riuus aliquis determinat, qui incerto et mutatione crebra cursu; lites saepe inter eos suscitatur. vid. post RIVVS. At tu riualem noli tibi fingere quenquam Ouid. Rem. Am. v. 769. Poppaeam adeo dilexit, vt ne riualem quidem Nerone

nem aequo tulerit animo Sueton. Oth. c. 3. Etiam ad animalia transfertur. Colum. 7, 3, 4 Riualem ferre nequit aries.

85 RIVALITAS, ūtis. f. [ῥιλοτυπία] Dicta est Aemulatio illa inter amatores. Cic. Tusc. 4, 56 c. 26 Obrectare vero alteri, aut illa vitiosa aemulatione, quae riualitati similis est. Scaeva Apul. Met. 10 p. 250. Riualitates defendere Tertull. de Pudic. c. 5.

RIVARIVS, i. i. riualis. Riuaria ῥίη Gloss. Vet.

90 RIVINVS, i. m. [ῥιλότυπος] Idem qui Riualis. Plaut. Afin. Perioch. 6 Riuinus, amens ob praereptam mulierem. Riuinus ἀντιῤῥηλος Vet. Onomast.

RIVVS, i. m. [ῥύαξ] Est Locus (inquit Vlpianus D. de riuis l. 1) per longitudinem depressus, quo aqua decurrat: cui nomen est,

95 ἀπό τῆς ῥίης. Festus, Riuus vulgo appellatur tenuis fluor aquae, non spe consilione (leg. cum Turn. specu incillue) factus, verum naturali suo impetu. Sed et ii riuu dicuntur, qui manufacti sunt, siue super terra in fossa, siue super specu: cuius vocabuli origo ex Graeco pendet. conf. Virruu. 8, 7. Cic. in Topic. 33 c. 8 Tanquam riuorum a fonte deductio. Substructiones riuorum Frontin. de Aquaed. saepius. Aquae purae riuus Hor. Carm. 3, 16, 29. Ruris riuu Hor. Epist. 1, 10, 6. ¶ 2 Epitheta: Apertus riuus Paull. in l. 2 D. de riuis. Arens, Siccus fere Virg. Aen. 3, 350. Cae-

menticius Vlpian. in l. 3 D. de riuis. Fluens Virg. Ecl. 8, 87. Gar-

100 rulus Ouid. Fast. 2, 316. Integer Vlpian. in l. 1 D. de riuis. Lapid-



- pidofus Ouid. Fast. 3, 273. Mobiles Hor. Carm. 1, 7, 14. Obliquus Idem ibid. 2, 3, 12. Proni Idem ibid. 1, 29, 11. Rauca Claud. Conf. Prob. et Olyb. 221. Saliens riuus dulcis aquae Virg. Ecl. 5, 47. Signinus Vlpian. in l. 1 D. de riuis. Structilis Idem in l. 3 D. de riuis. Subterranei Frontin. de Aquaed. saepe 5 Terrenus Vlpian. in l. 3 D. de riuis. ¶ 3 Verba: Agit aquas riuus Ouid. Fast. 1, 404. Claudere riuos Virg. Ecl. 3, 111. Deducere riuos, vid. DEDVCO. Ouid. ex Pont. 2, 5, 22 Ingenioque meo, vena quod patipere manat, Plaudis, et e riuo flumina magna Facis. Habet formam Prouerbii. Fugiens tenuis per gramina 10 Virg. Georg. 4, 19. Gaudent potis riuus intyba Idem ibid. 4, 120. Indigens riuus purgatione et refectione Vlpian. in l. 1 D. de riuis. Inficere Gelidos riuos sanguine Hor. Carm. 3, 13, 104. Labens riuus cum murmure Ouid. Met. 2, 456. Morari celeres riuos Hor. Carm. 3, 11, 14. Reficere riuos Vlpian. in l. 3 D. de riuis. Trepidat aqua cum murmure per pronum riuum Hor. Epist. 1, 10, 21. ¶ 4 Nomina, fere translata: Argenti riuus et auri Lucret. 5, 1255. Lactantius de Opific. Dei c. vlt. Tenuis in nobis facundiae riuus est. Fortunae riuus Hor. Epist. 1, 12, 9. Lacrimarum riuus Ouid. Met. 9, 655. Lactis vberes riuus Hor. Carm. 2, 19, 11. Sanguinis riuus Plin. 11, 37. Sanguinis riuos vomens Virg. Aen. 11, 668. conf. Ibid. 9, 456.
- RIVVLVS, i. m. Dimin. [*ρίων*] Almonis vsque peruenitis riuulum Prudent. in Rom. v. 160. Cic. Acad. 1, 7 c. 2 Vt ea a fontibus potius hauriant, quam riuulos confectentur. Tardi ingenii est, riuulos confectari, fontes rerum non videre Cic. de Orat. 2 c. 27. Idem pro Cael. 19 Nam si ipse orietur et nascetur ex sese, fortasse vt soleo, commouebor: siue autem vt riuulus arcessitus et ductus ab ipso capite accusationis vestrae, lactabor.
- RIVALIS, e. Adi. Riuos frequentans. Colum. 8, 15, 6 Datur cammarus, et riuialis alecula, vel si qua sunt incrementi parui fluuiorum animalia. Item Riuales, Qui eodem riuo vtuntur. Vlpian. in l. 1 D. de aqua quotidian. et aestiu. Si inter riuales, id est, qui per eundem riuum aquam ducunt, sit contentio de aquae vsu, etc. Idem l. 3 eodem tit. is qui ius aquae quotidianae habet, vel fistulam in riuo ponere, vel aliud quodlibet facere potest: dummodo ne fundum domino, aut aquagium riuilibus deterius faciat. vid. Gell. 14, 1 Negotia quoque alicuius, quod ei forte de aquae ductu cum riuilibus, aut de communi pariete cum vicino apud iudicem est. ¶ 2 Riuialis, Amator, vid. p. a. ordine alphabetico.
- RIVATIM, Adu. Macrob. Saturn. 7, 12 Quae igitur ratio facit, vt riuatim aquae de Ponto fluant, quum foris influentes aquas Pontus accipiat?
- RIVORVM, i. n. Minor riuus. vt, In monte posita tria riuora, etc. Vet. Auc. Rei agr. Goef. p. 235 et alias.
- RIVOSVS, a, um. Gloss. Lat. Gr. Riuosus, *ριωδης*.
- RIVIFINALIS, e. Obiectu riuus fines inter vicinos faciens. Siculus Flacc. de Condit. Agr. Goef. p. 12 Per omnem tractum riuifinalem.

## R I X

- RIXA, ae. f. [*ρίχη* Gloss. Lat. Gr.] Nomen e sono fictum, vel a ringendo, quod est proprium canum, quando irritantur. Sed Festus, Rictus, rixae, rixosae, ringitur, dici videntur, quia in diuersum rumpantur, contrariaque sint recto. Iurgia primum, mox rixa Tac. Histor. 1, 64, 4. Cic. Verr. 4, 148 Ecce autem noua turba atque rixa. b. e. Contentio et pugna. Calidae rixae Hor. Carm. 3, 27, 70. Dulcis rixa cum puella amata Propert. 3, 6, 1. Ouid. de Arte Am. 3, 71 Nec tua Nocturna frangetur ianua rixa. Sanguineae rixae Hor. Carm. 1, 27, 4. Vecors Catull. ad Ravidum 38, (41) 4. Ciere Vell. 1, 2, 2. Committere rixam, vid. COMMITTO. Committere se rixae Lucan. ad Pison. 187. Concitus ad rixam, vid. CONCIO. Excitare Catull. ad Ravidum 38 (41) 4. Inferere rixas Tibull. 1, 1, 88. i. occipere, committere. Est rixa cum eo magna Cic. Fam. 9, 22. Sedata rixa Liu. 2, 29.
- RIXATOR, oris. m. Firmic. 5, 8 Homines erunt mali, litigiosi, rixatores, contentiosi. Quinctil. 11, 1, 29 Videas rixatores quosdam, neque iudicium reuerentia, neque agendi more ac modo contineri.
- RIXATIO, onis. f. Tacito adscribitur.
- RIXOSVS, a, um. Adi. [*ρίσος*, *δύσσης*] Contentiosus. Aues rixosae, Pugnaces, et ad ineunda inter sese certamina proclives, cuiusmodi erant apud Graecos, qui ferocissimum quemque alitem (de gallinaceo genere sermo est) certaminibus et pugnae praeparabant. Nos censemus instituere vectigal industrii patris familias, non rixosarum auium lanistae, cuius plerumque totum patrimonium, pignus aleae, victor gallinaceus pyctes abstulit. Haec Colum. 8, 2, 5.
- RIXO, are. Antiqui pro Rixor sunt vsi. Varr. apud Non. 7, 80 82 Armorum iudicio, Ille viros hortari, vt rixarent, praeclari philosophi. Idem Serrano, Dormit altius, nimirum vigilant, clamant, calent, rixant. Idem de Rerum Natur. lib. 1 Ne familiae rixent cum vicinis. add. Minuc. Felix p. 344.
- RIXOR, ari. Dep. [*ρίξω*, *ἐριδάσω*] Pugnare, verbis manibusque contendere. Rixatur, *μάχηται* Gloss. Vet. Hor. Ep. 1, 18, 15 Alter rixatur de lana saepe caprina, Propugnat nugis armatus. Sed quid. leg. rixator, vid. LANA. Ad sanguinolentam rixam pertinet Cic. de Orat. 2, 240 c. 59 Quum esset cum eo Tarracinae de amicu rixatus. Metaphor. Rixari, est reniti, etiam vbi de inanimatis sermo est. Plin. 16, 2 de silua Hercynia, Constat attolli colles occurfantium inter se radicem repercussu: aut vbi secuta tellus non sit, arcus ad ramos vsque et ipsos inter se rixantes, curuari portarum patentium modo, vt turmas equitum transmittant. Cum corpore anima rixatur properans, i. illud odit, vult relinquere Quinctil. Decl. 48. Varro de R. R. 1, 47, 1 Aridae factae herbae rixantur, ac celerius rumpuntur, quam sequuntur. Suspiciabar, nec poenitet, adolefactae rixantur. i. renitentur. Rixantur Consonantes quoque, eaeque praecipue, quae sunt asperiores, in Commissura verborum Quinctil. 9, 4, 37. Similia Diomedes 2 p. 463.
- RIXANS, antis. Partic. [*ρίξων*] Lucret. 6. 1284 Rixantes potius quam corpora deferentur. Rixantis modo dixit Quinctil. 11, 9, 172. add. Petron. c. 28.
- RIZONICVS, a, uni. vid. RHIZINIVM.

ROBIGO, ROBIGVS, ROBIGALIA, *uid.* RVBIGO, *quamquam prior scriptura per O melior est.*

ROBOR, *vel* ROBVR, *it.* ROBVS, *öris. n.* [*δρῶς*] *Species quercus durissimae.* Robus est Catonis 17 *pr. it.* apud Festum cuius locum datus in ROBVS, a, um. Quis robur illud Cecidit, Dolauit Cic. de Diu. 2 c. 41. Plin. 16, 2 Roborum vastitas intacta

acuis et congenita mundo. Cic. de Diuin. 2, 85 Itaque perfracto, saxo fortes erupisse in robore insculptis priscaurum literarum notis. Add. Colum. 4, 26. Pallad. 1, 37. Acutum robur, *uid.* CVO.

Ambesa flammis Virg. Aen. 5, 753. Cauum Idem ibid. 2, 260 Sic vocat Equum durateum. Congesta robora Virg. Georg. 3, 377. Fiffile robur cuneis scinditur Idem Aen. 6, 181. Graue robur aratri Idem Georg. 1, 162. Indurata flammis Stat. Theb. 4, 64. Infabricata Virg. Aen. 4, 399. Innata rupibus Ouid. Ep. 7, 38. Magnum

Senec. Her. fur. l. 9 Clauam intelligit trinodem. Nodoso robore fregit illi tempora Ouid. Met. 12, 349. Solidum Virg. Georg. 2, 64. Mouere conuulsa robora terra Ouid. Met. 7, 204. Succidere robur Idem ibid. 8, 752.

¶ 2 Robur quoque in carcere, Id dicitur locus, quo praecipitatur maleficorum genus, quod antea arcis robusteis includebatur. Haec Festus, qui forte illustrari potest ex

Plaut. Curc. 5, 4, 13 At ego vos ambo in robusto carcere vt pereatis: genus supplicii, quod idem Plaut. Poen. 5, 3, 3 Codicem robustum vocat. Certe a munitissima firmitate dictum, apparet. Liu. 38, 59 Vt in carcere inter fures nocturnos et latrones vir clarissimus Scipio includatur, et in robore et tenebris expiret. Calpurn. Flacc. Decl. 4

p. 297 *Burm.* Video carcerem publicum, saxi ingentibus structum, angustis foraminibus tenuem lucis umbram recipientem. In hunc coniecti Robur Tullianumque prospiciunt: et quoties iacentes ferrati postis stridor excitat, exanimantur, et alienum supplicium spectando suum discunt. Est igitur locus supplicii Robur, non minus quam Tullianum: quin sunt libri, qui plane iungunt robur Tullianum: quam lectionem probat etiam Lips. ad illud Tacit. Ann. 4, 29 Vulgi rumore ter-

ritus, robur, et saxum, aut parricidarum poenas minitantium. Etiam hic nempe supplicium in carcere, ipsoque adeo Tulliano, sumendum potest intelligi. Sed Valer. Max. 6, 3, 1 De Tiberio et Caio Gracchis, Quin etiam familiares eorum, nequis Reipub. inimicis apicis esse vellet, de robore praecipitati sunt. Qui locus negotium facessit interpretibus, cum in robur conici de saxo autem praecipitari alias dicantur nocentes. Itaque varia conantur. Sed sunt plura apud hunc scriptorem, vel ab ipso male narrata, vel corrupta a sequioris aetatis descriptoribus. Et tamen etiam Lucanus fauere videtur 2, 125 Saeua tribunicio maderunt robora tabo, si loquitur de Sexto Licinio, quem, ut ait Epit. Liu. 80 Marius de saxo deiici iussit. Hinc Apuleius in secunda Apologia p. 325 O mirum commentum, o subtilitas digna carcere et robore. *conf.* Turneb. Adu. 23, 21. Lucret. 3, 1030 Carcer et horribilis de saxo iactu' deorsum, Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedae. Sed Turnebus Adu. 20, 26 *sustem* hic intelligit.

¶ 3 Robur, [*τὸ ἀνδραγωγὸν μένος*] per translationem, pro animi fortitudine, qua quis durat aduersus pericula, pro firmitate corporis, et eo quod unaquaque re validissimum est. Cic. pro Font. 16 Equites Rom. quos non vidimus, etc. habuerunt tantum animi, tantum roboris, vt etc. Idem de Orat. 2, 343 Aliae quae in ingenii aliqua facultate: aut animi magnitudine et robore. Idem Fam. 6, 1 Quantum in cuiusque animo roboris est atque neruorum. Animis inest robur

Lucan. 5, 18. Incredibili quodam robore animi homo Cic. pro Milon. 102 c. 37. *conf.* Idem Tusc. 1 c. 40. Cic. pro Rosc. Amer. 149 Fori iudicii rationem Messala, vt videtis, Iudices, suscepit: qui si iam satis aetatis ac roboris haberet, ipse pro Sext. Roscio diceret. Idem Philipp. 10, 16 Alter virtutis robore firmior, quam aetatis, cum istis ipsis veteranis ad D. Brutum liberandum profectus est. Colum. 2, 9, 2 de seminibus, Quod protinus exile natum sit, nunquam robur accipere manifestum est. Seruius, Omne quod forte est, robur vocamus ad Virg. Aen. 7, 610 Aeternaque ferri Robora. *conf.* Lucret. 2, 449. Saxi robur Lucret. 1, 881. Verba plena roboris

Senec. Epist. 10. Cic. pro Lege Manil. 10 c. 4 Sed tamen alterius partis periculum Sertorianae atque Hispaniensis, quae multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeii diuino consilio ac singulari virtute depulsum est. Cic. pro Muraen. 58 Venio nunc ad Catonem, quod est firmamentum et robur accusationis. Soboles et robur militum interiit Cic. Fam. 10, 33, 3. *conf.* Liu. 7, 12. Quinctil. 3, 5 p. 64. Cic. pro Cael. 73 c. 30 Quum autem paullum iam roboris accessisset Aetati, in Africam profectus est. Aetatis firmitus robur Quinctil. 1, 8. Aetatis quam maturimum robur Tacit. Ann. 12, 65. Arboris robur Ouid. Met. 3, 94. Aeternaque Verbi robora Virg. Aen. 7, 601. Corporum robora Cels. 1 praef. Herba expers roboris Ouid. Met. 15, 202. Adul-

tum, *uid.* ADVLTVS, in ADOLEO. Antiquo robore quercus Virg. Georg. 3, 332. Non expugnabile Stat. Theb. 6, 103. Illibat-

Virili robore aucta proles Stat. Silu. 4, 8, 26. Assumere robora Ouid. Met. 15, 422. Capere robur, *uid.* CAPIO. Collectum robur viresque receptae Virg. Georg. 3, 235. Habere robur Cic. pro Rosc. Amer. 49. Mentiri inani sagina verum robur Quinctil. 2, 15. Ponebat inuictum non pectore robur, i. Deponebat Sil. 11, 157. Prosequi honore verborum robur Quinctil. 3, 7. Stant vires solidae suo robore Virg. Aen. 2, 639. Subest robur illi aetati Celsus 2, 10. Sumere robur corporibus Liu. 1, 4. Cic. de Finib. 5, 12 Dummodo plus in virtute teneamus, quam ille tenuit firmitatis et roboris.

¶ 4 Robur est morbus iumentorum. Veg. Mulom. 3, 24, 3 Quorum nerui recenti dolore et frigore compellente, et spasnum patiuntur, et obdurescunt in robur. Et mox contactis neruis patiuntur spasnum et robur incurunt. *conf.* mox ROBOROSVS. ¶ 5 Est etiam tritici genus Columel. 2, 6, 1.

ROBOREVS, a, um. Adi. [*δρῶνος*] Quod est ex materia roboris. Columel. 6, 19, 1 Est autem talis machinae forma, roboreis axibus compingitur solum. Add. Idem 11, 2, 13. Pons roboreus Ouid. Fast. 5, 622. Add. Gell. 2, 20. Pallad. 1, 21.

ROBVRNEVS, a, um. Aliud Adi. Quod ex robore nascitur. Vt, Fruges roburneae, Columel. 9, 1, 5. Mox querneam glandem et iligneam appellat.

ROBVS TEVS, a, um. Denominat. a Robur. Robustea materies, Varro de R. R. 1, 38. Alii legunt Robusta. Vid. Vitruu. 3, 3. 2, 1. 5, 12.

ROBVS TVS, a, um. Adi. Quod e Robore arbore est. Columel. 2, 15, 6 Sed eodem medio loco robustam materiam desigere conuenit. Robu-

**Robustus** codex Plaut. Poen. 5, 3, 34. Et **Robustus** carcer Id. Curc. 5, 3, 14. b. e. Ex robore arbore. Vid. **ROBVR** n. 2. ¶ 2 **Robustus**, [εὐρωστος, ἐβρωμέντος, εὐρωστος, ἰσχυρὸς] Quod est multi roboris. Columel. 2, 9 Neque dubium est, ex robusto semine posse fieri non robustum. Ad incursum robustus Plin. II, 37. Cic. Diu. in Caccil. 48 In clamando quidem video cum esse bene robustum atque exercitatum. Cic. Philipp. 5, 31 Magni honores habiti Cn. Pompeio, quum esset adolescens, et quidem iure: subuenit enim Reipubl. sed aetate multo robustior. Idem in Catil. 2, 20 Tertium genus est, aetate iam confectum, exercitatione robustum. Cic. de Diuin. 1, 35 Quae est igitur ista calliditas, res vetustate robustas calumniando velle peruertere? Nep. 7, 2, 3 Cum robustior est factus. Aetas robustior Claud. quart. Conf. Hon. 360. Animus Cic. Off. 1, 67 c. 20. Ouid. Met. 15, 206 Transit in aetatem post ver robustior Annus. Collum Catull. Argon. 62, 332. Robustissima pars Exercitus Iustin. 25, 4, 6. Cic. Philipp. 2, 63 c. 25 Sed haec, quae robustioris Improbitalis sunt, omitamus. Legiones robustissimae Cic. Fam. 7, 3, 8. Idem Philipp. 5, 63 Omne Malum nascens facile opprimitur: inueteratum fit plerumque robustius. Plaustra Hor. Epist. 2, 2, 74. Robustissima Oppida Flor. 1, 12, 3. Puer robustus acri militia Hor. Carm. 3, 2, 2. Satelles robustus, et valens, et audax Cic. de Lege Agrar. 2, 84 c. 31. Semen robustius facere Pallad. Oct. II. Vineae robustissimae Colum. de Arb. c. 3. Viribus robustis adoleuit aetas Lucret. 3, 450.

**ROBVSTE**. Adu. Natio ita raptim adoleuit robusteque recreata est Nazar. Paneg. Constant. c. 17.

**ROBORO**, Ære. [ροβόω, ἰσχυρίζω] Robur addere, firmare. Plin. 10, 33 pr. Hirundines nidos luto construunt, stramento roborant. Artus adulta aetas roborat Lucret. 4, 1032. Conf. Pallad. Iul. 2. Cic. Off. 1, 112 c. 31 Catoni autem cum incredibilem tribuisset natura grauitatem, eamque ipse perpetua constantia roborauisset, semperque in proposito, susceptoque consilio permanisset, moriendum potius quam tyranni vultus adspiciendus erat. Mas roborandus est largo cibo Colum. 6, 27. Cic. in Orat. 42 Sed quod educata eiusmodi nutrimentis eloquentia est, ipsa se postea colorat et roborat, non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Vox roboratur Plin. II, 51.

**ROBORĀTVS**, a, um. Partic. Sarisb. 7, 1 Humanis viribus roborati intumuerunt. Compar. Tertul. de Anima 25 Roboratio exitus.

**ROBORASCO**, Ære. Naeuius apud Nonium 2, 368 Cuius vox galulascit, eius iam ramus roborascit, i. nerui rigere in Venerem incipiunt.

**ROBORARIVM**, i. n. [ραβόρειος] Audiamus Gell. 2, 20 Roboraria aliquot Romae doctos viros dicere audiri id significare, quod nos viuaria dicimus, appellataque esse a tabulis roboreis; quibus septa essent — Ponit deinde verba Scipionis — Vbi agros optime cultos atque villas expolitissimas vidisset, in his regionibus excelsum loco murum statuere aiebat; inde corrigere viam, aliis per vineas medias, aliis per roborarium, atque piscinam, aliis per villam.

**ROBORĒTVM**, i. n. Gloss. Gr. Lat. ροβόειον, Quercetum, roboretum.

**ROBORŌSVS**, a, um. Ut, Roborosa passio Veget. de Re Vet. 3, 24, 1 Quae animal rigidum facit, ad similitudinem ligni (roboris) Est nempe idem quod Robur, ubi vid. n. 4. Post verba ibi laudata statim sequitur Veg. 3, 24, 4 Ex nimia quoque pruina — fieri adfoleat roborosi.

**ROBVS**, a, um. [ῥοβός] Festus, Robum rubro colore, et quae rufo significari, vt bouem quoque rustici appellant, manifestum est. Vnde et materia, quae plurimas huius coloris venas habet, dicta est robus: et homines valentes, ac boni coloris, robusti.

**ROBVS**, i. m. Genus frumenti. Columel. 2, 6, 1 Tritici genera complura cognouimus. Verum ex his maxime ferendum est, quod robus dicitur, quoniam et pondere, et nitore praestet. Vel a colore robeo dictum, vel quod robur s. robus est, i. potentissimum et praestantissimum sui generis. Nam potest etiam Neutrum esse Robus, oris. v. v. n. f.

**ROBEVS**, a, um. Adi. Robeus color Varro de R. R. 2, 5, 8 in bubus probatur. Vid. ibi Scal. qui ex Seruio MS. adfert Nitela mus agrestis robeus. Itemque alium eiusdem Seruui e MS. locum ad illud Ecl. 6, 23 Sanguineis frontem moris, quem ita dedit Burm. Multi ob hoc dictum putant, quod rubeus color deorum sit; vnde et triumphantes facie miniata, et in Capitolio Iupiter in quadriga miniata. Pro rubeus autem Scaliger citat robus. Caeterum etiam in Varronis l. c. pro robeo colore eualuit in editis rubeo. Sed liber praestantissimus Politiani robeo.

**ROBVSTĒVS**, **ROBVSTVS**, vid. **ROBOR**.

**RŌDO**, si, sum, dēre. [ρώγω, καταρώγω] Proprie Murium est, qui dentibus fere semper aliquid atterunt vel comminuunt. Cic. de Diuin. 2, 59 c. 27 Quasi vero quidquam intersit mures diem et noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. Dentem dente rodere, dicitur, qui carpit eum, qui neque laedi queat, neque sentiat: aut qui mordet pari mordacitate praeditum quempiam. Martial. 13, 2 in obrectatorem, — Quid dentem dente iuuabit Rodere? carne opus est, si satur esse velis. Pollicem rodens Hor. Epod. 5, 78. Metaphor. Ripas rodunt flumina Lucret. 5, 257. Hor. Serm. 1, 10, 71 90 Et in versu faciendo Saepe caput scaberet, viuos et roderet vngues. Per translationem, pro Obrectare alicui. Cic. pro Corn. Balbo 57 c. 26 More hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis idcirco vellicant. Amicum absentem rodere Hor. Serm. 1, 4, 81.

**RODOR**. Pass. Lucret. 5, 259 Praeterea, pro parte sua quodcumque aliud auget, Roditur, etc. i. minuitur, atteritur. Ferrum roditur scabra rubigine Ouid. ex Pont. 1, 1, 71.

**ROSIO**, ōnis. f. Plin. 20, 14 Stomachi autem ex aqua item rosiones fistit, et vomitiones cum aceto et polenta. Ibid. c. 21 Succus decoctae neruis prodest, et vesicae, et intestinorum rosionibus. Conf. Idem 28, 9. Praecordiorum rosiones Idem 23, 1. Spumans bilis aluo cum rosione redditur Cels. 7, 23.

**ROSOR**, ōris. m. Qui rodit. Ambros. Serm. 81 p. 380 Mures, horreorum rofores.

**RODVS**, vid. **RAVDVS**.

## R O E et R O G

ROECVS, vid. RHOECVS.

- ROGO, ÆRE. [*ῥοῦμαι, ἄζῖω*] Duo significat, quaerere s. interroga-  
 5 re, et petere: puto quod interrogandi formulis etiam petimus, Visne  
 mihi hoc tribuere? Sic Quaeso est ipsum Quaero, quod ex quae-  
 siui et quaestus satis apparet. Est igitur Rogare petere, in primis com-  
 modato. Molestum verbum est et demisso vultu dicendum, Rogo  
 Sen. de Benef. 2, 2. Plin. Epist. 1, 9 Ille me ad signandum testa-  
 10 mentum, ille in aduocationem, ille in consilium rogauit. Cic.  
 Fam. 7, 24 Est ne aut tui pudoris aut nostri, primum rogare de die,  
 deinde etc. Plaut. Rud. 2, 3, 73 Ego, quod mihi imperauit sa-  
 cerdos, id faciam, atque aquam hinc de proximo rogabo: Nam ex-  
 templo si verbis suis peterem, daturus dixit. Lucil. ap. Non. 4,  
 15 397 Ferri tantum si roget me, non dem, quantum auri petit. Cic.  
 Fam. 12, 27 Hoc te vehementer rogo. Audacter Deum roga, nil  
 illum de alieno rogaturus Sen. Epist. 10. Nihil Deum roga, nisi  
 quod rogare possis palam Idem ibid. Cic. Qu. Fratr. 3, 1 Et simul  
 20 Taurum, quem tibi audio promississe, qui nunc Romae erat, de aqua  
 per fundum eius ducenda rogabo. Caesar dixit, se senatui rogan-  
 ti de Marcello ne hominis quidem causa negaturum Cic. Fam. 4, 4, 7.  
 Caes. B. G. 1, 11 Legatos ad Caesarem mittunt rogatum Auxilium.  
 Beneficium hoc meo iure te rogo Cic. Att. 14, 13. Martial. 4, 33  
 Nunquam diuitias deos rogauit. Finem rogant erroris Ouid. Met.  
 25 14, 484. Bonam Mentem Sen. Ep. 10. Opem rogauit summissa  
 voce Ouid. ex Pont. 4, 3, 41. Cic. Diuin. in Caec. 3 Rogare et  
 orare, ne illos supplices adspernerer, quos me incolumi nemini suppli-  
 ces esse oporteret. Idem Fam. 13, 67 Te oro atque rogo, vt eum  
 et in reliquiis veteris negotiationis colligendis iuues. Ac te illud  
 30 primum rogabo, ne quid, etc. Cic. Fam. 13, 1. Ter. Heaut. 2, 3, 64  
 Vbi dicimus redisse te, et rogare vt veniret ad te mulier, etc. Cic.  
 Qu. Fratr. 1, 2, 3 Hoc te ita rogo, vt maiore studio rogare non possim.  
 Voce supplice rogare Ouid. Met. 6, 33. Blande et Concinne Cic.  
 pro Rosc. Com. 49 c. 16. Concinne rogare, vid. CONCINNE, in  
 35 CONCINNVS. Impudenter rogare, et impudentissime postulare,  
 vid. IMPVDENS. Leuiter rogare Senec. de Benef. 1, 1. Mi-  
 scrabiliter rogare Sen. de Benef. 2, 14. Cic. Att. 1, 17 Iam illud  
 moleste rogo, quod maxime cupio, vt quam primum venias. Mole-  
 ste. i. Cum molestia tua. Nominatim rogare, vid. b. v. Te  
 40 Penitus rogo Cic. Fam. 16, 8. Idem Verr. 5, 58 Quo tempore in  
 tanta inopia nauium tantaque calamitate prouinciae, etiam si precario  
 essent rogandi, tamen ab iis impetraretur. Suppliciter rogare deos  
 Ouid. ex Pont. 1, 10, 44. Occidere aliquem rogando Hor. Epod.  
 14, 5. i. Molestum esse, et instare semper rogando. Omittere roga-  
 45 re, vid. OMITTO. ¶ 2 Vt diximus, Rogare, speciatim  
 est petere vtendum Cic. Verr. 4, 12 c. 6 extr. Profecto hinc natum est,  
 Malo emere, quam rogare. Rogare vtendum Cato c. 5. Mu-  
 tuum aliquem rogare, vid. MUTVVS. Gell. 13, 20 Crepidarium  
 cultellum rogauit a crepidario futore. Plaut. Afin. 4, 1, 33 Spectan-  
 50 dum ne cui annulum det, neque roget. Pecuniam mutuam ali-  
 quem rogare Cels. in l. Si me D. Si certum petatur. Cic. Verr.  
 4, 41 Mittit rogatum vasa ea, quae pulcherrima apud illum viderat, ait  
 se suis celatoribus velle ostendere. ¶ 3 Prima notio vide-  
 tur [*ῥοῦμαι*] Interrogare. Plaut. Amphit. 2, 2, 76. Alcumena vnum  
 55 rogare te volo. AL. quiduis roga. Rogabit me, vbi fuerim Ter.  
 Adelph. 4, 1, 11. al. rogitabit. Rogauit, peruenissentne Agrigen-  
 tum: dixit peruenisse, quemadmodum reuertissent Cic. Verr. 4, 123.  
 Plaut. Perf. 4, 4, 90 Iam de istoc rogare omite: non vides, nolle  
 cani loqui? Cic. in Vatin. 10 Tum respondeto ad ea, quae de  
 60 te ipso rogaro. Roget quis. Modus est loquendi, et veluti quaedam  
 dilutio eorum, quae obiici possent: Ter. Eun. 3, 3, 5 Roget quis, quid  
 tibi cum illa? Est modi potentialis, Possit aliquis rogare. Add. Non.  
 4, 397. ¶ 4 Comitiorum verbum est. Festus, Rogat, est  
 Consulit populum, vel petit ab eo, vt id sciscat, quod ferat. Vnde  
 65 nos quoque in consuetudine habemus pro Petere et orare. Cato in  
 dissuasiōe, ne lex Baebia derogaretur, ait, Hoc potius agam, quod  
 hic rogat. Haec ille. Vti rogas, quo sensu dici solet, hinc intel-  
 liges. Cic. Att. 1, 14 Quum dies venisset rogationi ex Senatusconsulto  
 ferendae, concursabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinae, du-  
 70 ce filiola Curionis: et populum, vt antiquaret, rogabant. Piso  
 autem Consul lator rogationis, idem erat dissuasor, operae Clodianae  
 pontes occuparant: tabellae ministrabantur, ita vt nulla daretur,  
 Vti rogas. Hic tibi Rostra Cato aduolat, etc. Nempe quum populus in  
 campum Martium conuenerat, vt rogationem aliquam aut acciperet, aut  
 75 antiquaret: tabellae singulis binae dabantur, diuerse inscriptae: altera  
 sic, V. R. b. e. Vti Rogas: qua significabant, se rogationem accipere,  
 et velle, vt rogasset is, qui rogationem tulisset: altera, cum litera A,  
 quae erat antiquatae, id est sublatae rogationis nota. Liu. 10, 8 extr.  
 Ego hanc legem, Quirites, quod bonum, faustum, felixque sit vobis ac  
 80 Reipublicae, vti rogas, iubendam censeo. Vid. Drakenborch. Idem  
 33, 25 Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata est, omnes quinque et  
 triginta tribus, vti rogatae, iusserunt. Idem 30, 43 Tum —  
 Tribuni pl. ad populum tulerunt, Vellent iuberentne senatum decer-  
 nere, vt cum Karthaginensibus pax fieret — De pace, Vti rogas-  
 85 sent, omnes tribus iusserunt. Idem 31, 8 pr. Ab hac oratione in  
 suffragium missi, vti rogarat, bellum iusserunt. Vid. hic Gron. Id.  
 38, 54 Omnes tribus, vti rogasset, iusserunt. Hinc Legem rogare,  
 interdum idem est, quod legem ferre. Gell. 2, 24 Lex deinde Licinia  
 rogata est. Cic. Philipp. 2, 72 Ego leges perniciosas rogauit.  
 90 Idem de Legib. 2, 23 Et si quae forte a me hodie rogabuntur, quae non  
 sint in nostra Republ. nec fuerint, tamen erant fere in more maiorum,  
 qui tum vt lex valebat. Conf. ABROGO, ARROGO, D. ROGO, IRROGO,  
 OBROGO, PRAEROGATIVA: quae omnia ad hanc comitialem rationem  
 pertinent. Sic Magistratum aliquem rogare, est Rogatis suffragiis creare.  
 95 Cic. Att. 9, 9 Id assequitur, si per Praetores Consules creantur. Nos  
 autem in libris habemus non modo Consules a Praetore, sed ne Prae-  
 tores quidem creari ius esse, idque factum esse nunquam: Consules,  
 eo non esse ius, quod maius imperium a minore rogari non sit ius:  
 Praetores autem, quum ita rogentur, vt collegae Consulium sint, quo-  
 00 rum est maius imperium. Gell. 13, 15 ex Messalae auguris libro,  
 Praetor effi collega consulis est, neque Praetorem neque Consulium iure  
 rogare potest — quia imperium minus Praetor, maius habet Con-  
 sul; et a minori imperio maius aut maior collega iure rogari non  
 potest. Nos his temporibus Praetores Praetore create, veterum au-  
 05 ctoritatem sumus secuti, neque iis comitiis in auspicio fuimus. Cic.  
 de

de Diuin. 1, 33 Comititia Consulibus rogandis habuit. Liuius 6 in fine Factum Senatusconsultum, ut duo viros Aediles ex patribus Dictator populum rogaret. Cic. de Legib. 3, 10 Tribunisque quos sibi plebes rogasset, ius esto cum patribus agendi. Verba sunt XII Tabul. Rogasset, id est Creauerit. Eadem sententia Prouincia Pisoni rogata est Cic. pro Sext. c. 24. Sed ¶ 5 Militem sacramento rogare Liui. 35, 2. est idem fere, quod sacramento adstringere vel obligare. Nempe etiam qui iurare vel coniurare potius cogit milites (vid. CONIVRO) ille rogat, velintne apud signa manere, iniussu imperatoris non discedere etc. Sic Liui. 32, 26 Cum quinque legatis profectus, obuios in agris sacramento rogatos, arma capere et sequi cogebat. Caesar Bell. Gall. 6, 1 Ab Cn. Pompeio PROCOS. petit, ut quos ex Cisalpina Gallia Consulibus sacramento rogauisset, ad signa conuenire, et ad se proficisci iuberet. Videtur leg. Consul is, i. quos ille, Pompeius, Consul cum esset, collegerat. ¶ 6 Sententiam rogare, in senatu Consul, vel illo impedito aut nolente, Praetor solet: qua de re audiamus Gell. 4, 10 Ante legem, quae nunc de Senatu habendo obseruatur, ordo rogandi sententias varius fuit. Alias primus rogabatur, qui a Censore princeps in Senatum lectus fuerat, alias qui designati COSS. erant: quidam Consulibus studio aut necessitudine aliqua adducti, quem iis visum erat, honoris gratia extra ordinem sententiam primum rogabant. Obseruatum tamen est, quum extra ordinem fieret, ne quis quemquam ex alio quam ex consulari loco sententiam primum rogaret. C. Caesar in consulatu, quem cum Bibulo gessit, quatuor solos extra ordinem sententiam rogasse dicitur: ex iis quatuor principem rogabat M. Crassum; sed postquam filiam Cn. Pompeio desponderat, primum coepit Pompeium rogare etc. Sunt enim et alia ibi, quae ad sententiae rogandae rationem pertinent. Conf. etiam 14, 7. Videtur Cicero proximo a Consulatu suo anno hic esse honos habitus, ut primus rogaretur sententiam, credo, ob recens meritum oppressae coniurationis. Sed de anno, qui hunc secutus est, ipse ad Att. 1, 13 Primum ergo scito, primum me non esse rogatum sententiam, praepositumque esse nobis pacificatorem Allobrogum, idque admurmurante (indignationem aliquam significante) senatu, neque me inuito, esse factum. Sum enim et ab obseruando (propter talem honorem) homine peruerso (Pisone Consule) liber, et ad dignitatem in Rep. retinendam contra illius voluntatem solutus: et ille secundus (quem illi tributum tamen, hinc intelligitur) in dicendo locus habet auctoritatem paene — principis, et voluntatem non nimis deuinctam beneficio consulis. Tertius est Catulus, quartus, si etiam hoc quaeris, Hortensius. Et Catulus et Hortensius diu ante Ciceronem Consules fuerant. Quinctil. 6, 3, 97 Cicero — in eum, qui, cum antea stultissimus esset habitus, post acceptam hereditatem primus sententiam rogabatur, (dixit verbis noti tum versiculi ex parte mutatis) Cuius hereditas est, quam vocant sapientiam; pro illo, facultas est. Caeterum uter Consul rogaret sententias, i. senatum haberet, illud varia ratione iudicari poterat: qui prior renunciatus esset, qui illo die fasces haberet, comparare inter se potuerunt, etc. ¶ 7 Peculiare est Cic. pro Flacco 30 c. 13 Nos hic in mare superum et inferum tertium ter et quadragies rogabamus. Recte in Clauis Ernestus aut rogabamus intelligendum vidit rogabamus, aut sic legendum etiam.

ROGANS, antis. Partic. [δέομενος] Ut, Veniam dare roganti Ouid. Met. 6, 33. Animi ficta grauitate rogantes Idem ibid. 7, 308. Facilis rogantibus Ouid. Amor. 2, 3, 5. Partes rogantis agere Id. Fast. 6, 70. Verba rogantia Ouid. Epist. 20, 93. Voce rogante flectitur iratus deus Idem de Arte Am. 1, 442.

ROGANDVS, a, um. Partic. [δέομενος] Ouid. Trist. 3, 8, 20 Tunc quoque sollicita mente rogandus erit. Cic. de Diuin. 1, 53 Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quod inauspicato pomarium transgressus esset, comitia Consulibus rogandis habuit. Liui. 38, 42 Comititia consulibus rogandis fuerunt ad XII Calend. Mart. Creati Consules M. Aemilius Lepidus, C. Flaminius. i. Creandis. Vid. ROGO n. 3.

ROGĀTVS, a, um. Partic. [δέομενος] Ut, Cic. de Amic. 2, 9 c. 11 Aequae nefas sit tale aliquid facere rogatum, et rogare. Sic Rogatus sententiam in Consulatu Plin. 7, 48. Cic. Verr. 1, 113 Erat in consilio etiam aequissimus iudex, ipse Verres: erant nonnulli rogati creditores Graccorum, quibus ad exigendas pecunias improbilissimi cuiusque legati plurimum prodest gratia. Emendatiora exemplaria legunt Rogati. Leges rogatas rumpere Plaut. Curc. 4, 2, 24. Conf. Gell. 10, 20. Puellae gaudent esse rogatae Ouid. de Arte Am. 1, 345.

ROGĀTVS, sis. m. [δέομενος] Cic. de Nat. Deor. 1, 15 c. 7 Nam quum feriis Latinis ad eum ipsius rogatu accersituque venissem, offendi eum sedentem in exhedra. Impetrauit rogatu meo Cic. Fam. 13, 36 (37). Non respondere ad rogatum, Ad interrogationem Cic. pro Flac. 10 c. 4. Venire ad aliquem ipsius rogatu Cic. de Nat. Deor. 2, 15.

ROGATIO, ōnis. f. [δέησις, δέημα, λατρεία] Interrogatio. Rogationis etiam nomine continetur Lex, plebiscitum, privilegium in quantum rogantur in Comititiis, vid. ROGO n. 3. Suet. Caes. c. 5 Reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit. i. Lege a Plotio lata. Non satis accurate, certe praeter consuetudinem aliorum. Festus, Rogatio ea dicitur, quum populus consulitur de vno, pluribusue hominibus, quod non ad omnes pertineat: et de vna pluribusue rebus, de quibus non omnibus sancitur. Nam quod in omnes homines resue populus sciuit, lex appellatur. Itaque Gallus Aelius ait, Inter legem et rogationem hoc interest, rogatio est genus legis: quae lex non continuo est, ea rogatio est: non potest non esse lex, si modo iustis comitiis rogata est. Haec Festus. Qualis hodie est. Emendatiora sunt Gell. 10, 20. Cum dixisset de Lege et Plebiscito, addit, Sed totius huius rei — caput ipsum et origo, et quasi fons, rogatio est. Ista enim omnia vocabula censentur rogationis principali genere et nomine continenturque. Nam nisi populus aut plebes rogetur, nullum plebis aut populi iussum fieri potest etc. Si quid ergo distinguere placet, est illud, quod videtur voluisse Aelius Gallus, quod Rogatio vocatur etiam, ante quam accipiatur a populo, quo facta, Lex fit. Sed neque hoc seruatur ab antiquis discrimen. Cic. de Finib. 4, 77 Et eadem imbecillitate et constantia L. Tubulum fuisse, qua illum, cuius condemnatus est rogatione, P. Scaeuolam. Cic. in Brut. 89 de C. Galba: Rogatione Manilia, Iugurthinae coniurationis inuidia, oppressus est. Paulo post, Inuidiosa lege Manilia quaestione C. Galbam Gracchani iudices sustulerunt. Rogationes et plebiscita Quinctil. 2, 14. Cic. Att. 1, 14 Ut Consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam, vid. ACCIPIO. Ferre rogationem ad populum Caes. Bell. Ciuil. 3, 1. Cic. Qu. Fratr. 2, 2 Sed tamen suspicor per vim rogationem Caninium perlaturum. Tribuniciae rogationes Cic. post Red. ad Quir. 10 c. 4. Promul-

gatur ab eodem rogatio de mea pernicie Cic. pro Sext. 25 c. 10.  
 ¶ 2 Rogatio, pro Supplicatione, et prece. Valer. Max. 6, 4, 4 de Publico  
 Rutilio, Quum amici cuiusdam iniustae rogationi resisteret, atque is  
 per summam indignationem dixisset, Quid ergo, inquit, mihi opus est  
 5 amicitia tua, si quod rogo, non facis? respondit, Immo quid mihi  
 tua, si propter te aliquid inhoneste facturum sum? Sic Alicuius  
 rogatione aliquem diligere Cic. Qu. Fratr. 3, 1. Rogatio  
 et huic finitima percontatio Cic. de Orat. 3, 201 c. 53. Idem  
 Off. 3, 44 c. 10 Itaque praeclarum a maioribus morem accepimus ro-  
 10 gandi iudicis, (si eum teneremus) quae salua fide facere possit. Haec  
 rogatio iudicis ad ea pertinet, quae paullo ante dixi, honeste amico a  
 iudice posse concedi. Parenthestis illa continet querelam de moribus saeculi,  
 quam tentare non debebat vir hic nimis bonus Graevius.

ROGATIVNCŪLA, ae. f. Dimin. [δρηματιον] Cic. pro Do-  
 15 mo 51 c. 20 Te meam domum consecraste, te monumentum fecisse, in  
 meis aedibus te signum dedicaste, eaque te ex vna rogatiuncula fecisse.  
 Conf. de Fin. 1, 39 c. 11.

ROGATOR, ōris. m. [αἰτητήρ] Vt, Rogator comitorum, qui  
 ea habet, populumque rogat. Cic. de Diuin. 1, 33 Qui recentibus comi-  
 20 tiis in Senatum introducti negauerunt iustum comitorum rogatorem  
 fuisse. Sed etiam Rogatores illi, qui in centuria aliqua rogabant suffragia, et  
 renuntiabant Magistratui comitia habenti. De his Cic. post Red. in Sen.  
 28 c. 11 cum dixisset de Lentulo COS., qui comitia, quibus reuocatus fuit,  
 habuit, addit, Quando tantam frequentiam in campo, — quando  
 25 illa dignitate rogatores, diribitores, custodēsque vidistis. Vtrumque  
 genus memoratur de Nat. Deor. 2, 11 c. 4 Atqui et nostrorum Augurum,  
 et Etruscorum, et haruspicum disciplinam P. Scipione C. Figulo COSS.  
 res ipsa probauit. Quos cum Ti. Gracchus consul iterum recrearet,  
 primus rogatorum (al. rogator, eadem sententia), vt eos (Coniules,  
 30 sine dubio, modo dictos) retulit, ibidem est repente mortuus. Gracchus  
 cum comitia nihilo secius peregisset, remque illam in religionem po-  
 pulo venisse sentiret, ad senatum retulit. Senatus, quos ad foleret,  
 referendum censuit. Haruspices introducti responderunt, non fuisse  
 iustum comitorum rogatorem. Tum Gracchus incensus ira, Itane  
 35 vero? ego non iustus, qui et consul rogavi, et augur, et auspicato?  
 etc. post enim narrat, vt sententiam mutarit Gracchus. Hoc maneat, Ro-  
 gator est hic ipse consul, qui habet comitia. Sunt et rogatores alii, qui  
 centuriarum suffragia rogant et referunt. Dubitationem omnem duplicis  
 huius significationis eximit ipse Cic. de Diuin. 2, 74 sq. c. 35 in eiusdem  
 40 rei commemoratione, At haruspices diuini: quos cum Ti. Gracchus  
 propter mortem repentinam eius, qui in praerogatiua referenda subito  
 concidisset, in senatum introduxisset, non iustum rogatorem fuisse dix-  
 erunt. Primum vide, ne in eum dixerint, qui rogator centuriae fuis-  
 set: is enim erat mortuus. Quidquid sit de ratiocinatione, illud qui-  
 45 dem apparet, Rogatorem centuriae esse, qui praerogatiuam centuriam  
 (rogauit, et eius suffragium) retulit. Talis rogator posterioris generis  
 fuit Maluginensis ille Scipio, de quo Cic. de Orat. 2, 260 c. 64 Cum  
 ex centuria sua (cuius adeo rogator esset) renunciaret (T. Manlium)  
 Acidinum consulem, praecoque dixisset, Dic de L. Manlio: (ille non  
 50 respondit, quod ad rem hanc pertinebat, sed, quod nemo hic expectabat)  
 Virum bonum, egregiumque ciuem esse arbitror. ¶ 2 Ro-  
 gator, mendicus. Plaut. . . . Vt rogator ostiatim petam panem?  
 Cic. Att. 16, 16 Quamquam haec epistola non suaforis est, sed rogato-  
 ris. Baianos sedet ad lacus rogator Martial. 4, 30. Add. 10, 5

55 Inter raucos vltimus rogatores.  
 ROGATORIVS, a, um. Adi. Vt, Rogatoriae literae Alcuin. de  
 Diu. Offic.

ROGATŪRA, ae. f. Gloss. Gr. Lat. ἀσπασμός, Rogatura.

ROGATRIX, icis. f. Sidon.

60 ROGĀMEN, inis. n. Gloss. Gr. Lat. δῆγμα, Rogamen.

ROGAMENTVM, i. n. Idem. [πῆγαις Gloss. Gr. Lat.] Sed Apul.  
 de Syllog. Categ. p. 29 est Axioma. p. 31 Rogamentum proponere, i.  
 propositionem categoricam.

ROGITO, āre. Frequent. [ἀξιωμας] Saepe rogare. Precari.  
 65 Ter. Eun. 2, 2, 35 Sed ego cesso ad Thaidem hanc deducere, et rogi-  
 tare ad coenam vt veniat. Citatur etiam, adscripto Plin. . . .  
 nescio vnde, Patrem adit, rogitat vt sui misereatur. Rogitare,  
 Sciscitari. Ter. Andr. 1, 2, 57 Rogitabam, heus puer, dic fodes, quis  
 heri Chrisidem habuit? Idem Adelph. 1, 2, 2 Rogitas me, vbi  
 70 nobis Aeschinus fiet, quid tristis ego sim? In rogitando molestus  
 Cic. Fam. 13, 1. Plaut. Aul. 2, 8, 3 Venio ad tracellum, rogito  
 pisces, indicant caros. Prop. 1, 8, 23 Nec me deficiet nautas rogitare ci-  
 tatos, Dicite, quo portu clausa puella mea est. Rogitare super ali-  
 quo, de aliquo interrogare Virg. Aen. 1, 754.

75 ROGITATIO, ōnis f. [ἀξιωμα, νομοθεσία] Lex, plebiscitum.  
 Plaut. Curc. 4, 2, 23 Rogitationes plurimas propter vos populus  
 sciuit.

ROGITATOR, ōris. m. Augustin.

80 ROGVS, i. m. [πυρὰ] Strues lignorum ad cremanda cadauera.  
 Plaut. Men. 1, 2, 44 Age sane igitur quando aequum oras, quam mox  
 incendo rogam. Cic. de Finib. 3, 76 f. extr. Nam si beatus vn-  
 quam fuisset, beatam vitam vsque ad illum a Cyro exstructum rogam  
 protulisset. Quinctil. Decl. 6 Refertur rogam, hoc est, lignum  
 cremando cadaueri aduectum refertur domum. Auidi rogi Ouid. de  
 85 Rem. Amor. 38. Flagrans Senec. Herc. fur. f. 1. Idem  
 Octau. f. 6 Lacroque seni violenta rogos nata negauit. Ouid.  
 Fast. 4, 856 Vltima Plorato subdita flamma rogo est. Tepidi Idem  
 Epist. 6, 90. Tristis Lucan. 8, 762. Accendere rogam Id.  
 9, 55. Cic. de Diuin. 1, 47 c. 23 Siquidem ad mortem profici-  
 90 scens Calanus Indus, quum ascenderet in rogam ardentem, O praecla-  
 rum discessum, inquit, e vita, quum (vt Herculi contigit) mortali  
 corpore cremato, in lucem animus excesserit! Consumtus rogis  
 crematus Ouid. Epist. 7, 193. Dare corpus plebeio rogo Ouid. in  
 Ibin 154. Exstruere rogam Lucan. 6, 825. Imponere ali-

95 quem in rogam Cic. Tusc. 1, 85 c. 35. Impositi rogis iuuenes  
 Virg. Georg. 4, 477. Prosequi vsque ad rogam Cic. pro Quint.  
 99 c. 31. Rogum etiam Neutro genere dicitur, vt auctor est No-  
 nius 3, 186 Afran. Epistola, Pulchre hoc incendi rogam, ardet, tene-  
 tur, hoc sepulcro sepeli licet.

100 ROGĀLIS, e. Adi. [ὁ τῆς πυρᾶς] Vt, Ignis rogalis Stat. Theb.  
 1, 112. Flammae rogalēs Ouid. Amor. 3, 9, 41. Deformior  
 Cadauere rogalī Sidon. Epist. 3, 13. Conf. ibid. ep. 3.

ROGARIVS, i. m. Qui rogam curat, corpus comburit. Gloss. Gr.  
 Lat. νεροκαύτης, Rogarius, bustuarius.

105

ROMA, ae. f. [*Ῥώμη*] *Orbis aliquando caput, et amplissimi imperii domicilium, Quo tandem narrari debet opere? dixit de ea Plin. 37, 5 l. 6. Operis sane magni et multorum voluminum fuerit de ea agere. Sed nos pauca, quae ad ipsam quodammodo linguam pertinent, pro nostri operis ratione ponimus. Nomen Graecum Ῥώμη Latine extulere quidam Valentiam. Hinc Solin. 1 pr. Sunt qui videri velint, Romae vocabulum ab Euandro primum datum, cum oppidum ibi offendisset, quod exstructum antea Valentiam dixerat iuventus Latina, seruataque significatione impositi prius nominis Romam Graece Valentiam nominatum. Haec ille. vid. Salmaf. p. 5 sq. Sed Plin. 3, 5 Romae nomen alterum dicere arcanis caerimoniarum nefas habetur, optimaque et salutari fide abolitum enunciauit Valerius Soranus, luitque mox poenas. Add. Seru. ad Aen. 1, 276 Romulus — Romanosque suo de nomine dicit. Macrob. 3, 9 Romani et Deum, in cuius tutela vrbs Roma est, ut ipsius vrbs Latinum nomen ignotum esse voluerunt etc. ne euocari posset Deus. Vid. EVOCATIO. Alii mulieris nomen dicunt Romam Troianae, quae nupta Latino, Aboriginum regi, Romulum et Remum peperit, apud Dionys. Halic. lib. 1. Plin. 3, 4 habet descriptionem verbis, qualis ea aetate erat. v. g. Urbem tris portas habentem Romulus reliquit, aut quatuor — complexa montes septem, ipsa dividitur in regiones quatuordecim — Exspatiantia (ultra moenia et portas) tecta multas addidere vrbes. De magnitudine vid. Lipsius peculiar. libro. If. Voss. Obseruatt. c. 1 - 7 etc. Nam origines, antiquitates, historiam, magnitudinem Romae aliis relinquimus. Huc nihil pertinet praeter illa elogia, quae ad facultatem loquendi et scribendi aliquid conferunt. Quamquam haec etiam, si pro materia dicantur, alterum opus, ut de Roma ait Mela 2, 4, 21 h. e. peculiaris libri opus. Ante Augustum Roma non tam aedificiis splendida erat, quam clara hominibus. Cic. de L. Agr. 2, 96 c. 35 Romam in montibus positam et conuallibus, coenaculis sublatam, atque suspensam, non optimis viis, angustissimis semitis, prae sua Capua, planissimo in loco explicata irridebunt atque contemnent. Et tamen Cyneas Pyrrhi legatus a domino suo interrogatus apud Iustin. 18, 2 qualis Roma esset? respondit, Regum urbem sibi visam. Caeterum Augustus teste Suet. c. 28 urbem neque pro maiestate imperii ornatam, et inundationibus incendiisque obnoxiam, excoluit adeo, ut iure sit gloriatus, Marmoream se relinquere, quam Latericiam accepisset. Tutam vero (ab incendiis et inundationibus) quantum prouideri humana ratione potuit, etiam in posterum praestitit. Haec omnia deinde persequitur. Ab hoc igitur tempore potuit verum videri splendidum Claudiani elogium de secund. Conf. Stilich. 131*

Proxime Dis consul, qui tantae prospicis vrbi,  
Qua nihil in terris complectitur altius aether:  
Cuius nec spatium visus, nec corda decorem,  
Nec laudem vox vlla capit: quae luce metalli  
Aemula vicinis fastigia conferit astris.  
Quae septem scopulis Zonas imitatur Olympi.  
Armorum legumque parens: quae fundit in omnes  
Imperium, primique dedit cunabula iuris etc.  
Septem scopuli, sunt septem montes, de quibus eodem libro 65

— Septem circumspecte montes

Qui Solis radios auri fulgore laceffunt,  
Indutosque arcus spoliis, acquataque templa  
Nubibus, et quidquid tanti struxere triumphi.

Vrbs Roma Hor. Carm. 3, 5, 12. Aeterna in monumentis dici coepit sub Antoninis, vid. Ez. Spanh. Diff. 3 p. 138. Altae Romae moenia Virg. Aen. 1, 11. Arx omnium gentium Cic. Catil. 4, 11 c. 6. Regum ac nationum caeterarum pro Sulla 33 c. 11. Beata Horat. Carm. 3, 29, 12. Bellatrix Ouid. Trist. 2, 321. Caput orbis terrarum Liu. 1, 16. et 21, 30. Caput rerum Tac. Hist. 2, 32, 5. Terrarum Dea gentiumque Roma, Cui par nihil, et nihil secundum Mart. 12, 8. Inter fidereos Roma recepta polos Rutil. 1, 48. Dea, templis culta. vid. Tac. An. 4, 56. et ibi Lips. Profopographia illius pulcherrima Claud. de Conf. Probin. et Olyb. 75 sqq. Vid. Spanh. de usu et praest. num. Diff. 3 p. 138 sq. et Diff. 13 p. 653. Dardania Ouid. Met. 15, 431. Domicilium imperii et gloriae Cic. de Orat. 1, 105 c. 23. Add. pro Sulla 33. Domina Roma, Dominans Hor. Carm. 4, 14, 44. Sic Virgil. de Romanis ait, Populum late regem Aen. 1, 25. Ferox Hor. Carm. 3, 3, 44. Lux orbis terrarum Cic. Cat. 4, 11 c. 6. Magna Martial. 12, 69. Martia Ouid. ad Liu. 246. Potens Hor. Epist. 2, 1, 61. Princeps urbium Idem Carm. 4, 3, 13. Pulcher rima rerum Virg. Georg. 2, 534. Regia Hor. Epist. 1, 7, 44. Regina Rutil. It. 1, 48. ¶ 2 Rome, Ῥώμη, Canis nomen Colum. 7, 12, 13.

ROMANVS, a, um. Adi. [*Ῥωμαῖος*] Qui e Roma est, vel Romam inhabitat. Romanus sedendo vincit Prouerbum, a Fabio forte Cunctatore ortum Varro R. R. 1, 2, 2. Domini rerum Romani Virgil. Aen. 1, 286. Achilles Romanus, vid. ACHILLES. Acer Virg. Georg. 3, 346. Arces Idem ibid. 2, 172. Calendae Romanae Lamprid. Commodus 12. i. Nouembres. Hunc enim mensem Romanum vocauerat Commodus, qui caeteris etiam nomina immutauit. Vid. Casaubon. et Salmaf. ad Lamprid. l. c. c. 11 praesertim ex Dione l. 72 p. 824. Gens Virg. Aen. 1, 37. Linguae Romanae facundia Ouid. ex Pont. 1, 2, 69. Mensis, vid. Calendae Romanae. Ore Romano profluit Graecia, i. Homo Romanus Graece loquitur Lucan. ad Pison. 77. Populus Hor. Epist. 1, 1, 70. et milies apud omnes Romanam Portam vulgus appellat vbi ex epistyllo defluit aqua. Qui locus ab antiquis appellari solitus est Statuae Cinciae, quod in eo fuit sepulcrum eius familiae. Sed porta Romana instituta est a Romulo infimo cliuo Victoriae, qui locus gradibus in quadram fornicatus est. Est autem appellata Romana a Sabinis praecipue, quod ea proximus aditus erat Roman. Haec Festus. Conf. ROMANVLA. Potentia Ouid. Met. 15, 877. Pubes Hor. Carm. 4, 4, 46. Sermo Quinctil. 2, 14. Tellus Virg. Aen. 4, 275. Urbis Romanae conditor Ouid. Met. 14, 849. Vincit Romanus sedendo; Prouerb. in eos, qui tranquillii atque otiosi, tamen, quae volunt, efficiunt Varro de R. R. 1, 2 pr.

ROMANE. Adu. Gell. 13, 21 Haec Romane et seuerè dixit.

ROMANICVS, a, um. Adi. [*Ῥωμαϊκός*] Videtur epitheton earum rerum, quae Romae elaborantur, certe venales sunt. Cato c. 135 Aratra in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica, iuga Romanica optima erunt. Sic Romanicum oleum, apud eundem, c. 153 in lege oleae pendentis.

ROMANENSIS, f. ROMANIENSIS, e. [*Ῥωμαῖνός*] Qui alibi ortus, Romae versatur. Cato in l. de R. R. c. vlt. Salem Romanensem appellat, non Romae factum, sed qui Romae vendebatur. Grut. VOL. IV.

Inscript. p. 41 n. 7 PISTOR ROMANIENSIS. Tertull. de Praescript. 30 Romanensis ecclesia, quae Romae collecta erat, ut Hispaniensis exercitus.

ROMANIA, ae. f. Barbariae opponitur. Fortunat. Carm. 6, 4, 7 Hinc cui barbaries, illinc Romania plaudit.

ROMANITAS, atis. f. pro Orbe, siue Imperio Romano, ponitur a Tertull. de Pallio c. 4 pr.

ROMANVLA porta teste Varrone l. 4 de L. L. in Palatino monte fuit, gradus habens in naualia ad Voluptiae sacellum.

ROMILIVS, a, um, Gentis Romanae nomen: unde Romilia lex: al. Romuleia v. v. Tribus Romilia, vid. TRIBVS.

ROMIPETA, ae. c. Qui Romam peregrinationem instituit Sarisber. 6, 1.

ROMPHAEA, vid. RHOMPHAEA.

ROMVLA, Arbor dicebatur, sub qua Remus et Romulus pueri inuenti sunt. Vid. RVMINALIS.

ROMVLEIVS vel ROMVLIVS, a, um. Gentis Romanae nomen, e qua ortum habere putabatur lex Romuleia vel Romulia, de triumphis epulonum creandis: quam exsculpunt ex Liu. 33, 42 pr. v. g. Manutius et Merula. Sed ostendunt Sigonius, Gronovius, Drakenborchius illum T. Romuleium debere librariis, qui illum saepissime inculcarint pro Tr. Plebei. Ergo nulla lex est secundum hos Romilia, Romulia, Romuleia.

ROMVLENSIS, e. Colonia Romanorum in Celtica Hispanensium. Plin. 3, 1 Et a laeua Hispalis colonia, cognomine Romulensis.

ROMVLVS, i. m. [*Ῥωμύλος*] Martis et Iliac filius, frater Remi, primus rex Romanorum. Cuius et Remi fratris historiam sic scribit Seruius, Amulius et Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrem imperio pepulit, et filium eius necauit: filiam vero eius Iliam, Vestae sacerdotem fecit, ut spem sobolis auferret, a qua se puniri posse cognouerat. Hanc, ut multi dicunt, Mars compressit, unde sunt nati Remus et Romus, quos cum matre Amulius praecipitari iussit in Tiberim: tum, ut quidam dicunt, Iliam sibi Anien fluius fecit uxorem: ut alii, inter quos Horat. Tiberis: unde ait (Carm. 1, 2, 17) Iliac dum se, — Vxorius amnis. Pueri vero expositi sunt ad ripam vicinam: hos Faustulus reperit pastor, cuius vxor erat nuper meretrix, Acca Laurentia, quae susceptos aluit pueros. Hi postea auum suum Numitorem occiso Amulio in regna reuocauerunt. quibus dum cum eo angustum Albae videretur imperium, recesserunt, et captatis auguriis urbem condiderunt. Sed Remus prior sex vultures vidit, Romus postea duodecim: quae res postea bellum creauit, in quo extinctus est Remus: et a Romi nomine Romani appellati. Ut autem pro Romo, Romulus diceretur, blandimenti gratia factum est, quod gaudet diminutione. Quod autem a lupa dicuntur nutriti, fabulosum

figmentum est, ad celandam auctorum Romani generis turpitudinem: nec incongrue factum est: nam et meretrices lupas vocamus, unde et lupanaria. Et constat hoc animal in tutela esse Martis. Haecenus Seruius enarrans illud Virg. Aen. 1, 274

— Donec regina sacerdos

Marte grauis geminam partu dabit Iliam prolem,  
Inde lupae fuluo nutricis tegmine laetus  
Romulus excipiet gentem, et Mauortia condet  
Moenia, Romanosque suo de nomine dicet.

Caeterum historiam vel fabulam copiosius longe elegantiusque enarrat Liu. 1, 3 sq. Romulus, Martis filius, educatusque a Lupa dicitur Quinctil. 3, 7. Romulus post excessum suum dixit Proculo Iulio, se Deum esse, et Quirinum vocari, templumque sibi dedicari in eo loco iussit Cic. de Legib. 1, 3. Narrat historiam vel fabulam Liu. 1, 16. Mauortius Romulus Virg. Aen. 6, 778. ¶ 2. Alius inter

60 reges Albanos Romulus Silvius, de quo Liu. 1, 3. ROMVLEVS, a, um. Possessiuum. [*Ῥωμύλιος*] Ut, Colles Romulei Ouid. Met. 14, 845. i. Romani. Virg. Aen. 8, 654 Romuleoque recens horrebat regia culmo. Ense Romuleo cadit Amulius, i. Ense Romuli Ouid. Fast. 3, 67. Muri Romulei Sil. 7, 485.

65 Vrbs Romulea Ouid. Met. 15, 625.

ROMVLVS, a, um. Adi. pro Romuleus. Ut, Tellus Romula Virg. Aen. 6, 876. Gens Romula Hor. in Carm. saecul. 60.

ROMVLIDAE, arum. m. [*Ῥωμυλίδαι*] Dicitur sunt Romani a Romulo. Perf. Sat. 1, 31 Ecce inter pocula quaerunt Romulidae saturi quid dia poemata narrent. Arx Romulidarum Lucret. 4, 687.

ROMPOTINVM, vid. RVMPOTINVM.

## R O R et R O S

75 RORO, are. Vid. ROS.

ROS, rōris. m. [*Ῥόσος, Ῥεκάς, ἔρση*] Humor, qui sereno tempore, serena nocte, non gelu, neque ardoribus, neque ventis existentibus, in plantis colligitur, s. lapsus ex aere s. ex ipsis exhalatus. Apuleius lib. de Mundo p. 61, 9 Ros nocturnus humor, quem serenitas tenuiter spargit. Rore aluntur cicadae Plin. 11, 26. Cic. de Diu. 1, 14 c. 8

80 Cum primum gelidos rores aurora remittit. Virg. Ecl. 8, 15 Cum in tenera pecori gratissimus herba est. Ouid. Fast. 3, 880 Canuerint herbae rore recente quater. Virg. Georg. 2, 202 Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Nocturni Plin. 21, 17 ad finem. Vitreoque madentia rore

85 Tempora noctis eunt Ouid. Amor. 1, 6, 55. ¶ 2 Pro quouis alio humore interdum Ros dicitur: ut de aqua lustrali Virg. Aen. 6, 230. Claud. sext. Conf. Honor. 326. Sic Ouid. Met. 3, 164 Fons sonat a dextra — Hic Dea siluarum — solebat Virgineos artus liquido perfundere rore. Sic Virg. Georg. 4, 431 Rorem amarum dixit de aqua marina. Hor. Carm. 3, 4, 61 de Apolline, Qui rore puro Castaliae lauit Crines solutos. De lacte Cic. de Diuin. 1, 20 c. 12 de lupa, Quae paruos Mauortis semine natos Vberibus grauidis vitali rore rigabat. Ros genitalis Firmic. 2, 12. de semine. Obsceni ex virgine rores Sammon. 168. i. urina. Vid. hic Keuchen. et Burm. ad Grat. 37. Sanguinei rores Sil. 14, 487. Sanguis aqua marina missus. Stillauit sanguineis roribus arbor Lucan. 7, 837. aubus carniuoris praedam de cadaueribus eo ferentibus. Lacrimarum rore madidae coronae Ouid. Met. 14, 708. Sic Met. 10, 360 Tepido suffundit lumina rore. De Aqua marina Lucret. 4, 440 Nam quaecunque supra rorem salis edita pars est Remorum, recta est, etc. Marino rore resperis Apul. Met. 11 p. 260. de aqua marina. Ros ineri, vnum Sidon. Carm. 22, 25. ¶ 3 Sed Ros marinus, Ros maris, Ros terrae planta odorata, vid. ROSMARINVS. Ros Syriacus non in recto solum casu, ubi facilis est confusio, sed in obliquis etiam



*etiam passim inuenitur.* v. g. Colum. 9, 13, 5 Vuac passae cum rore Syriaco, (*quidam libri Sutorio: ut sit rhus coriariorum*) *it.* 12, 41, 4 Roris Syriaci tres heminae. Sic Pallad. Mar. 15, 1. *Vix videntur talia folis imputanda librariis, sed consuetudo saeculi paulatim pro rhoë Graeca introduxisse Latinum rorem.* Vid. Lex. rust. b. v. In rore Syriaco *criticam feueritatem cohibere Ros marinus vel maxime debet.*

RORĀLIS, e. Adi. Ouid. Fast. 4, 28 *de lustratione in sacris*, Virgaque rorales laurea misit aquas. *Alii legunt Roratas. Et sic Burm.*

RORĪFER, ēra, ērum. Adi. [*ῥοροφόρος*] *Vt, Aura rorifera Senec. Hippol. v. 11. Biga Lunae rorifera Stat. Theb. 1, 338. Vmbris roriferis terram nox obruit Lucret. 6, 864.*

RORIFLVVS, a, um. *Vt, Rorifluum sectemur carmine lunam Vetus Poëta Catalect. 2 p. 239. edit. Scalig.*

RORVLENTVS, a, um. Adi. [*ῥοροπός, ῥοροώδης, πολυῥορος*] *Plenum rore. Columel. 5, 6 Cauendum, ne aut Septentrionalibus ventis, aut rorulentae, sed siccae serantur Vites. Idem 12, 38 Ne rorulentae Baccae legantur, cauendum. Terrae Acc. ap. Non. 4, 427. Vua Plin. 18, 31.*

ROSCĪDVS, a, um. Adi. [*ῥοροπός, ἔρσηος*] *Quod est rore conspersum; vnde Nox roscida, rore humecta Plin. 18, 28. et 2, 62. it. 3, 12 20*

Roscidis collibus. Antra roscida Ouid. Fast. 2, 332. Aurora Ouid. ad Liuiam 282. Sil. 15, 439. Gramina Claud. de Rapt. Proserp. 2, 104. Herba roscida Varro de R. R. 2, 2. Iris Virg. Aen. 4, 700. *Physice, quia in nube rorulenta conspicitur. Mala roscida, matutino rore humecta Virg. Ecl. 8, 37. Plin. 11, 11 Ita- 25*

que tum prima aurora, folia arborum melle roscida inueniuntur. Mella Virg. Ecl. 4, 30. Poma Propert. 2, 20, 36. Pruina roscida foliis excussa Ouid. Fast. 5, 215. Solum roscidum Columel. 3, 2. Tellus roscida Senec. Hippol. 1. Conf. Columel. 3, 1. et 7, 7. Pallad. Ian. 13. 30

ROSIDVS, a, um. *Idem. Columel. 5, 6, 10 Rosidum et nebulosum solum. Et 3, 1, 6 Rosida caeli qualitas. Et Virgae rosidae 4, 30, 6.*

RORĪDVS, a, um. *Idem. Propert. 2, 23, 27. Vid. ibi Brouckhus.*

RORARIVS, a, um. Adi. Rorarii milites dicebantur, Qui armatura leui praelium primi committebant: quod vt ante pluuias caelum rorare solet, sic illi ante grauem armaturam qui prodibant, rorarii appellabantur, qui et ferentarii. Haec Festus. Liu. 8, 8 Primum vexillum Triarios ducebat, veteranum militem spectatae virtutis: secundum Rorarios, minoris roboris aetate factisque: tertium Accensos, minimae fiduciae manum. Varro de L. L. 6, 3 Rorarii dicti a rore, qui bellum committebant ante, ideo quod ante rorat, quam pluit. Eadem, et plura Non. 18, 3. Vid. Plaut. Fragm. Friular. v. 4. Symmach. Ep. 8, 7. Vinum rorarium, Quod rorariis dabatur Festus. Vid. Heinsf. ad Sil. 1, 564. Stewech. ad Veget. 1, 20. et Dalechamp. ad Plin. 2, 60. 40

RORO, āre. [*ῥοροῖζω, ψευδίζω, ψάλω*] *Humorem instar voris paulatim destillare. Virg. Aen. 8, 645 — Et sparsi rorabant sanguine vespres. Columel. 11, 2, 45 III. Id. Iun. Delphinus vespere exoritur: Fauonius: interdum rorat. Et 76 Idibus Octob. Nonnunquam rorat. Plin. 17, 10 Periculum tantum eo die est, si rorauerit quantulumcunque imbrem. Conf. Suet. Aug. c. 92. Sen. Qu. Nat. 1, 6. Vndique dant saltus, multaque aspergine rorant Ouid. Met. 3, 683. de delphinis. Oculi rorantur lacrimis Ouid. Epist. 15, 97. i. Rigantur. Add. Idem Met. 1, 267. Sil. 10, 263 Quum videt in scopulo rorantem saxa cruore, Toruoque obtutu labentem in Tartara Paullum. 50*

RORANS, antis. Partic. [*ῥοροῖζων, ψευδίζων*] *Lucret. 3, 470 Lacrimis rorantes ora, genasque. Antra rorantia fontibus Ouid. Met. 3, 177. Guttis Columel. 10, 287. Astra rorantia Virg. Aen. 3, 567. Capilli rorantes Ouid. Fast. 4, 141. Rorantes sanguine Cristae Virg. Aen. 11, 9. Lacrimis rorantibus spargunt ora Lucret. 2, 976. Pocula minuta et rorantia Cic. de Senect. 46 c. 14. in quibus minutae bullulae pellucidae ab infusione surgunt, vt in generosis quibusdam vinis fit. Galli petiller vocant. 60*

RORATVS, a, um. Partic. [*ῥοροῖσθῆς*] *Ouid. Fast. 3, 357 Mollis erat tellus rorata mane pruina. Alii legunt Rorataque, vt referatur ad Tellus. Rosae roratae Ouid. ex Pont. 2, 1, 36. Conf. Idem Heroid. 19, 124.*

RORATIO, ōnis. f. [*ῥοροισμός*] *Morbus est vitium, quem vulgo Colaturam vocamus. Plin. 17, 24 Siderationis genus est in vitibus deflorescentibus roratio. Aut quum acini priusquam crescant, decoquantur in callum. Theophrastus lib. 4 de plantis, Roratio, inquit, fit, quum vitis deflorescens irrorat. Fit autem id genus affectionis, quum acini defluunt: et qui remanent, paruuli sunt. Propter hoc vitium Floralia, ab antiquis instituta sunt. Plin. 18, 29 Floralia quarto Cal. Maii instituerunt, anno vrbis quingentesimo sextodecimo ex oraculis Sibyllae: vt omnia bene deflorescerent, Roratio, generatim Roris distillatio. vt, Nocturnae rorationes Apul. Met. 9 p. 232. 70*

RORAMENTVM, i. n. Capitolin. in Vero 10 Capiti auri roramenta respergere. Alii Ramenta, quod merito praeferunt Casaub. et Salmas. 80

RORESCO, ēre. [*ῥοροῖζομαι*] *Rore adspergi. Vox dubiae auctoritatis. Plin. 18, 34 fin. Aquilonem praenunciat terra siccescens, sed rorescens repente, etc. Sic leg. in veteri edit. A. D. 1491. sed hodierna exemplaria omittunt voces, Sed rorescens: Conf. Dalechamp. Not. Ouid. Met. 15, 245 — Resolutaque tellus In liquidas rorescit aquas. al. Rarefcit, quam lectionem recepit Robertus Stephanus. Vid. RARESCO. Heinsf. et Burm. Rarefcit ex MSS. 80*

RŌSA, ae. f. [*ῥόδον*] *Flos e spina nascens, cui ῥόδος Graecum nomen est. Plin. 21, 4 Rosa nascitur spina vicius quam frutice, in rubo quoque proueniens, illic etiam iucundi odoris, quamuis angustii. Germinat omnis primo inclusa granoso cortice; quo mox intumescente, et in virides alabastros fastigiato, paulatim rubescens dehiscit ac se se pandit, in calicis medio sui stantes complexa luteos apices. Vid. Epigr. Flori editum a Salmas. ad Spartian. Adrian. 16 p. 155 Hack. 90*

Venerunt aliquando rosae. Proh veris amoeni Ingenium! vna dies ostendit Spicula florum, Altera Pyramidas, nodo maiore tumentes, Tertia iam calathos, totum lux quarta peregit Floris opus. Pereunt hodie, nisi mane legantur. 100

Spicula igitur gemmae sunt tenuissimae adhuc et acutissimae, pyramides maiores, et ima parte crassiores, calathi iam supra tument inferiore parte angustiore, explicantibus se iam et intra dehiscentem calicem latiora sibi

- spatia quaerentibus foliis.* Cic. Verr. 5, 27 Sed quum rosam viderat, tunc incipere Ver arbitrabatur. Contemnunt spinam, cum cecidere rosae Ouid. Fast. 5, 354. Rosae virgines Apul. Met. 3 extr. p. 142. Quam longa vna dies, Aetas tam longa rosarum, 5 Quas Pubescentes iuncta senectia premit Auson. Eid. 14. Flos rosarum Hor. Carm. 3, 29, 3. Rosae luteus flos Scribon. 61. Atria plena rosarum Ouid. Met. 2, 113. Albentes rosae Idem de Arte Am. 3, 182. Amoenae Hor. Carm. 2, 3, 14. Arentes Virg. Georg. 4, 268. Confusa rubore, vid. CONFVNDO. Hi- 10 bernaie pretium sic meruere rosae Martial. 4, 29, 4. Conf. Flor. 2, 8, 9. Mamert. Paneg. Iuliani c. 11. Pacat. Paneg. Theod. c. 14. Plena nimium pudoris rosa, Nimium rubra Columel. 10, 102. Pu- nicea Hor. Carm. 4, 10, 4. Sera Idem ibid. 1, 38, 3. Silua- 15 tica rosa, quam caninam quidam vocant Scribon. 85. Verba: Armata spina rosas, mella tegunt apes Claud. de Nupt. Hon. Alcaic. v. 108. Carpere rosam Virg. Georg. 4, 134. Deligere primam tenui vngue rosam Ouid. Epist. 4, 30. Dicere an tu me in viola putas aut in rosa? Cic. Tusc. 5, 73. Fulgent quale rosae in- ter sua lilia mistae Ouid. Amor. 2, 5, 37. Perlucidus puluinus Me- 20 litensi rosa Farctus Cic. Verr. 7, 17. Potans in rosa Thorius Idem Fin. 2 c. 20. Redimiri fertis et rosa Cic. Tusc. 3, 43. Spargere rosas Hor. Carm. 3, 19, 22. Metaph. Vivere in ro- sis, i. Florere, et omni felicitate affluere. Martial. 8, 77 — In aeterna vivere digne rosa. Rosam suam vocat amicam amator apud 25 Plaut. Afin. 3, 3, 74. blandiendi gratia. Rosa, pro Oleo rosaceo. Cels. 8, 3 Neque alienum est instillare paulum rosae, vel lactis, quo magis lubrico circummagatur. Ibid. 4 Quod si membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit rosa tepi- da. Conf. Idem 4, 5. Sic saepissime Scribon. Conf. Rhod. 30 Pota rosa 194.
- ROSULA, ae. f. Dimin. Dracont. Hexaem. v. 597 Qui rosulis stellare nemus vel floribus agros Imperat Autumni.
- ROSEVS, a, um. Adi. [*ῥόδινος*] Quod est coloris rosae. Plin. 28, 19 Afini a coitu spuma collecta roseo panno, et inclusa argento, Vene- 35 rem stimulat. Idem 14, 1 Hic purpureo lucent colore, illic fulgent roseo. Cervix rosea, i. Pulchra, Seruius, Virg. Aen. 1, 406. Conualles roseae, i. Florulentae, species pro genere Claud. de Rapt. Proserp. 3, 85. Dea rosea, Aurora Ouid. de Arte Am. 3, 84. Fa- ce rosea sol infert lumina caelo Lucret. 5, 974. Genae roseae 40 Virg. Aen. 12, 606. Labella Catul. de Berecinth. f. 61, 74. Os roseum Virg. Aen. 2, 593. Panno roseo cooperire Pallad. 1, 35. Rubor Ouid. Amor. 3, 3, 5. Vinum Isidor. Orig. 20, 3.
- ROSACEVS, a, um. Adi. [*ῥοδάκιος*] Quod ex rosa factum est: unde Rosaceum oleum, quod ex rosis expressum est, quod Graeci Rhod- 45 dinon vocant Plin. 20, 3. Oleum rosaceum Scribon. 227. 234. Plin. 21, 3 L. Fulvius argentarius, bello Punico secundo, cum corona rosacea interdiu e pergula sua in forum prospexisse dictus. Vnguen- tum Isidor. 4, 12.
- ROSACEVM, i. n. subaud. Oleum Plin. 21, 29. et 37, 3.
- ROSARIVS, a, um. Adi. Absorptio rosaria Suet. Neron. c. 27. Vid. ABSORPTIO sub ABSORBEO.
- ROSARIVS, i. m. [*ῥοδοπώλης*] Gloss. Lat. Gr. Venditor rosarum.
- ROSARIVM, i. n. [*ῥοδῶν*] Copiam fruticum significat, uno loco rosas gignentium: vel Locum in quo sunt huiusmodi frutices. Plin. 21, 55 II Rosaria a fauonio fossa oportet esse, iterumque solstitio. Add. Idem 18, 26. Columel. 11, 2, 29 Rosarium serotinum, perfossium et cultum habere iam tempus est. Amoena rosaria Ouid. Trist. 5, 2, 23. Conf. Ouid. Met. 15, 708. Virg. Georg. 4, 119. Martial. 12, 31. Suet. Neron. c. 27. Columel. praef. 1. Pallad. Febr. 60 21. et Nou. II. Apul. Met. 4 p. 142.
- ROSO, are. Varro Attacin. Carm. de defectu lunae. Hinc ROSATVS, a, um. Partic. Vt, Propoma rosatum Pallad. Febr. 32. it. absolute, rosatum, de vino rosato, Pallad. Iun. t. 13. et Octob. t. 15. Vid. Lamprid. Heliogab. 19 et 21. et Apic. 1, 1.
- ROSETVM, i. n. [*ῥοδάκιον*] Locus rosis consitus. Virg. Ecl. 5, 17 Puniceis humilis quantum salunca rosetis. Conf. Tertull. de Pallio c. 2. et Pallad. II, II.
- ROSVLENTVS, a, um. Adi. Mart. Capella lib. 1 p. 19 Rosulen- ti splendoris gratia. Floribus vt rosulenta putes prata pubescere 70 Prudent. in Pass. Eulal. v. 199.
- ROSEA, ae. f. auctore Festo, Campus in agro Reatino appellatur, quia in eo arua rore humida semper seruntur. Varro de R. R. 1, 7 extr. Caesar Vopiscus Aedilicius, causam quum ageret apud Censores, campos Rosae, Italiae dixit esse sumentem, in quo relicta pertica postri- 75 die non apparet propter herbam. Ead. Plin. 17, 4 extr. Lex Roscia laudatur Hor. Epist. 1, 1, 62.
- ROSEANVS, a, um. Adi. Vt, Roseani equites Varro de R. R. 2, 7, 6.
- ROSCIDVS, vid. ROS.
- ROSCIA gens Romae, e qua v. g. Roscius Otho, [*Ῥώκιος Ὀθων*] 80 Tribunus plebis legem tulit, vt Equitibus Romanis in teatro XIII gradus proximi assignarentur, qui censum CCC. HS. haberent. Vid. Cic. Att. 2, 1. Plin. 7, 30 Ipse Cicero pro Muraen. 21 L. Otho vir fortis, meus necessarius equestri ordini restituit non solum dignitatem, sed etiam voluptatem. Roscius Comoedus, Ciceronis praceptor in pro- 85 nunciationis et gestus exercitatione, eo praestantiae venit, vt perfectus in arte aliqua, in suo genere Roscius dicatur, teste Cicerone de Orat. 1, 130. Hic a Cicerone defensus est, oratione, quae exstat; in causa pecuniaria. Doctus Roscius Hor. Epist. 2, 1, 82. Nobilis est etiam 90 Roscius Amerinus, in causa parricidii defensus a Cicerone.
- ROSCIANVS, a, um. Adi. Rosciana imitatio Cic. de Orat. 2, 242.
- ROSEVS, vid. ROSA.
- ROSIO, vid. RODO.
- ROSMARINVM, i. n. vel ROSMARINVS, i. m. [*λίβανωτίς*] 95 Frutex. Plin. 19, 12 Libanotis odorem turis (habet, quod est λιβανω- τόν) — Libanotis, locis putridis et macris ac roscidis seritur semi- ne. Radicem habet olusatris, nihil a ture differentem. Vtus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam nomine alio rosma- rinum appellant. Dioscorides 3, 89 λιβανωτίς ἢ Ῥωμάϊοι καλεῖσι ῥοσμα- 100 ρίνην, καὶ οἱ τεφανοπλόκαι χρωῶνται. Plin. 24, 11 Est et Rosmarinum: duo genera eius, alterum sterile, alterum, cui et caulis et semen re- sinaceum, quod cachrys vocatur: foliis odor turis. Ros illud an tractum ex Graecorum ῥόισ, ῥῆς, quam vocant Rhus vel Rhois etiam Lati- ni? Vid. ROS n. 3. Sed sic etiam optima aetas. Hor. Od. 3, 23, 15 105 Paruos coronantem marino Rore Deos, fragilique myrto. Ouid. Art.

Art. 3, 690 Ros maris, et lauri, nigraque myrtus olent. Rosma-  
rini folia Scribon. 268. Rori marini radix ibid. 165. Rosma-  
rini sesquilibra Columel. 12, 36. Idem 9, 4, 2 Rosmarinus: sed  
f. 6 Marinus ros. conf. Pallad. 1, 37, 1. it. Martial. 15, 1. Ros  
terrae vocatur Apul. de Herb. 79.

ROSTELLVM, vid. ROSTRVM.

ROSTRVM, i. n. [*ῥόγχος, ῥόμφος*] A rodendo dictum. Os nempe, quo aues  
cibum capiunt. Nec solum de auibus, sed etiam de reliquis animalibus, et de  
ipso homine interdum dicitur. Cic. de Nat. Deor. 1, 102 c. 36 Procero cor-  
neoque rostro aues. Acumen rostri, vid. ACUMEN in ACVO. Acies  
rostri Plin. 11, 37. de Hippopotamo. Idem 8, 25 Rostro refimo,  
cauda et dentibus aprorum, etc. Arietis Varro R. R. 2, 2, 4. Idem  
2, 3, 2 Duo enim genera caprarum, sub rostra duas vt mammulas pen-  
files habeant. Plin. 8, 40 Ventos et odorem captantes, prodentes-  
que rostro cubilia. de canibus. Ceruorum Idem 8, 32. Del-  
phinorum Idem 9, 8. Draconum piscium Idem 9, 27. Mal-  
leorum rostrum Idem 34, 14. i. Caput, f. Ferream illud in malleis, quo  
proprie ad percutiendum utimur. Columel. 7, 9 Sues vult eligi Ro-  
stris breuibus et resupinis. Sus rostro si humi, A literam im-  
presserit, num propterea suspicari potes, Andromacham Ennii ab ea  
posse describi? Cic. de Diuin. 1, 23. et 2, 48. Testudinum piscium  
Plin. 9, 10. Tursionum piscium Idem 9, 9. Tragelaphorum  
Idem 8, 33. Eminent rostrum vt in parvo sit haud dissimile suillo. Ro-  
strum de Homine Plaut. Men. 1, 1, 13

Quem tu asseruare recte, ne aufugiat, voles,

Esca atque potione vinciri decet

Apud mensam plenam homini rostrum deliges.

Petron. 75 p. 277 Vt celerius rostrum barbatum haberem labra de lu-  
cerna vngebam, vid. Non. 6, 41. Vlpian. l. 17 § 9 de actionib. emti  
et vend. Personas, ex quorum rostris aqua salire solet. ¶ 2 Epi-  
theta, pleraque autum rostris propria, nisi vbi monemus. Acutum  
rostrum, vid. ACVTVS in ACVO. Aptum rapinae Ouid. Fast.  
6, 133. Corneum, vid. CORNEVS in CORNV. Crepitante ipsa  
sibi plaudat ciconiae rostro Ouid. Met. 6, 97. Immodicum Idem  
ibid. 6, 673. Obuncum vulturis Virg. Aen. 6, 597. Pandum  
Ouid. Met. 14, 282. Nunc canes demissi nare sagaci Captent auras,  
lustraue Presso quaerant rostro Senec. Hippolyto v. 39. Nec cre-  
ditur vlli silua cani, nisi qui Presso vestigia rostro Colligit Lucan. 4,  
442. Ouid. Amor. 2, 6, 22 de Psittaco, Tincta gerens rubro punica  
rostra croco. Reduncum Ouid. Met. 12, 562. Rigidum Idem  
ibid. 6, 673. Contingere cibum terrestrem rostris facile Cic. de  
Nat. Deor. 2, 122. Occalescere osque meum sensi pando rostro  
Ouid. Met. 14, 285. Prominet immodicum pro longa cuspide ro-  
strum Idem ibid. 6, 673. Exacuunt spicula rostris apes Virg. Georg.  
4, 74. Cic. de Legib. 2, 6 Sed ventum in Insulam est. Hac vero  
nihil est amoenius. vt enim hoc quasi rostro finditur Fibrenus, et di-  
uisus aequaliter in duas partes latera haec alluit, etc. Sic Plin. 10,  
33 f. 49 Insulae rostrum palea et stramento firmant hirundines, ne  
annis laceret. ¶ 3 A similitudine rostri auium, aut aliorum  
animalium dictum est Rostrum Falcis Columel. 4, 25, 3 pars acuta et  
inflexa. Mallei Plin. 34, 14 quod alias caput est, quo proprie pulsatur.

¶ 4 Tum praesertim pars illa nauis exporrecta atque acuta e prora, a  
quo Naues ipsae, Rostratae dicuntur. Caes. Bell. Gall. 3, 13 Rostro  
enim noceri non posse cognouerant. vid. Scheffer. de re naual. 2, 5.  
Nauium rostra Plin. 16, 4. Aequata Virg. Aen. 5, 232. Nauis  
rostro Percussa sidere coepit Nepos 12, 4, 2. Erepta ro-  
stra carinis Virg. Aen. 7, 186. Stridentibus rostris et remis ae-  
quor conuulsum dehiscit Idem ibid. 5, 143. ¶ 5 Rostra,  
[*ῥοστρα*] In foro Romano quae fuerint, sic docet Liu. 8, 14 Naues  
Antiaciuni, partim incensae, rostrisque earum suggestum in foro ex-  
structum adornari placuit; Rostraque id templum appellatum. Plin.  
16, 4 f. 3 Antea rostra nauium tribunali praefixa fori decus erant, vel-  
uti populo Rom. ipsi corona (rostrata) imposita. Postquam vero  
tribunicis seditionibus calcari ac pollui coepere — tum a pedibus  
eorum subiere in capita ciuium rostra. Ita magnifice an tumide dicit,  
coronas rostratas inuentas post esse, quam rostra tribunorum furoribus pro-  
fanata sint. conf. Varro de L. L. 4, 32. Vet. Schol. in Horat. Epod. 16.  
Liu. 8, 14 extr. Plin. 34, 5. Flor. 1, 11. Cic. in Pison. c. 3 extr.  
Vt semper in Rostris curiam, in Senatu populum defenderim. Idem  
Off. 3, 80 Conseripserunt communiter edictum cum poena atque iudi-  
cio, constituuntque, vt omnes simul in Rostra post meridiem descen-  
derent. Ascendere in rostra, Conuocare ad rostra, Dedudere de  
rostris, vid. hb. vv. Perorasset quum Vectius descendissetque de  
rostris Cic. in Vatin. 26 c. 11 pr. Stauere in rostris statuam alicui  
Idem ad Brut. 15. Idem Phil. 9, 15 in formula Scti Senatui placere,  
Ser. Sulpicio statuam pedestrem aeneam in Rostris ex huius ordinis  
sententia statui, circumque eam statuam ludis gladiatoribusque liberos  
posterisque eius quaqua versus pedes quinque habere, etc.

ROSTRATVS, a, um. Adi. [*ῥοστρωτός*] Cic. de Inuent. 2, 98  
c. 32 Lex est apud Rhodios, vt si qua rostrata in portu nauis deprehensa  
sit, publicetur. Columnae, vid. f. l. Corona rostrata Plin. 16,  
4 f. 3. Falces rostratae Columel. 2, 21, 3 denticulatis opponuntur:  
acumine quodam instructae, quod rostrum vocatur. Plin. 10, 23 de  
agmine anserum et olorum volantium, Liburnicarum more rostrato im-  
petu feruntur, facilius ita findentes aëra, quam si recta fronte impel-  
lerent. Virg. Aen. 8, 685 Cui belli insigne superbum, Tempora nauali  
fulgent rostrata carina. Sextus Pompeius, Pompeii filius, in Sicilia  
piraticam exercuit, contra quem primo cum Agrippa pugnavit Augu-  
stus. Postea Agrippae cura data est, qui eum deleuit: ob quod  
Augustus ei rostratam dedit coronam, quia vicerat nauali cer-  
tamine, Seruius.

ROSTRALIS, e. Adi. Sidon. Ep. 1, 11 Dignum poema, quod api-  
cibus perennandum auratis iuste tabula rostralis acciperet, aut etiam  
Capitolina, i. quod aureis literis descriptum ad aeternam memoriam pro-  
ponatur in Rostris vel in Capitolio.

ROSTRO, are. [*ῥοστρώω*] Hinc

ROSTRANS, antis. Partic. Plin. 18, 19 In collibus transuerso  
tantum monte aratur: sed modo in superiora, modo in inferiora ro-  
strante vomere. i. Rostrum impingente, vt ait Budaeus.

ROSTELLVM, i. n. Dimin. [*ῥοστέλλιον*] Paruum rostrum.  
Plin. 30, 11 Muris rostellum, auriculasque summas roseo panno, ipsum-  
que dimittunt. Columel. 8, 5 Die vicefimo animaduertat, an pulli  
rostellis oua percuiderint.

- ROTA, ac. f. [*τροχός, κύκλος*] *Orbis, quo currus omnis generis promouentur, machinae mouentur, etc. Dicta a ruendo: ruit enim facile in suos orbis.* Plaut. Capt. 2, 3, 9 Pro rota me uti licet: vel ego huc, vel illuc vortar, quo imperabitur. Plin. 16, 40 Sed lignum non alio paene quam ad radios rotarum vtile. Curuatura summae rotae Ouid. Met. 2, 107. Orbis rotarum Plin. 8, 16. Radii fractarum rotarum Ouid. Met. 2, 317. Strepitus rotarum Hor. Ep. 1, 18, 7. Vestigia rotae Ouid. Met. 2, 133. Aquariae rotae, apud Caton. 11, 3. *ii. Paullum Sentent. 4, 6. sunt, Per quas tollitur aqua.*
- 10 Aquilega rota Tertullian. de Anima 33. Hor. Carm. 3, 10, 10 Ingratam Veneri pone superbiam, Ne currente rota funis eat retro. Effusae rotae, Currentes Propert. 4, 8, 18. Errantes Stat. Theb. 1, 320. Radiata Varr. R.R. 3, 5, 15. Volucres Claud. de Rapt. Prof. 3, 431. Euitata feruidis rotis meta Hor. Carm. 1, 1, 5. Inducere rotam, *vid. INDVCO.*
- 15 *Metaphora an Metonymia, est in his:* Per varios praecipue casus rota voluitur Aeuu Sil. 6, 121. Ouid. de Arte Am. 1, 40 *proposita materia et argumento operis, Hic modus, haec nostro signabitur area curru, Haec erit admittenda meta terenda rota. Hinc forte inuitatus, pro volubilitate et celeritate quadam linguae, et eloquentia adeo videtur posuisse*
- 20 Auson. Profess. 4, 16 p. 155 *Toll. Doctrina nulli tanta in illo tempore, Cursusque tot fandi et rotae.* Sidon. Apoll. 9, 15 *ad fin. Homericaeque par et ipse gloriae Rotas Maronis arte sectans compari: nisi tamen currum triumphalem cogitauit. Sed vid. ROTARE. Et Sidon. 9, 13 Vis ut nostra dehinc cursitet orbita, Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos Frenis flexit equos plectri potentibus. Nempe ponitur Rota pro rotatione et circumactu. Sic etiam Prop. 3, 4, 26 Staminea rhombi ducitur ille rota. Sic Fortunae rota etiam videtur accipienda apud Cic. Pison. 22 c. 10 Ne tum quidem cum illum suum saltatorum versaret orbem, fortunae rotam pertimescebat. Sic apud Hesych. ἑρμύβω*
- 30 *περισφορῆ, κινήσει. Respicit ad Appollon. Rhod. Argon. 1, 1139. ubi conf. Schol. Versa rota Fortunae ante vesperum potest esse miserrimum Ammian. 26, 25.* ¶ 2 Rota, pro Solis orbe a Latinis usurpatur, sicut *διεκος* pro eodem a Graecis. Sidonius... Inde patefecit radiis rota candida caelum. *i. Sol exortus caelum noctu clausum aperuit luce sua: noctu enim caelum claudi censebant. Hinc illud Maronis Aen. 1, 378 Ante diem clauso componet vesper Olympo. Turnebus 18, 27. conf. Brouckhus. ad Tibull. 1, 10, 62.* ¶ 3 Rota, Supplicii genus apud Graecos, quo distento corpore homines torquebantur, sicque definebant, *Τροχός ἐστὶ βασανιστικὸν ὄργανον, διατάνοντ' αὐμάτων τῶν βασανιζομένων.* Cic. Tusc. 5, 24 c. 9 In eo etiam putatur dicere, in rotam beatam vitam non ascendere. *Tormenti genus fuisse ad verum exprimendum, apparet. Apul. Met. 3 p. 133, 8 Prohinc tormentis veritas eruenda. — Nec mora, cum ritu Graecienfi ignis et rota, tum omne flagrorum genus inferuntur. Idem 10 p. 243, 23 Nec*
- 45 *rota vel eculeus more Graecorum tormentis eius apparatus iam deerant. Apud Iosephum in Maccabasis, eius supplicii crebra mentio est. Meminit et Aristophanes: sed et Plutarchus quoque in Nicia.* ¶ 4 Figulorum est rota Hor. A.P. 22 Amphora coepit institui: currente rota cur vceus exit? Perf. 3, 24 Vdum et molle lutum es, nunc nunc properandus, et acri Fingendus sine fine rota. ¶ 5 Rotae, Genus caprarum. Varro de R. R. 2, 1, 5 Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot, ut in Phrygia ex ouibus, ubi greges videntur complures: ut in Samothrace, caprarum quas Latine rotas appellant. *Sed quantiuis pretii est emendatio, quae verba Latine rotas in Platycerotas mutat.* ¶ 6 Rota, Piscis Plin. 32, 11. *Add. Idem 9, 4.*
- ROTVLA, ac. f. Dimin. [*τροχίσκος, τροχίδιον*] Plaut. Perf. 3, 38 Iam a foro argentarii abeunt, quam in cursu rotula circumvortitur. Plin. 18, 18 *sub fin. Galliae aratro duas addiderunt rotulas. Conf. Colum. 11, 3, 52 Possunt vasis maioribus rotulae subici, quo minore labore producantur, et rursus intra tecta recipiantur. Sed Pallad. 1, 20, 1 incertum rotuli ne an rotulae intelligantur Trapetis et rotulis et praelo nata est forma, etc. in instrumento oleario. vid. mox ROTVLVS.*
- 65 ROTVLVS, i. m. *Cylindrus est, quod ostendit illa vulgaris appellatio apud Ictos, Rotulus testium, i. volumen, in quo testium dicta consignata sunt: testificatio: ut volumen a voluendo, etc. Videtur hoc nomen restituendum Calpurnio Sic. 7, 51. Sternitur adiunctis (ad murum et podium amphitheatr) ebur admirabile truncis, Et coit (cum truncis ligneis quibus inducitur) in rotulum, tereti quo lubricus axe impositos subita vertigine falleret vngues, Excuteretque feras. Cylindri eboreis lamellis inductis leuissimi, et axibus mobilibus suspensi ad lineam horizonti parallelam, tutos praestant spectatores arenae proximos ab insultu efferatarum bestiarum, quae dum ascensum parant, non modo vngues figere in ebore non possunt, sed fallente lubrico vestigio a circumactu talis cylindri, retro coguntur cadere, et ex periculo voluptatem parant spectatoribus. Ita intellexit h. l. Lips. de Amphith. c. 12 et eo accommodauit iconas. Caeterum legendum coniecit, Et coit in rotulam teretem, quo lubricus axis; quo facto sane facilia omnia et expedita.*
- 70 *Rotulam enim esse Columellae et Palladii, modo vidimus. Sed proposita modo ratio ideo nobis praeferenda videtur, quod minus discedit a libris. Sententiam eandem tenet de re ipsa Salmaf. ad Vopisci Probum 19 p. 676. coll. p. 705 b. sed rotulum legit.* ¶ 2 Trochaeus pes. Diomedes 3 p. 474 *cum dixisset, Trochaeum — ex rotae situ et volubili modo dictum, addit: Aiunt hunc Trochaeum Auruncos Rotulum nuncupasse, nimirum simili ratione, qua Graeci a rota inuitati, etc. Huc forte respiciens, vel ad trochum, puerorum ludicrum, rotatiles Trochaeos dixit Sidonius, ut f. l. monemus.*
- 80 ROTVLO, are. Sarisb. 8, 12 In orbe rotulari quam incedere magis idoneus est.
- 90 ROTO, are. [*κυκλώω, γυρώω*] *In modum rotae versare, vertere, circumagere.* Columel. 8, 11, 8 Signa sunt extimulatae libidinis, quum semetipsum veluti mirantem caudae gemmantibus pinnis, protegit: idque quum facit, rotare dicitur. *de pauone.* More fundae rotare aliquem Ouid. Met. 4, 517. Canes rotat aper Ouid. de Arte Am. 2, 374. Caput ense rotare Lucan. 8, 673. *i. rotato ense abscindere.* Strictum Ensem Virg. Aen. 10, 577 Flammae venti rotant cauis fornacibus Lucret. 6, 201. Siluas rotare Stat. Silu. 4, 3, 79. Sanguinea praecipue dura Se rotat versus arena Martial. Spect. 11. Telum immane rotat Stat. Theb. 9, 802. Circum et infra rotare Idem Achil. 1, 56. Cardo septimus annum rotat Prud. Cathem. praef. 3. *i. septimus annus agitur.*
- ROTRANS, antis. Partic. [*κυκλώων*] Flammae rotantes fumum Hor. Carm. 4, 11, 11 Turbine rotanti portant res venti Lucret. 1, 294. Clypeum rotans Val. Flacc. 6, 551. Quae saxa rotantia late intulerat torrens

torrens Virg. Aen. 10, 362. *Hic intransitive ponitur, ut Voluentibus annis, Vertente anno, etc.*

ROTĀTVS, a, um. Partic. [κυκλωθεῖς] *ut*, Cervix rotata equi subito flexi. Lucan. ad Pison. v. 53 Ignis rotatus Ouid. Met. 12, 296. Rotata annalium millia Prudent. Cath. 11, 29. *descriptio longi temporis.* Iuven. Sat. 6, 448 Et curtum sermone rotato Torqueat enthymema. *i. celeriter effuso, et instar teli vibrato.* Prudent. Perist. 10, 537 Quandoque caelum ceu liber plicabitur. Cadet rotati folis in terram globus: *est imago globi praecipiti lapsu et vertiginoso ruentis.* Add. Idem Psychom. v. 272. Claud. Conf. Honor. 4, 330. Buchner. in Prudent. Hymn. de Salu. Nat. v. 29. Viri rotatio, *i. in vertiginem acti et prostrati caestibus* Valer. Flacc. 4, 181.

ROTĀTIM. Adu. *Rotarum modo.* Apul. Met. 10 p. 253 In orbe rotatim flexuosi.

ROTĀTVS, ūs. m. Claudian. de Consul. Mallii 77 Rapido caeli rotatu. Linguae rotatus Hieron. Epist. 61, 4 ad Panmach. *de facundia.* Praeceptus rotatus Auson. Mosella v. 362. *conf.* Stat. Achill. 2, 416.

ROTATIO, ōnis. f. *Idem.* Vitruu. 10, 8 Sine porrecto rotationis. *Et in fine capitulis, Per rotationem circini.* *vid.* Idem. 9, 4. Apul. Apol. p. 303. Mart. Capella 8 p. 287.

ROTĀTOR, ōris. m. Stat. Silu. 2, 7, 7 *de Baccho*, Et tu Bafaridum rotator Euan. *conf.* Cassiodor. Varr. Epist. 7, 5.

ROTĀLIS, e. Adi. *ut*, Carpentum rotale Capitolin. in Macrin. 12. *rotis impositum.*

ROTĀTĪLIS, e. Adi. *quod rotatur, volubilis.* Sidon. Ep. 2, 9 Inter rotatiles catastropharum gyros. Rotatiles trochaei Prudent. Peristeph. praef. v. 8. *i. celeres, volubiles, vid.* ROTVLVS n. 2.

ROTĀBĪLIS, e. *Idem.* Ammian. 23, 4 (Vales. c. 4 f. 356 Lindbr. p. 260) Agiliter rotabilis.

ROTVNDVS, a, um. Adi. [στρογγύλος, περιφερής, περίτροχος, κυκλῶεις, κυκλοτερής] A rota dictum est, et est rotundum collectum, et per omnem circuitum leue sine offensione asperi anguli. *Sic* Non. 1, 297. Plin. 10, 52 Aquatiliū oua rotunda. Ibidem Oua exeunt a rotundissima sui parte dum pariuntur. Quadratum et Rotundum, *contraria* Cic. de Finib. 2, 36. *Etiam in vestibus, ut v. g. Toga rotunda est.* *vid.* Quint. 11, 3, 139. Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis Hor. Epist. 1, 1, 100. Lances rotundae Hor. Sat. 2, 4, 40. Rotundam Aedem Vestae Numa Pompilius rex Roman. consecrasset videtur, quod eandem esse terram, qua vita hominis sustentaretur crediderit, eamque pilae forma esse, ut sui simili templo Dea coleretur. Ambitus rotundus Cic. de Vniuers. 23. Baccae rotundiores Hor. Epod. 8, 53. Caelum rotundum Cic. de Orat. 3, 176. *et de N. D.* 3 c. 45. Deus volubilis et rotundus Cic. de Nat. Deor. 2, 46. Figurae rotundae praestantia et perfectio laudatur a Cic. de Vniu. 15 c. 6 et de Nat. Deor. 2, 47

Quid pulchrius, inquit, ea figura, quae sola omnes alias figuras complexa continet, quaeque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? Cumque duae formae praestantes sint, ex solidis globus, (sic enim sphaeram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui

κύκλος Graece dicitur: his duabus formis contingit solis, ut omnes earum partes sint inter se simillimae, a medioque tantum absit extremum, quantum idem a summo, quo nihil fieri potest aptius: huius enim figurae extremitas paribus a medio radiis attingitur. *Hactenus Cicero.*

Stellae globosae et rotundae Cic. Somn. Scip. 6 c. 3. Forma rotunda vllam negat esse pulchriorem Plato Cic. de Nat. Deor. 1, 24 c. 10.

Ut igitur Deo rotundam figuram adscribere Stoici, ita etiam Sapienti, qui Dei similis est. Hor. Sat. 2, 7, 86 In se ipso totus, teres atque rotundus, Externi ne quid possit per leue (propter leuitatem et aequabilem tenorem) morari. *Diuerso respectu sapiens quadratus est, quem nihil possit loco, statuque suo mouere; rotundus est, cuius cursum nihil impediatur, etc.*

2 Rotundum in oratione, bene compositum, ubi prima ultimis bene connexa sunt, unde ipsa Periodus nomen habet. Quintil. 8, 5, 27 Illa rotunda et vndique circumcisa insistere inuicem nequeunt. Sed 3, 4, 16 Distributio celeris et rotunda magis quam vera, in qua sibi pulchre respondere partes videntur et proportionem habere aequabilem. Cic. Brut. 271 Constructio verborum apta et quasi rotunda. Hor. A. Poët. 323 Grauis ingenium, Grauis dedit ore rotundo Musa loqui. Cic. in Orat. 40 c. 12 Thucydides autem praefractior, nec satis, ut ita dicam, rotundus, *i. elegans et compositus.* 70

Compar. Cic. de Vniuers. c. 6 Ita tornauit, ut nihil effici possit rotundius. Rotundiores scillae Plin. 19, 5. Tuberculum rotundius Cels. 5, 29, 9. *add.* Idem 5, 28, 9. *et* 8, 1. *Superl.* Capita rotundissima Cels. 8, 1.

ROTVNDA, ae. *Subst. pro ea, quam turundam alias vocant,* 75 *posita a Scribon.* 201 Emplastrum manibus subigetur, et redactum in rotundas ampliores — reponetur. Turneb. 17, 7 *hinc etiam Turundas Catonis in rotundas mutari vellet.*

ROTVNDVLA, ae. f. 3. Dim. Apul. de Herb. 13 His bene commixtis facies exinde velut rotundulam. 80

ROTVNDĪTAS, ātis. f. [τὸ κυκλοτερές] Plin. 9, 30 Cornibus quae sunt propria rotunditate praepilata, ad latera porrectis. Ibidem c. 36 Rotunditas oris. Idem 16, 23 Folia in iuuenta circinatae sunt rotunditatis. Caeli Vitruu. 9, 4. Extra rotunditatem Idem 10, 14. *conf.* Plin. 2, 65. Sidon. Epist. 1, 1. Pallad. Mart. t. 13. 85

ROTVNDO, āre. *Rotundum facere.* Cic. de Vniuers. 31 c. 10 Quumque similem vniuersi naturae efficere vellet, ad volubilitatem rotundauit, *i. rotundam fecit, ut volubilis esset.* Vitruu. 10, 11 Id ad circinum rotundatur. Caput rotundare, *Rotundum habere, vel producere* Plin. 20, 18. Rotundare, *pro Implere, et perficere numerum perfectiorem* Horat. Epist. 1, 6, 34 Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro Tertia succedant, *vid.* CORROTVNDO. *Add.* Mela 1, 18.

ROTVNDĀTVS, a, um. Partic. *ut*, Solis orbis rotundatus Vellei. 2, 59, 6 Hendecasyllabi rotundati Sidon. Epist. 8, 4. *add.* Ib. Epist. 2. Ammian. 1, 20. Apul. Met. 11 p. 261.

ROTVNDATIO, ōnis. f. Vitruu. 10, 11 Sic et in rotundatione et in longitudine aequalia spatia fient. Circulorum rotundationes infinitae Vitruu. 5, 3. *Add.* Idem 1, 5. *conf.* Idem 1, 6 *passim, et* 3, 3. *et* 10, 1. 100

ROTVNDE. Adu. [στρογγύλος] Cic. de Finib. 4, 7 c. 3 Ista ipsa, quae tu breuiter Regem, dictatorem, diuitem, solum esse sapientem, a te quidem apte ac rotunde, quippe: habes enim a rhetoribus. *i. Concinne, et collecte, ut ait Nonius* 2, 727.

ROTVNDIFOLIVS, a, um. *ut*, Phlomidis rotundifoliae 105 Apul. de Herb. c. 71.

## R R et R V B

RR. R duobus in compluribus orationibus, quum de actis differitur, quae etiam perferri solet, id est, Rationum relatarum, quod  
5 his tabulis docentur iudices, quae publice data atque accepta sint.

RVBEA, vimina, *vid.* RVBI.

RVBEAS, Promontorium est in Ponto. Plin. 4, 13 Philemon Momicmarusam a Cinbris vocari, hoc est mortuum mare, vsque ad promontorium Rubeas: ultra deinde Cronium.

RVBEDO, RVBEFACIO, *vid.* RVBEVS.

RVBELLVS, a, um. Adi. [*ῥυβέλλος*] Dimin. a Ruber, bra, brum. Caluitium rubellum Mart Capella 8 p. 271. Martial. 1, 104. Et Veientani bibitur faex crassa rubelli. Plin. 14, 2 Proxima dignitas Nomentanis rubente materia, (*palmitibus, flagellis*) quapropter  
15 quidam rubellas appellauere vineas.

RVBELLVLS, a, um. Aliud Dimin. Umbilicus rubellulus Mart. Capell. 5 p. 187.

RVBELLIANVS, a, um. Adi. Colum. 3, 2 Sed earum quoque feracior est minor, cuius et folium parcius scinditur, et materia non  
20 ita rubet, vt amineis: a quo colore rubellianae nuncupantur.

RVBELLIO, onis. m. *it.* RVBELLVS, i. m. [*ῥυβέλλιος*] Piscis. Plin. 32, 10. Apic. 10, 7.

RVBENS, RVBER, *vid.* RVBEVS.

RVBENSIS, e. Adi. vt, Rubensis lacus in Narbonensi prouincia, quem  
25 praeterlabitur Atax. Plin. 3, 4 Flumen Atax e Pyrenaeo Rubensem permeans lacum.

RVBETA, ae. f. [*ῥυβήτις*] Rana venenata, ruborum incola. Plin. 8, 31 Ranae quoque rubetae, quarum et in terra et in humore  
30 vita, plurimis refertae medicaminibus. Idem 32, 5 Sunt quae in

vepribus tantum viuunt, ob id rubetarum nomine, vt diximus, quas Graeci phrynos vocant, grandissimae cunctarum, geminis veluti cornibus, plenae veneficiorum. Mira de his certatim tradunt auctores.

Ponamus quaedam speciminis causa: Illatis in populum, silentium fieri: officulo, quod sit in dextro latere, in aquam feruentem deiecto re-  
35 frigerari fas, nec postea feruere, nisi exempto — Et aliud esse in sinistro latere, quo deiecto feruere videatur, apocynon vocari. Canum impetus cohiberi, amorem concitari, etc. Iuuen. Sat. 1, 70

Quae molle Calenum Porrectura viro miscet sitiente rubetam. Rana rubeta Plin. 25, 10. Auxiliantur contra ranam rubetam. *conf.* Idem  
40 11, 18, 17 et 29. Propert. 3, 6, 27.

RVBETVM, *vid.* RVBEVS.

RVBEVS, a, um. Adi. [*ῥυβέος*] Idem quod rubens f. ruber. Suspectum vocabulum, quod defenditur a Borrichio in Cogitatt. p. 226  
45 ex Plin. 9, 28 Rubeus color nigrante deterior. Sed editur post Hermo-  
laum Barb. rubens. Gell. 2, 26 Rufus color et ruber nihil a vocabulo rubei differunt. Ita Ald. Sed aliter posteriores. In his igitur nihil certi. Hygin. Fab. 136 Vitulum, qui ter in die colorem mutaret, per quaternas horas, primum album, secundo rubeum, deinde nigrum. Phiscula ad h. l. inferioris aevi testimonia collegit Munckerus. Colum. 6, i extr. boues vult esse colore rubeo vel fusco. Pallad. Mart. 11, 2 de eadem re, rubei maxime coloris vel fusci. Et 14, 3 Asinum admissarium commendat nigri vel murini maxime coloris, aut rubei. In quibus omnibus nihil varietatis obseruauit. Addit Borrich. Firmic. 4, 12 Mars — faciet asperos — rubeis capillis. Sed  
55 Robeus fere magis placet accuratioribus, de quo sub ROEVS. Et si verum est, quod Scaligero ita videtur, et MS. Politiani comprobatur, apud Varron. 2, 5, 8 in bouis colore non rubeo legendum, quod fere vulgatum est, sed robeo: trahet forte Varro etiam Columellam et Palladium, relinquenturque soli Hyginus et Firmicus et horum similes, vel etiam his inferiores.

RVBEO, ere. [*ῥυβείω, ῥυβείνομαι, ῥυβείομαι*] Rubrum esse. Gell. 2, 26 Sed quum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter croctis, etc. *vid.* RVFVS. Virg. Georg. 2, 430 Sanguineisque inculta rubent auaria baccis. Cic. Att. 15, 4 Rubeo, mihi crede:  
65 sed iam scripseram, delere nolui. Rubet, qui erubuit. Idem Verr. 2, 187 c. 76 Haerere homo, aduersari, rubere. Facies rubet igne sacri veneni Stat. Theb. 9, 748. Prata ante nouis rubeant, quam coloribus Virg. Georg. 4, 306. Terra rubet sanguine Ouid. Fast. 2, 212. *conf.* Cels. 7, 1 et 27. Sen. Q. N. 1, 5. Solin. c. 33 et 46.

RVBENS, entis. Part. [*ῥυβέντις*] vt, Dulce rubens Stat. Theb. 4, 224 Sublimis agebat Dulce rubens, viridique genas spectabilis aeuo. Color rubens Plin. 9, 36. Dextera Hor Od. 1, 2, 2. Hiacynthus suaue rubens Virg. Ecl. 3, 63. *conf.* ibid. 4, 43. Ferrum rubens igne Ouid. Met. 12, 277. Luna Hor. Od. 2, 11, 10. *it.*  
70 Sat. 1, 8, 35. Recens nati Periphrasis Iuuenal. 7, 196 Modo primus incipientem Edere vagitus, et adhuc a matre rubentem. Nupta rubens dulci probitate Stat. Silu. 1, 2, 12. Vina rubentia Ouid. Fast. 5, 511. Zona semper sole corusco rubens Virg. Georg. 1, 234. *Conf.* Superficies locustarum maris crustis rubentior Plin. 37, 6.

RVBESCO, ere. [*ῥυβείνομαι*] Rubrum fieri. Plin. 9, 35 Miror ipso tantum eas caelo gaudere, sole rubescere, coloremque perdere vt corpus humanum. *conf.* Idem 18, 29. 28, 12. 37, 2. Pallad. Nou. 7. Aurora rubescere Virg. Aen. 3, 571 Mare radijs rubescit Idem ibid. 7, 25. Ouid. Met. 2, 116 de incendio  
85 Phaethontis Tum pater vt terras mundumque rubescere vidit. Add. Id. Fast. 4, 165.

RVBEFACIO, feci, factum, ere. [*ῥυβείω, ῥυβείνω*] Ruborem afferre. Sil. 16, 137 — Vixque Atlantidum rubefecerat ora forum. De Aurora loquitur, quae purae luci Atlantidum, i. Pleiudum f.  
90 Hyadum, Atlantis filiarum aliquid umbrae admiscet, et ex candidis rubras facit primo, deinde plane visui Sol subducit. Setas rubefecit sanguine Ouid. Met. 9, 383.

RVBEFACTVS, a, um. Partic. [*ῥυβεφαιτός*] Ouid. Met. 13, 394 Expulit ipse cruor, rubefactaque sanguine tellus.

RVBEDO, inis. f. Firmic. 2, 12 Leo significat colorem croceum, atque ad rubedinem declinantem. *vid.* Voss. de Vit. Serm. p. 602.

RVBER, bra, brum. Adi. [*ῥυβέρος*] Idem quod Rubens: magis Latinum est Ruber, quam rubeus. Martial. 1, 56 Flauaque de rubro ponere mella cado. Auctor ad Herenn. 4, 64 Hunc dico rubrum, breuiem, incuruum, canum, subrispum, caesium. Martial. 12, 54 Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine laesus, Rem magnam praestas, Zoile, si bonus es. Aequor rubrum Virg. Georg. 3, 359. Aurora rubra Propert. 3, 13, 16. Deus ruber hortorum Ouid. Fast. 1, 415. Flamma rubra Idem Met. 11, 368. Humor ruber  
105 occupat os Lucret. 4, 1044. Mare Rubrum Plin. 6, 23 ad finem, Irrum-

Irrumpit deinde et in hac parte geminum mare in terras, quod Rubrum dixere nostri. Graecia Erythraeum, a rege Erythra, aut (vt alii) solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alii ab arena terraque: alii tali aquae ipsius natura. Cic. de Nat. Deor. 1, 97 c. 35. Conf. Curt. 8, 9, 14. et 10, 1, 13. Relandi Diff. de Mari Rubro. Medicamentum rubrum Scribon. 213. Sanguis ruber Hor. Carm. 3, 13, 7. Compar. Plin. 10, 63 Colorem ilico mutant rubriore pilo. Superl. Vt, Vva ruberrima Scribon. Larg. Compof. 249. Nitrum quam ruberrimum Celf. 5, 18, 31.

R V B R V S, a, um. Idem quod Ruber. Solinus c. 53 (40) Colores duo sunt, quos fingere non valet, rubrus et candidus: caeteros facile mentitur. de chamaeleonte.

R V B O R, ōris. m. [ἐρυθρῶνα, ἐρυθρὸς, φουρυγῶς] Color rubens, qui posteriori aetate et Rubedo dictus. Plin. 11, 37 In malis maxime ostenditur rubor.

Idem 2, 18 Ardentior circulus tingit appropinquantem sibi planetam in ruborem. Add. Celf. 7, 1. Plin. 11, 27. Dilutus rubor, debilis, et velut aqua permixta parum intensus atque ardens: Plin. 22, 22 et 23 de fungis, Tutissimi, qui rubent callo, minus diluto rubore quam boleti. Igneus rubor Lucan. 5, 214.

Mistus candore, vid. MISCEO. Tyrii rubores, Purpura Virg. Georg. 3, 307. Virgineus rubor, pro Pudore Idem ibid. 1, 430.

Acuere ruborem, splendidior reddere, vid. Gell. 2, 26 quem damus statim in R V B I D V S. Confessus secreta rubor Claud. de Nupt. Honor. et Mar. 9.

Consequitur pudorem rubor Cic. Tusc. 4, 19 c. 8. Eiectus rubor attrita de fronte Iuuen. Sat. 13, 240. Incanduit ore rubor Claud. de Nupt. Honor. et Mar. 8.

Notauit subitus rubor ora Ouid. Met. 6, 46. Rubor grauissimis quoque viris subitus Offunditur Sen. Ep. 11.

Praestet ingenuitatem et ruborem suum, verborum turpitudine, et rerum obscenitate vitanda Cic. de Orat. 2, 242 c. 59. Audienti rubor Suffusus Liu. 30, 15 pr. Traxerunt pectora tenuem percussa ruborem Ouid. Met. 3, 482.

R V B I C V N D V S, a, um. Adi. [ἐρυθρῶνας, ἐρυθρῶνας] Rubenti similis, et paullo minus adeo quam rubens, si audimus Priscianum 4 p. 636: vel, ut inductione exemplorum videtur posse colligi continuationem et constantiam quandam notat illa terminatio cundus, quam ex bundus leuiter immutatam putat idem Grammaticus l. c.

Excipitur (a desinentibus in bundus) alternitatis causa rubicundus, quod in penultima Syllaba pro B C habet, ne sit absonum, si rubibundus dicamus. Certe valet haec ratio etiam in facundus, secundus, iucundus (q. d. iuuicundus) in quibus Syllaba proxime antecedens certe labialem literam habet. Ter. Hec. 3, 4, 26 Magnus, rubicundus, crispus, crassius, caesius. Habitus cometae rubicundior Sen. Q. N. 7, 11.

Varro de R. R. 2, 8 Hinus qui appellatur, ex equo et asina, minor est, quam mulus corpore, plerumque rubicundior. Martial. 14, 114. Rubicunda Ceres Virg. Georg. 1, 297.

Rubicundiora Corpora Plin. 20, 6 extr. Tumor rubicundus Scribon. 138. Conf. Celf. 5, 21. Plaut. Rud. 2, 2, 8. Sen. Q. N. 1, 5. Spartian. in Nigro c. 6. Colum. 8, 2. Cornua rubicunda Hor. Epist. 1, 17, 8.

Coniux rubicunda Vmbri mariti Ouid. de Arte Am. 3, 303.

R V B I C V N D V L V S, a, um. Adi. Dimin. Iuuen. Sat. 6, 425 — Tandem illa venit rubicundula, totum Oenophorum sitiens.

R V B I D V S, a, um. Adi. [ἐρυθρῶφαιος] Quod est colore rufo atrore multo mistum. Gell. 2, 2, 26 Fuluus, et Flauus, et Rubidus, et Phoeniceus, et Rutilus, et Luteus, et Spadix, appellationes sunt rufi coloris, aut acuentes eum, etc. vid. R V F V S. Plaut. Stich. 1, 3, 77 Rubiginosam strigilem, ampullamque rubidam.

Iubar rubidum Augustin. in Festo Ascens. Seru. 5. Sic Sympof. Aen. 86 Rubida, Curua capax etc. epitheta Strigilis. Festus: Scortae ampullae vetustate rugosae, et coloris eiusdem, (intell. cuius panis rubidus) rubidae dici solent.

Nempe Idem Festus Rubidum panem Plauti interpretatur parum coctum. Sed vitii suspectum facit Isid. 20, 2 Rubidus panis recoctus et rubefactus. Locus est Casin. 2, 5, 2 Vna edepol opera in furnum calidum condito, Atque ibi torreto me pro pane rubido: qui certe Isidori sententiam probabilior facit.

R V B I A, ae. f. [ἐρυθρῶδανός, ἐρυθρῶδανός] Herba. Fiunt etiam purpurei colores infecta creta rubiac radice etc. Vitruu. 7, 14. Conf. Seren. v. 707 et 1065.

Plin. 24, 11 Erythrodanus quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanac, pellesque perficiuntur: in medicina vrinam ciet. Add. Plin. 27, 12. et 19, 3. Pharmacopoeae rubram maiorem, et rubram tinctorum vocant.

R V B I C O N, ōnis. m. [Ῥυβικόν] Fluuius Galliam citeriorem a reliqua disternans Italia, cuius multa mentio est apud Plutarchum in vita Pompeii et Caesaris. Sueton. in Caes. c. 31 Consecutusque cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciae eius finis erat, paullum constitit, ac reputans, quantum moliretur, conuersus ad proximos, Etiam nunc inquit, regredi possumus: quod si ponticulum transierimus, omnia arnis agenda erunt. Sunt ibi plura tum in ipso Suetonio, tum in commentario Burmanni memorabilia. Nobis satis sit Lucan. 1, 213

Fonte cadit modico paruisque impellitur vndis Puniceus Rubicon, cum feruida canduit aestas: Perque imas serpit valles, et Gallica certus Limes ab Aufoniis disternat arua colonis.

Punicei appellatio videtur ad nomen Rubiconis alludere: hoc autem ortum a colore aquarum turbidarum.

R V B I C V N D V S, R V B I D V S, vid. R V B E V S. R V B I G O, s. melius R O B I G O, inis. f. [Ῥός] Vitium metallorum, ferri praecipue, quod ab humore et situ contrahitur, ipsum metallum paulatim absumens. Dicta Robigo a colore, nam veteres robum, rubrum dicebant, ut ostendimus h. v. Rem conficit illud, quod Ruber, Rubicundus, et reliqua habent primam breuem: sed Robus, Robeus, non minus quam Robigo longam. Auctoritates pro O, vid. ap. Brouckh. ad Propert. 2, 19, 55.

Plin. 17, 4 Ferroque omnis (terra) rubiginem obducit. Est tamen aliorum etiam metallorum, vt Veteris grandia templi Pocula, adorandae robiginis, i. venerandae antiquitatis. Iuuen. Sat. 13, 148.

Nigrae robiginis morfu scabri enses Lucan. 1, 243. Putris Stat. Theb. 3, 582. Virg. Georg. 2, 220 Nec scabie ac falsa laedat robigine ferrum. Squallida Catull. Argon. f. 62, 42.

Ferrum rubigo Consumit Curt. 7, 8, 15. Corripit rubigo ferrum Solin. c. 4. Deterfa Sil. 4, 12. Exefa inueniet scabra robigine tela Virg. Georg. 1, 495. Sentit rubiginem ferrum Flor. 2, 3, 2. Metaph. Ouid. Met. 2, 776 Lient robigine dentes.

Et Art. 1, 515 Careant robigine dentes. ubi robigine editur, vt et Ingenium robigine laesum Ouid. Trist. 5, 12, 21. Catull. 67, 151 Ne vestrum scabra tangat robigine nomen Haec atque illa dies, atque alia, atque alia. Sic de prauis consortiis Sen. Epist. 7 Malignus

comes quamvis candido et simplici robiginem suam affricuit. ¶ 2

*Peculiariter Morbus segetum et frumentorum est Robigo, cum nigrescunt grana et in pulverem abeunt.* Virg. Georg. 1, 150 Mox et frumentis labor additus, ut mala culmos Effet robigo, ubi Seruius: Robigo genus est vitii, quo culmi pereunt, quod a rusticanis calamitas dicitur.

Hoc autem genus vitii ex nebula nasci solet, cum nigrescunt, et consumunt (leg. consumuntur) frumenta. Inde Robigus Deus, et sacra eius septimo Kalendas Maias Robigalia appellantur. Plin. 18, 17 Rubigo quidem maxima segetum pestis lauri ramis in aruo defixis, transit

in earum folia ex aruis. Sterilem rubiginem non sentiet seges Hor. Carn. 3, 25, 7. *Prima Syllaba perperam corripitur a Prudentio Psychom.* v. 105. *In loco autem Martialis 2, 61 pro rubigine, plures legunt aerugine.* ¶ 3 *Aduersus hunc morbum segetum inuocabatur Robigo Dea, quae et Robigus est.* Ouid. Fast. 4, 907

15 Flamen in antiquae locum Robiginis ibat  
Edidit haec flamen verba, Quirine, tuus:  
Aspera Robigo, parcas Cerealibus herbis —  
Vis tua non leuis est, quae tu frumenta notasti,  
Moestus in amissis illa colonus habet. —  
— Si culmos Titan incalfacit vdos  
Tum locus est irae, diua timenda, tuae.  
Parce precor, scabrasque manus a mellebus aufer  
Neue noce cultis, posse nocere fat est.  
Nec teneras segetes, sed durum amplectere ferrum,  
25 Quodque potest alios perdere, perde prior etc.

*Vix continuimus manum ab illis precibus totis describendis, in quibus admirabilis Poetae et dulcedo et facilitas emineat. Add. statim ROBIGVS.*

¶ 4 *Peculiare est, quod obseruat Seruius ad Georg. 1, 151 cum de vitio frumenti dixisset, quae posuimus, addit, Sed haec abusiue Robigo dicitur: nam proprie Robigo est, ut Varro dicit, vitium obscenae libidinis, quod vlcus vocatur: (id autem abundantia et superfluitate humoris solet nasci, quae Graece σατυριασος dicitur) Quae inlustimus, ea abesse a quibusdam libris; monuit Burmannus. Vlcus poni de pruritu Venereo, etiam sine morbo qui est, suo loco obseruamus.*

35 RVBIGVS, melius ROBIGVS, i. Deus, cuius eadem partes, quae Deae Robiginis. Locum Varronis dedimus voce FLORA. Alium Varronis et Festi statim ponemus voce ROBIGALIA. Add. Gell. 5, 12. Tertull. de Spectac. c. 5.

RVBIGALIA, vel potius ROBIGALIA, um. n. Festus, Robigalia dies festus septimo Kalendas Maias, quo Robigo deo suo, quem putabant robiginem auertere, Romani sacrificabant. Varro de L. L. 5, 3 p. 47, 21 Robigalia dicta ab Robigo. Secundum segetes huic deo sacrificatur, ne robigo occupet segetes.

RVBIGINOSVS, a, um. Adj. [ῥυβίνος] Plenum rubigine. Plaut. Stich. 1, 3, 77 Rubiginosam strigilem. Apud Martial. 5, 29 Rubiginosi dentes. Telum sanguine rubiginosum Apul. de Deo Socrat. p. 45. Rubiginosi aura marsupii Sidon. Epist. 5, 7.

RVBIGINO, are. [ῥυβίνω] Rubiginem contrahere. Apuleius Florid. 3 p. 357 Profecto ut gladius vsu splendet, situ rubiginatur, ita vox in vagina silentii condita, diutino torpore hebetatur.

RVBOR, vid. RVER.

RVRANS, antis. Rubens. Alcim. Auit. 5, 525 Rubranti profundo.

RVRICA, ae. f. [ῥυβίκα] Terra rubentis coloris, et minio proxima. Colum. 2, 10, 3 de Lupino, Exilem amat terram, et rubricam praecipue. Columel. de Arboribus 1: ad finem, Omnes arbusculas prius quam transferas, rubrica notare conuenit: ut quum ferentur, easdem caeli partes adspiciant, quas etiam in seminario conspexerant. Plin. 35, 6 Ex reliquis rubricae generibus fabris utilissima Aegyptia et

Africana: quoniam maxime forbentur. Picturis autem apta nascitur et in ferrariis metallis. Conf. Pallad 6, 12. Pers. 1, 66 Scit tendere versum Non secus, ac si oculo rubricam dirigat vno. Nempe qui rubrica tinctam lineam s. funiculum intendunt fabri, et sic praesignant sibi velut terminos, ii velut collineantes alterum oculum claudunt. Col.

65 5, 10, 10 Rubricam amurca diluere. Lemnia rubrica Scribon. 170. Sinopis rubrica Id. 42. Lateres faciendi de rubrica Vitruv. 2, 3. Add. Idem 7, 7. Rubricam picta praelia Hor. Sat. 2, 7, 98. Res rubrica delibuta Ad Herenn. 3, 37 c. 22. ¶ 2 Rubrica, pro Iure ciuili et publico. Pers. Sat. 5, 90

70 Vindicta postquam meus a praetore recessi,  
Cur mihi non liceat iussit quodcumque voluntas  
Excepto si quid Masuri rubrica vetauit?

*Quod de Iureconsulto Masurio Sabino est intelligendum; cum ut aliorum scriptorum initia et summa capita, ita et legum titulos rubrica siue minio scriberent. De aliis libris Sidon. 7, 12 pr. Iure vobis in hoc opere primae titulorum rubricae — dedicarentur. De legibus Idem 6, 8 Peremptorias rubricas dixit. Prudentius adu. Symmach. 2, 461*

80 Dicant cur condita sit lex  
Bis sex in tabulis, aut cur rubrica minetur  
Quae prohibet peccare reos?

Quintilianus 12, 3, 11 Quorum alii se ad album ac rubricas transtulerunt, ac formularii, ac (ut Cicero ait) leguleii quidam esse maluerunt. Album pro iure praetorio dixit, rubricas pro iure ciuili. Vet. Gloss. Rubrica ἢ διὰ μίλτος ἐπιγραφῆς. Hinc Iuuen. 14, 193 Perlege rubras maiorum leges.

RVRICETA, ae. f. [ῥυβρίκετος] Ut volunt, Color quo mulieres ad conciliandum faciei ruborem vtuntur. Laudant Plaut. Truc. 2, 2, 39 Buccas rubricata omne corpus intinxit tibi, pessumae estis. Sed legitur, Buccas rubricae; cera omne corpus intinxit tibi. Scaliger

90 coniciebat, Buccas rubrica, cera omne corpus intinxit tibi.

RVRICO, are. Rubrica tangere. Claudiano tribuit Passeratius: negat Index Pyrrhonis.

RVRICATVS, a, um. Ut, Herba rubricata Marc. Empir. c. 33. Libri rubricati, i. quorum capita et tituli sunt minio notati. Petron.

95 Fragn. Tragur. p. 18 c. 46. Vid. Not. Scheff. p. 106. Mutinus Priap. 73.

RVRICOSVS, a, um. Adj. [ῥυβρίκος] Ut, Rubricosus Ager Cato R. R. c. 34. Cui multum rubricae admixtum, terra rubra. Plin. 18, 17 In solo autem rubricoso lupinum. Columel. 4, 33 Spissum

100 solum et rubricosum reformidat. Conf. Idem 2, 16.

RVRIVS, a, um. Gentis Romanae nomen. Hinc RVRIVANVM Senatusconsultum Traiani temporibus factum, Rubrio Gallo et Caelio Pisone COSS. cuius sententia habetur l. 26 et 28. it. 33 §. 1 D. de fideicommissariis libertatib. it. l. 3 D. de tutorib.

105 RVRVS, i. m. vel f. [ῥυβίος] Sentis genus. Columel. 11, 3, 5



de sepibus hortorum, Ea semina sint vastissimarum spinarum, maximeque rubi et paliuri, et eius quam Graeci vocant *κυνόβατον*, nos sentem canis appellamus. Horum autem ruborum semina quam maturissima eligi oportet. Ibidem in *Femin. gen.* Alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis confitas habere. Gell. 19, 12 Videt forte vicinum rubos late atque alte obortas excidentem. *Differt a cynosbato*: vid. Colum. 3, 11. 4, 31. 7, 6. Apul. de Herb. c. 87. Cels. 6, 14. et 7, 27. Pallad. 1, 34. Cauliculi rubi Scribon. 113. 128. Succus cauliculorum rubi 113. Acuta rubus, vid. ACVTVS, in ACVO. Asper rubus Virg. Ecl. 3, 89. Caninus rubus Palladius 1, 34. Columella l. c. cynosbato vocat, et sentem canis. Duri rubi Ouid. ex Pont. 4, 4, 4. Horrentes rubi Virg. Georg. 3, 315. Idaeus rubus, ab Ida monte Phrygio. Dioscorid. 4, 34. et Plin. 24, 14. Mordax rubus Ouid. de Medic. faciei 4. Punicei rubi Propert. 3, 13, 28. i. Mori siluestres. ¶ 2 De ipso fructu. Ne fraga rubosque colligerem Calpurn. Ecl. 4, 31. ¶ 3 Rubi, orum. Oppidum Campaniae, a ruborum frequentia forte dictum. Hor. Sat. 1, 5, 94 Inde Rubos fessi peruenimus. RVBEVS, a, um. Spinofus, ut, Virg. Georg. 1, 266 Nunc facilis rubea texatur fiscina virga: a Rubo, frutice, vel a Rubis oppido Campaniae, ut putat Seruius. RVBETVM, i. n. [*βαρών*] Locus, in quo rubi sunt, ut, Dura rubeta Ouid. Met. 1, 105. Conf. Keuchen. ad Saimon. v. 235.

## R V C

RVCTA, vel frumen in homine, rumen in bestia, pars gutturis, gurgulioni proxima Isid. Gloss. RVCTVS, ūs. m. [*ῥυγή*] Cibi et potus in stomacho male concocti ventosa per os efflatio. Cels. 4, 5 ad finem, Sed si coacuit intus cibus, aut computruit (quorum vtrumlibet ructus ostendit) eiiciendus est. Plin. 19, 5 l. 26, 1 de raphano, Et vis mira colligendi spiritum, laxandique ructum: ob id cibus illiberalis. Idem 20, 18 Anethum quoque ructus mouet, et tormina sedat. Cic. Fam. 9, 22 extr. Stoici crepitus aiunt aequae liberos ac ructus esse oportere. Ructus Nonio 2, 733 a Ructando ductus. Plaut. Pseud. (5, 2, 9) Pergin' ructare in os mihi. Ps. Suavis ructus mihi est, sic sine modo. Lucilius Satyra, Exhalas tum acidus ex pectore ructus. Crebri ructus, cruditatis indicium Columel. 6, 6 pr. Ructu grauis herba, h. e. Grauem odorem ipso ructu ori referens, quale est allium Plin. 24, 15. Mouere ructum Scribon. 116. Tertull. de Ieiun. ad fin. Deus enim tibi venter est, et pulmo templum, et aqualiculus altare, et sacerdos cocus, et Sanctus Spiritus nidor, et condimenta charismata, et ructus prophetia. RVCTO, āre. [*ῥυγγάνω, ῥεύγομαι*] Ructus emittere. Plaut. Pseud. 5, 2, 9 Pergin' ructare in os mihi? Cic. Fam. 12, 25 Quem ego ructantem et nauseantem, conieci in Caesaris Octauiani plagas. Iuuen. Sat. 3, 108 Laudare paratus, Si bene ructauit, si rectum minxit amicus. Nunquam ructasse dicitur Pomponius consularis Poëta Plin. 7, 9 l. 18. Conf. Solin. c. 4. Cui ructare turpe esset, is vomuit Cic. Philipp. 2, 63 c. 25. Confer sudantes, ructantes, refertos epulis tanquam opimos boues Cic. Tusc. 5, 100 c. 34. Add. Sidon Ep. 4, 7. Iuuen. 2, 834. RVCTOR, āri. Depon. [*ῥυγγάνομαι*] Idem significat. Festus Paulli, Ructare non ructari dicendum est. Flaccus, Videres alios ructare, ac respuere, pulcherrima superbia. Cicero tamen Ructaretur dixit. Humanitatis vox est Varr. R. R. 3, 2, 3 Te praesertim cuius aues hospitales etiam nunc ructor, quas mihi apposuisti paucis ante diebus in villa etc. Versus ructari Translate dixit Hor. in Arte Poët. 457. Conf. Sidon. Epist. 4, 17. Tertull. de Resurr. Carn. c. 16. RVCTĀTVS, a, um. Partic. Pass. [*ῥερχθῆς*] Ut, Sil. 15, 432 Permiscetque mero ructatos ore cruores. ¶ 2 In bonam partem de re omnium sanctissima Prudent. Apoth. 93 Immo animus Patris, et ratio, et via consiliorum, Quae non facta manu, nec voce creata iubentis, Protulit imperium patrio ructata profundo. Vid. ERVCTO, EVOMO. RVCTĀTOR, ōris. m. [*ῥερχθῆς*] et RVCTĀTRIX, icis. f. Ructatrix herba, quae ructus inducit. Martial. 10, 48 Nec deest ructatrix menta, nec herba salax. RVCTĀMEN, inis. n. Prudent. Hamartig. 466 Carnis et immo-dicae spurco ructamine crudos. RVCTĪTO, quod ex Colum. 6, 6, 4 adfertur, ex corrupta lectione est, cuius nullam plane auctoritatem adhuc inueni. RVCTVŌSVS, a, um. Adi. [*ῥερχμαρώδης*] Ut, Marc. Caelius ap. Quinctil. 4, 2, 123 Ipsum offendunt temulento sopore profligatum, totis praecordiis stertentem, ructuosos spiritus geminare.

## R V D

RVDENS, entis, vid. RVDO. RVDERO, RVDETVM, vid. RVDO. RVDAE, ārum. f. [*ῥυδαί*] Vetus Apuliae oppidum. Pomponius Mela 2, 4 Post Barium (inquit) Egnatia, et Ennio ciue nobiles Rudiae. RVDIVS, a, um. Adi. Hominem Rudium, Cic. pro Arch. 22 Ennium vocat. RVDĪVS, a, um. Adi. Idem. Auson. Eidyll. 12 Vnde Rudianus ait diuūm domus altisonum cael. RVDIARIVS, vid. RVDIS, Substantiuum. RVDIMENTVM, vid. RVDIS, Adiect. RVDIS, is. f. [*ῥυβδος, ῥυδῆ*] Virga s. baculus. Cato de R. R. c. 104 Haec rude misceto ter in die, dies quinque continuas. Conf. Ibid. c. 79 Rudibus ferreis aut ferulaceis versare Plin. 34, 18. Rudibus solitos pugnare gladiatores, testis est Lampridius, quum ait Commodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnasse, c. 9. Conf. Suet. Calig. c. 32. Ferro, non rudibus dimicantes Auct. Dial. de Orat. c. 34, 5. Cic. Philipp. 2, 74 c. 30 Tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti? Rudis nempe signum, dimissum aliquem e ludo, et remissam illi pugnandi necessitatem: quod genus Lanistae facti alios docebant artem. Pseudo-Cic. ad Octau. jin. Veteres vulneribus et aetate confectos Iulianos gladiatores, egentes reliquias Caesaris ludi ad rudem compulisset? quibus ille septus omnia misceret, nulli parceret, sibi viueret. An hoc vult declamator, ad rudem suam qui esset magnus lanista, compulisse? Ut Hor. Epist. 1, 105

1, 2 Spectatum fatis, et donatum iam rude, quaeris Maecenas iterum me antiquo includere ludo. *Item* Iuven. 7, 171 Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra mouebunt Consilia. Martial. 3, 56 Hoc merui Fabiane toga, tritaque, meaque, Vt nondum credas me meruisse rudem. *b. e. Vacationem, vel cessationem ab officio praestando et salutationibus.* Ouid. Amor. 2, 9, 22 Fessius in acceptos miles deducitur agros: Tutaque deposito poscitur ense, rudis. Varro R. R. 1, 2, 12 Docete nos — Ad te enim rudem esse agriculturae nunc, olim ad Stolonem fuisse, dicunt. Ad te, *i. apud te: rudem, insignis ut lanistae, ita alterius in sua arte consummati.* Ita Scaliger, cuius hic ratio prae Gronouiana mihi placebat.

RVDICVLA, ae. f. Dimin. [*σπαρδίδιον*] Parua virga. *v. g. admo- vendae et agitandae ea, quae super igne decoquuntur:* Cato de R. R. 9 Con- uolulus in vinea ne fiet, amurcam, igni leni coquitō, rudicula agi- tato crebro, vsque adeo dum fiat tam crassa quam mel. Plin. 29, 3 Non est opus in hoc vsu lanas rudiculis esse curatas. *Sed hic locus aliter nunc legitur.* Columel. 12, 46. Cato c. 95. Cels. 6, 19.

RVDIARIVS, i. m. [*ῥυδιάρης*] Qui impetrarunt missionem artis gladiatoriae, donati rude. Sueton. in Tiber. c. 7 Rudiariis quoque qui- busdam reuocatis auctoramento centum millium. ¶ 2 Ru- diarius, qui saga rudia et noua polit, Cincius apud Festum. Rudia- rius, Qui ruderarium cibum facit, et rudiora linteamina.

RVDIS, e. Adi. [*ἀρκεύτως, ἀμαθής, it. rude, ἄγνατον* Gloss. Vet.] Imperitus, indoctus, inscius, ignarus. Festus in Rodus ex Cincio, 25 Omnis fere materia non deformata rudis appellatur, sicut Vestimen- tum rude, non perpolitum (Vet. Gloss. rude ἄγνατον fullonem non ex- pertum). Haec habentur etiam in fragmento p. 73, ubi illud quoque, Ho- minem imperitum rudem dicimus. Cic. pro Flacc. 16 c. 8 Quum, in theatro homines imperiti, homines rerum omnium rudes, ignari- que confederant. Plin. 2, 7 Sedere coepit sententia haec, pariter- que et eruditum vulgus et rude in eam cursu vadit. Ad bella ru- dis Liu. 24, 48. Ad mala iam pridem non sumus vlla rudes Ouid. ex Pont. 3, 7, 18. Ad seditiones rudis Liu. 28, 25. Cic. de Orat. 1, 40 Quem tu adolescentulus perpulisti, ignarum legum, haesi- tantem in maiorum institutis, rudem in iure ciuili. Et de Orat. 1, 32 Quid esse potest in otio aut iucundius, aut magis proprium hu- manitatis, quam sermo factus ac nulla in re rudis? Rudis esse videbar in causa Cic. Fam. 4, 1. In re nulla orator tiro ac rudis, nec peregrinus atque hospes esse debet Cic. de Orat. 1, 218 c. 50. Ru- des, et omnium ignari Quinctil. 1, 8. Iuuen. Sat. 11, 143 Tunc ru- dis, et Graias mirari nescius artes. ¶ 2 Ponitur cum Ge- nitiuo et Ablatiuo. Artium rudes homines Liu. 1, 7. Artium bo- narum rudis Tacit. Ann. 1, 3. Belli rudis, Inexpertus armorum Hor. Epist. 2, 2, 47. Coniugii rudis iuuenca Ouid. Fast. 4, 336.

45 Dicendi rudis Tacit. Ann. 1, 29, 1. Cic. pro Corn. Balb. 47 Dicit se non imperitum foederis, non rudem exemplorum, non ignarum belli fuisse. Literarum Graecarum rudes Cic. Off. 1, 1. Ope- rum rudes iuuenca Ouid. Fast. 1, 83. Cic. Verr. 2, 17 Nolebat in agendo discere, tamen non prouinciae rudis erat et tiro. Rerum rudis Valer. Argon. 1, 771. Rerum omnium rudis Cic. Tusc. 1, 57. Idem Acad. 4, 2 c. 1 Quum esset Roma profectus rei militaris rudis. *Item Arte rudis Ouid. Trist. 2, 424. Adolefcons Stu- diis rudis Vell. 2, 73, 1. Sensibus celebris, Verbis rudis Idem 2, 9, 5. Tractandi rudis militares animos Curt. 4, 2, 17. ¶ 3 Iam videamus, quorum Nominum epitheton sit: Ann. rudes Quinctil. 1, 1, 5. et 20. i. pueritia. Conf. Claud. Conf. Hon. 3, 85. Argentum non laboratum Plin. 33, 3. Campus ru- dis, vid. CAMPVS. Capilli rudes, Non comiti Senec. Hippol. 319. Carmen rude, Inemendatum Ouid. Trist. 1, 7, 22. Discipulum me*

60 rudem atque integrum accipe Cic. de Nat. Deor. 3, 7 c. 3. Epicu- rus hebes ac rudis Idem de Diuin. 2, 103. Forma ingenii admo- dum impolita et plane rudis Cic. de Clar. Orat. 293. Genus ho- minum rude, hebes et impolitum Idem de Orat. 2, 133. Ingenium rude, Nullis studiis excultum Hor. de Arte Poët. 410. Lanac ru- des Ouid. de Arte Am. 2, 220. et Heroid. 1, 78. i. Impolita. Ma- teria rudis, Chaos informe Lucan. 2, 8. Moles rudis indigestaque Ouid. Met. 1, 7. Pectus Ouid. Epist. 4, 23. Populi Idem Fast. 1, 38. Puer rudis ignoto amore tactus Ouid. Amor. 2, 1, 6. Simplicitas Idem de Arte Am. 3, 113. Terram rudem profcindere Varro R. R. 1, 27. Vestimentum habuimus n. i. ex Festo. Ve- cistas Ouid. Fast. 1, 131. Vulgus Idem Fast. 2, 292. Superl. Am- mian. 26, 6 In rabido corde rudissimus, nec reddendae nec accipiendae rationis capax.

RVDITAS, atis. f. [*ἀμαθία, ἀμαθής*] Imperitia. Apul. Florid. 4 p. 363, 7 Prima cratera literatoris ruditatem eximit. *i. prima disci- plina Grammatici efficit, ut rudes esse desinant, qui ea imbuuntur.*

RVDIMENTVM, i. n. [*ῥυδιόμενον*] Principium artis, prima disciplina, quae rudibus datur: quod et tirocinium appellatur. Clara rudimenta primae militiae Stat. Silu. 5, 2, 9. Bellique propinqui Dura rudimenta Virg. Aen. 11, 157. i. Difficilia. Turpe rudimen- tum patriae praepone re raptam Ouid. Epist. 5, 97. Dicendi rudi- menta Quinctil. 2, 1. Lucis rudimentum, pro Initio vitae Plin. 7 in Prooem. Militiae rudimentis imbutus cum aliquo actae Pa- terc. 2, 129, 2. Regni puerilis rudimentum Liu. 1, 3. Add. Id. 31, 11. Pseudo-Cic. in Sallust. 8 c. 3 An vlla alia putas esse rudi- menta et incunabula virtutis? Tale rudimentum tanto sub nomi- ne Debes Ouid. A. A. 1, 193. Deponere rudimenta tirocinii sub aliquo Iustinus 9, 1 extr. Specimen dare, se non iam rudem. Pseu- do-Cic. in Sallust. 2 Verum eo magis odisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus posuit rudimentum, sed ita ingressus est, ut neque ab alio vinci possit, etc.

RVDO, ere. [*ὀρνέομαι*] Animalium quorundam vox *v. g. asinorum.* Asini rudunt Spartian. in Geta c. 5. Perf. Sat. 3, 9 Findor, ut Arcadiae pecuaria rudere credas. Rudiui fortiter Apul. Met. 7 p. 193. Ouid. Fast. 6, 342 de asello, Intempestiuo cum rudit ille sono. Vt rudit a scabra turpis Afella mola Ouid. de Arte Am. 3, 290. Rudere, abusiue et de leonibus, et de hominibus dicitur. Virg. Aen. 7, 16 Gemitus iraeque leonum Vincla recusantum, et fera sub nocte rudentem. Idem Aen. 8, 248 de caco, quem hoc ipso cum belua comparat, Inklusumque cauo saxo, atque insueta rudentem. Ergo Virgilius primam semper corripit, quam producit, ut vidimus, Per- sius. De ceruis Virg. Georg. 3, 374 Grauiusque ruden- tes Caedunt. ¶ 2 Rudeo, ere, per secundum coniugantur antiqui. Lucilius, Haec inquam rudet ex rostreis, atque hinnitabat Varr. de L. L. 6, 5 p. 81, 33.

75

80

85

90

95

100

105

RVDENS, entis. Partic. [*ὄγκωμενος*] ut, Virg. Aen. 3, 561 — Primusque rudentem Contorsit laevas proram Palinurus ad vndas, i. stridentem ac sonantem, ait Seruius. Afellus rudens Ouid. Fast. 1, 433. Leones rudentes Virg. Aen. 7, 16. Substant. Rudens, vid. mox seorsim.

RVDITVS, ūs. m. Clamor asini. Apul. de Asino 8 p. 215 Audito ruditu meo. Penultima longa est, a rudiui.

RVDOR, ōris. m. Idem. Apul. Florid. 3 p. 357 Vox hominis et tuba rudore toruior, et lyra concentu variatior.

RVDENS, entis. tam m. quam f. [*πῆσμα, κάλως, πρότονος*] Funis nauticus. Virg. Aen. 1, 91 Insequitur clamorque virum, stridorque rudentium. Plaut. Rud. 4, 3, 1 Heus mane. G. quid maneam? T. dum hanc tibi rudentem, quam trahis, complico. conf. Non. 3, 187. Cic. Tusc. 5, 40 Non sane optabilis est quidem, inquit, rudentibus apta fortuna. Rudentes ea causa sapientissimi dictos volunt, quod fines, quum vento verberentur, rudere existimentur: atque hunc sonum proprium funium non asinorum putant Nonius 1, 254. Aptare remos et rudentes Virg. Aen. 5, 753. Excutere rudentes Idem ibid. 3, 682. Cic. de Diuin. 1, 127 c. 56 de fato loquens, Non enim illa, quae futura sunt, subito existunt; Sed est quasi rudentis explicatio, sic traductio temporis nihil noui efficientis, et primum quidque replicantis. Iactare rudentes Ouid. ex Pont. 4, 9, 73. Immittere rudentes, vid. IMMITTO. Laxare excussos rudentes Virg. Aen. 3, 267. Porrexit innumeros rudentes puppis vtrinque Stat. Silu. 5, 1, 243. Quater Lucan. 2, 698. Sustollunt intorti rudentes vela Catul. Argon. l. 62, 235. Tractare duros rudentes Iuven. Sat. 6, 102.

RVDENTISIBĪLVVS, i. m. Dicitio composita, qua usus Pacuvius, ut auctor est Varr. de L. L. 4, 1 p. 7, 2.

RVDVS, ēris. n. [*ἄλως, χῶμα, καὶ χαλκὸς ἀνεργαστος, καὶ γῆς σπῆρος* 30 Gloss. Lat. Gr.] Proprie significat rem rudem, asperam et imperfectam, quales sunt glebae illae terra, lapide, metallis constantes, e quibus metalla pura in metallicorum fornacibus excoquantur: itemque materia ex ruinis aedificiorum arena, calce, caementis, lateribus mixta. De illis Prudent. Apoth. 725 Non sicut sculptor ab aeris Rudere decoctam consuefecit (i. consuefacit, docet, facit) viuere massam. Idem Peristeph. 2, 190 Aurum effossa gignunt rudera: Et de metallis squalidis Poenalis excudit labor. Festus b. v. Apud aedem Apollinis aes constat iacuit, id (forte leg. ideo) ad rudus appellabant. Puto templum ipsum ut ab aliis Apollinis aedibus distingueretur, Aedem Apollinis ad rudus vocatum. ¶ 2 Peculiarem sedem et domicilium quasi habet in aedificandi ratione. Rudus enim vocant materiam, qua ad pavimenta utebantur. Isid. Orig. 16, 3 Rudus (sic vid. leg. pro Rudos hic et 19, 10) artifices appellant lapides contusos calci admixtos, quos in pavimentis faciendis superfundunt: vnde et Rudera dicuntur. Vid. Vitruu. 7, 1 Primum incipiam de ruderatione — Et si plano solo sit rudendum — inducatur cum statumine rudus — Rudus si novum erit, ad tres partes vna calcis miscetur, si rediuuium fuerit, (in alio aedificio adhibitum) quinque ad duum mixtionem (forte mixtionis) habeat responsum (ad quinque partes ruderis duae calcis adiciantur) Deinde rudus inducatur et vectibus ligneis — pinatione solidetur. De eadem re agens, qui Vitruuium in talibus solet sequi, Pallad. 1, 9, 4 Tunc superstatuminabis rudus, id est saxa contusa duabus partibus, et vna calcis temperante constitues. vid. reliqua et conf. Plin. 36, 25 Ruderi n. uo tertiam partem testae tusae addi: deinde rudus, in quo duae quintae calcis miscantur pedali crassitudine fistulari, etc. Tandem ipse audiatur Cato R. R. 18, 7 Fundamenta primum fistucate, postea caementis minutis et calce arenato semipedem vnum quodque corium struito. Pavimenta ad hunc modum facito, vbi librueris, de glareae et calce arenato primum corium facito; id pilis subigito, etc. Illud apparet, rudus esse minutias quasdam caementorum, glareae, arenae, testae contusae, etc. Sed totam etiam massam calce et aqua affusa temperatam, rudus esse, liquet ex Pallad. Mai. 11, 2 Pedaneum super rudus inducimur, et assiduo vecte densamus: tunc antequam rudus sicetur, etc. Viis sternendis rudus adhibitum docet Lucil. apud Non. 1, 65

Viam sternendam et iaciendum huc aggerem, et id genus rudus. Male hic Nonius, vel si quis interpolauit, rudus interpretatur stercus; male a radendo deriuat. Caeterum ad Lucilii versum facit, quod Plinio tribuitur, non bona, puto, fide, si fideles hic indices, Complatae veteri rudere viae. Sic Tacit. An. 15, 43, 3 vbi de restituenda post incendium Neronis Roma, Ruderi accipiendos Hostienses paludes destinabat, utque naues, quae frumentum Tiberi subuectassent, onustae rudere decurrerent. Rutil. Itiner. 1, 412 Sola manent interceptis vestigia muris: Ruderibus latis tecta sepulta iacent. Colum. 10, 81 Rudere tum pingui, solido vel stercore aselli, Armentiu fimo satures ieiunia terrae. Rudus pingue intelligo, cui argilla multa admixta est de parietibus craticis. Haec sunt, quae de rudere sic satis diligenti inquisitione inuenire potui. Nihil autem occurrit, vnde probari possit, recte nos loqui, cum vulgo aedificiorum etiam stantes reliquias parietinasque ruderum nomine appellamus. Nec aliud ex libris iuris annotatum inuenio. 80

Vet. Gloss. Rudera sunt illa, quae decidunt discussis moenibus fragmenta lapidum, et demolimenta caementorum Rudera egerere l. 7 §. 2 D. de damno infecto. Tollere l. 6 eod. In cuius aedes rudera decidissent l. 7 §. vlt. eod. ¶ 3 Aes etiam factum et laboratum antiquis Rudus dictum, non ea modo indicant, quae supra, voce RAVDVS, et quae inde deriuantur, dedimus, praesertim Varro. de L. L. 4, 34 p. 39, 19 Porta Rauduscula, quod aerata fuit: aes Raudus dictum. Vix enim dubium est Raudus, Rudus et Rodus eandem vocem esse: deriuarique a ruendo, quod ruitur, eruitur, etc. ut ab ū est vds itemque sudor. Non aliter differunt, puto, quam claudio et cludo, Claudius et Clodius. 90

RVDĒRO, āre. Rudus inducere. Vitruu. 7, 1 Tunc insuper statuminetur, ne minore saxo, quam quod possit manum implere, statuminationibus inductis ruderetur.

RVDERATIO, ōnis. f. Vitruu. 7, 1 Primumque incipiam de ruderatione, quae principia tenet expolationum, vid. loca in RVDVS n. 2 citata. Ruderationi Statuminatio fundamenti loco subiicitur. Statuminatio fit lapidibus et caementis libralibus et manualibus, sine calce et arena: Ruderatio vero statumini superinducitur cum calce et arena, aut rudere nouo aut rediuui, id est, ex vetere aedificio sumto, non nuper effosso, quod constat e caemento, ad differentiam nuclei, qui e testa contusa consistat, et tertio loco inducitur. De his omnibus Vitruu. 7, 1.

RVDERĀTVS, a, um. Adi. Ruderatus ager, qui rudere s. veterum aedificiorum materia abundat, qualem amat rosa Plin. 21, 4.

RVDĒTVM, vel, ut scribitur non nunquam RVDĒCTVM, i. n. Locus plenus ruderibus. Cato 35 Lentim in rudeto et rubricoso loco, 105

qui herbosus non fiet, serito. Idem c. 34, 2 Ager rubricosus, et terra pulla, materina, rudeta, arenosa. *Possis etiam pro Adiectiuo habere, RVDECTVS, a, um.*

RVDERARIVS, a, um. Adi. Ruderarium cibrum; Apuleius dixit Met. 8 p. 212 quo utuntur ad Rudus.

RVDEATA arenosaeque loca primum arari iubet Cato R. R. 131 *Possis suspicari ruderata. Sed Rudeta vel Rudecta in bonis libris est.*

RVDVSCVLVM, vid. RAVDVSCVLVM.

## R V F

RVFILLVS, i. m. Nomen viri delicati apud Hor. Serm. 1, 2, 27 Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. *Est deminutum nomen ex*

RVFINVS, quod Iuniorum, Liciniorum, Memniorum aliorumque cognomen est. *Nobilis ille Hieronymi aduersarius, et ille, in quem Claudianus scripsit.*

RVFRAE, arum. f. Oppidum Campaniae, cuius meminit Virg. Aen. 7, 739. *vid. Sil. 8, 568 et ibi Drakenb.*

RVFRENI, orum. m. Incolae. Cic. Fam. 10, 71.

RVFRI MACERIAE, arum. f. Oppidum Campaniae. Cato 22, 4 Venduntur ad Rufri macerias numis centum octoginta, temperantur numis triginta, tantidem Pompeiis emuntur. *Idem c. 135.*

RVFVS, a, um. Adi. [*ρυφός*] Color idem qui ruber. Gell. 2, 26 Fauorinus ita disputat, Rufus color a rubore quidem appellatus est. Sed cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocum, has singulas Rufi varietates Latina oratio singulis propriisque

vocabulis non demonstrat, omniaque ista significat vna ruboris appellatione — *Ruffeus enim color et Ruber, nihil a colore Rufi differunt* — Tum Fronto ad Fauorinum — *Non haec sunt sola vocabula rufum colorem demonstrantia* — sed alia quoque habemus

plura, — *Fuluus enim, et Flauus et Rubidus, et Phoeniceus, et Rutilus, et Luteus et Spadix appellationes sunt rufi coloris, aut acuentes eum quasi incendentes, aut cum colore viridi miscentes, aut nigro insufcantes aut virenti sensim albo illuminantes, etc.* Martial. 14, 129

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis. Rufus quidam Plaut. Pseud. 4, 7, 120 *ad colorem capilli, superciliorum, barbae.* Ter. Phorm. 1, 2, 1 Si quis me quaeret rufus. *Idem Heaut. 5, 5, 17 Rufamne illam virginem, etc.*

Quidam scribunt duplici F, Rufus. Sed Martial. 8, 51 aperte docet, *Vocatiuum Rufe constare tantum literis quatuor.* *Damus totum epigramma in BIBO.* Agna rufa Hor. Serm. 2, 3, 214. *al. Nitida.* Color Plin. 12, 12. *Add. Scribon. 213. et Conf. Rhod. in Lex. it. Vitruu. 8, 3. Pallad. 1, 10. Emplastrum Cels. 5, 9, 5. Gingiua Catul. in Egnatium f. 37, 19. al. Ruffa. Medicamentum rufum fit Scribon. 212.*

Sputum siue rufum est siue cruentum Cels. 2, 8. Lucret. 4, 73. *Et vulgo faciunt id lutea, rufaque Vela.* *al. Ruffa.* Compar. [*ρυφότερος*] Plin. 16, 14 Namque et materies maris dura, rufiorque, ac nodosa. Radix rufior paullo Plin. 27, 2. Siligo rufior Campana, at Pisana candidior

Idem 18, 9. ¶ 2 Rufus est cognomen Romanum, ut in Curtio illo Rufo, in Virginiis, etc. *sine dubio a colore pilorum primo ortum.*

RVFVLVS, a, um. Dimin. [*ῥυφύλλος*] Plaut. Amphit. 4, 4, 63 Vt primum coluit cicatrix rufula. *Conf. Idem Afin. 2, 3, 20. Plin. 25, 13. Tunicae Vopisc. in Probo c. 4. Rufuli appellati sunt Tribuni militum, non a populo, sed a Consule facti, quod de eorum iure Rutilius Rufus legem tulerit: hi postea mutatione vnus literae, Rutuli sunt appellati. Festus. vid. Liu. 7, 5. et 9, 30. Ascon. in Verr. p. 56.*

RVFO, are. [*ρυφόποιέω*] Rufum facere. Plin. 15, 22 Rufatur capillus primum prodeuntibus nucleis. *Et 23, 2 Tunc addito lentifino oleo illita vna nocte rufat capillum. add. ibid. c. 4.*

RVFEO, ere. a quo RVFESCO, ere. [*ρυφοποιέωμαι*] Rufum fieri. Plin. 10, 29 Grues senectute nigrescunt, Merula ex nigra rufescit. *Donec rufescat Idem 28, 12. add. Idem 36, 19.*

## R V G

RVGA, ae. f. [*ῥυτίς, ῥυγὴ*] Sulcus veluti quidam, quam senectus in laxata cute efficit. Cic. de Senect. 92 c. 18 Non cani, non rugae repente auctoritatem arripere possunt, sed honeste acta superior aetas, etc. Aniles rugae Ouid. Met. 14, 96. Cauae Ouid. Met. 7, 291. *al. Venae.* Deformes Claud. in Eutrop. 2, 67. Cum bene vir traxit vultum rugasque Coegit Ouid. Amor. 2, 2, 33. Senilis Ouid. Fast. 5, 58. Cogitur densissima ruga in frontem Iuuen. Sat. 13, 215. Decipere aliquem rugis et supercilio Cic. post red. in Senat. 14 c. 7 *de Pisonis vultu severo et in rugas contracto.* Exarat senectus frontem rugis Hor. Epod. 8, 3. Excudere rugas Ouid. Amor. 1, 8, 45. Inducit rugas senectus Tibul. 2, 2, 20. Laxantur corpora rugis Ouid. de Arte Am. 3, 73. Portare rugas Idem Am. 1, 8, 45. Remittere aliquid ex rugis, i. de seueritate Plin. Epist. 9, 17. Trahere rugam Iuuen. Sat. 14, 325. Turpant te capitis niues et rugae Hor. Carm. 4, 13, 11. Venient iam rugae quae tibi corpus arent Ouid. de Arte Am. 2, 118. ¶ 2 Ruga, non solum in corporibus dici solet, sed etiam in vestibus. Plin. 35, 8 Praeter quae in veste et rugas et sinus inuenit. Idem 12, 7 Deest tota illa maturitas, ideoque et rugarum colorisque similitudo. Perf. 6, 79 Rem duplica! feci: iam triplex, iam mihi quarto, iam decies Redit in rugam, i. multiplicatur: Ruga plica est, a qua res duplicari, triplicari, etc. dicuntur.

RVGOSVS, a, um. Adi. [*ῥυτιώδης, ῥυγώδης, ῥυτιώδης*] Rugis plenus. Plin. 12, 13 Anomum laudatur quam maxime punici mali foliis simile, nec rugosis. Acina rugosa Columel. 13, 43. Cortex rugosus Plin. 16, 31. Ouid. Heroid. 5, 28. Facies rugosior vna passa Claud. in Eutrop. 1, 111. Folium rugosum Plin. 15 c. ult. Frons rugosior Martial. 3, 93. Genae Ouid. Amor. 1, 8, 112. Palmae Idem Met. 8, 674. Piper Perf. 5, 55. Senecta rugosa ora pallent Tibull. 3, 5, 25. *add. Cels. 2, 8, 5, 26. et 28, 7, 19. Ouid. Fast. 1, 185.*

RVGINOSVS, a, um. Idem Cael. Aurel. Acut. 1, 11 Cutis veluti ruginosa vel sulcata pannositas.

RVGOSITAS, atis. f. pro Seueritate posuit. Tertull. de Patient. 15 Frons nulla moeroris aut irae rugositate contracta.

RVGO, are. Rugare dicitur vestis, quum multos sinus facit. Plaut. Casin. 2, 3, 30 Vide palliolum vt rugat. *add. Fragm. ap. Gell. 18, 12.*

RVGATVS, a, um. ut, Rugata testa, apud Plin. 9, 35.

RVGIO, ire. [*ῥυγιάωμαι*] Rugire dicitur leo, quum vocem emittit. Auctor Philomelae v. 49 Tigrides indomitae rancant, rugiuntque leones,

nes. *conf.* Spartian. in Geta 5. Numquid rugiet onager, cum habuerit herbam? Vulg. Iob. 6, 5. Rugiunt clamantes contra deos suos, sicut in gehenna mortui Firmic. de Error. prof. relig. p. 38 de sacerdotibus gentilium.

RUGIENS, entis. Diabolus tanquam leo rugiens circumit Vulg. 1 Pet. 5, 8. Catulus leonis faeuus et rugiens Vulg. Iud. 14, 5. *add.* Psalm. 104 (103) 21. Zephan. 3, 3.

RUGITVS, ūs. m. [*ῥυγισθῆς*] Vopisc. in Prob. c. 19 Rugitibus tonitrua excitare. Leonum Prouerb. 20, 2. Intestinorum Hieron. Epist. 22, 5 ad Eustochium.

RUGVSCI, orum. m. Alpini populi inter eos quos Caesar subegit Plin. 3, 20.

## R V I et R V L

RVIDVS, *sive* RVVIDVS, a, um. Adi. [*ῥυγῆσος*] Plin. 18, 10 f. 23 de pistura, Maior pars Italiae ruidio vtitur pilo. Hermolaus, non tam quod sine ferro est, id nomen habet, quam quod asperum, impolitumque. Nam et Ruidius panis Plauto (ut ait Festus) eum significat, qui parum coctus, rugosusque sit, quanquam Rubidus fere scribitur, v. v.

RVINA, *vid.* RVO.

RVLLA, ae. f. Instrumentum ferreum, stimulo rusticorum additum, ad vomerem detergendum. Plin. 18, 19 Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus rulla. Diminutiuum a Runa, quod est teli genus, ut ait Festus. Ennius Runata recedit. Habet ut videtur hoc telum latiorems cuspide. *Sed conf.* RALLA.

RVLLVS, i. m. [*ῥύλλος*] Cognomen Romanum Seruiliorum. Plin. 8, 51 Solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit, qui Ciceronis Consulatu legem Agrariam promulgauit. Videtur fuisse forma diminuta ex Rurus, i. ruralis, rusticus. Rullus, mendicus, ἀγύρνης vel ἀγροῖνος Vet. Gloss. *sed vid.* Voss. in Etymol. p. 438.

## R V M

RVMA, ae. f. Idem quod Rumen. Seruius ad Virg. Ecl. 6, 54 Rumatia dicta est a ruma eminente gutturis parte, per quam demissus cibus a certis reuocatur animalibus. *Conf.* RVMINATOR. *Add.* Isidor. 12, 1.

¶ 2 Mamma est, ut Rumen et Rumis. Fluēuat enim vox non tam scriptoribus vsitata, quam iactata inter paruos et nutrices. Varro de R. R. 2, 11, 5 Mammae enim Rumis siue Rumae. Disertiore ex Nonio locum, *vid.* in RVMINA DEA.

RVMBOTINVS, *vid.* RVMPO TINVS.

RVMO, āre. [*ῥυμοσσομαι, μηρυκάζω*] Idem quod Ruminare dicebatur apud veteres. Festus in RVMEN.

Rumare, Lactare, quasi mammam in rumen immittere. *conf.* IRRVMARE. ¶ 2 Est etiam RVMEN, inis. n. Festus: Rumen est pars colli, qua esca deuoratur: vnde et rumare dicebatur, quod nunc ruminare.

¶ 2 Rummen, Mamma dicitur. [*μαστός*] Plin. 15, 18 f. 20 de Ficu Ruminali, Magisque ob memoriam eius, quae nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniam sub ea inuenta est lupa infantibus praebens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex aere iuxta dicato; tanquam in comitium sponte transisset.

¶ 3 Rumen, Nonius 1, 64 docet esse Locum in ventre, quo sumitur cibus, et vnde redditur. Pomponius Proftibulo, Ego rumorem paruifacio, dum sit rumen quī impleam.

RVMĪNO, āre. [*μηρυκάζω*] et RVMĪNOR, āri. est Reuomere, ac rursus consumere; quasi cibum ad rumen reuocare, iterumque conficere. Columel. 6, 6 Propter quae bos neque ruminat, neque lingua se detegit. Scarus solus piscium dicitur ruminare Plin. 9, 17. *conf.* Idem 10, 73. 11, 37. Herbas ruminare Ouid. Amor. 3, 5, 17. et Virg. 60 Ecl. 6, 54.

Ruminari, per translationem, In memoriam reuocare. Varro Tanaquile, Non modo absens quidquam de te saepius cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem. Lilius Aegistho, Nemo haec voster ruminabitur mulieri. Alii legunt, Vostrea ruminetur. Haec Nonius 2, 746. *conf.* Idem 7, 103. Sic Sermo intellectū ruminandus Tertull. de Resurr. carn. c. 37. Ruminare carmina, libros veterum Sidon. Epist. 3, 13. et 1, 3. i. recensere, retractare.

RVMINATIO, ōnis. f. [*μηρυκασμός*] Plin. 11, 37 Quibus neque dentes vtrinque, nec ruminatio. Idem 17, 22 Si faucias recenti medicina mordeat quaedam hiemis ruminatio, i. Frigoris reiteratio. ducta metaphora a cibi repetitione et reuocatione. Similis metaphora Cic. Att. 2, 12 Quanto magis vidi ex tuis literis, quam ex illius sermone, quid ageretur de ruminatioe quotidiana, de cogitatione Publii, etc.

RVMINĀTOR, ōris. m. Arnob. 7 p. 230 Aerumnae (al. Rumae) sunt prima in gurgulionibus capita, qua deiicere cibos et referre natura est ruminatoribus faeculis, i. animalibus ruminantibus. *conf.* Voss. Etym. p. 438.

RVMINĀLIS, e. Ficus ruminalis, [*ῥωμινάλιος ἕρως*] sub qua Lupa Romulo et Remo dicitur mammam praebuisse, ut ait Festus: quae et Romula vocitata est. *vid.* Seru. ad Aen. 8, 90. et Salmaf. ad Solin. p. 800. Ouid. Fast. 2, 411 Arbor erat, remanent vestigia, quaeque vocatur Romula nunc ficus, Rumina ficus erat. Ruminalis arbor deminuta et reuifescens Tac. A. 13, 58, 1. *conf.* Liu. 1, 4. Plin. 15, 18 quem locum damus, voce RVMEN n. 2. Ruminales hostiae, eorum animalium quae ruminant Plin. 8, 51.

RVMINVS inter Iouis cognomina est Augustin. de C. D. 7, 11 pr. Dixerunt eum Victorem — Alnum, Ruminum, et alia. quia cum Almo iungit, forte intelligi voluit, qui velut lactaret, quasi rumine praebito, omnia.

RVMĪNA, ae. f. Dea eadem, quae Rumia. Varr. Cato, vel de Liberis educandis: Hisce manibus lacte fit, non vino, Cuninae propter cunas, Ruminiae propter rumam, id est, prisco vocabulo, mammam, a quo subrumi etiam nunc dicuntur agni. Haec Nonius 2, 756.

RVMIS, is. f. [*ῥύλη*] Idem quod Ruma, ist est, mamma, sed proprie animalium. Varr. R. R. 2, 11, 5 Mammae enim rumis, siue rumae, ut ante dicebam, a rumi, et inde dicuntur subrumi agni lactentes, a lacte. Respicit ad 2, 1, 20. Vterque locus varietate lectionis laborat. Hinc legendum arbitror Iuuenal. 11, 106 Geminos sub rume Quirinos, pro rupe, quod vix conuenit. *conf.* Tert. de Resurr. Carn. c. 4.

RVMIA, ae. f. [*ῥωμία*] Dicta est, Dea, quae rumis, id est, mammis, hoc est, pueris lactentibus praesidebat. Huius meminit Augustin. de Ciuit. Dei 4, 11. et 6, 10. Varr. de R. R. 2, 11, 5 Non negarim inquam, ideo apud diuae Rumiae sacellum a pastoribus fatam

ficum. Ibi enim solent sacrificare lacte pro vino, et pro lactentibus, *vid. RVMINA paullo ante.*

**RUMENTVM**, i. n. *Abruptio, ap. Festum, cuius locum lacerum ita sanandum putat Scaliger, Rumentum in auguralibus significare videtur*  
 5 *abruptionem: Dum verberat anciliorum aerimen (i. aes) auis canerit (cecinerit) interea, id eo augurio rumentum esto.*

**RUMEX**, icis. m. [*λαπάθρον*] *Lapathi siluestris genus. Plin.*  
 19, 12 Solum vero ex omnibus lapathum siluestre melius, hoc in fati-  
 vis rumex vocatur, nasciturque fortissimum. *conf. Idem 11, 8. et 26,*  
 10 *4 et 20. Apul. de Herb. c. 13. Apic. 1, 1. Radices rumicis Scri-*  
 bon. 111, 127. Erraticae radices rumicis 253. *i. agrestes.* ¶ 2 Ru-  
 mex, Genus teli, simile spari Gallici, cuius meminit Lucilius Tum  
 spara, tum runices portantur, stragula porro. *Haec Festus, e quo*  
*restituti sunt rumices etiam Gellio, 10, 25 ubi inter telorum nomina —*  
 15 *gesta, lancea, spari, runices, trifaces. In MSS. erat rumi gestri faces:*  
*unde Turnebus exsculpserat runae, cestri.*

**RVMIGESTRI**, Teli genus laudatur e Gell. 10, 25. *Sed. vid.*  
**RVMEX** n. 2.

**RVMIGO**, are. *apud Apul. de Asino aureo 4 p. 153 iam fere ter-*  
 20 *tium palam rumigabam, i. ut interpretor, Ruminabam.*

**RVMIFERO**, **RVMIGERO**, *vid. RVMOR.*

**RVMON**, nomen antiquum Tiberis. *Seru. ad Aen. 8, 63 Stringen-*  
 tem ripas: Radentem, imminuentem: nam hoc est Tiberini flumi-  
 nis proprium, adeo ut ab antiquis Rumon dictus sit, quasi ripas ru-  
 25 *minans et exedens: in sacris etiam Serra dicebatur: unde ait nunc*  
*Et pingua culta secantem: in aliqua etiam urbis parte Terentum di-*  
*citur, eo quod ripas terat. Ad Aen. 8, 90 Ergo iter inceptum ce-*  
*lerant rumore secundo, Aut, inquit, Rumore pro Rumone profuit:*  
*nam, ut supra diximus, Rumon dictus est, unde et ficus Ruminalis,*  
 30 *etc. Ergo si fuerit Rumone secundo, fauente fluuio intelligimus.*  
*Codex Virgiliti Mediceus, cui principatum in eo genere tribuunt, ut est a*  
*Foggino publicatus Rumone habet a prima manu: literae N iugulatae*  
*R superpositum. Sed vid. RVMOR Secundus.*

**RVMOR**, oris. m. [*ῥῆσος, ῥῆμα*] *Sermo in populo sine certo au-*  
 35 *lore, in bonum vel in malum, de re recenti dispersus. Cic. Verr. 3,*  
 98 Multa sunt imposita huic ordini munera, multi labores, multa pe-  
 ricula, non solum legum ac iudiciorum, sed etiam rumorum ac tem-  
 porum. *Cic. de Finib. 2, 49 Honestum quid sit, si id non est in*  
 40 *voluptate, negat se intelligere: nisi forte illud quod multitudinis ru-*  
*more laudetur. Idem Fam. 12, 9 Nihil perfertur ad nos praeter*  
*rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc*  
*sine auctore. Cic. pro Lege Manil. 45 Sinite hoc loco Quirites,*  
*sicut Poetae solent, qui res Romanas scribunt, praeterire me nostram*  
 45 *calamitatem, quae tanta fuit, ut eam ad aures L. Luculli non ex prae-*  
*lio nuntius, sed ex sermone rumor afferret. Cic. pro Muraen. 35*  
*Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris.*  
 ¶ 2 *Epitheta. Aduersus Tac. Hist. 2, 26, 4. et Ann. 14, 11, 6. Amaro rumore*  
*accensus, a sinistra fama irritatus Virg. Aen. 4, 203. conf. Barth. ad Claud.*  
 50 *p. 1107. contrarium est secundus, de quo mox. Atrox Tac. Hist.*  
*1, 54. Cic. Fam. 8, 1 Quod ad Caesarem attinet, crebri, et non*  
*belli de eo rumores veniunt: alius equitem perdidisse: alius, etc.*  
*Celebris, vid. h. v. Clarus Tac. Ann. 15, 48. Clemens Sallust.*  
*Iugurth. c. 22. Constans, vid. h. v. Crebri rumores, vid. Bellus*  
**RVMOR.** *Fallax Claud. in prim. Conf. Stil. 2, 294. Cic. Att.*  
 55 *11 vlt. Illum discessisse Alexandria rumor est non Firmus, ortus ex Sul-*  
*picii literis. Frigidus Hor. Serm. 2, 6, 50. languidus: manat enim*  
*non ruit, non currit. Gemmeus Martial. 10, 3. i. bona fama. In-*  
*iquus Ouid. Fast. 4, 307. Iniucundus, vid. mox Tristis. Magnus,*  
 60 *vid. MAGNVS. Miserabilis Claud. de Bell. Get. 199. Cic. Fam.*  
 12, 10 *Nos de Dolabella quotidie quae volumus, audiuiimus: sed ad-*  
*huc sine capite, sine auctore, rumore Nuntio. Cic. Fam. 9, 2 Te*  
*vero nolo, nisi ipse rumor iam Raucus erit factus, ad Baias venire,*  
*i. resederint paulatim et moderatores erunt sermones de victoria Caesaris.*  
*Paullo ante dixerat, Dum deseruescit haec gratulatio. Secundus*  
 65 *rumor, cum de navigatione sermo est, murmur illud aquae a tergo impel-*  
*lentis, idemque fere significat ac secundo cursu. Vet. Poeta ap. Cic.*  
*de Diuin. 1, 29 c. 17 Soluere imperat secundo rumore atque aduersa au.*  
*Virg. Aen. 8, 90 Ergo iter inceptum celerant rumore secundo. Com-*  
*parat cum hoc versu Macrob. 6, 1 versum veteris Poetae Suauii, Redeunt,*  
 70 *referunt petita rumore secundo. Rumorem tribuit fluuio etiam Aufon.*  
*Mosella 21 Et virides Baccho colles, et amoena fluentia interlabentis*  
*tacito rumore Mosellae. Conf. Gronou. Obs. 2, 17. Alias*  
*ad famam pertinet banam. Tacit. Ann. 3, 29 Utque haec*  
 75 *secundo rumore, ita aduersis animis acceptum, quod filio Claudii fo-*  
*cer Seianus destinaretur, vid. Horat. Epist. 1, 10, 9. Ita Honestiorem*  
*et rumoris secundi esse Apul. Dogm. Plat. 2 p. 25. Sine capite Cic.*  
*Fam. 12, 10. i. ἀδέσποτος, cuius nescitur auctor s. origo. Sinister*  
*Lucan. 8, 52. Tac. Hist. 2, 93, 3. Tristis Cic. Fam. 15, 17. Rumores*  
 80 *tristiores, sed ἀδέσποτοι. Idem Qu. Frat. 3, 8 Rumor Dictatoris*  
*iniucundus bonis. Vagus Tacit. Ann. 2, 39. Validus Idem ibid.*  
 4, 10. ¶ 3 *Verborum formulae: Omnem infimae plebis*  
 rumorem in theatro, ut spectator, in circo ut fautor, Affectauit Tac.  
 H. 2, 91, 2. *Afferre rumores, Affingere rumoribus, vid. hb. vv.*  
 Cic. Att. 16, 5 *Sed tamen rumoris nescio quid Afflauerat, commissione*  
 85 *Graecorum frequentiam non fuisse. Affluit rumor Idem Qu. Frat.*  
 3, 3. *Martial. 3, 80 Rumor ait linguae te tamen esse malae. Au-*  
*cupari inanem rumorem, Calent rumores, Colligere rumorem, vid.*  
*hb. vv. Diditur hic subito Troiana per agmina rumor Virg. Aen.*  
 7, 144. *Differre rumorem Tranquillus in Octau. c. 7. Ter. Heaut.*  
 90 *prol. v. 16. Dissipatis rumoribus improbissimis Cic. Philipp. 14,*  
 10 c. 4. *Effertis quae vos ad caelum rumore secundo Hor. Epist.*  
 1, 10, 9. *It facti rumor per oppida Ouid. Met. 6, 147. Cic.*  
*pro Deiot. 25 c. 9 At eo, inquit, tempore ipso Niceam Ephesumque*  
 95 *mittebat, qui rumores Africanos Exciperent, et celeriter ad se re-*  
*ferrent. Exstinguere rumorem Idem Att. 15, 10. Flagrare*  
*rumore malo Hor. Serm. 1, 4, 125. Incedit rumor Tacit. Ann.*  
 1, 5. *et 6, 23, 4. b. e. Subit. Increbescit, vid. INCREBESCO.*  
*Inflat animos, vid. INFLO. Plaut. Casin. prol. 11 Nos, postquam*  
 100 *populi rumore Intelleximus, Studiose expetere vos Plautinas fabulas.*  
*al. rumorem. Manat frigidus a rostris per compita rumor Hor.*  
*Serm. 2, 6, 50 ut Serpit. Narrat rumor, Ortus rumor, vid. ff. ll.*  
*Perferret multa etiam ipse rumor Cic. Fam. 2, 8. Nihil Perfertur*  
*ad nos praeter rumores Idem ibid. 12, 9. Perstreptit rumor in aula*  
 Stat. Achil. 2, 76. *Pertulit hoc idem nobis Germanice rumor Ouid.*  
 105 *ex Pont. 2, 1, 49. Peruaserat rumor, ipso tempore flagrantis vr-*  
 bis,

**bis, etc.** Tacit. Ann. 15, 39, 3. Cic. de Nat. Deor. 3, 13 Rumoribus, inquit, mecum pugnas Balbe, ego autem a te rationes requiro. Senescunt rumores Tacit. Ann. 2, 77, 2. *b. e. Vanescunt, et consumuntur.* Serere varios rumores Virg. Aen. 12, 228. Serpit rumor Cic. pro Mur. 45. *ut Manat. Seruire rumori, i. Famae* Plaut. Trin. 3, 2, 14. Spargere rumorem Cic. pro Deiot. 25. Subdere rumorem Tac. Hist. 3, 25. Sumi: Erat claro apud vulgum rumore Id. Ann. 15, 48. *de Pisone.* Est rumor in ambiguo Ouid. Met. 3, 253. Ter. Andr. 1, 2, 14 Meum gnatum rumor est amare. Idem Phorm. 5, 8, 18 Nam qui erit rumor populi inquit, si feceris? Cic. Fam. 1, 8 Rem te valde bene gessisse rumor erat. *Sic* Martial. 4, 16. Surrexit rumor Tacit. Hist. 2, 42, 1. Vagantur rumores Ouid. Met. 12, 55 Mistaque cum veris passim commenta vagantur Millia rumorum. Quos rumor alba gemmeus Vehit penna Martial. 10, 3. Venit rumor, datum iri gladiatores Terent. in Hec. prol. 39.

**RVMVSCVLVS**, i. m. Dimin. Cic. pro Cluent. 105 c. 38 Tum etiam illi quinque, qui imperitorum hominum rumusculos aucupati, tum illum abfoluerunt, iam suam clementiam laudari magnopere nolebant. Rumusculi populares Cic. de Legib. 3, 55 c. 16.

**RVMIFERO**, Ære. [*ῥυλλέω*] Rumoribus ferre: antique. Plaut. Amph. 2, 2, 46 Quamque adeo ciues Thebani vero rumiferant probam, vid. Non. 2, 748.

**RVMIGERO**, Ære. [*διαῤυλλέω* Gloss. Gr. Lat.] Idem, sed obsoletum, vid. Fest. in voce RVMITO.

**RVMIGERATIO**, Ænis. f. Lamprid. Heliogab. c. 10 Infami rumigeratione pasci. vid. Voss. de Vit. Serm. Lat. 44, 22 p. 769.

**RVMIGERVLVS**, i. m. [*ῥυλλητής* Gloss. Lat. Gr.] Ammian. 14, 1 Per clandestinos rumigerulos. Me suspiciosum et rumigerulum clamitas Hieron. Epist. 47 de vitando suspecto contubernio c. 4.

**RVMITO**, Ære. Festus, Rumitant, rumigerantur. Naeuius, Simul alius aliunde rumitant inter se.

**RVMPO**, rūpi, ruptum, Ære. [*ῥήγνω, ῥήσσω*] Frangere, certe vim facere. Virg. Aen. 10, 233 Rupimus inuitae tua vincula. Hor. Serm. 2, 7, 70 Rumpere catenas. Cic. Verr. 5, 78 Quid si aufugisset, si vincula rupisset. Cic. in Vatin. 10 c. 4 Vt aliquando ista, quae sunt inflata rumpantur. *Ad inuidiam Vatinii et Strumas simul respicit. Vid. mox RVMPI inuidia.* Rumpitur rana in fabula ab inflatione Phaedr. 1, 14. *Hyperbola frequentis, quae nititur consuetudine conatus verba ponendi pro actu et effectu, ut in enecare, obtundere, etc. Rumpere interdum non multo plus est, quam Defatigare.* Plaut. Merc. 1, 1, 40 Opera licet experiri, qui me rupi currendo tua causa. Ter. Hec. 3, 4, 21 Vt me ambulando rumperet? Ego me tua causa non rupturus sum Plaut. Capt. prol. v. 14. Omne animal est debile si rumpitur Veget. Mulom. 3, 1, 9. Rupit Hiarbitam Timagenis aemula lingua Hor. Ep. 1, 19, 15. *Talia sunt: Virg. Georg. 3, 328 Et cantu querulae rumpent Arbuta cicadae, hyperbole, pro vehementer implebunt, aut mouebunt adeo.* Sic Iuuen. 1, 18 Conuulsaque marmora clamant Semper, et assiduo ruptae lectore Columnae. Simile Iuuen. 7, 86 Sed cum fregit subsellia versa, Esurit. *Similia Graecorum dedit Graevius Lect. Hesiod. c. 20 ad v. 203. Forte etiam huc referas* Virg. 50 Bel. 8, 71 Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis, *i. a nocendo cohibetur.* Sic apud Ictos Rupisse videtur, qui corripit Vlpianus vi bonor. rapt. l. Praetor. Idem in l. Si seruus seruum §, inquit D. ad l. Aquil. Inquit lex, ruperit: quod verbum fere omnes veteres sic intellexerunt, Corruerit. Alphen. in l. Qui insulam Locati, Qui mulas ad certum pondus oneris locarat, quum maiore onere conductor eas rupisset.

**¶ 2 Formulae cum Nominibus:** Aditus rumpere, vid. ADEO, Ære. Aëra ictibus rumpit Ouid. Met. 4, 124. Amnes fontibus rumpuntur Virg. Georg. 3, 428. *i. erumpunt, vid. mox Se rumpere. it. Diem rumpere.* Amores tantos rumpi non speret Virg. Aen. 4, 292. Caelum et Nubes in tempestate rumpi dicuntur Poëtis: vid. Drakenb. ad Sil. 3, 196. Ouid. Met. 10, 723 Pariterque sinus, pariterque Capillos Rupit. Conditiones pacis Vell. 2, 48, 5. Cursum Val. Flacc. 1, 3. *ubi vid. Burm.* Fulmen emicuit, et rupit Diem, *i. Erumpendo emisit lucem igneam* Lucan. 1, 153. *ut fontibus Amnes rumpi modo vidimus.* Edicta rumpere Hor. Carm. 3, 15, 22. Fidem Liu. 9, 40. Foedus Idem 3, 25. Virg. Aen. 12, 585. Ibid. 8, 540. Foedera negligere, violare, rumpere Cic. pro Corn. Balb. 13 c. 5. Frena pudoris Propert. 3, 19, 3. Funem ab litore rumpere, et fugere Virg. Aen. 3, 640. Germen rumpit intell. corticem obstantem Pallad. Mart. 1, 3. *i. erumpit.* Guttura cultro Ouid. Met. 15, 464. Horrea rumpunt immentae messes Virg. Georg. 1, 49. *vid. n. 1. et FRANGERE* Subsellia. Imperium Tac. Ann. 13, 36. Iter rumpere ad litora Ponti Adriaci dicitur Aufidus Per clypeos, galeasque virum caecosque per artus. Sil. 1, 54. *vid. Drakenb. ad Sil. 7, 568. Verum* Ouid. Am. 3, 6, 88. *ad amnem iter amantis remorantem, Quid coeptum, rustice, rumpis iter, i. abruptis transitu prohibendo.* Sic Hor. Od. 3, 27, 5 Rumpat serpens Iter institutum. Ius rumpere Liu. 4, 17. Moras rumpere *b. e. Festinare*, Virg. Georg. 3, 43. Martial. 2, 64 Eia age, rumpe moras, quo te spectabimus vsque? Mulas rumpere, *i. corrumpere*, vid. n. 1. Graecia coniurata rumpere Nuptias Hor. Carm. 1, 15, 7. Patientiam rumpere, *vid. PATIENTIA in PATIOR.* Pectora rumpere ense Virg. Aen. 9, 432. Pectora fremitu rumpere Lucret. 3, 298. *de leonibus.* Praecordia ferro Ouid. Met. 6, 251. Questus pectore rumpere Virg. Aen. 4, 553. *i. In quaestus repente et clare erumpere.* Reuerentiam sacramenti rumpere Tacit. Histor. 1, 12. Se: Non si te ruperis: *parua rana ad matrem, etc.* Hor. Serm. 2, 3, 319. Rumpere se dicuntur amnes pro Erumpere. *Certe variant libri, et sententiae interpretum, vid. ERVMPO n. 3. et add. Burm. ad Grat. 432* Ruptique ambustis faucibus amnes. *Et iam dedimus ex* Virg. Georg. 3, 428 Rumpuntur fontibus amnes. Virg. Aen. 10, 64 Quid me alta Silentia cogis Rumpere, et obductum verbis vulgare dolorem? Silentia sermone rupit Ouid. Met. 1, 208. Somnos Lucan. 3, 25. Telum rupit terga nouena boum clypei Ouid. Met. 12, 97. Cic. de Orat. 1, 241 c. 57 Quia constat agnoscendo rumpi Testamentum, ergo in hoc genere iuris iudicia nulla sunt. Testamentum rumpi dicitur, quum permanente suo in statu testatore casu aliquo euertitur l. 3 §. 2 D. de iniusto, rup. et irrito testamen. Tunicas Virg. Georg. 2, 75. Vestes Ouid. Met. 6, 131. Vincula Virg. Aen. 10, 233. Cic. Catil. 4 c. 4. Vocem rumpere, *de eo dicitur, qui cum diu tacuerit, repente quidpiam edit.* Virg. Aen. 2, 129 Composito rumpit vocem, et me destinat arae. Seruius, h. e. Erumpit in vocem. Et dictum est per contrarium. Nam si Silentium rumpere, est loqui: Vocem rumpere, est tacere. Sed aliqua interdum simpliciter, interdum per contrarium intelliguntur. Idem Aen. 3, 246 — Ru-

- pitque hanc pectore vocem. h. e. Cum indignatione loquitur, *ut ait* Scruuius. *conf. Drakenb. ad Sil. 4, 528.* ¶ 3 *Obferuatt.* Invidiā rumpi Virg. Ecl. 7, 26. Rumpatur quisquis rumpitur invidiā Martial. 9, 98. Ouid. Rem. 389 Rumpere, liuor edax; iam magnum nomen habemus. Malis rumpi, et Non moueri, *contraria* Cic. Qu. Fratr. 3, 9. Hor. Serm. 1, 3, 136 Vrgeris turba circum testante; miserque Rumperis, et latras. *Similia dedimus n. 1.* Ter. Eun. 5, 6, 26 Cesso huc intro rumpere? *h. e. vi adhibita certe celeritate, intrare.* Plin. 30, 4 *de buprestis*, Deuoratumque tacto felle ita bovem inflamat, ut rumpat, *i. a nimia inflatione perniciem adferat.* *Metaphor.* Martial. 10, 79 *de Otacilio paupere* Torquatum diuitem aemulante, ita finit,  
 Consul Torquatus, vici fuit ille magister  
 Nec minor in tanto visus honore sibi.  
 Grandis ut exiguum bos ranam ruperat olim,  
 Sic puto Torquatus rumpet Otacilium.  
*i. occasionem praebebit, ut aemulatione stulta sibi interitum rei familiaris adferat.* Rupsit, pro Ruperit, Praeteritum antiquum in XII Tab. apud Festum, Si membrum rupsit, etc. *i. Ruperit.*  
 20 R V M P T V S, a, um. pro Ruptus. Vlpianus l. 3 §. 4 Dig. de iniusto, rupto, irrito facto testamento. *Add. ibidem l. 4.*  
 R V P T V S, a, um. Partic. ut, Rupta pacis fides Liu. 24, 29. Aggeres rupti Virg. Aen. 2, 496. Comis ruptis exululare Ouid. Epist. 15, 114. *al. Scissis.* Idem Epist. Sabin. 2, 96 Rupi, quam ruptam sum mihi quæsta, Fidem. Virg. Georg. 1, 510 Vicinae ruptis inter se legibus vrbes Arma ferunt. Montes rupti Lucan. 3, 63. Obiicibus Virg. Georg. 2, 480. Pustula rupta laedit teneras manus Tibul. 2, 3, 10. Quies populis rupta Lucan. 1, 239. Testamentum ruptum, et Ratum, *contraria* Cic. de Orat. 1, 173 c. 38. *Est titulus Pandectarum* De iniusto, rupto, irrito facto testamento. Rupto *ibi solere scribi, modo obseruatum.* Ouid. de Rem. Amor. 598 Ruptaque singultu Verba loquentis erant, *i. interrupta.* Vincla rupta Virg. Aen. 8, 651. Plin. 20, 6 Conuulsis et ruptis, cum sale et oleo. Sanare ruptos Martial. 10, 56.  
 35 R V P T V R A, ae. f. barbarum, pro agro profcisso, *vid. Glossar. C. du Fresne.*  
 R V P T I M. Adu. Laudatur Caes. Bell. Ciuil. 1, 5 Aguntur omnia ruptim atque turbate. *Sed videtur sphaalma pro raptim.*  
 R V P T O R, ōris. m. Liu. 4, 19 Hiccinne est, inquit, ruptor foederis humani, violatorque gentium iuris? *Adde Idem 21, 40. Tac. Histor. 4, 57. Ruptores pacis Idem Ann. 2, 13, 2. add. Sidon. Epist. 3, 13.*  
 R V P T I O, ōnis. f. Vlpianus in l. Si seruus §. rupisse D. ad legem Aquiliam, Aquilia, enim eas ruptiones, quae damna dant, 45 *persequitur.*  
 R V M P I, orum. m. qui et Traduces dicuntur. Varro de R. R. 1, 8, 4 Quartum pedamentum est natium eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant. *Ab his Rumpis ductum videtur nomen*  
 50 R V M P O T I N V S, R V M B O T I N V S, R O M B O T I N V S, vel denique R H O M B O T I N V S, a, um. Columel. 5, 7, 1 Est et alterum genus arbuti Gallici, quod vocatur rumpotinum: id desiderat arborem humilem, nec frondosam: Cui rei maxime videtur idonea opulus. Ea est arbor corno similis: quin etiam cornus, et carpinus, etc. *Ap-*  
 55 *paret rumpotinum Columellae esse generale nomen arboris humilis, nec frondosae, ad quam vitis disponatur.* Arbores rumpotinas *max vocat, quae verba statim damus in R V M P O T I N E T V M.* Sed Plin. 14, 1 f. 3 *videtur peculiarem speciem facere Rumbotinum: sic habent libri, vel rhombotinum, vel rombōtinum.* Rumbotinus, *inquit, vocatur, et*  
 60 *alio nomine populus (al. opulus: sed illud desepidit ex MSS. Harduinus)* arbor Italiae Padum transgressis, cuius tabulata in orbem patula replent, vites, etc. Plin. 24 vlt. f. 112 *ad hunc ipsum locum respiciens, Rombotinum, (al. Rumpot.) arborem demonstrauimus inter arbuta: iuxta hanc viduam vite nascitur herba, quam Galli rhodoram vocant.* Plin. 65 24 vlt. f. 112. *vid. sequentia.*  
 R V M P O T I N E T V M, i. n. Locus arboribus rumpotinis constitus. Columel. 5, 7, 2 Nam fere ita constitutum rumpotinetum animaduerti, ut ad octo pedes locis siccis et cliuosis, ad duodecim locis planis et vliginosis tabulata disponantur, plerumque autem ea arbor in tres ramos diuiditur, quibus singulis ab vtraque parte complura brachia summittuntur, tum omnes pacne virgae, ne vmbrent eo tempore, quo vitis putatur, abraduntur. Arboribus rumpotinis si frumentum non inferitur, in vtramque partem viginti pedum spatia interueniunt.  
 R V M V S C V L V S, *vid. R V M O R.*

## R V N

- R V N A, ae. f. Genus teli significat, *auctore Festo.* Turnebus *suspiciabatur, restituendum hoc nomen* Cic. de Legib. 3, 20 c. 9 C. vero Gracchus ruinis et sicis iis, quas ipse se proiecit in forum dixit, quibus digladiarentur inter se ciues. *Sed retinuit tamen et probauit* ruinis. *At Dauisius ruinis in ipso textu.*  
 R V N A T V S, a, um. Ennius, Runata recedit, *i. e. Pilata, Festus Paulli.*  
 85 R V N C A, ae. f. pro Runcina veteres vsurpauerunt, teste Festo.  
 R V N C I N A, ae. f. [*ῥυνκίνα* Gloss. Lat. Gr. et Gr. Lat.] *Instrumentum fabrilis, planulam semibarbari dicebant, qua asses s. tabulae raduntur et poliuntur, Rabot, Galli vocant, Germani Hobel.* *Diserte admodum* Plin. 16, 42 f. 82 *de abiete, Eadem et valuarum repagulis, et*  
 90 *ad quaeque libeat intestina opera aptissima* — ramentorum crinibus pampinato semper orbe se voluens ad incitatos runcinarum raptus. *Videmusne fabrum, ut totis viribus impellit runcinam, ut per ipsum cauum runcinae exeunt illa ramenta in helices et spiras, pampini, i. capreoli more ab ipso runcinantis impetu flexa?*  
 95 R V N C I N O, are. [*ῥυνκίνα* Gloss. Gr. Lat. runcinat *ῥυνκίνας καὶ ῥυνκίνας*] Varro de L. L. 5 *extr.* Runcinare a runcina, cuius origo Graeca, *ῥυνκίνα.* Et Arnob. 5 p. 177 Ex arbore ramum dolat, runcinat, etc. Deus ligneus caeditur, dolatur, runcinatur Min. Felix c. 23 n. 9.  
 100 R V N C O, are. [*ῥυνκίνα*] Eruere, euellere noxias herbas. Cornutus ad Pers. 4, 36 Runcari proprie segetes vel herbae dicuntur. Plin. 18, 21 Siliginem, far, triticum, semen, hordeum occato, farritō, runcato quibus dictum erit diebus. *Apud Caton. c. 2 Runcare spinas.* *conf. ibid. c. 161. Colum. 2, 11. et 11, 2, 40. Varro. R. R. 1, 30. Pallad. Febr. 6. Plin. 18, 18.*



**RUNCANS**, antis. Perf. 4, 36 *virum mollem et loca obscena vellentem describit*, Penemque arcanaque lumbi Runcantem. Inter busequas rufficanos subulcosque runcantes Sidon Epist. 1, 6. *Coluius p. 11 emendat roncantes aut ronchantes: et sic edidit Sirmond.*

**RUNCATIO**, ōnis. f. [*βουνομαδς*] *Euulsio ipsa.* Plin. 18, 5  
21 Runcatio, quum seges in articulo est, euulsis inutilibus herbis, frugum radicem vindicat, segetemque discernit a caespite. *conf.* Columel. 2, 9 et 12. *item* 11, 3, 19. Pallad. Mart. t. 9.

**RUNCATOR**, ōris. m. [*βουνομαδς*] Columel. 11, 3, 19 Quaeque praeteriero, intelligi oportebit nullam operam postulare, runcatoris. *conf.* Idem 2, 13, 1.

**RUNCINA** Dea, tum placabatur, quum frumenta runcanda essent Augustinus de C. D. 4, 8.

**RUNCO**, ōnis. m. Pallad. 1, 43, 3 Runcones, quibus vepreta persequimur. *conf.* Isidor. 20, 16.

## R V O

**RVO**, rui, rutum, ēre. [*ρίπτω, ἄρρω, ὄρω*] *Concidere, sed etiam impetu quocunque sursum, deorsum, in quacunque plagam ferri* 20  
Virg. Aen. 2, 290 Ruit alto a culmine Troia. Ter. Heaut. 4, 3,  
41 Quid si nunc caelum ruat? Ruere illa non possunt, vt haec non eodem labefacta motu concidant Cic. pro Lege Manil. 19. Et subito casu, quae valuere, ruunt Ouid. ex Pont. 4, 3, 36. Aether arduus ruit Virg. Georg. 1, 324. *i. pluit vehementer.* Caelum ruit imbris Martial. 3, 100. Dies ruit Virg. Aen. 10, 256. 25  
*i. celeriter aduenit.* Ita ruit resoluta frenis legum Lucan. 2, 145. Rara fides, vbi iam melior Fortuna ruit Sen. Herc. Oct. v. 602. Nox ruit Virg. Aen. 6, 539. Sol ruit interea, et montes umbrantur opaci Idem ibid. 3, 508. Venti ruunt qua data porta Idem ibid. 1, 87. Venti ruant liceat, et faciant procellae, imperat furori viresque tantas compefcit Plin. 32, 1 *in fabulosae ecbeneidis exaggeratione.* Ver ruit, Praecipitatur, declinat, in finem vergit Virg. Georg. 1, 313 Vel quum ruit. imbriferum Ver. Idem Aen. 6, 44 Vnde ruunt totidem Voces responsa Sibyllae, *i. funduntur, exeunt.* Annes de montibus ruunt Virg. Aen. 4, 164. Flumina ruunt per apertos campos Ouid. Met. 1, 285. Impetus vnde ruit Idem ibid. 11, 530. *Frequenter de his dicitur, qui non ratione iam ducuntur, sed cupiditate, et velut furore quodam feruntur impulsu.* Virg. Aen. 10, 811 Quo moriture ruis? maioraque viribus audes? *conf.* ibid. 9, 438 etc. Ter. Heaut. 2, 3, 128 Vide sis ne quid imprudens ruas. Cic. Att. 7, 19. *de Caesare,* At illum ruere nuntiant, et iam iamque adesse. *ap.* Tacitum frequens eius hoc sensu usus est: *vid.* Pichen. ad Agric. n. 68. Cic. pro Marcell. 14 c. 5 Tantumque apud me grati animi fidelis memoria valuit, vt nulla non modo cupiditate, sed ne spe quidem prudens et sciens tanquam ad interitum ruerem voluntarium. Quo, quo scelsti, ruitis? Hor. Epod. 7, 1. Cic. Att. 2, 14 Nihil est iam, quod magis timendum nobis putem, quamne ille noster Sampficeramus (Pompeius) quum se omnium sermonibus vapulare videbit, ruere incipiat, *i. imprudenter per iracundiam agere omnia.* Cic. Offic. 3, 55 Emtorem pati ruere, *cupiditate excaecatum nimis coro emere.* 2  
*Cum Praepositionibus saepe ponitur.* Ad naues Tacit. Hist. 3, 77, 3. Ad urbem ruere infesto agmine Liu. 3, 3. In agendo ruere, et saepe peccare Cic. pro Domo 141. In arma media ruere Virg. Aen. 2, 353. In bella Idem ibid. 7, 782. In facinus Senec. Octau. 17. In fata media Liu. 8, 24. In ferrum Virg. Aen. 8, 648. In fugam Liu. 26, 40. In furias et ignem Virg. Georg. 3, 244. In perniciem suam Liu. 37, 43. In praelium apidi ruunt Idem 7, 14 *extr.* In rixam Quinctil. 2, 12. In hostium tela Liu. 7, 15. In vulnera ac tela Id. 26, 44. Per fas omne nefasque ruere Lucan. 5, 313. Per medios ruit Virg. Aen. 4, 647. Per nefas vetitum gens humana ruit Hor. Carm. 1, 3, 26. Sine lege ruere Ouid. Met. 2, 204. Portis (ex portis) mane ruunt Virg. Georg. 4, 185. Portis ruere etiam Liu. 27, 41. 3  
*Transitiue significat facere vt aliquid ruat, impellere.* Plaut. Trin. 4, 1, 18 Imbres fluctusque atque procellae infensae frangere malum, Ruere antennas, scindere vela. Lucret. 1, 173 Venti vis verberat incita pontum, Ingentesque ruit naues, et nubila differt. Hor. Sat. 2, 5, 22 Tu, protinus, vnde Diuitias aerisque ruam dic, augur, acruos, *i. eruam: nam vnde est ex quo.* Vt Virg. Aen. 11, 211 Moerentes altum cinerem, et confusa ruebant Ossa focus: quod per eruere, leuare interpretatur Seruius. Virg. Georg. 1, 105 Quid dicam, iacto qui semine cominus arua Insequitur, Cumulosque ruit malepinguis arenae? *i. mouet, diruitque.* Virg. Georg. 2, 308 *de igni,* Et totum inuoluit flammis nemus: et ruit atram Ad caelum picea crassus caligine nubem. *i. e.* Egerit, emittit, et ruere facit. nam modo Ruit, agentis est. Seruius. Ter. Adolph. 3, 2, 21 Caeteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, prosternerem, *vid.* Donat. ad h. l. Cedenteinque sequens instat, turbatque, ruitque, Attonitoque negat requiem Ouid. Met. 12, 134. Plin. 11, 37 Cornea et acuta volucris rostra. Eadem rapto viuentibus adunca; collecto, recta; herbas ruentibus, limumque lata, vt suum generi. Spumas falis aere ruebant Virg. Aen. 1, 35. Laxabat ferro, campoque pericla ruebat Sil. 6, 319. Curuatas glacie siluas umbone ruebat Claud. de Laud. Stilic. 1, 128. *conf.* Cort. ad Sallust. Iugurth. 85, 26. Quaerit, quorsum potissimum in praedam superne se ruat Apul. Flor. p. 341, 6 *de aquila.* Ab hac significatione transitua Rutrum dictum est; *item composita,* Deruo, Diruo, Eruo, Obruo.

**RUENS**, entis. Part. Virg. Aen. 4, 401 Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes. *conf.* Catull. 65, 392. Hor. Carm. 1, 16, 12 Nec saeuus ignis, nec tremendo Iuppiter ipse ruens tumultu. Danaï ad tecta ruentes Virg. Aen. 2, 440. Nimio ruentium onere pressae naues Tacit. Hist. 3, 77, 4. Aceruus ruens Horat. Epist. 2, 1, 47 est Sorites. Accedat stomacho fultura ruenti Idem Sat. 2, 3, 154. Imperium ruens Lucan. 5, 200. Ira ruens Propert. 3, 14, 44. Dextra Sustentare ruentem Virg. Aen. 10, 338. Nilus Idem Georg. 4, 292. Fulcire ruentem Sil. 11, 234.

**RVTVS**, a, um. Partic. Pass. cuius usus praesertim, et forte solus est, in formula ruta caesa, quam ita interpretantur cum Scaeuola suo Icti i. 66 D de contrah. emtion. Quae neque aedium, neque fundi sunt. Et l. 241 de V S. Quae terra non tenerentur, quaeque opere structili tectorioe non continerentur. Festus Ruta caesa dicuntur, quae venditor possessionis sui vsus gratia concidit, ruendo contraxit. Prioris generis itaque fuerint ligna et supellex omnis generis; huius fruges in granariis, arena, calx, etc. Ac reliquam disputationem Ictis relinquimus. *Vid.* v. g. Vlpian. l. 17 §. 6. et l. 18 §. 1 D. de action. emti. etc. 103

- Cic. de Orat. 2, 226 c. 55 *Crassus ad Brutum*, An iuri civili? (*te studere dices?*) Est paternum. Sed dicet, te cum aedes venderes, ne in rutis quidem et caesis solum tibi paternum recepisse. *Vna ergo vendidit ruta et caesa, et in his etiam solum, in quo pater sedens consulentibus operam dare consueverat.* Cic. Topic. extr. Plura, quam a te desiderata erant, sum complexus, fecique, quod saepe liberales venditores solent, ut cum aedes fundumue vendiderint, rutis caesis receptis, concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi causa apte et loco positum esse videatur. Sic tibi ad id, quod quasi mancipio dare debuius, ornamenta quaedam voluimus non debita accedere. Cic. Partition. 107 c. 31 Cum ex lege praedii quaeritur, quae sint ruta caesa? non scripti genus, sed verbi interpretatio controuersiam parit. Varro de L. L. 8, 60 p. 122, 36 In venditionis lege fundi ruta caesa ita dicimus, ut v producamus.
- 15 RVITVRVS, a, um. Partic. ut, Pons ruiturus Lucan. 2, 499.  
RVES, is. f. pro ruina, in Gloss. Cyrilli.  
RVINA, ae. f. [ῥῦναις, ῥῦμα] Proprie Casum significat alicuius rei, quae ruit, f. concidit. Cic. de Diuin. 2, 40 Eos enim ipsos iocandi causa inducit Epicurus perlucidos et perflabiles, et habitantes tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos propter metum ruinarum. *de diis loquitur.* Hor. Od. 2, 19, 15 Non leui ruina disiecta tecta. Plin. 17, 25 extr. Prodigium in nostro aeuo (*nempe aeuo*) Neronis principis, ruina factum in agro Marrucino, Vectii Marcelli — oliueto vniuerso viam publicam transgresso, aruisque inde e contrario in locum oliueti profectis. *Ruina est labes terrae et subita, tanquam a terrae motu concussio. Tempestates caeli ruinam vocari, non est mirum, postquam aethera, caelumque ruere vidimus, vid. RVO.* Virg. Aen. 1, 133 Fluctibus oppressos Troas, caelique ruina, i. e. Tonitribus, quorum sonus similis est ruinis. Seruius. Conf. Drakenb. ad Sil. 1, 251. Metaphor. Cic. in Catil. 1, 14 c. 6 Praetermitto ruinas fortunarum tuarum. Mentis illa fuit prima ruina meae Ouid. Epist. 12, 32. Patriae ruina Idem Met. 8, 498. In ruinam prona sunt, quae sine fundamento creuere Senec. de Ira 1, 16. Auuda Stat. Theb. 8, 132. Graves Horat. Serm. 2, 8, 54. Impendens Ouid. ad Liu. 363. Innocens, vid. INNOCENS. Perlucens Iuuen. Sat. 11, 13. Probrosae Hor. Carm. 3, 5, 40. Putres Lucret. 2, 1145. Tristes Virg. Aen. 1, 242.
- 20 25 30 35 40 45 50 55 60
- ¶ 2 Verba: Cadunt properante ruina summa Lucan. 5, 746. Collabi ruina, vid. COLLABOR. Conuulsa loca ruina Virg. Aen. 3, 414. Dedit ruinam domus Idem ibid. 2, 310. Dare sonitu ingenti ruinam Idem ibid. 11, 613. Edere ruinas Cic. de Legib. 1, 39. Facere ruinam, Ruere Horat. Serm. 2, 8, 54. Hinc Metaphor. Lucret. 1, 741 Principiis tamen in rerum fecere ruinas, i. Grauiter ceciderunt, lapsi sunt. Fit quasi paulatim nobis per membra ruina Lucret. 4, 940. Si fractus illabatur orbis, Impavidum Ferient ruinae Horat. Od. 3, 3, 8. Horum Consulium ruinas, vos, Consules, vestra virtute Fulistis Cic. post Red. in Senat. c. 8 pr. Impendet magna ruina Idem Att. 11, 22 (24). Incident ruinae capitibus nostris, vid. INCIDO. Labent cuncta quassata ruina Senec. Thyest. 9. Opprimi ruina, vid. OPPRIMO. Perire ruina Lucan. 5, 637. Restinguere incendium ruina, Catilina apud Sallust. in Catil. c. 31 extr. Cic. pro Mur. c. 25 *Ut in magno periculo, ne incendium euagetur latius, vicinarum utrinque domuum destructione et ruina cauetur: ita minatur Catilina, se non solum periturum, et illo velut incendio conflagraturum esse, sed potius tentaturum omnia, summa imis misturum, ut solatium haberet temp. sibi non esse superstitem, certe multos ut restinguatur illud incendium, vna ruituros.* Sarcire generis lapsi ruinas Virg. Georg. 4, 249. Ut extra ruinam Sint, quae impendet Cic. Att. 11, 24. Subdere caput ruinae, Periculo se exponere Curt. 5, 10, 9. Tonat horrificis Aetna ruinis Virg. Aen. 3, 571.
- RVINOSVS, a, um. Adj. [ῥεπινώδης] Quod ruinam minatur. Cic. Off. 3, 54 c. 12 Male materiatae, ruinosae Aedes. Vid. Vitruu. 2, 8. Sen. de Ira 3 c. 35.

## R V P

- RVES, is. f. [ῥῦξ, ἀπόρῥῦξ, ἀπόρῥυγῶς] Praerupta pars terrae, vel scopuli, aut saxi praegrandis, propter altitudinem ac procliuatatem inaccessa, quod veluti abrupta sit, a rumpendo dicta. Caes. Bell. Gall. 2, 29 Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, despectusque haberet, vna ex parte leuiter accliuis aditus in altitudinem non amplius ducentorum pedum relinquebatur. Virg. Ecl. 10, 14 Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Maenalus, et gelidi fleuerunt saxa Lycaei. Acuta Senec. Agamem. f. 6. Aëria in multum aëra assurgens Virg. Georg. 5, 508. Alta Idem Ecl. 1, 57. Ardua Ouid. Fast. 5, 293. Cauata Virg. Aen. 1, 314. Exesa Lucan. 3, 226. Frigida Propert. 1, 18, 27. Frondosae Sil. 7, 468. Ex magnis rupibus nactus plantitiem Caes. B. C. 1, 70. Maxima Horat. Serm. 2, 3, 59. Nubifera Valer. Argon. 4, 599. Praecelsa Virg. Aen. 3, 647. Scopulosa Lucan. 2, 619. Vastae Virg. Aen. 1, 166. Vndisonae Stat. Achil. 1, 198. Excindere rupes Stat. Silu. 3, 1, 124.
- RVPICAPRA, ae. f. [αἰζώκαρος] Capra siluestris, quasi rupium capra. Plin. 11, 37 Rupicapris in dorsum adunca cornua, Damis in aduersum. add. Idem 8, 53. et 28, 17.
- RVPEX, icis. m. Auis charadrium, sicut vertit Gaza ex Leuit. et Deut.
- RVPICES, um. m. Rupices a rupibus dicebantur et rustici, ut et Petrones a petrarum asperitate appellabantur. Festus. Gell. 13, 9 Sed enim veteres nostri non vsque adeo rupices et agrestes fuerunt, vid. Tertull. de Pallio c. 5. et Idem Apol. c. 21. et de Anima c. 6. Lucil. ap. Fest. in Squarrosi. Salmaf. ad Tertull. de Pallio l. c. Saluian. de Gubern. Dei p. 34 de tabulis decalogi vsurpat.
- RVPICO, onis. m. Idem. Apul. Florid. p. 344, 34 Rupicones, baiuli, tabernarii iunguntur.
- RVPIILVS, a, um. Gentis nomen, ex qua vnus cognomento Rex, de quo Horat. Serm. 1, 7, 1 Proscripti regis Rupili pus atque venenum Hybrida quo pacto, etc.
- RVPINAE, arum. f. Pl. Abrupta montium. Apul. Met. 6 p. 184 Vides istas rupinas proximas et praecutas in his praeminentes filices. conf. 7 p. 193. vid. Voss. Etym. in Rupes.
- RVPITIO, ire. Rupitias in XII (Tab.) significat Datum de-deris. Festus. Sed incerta omnia. Scal. suspicatur, rupsit.
- RVPTOR, RVPTIO, RVPTVS, vid. RVMPO.

**R V R E S T R I S, R V R I C O L A, R V R O, a r e. vid. R V S.**  
**R V R I N A, vid. R V S I N A.**  
**R V R S V S, et R V R S V M. Adu. [αῦ, ἀφ' ὧν, αῦθις, ἀσάθις]** 5  
*significant Retro.* Ter. Hec. 3, 1, 35 Tace, trepidari sentio, cursari  
 rursum prorsum. Donatus, Rursum proprie Retro, Prorsum Ante  
 significat, et est prouerbiale, vt dicimus, Sursum deorsum, Intro foras,  
 Hac illac, et similia. Rursus, et Prorsus, *contraria.* Varr. Andabat.  
 Mortales multi rursus ac prorsus meant. *vid. Non. 4, 402. ibidem-*  
*que Enn.* Rursum vorsum Plaut. Epid. 2, 2, 63. Rursus, E  
 contrario, *vt vult Donatus.* Ter. Eun. 4, 4, 45 Heus tu, negato rur-  
 sum. *i. Contrarium superioribus dicit.* Ibid. 2, 2, 20 Quidquid  
 dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque. Quem ca-  
 sum neque, vt plerique fortium virorum, ambitiose, neque per lamen-  
 ta rursus ac moerorem muliebriter tulit Tacit. Agric. c. 28. *Conf.*  
 Idem Hist. 2, 43, 2. Rursus, *Denuo, iterum.* Ter. Eun. 1, 1, 16  
 Inimicitiae, induciae, bellum, pax rursum. Cic. pro Muraen. 15  
 Facis vt rursum plebs in Auentinum seuocanda esse videatur. Virg.  
 Aen. 2, 655 Rursus in arma feror. Scandunt rursum equum Virg. 20  
 Aen. 2, 401. *Add. Naeu. ap. Charif. 2 p. 193. Abundat Plaut.*  
 Poen. Prol. 79 Reuertor rursus denuo Carthaginem. Recidit rur-  
 sus Suet. Caes. c. 17. Rursus reducere legiones Caes. B. G. 6, 1.  
*ita cum Referre Tac. Germ. c. 18 extr. Renouare Caes. B. C. 3,*  
 92. Repetere Suet. Caes. c. 2. Reuerti Caes. B. G. 4, 4. 25  
 Reuocare Claud. in Rufin. 1, 359. Petron. c. 23 *ubi vid. Erbard.*

**R V S, r ū r i s. n. [ἀγρός] Locus extra urbem, ubi agri sunt et villae.**  
 Ter. Eun. 1, 2, 107 Rus ibo. Rura, veteres Incultos agros dice-  
 bant, id est, siluas, et pascua. Ex libello variorum auctorum, de Li-  
 mitibus *apud Rigalt. p. 299.* Solatia ruris Aues Ouid. Fast. 1, 441.  
*Sed ordinarie loca culta: vt Amatores ruris Hor. Epist. 1, 10, 2. Cic.*  
*pro Rosc. Amer. 133 c. 46 Habet animi relaxandi causa rus amoenum*  
*et suburbanum.* Aprica Hor. Carm. 3, 18, 2. Aspera dumis  
 Virg. Aen. 4, 527. Cretosa rura Cimoli Ouid. Met. 7, 463. De-  
 via Ouid. Met. 1, 676. Diuini gloria ruris Virg. Georg. 1, 168. 35  
 Exiguum, *vid. mox Ingentia.* Ferax Ouid. Met. 1, 694. Flo-  
 rea Virg. Aen. 1, 434. Fluuialia Sil. 13, 85. Frigida Virg.  
 Georg. 3, 324. Gaudentia Stat. Silu. 3, 1, 78. Inambitiosa  
 Ouid. Met. 11, 766. Laudato Ingentia rura, Exiguum colito 40  
 Virg. Georg. 2, 412. Innocui ruris labor Sen. Herc. fur. f. 11. Me-  
 rum, *homo plane rusticus* Plaut. Truc. 2, 2, 14. Obsita pomis  
 Ouid. Met. 13, 719. Opaci ruris vmbrae Virg. Georg. 1, 156.  
 Opulenta Senec. Troad. 1021. Parua Hor. Carm. 2, 16, 37.  
 Pascua Lucret. 5, 1247. Saturum Perf. Sat. 1, 71. Sobria, *In* 45  
*quibus non nascitur vinum* Stat. Silu. 4, 2, 37. Sordida Virg. Ecl.  
 2, 28. Suburbana Hor. Epist. 1, 7, 76. ¶ 2 *Verba:*  
 Abducere rus, *vid. ABDVCO.* Auellere rus ab aliquo, *vid. AVEL-*  
*IO.* Carpere rura, *vid. CARPO.* Continere se ruri Ter.  
 Phorm. 2, 2, 16. Euolare rus ex vrbe, tanquam ex vinculis. Cic.  
 de Orat. 2, 22 c. 6. Habitare ruri Cic. Off. 3, 112 c. 31. In-  
 ducere in rura oues et armenta, *vid. INDVCO.* Mittere aliquem  
 rus Quinctil. 2, 8. Morans rure Martial. 4, 45. Nutrit rura Ce-  
 res, almaque Faustitas Hor. Carm. 4, 5, 18. Pascuntur omni rure  
 Columel. 8, 10. Peragvare rura, *vid. PERAGRO.* Scindere 55  
 rura bubus Senec. Troad. 11. Secedere rus Scribon. 163. Red-  
 ire vel venire rure Ter. Eun. 5, 5, 25. Cic. Fam. 5, 20 Quum  
 Tullius rure redierit, mittam eum ad te. Hirtius Ciceroni Att.  
 15, 6 Rure iam redierim. Est ruri: Cic. pro Cluent. 141 c. 51 For-  
 te euenit vt ruri in Priuernate essemus. Rure esse autumant 60  
 Plaut. Merc. 4, 5. suppos. 2, 18. Tendit rus Quinctil. 11, 2.  
 ¶ 3 *Rus, per translationem, pro Sermone inconcinno, inuenusto, illeptido,*  
*inornato, et rusticitatis pleno.* Rus merum Plaut. Truc. 2, 2, 14. *de*  
*homine agresti.* Catull. in Annales Volusii f. 34, 19 Pleni ruris, et  
 inficetiarum Annales Volusii, cacata charta. Inficeto inficetior 65  
 rure Catull. 22, 14. Hor. Epist. 2, 1, 160 — Sed in longum ta-  
 men aeuum Manserunt, hodieque manent vestigia ruris. Ruri  
 et rure, *aduerbialiter, vt Peregre et peregri.* Festus, Ruri esse non  
 rure, dicendum. testis est Ter. in Phorm. (2, 2, 17) quum ait, Ruri  
 se continebat, ibi agrum de nostro patre, etc. Nullum fere discrim- 70  
 men obseruari in vsu rure et ruri, notat Malasp. ad Cic. Att. 13, 49.  
 Et iam Charif. 1 p. 115 cum multis exemplis ostendisset non modo dici Ru-  
 re veni; sed et filium negat esse rure: addit, Tamen contra, Ruri  
 agere vitam, perparce ac duriter se habere, Mitionem Terentius in  
 Adelph. (1, 1, 20) loquentem de fratre commemorat, non rure. 75

**R V S C V L E N T I A, a e. f. Rusticitas, ap. Plaut. 3, 2, 7. vulgo**  
**truculentia: sed vid. Taubm. ad Plaut. p. 1435. Parei Lex. Cr. p. 1102.**  
**R V S C V L V M, i. n. Dimin. Gell. 19, 9 Sub vrbe in rusculo.**  
**R V R I N A, a e. f. Dea agrorum, vid. R V S I N A.**  
**R V R O, a r e: [ἀγροῦ] et R V R O R, a r i. Depon. Ruri age-** 80  
**re, et opus facere.** Plaut. Capt. 1, 1, 16 Dum ruri rurant homines,  
 Varro Serrano, Dum in agro studiosius ruror, adspicio Triptolemm  
 sculponeatum bigas sequi cornutas. *Vid. Non. 2, 731.*

**R V R A L I S, e. Adi. Quod ad rus pertinet. Macrob. Saturn. 5, 2 Virgi-**  
**lius Theocritum sibi fecit pastoralis operis auctorem, ruralis Hesio-** 85  
**dum. Caes. Bell. Gall. 3, 14 Falces praeacutae, insertae, affixae-**  
**que longuriis, non absimili forma ruralium falcium. Sic legit Ro-**  
**bortellus, non Muralium, idque ex tribus vetustis codicibus. Edere**  
**locustas solitus ruralibus Aruis Iuenc. 1, 325. de Io. Baptista. Ru-** 90  
**ralia Negotia Ammian. 30, 7. Ruralium Operum negotiosus Sidon.**  
**8, 8. Firmicus 8, 11 In Virginis parte decima oritur Spica. Qui-**  
**cunque sub hoc sidere natus fuerit, erit ruralibus officiis semper appli-**  
**catus, et ad agrorum cultum patientia laboris adiunctus.**

**R V R A L I T E R. Adu. Cassiodor. Epist. 3, 51 Necdum fundatis aedi-**  
**ficiis ruraliter.** 95

**R V R A T I O, ō n i s. f. Apul. Apol. p. 310 Iste nec diis rurationis,**  
 qui eum pascunt ac vestiunt, segetis vllas, aut vitis, aut gregis pri-  
 mitias impertit. Ruratio omnis in farculo et furculo Apul.  
 Flor. 2 p. 350.

**R V R E S C O, ē r e. Enn. ap. Charif. p. 105. al. rarefcent.** 100

**R V R E S T R I S, e. Adi. [ἐπαρστος] Quod est ruris, vel eorum pro-**  
**prium, qui ruri degunt: Apuleius Met. 4 p. 143 Rurestri vocabulo**  
**vulgus indoctum Rosas aureas appellat. Campi Apul. Met. 7 p.**  
**194. Tibia Mart. Capella 9 p. 307. Opus rurestre, i. Ru-**  
**sticum. Paullus in l. Seruis vrbaniis §. muliones D. de legat. 3 Mulio-** 105

nes de urbano ministerio sunt: nisi propter opus rustre testator eos destinatos habebat.

RURICOLA, ac. c. [*ἄγραιος*] Qui colit rus. Columel. 10, 339  
Haec ne ruricolae paterentur monstra. Boues ruricolae Ouid.  
5 Met. 5, 479. Aratrum ruricola Idem Trist. 4, 6 pr. Formi-  
cula ruricola Apul. Met. 6 p. 177. Lupae Prudent. aduersus  
Symm. 1, 105.

RURICOLĀRIS, e. Adi. Fortunat. de Vita Martin. 1, 326 Culto-  
tores ruricolares.

RVSTĪCVS, a, um. Adi. [*ἄγροικος*] Cultor ruris, aut moribus, sermone,  
sententiis eorum similis, qui ruri semper, remoti ab urbana vita, degunt.  
Licet substantiue interdum poni videatur, praesertim cum aliud sibi Adie-  
ctiuum adiunctum habet, tamen veri nominis Adiectiuum est. Virg.  
10 Georg. 2, 406 Iam tum acer curas venientem extendit in annum Ru-  
sticus, etc. Urbani fiunt rustici Plaut. Metc. 4, 3, 17. Rusti-  
cus, abnormis sapiens, crassaque Minerua Horat. Sat. 2, 2 pr. Ca-  
tus, quantumvis rusticus Idem Epist. 2, 2, 39. Rusticus exspectat  
Hor. Epist. 1, 2, 42. Rustica Phidile Idem Od. 3, 23, 2. Et pote-  
rit dici petulans, quae rustica non est. Et poterit dici rustica, si qua  
20 proba Ouid. Rem. Am. v. 350. Conf. Idem Am. 3, 10, 17. Ru-  
stici, in genere pro indoctis et indifertis, ap. S. Hieron. vid. Gronou.  
Obs. Eccles. c. 19. Virg. Ecl. 2, 56 Rusticus es Corydon. Ser-  
mo urbanorum, et Rusticorum, contraria Cic. in Orat. 81. Idem  
pro Quint. 12 Erat ei pecuaria res ampla et rustica, sane bene culta  
et fructuosa. Aratra rustica Ouid. de Arte Am. 2, 184. Con-  
iux Ouid. Epist. 1, 77. Coniugia Idem Met. 14, 522. Corda  
Propert. 4, 1, 12. Dona Ouid. de Arte Am. 2, 264. Gallina ru-  
stica quae sit, disputatur ad Varron. 3, 9, 16 Gallinae rusticae sunt in  
vrbe rarae, nec fere mansuetae sine cauea videtur Romae, similes  
30 auis, de qua Martial. 13, 76 Rustica sum perdix: quid refert, si sa-  
por idem est? Carior est perdix? sic sapit illa magis. Homi-  
nes rustici et agrestes Cic. Philipp. 10, 22 c. 10. Manus indoctae ac  
rusticae Quinctil. 1, 11, 16. Mores Cic. pro Rosc. Amer. 75 c. 27.  
Pollio amat nostram, quamvis est rustica, Musam Virg. Ecl. 3, 84.  
35 Populus Ouid. Fast. 3, 783. Prouerbiu Liu. 23, 47. Quae-  
rela Ouid. Epist. 17, 12. Res rusticas vel fructus causa, vel delecta-  
tionis inuisere Cic. de Orat. 1, 249 c. 58. Ouid Fast. 6, 534 Ru-  
stica Sedulitas gratior arte fuit. Silua rustica Ouid. Epist. 4, 102.  
40 Titulus rusticior Senec. Epist. 88. Vinalia rustica, vid. s. l.  
Vita rustica et agrestis Cic. pro Rosc. Amer. 75 c. 27. Quinctil. 2,  
4. Comparat. Sermonari rusticius videtur, sed rectius: sermo-  
cinari, crebrius est, sed corruptius Gell. 17, 2.

RVSTICE, Adu. [*ἄγροικος*] Ut solet rusticus, Imperite. Cic. de  
45 Orat. 3, 42 Ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores,  
non asperere, ut ille quem dixi, non vaste, non rustice, non hiulce,  
sed presse et aequaliter, et leniter. Rustice facere Cic. Att. 12, 36.  
Squalere Apul. Met. 5 p. 172. Vrgent rustice sane Cic. Off. 3 c. 9.  
Compar. Hor. Serm. 1, 3, 31 Rideri possit eo quod Rusticius tonfo  
50 toga defluit.

RVSTICĪTAS, ātis. f. [*ἄγροικία*] Contraria est Urbanitati.  
Martial. 7, 57 Quae aliquem Curios semper, Fabiosque loquentem,  
Hirsutum et dura rusticitate trucem. Plin. 35, 4 s. 9 Post eum M.  
Agrippa, vir rusticitati quam deliciis prior. deinde toruitatem  
55 dicit. Urbanitati contraria est rusticitas Quinctil. 6, 3, 17. Ru-  
sticitas sermonis Idem 11, 3, 10. Vultus pudentes sine rusticitate  
Ouid. Epist. 20, 59. Hic est Rusticitas, timida quaedam et indecens  
verecundia. Sic Ouid. Amor. 1, 8, 44 Et si rusticitas non vetat, ipsa  
rogat. Rusticitas, non pudor ille fuit Ouid. A. A. 1, 672. Ex-  
60 cutienda est rusticitas Ouid. Epist. 17, 186. ¶ 2. In laude  
est Plin. 1, 14, 4 Brixia multum adhuc verecundiae frugalitatis atque  
etiam rusticitatis antiquae retinet. Hieron. Epist. 43 Non adeo  
hebetis me fuisse cordis, et tam crassae rusticitatis. Idem Epist. 1.  
Quanto magis nos, expolito iam artibus mundo, id non debemus  
65 omittere, quod illi sibi praestiterunt, apud quos erat cruda rusticitas,  
et qui humanitatem quodammodo nesciebant. ¶ 3  
Rusticitas, Opus rusticum, et tractationem rei rusticae notat Pal-  
lad. de insit. 6 ubi suos libros vocat Pura tantum rusticitate rudes.  
Et in ipso fine, Carmina tu duros inter formata bidentes Aspera, sed  
70 miti rusticitate, leges. Pro rusticis Pallad. 1, 31 Et si qua rusticitas  
consuevit infundere. Sic Lege 3 §. 3 Cod. de defensi. ciuit. Vtili  
ratione prospectum est, ut innocens et quieta rusticitas peculiaris pa-  
trocinii, id est, defensoris locorum beneficio fruatur.

RVSTICVLVS, a, um. Dimin. Cic. pro Sext. 82 c. 38 Sensit  
75 rusticulus non incautus, etc. Rusticulo cuidam, forte humilitatis  
obsuro Arnob. 7 p. 244. Lupae Prud. adu. Symm. 1, 105. al. ru-  
ricolae. Nomen Aufon. Eidyll. 7, 4. Martial. 10, 19  
Nec doctum fatis, et parum seuerum,  
Sed non rusticulum nimis libellum

80 Facundo mea Plinio Thalia I, perfer, etc.

RVSTICELLVS, i. m. Dimin. Varro apud Plin. 7, 20 s. 19 Ru-  
sticellus, inquit, Hercules appellatus.

RVSTICĀNVS, a, um. Adi. [*ἄγροίτερος*] Idem quod Rusticus.  
Cic. Verr. 5, 34 Vnum illud quod ita fuit illustre, notumque omnibus,  
85 ut nemo tam rusticanus homo, L. Lucullo, et M. Cotta Consulibus,  
Romam ex vilo municipio vadimonii causa venerit, etc. Busequae  
Sidon. Epist. 1, 6. Homines rusticani ex municipiis Cic. Verr. 1, 127.  
Conf. Idem Att. 8, 13. Municipia Cic. S. Rosc. Am. c. 15. Parli-  
monia rusticana Cic. pro Quint. 92. Idem de Orat. 3, 39 Et illud  
90 quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum.  
Cic. pro Rosc. Amer. 44 c. 15 Tamenne haec attenda vita et rusticana,  
relegatio atque amandatio appellabitur?

RVSTICĀRIVS, a, um. Adi. [*ἄγροικικός*] Quod ad rusticum  
pertinet. Cato 11, 4 Falces siluaticas quinque, arborarias tres, rusti-  
95 carias decem. Sic primae edit. Sed a Victorio Ruscarias. Varro  
de R. R. 1, 22, 5 Rusticariae falces. Et hic Ruscariae legitur.  
Vid. sub RVSCVM.

RVSTĪCOR, āri. [*ἄγραιλίω*] Ruri agere. Cic. Fam. 16, 23  
Liceat modo rusticari. Idem pro Arch. 16 c. 7 Pernoctant no-  
100 biscum, peregrinantur, rusticantur. Dies ad rusticandum dati  
Cic. de Legg. 1 c. 3. Conf. Idem de Orat. 2 c. 6. Colum. 11, 1.  
Sidon. Epist. 8, 6.

RVSTICATIO, ōnis. f. Columel. 11, 1, 6 Scientia rusticationis.  
Idem 11, 1, 10 Rusticationis magna et diffusa materia. Add. 11, 1, 28.  
105 it. 1 Pr. 13. 1, 1, 6 etc. Cic. de Amicit. 103 c. vlt. Neque solum  
H h 2 militia,

militia, sed etiam peregrinationes, rusticationesque communes. Aufon. Epigr. 10.

**RVSTICĀTIM**, Adu. [*ἀγροίως*] pro Rustice. Pomponius, Aleonibus, At ego rusticatum tangam, urbanatim nescio. Haec Non. 2, 747.

**RVSTICĀTVS**, ūs. m. Rusticatio. Cic. Att. 12, 1 In rusticatu garrere et scribere. *Alii aliter legunt.*

**RVSCINO**, ōnis. f. Oppidum in extremis Galliae finibus, non procul a Pyrenaeis montibus, cuius meminit Plin. 3, 4.

**RVSCVM**, i. n. siue **RVSCVS**, i. m. [*χαμαδαΐων, κινός βατον, εἶδος βοράων* Gloss. Lat. Gr.] Festus, Ruscum est, ut ait Verrius, amplius paullo herba, et exilius virgultis fruticibusque, non dissimile iunco. *Quae sequuntur apud Festum de colore, damus in RVSSVS.* Virgultum vnde vites ligantur, auctore Seruio. Virg. Georg. 2, 413 Nec non etiam aspera rusci Vimina per siluam. Horridior rusco

Virg. Ecl. 7, 42. ubi Seru. Virgulta breuia, acutis foliis et pungentibus; vnde et in sacris scopae fieri solent. Rusco legit Gifan.

Ind. Lucret. Conf. Colum. 7, 10. Plin. 21, 16. et 23, 9. Rusco etiam sepes muniebantur antiquis. Columel. 10, 375 Hirsuta sepes nunc horrida rusco Prodit.

**RVSCARIVS**, a, um. Adi. *Vt, Falx ruscaria, i. Ruscis secandis* apta Cato R. R. II, 4. *ubi satis lectionem videmur stabilisse.*

**RVSCO**, āre. i. Runcare. Ita legit Hauercamp. ad Tertull. Apol. 4 Nouis principalium edictorum et rescriptorum securibus ruscatis et caeditis.

**RVSINA**, ae. f. Dea, Cui rura committebant antiqui, ut ait Augustinus C. D. 4, 8. *Eam quidam Rurinam vocitarunt.*

**RVSPÓ**, āre. et **RVSPOR**, ari. [*ῥεσπύω*] Saepe seu diligenter scrutari Accius Meleagro, Vagent ruspantes situs. Haec Nonius 2, 744. Festus, Rusparsi esse crebro quaerere, hoc versu indicatur, Et ego ibo, ut latebras ruspans rimer amaptimas. Alibi stantem copiam, alibi deserentem runcare atque ruspate Tertull. de Pall. c. 2. Conf. Iunii not. p. 9.

**RVSSATVS**, vid. **RVSSVS**.

**RVSSVS**, et **RVSSEVS**, a, um. [Vet. Gloss. *ῥυσός*] Coloris nomen est rubri, ignei, sanguinei, in equis etiam probati. Vnde dictus sit non desiniam: a rhoë id est malo Punico, an, quod placet Scalligero Coniect. in Varron. p. 147 pr. a rusco, quasi rusceus? Nempe Festus in descriptione rusci, quam dedimus, addit, Cuius coloris rebus uti mulieres solitae: et laudat locum e Catonis Originum septimo, quem ita constituit Scaliger, ut tribuat mulieribus russeas fascias. Sic Fotis Apuleiana Met. 2 p. 117, 33 Linea tunica mundule amicta, et russea fasciola praenitente — fuccinctula. Ridiculum facit Trimalchionem suum Petron. 27 pr. Senem caluum, tunica vestitum russea. Pallad. Mart. 13, 4 Colores equorum, hi praecipui, badius, aureus, albineus, russeus, murteus, ceruinus etc. Apud Isid. Orig. 12, 1 Roseus legitur, sed vitiose, ut Calliod. Var. 3, 52 ubi tamen notat Fornerius, in Vett. editt. esse russeum. Corippus 1, 324 ubi de quatuor factionibus Circi, Roseus aestatis rubra sic veste refulgens. Ruizius transponit, Aestatis roseus etc. Sed videtur dedisse auctor Russeus. Russeus etiam firmat apud Tertull. de Spectac. 9 Pamelius. Et Rufata factio nimis nota. Bochartus Hieroz. 1, 2, 7 pr. Russeos equos esse Graecorum *ῥυσός* luculenter ostendit. Catullus 39, 17 Quod quisque minxit, hoc solet sibi mane Dentem atque russam defricare gingiuam. Placuit praesertim hic color in vestibus militaribus. Locum Isidori dabimus statim in **RVSSATVS**. Nempe etiam de Romanis verum quoque erat illud Sil. 3, 236 Rubrae velamine vestis Ars erat in pugna fufum oculuisse cruorem. Vid. quos hic laudat Drakenb. Tunicas russas militares memorat Trebell. Pollio in Claud. 14 p. 383 Hack. *Φοινικῆς χιτῶνας i. purpureas vocari Graece, ostendit Salmasius et laudat Martial. 14, 129 cuius lemma, Canulinae rufae (russae) Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis (russis) Et placet hic pueris militibusque color. Russae et russis vnde habeat, non indicat, ne varietatem quidem indicat Salmasius. Repetit ad Vopisici Aurel. 46 p. 563. De factione russea, vid. FACTIO n. 2. Add. Fabrett. Inscriptt. 10, 2 Decurionibus et familiae panni russei. Caeterum docent exempla, non obtemperatum esse Grammaticis apud Charis. 1 p. 57 med. Qui russeum non magis dicendum putabant, quam albeum aut prafineum. Vid. Munker. ad Hygin. fab. 69 ubi de illo e inserto in pluribus agit. Sed recte, et Grammaticorum ad regulam, Lucret. 4, 73 Et volgo faciunt id lutea, russaque vela, Et ferrugina, etc.*

**RVSSĀTVS**, a, um. *Ruffata vestis.* Isid. Or. 19, 22 Ruffata, quam Graeci phoenicam [*Φοινικίδα, Φοινικῆν*] vocant, nos coccineam, reperta est a Lacedaemoniis (quorum alioqui Purpura nobilis) ad celandum coloris similitudine sanguinem, quotiens quis in acie vulneraretur, ne contemplanti aduersario animus aufereretur. Hac sub consulibus Romani vsi sunt milites, vnde etiam ruffati vocabantur. Solebat enim (leg. etiam) pridie quam dimicandum esset, ante principia poni, quasi admonitio et indicium futurae pugnae. Quidquid sit de nomine, rubri coloris fuisse saga, sagula, et paludamenta, satis constat. Caeterum hic alludens Tertull. de Coron. mil. Christiani 1 pr. Et nunc sanguine suo ruffatus, spe calceatus etc. De factione ruffata, vid. FACTIO n. 2.

**RVSSVĻVS**, a, um. Adi. *Idem quod Ruffus, ut, Fasciulae ruffulae* Capitol. in Albino 5. Tunicae ruffulae Vopisc. in Probo 4.

**RVSSEOLVS**, a, um. *Idem. ut, Sanies russeola* Prudent. Peristeph. II, 130.

**RVSTVM** ex rubus apud Festum: hinc dictae, ut quibusdam videtur,

**RVSTARIAE** falces, apud Varronem R. R. 1, 22, 5 quibus ruri secantur rubi, qui per agros serpunt. Sic Turnebus 13, 26. Sed Ruscum et Ruscariae praefendum, videor probasse ad Caton. II, 4.

**RVSTO**, āre. Legitur a quibusdam ap. Tertull. de Pall. c. 2. et Apol. c. 4. ubi vid. Hauercamp. it. Salmas. ad Tert. de Pallio p. 117. et Confut. Cercoët. p. 122. Gesner. ad Cat. II, 4. Goez. Ind. in Scriptores Rei Agr. voc. Subrunciui. Vid. RVSCO, quod praefendum videtur. Est autem idem quod runcare, ruscum exscindere.

## R V T

**RVTA** Caesa, vid. **RVTVS**, a, um. sub **RVO**.

**RVTA**, ae. f. [*ῥήγανον*] Herba, inter communissimas una, de qua Plin. 20, 13 In praecipuis medicaminibus ruta est: latiora fatiuae folia, rami fruticosiores: siluestris horrida est ad effectum, et ad omnia acrior. — Inter prima miscetur antidotis etc. Multa versabatur circa eam herbam superstitio. v. g. Plin. 19, 7 extr. Rutam furti-

- vam tantum prouenire fertilius putant, sicut apes furtivas pessime. Pallad. Mart. 4, 9, 13 et 14 *plufcula*, et hoc etiam, Prosequuntur (*interferendum*) maledictis etc. Col. 11, 3, 38 Velata manu debet runcari: quam nisi contexeris, perniciofa nascentur vlcera. Conf.
- 5 Scribon. 118. 188 sq. *Apud quem etiam Siluatica memoratur 117. et viridis 5 etc.* Cels. 4, 21 fin. Neque alienum est . . . cataplasinata immo ventri inguinibusque circumdare, praecipueque ex aceto rutam: vitare etiam, ne supinus obdormiat. Ita enim legendum et interpungendum esse monet Morgagn. Ep. 1 in Cels. De prouerbio
- 10 Cic. Fam. 16, 23 vid. PVLEGIUM. Coniici in rutae folium Petron. c. 37 et 58. Prouerbii speciem habet, et forte significat, In spatium minimum cogi et contrahi posse. Certe nihil dixisse melius puto interpretes. Acuentes lumina rutae Ouid. Rem. Am. v. 801. Capelliana ruta Mart. 11, 32. Botanici hodierni Rutam caprariam habent.
- 15 RVTVLA, ae. f. *Ruta pusilla*. Cic. Fam. 9, 22 Volo mentam pusillam ita appellare, vt rutulam.
- RVTACEVS, a, um. Adi. *Ex ruta, aut mixtum, aut omnino confectum*. Oleum rutaceum Plin. Valer. 2, 28.
- RVTATVS, a, um. Aliud Adi. [*πηγυρωτός*] *Ex ruta factum f. conditum*. Plin. 19, 8 Inuenio mustum rutatum populo datum. h. e. In quo macerata est ruta, siue ruta medicatum. Martial. 10, 48, 11 Secta coronabunt rutatos oua lacertos.
- RVTABRI, orum. m. Diēti sunt olim Rastri, quod eradant terram atque eruant, teste Varrone de L. L. 4, 31.
- 25 RVTABVLVM, i. n. *Instrumentum ruendo aptum*. Instrumentum, quo vtuntur rustici in prouendo igne, panis coquendi gratia, Festus. *Vtuntur Cato c. 11. et Columel. 12, 18 et 20 et 31. Inter munera ridicula saturnalia refertur a Suet. Aug. c. 75.* ¶ 2 *Apud Festum, Naeuius obscenam viri partem describens, Vel (inquit)*
- 30 *quae sperat se nupturam iri adulescentulo, ea licet senile tractet retributum rutabulum.*
- RVTILIVS, a, um. *Gentis Romanae nomen: e qua ille, de quo Cicero in Brut. 113 Rutilius in quodam tristi et seuro dicendi genere versatus, magnum munus de iure respondendi sustinebat. Sunt eius orationes ieiunae, multa praeclara de iure, doctus vir, et Graecis literis eruditus, Panaetii auditor, prope perfectus in Stoicis. Hic est, de quo Ouid. ex Ponto 1, 3, 63 Et graue magnanimi robur mirare Rutill. Al. Rutilli. Sed uno l Heinj. ac Bwm. hic et Fast. 6, 563 Hanc tibi, Quo properas? memorant dixisse, Rutili. Sed Martial.*
- 40 *5, 57 Famae Rutilium suae relinquat. Versus est Phalaecius. Est hic Rutilius Lupus Rhetor nobilis. Plures laudant Cicero, Val. Maximus, etc. Rutilius Geminus in Pontificalibus libris laudatur a Fulgent. Expos. Serm. Ant. p. 178 Munk. Festus, Rutilium, rufum significat: cuius coloris studiosae etiam antiquae mulieres fuere, vnde traxere, cognomina Rutiliae, vt indicat frequenter Afranius. Sed Coler. ad Val. Max. 2, 7, 3 Rutilum legit, et omittit Rutiliae.*
- 45 RVTILO, are. [*ρυθίλιω*] *Splendere: unde dicit, Aurum rutilare Plin. 16, 11. Arma rutilant Virg. Aen 8, 529. Varro de L. L. 6, 5 p. 78, 29 Apud Actium, iamque auroram rutilare procul cerno. Aurora dicitur ante solis ortum, ab eo, quod ab igne solis tum aureo aer aurescit. Quod addit Rutilare, est ab eodem colore. Aurei enim rutuli: et inde etiam mulieres valde rufae Rutilae dictae. ¶ 2 Rutilare, Actium, pro Rutilum facere. Val. Max. 2, 1, 5 de matronis Romanis, Quo formam suam concinniore efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt. Vid. Is. Voss. ad Catull. p. 142. Caligula apud Suet. c. 47 Rutilare comam cogit eos, qui Germani videri debebant. Plin. 18, 12 de sapone, Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis ex seuo et cinere. i. sapone: de qua re Martial. 14, 26 Caustica (Cattica at.) Teutonicos accendit spuma capillos: Captiuus*
- 60 *(abscissis e Germanico corpore) poteris cultior esse comis. (Vid. SPVMA n. 2.) Accendit igitur idem est quod rutilat. Ergo rutilare comas non est crispare, quod videbatur Gronouio, summo viro, ad Sen. Herc. fur. 948: sed colorem rutilum, ζαυδόν s. πυρρόν inducere: quod egisse Gallos et Germanos, dilucide ait Diod. Sic. 5, 28 pr. Se flammis*
- 65 *solis Arnob. 1 p. 7.*
- RVTILANS, antis. Partic. Stat. Theb. 11, 514 Aruaque sanguineo scribit rutilantia gyro. Compar. Fortunat. 8, 5 Vellere candidior niueo, rutilantior auro.
- RVTILATVS, a, um. Tacit. Hist. 4, 61, 1 Ciuilis, barbaro voto propexum rutilatumque crinem patrata denuum caede legionum, deposuit. Comae promissae et rutilatae Liu. 38, 17. i. rutilae a cultu et sapone, vid. RVTILO n. 2. Rutilato Colore coruscare Tertull. de Anima c. 9.
- RVTILESCO, ere. [*ρυθίλιωμαι*] *Rutilum fieri. Plin. 8, 55 In Alpibus candidi lepores, quibus hibernis mensibus pro cibatu niuem credunt esse: certe liquecente ea rutescunt annis omnibus. Sacra fulgura cur rutescant Mart. Capella 2 p. 21.*
- 80 RVTILVS, a, um. Adi. [*ρυθίλος, πυρρός*] *Rubri s. rufi coloris species, quod robigini, capillis, auro, sanguini etc. tribuitur. Vid. Gell. 2, 26. Seruulus veru tergens apud Plaut. Rud. 5, 2, 14 Nam hoc quidem pol e robigine non e ferro fabrefactum est: ita quanto magis extergeo, rutilum, atque tenuius fit. In fidem maiestatis adeo permulsiſſe malas, vt e nigro rutilum aeriſque affimilem capillum redderent: quod insigne mansit et in posteris eius et magna pars rutila*
- 85 *barba fuerunt Suet. Ner. c. 1. de Aenobarbis. Plin. 8, 18 Albis maculis rutilum colorem distinguuntibus. Idem 6, 22 Ipsos vero excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, caeruleis oculis, oris sono truci. Aurei rutili, et inde etiam mulieres valde rufae, rutilae dictae Varro de L. L. 6, 5 p. 78, 32. Canes rutilae, id est, non procul a rubro colore, immolantur, vt ait Ateius Capito, Canario sacrificio pro frugibus deprecandae saeuitiae causa fideris Caniculae. Festus. Capilli rutili Ouid. Met. 2, 319. Cervix leonis Sen. Herc. fur. 948. Comae Tac. Germ. 4, 2 vbi vid. Lips. et Agric. c 11, 2. Sint rectis rutilisque Cristulis Colum. 8, 2. de*
- 95 *gallis gallinaceis. Cruor Ouid. Met. 5, 83. Flamma Idem Fast. 3, 285. Mars rutilus et horribilis terris Cic. in Somn. Scip. 9 c. 4. de fidere. Paleae ex rutilo albicantes Colum. 8, 2. Squamae Virg. Georg. 4, 93. Comparat. Cato in Originib. apud Charif. Mulieres nostrae capillum cinere inungitabant, vt rutilior esset crinis. Sic laudat Voss. ad Catull. p. 142. Sed Putschius p. 78 med. rutilus dedit.*
- RVTRVM, i. n. [*σκάφην*] *Instrumentum, quo quid ruitur. Varro de L. L. 4, 31 p. 35, 15 Rutrum vt ruitum a ruendo. Scaliger falcem interpretatur (hoc enim κρηπίον est) itemque hostorium. Festus,*
- 100 *Rutrum tenentis iuuenis effigies in Capitolio Ephebi fuit, more Graecorum*

tinus in Illyrico potus. *Add.* Hieron. in Esai. 6, 19. *Vbi explicat* ζῆδον, genus potionis ex frugibus aquaque confectum, et vulgo in Dalmatiae Pannoniaeque prouinciis gentili barbaroque sermone appellatur Sabaium. *Vid.* Lindebrogius ad h. l. qui genera ac nomina eiusmodi potuum copiose persequitur. *Hinc*

SABAIARIVS, i. m. Ammian. 26, 8 Iniuriose compellabatur vt fabaiarius. *Ponit deinde, quae modo dedimus in SABAIA.*

SABANVM, i. n. *Lintae vestis genus.* Marc. Empir. 26 In fabanis constitutus. Pallad. Iun. 7, 3. Nunc mella conficimus, congestis in mundissimum Sabanum fauis, ac diligenter expres-  
sis. *Vid.* Schoesg. ad h. l. Isid. 19, 26 Sabanum Graecum nomen est, facitergium et manutergium vocatur. *Add.* Casaub. ad Suet. Aug. c. 83. *Meurs. Auct. Philol. p. 172.*

SABAOH. f. Pl. [σαβαωθ] *Militiae vel exercitus: unde Dominus sabaoth.* *Vid.* Tertull. aduers. Iud. 13. *Hic est, quem Sabaoth Deum vocamus Prudent. Cathem. 4, 7. Est impossibile, spectare profunda Sabaoth Idem Apoth. v. 901. ubi penultimam producit, et tanquam esset nomen Dei in Casu recto tractat.*

SABATA, Ptolemaeo 3, 1. Sabatium Plin. 3, 4. Sabatia Pomponio 2. *Maritima ciuitas Liguria.* *Hinc*

SABATIVS, a, um. Adi. Sil. 8, 491 Quique tuos Flauina focos, Sabatia quique Stagna tenent. *Strab. lib. 4 Ad Genuam Ligusticum emporium, et Sabatia vada nuncupata, quae paludes sunt, Apenninus quidem a Genua, Alpes vero a Sabatiis initium capiunt: Inter Genuam vero et Sabatios ducenta ac sexaginta stadia intersunt.*

SABATINVS lacus est Columel. 8, 16, 2 Inde Velinus, inde etiam Sabatinus, et ita Volturnensis, et Ciminius, lupos, auratasque procreauerunt.

SABATINA TIUS. *vid. TRIBVS.*

SABATHRA, *tolemaeo 4, 3 Vrbs paruae Syrtis.* Plinio Sabrata dicta. *Vid.* Drakenb. ad Sil. 3, 256.

SABAZIVS, i. m. *Nomen commune Ioui et Baccho.* Valer. Max. 1, 3, 2 de Cornelio Hispalo, Praetore peregrino, Idem, qui Sabazii Iouis cultu simulato mores Romanos inficere conati sunt, domos suas repetere coegit. *Postea tamen admissum Iouem Sabazium testantur* Inscriptiones antiquae Grut. p. 22, 4, 5 et 6. *itemque Reines. 1, 256 ubi illustrat. Simile huius Iouis factum fuisse Athenis docet Cic. de Legib. 2, 37 c. 15 Nouos Deos, et in his colendis nocturnas peruigilaciones sic Aristophanes, facetissimus Poeta veteris comoediae vexat, vt apud eum Sabazius et quidam alii DI peregrini iudicati e ciuitate eiiciantur. Sed hic Sabazius forte Bacchus est, qui passim apud Graecos hoc nomine celebratur. Vid. statim SABAZIA.*

SABAZIA, orum. n. *Sacra in honorem Bacchi instituta: de quibus Cic. de Nat. Deor. 3, 58 c. 23 Dionyfos multos habemus (i. Bacchos) — tertium Caprio patre, eumque regem Asiae praefuisse dicunt: cui Sabazia sunt instituta. Vid. hic, ex Graecis praesertim, Davisius.* Arnob. 5 p. 171 *cum narrasset Iouem in Draconem mutatum e*

*Proserpina (quam sub tauri specie latens e Cerere, sua matre, genuerat) suscepisse taurum, probandi causa citat primo Tarentinum notumque fenarium, Taurus draconem genuit, et taurum draco: additque, Ipsa nouissima sacra et ritus initiationis ipsius, quibus Sabadiis nomen est, testimonio esse poterunt veritati, in quibus aureus coluber in sinum demittitur consecratis, et eximitur nasus ab inferioribus partibus etc. Sabadius, Sebadius, Sebazius, Sabazius esse idem plane nomen, non indiget probatione.* Iul. Firm. de errore profan. relig. p. 15 *Sebazium colentes Iouem anguem cum initiantur per sinum ducunt.* Apul. Met. 8 p. 213, 9 *Omnipotens et omniparens dea Syria, et Sanctus Sabacius, et Bellona, et mater Idaea, cum suo Adone Venus domina, furiosa omnes numina, coniunguntur.* Macrobi. Sat. 1, 18 *In Thracia eundem haberi Solem atque Liberum accipimus, quem illi Sebadium nuncupantes magna religione celebrant. Vid. Selden. de DIs Syris c. 3. Dan. Heinsf. Arist. 5, 1 etc.*

SABBATHVM, vel SABBATVM, i. n. [τὸ σαββατον] *Vox Hebraica, inflexione Latina declinata, significans quietem, cessationem ab opere. Est autem Septimus dies, quo requieuit Deus ab operibus suis.* Plin. 31, 2 *In Iudaea riuus sabbatis omnibus siccatur. Antiqua ergo est fabella, quam habent Iudaei de suo Sambataione. Non satis attendisse Augustum rebus Iudaeorum, i. Sabbati nomen etiam ieiuniis illorum tribuisse, apparet ex epistola illius, quam seruauit Sueton. in August. c. 76 Ne Iudaeus quidem mi Tiberi, tam diligenter sabbatis ieiunium feruat, quam ego hodie seruauit. Idem in Tiber. c. 32 Diogenes Grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus, venientem, etc. Mentio Sabbati etiam, Hor. Serm. 1, 9, 69. Iustin. 36, 2, 14. Tertull. Apol. 18. Sen. Epist. 95. Rutil. Itin. v. 389. De Sabbato gentili-  
um peculiaris est Syrbii disquisitio. post Selden. de I. N. et G. 3, 15. Conf. item Brouckb. in Tibul. 1, 3, 18. Sam. Petit. Var. Lect. 2, 2. A. Riuet. de Sabbato. Iuuen. Sat. 6, 158 *Observant vbi festa mero pede sabbata reges.* Quid. Rem. Amor. 219 *Nec plumias opta, nec te peregrina morentur Sabbata, nec damnis Allia nota tuis.**

SABBATARIVS, i. m. [ὁ σαββαρίζων] *Qui sabbatum colit et obseruat, Iudaeus.* Martial. 4, 4 *in foedo odore describendo, Quod ieiunia sabbatariorum, Moestorum quod anhelitus reorum, etc. Dicitur adiectiue Sabbatarius luxus, i. Magnus et Festiuis Sidon. Epist. 1, 2. Add. Sirmondi not. p. 9.*

SABBATISMVS, i. m. *Sabbati celebratio.* Augustin. de Ciu. Dei 22, 30.

SABBATIZO, are. Incircumcisum, nec sabbatizantem laudauit Tertull. adu. Iud. c. 2. *Add. Vulg. Exod. 16, 30. et Leuit. 25, 2. Est nempe Sabbatum colere.*

SABELLVS, SABELLICVS, *vid. SABINVS.*

SABIDIVS, *Gentis nomen: cuius erat is, quem Martial. insectatur 1, 33 (89)*

Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare:

Hoc tantum possum dicere, non amo te.

Idem 3, 17 *Circumlata diu mensis scriblita secundis,*

Vrebat nimio saeva calore manus.

Sed magis ardebat Sabidi gula, protinus ergo

Sufflauit buccis terque quaterque suis.

Illa quidem tepuit, digitosque admittere visa est:

Sed nemo potuit tangere, merda fuit.

SABINA, ae. f. [τὸ σαβίνον] *Herba, de qua Plin. 24, 11 Herba Sabina brathy appellata a Graecis, duorum generum est. Altera tamaricae similis folio est, altera cupressi, etc. Columel. 6, 4 Alii fabinam herbam, rutanique cum mero diluunt. Conf. Plin. 16, 20. et 17, 13. Apul. de Herb. c. 85.*

SABINA, *Telum, vid. SIBYNA.*

SABINI, orum. m. *Antiquissimi Italiae populi sunt, et indigenae atque aborigines, vicini Latio, quos Apennini montis iuga vtrinque vallant, ut ait Plin. 3, 12 extr. Sabini, ut quidam existimauerunt, a religione et deorum cultu, [ἀπὸ τῆς ἀβείας] Seuii appellati Plin. 3, 12. Silius a Sabo, gentis auctore, Sabinos dici putat, 8, 423*

Pars laudes ore ferebant

Sabe tuas : qui de patrio cognomine primus

Dixisti populos magna dititione Sabinos.

10 Sabum istum Sanci vel Sancti esse filium tradit Dion. Halicarn. Antiq. 2, 51. Hos vocat fortissimos et florem Italiae Cic. pro Ligar. 32. Seuerissimi homines Cic. in Vatin. c. 15. Tristem et tetricam disciplinam antiquis Sabinis tribuit Livi. 1, 18. Mulieres Sabinae

(ex quo numero primas sibi rapuerunt Romani) prae caeteris placuerunt tanquam pudicae et castae; vid. Ouid. Amor. 1, 101 etc. Hor. Epod. 2, 39. Martial. 1, 63. Ardui Sabini Hor. Carm. 3, 4, 21. Bacifero Sabino nutrita gens Sil. 3, 596. Incultae Sabinae Ouid. Amor. 1, 8, 39. al. Immundae. Rigidi Sabini Hor. Epist. 2, 1, 25. Tetricae Sabinae Ouid. Amor. 3, 8, 61. Veteres Sabinae. Iuven. Sat. 10, 299.

20 Ager Sabinus Hor. Serm. 2, 7, 18. Varro R. R. 1, 14, 4. Caelum Hor. Epist. 1, 7, 77. Diota Idem Carm. 1, 9, 7. Ficus Varro R. R. 1, 67. Gens Sabina Ouid. Met. 15, 4. Herba Sabina Propert. 4, 3, 58. Sed de hac separatim agimus. Oleum

25 Pall. Mart. 9, 8. Salix Col. 4, 30, 4. Sol Sabinus Stat. Silu. 5, 1, 123. Hor. Carm. 1, 20, 1 Vile potabis modicis Sabinum Cantharis. Subaudi, Vinum. Cognomen Sabini assumebant quidam commendationis causa. Cic. Fam. 15, 20 Oratorem meum Sabinno tuo commendavi. Natio me hominis impulit, ut ei recte (commendari) putarem : nisi forte candidatorum licentia hic quoque vsus hoc subito cognomen arripuit : etsi modestus eius vultus, sermoque constans, habere quiddam a Curibus (quae urbs Sabinorum quondam caput fuit, Numae patria) videbatur. Hinc Sabini in Albiis, Albutiis aliisque pluribus gentibus : Sabinarum verò nomen hodie inter mulierculas frequentatur, quasdam etiam non valde tetricas.

30 SABELLVS, a, um. Aliud Adi. Diminutiui forma. Iuven. Sat. 3, 169 Fictilibus coenare pudet, quod turpe negavit Translatus subito ad Marfos, mensamque Sabellam. Virg. Georg. 2, 167 de Italia, Haec genus acre virtum Marfos, pubemque Sabellam, Affuetumque malo Ligurem Volcosque verutos Extulit, etc.

Idem Aen. 8, 510 Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabella Hinc partem patriae traheret. Anus Sabella Hor. Serm. 1, 9, 29. Carmina Sabella Idem Epod. 17, 28. Iaculator Sabellus Sil. 4, 221.

45 Ligonibus Sabellis versare glebas Hor. Carm. 3, 6, 38. Pubes Sabella Virg. Georg. 2, 167.

SABELLICVS, a, um. Aliud Adi. Virg. Georg. 3, 255 Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit fus.

SABELLIVS, i. m. Hereticus Trinitatem Personarum in Deitate negans. Vid. Arat. Apost. 1 v. 924.

50 SABIVSA, Porta dicebatur, quae recta in Sabinos ducebat.

SABRATHA, vid. SABATHRA.

SABVCVM Scribon. 160. pro, Sambucum.

SABVLVM, i. n. [ἀμμος] Arena tenuior et minutior. Plin. 17, 4 Inuicem sabulum album in Ticinensi, multisque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terrae permixtum, infocundum est. Curt. 4, 6, 9 Desidens sabulum. Tenacissimum sabulum, praecaltum et vestigio cedens, aegre moliuntur pedes Curt. 4, 7, 7. Add. ib. n. 11.

60 Sabulum pro instrumento musico ap. Apul. Flor. accipit Ios. Scalig. in Coniect. ad Varr. p. 121. Sed Elmenhorst. p. 351, 9 legit pulsabulum, i. plectrum, Dextra psallentis gestu suo pulsabulum citharae admouet, ceu parata percutere.

SABVLO, onis. m. Idem. Colum. 4, 33 de castanea, Pullam terram et resolutam desiderat, sabulonem humidum, vel refractum topium non respuit. Varro de R. R. 1, 9 In quis lapis marmor, rudus, arena, sabulo, argilla, etc. Ibidem 4 Praeterea discrimina etiam omnium horum generum subtiliora alia, ut in sabulosa terra, quod ibi refert, sabulo albus sit, an rubicundus. Columel. 3, 11, 9 Nigrum tamen et rutilum sabulonem, qui sit humidae terrae permixtus, probauerunt antiqui. Faciendi lateres de masculo sabulone Vitruv. 2, 3. Add. Id. 8, 1. Pallad. 1, 6 et 9. it. Ian. 4, 13. Item qui sabulo canit Macrobi. Saturn. 2, 1 ut Scalig. Coniect. in Varr. p. 121 coniecit. Sed vid. SVBVLO.

75 SABVLOSVS, a, um. Adi. [ἀμμώδης] Plenum sabulo. Colum. 2, 9 Nec in sabuloso solo, sed in arena quoque proueniunt modo humido caelo, vel riguo solo. Plin. 13, 4 Palma gignitur leui sabulosaque terra. Apud Columel. 6, 23 Stabula sabulosa. Lateres non de arenoso, neque calculoso, neque sabuloso luto sunt ducendi Vitruv. 2, 3 pr. Add. ib. c. 14.

80 SABVLETVM, i. n. [ὁ ἀμαθῶν] Locus qui sabulo abundat. Plin. 27, 8 Crocodilium nascitur in sabuletis.

SABVRA, ae. m. Nomen viri proprium, apud Numidas. Lucan. 4, 723

Mittitur exigua qui praelia prima laceffat, Eliciatque manu, Numidis a rege secundus, Ut sibi commissi simulator Sabura belli.

Vid. Voss. ad Caes. B. C. 2, 38. et ad Sil. 15, 44 Drakenb. It. Frontin. Strat. 2, 5, 40.

SABVRRRA, ae. f. [ἐρμα] Arena crassior, qua naues onerari usque ad certam mensuram, quo stabiliores sint, consueuerunt. Plin. 10, 23 Certum est, Pontum transuolaturas, primum omnium angustias petere, inter duo promontoria Criu metopum, et Carambin : mox saburra stabiliri. de gruibus. Livi. 37, 14 Se in animo habuisse tota classe Ephefum petere, et onerarias ducere multa saburra grauatas, atque eas in faucibus portus suppressere. Virg. Georg. 4, 195.

85 Et saepe lapillos Ut cymbae instabiles fluctu iactante saburram, Tollunt. Add. Vitruv. 8, 7.

SABVRRALIS, e. Adi. Saburra constans Vitruv. 9, 9.

90 SABVRRRO, are. [ἐρμαρίζω] Saburra stabilire. Plin. 18, 35 Echini affigentes sese, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt. Solin. c. 15 Grues volaturae arenas deuorant, sublatisque lapillis ad moderatam grauitatem saburrantur.

SABVRRATVS, a, um. Partic. [ὁ ἐρμαρίζεις] Saburra oneratus : per translationem, Plaut. Cistell. 1, 2, 2 Quae vbi saburrae

tae



tae fumus, largiloquae extemplo fumus, i. cibo et potu bene appletae.

SABVS, vid. SABINI.

## S A C

SACAE, arum. m. Plur. *Scythiae populi.* Plin. 6, 17 Ultra sunt Scytharum populi, Persae illos Sacas vniuersos appellauerunt a proxima gente, antiqui Arameos, Scythae ipsi Persas, Chorfaros. Mela 3, 7 pr. Scythae sunt Androphagi et Sacae, distincti regione, quia feris faceret inhabitabili.

SACAL, *Electrum, lingua Aegyptiorum* Plin. 37, 2.

SACATOS, i. m. *Rosmarinum infructuosum* ap. Apul. de Herb. c. 79.

SACCATVS, SACCARIVS, etc. vid. SACCVS.

SACCHARVM, i. n. [*τὸ σάκχαρον*] *Mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, ac fragile.* Plin. 12, 8 f. 17 Saccharum et Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, dentibus fragile. Amplissimum, nucis auellanae magnitudine, ad medicinae tantum usum. vid. Harduin. ad loc. et peculiaris libellus Cl. Salmafii de manna et saccharo Paris. 1663. 8. et sub exercitatt. Plin.

SACCVS, i. m. [*ὁ σάκκος*] *Receptaculum ad pecuniam, frumentum, quidquid pluribus rebus minutis, non fragilibus, etc. constat, condendum; nec non ad vinum percolandum et defaecandum.* Hor. Sermon. 1, 1, 70 Congestis vndique fassis Indormis inhians. Idem ibid. 2, 3, 149 Mensam poni iubet, atque Effundi fassos numorum. Plin. 14, 22 Quinimmo ut plus capiamus, sacco franguntur vires. Colum. 9, 15 Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus saccus in verlae metae similis. Idem 12, 17 Postea in iunceis fassellis, vel sparteis fassis percolant. Cic. Verr. 1, 95 Quum iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, fassos imperaret, neque ea sumeret: pro his rebus pecuniam exigeret. Saccus niuarius, lemma est Martial. 14, 140 Attenuare niues norunt et lintea nostra, Frigidior colo non salit vnda tuo. Idem 12, 61 Turbida sollicito transmittere Caecuba sacco. Vet. Gloss. *δουλιζω defaeco, sacco percolo.* Sen. Epist. 87 Nihil interest, centum per vesicantiam an mille amphorae transeant: saccus es. Plinius 19, 4 Heu, inquit, prodigia ventris. Hi niues, illi glaciem potant, poenasque montium in voluptatem gulae vertunt. Seruatur algores aestibus, excogitaturque, ut alienis mensibus nix algeat. Decoquunt alii aquas, mox et illas hiemant. Paullo ante dixerat, Inueterari vina, fassisque castrari. Tunc autem castrari vina dicuntur, quum vires sacco franguntur. Plin. 23, 50 Utilissimum omnibus sacco viribus fractis. conf. ibid. c. 1. et 14, 22. Saccus vinarius Plin. 24, 1. [*ὄληση* Vet. Gloss.] ¶ 2 Obs. Plaut. Capt. 1, 1, 22 Vel ire extra portam trigeminam ad saccum licet. Al. sacculum. Mendicitatem indicari, probabile est. Sed nescio, an probatum sit aliunde etiam, saccum esse insigne mendicantium. ¶ 3 De genere vestis rudi, duro, quo uterentur, qui durius in se vellent consulere, Saccum appellant ecclesiastici. Vid. CILICIVM. is. Heins. Aristar. 5, 5. Salmaf. ad Tertull. de Pall. p. 72.

SACCVLVS, i. m. Dim. [*σακκίον*] Cic. de Fin. 2, 23 c. 8 Hir, Siphon, Cui nihil demsit, ius et sacculus abstulerit. *Vetus codex legit Sarculos. In magna caeteroquin lectionis varietate illud videtur constare inter eruditos, sacculum esse saccum, quo vires vini, ut modo vidimus et Plinio, franguntur.* Martial. 5, 40 Excussi loculosque sacculumque. Non sentit sacculus ista meus Idem 11, 4. Plaut. Capt. 1, 1, 20 Vel extra portam ire trigeminam ad sacculum licet, vid. SACCVS n. 2. Plenus sacculus est aranearum Catul. 13, 8. Pleno cum turget sacculus ore Iuuen. Sat. 14, 138.

SACCVLVM, i. n. [*βαλάντιον, βαλαντιδίου* Idem. Vet. Gloss. Graec. Lat.

SACCELLVS, i. m. *Aliud Dimin.* [*βαλάντιον* Vet. Gloss.] Petron. Vnde plani autem, vnde leuatores viuerent, nisi aut locellos (paruos loculos, arculas cum loculamentis) aut sonantes aere saccellos pro hamis in turbam mitterent. Sic enim leg. pro sacellos, bene viri docti monuerunt. Salem calidis cum sacellis superponere Cels. 4, 7. conf. Commodian. Instr. 9, 3.

SACCIA, pro sacco, in Gloss. Graec. Lat.

SACCIBVCCIS, e. Buccarum cumulatione saccibueces Arnob. 3 p. 108.

SACCIPERIO, onis. m. vel SACCIPERIVM, i. n. *Marsupium maioris modi; a Sacco et Pera.* Non. 12, 50 Nubentes veteri lege Romana asses tres ad maritum venientes solere peruehere, atque — tertium, quem in sacciperione condidissent, compito vicinali solere rezonare, i. Zona, quae continet sacciperium, soluta soluere, vel deponere. vid. Salmaf. ad H. Aug. p. 153. Plaut. Rud. 2, 6, 64 Meum marsupium, quod plenum argenti fuit in sacciperio.

SACCOPHORVS, i. m. Saccophori, haeretici ap. Imp. Theodos. et Valent. Cod. 1 t. 5 l. 5. Cael. Rhodig. 25, 20 circa fin.

SACCELLO, are. i. saccellos imponere, ap. medicos, vid. Reines, 80 Var. 3, 4.

SACCELLATIO, onis. f. Saccellationibus caput vaporare Veget. Mulom. 2, 11, 3.

SACCARIA, ae. f. [*ἡ τῶν σάκκων ἐμβόλησις*] *Saccorum mercatura ut volunt,* Apul. de Afino Saccariam faciens merebam. Sed 85 Elmenhorst. p. 105 Sagarium.

SACCARIVS, i. m. *Batulus vel gerulus* [*ὁ σακκοφόρος*] qui fassis gestandis victitat. Paullus in l. 40 Qui fundum, De contrahend. emt. §. 3. Caeterum secundum verba non esse exceptum quod ex stipula nasceretur, non magis, quam si quid ex eo quod ex sacco saccarii cecidisset, aut auibus ex ore cecidisset, natum esset. Item, qui saccos conficit Vet. Gloss. Lat. Gr. σακκοπλόκος.

SACCARIVS, a, um. Adj. ut, Saccaria nauis. Quintil. 8, 2, 13 Fallunt etiam verba, vel regionibus quibusdam magis familiaria, vel artium propria, ut Atabulus ventus et nauis Saccaria, i. mercatoria, saccos frumentorum, aliarumque rerum vehens, qua coniectura Caesarii Rhod. 25, 20 nihil dum melius prolatum videtur.

SACCVLARIVS, i. m. [*βαλανοκλέπτης*] *Quid significet, declarat Vlpianus; De extraordin. criminibus, L. Saccularii, his verbis, Saccularii, qui vetitas artes exercentes in sacculos partem subducunt, partem subtrahunt, vid. Gothofred. ad h. l. Equester ordo pro Cinnanis partibus contra Sullam steterat, multasque pecunias abstulerant, ex quo saccularii erant appellati Afcon. in Anton. et Catil. p. 149. f. ut nunc laudari solet in toga cand. circa med.*

SACCO, are. Sacco percolare, ut explicat Colum. 12, 17. saccat ὄλιζε Gloss. 105

Vet. Martial. 2, 40 Caecuba faccentur, quaeque annus coxit Opimi, *vid. Turneb. 23, 25. Plin. 29, 2 Quae pinguitudo in linteo faccatur, vid. CASTRARE Vinum.*

SACCĀTVS, a, um. Partic. [*ὁ διὰ σακκῆς κερυμέτος*] Vinum Faler-  
5 num non faccatum Scribon. 122. Plin. 20, 19 *de diacodio*, Fit autem  
huius papaueris aut cuiuscunque siluestris capitibus CXX in aquae  
caelestis sextariis tribus biduo maceratis, in eademque discoctis: de-  
inde faccatis, iterumque cum melle decoctis ad dimidias partes va-  
pore tenui. Idem 29 c. vlt. Saccatusque lineis faccis, et in fictili

10 nouo repositus loco frigido, minus putrescit addito melle. *de adipe aui-  
um praeparando. Saccatus, i. per faccum colatus. Sen. Epist. 86.*  
Non faccata aqua lauabatur, sed saepe turbida. *Sed MSS; sed alia est  
lectio quorundam exemplarium. Saccatus corporis humor. Lucret. 4,  
1022. Sammon. v. 77. i. urina. vid. Keuchen et Burm. ad Sammon. Sac-  
15 catum Liquor est aquae faeci vini admixtus, sacco expressus Isidor.  
19, 3. Pro lotio simpliciter faccatum dixit Arnob. 2 p. 69. ut Sacca-  
tus corporis humor.*

SACELLVM. [*τὸ σάκελλον*] *vid. SACER.*

SACER, cra, crum. [*ἱερός*] *Venerabilis, consecratus, diuinus Virg.*  
20 Aen. 8, 591 *de Lucifero stella*, Sustulit os sacrum caelo. Plaut. Men.  
5, 5, 38 At ego te sacram coronam furrupuisse Ioui scio. Plin. Ep.  
8, 34, 3 Reuerere gloriam veterem, et hanc ipsam senectutem, quae in  
homine venerabilis, in vrbibus sacra est. Confundere sacra profa-  
nans Claud. Conf. Honor. 4, 238. Miscere sacra profanis Hor.

25 Epist. 1, 16, 54. Gallus Aelius, *apud Festum*, ait, sacrum esse  
quocunque modo atque instituto ciuitatis consecratum sit, siue aedis,  
siue ara, siue signum, siue locus, siue pecunia, siue quid aliud, quod  
dīs dedicatum atque consecratum sit. Quod autem priuati suae  
religionis causa aliquid earum rerum deo dederint, id pontifices Ro-

30 manos non existimare sacrum, etc. *sunt enim pluscula apud Festum.*  
Aedes sacra Cic. Fam. 13, 12. Amor sacer Valer. Arg. 3, 367. *Sphalma  
erat: recte editur nunc Acer. Virg. Georg. 3, 160 Aut Aris feruare  
sacris aut scindere terram. Sic quidam, sed in Romano et Mediceo co-  
dice legitur Sacros, quod potius arridet viris doctis: et ad boues per-  
35 tinet. Aruum sacrum Martis Ouid. Met. 7, 100. Chorus  
sacer Idem Fast. 2, 156. Dies sacer Dianae Hor. Carm. 2, 12, 20.*

Effigies sacrae diuūm Virg. Aen. 3, 148. Esculus Ioui sacra Plin.  
16, 4 f. 5. Fontes sacri Virg. Ecl. 1, 53. Horror sacer Claud.  
Conf. Hon. 6, 33. Ignibus sacris imponit libamina Virg. Aen.

40 6, 244. Iura sacerrima lecti Ouid. Epist. 9, 159. Locus sacer,  
et Locus profanus, *contraria* Cic. de Inuent. 1, 38. et Nep. 2, 6, 5.  
Lucus late sacer Virg. Aen. 5, 761. Medicamen sacrum, *Diui-  
num* Ouid. Met. 2, 122. Idem Fast. 6, 6 Est deus in nobis, agi-  
tante calescimus illo, Impetus hic sacrae femina mentis habet, *i. Di-  
45 vine.* Signa sacra et religiosa Cic. de Legib. 3, 31. Voce  
sacra profatur Tellus Ouid. Met. 2, 278. *Alii* Voce sicca locuta est.  
Vrbes: *vid. Spanhem. de Numism. 9 p. 659. Vulgus sacrum, Coetus  
dearum* Claud. de Rapt. Proserp. 2, 71. Sacer, *cum Genitiuo*: Illa  
insula horum deorum sacra putatur Cic. Verr. 1 c. 18. O Christi Va-  
50 lerianae sacer Prudent. Hippol. v. 2. *vid. Heins. ad h. l. p. 58. Plin.*  
8, 21 Feram nomine Axim, hinnuli pelle, pluribus candidioribusque  
maculis, sacram Liberi patris. *Cum Datiuo* Idem 16, 4 *Ciuica  
corona* iligna primo fuit, postea magis placuit ex esculo Ioui sacra.  
Ibidem c. 33 Diti sacra cupressus. Liu. 3, 55 *pr. Caput Ioui sacrum.*

55 Plin. 11, 37 Morientibus oculis operire, rursusque in rogo patefacere,  
Quiritium magno ritu sacrum est. ¶ 2 *Hinc porro sa-  
crum dicitur, quod deorum proprium est, et ad praerogatiuam naturae  
illorum pertinet. vid. Burm. ad illud Ouid. Met. 2, 122 Tum pater (Phoebus)  
ora sui sacro medicamine nati (Phaëthontis) contigit, et rapidae fecit  
60 patientia flammae. Qua notione arcanum et sacrum promiscue usurpari,  
ostendit idem Burm. ad Val. Flacc. 4, 15. et 6, 477. Sed Veri sacra  
fides Claudian. de B. G. 554. potius fera est Heinsio et Gronou. iudi-  
cibus. Nempe etiam res magicae, quae in arcano tractari vel maxime  
solent, sacrae dicuntur, ut Sacrum venenum Val. Flacc. 7, 165. Et  
65 Sacra Venena Colchidos Nemes. Cyneg. 42 *ubi vid. Barth. et Burm.*  
Hoc respectu Val. Fl. 7, 358. Sacer cruor Promethei dicitur. Tale quid  
vidisse videtur Horat. Epod. 7 *extr. Ut immerentis fluxit in terram Remi  
Sacer nepotibus cruor: qui tanquam venenum aliquod inficit, vrit, in  
furorem concitat posteros, velut illa tunica, Nessi centauri sanguine in-  
70 fecta, Herculem. Sic Voces sacrae Horat. Epod. 17, 6 sunt carmina  
magica veneficae. ¶ 3 Sacer, execranda scelestus [ἑσάρης]  
non, quod volunt quidam, per euphemismum aut antiphrasim: sed quod  
Dīs consecrata nemini licet attingere: sacrum ergo, quod attingisse nefas.  
Item Sacri sunt, quos interficere sacrificium est: sacra sunt propter ali-  
75 quam cum Dīs communionem, Magorum opera et instrumenta: sacra  
eadem quae horribilia, item quae occulta. Non licet modo separatim  
omnia exsequi: sed velut fontes aperuisse praecipuos contenti, iam loca  
veterum et exempla promiscue ponemus. Plaut. Most. 4, 2, 67 Vnus  
istic seruus est sacerrimus, is vel Herculi conterere quaestum possit.**

80 Homo sacerrimus Plaut. Poen. prol. v. 90. Hor. Serm. 2, 3, 181  
pater moriens filiis denuntiat, Vter aedilis fuerit, vel Vestrum praetor,  
is intestabilis et sacer esto. Festus h. v. Homo sacer is est, quem  
populus iudicauit ob maleficium, neque fas est eum immolari, sed qui  
occidit, parricidii non damnatur. Nam lege tribunicia prima ca-  
85 vetur, SI QVIS EVM, QVI EO PLEBISCITO SA-  
CER SIT, OCCIDERIT, PARRICIDA NE SIT: ex  
quo quiuus homo malus atque improbus sacer appellari solet. Ma-  
crob. Sat. 3, 7 Quidquid destinatum est Dīs, sacrum vocatur. Per-  
venire autem ad deos non potest anima, nisi libera ab onere corporis  
90 fuerit, quod nisi morte fieri non potest. — Hoc loco non alienum  
videtur, de conditione eorum hominum referre, quos leges sacros esse  
certis Dīs iubent: quia non ignoro quibusdam mirum videri, quod  
cum caetera sacra violari nefas sit, hominem sacrum ius fuerit occidi.  
Cuius rei causa haec est. Veteres nullum animal sacrum in sinibus  
95 suis esse patiebantur, sed abigebant ad fines deorum, quibus sacrum esset:  
animas vero sacratorum hominum, — Dīs debitas aestimabant —  
Sic animas, quas sacras in caelum mitti posse arbitrati sunt, viduatas cor-  
pore quam primum illo ire voluerunt. ¶ 4 Sacrum,  
quod violari non potest aut non debet. Plin. 2, 63 *in elogio terrae,*  
100 Nullo magis sacra merito (*ita Hard. ex MSS. pro sacramento*) quam  
quo nos quoque sacros facit, *i. inuiolabiles, cum respectu ad religionem  
sepulcrorum. Sic Lucan. 9, 980*

O sacer, et magnus vatium labor! omnia fato  
Eripis, et populis donas mortalibus aeuum.  
Inuidia sacrae, Caesar, ne tangere famae, Pompeii.

*Hinc Sacrosancti, u. u. Sen. Controu. i praef. 67 Sacerrimam eloquentiam, quia praestare non possunt, violare non desinunt: acumen in sacerrimam violare.* ¶ 5 *Ob similem causam, sed etiam maiestatis et reuerentiae ergo Principes ipsi pariter et res illorum sacrae, sacratae, etc. dicebantur. u. g. Sacrae occupationes Tiberii apud Suet. c. 27 extr. Quod enim ille tum prohibuit, illud paullo post in morem et legem transiit. vid. Glossar. Nomicum, quod Codici Theodosiano subiecit Iac. Gothofr. voce SACRILEGIUM.* ¶ 6 *Sacrum est θεῖον diuinitus immisum malum, cui frustra fere proponuntur humana remedia. Sic ἱερὸν νόσον Graeci appellant, comitiale morbum. Sic sacer ignis, de quo vid. IGNIS n. 5. Cels. 5, 28, 4 qui locus classicus est. Columel. 7, 5, 16 Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pusulam vocant pastores. ea nisi compefcitur intra primam pecudem, quae tali modo correpta est, viuerfium gregem contagione profternit: sic quidem nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur: nam paene ad omnem tactum excandescit. Lucret. 6, 1165 Et simul vlceribus quasi iniustis omne rubere Corpus, vt est, per membra sacer quum diditur ignis. Sed etiam ad animi morbos videtur referri. Virg. Aen. 3, 56 Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames! Quidquid Seruius hic de hominibus sacratis, nominatim de illis, qui apud Massilienses saginati, deinde cum exsecrationibus auferendae pestilentiae causa necati sunt: sacra fames est morbus animi, in poenam diuinitus immisus, vt illa fames Erisichthonis, vt sacri morbi sunt apud Medicos, quorum ratio et curatio diuinitus repetitur. Eadem fames auri est exsecrabilis, desperanda, vt morbus etiam sacer s. epilepsia despuitur. vid. DESPVO. Caeterum alludit ad Virgilii dictum Plin. 33, 1 pr. de auro, Vtinamque possit e vita in totum abdicari, sacrum fame, vt celeberrimi auctores dixere. Sic ex MSS. Hard. pro vulg. aurum, sacra fames: nisi malis auri sacra fames. Sic forte interpreteris Sacros vatium errores Sil. 8, 100 diuinitus immisus. Sic Val. Flacc. 1, 798 Sacer effera raptat Corda pauor. ¶ 7 *Nomina locorum format Sacri appellatio. Nobilis est sacer mons, in quem populus secessit Liu. 2, 32. it. 3, 52. Cic. in Brut. 54 Videmus item (inquit) paucis annis post reges exactos, quum plebs prope ripam Anienis ad tertium milliarium confedisset, eumque montem, qui Sacer appellatus est, occupauisset, M. Valerium Dictatorem dicendo sedauisse discordias, eique ob eam rem honores amplissimos habitos, et eum primum ob eam ipsam causam Maximum esse appellatum. Haftenus Cicero. Sacer mons, inquit Festus Pompeius, appellatur trans Anienem fluuium paullo ultra tertium milliarium, quod cum plebes, quum secessisset a patribus, creatis Tribuni plebis, qui sibi essent auxilio, discedentes, Ioui consecrauerunt. Sacri Portus, vid. mox SACRIPORTVS. Sacra Via qua e foro ibatur in Capitolium. Cicero pro Planc. 17 Equidem si quando, vt fit, iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa Sacra via, quum ego ad Fabium fornicem impellor: sed eum, qui in meipsum incurrit atque incidit. Hor. Serm. 1, 9, 1 Ibam forte via sacra, sicut meus est mos. Idem Od. 4, 2, 35 in descriptione triumphi Concines — Caesarem, quandoque feroces Per sacrum cliuum merita decorus Fronde Sicambros. vid. Festus, voce SACRAM Viam.**

**SACRVM, i. n.** [τὸ ἱερὸν, ἱεῖμα] *Substant. vel intellecto nomine Opus, quidquid peragitur aut efficitur elaboraturue in honorem dei vnus, aut plurium deorum. Frequens imprimis est de sacrificiis et cultu externo. Virg. Aen. 3, 19 Sacra Dionaeae matri diuisque ferebam. Idem ibid. 4, 638 Sacra Ioui Stygio, quae rite incoepa parauit, Perficere est animus. Macrobi. Saturn. 1, 16 Sacra celebritas est, vel quum sacrificia diis offeruntur, vel quum dies diuinis epulationibus celebratur: vel quum ludi in honorem aguntur deorum, vel quum feriae obseruantur. Ne quid de sacrorum religione mutetur Cic. pro Domo 36. Vates sacrorum Ouid. Met. 11, 68. Tacit. Ann. 1, 42 Hostium quoque ius et sacra legationis, et fas gentium rupistis. Hic iura intelligam. Idem ibid. 13, 17 Quanquam intra sacra mensae, etc. properata sit, sc. Mors. Mensa est ara quaedam gentii, Iarium, Iouis hospitalis. Arcessita sacra, vid. ARCESSO. Anniuersaria sacra Cic. Att. 1, 18. Annua sacra Virg. Georg. 1, 338. et Aen. 8, 173. Arcana sacra Ouid. Met. 10, 436. Familiare sacrum, erat Sacrificium priuatum singularum familiarum, vid. Macrobi. Saturn. 1, 16. Fera sacra Ouid. Met. 13, 454. Funebria sacra Idem Trist. 4, 4 ad finem. Liu. 5, 52 An gentilia sacra, (Gentis s. familiae propria) ne in bello quidem intermitteri, publica sacra et Romanos Deos etiam in pace deferi placet? vid. Macrobi. Saturn. 1, 16. Non Gratum sacrum Lucan. 1, 611. Horrida sacra Sil. 3, 140. Iugalia sacra, Nuptiarum celebritas aut celebratio Ouid. Met. 7, 700. Municipalia sacra, vid. h. v. sub M V N V S. Mystica sacra Ouid. Epist. 2, 42. Nefanda sacra Idem Met. 10, 227. Nouendiale sacrum, vid. h. v. sub NOVEM. Nuptialia sacra Quintil. 1, 7. Peregrina sacra, vid. h. v. Liu. 29, 19 Praetor Legatique Locros profecti, primam, sicuti mandatum erat, religionis curam habuere. Omnem enim sacram pecuniam, quaeque apud Pleminium, quaeque apud milites erat, conquisitam, cum ea, quam ipsi secum attulerant, in thesauris reposuerunt, ac piaculare sacrum fecerunt. Priuata sacra perpetua manento Cic. de Legib. 2, 22. Populare sacrum dicebatur Publicum, quia pro populo publice fiebat. Festus. Publicum vocabatur, Quod publico sumtu pro populo fiebat. quodque pro montibus, pagis, curiis et sacellis. Festus. Pura sacra Ouid. Met. 2, 713. Sancta sacra generis Sen. Herc. fur. 13. Seclusum sacrum fuit, quod Graeci Mysterium vocabant. Festus. Sollemne, Quod certis temporibus annisque fieri solet. Festus. Vocabatur etiam Statum. vid. infra. Socialia sacra, Coniugium Ouid. Epist. 21, 155. Sollemne, et necessarium sacrum Tacit. Ann. 9. Sollemne sacrum Iustri Troici Sen. Troad. 8. Stata sacra, dicuntur, quae stato et certo tempore singulis annis recurring, diuersa ab illis, quae Indictiua vocantur, celebranda die a Pontificibus, quotannis, vel quoties opus esset, indicta. Ouid. Fast. 1, 660*

Ter, quater euolui signantes tempora Fastos,

Nec Sementinae est vlla reperta dies.

Tum mihi (sensit enim) lux haec indicitur inquit

Musa, quid a Fastis non stata sacra petis?

Veneranda sacra Sil. 7, 382.

¶ 2 *Verba: Accedere factis sacris Stat. Achil. 1, 370. Alligari sacris, vid. ALLIGO. Astringere se sacris, vid. ASTRINGO. Virg. Aen. 2, 239 — circum pueri in nuptaeque puellae Sacra Canunt. i. e. Hymnos dicunt. Seruius. Conficere sacra, vid. CONFICIO. Cic. de Arusp. Resp. 57 t. 15.*

Itaque ne quis meorum imprudens introspicere tuam domum possit, ac te sacra illa tua facientem videre, tollam altius tectum, vid. Liu. 29, 19. Sic Duumviri, it. V, X, XV viri sacris faciundis Liu. 3, 10 pr. 5, 13. 105

- 6, 37 extr. Frequentare sacra Ouid. Met. 3, 581. Initiari sacris  
 Quinctil. 1, 2. Instaurabat sacrum diis loci Tacit. Hist. 2, 70.  
 b. e. Adornabat. Iurare per commune sacrum doloris Stat. Theb.  
 12, 392. Obire sacra, vid. OBEO. Parare sacra Ouid. Met.  
 5 12, 11. Parcere sacris Hor. Serm. 1, 1, 75. Peragere sacra de  
 more Ouid. Fast. 5, 444. Peregrisse mihi videor sacra tradentium  
 artes Quinctil. 5, 4. Procurare Nep. 2, 2 extr. De sacris  
 autem (qui locus patet latius) haec sit vna sententia, vt conseruentur,  
 et deinceps familiis Prodantur, et (vt in lege posui) perpetua sint  
 10 sacra Cic. de Legib. 2, 42. Violare Nep. 7, 4, 3. Sine Sacris  
 hereditas, Festo auctore, in prouerbio dici solet, cum aliquid obue-  
 nerit sine vlla incommoda appendice: quod olim sacra non solum  
 publica curiosissime administrabant: Sed etiam priuata: relictusque  
 heres sic pecuniae etiam sacrorum erat, vt ea diligentissime admini-  
 15 strare esset necessarium. Sacrum dicitur Templum; [*ἱερόν*] Paul-  
 lus Iureconf. D. Ad legem Iuliam peculatus, L. Sacrilegi capite pu-  
 niantur. Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilarint. At  
 qui priuata sacra, vel aediculas incustoditas tentauerint, amplius quam  
 fures, minus quam sacrilegi, merentur. Sacrum, sacroque com-  
 20 mendatum qui clepserit rapseritque, parricida esto Cic. de Legib. 2, 22.  
 conf. Barth. ad Stat. Theb. 2, 219. Burm. ad Quinctil. 1, 4 p. 39.  
 Sacrum, Magicum quoddam ad compescendas detrahentium linguas.  
 Ouid. Fast. 2, 571 Ecce anus; in mediis residens annosa puellis, Sacra  
 facit tacite, nec tamen ipsa tacet. Magica sacra Virg. Ecl. 8, 66  
 25 ¶ 3 Pro simulacris: Sacra retorsertunt oculos Ouid. Met. 10, 696. conf. Iustin.  
 36, 2, 13. ¶ 4 pro Diis manibus, ap. Propert. 3, 1, 1 vt putat Brouckhus.  
 Inter sacrum et saxum stare: prouerbialis locutio, pro In periculo esse.  
 Plaut. Capt. 3, 4, 85 Nunc ego inter sacrum saxum sto, nec quid fac-  
 iam scio. i. In summo vitae periculo sto. Apuleius Met. II p. 271  
 30 Plurimum ergo duritia paupertatis intercedente, quod ait vetus pro-  
 uerbium, Inter sacrum et saxum positus, cruciabar. Sumtum ex  
 prisca foederis ferendi caerimoniis, in quibus Fetialis porcum saxo fe-  
 riebat. Cogita Fetialis manum cum saxo sublatam ad ferendum, inter  
 hanc autem et inter sacrum, i. hostiam, subito intercedere aliquem, etc.  
 35 S A C E L L V M, i. n. [*τὸ σάκελον*] Dimin. a Sacrum, signifi-  
 cat Locum paruum deo sacratum cum ara. Ludit Varronianò more  
 apud Gell. 6, 12 Trebaciis, cum post finem, quem modo dedimus, addit,  
 sacellum ex duobus verbis arbitror compositum, sacri et cellae, quasi  
 40 sacra cella. Quod recte refellit Gellius. Sacella dicuntur loca Diis  
 sacrata sine tecto, Fest. Non videtur autem hoc esse perpetuum. Plin.  
 Epist. 8, 8 Sparsa sunt circa facella complura, totidemque dei: sua  
 cuique veneratio, suum nomen. Cic. de Lege Agr. 2, 36 Sunt enim  
 loca publica vrbs, sunt facella, quae post restitutam Tribuniciam  
 45 potestatem nemo attigit: quae maiores in vrbe partim, periculi per-  
 fugia esse voluerunt. Idem de Diuin. 1, 104 c. 46 Quum vellet  
 sororis suae filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sa-  
 cellum ominis capiendi causa, quod fieri more veterum solebat. Plin.  
 6, 29 Delubrum Ammonis est ibi religiosum, et toto tractu facella.  
 Propert. 4, 3, 57 Flore facella tego. Virg. Ecl. 3, 9 Nouimus et  
 50 qui te, transuersa tuentibus hircis, Et quo, sed faciles Nymphae risere,  
 sacello. Tacit. Hist. 3, 74 Modicum sacellum Ioui conseruatori,  
 aramque posuit. add. Nep. 2, 6, 6. Solin. c. 2.  
 S A C R O, ãre. [*ἱερόω*] Deo dicare, et sacrum facere. Plin. 36,  
 11 Eiusdem remanet et alius (obeliscus) centum cubitorum, quem post  
 55 caecitatem visu reddito, ex oraculo Soli sacrauit. Cic. de Diuin.  
 1, 22 Quod patriae vocis studiis, nobisque sacrauit. Aras sacrare  
 Virg. Aen. 5, 305. Carmina sacrarunt auum tuum, Immortalem  
 fecerunt. Ouid. ex Pont. 4, 8, 64. Haud frustra te, Iupiter, hac  
 sede sacrauimus Liu. 8, 6. i. religiosum cultum tibi decreuimus. Sen.  
 60 de Benef. 3, 11 Parentum conditionem sacrauimus, quia expediebat  
 liberos tolli. Parentes liberis inuolabiles et deorum instar colendos  
 esse volumus. Septimum Diem ieiunio sacrauit Iustin. 36, 2, 14.  
 Liu. 38, 3 Foedus quod in Capitolio, quod Olympiae, quod in arce  
 Athenis sacratum fuisset, irritum per illos esse. Virg. Aen. 12, 413  
 65 — hunc illi rex aetheris altus Honorem Iuppiter erepta pro virgini-  
 tate sacrauit. Martial. 1, 1, 7 Condidit hic natae cineres, nomen-  
 que sacrauit. Sanctiones sacrandae sunt Cic. pro Balbo 33 c. 14.  
 vid. mox SACRATAE Leges. Plin. 8, 16 f. 21 Libero patri Templum  
 in Samo Elpis sacrauit. Virg. Aen. 8, 715 Votum immortale sa-  
 70 crabo. Vrbe Mineruae Iustin. 2, 6, 9. ¶ 2 Sacrare,  
 [*ἐναγίζω*] Deuouere, et detestabile discernere, et ita morti addicere, vt  
 impune violari et occidi possit. Liu. 2, 8 Ante omnes de prouoca-  
 tione aduersus magistratus ad populum, sacrandoque cum bonis capite  
 eius, qui regni occupandi consilia iniisset, gratiae in vulgus leges fuere.  
 75 Sed 5, 25 Eum praedam Veientanam publicando, sacrandoque ad ni-  
 hilum redegisse, absentes ferociter increpant. Caput aliter sacrari  
 quam bona, ex his etiam constat, quae diximus, voce SACER n. 3.  
 ¶ 3 Passi. Ouid. Fast. 1, 535 Vtque ego perpetuis olim sacrorum in  
 aris, Sic Augusta nouum Liuia numen erit. Spei aedes sacratum  
 80 Tacit. A. 2, 49, 4.  
 S A C R A T V S, a, um. Partic. [*ὁ ἱερωτάς*] Virg. Aen. 3, 371  
 de Heleno vate, Exorat pacem diuim, vittasque resoluuit Sacraui capitis  
 sui. Ouid. ex Pont. 4, 14, 55 Tempora sacrata mea sunt velata co-  
 85 rona, i. Corona hederacea Baccho sacra, qua coronabantur Poetae. Cae-  
 saris alma Dies, et luce sacratior illa, Conscia Dictaeum qua tulit  
 Ida Iouem Martial. lib. 4 pr. Dona ducum sacrata Lucan. 1, 138.  
 Virg. Aen. 2, 157 Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura, i. Iusiur-  
 randum militare. Homines sacraui, morti deuoti Macrobr. Saturn. 3, 7,  
 vid. SACER n. 3. Augustin. de Ciu. Dei 2, 26. Leges sacratae,  
 90 quibus sanctum est, qui quid aduersus eas fecerit, sacer alicui deorum  
 sicut (leg. sit, cum) familia pecuniaque. Addit, Sunt qui esse di-  
 cunt sacratas, quas plebes iurata in monte sacro sciuerit. De illis  
 Romanorum sacraui legibus. Vid. Perizon. Animadu. c. 10 p. 418. et  
 Ernest. Clau. Ind. leg. h. v. Breuiter Leges sacratae apud Roma-  
 95 nos proprie illas sunt, quibus libertas ciuium et vis tribunorum plebis san-  
 cita est. Locus classicus est Cic. Fragm. pro Cornel. non procul  
 a fine, Tanta igitur in illis virtus fuit, vt anno XVI post reges ex-  
 actos, propter nimiram dominationem potentium, secederent, leges  
 sacratas ipsi sibi restituerent, duos tribunos crearent, montem illum  
 100 trans Anienem, qui hodie mons sacer nominatur, in quo armati con-  
 sederant, aeternae memoriae causa consecrarent, etc. Idem pro  
 Balbo 33 c. 14 Sanctiones sacrandae sunt aut genere ipso, aut obe-  
 statione et consecratione legis, aut poenae, cum caput eius, qui  
 contra facit consecratur. Historia est Liu. 2, 33. Add. 2, 54. et  
 105 3, 32. it. Cic. pro Domo 43 c. 17. Idem pro Sext. c. 30. de Offic. 3  
 c. 31

c. 31. de Legib. 3, c. 7. Plin. 16, 44. *Leges-sacratae etiam apud alios populos memorantur, temporariae, in delectu habendo, ut de Aequis et Volscis* Liu. 4, 26 pr. *De Etruscis* 9, 39. *De Liguribus* 36, 38. *In primis autem de Samnitibus* 10, 38 *vbi tota caerimonia luculenter describitur.* Summa est, *Vt qui iuniorum non conuenisset ad imperatorium edictum, quique iniussu abisset, caput Ioui sacratum esset.* *Alia lex sacrata militaris* Liu. 7, 41 *popularis, et illis superioribus pro libertate ciuium latis adiungenda, Ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleteretur: additumque legi, ne quis, vbi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset.* Numen nullum sacratius Sil. 10 8, 228.

Opus alicui sacratum Ouid. Trist. 2, 552. Pontifices sacratissimi Sidon. 7, 6. Princeps sacratissimus titulus prope sollempnis Imperatorum Romanorum, quo vtuntur v. g. Icti de suo Iustiano frequentissime: antiquior longe est. v. g. Gaius l. 8 D. ad SC. Tertull. Sacratissimi principis nostri (Hadriani) oratione cauetur. 15 *Et de Traiano* Frontin. in Script. Rei Agrar. p. 276 Clara sacratissimi imperatoris nostri expeditio. Sede sacrata recondere Virg. Aen. 1, 685.

Compar. Plin. 16, 44 Nihil habent Druidae (ita suos appellant magos) visco et arbore in qua gignatur sacratius. Superl. praeter allata, Plin. 33, 4 Aurea statua prima omnium nulla inanitate, 20 et ante quam ex aere aliqua illo modo fieret, quam vocant holosphyratum in templo Anaitidis posita dicitur, quod in situ terrarum nomine hoc significauimus, numine illis gentibus sacratissimo.

SACRATE. Adu. August. Epist. 22 sub fin. Aliud bene, aliud sacrate viuere. An magis sacrate accipiendus sit numerus, i. my-25 stice. Idem Doctr. Chr. 2, 16.

SACRATIO, ōnis. f. Macrob. Saturn. 3, 7 Sacrationis vocabulo obseruatiam diuini iuris impleuit.

SACRATOR, ōris. m. August. Epist. 140 Sacrator iustitiae. 2 Item nomen proprium apud Virgil. Aen. 10, 747 Caedicus Alca-30 thoum obtruncat Sacrator Hydaspem.

SACRARIUS, i. m. Inscript. apud Gruter. p. 308 n. 1 SACRARIUS IVNONIS QVIRITIS, i. custos sacrarii.

SACRARIUM, i. n. [τὸ ἱεροφυλάκιον τὸ ἄδύρον] Locus in templo, in quo sacra reponuntur, ut definit Seru. ad Aen. 12, 199. 35 Vlpian. l. Sacra, De diuisione rerum, Sacer locus est, locus consecratus. Sacrarium, est locus in quo sacrae res ponuntur. Liu. 7, 20 Caere sacrarium Populi Rom. diuersorium sacerdotum, ac receptaculum Romano rum sacrorum, intactum, inuiolatumque crimine belli, hospitio Vestalium, cultisque diis darent. Sed multo latius patet. 40 Cic. pro Milon. 86 c. 31 Sacrarium Bonae deae, locus in domo Caesaris, vbi tum sacra Bonae deae fiebant. Propert. 3, 23, 19 Mens bona (si qua dea es) tua me in sacra condo. Diris sacra Ditis Virg. Aen. 12, 199.

Probro vetito temerat sacra: Templum polluit et violat concubitu nefario Ouid. Met. 10, 695. Sacrarium [ναϊκάριον Gloss. Lat. Gr.] pro Sacello, Sueton. Aug. c. 5 Natus est Augustus ad capita bulula, vbi nunc sacrarium habetur, aliquanto postquam excessit constitutum. Sueton. Tib. c. 51 Livia veteres quosdam ad se Augusti collicillos de acerbitate et intolerantia morum Tiberii e sacratio protulit, i. loco vbi memoriam eius diuino honore prosequeretur, et 50 κειμήλια ab eo relicta asseruabat. Idem Vesp. c. 5 Neronem diebus vltimis monitum per quietem, vt thensam Iouis O. M. e sacratio in domum Vespasiani — deduceret. Cic. Verr. 4, 4 c. 2 Erat apud Heium sacrarium cum magna dignitate in aedibus a maioribus traditum perantiquum. Ibidem, Sacrarium Cereris est apud Cati- 55 nenses, eadem religione qua Romae, qua in caeteris locis. conf. Tac. Ann. 2, 41, 1. Stat. Theb. 3, 246. Sidon. Epist. 8, 4. Sacrarium Fidei fuit in vrbs regione prima Liu. 1, 21. Sacrarium Martis Gradiui fuit locus in ipsius templo, in quo Ancilia seruabantur. Vid. Seruium in Virg. Aen. 7, 603. Pro ipsis templis sacra dixit Sal- 60 uian. de Gub. Dei lib. 3. Sacrarium, pro Larario in aedibus priuatis Cic. Fam. 13, 2 pr. Caio Auiano Equandro, qui habitat in tuo sacratio, et ipso multum vtor, et patrono eius M. Aemilio familiarissime. conf. Suet. Tib. c. 51. c. not. Casaub. et Torrent. Testor mentis sacra, Iouis iusiurandum Stat. Theb. 3, 246. Cic. in Catil. 2, 65

13 Quum aquilam illam argenteam (cui ille etiam sacrarium scelorum domi suae fecerat) scirem esse praemissam. 2 Sacrarium principis, pro Interiore eius consilio usurpatur l. 11 C. Th. de poenis. De aerario sacro l. 49 C. Th. de haereticis. De aula vel cubiculo principis l. 9 §. Legati D. de mun. et honor. l. 8 C. Th. de Legatis et decr. legat. Sac- 70 crarium imperialis oraculi Auson. Grat. Act. pr. i. consistorium, s. locus vbi ius dicebat imperator.

SACRIS, e. Adi. q. d. sacrabilis. Sincerus, ad sacrificium idoneus. Festus vt suppletus est a Scaligero, Sacrem porcum dici ait Verrius, vbi iam a partu habetur purus, etc. Plaut. Men. 2, 2, 16 75

Quibus hic pretiis porci veneunt sacres, sinceri? Et in Rud. 4, 6, 4 Sunt domi agni et porci sacres. Varr. de R. R. 2, 1, 20 Fere ad quatuor menses a mamma non disiunguntur agni, haedi tres, porci duo, e quibus, quoniam puri sunt ad sacrificium, vt immolentur, olim appellati sacres: quos appellat Plautus quum ait, Quanti sunt porci 80 sacres? Idem 2, 4, 16 Porci, qui a partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab antiquis sacres, quod tum ad sacrificia idonei dicuntur primum. vid. Turneb. Aduers. 29, 32. Muret. Var. Lect. 3, 7. Ræuard. Coniect. 3, 1.

SACRAMENTVM, i. n. [ἡ ὀρκωμοσία, ὁ ἱερὸς ὄρκος] Quod 85 iusiurandi sacratione interposita geritur, vt ait Festi epitomator Paullus Sacramentum militare. [ὀρκωμοσίον Gloss. Lat. Gr. ὄρκος στρατιωτικὸς ibid.] Veget. de Re Milit. 2, 5 Milites iurare solent, et ideo militiae sacramenta dicuntur. Iurant autem, se omnia strenue facturos, quae praeceperit Imperator, nunquam deserturos militiam pro Romana Re- 90 publ. Plin. Epist. ad Traianum l. 10, 29 de seruis inter tirones inuentis, Ipse enim dubito ob haec maxime, quod vt iam dixerant sacramento militari, ita nondum distributi in numeros erant. Antiquitus Sacramentum militare a iureiurando diuersum fuit. Vid. Liu. 22, 38 qui locus classicus est, ex quo apparet etiam coniurationis genus fuisse. Vid. 95 illum in CONIVRO. Recentiora tempora respicit Seru. ad Aen. 7, 614 Tria sunt militiae genera: Sacramentum, in quo iurat vnusquisque miles, se non recedere, nisi praecepto consulis, post completa stipendia, id est, militiae tempora. Alia duo sunt Coniuratio, et Euo- catio, de quibus ff. ll. Coniuratum etiam fuisse in Sacramento, quin hanc 100 fuisse Sacramenti veteris naturam, intelligitur ex illo Hor. Carm. 2, 17, 10 Ille dies vtramque Ducet ruinam: non ego perfidum Dixi sacramentum. Ibimus, ibimus, Vtcunque praecedes, suprenum Carpere iter comites parati. Liu. 10, 38 de Samnitibus, Deorum etiam adhibuerant opes, ritu quodam sacramenti vetusto, velut initiatis militibus: qui de- 105

inde copiose describitur: vid. SACRATA lex. Justin. 20, 4 de Pythagoreis Crotone, Sed CCC ex iuuenibus cum sodalitiis iuris sacramento quodam nexi separatam a caeteris ciuibus vitam exercebant, quasi coetum clandestinae coniurationis haberent, ciuitatem in se conuerterunt; quae eos cum in vnam domum conuenissent, cremare voluit. Hoc intellectu Plin. 10, 97, 7 de Christianis, illos se Sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent. Petron. c. 80 Ego mori debeo, qui amicitiae sacramentum deleui. Quinctil. Decl. 357 Accessisse nouum amori suo sacramentum, i. causam et qu. vinculum amoris. Sic et Decl. 17, 18 Ablata sunt sacramenta percundi, i. rationes et causae, quibus tanquam sacramentis obligatus perire veneno hausto volebam. Quidquid hic mutaueris, sensum corruperis. Haec ducta sunt ex illa notione sacramenti militaris, quatenus coniurationis genus erat. Sed postea iusiurandum militare et sacramentum promiscue dicta. Vid. Gell. 16, 4. Curt. 7, 1, 29. Torrent. ad Sueton. Calig. c. 15. Longo sacramento Caesarum imbutus miles, i. diu illis iurare et fidem praestare assuetus Tacit. Hist. 1, 5. Sollemne sacramentum Idem ibid. 1, 55. Accedere sacramento alicuius, vid. ACCEDO. Adigere sacramento alicuius, vid. ADIGO. Tacit. Hist. 4, 59 Instantibus Tribunis dixit sacramentum. Idem Ann. 1, 36 Percennione, et Vibuleno sacramento dicturi sumus? vid. DICO, ère. Tacit. Hist. 3, 42, 4 Cuius sacramentum cunctis circa hostilibus non exuerat. Obligare sacramento Cic. Off. 1, 36 c. 11. Obstringere religione sacramenti Justin. 1, 9, 18. Tacit. Ann. 1, 8 Addebat Messala Valerius, renouandum per annos sacramentum in nomen Tiberii. Quinctil. 12, 2 Sed haec inter ipsos, qui velut sacramento rogati, vel etiam superstitione constricti, nefas ducunt a suscepta semel persuasione discedere, i. Iureiurando adacti et iurati, vid. ROGARE n. 4. Neglecto sacramento, quo nunc Tenemini respicitis illud, quod sublatum est Caes. B. C. 2, 32. Suet. in Caes. c. 42 Sanxit, ne quis ciuis maior viginti annis, minorue decem, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset. Hinc Sacramenta Milites a Iuvenale dici volunt Sat. 16, 36 Praemia nunc alia, atque alia emolumenta notemus Sacramentorum. b. e. Militum iuratorum et sacramento rogatorum. Sed malim dicere cum Veget. 2, 5 Militiam vel militias sacramenta dici. Quin simpliciter dicere licet, emolumenta Sacramentorum esse commoda, quae quis consequitur in eo ipso, quod sacramento adigi se patitur, et in verba militibus consueta iurat. Hinc Scribon. Epist. p. 2 Ne hostibus quidem malum medicamentum dabit, qui sacramento medicinae legitime est obligatus. Notus est apud, Iusiurandum Hippocratis: illud Sacramentum est. ¶ 2 De Christianorum ritibus. Marem et feminam ad sacramentum baptismatis et eucharistiae admittens Tertull. adu. Marc. 4, 34. conf. Idem contra Valent. c. 27. et de Cor. milit. c. 3. Recordare tirocinii tui diem, quo Christo in baptismo consecutus in sacramenti verba iurasti Hieron. Ep. 1 ad Heliod. Vocati sumus ad militiam Dei viui iam tunc, quum in sacramenti verba respondimus Tertull. ad Martyr. c. 3. Add. Idem de Spectac. c. 4. Cum illa sacramenta sua occultarent Christiani, ut sua Graeci μυστήρια, hinc reliquam etiam Mysterii notionem, i. rei occultae, sacramento tribuerunt. v. g. Velum scissum est, et omnia Legis sacramenta, quae prius tegebantur, prodita sunt Hieron. in Matth. c. 27, 27. conf. Idem in c. 2. Sacramentum Numeri ternarii Zeno Veron. Serm. de Iuda. conf. Id. Serm. de Abraham. Redemptionis sacramentum, pro Mysterio Redemptionis Fulgent. de Incarn. c. 2. add. ibid. c. 3. Casaub. contra Baron. Exerc. 16 sect. 43. ¶ 3 Sacramentum Ictis quid sit, docet Varro de L. L. 5, 36 p. 42, 13 Ea pecunia, quae in iudicium venit in litibus, sacramentum a sacro. Qui petebat, et qui infitabatur de aliis rebus, vterque quingentos aeris (al. quinquagenos) ad pontem (al. rectius pontificem) deponebat: de aliis rebus item certo alio legitimo numero assium. Qui iudicio vicerat, suum sacramentum a sacro auferebat, victi ad aerarium redibat. Festus, Sacramentum aes significat, quod poenae nomine penditur, tum recitatis Legis Papiriae verbis, qua tresviri sacramenta exigere iubentur, pergit, Sacramenti autem nomine id aes (ad hoc descriptum) dici coeptum est, quod et propter aerarii inopiam, et sacrorum publicorum multitudinem consumebatur id in rebus diuinis. Possis alioquin suspicari, sacramenti appellationem inde ortam, quod haec pecunia Sacramenti instar, i. iurisiurandi esset et fidem faceret iudicibus, non temere litigari. Caeterum quod vim et naturam sponsonis haberet hoc genus depositi, hinc ab Isid. Orig. 5, 24 pignus sponsonis vocatur. Hinc pignore contendere et sacramento idem est. Cic. Fam. 7, 32 Pugna, si me amas, nisi — arguta apparebunt, vt sacramento contendas mea non esse. vid. Io. Frid. Schreiteri Sacramentorum in veteris Romae iudiciis sollemnium antiquitates, duabus disputationibus Lipsiae 1740 explicatae. ¶ 4 Sed etiam pro tota lite et causa positum deprehendas. Cic. pro Caecin. 97 c. 33 Quum Arretinae mulieris libertatem defenderem, et Cotta decemviris religionem iniecesset, non posse Sacramentum nostrum iustum iudicari, quod Arretinis adempta ciuitas esset, et ego vehementius contendissem, ciuitatem adimi non potuisse — sacramentum nostrum iustum iudicauerunt. Idem pro Domo 78 c. 29 Quin etiam si decemviri sacramentum in libertatem iniustum iudicassent. i. totam causam et vindicias libertatis. Et in Miloniana 74 c. 27 Qui non calumnia litium, non iniustus vindiciis ac sacramentis alienos fundos; sed castris, exercitu, signis inferendis petebat. Huc respicit Cic. de Orat. 1, 41 c. 10 Quod vero — quasi tuo iure sumisisti, Oratorem in omnis sermonis disputatione posse copiosissime versari, id, nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem, multisque praeessem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu confertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses. Agerent enim tecum lege primum Pythagorei omnes, atque Democritici, caeterique in suo genere Physici, vindicarentque ornati in dicendo homines et graues, quibuscum tibi iusto sacramento contendere non liceret. — Et cum vniuersi in te impetum fecissent, tum singulae familiae litem tibi intenderent.

SACRAMENTALIS, e. Adi. Ad sacramentum pertinens. Gloss. Somneri. SACROSANCTVS, a, um. Sanctione legis sacer et inuolabilis: a sacro et sanctiando. vid. Fest. Dacer. Macrob. Sat. v. 3, 3. Accusator velut sacrosanctus Tac. Ann. 4, 36, 4. Liu. 29, 20 Sacrosancta potestas. Sacrosanctum Festo auctore dicitur, quod iureiurando interposito est institutum: si quis id violasset, morte poenas penderet, cuius generis sunt Tribuni pl. aedilesque eiusdem ordinis: quod affirmat M. Cato in ea (f. oratione) quam scripsit Aedi-

Aedilis plebis sacrosanctos esse. *Haec Festus. Pluribus hoc explicat Dion. Halic. l. 6 p. 410 sq. ubi sacrosanctum ἱερὸν καὶ ἀσφαλὸν reddit. Sed locus classicus est Liu. 3, 55 Et quum plebem hinc prouocatione hinc tribunicio auxilio satis firmassent, ipsis quoque tribunis, ut sacrosancti viderentur, (cuius rei prope iam memoria aboleuerat) relatis quibusdam ex magno interuallo caerimoniis, renouarunt; et quum religione (caerimoniis) inuiolatos eos, (i. sacros) tum lege etiam fecerunt, sciendo (a quo sancti dicuntur) ut qui tribunis plebis — nouisset, eius caput Ioui sacrum esset, familia ad aedem Cereris, Liberi Liberaeque venum iret. — Tribunos vetere iureiurando plebis, quum primum eam potestatem creauit, sacrosanctos esse. Cic. pro Corn. Balb. 35 c. 14 Quid fuit in rogatione ea, quae de Pompeio a Gellio, et a Lentulo COS. lata est, in qua aliquid sacrosanctum videretur? Primo enim sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus, plebesue sanxisset, etc. Plin. 7, 44 Quum resistendi sacroque sanctum repellendi ius non esset, virtutis suae opera et censura periturus, etc. Hi Postulant, ut sacrosancti habeantur, quibus ipsi DI neque sacri neque sancti sunt Liu. 3, 39. Idem 9, 8 Tum Postumius, Interea dedite, inquit, profanos nos, quos salua religione potestis: dedetis deinde et istos sacrosanctos, quum primum magistratu abierint. Ibid. 20 Pro eo, quod spondendo pacem, seruassent exercitum Populi Romani, poenam nullam meritos esse: neque ad extremum, quum sacrosancti essent, dedi hostibus violariue posse. Ideo principes Romanos videmus Tribuniciam potestatem assumere sibi solitos: ut augustiores se et sacrosanctos facerent. Cic. in Catil. 2, 18 c. 8 Ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? h. e. Intactas, et ab omni iniuria tutas. Hinc etiam Sacrosanctas Ecclesias esse dicitur voluerunt de quibus est titulus Cod. Iustin. vid. l. vn. C. Th. de bonis clericor. Liu. 29, 20 Comprehendere Tribuni iuberent; ac iure sacrosanctae Potestatis reducerent. Testem sacrosanctum vocat Domitianum Stat. in Epist. ad Stellam. Sidon. 4, 3 Sacrosanctos Patres Hieronymum, etc. De quantitate antepenultimae ambigi potest; Corripitur a Vossio Arte Gram. 2, 20. Compar. Valer. Max. 5, 3 de Phocione, Honore arae decoratos cineres sacrosanctiores colis.*

SACERSANCTVS, a, um. Pro sacrosanctus Tertull. de Corona Milit. c. 13.

SACRÖVIR, iri. m. Cognomen Iulii apud Tacit. Ann. 3, 40, 1. et 3, 44, 3.

SACROVIRIÄNVVS, a, um. ut, Bellum sacrouirianum. Tacit. Ann. 4, 18, 1.

SACRICÖLAE, arum. m. Pl. [ἱεροκόλοι] Cultor sacrorum, Sacerdos. Tacit. Hist. 3, 74, 1 Domitianus prima irruptione apud aedituum occultatus, solertia liberti lineo amictu turbae sacricolarum immixtus, ignoratus apud Cornelium Primum paternum clientem, iuxta Velabrum delituit. Macrobi. Saturn. 5, 19 Velut ad sacricolarum Sagarumque carmina et deuotiones fugientem. Et ipsi Ciceroni hanc vocem refert Guilliel. Verr. 4, III c. 50 Omnes sacricolae et Antistites Cereris esse videntur. Vulgo, Accolae. Sum non ignotus illius Dei sacricola Apul. Flor. p. 361, 35. add. Solin. c. 23. Ammian. 22, 14. Prudent. adu. Symm. I praef. v. 47.

SACRIFICATIO, ñre. Pro sacrificare, ap. Hieron.

SACRIFICÖ, ñre. [ἱεροποιέω, ἱεραργέω, θύω] Sacrum s. rem sacram facere. Plaut. Mostel. 1, 3, 84 Edepol summo Ioui si viuo argento sacrificassem. Idem Capt. 2, 2, 4 Quin etiam, ut magis nofcas, genio vbi suo quando sacrificat, ad rem diuinam quibus est opus Samiis vasis vtitur. Deae Forti sacrificare Ouid. Fast. 3, 850. Suem sacrificare Idem ibid. 4, 414. Plaut. Poen. 2, 1, 2 Si Hercle istuc vnquam factum est, tum me Iuppiter faciat, ut semper sacrificem, neque vnquam litem. Plin. 3, 5 Namque diua Angerona, cui sacrificatur ad diem XII Cal. Ianuarii, ore obligato, etc. Orco sacrificare Plaut. Epid. 2, 1, 7. vid. ORCVS. Sacrificare absolute, Immolare hostias Nepos 23, 2, 4. Sacrificor pro Sacrificio Nonius ex Varrone 7, 98. conf. Varro L. L. 8, 61 p. 122 sq. Gell. 18, 12. et 6, 41. Plin. 36, 5. Solin. c. 2. Lactant. 4, 14.

SACRIFICANS, antis. Liu. 25, 1. Vulg. Interp. Isal 66, 3 Sacrificans de grege.

SACRIFICÄTVS, a, um. Partic. Cypr. Epist. 52. it. lib. de Lapsis.

SACRIFICÄTVS, ñs. m. Apul. Met. 7 p. 196 Nullum pecus sacrificatui habere.

SACRIFICATIO, ñnis. f. [τὸ ἱεράργημα] Cic. de Nat. Deor. 2, 67 c. 27 Itaque in ea dea, quod est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio externa est.

SACRIFICÄLIS, e. Adi. [ὁ ἱεραργηκός] ut, Tacit. Ann. 2, 69, 2 Sacrificalem apparatus, festam Antiochensium plebem per lictores proturbat. Al. Sacrificialis. Apul. Met. 9 p. 217 Epulae sacrificiales. Vid. Tertull. adu. Haeret. c. 40. Macrobi. Saturn. 3, 2. Termini sacrificales Auët. de Limit. p. 308.

SACRIFICÄTOR, ñris. m. Tertull. de Spectac. c. 8.

SACRIFICVVS, a, um. Adi. [ἱεραργηκός] ut, Sacrificae tibiae, quibus utebantur in sacrificiis. Plin. 16, 36 Nunc sacrificae Tuscorum e buxo tibiae. Arae sacrificae Valer. Argon. 8, 243. Dies sacrifici Quid. Met. 13, 590. Os sacrificum Idem Fast. 1, 130. Preces sacrificae Sen. Med. f. 2. Rex sacrificus Liu. 40, 42. qui alias Sacrificulus. Ritus sacrifici Quid. Met. 15, 483. Vestis sacrificae Sil. 3, 27.

SACRIFICVVS, i. m. [ἱεραργός, ἱεροποιός] Qui sacra facit. Ancus sacrificus Ouid. Fast. 6, 803. Des mihi sacrificos caliturasque ignibus aras Idem Met. 13, 590.

SACRIFICVLLVS, i. m. [ὁ ἱερομνήμων] Diminutiua forma, etiam vbi non notat contemptum. Liu. 2, 2 Quia quaedam publica sacra per ipsos reges factitata erant; ne vbiubi regum desiderium esset, regem sacrificulum creant. Id sacerdotium pontifici subiecere, ne additus nomini honos libertati officeret. Idem Rex sacrificiorum 9, 34. Sacrorum 27, 6 et 36. Rex sacrificus 40, 42. Gell. 10, 15 ex Fabio Pictore, Super Flaminem dialem in conuiuio, nisi rex sacrificulus, haud quisquam alius accumbit. Liu. 16, 41 Vulgo ergo pontifices, augures, sacrificuli reges creentur, cuilibet apicem dialem, dummodo homo sit, imponamus. Sueton. in Domit. c. 1 Ardente templo, apud aedituum clam pernoctauit: ac mane Isiaci celatus habitu, interque sacrificulos vanae superstitionis, etc. add. Fest. c. not. Dacer. Liu. 39, 8 Sacrificulus Graecus contemptim dici videtur. Sic Sacrificulus et vates Idem 25, 1, 8 add. Lactant. 5, 20.

SACRIFICIUM, i. n. [ἡ ἱεραργία] Sacrum, seu res diuina. Liu. 1, 28 Sacrificium lustrale in diem posterum parat. Cic. de 103

Clar. Orat. 56 c. 14 Quum M. Popilius sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis. Idem Fam. 15, 11 In eoque sum maiorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiae tribuerunt, cuius vos Pontifices ad aram in velabro sacrificium facere soletis. *Et de Arusp. Resp. 12 De illo ipso sacrificio, qui dicitur fit pro salute Pop. Rom. Anniversaria sacrificia Cic. Verr. 4, 128 c. 57. Penetrabile sacrificium, vid. PENETRABILIS in PENETRO. Liu. 44, 37 In monte sacrificio rite perpetrato. Add. Columel. 1, 8. et 2, 22. Sidon. Epist. 8, 14.*

10 SACRIFER, a, um. Adi. [*ἱεροφάρος*] Qui fert sacra: ut, Ouid. Fast. 4, 252 Quum Troiam Aeneas Italos portaret in agros, Est dea sacrificeras paene secuta rates.

SACRILEGVS, a, um. Adi. [*ἱερόσυλος*] Qui sacra, aut de sacro legit, id est tollit, furatur: quae res cum graui poena digna censetur; hinc est, ut conuicti locum obtineat, quo non hoc indicetur, aliquem commisisse; sed tam impium esse, qui committere possit sacrilegium. Ter. Adolph. 2, 4, 1 Vbi est ille sacrilegus? Plin. 24, 17 Ophiusam in Elephantine eiusdem Aethiopiae, liuidam, difficilemque adspectu, qua pota terrorem minasque serpentium obuersari, ita ut mortem sibi eo metu

20 consciscant, ob id cogi sacrilegos illam bibere. Cic. Verr. 1, 9 c. 3 Non Sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque. Idem de Legib. 2, 40 Sacrilego poena est, neque ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam ei, qui sacro commendatum, quod et nunc multis fit in fanis. Sacrilegorum numero haberi Nep. 17, 4, 8. Cic.

25 Verr. 3, 69 c. 28 Quorum cuius Rom. nemo erat, sed Graeci, sacrilegi, iam pridem (modo) improbi: repente Cornelii, i. a Cornelio Verre ciuitate donati, et in nomen illius ob eam causam adoptati. Haec ibi si non sunt, minor existat sacrilegus, qui Radat inaurati femur Herculis, etc. Iuuen. Sat. 13, 150. Artes sacrilegae meretricum Ouid. de

30 Arte Am. 1, 435. Cic. Verr. 5, 187 c. ult. Caeteros iterum deos, deasque omnes imploro atque obtestor, quorum templis et religionibus iste nefario quodam furore et audacia instinctus, bellum sacrilegum semper impiumque habuit indictum. Martial. 9, 86 Quum tua sacrilegos contra Norbane furores Staret pro domino Caesare sancta fides.

35 Ignis sacrilegos admouere templis Tibul. 3, 5, 11. Lingua sacrilega Ouid. de Rem. Amor. 367. Literae Lactant. 5, 4 pr. Manus sacrilega Hor. Carm. 2, 13, 2. Cic. Philipp. 12. Sanguis sacrilegus Virg. Aen. 7, 595. Superl. Exi e fano, natum quantum est hominum sacrilegissime Plaut. Rud. 3, 4, 1.

40 SACRILEGE. Adu. Tertull. Apol. c. 12 Contumeliosissime et sacrilege.

SACRILEGIUM, i. n. [*ἡ ἱεροσυλία*] Rerum sacrarum Furtum. In fodalitium sacrilegii alicuius abire Pseudo-Cic. in Sallust. 14 c. 5. Quinctil. 4, 2, 8 In eo, qui, cum pecuniam priuatam ex aede sacra surripuerit, sacrilegii reus est, confessio veretudior quam

45 expositio: Non negamus pecuniam de templo esse sublatam; calumniatur tamen accusator actione sacrilegii, cum priuata fuerit, non sacra. Vos autem de hoc cognoscetis, An sacrilegium sit admissum? Committere sacrilegium Quinctil. 7, 3. Genere quodam parricidium ac sacrilegium Committere Scribon. Ep. 11. Damnare aliquem sacrilegii Nepos 7, 6, 4. Quinctil. 5, 10 Si quis sacrilegium faciet, faciet et furtum. conf. Sen. de Vita Beata c. 27. Sacrilegium verius quam sacrum videbatur Curt. 4, 3, 23. Prope

50 sacrilegium ratus sum Liu. 4, 20. ¶ 2 Ut sacri principes, et res principum: ita Sacrilegium dicitur de violatoribus constitutionum et legum, itemque de maiestatis crimine, etc. Exemplorum affatim dabit Iac. Gothofred. in Glossario nomico, quod Theodosiano Codici subiecit, h. v.

55 SACRIMA appellabant mustum, quod Libero sacrificabant pro vineis, et vasis et ipso vino conseruandis. Sicut praemissum de spicis, quas primum melleuissent sacrificabant Cereri. Haec Festus. Nec multum abeunt, quae in scbedis supersunt.

SACRIPORTVS, ūs. m. Locus in urbe Roma sic dictus. Varr. de L. L. 4, 8 p. 16, 18 In hac regione sacriportus est. Sed

60 Aur. Vict. Vir. ill. 68. it. 75. est oppidum prope Praeneste. Lucan. 1, 134 Iam quot apud Sacri cecidere cadauera portum?

SACERDOS, ōtis. c. [*ὁ ἱερεὺς, ὁ ἱεροφάντης*] Qui deo dicatus est ad sacra facienda. Varro de L. L. 4, 15 p. 22, 32 Sacerdotes vniuersi a sacris dicti. Deinde sub hoc genere ponit Pontifices, Curiones, Flamines, Salios, Lupercos, Fratres Aruales, Sodales Titios, Fetiales. Olim Sacerdotes omnes patricii. Sed A. V. C. 452. apud

70 Liu. 10, 6 Rogationem promulgarunt tribuni pl. ut quum quatuor augures, quatuor Pontifices ea tempestate essent, placeretque augeri Sacerdotum numerum, quatuor pontifices quinque augures, de plebe omnes allegarentur. Ponit deinde orationem P. Decii Muris pro illa rogatione habitam, e qua tum alia discuntur, tum illud c. 8 Decemuiros sacris faciendis etiam plebeios iam tum fieri potuisse, etc. Ergo sacerdotes Pontifices, Augures, Decemuiros sacris faciendis. Sed etiam Rex sacrificulus, Vestales, Septemuiros epulonum, tum Flamines Dia-

75 les, Martiales, Quirinales, Galli qui Cybetes sacra faciebant, Bellonarii et Lucan. 1, 595 sqq. multa sacerdotum genera describit. Cic. Acad. 4, 121 Sed quum sacerdotes deorum vacationem habeant, quanto est aequius habere ipsos deos? Et a physicis et a philosophis et ab sacerdotibus iudicatur, ex potestate aquae omnes res constare Vitruu. 8, 1.

80 Purus Musarum, Phoebique sacerdos Ouid. Amor. 3, 8, 23. Musarum sacerdos; Poeta, vates Hor. Carm. 3, 1, 3. Casti Sacerdotes Virg. Aen. 6, 661. Doctus sacerdos Claud. Conf. Hon. 6, 326. Religiosus libertatis sacerdos ironia in Clodium Cic. pro Domio III. De eodem pro Sext. 39 Cum sororis adultero, cum stuprorum sacerdote, cum venefico. Maximum sacerdotem creare Cic. Verr. 2, 128. Furiata sacerdos Stat. Theb. 2, 21. Magna sacerdos Virg. Aen. 6, 544. Longaeva sacerdos Idem ibid. 6, 321. Regina Idem

85 ibid. 1, 272. Veneria, i. Veneris Plaut. Rud. 2, 2, 23. Sacra Cereris per Graecas semper curata sunt sacerdotes Cic. pro Corn. Balb. 53 c. 24. Plin. Epist. 2, 1 Illo die, quo sacerdotes (augures) solent nominare. conf. Ep. 4, 8. vid. NOMINO it. COOPTO. ¶ 2 Est etiam Sacerdos Liciniorum. v. g. antecessoris Verris, in quem refertur iocus Ciceronis Quinctil. 6, 3, 55. Cic. Verr. 3, c. 92.

90 SACERDOTISSA, ae. f. Laudatur Vet. Inscriptio Hispanica; CORNELIAE CLEMENTIS FILIAE TVSCAE SACERDOTISSAE PERPETVAE. Sed dubitare licet, an sit satis antiqua. Certe cum frequentissima sit mentio Sacerdotum virorum et feminarum in Gruteriano thesauro, Sacerdotissam non habent Scaligerani Indices. Elegans coniectura Birrii, SACERDOTISSAE, i. sanctissimae.

95 Laudatur etiam Gell. 10, 15 Eadem ferme caerimoniae sunt, quas Flami-

100

105

110

115

120

125

130

135

140

145



minicas (sacerdotissas) Dialis seorsum aiunt obseruitare. *Sed omittit Gronou. Et Idem 13, 19 Sacerdotes feminas dicit: et istud Sacerdotissa ut Glossema reicitur merito.*

SACERDOTŪLA, ae. f. Varro de L. L. 4, 29 p. 32, 25 Sacerdotulae in capite capital nunc solent habere.

SACERDOTIVM, i. n. [*ἡ ἱερατεία, τὸ ἱερατεύμα, ἢ ἱερωσύνη*] *Sacerdotis munus ac dignitas.* Liu. 30, 26 cum narrasset mortem Qu. Fabii Maximi, Augur in locum eius inauguratus Qu. Fabius Maximus filius: in eiusdem locum Pontifex (nam duo Sacerdotia habuit) Seru. Sulpicius Galba. Idem 9, 29 Gens Potitia, cuius ad aram Herculis familiare sacerdotium erat. Auctus sacerdotiis et honoribus, *vid. AVGEO.* Inire sacerdotium Cic. pro Domo 135 c. 52. Mandare sacerdotia per religionem populus non poterat Cic. de Lege Agr. 2, 18. *Conf. Cic. Att. 8, 3. Vitruv. 2, 8. Tac. Ann. 3, 19, 1. et 3, 64, 4. it. Hist. 5, 8, 6. Petron. c. 137. Sidon. Ep. 2, 6. Cic. pro Domo 136 c. 52* Quum Licinia virgo Vestalis fummo loco nata, sanctissimo sacerdotio praedita, T. Flaminio, Q. Metello COSS. aram et aediculam et puluinar sub sacro saxo dedicasset. Idem de Diuin. 1, 89 In qua et reges augures, et postea priuati eodem sacerdotio praediti Rempubl. religionum auctoritate rexerunt. Tum hic bonus augur eo sacerdotio se praeditum esse dixit, *ut Cic. Phil. 2 c. 32. conf. Plin. Ep. 4, 8. Tacit. Ann. 11, 11* Iisque intentius affuit sacerdotio Quindecimuirali praeditus. Cic. pro Domo 37 Cur enim quisquam vellet Tribunum plebis se fieri non licere? angustiorem sibi esse petitionem Consulatus? in sacerdotium quum possit venire; quia Patricio non sit is locus, non venire.

SACERDOTALIS, e. Adi. [*ἱερατικός*] *Quod ad sacerdotem pertinet. Laudatur Liu. 5, 40* Virgines, sacraque in plaustrum inposuit, et Caere quo iter sacerdotalibus erat, peruexit. *Sed Gron. et Drakenb. Sacerdotibus, ne mentione quidem alterius lectionis facta. Lex sacerdotalis Tertull. adu. Iud. 5. Nomen sacerdotale Macrob. Saturn. 3, 5. Ludi Plin. Ep. 7, 24. vid. Iuret. ad Symmach. p. 122. Reines. Ep. p. 156.*

SACODIOS, ii. f. *Gemma hyacinthini coloris. Plin. 37, 10.*

SACOMA, atis. n. [*τὸ σάκωμα*] *Est Aequipondium, hoc est quod in libra apponitur ad aequilibrium faciendum, vel quod lanci trutiniae sursum latae adiungitur, ut grauiori fiat aequalis. Testis Iulius Pollux 4, 24. Aristoteles in Mechanicis dicit σήκωμα ποιῶν, pro aequilibrium facere. Vitruuius 9, 3 de Hierone, Quum auream coronam votiuam diis immortalibus in quodam fano constituisset ponendam, immani pretio locauit faciendam, et aurum ad sacoma appendit redemptori. Is ad tempus opus manufactum subtiliter, regi approbavit, et ad sacoma pondus coronae visus est praestitisse. Al. gen. Femin. ad sacomam: vid. Voss. Inst. Orat. p. 258. Idem eod. lib. cap. vlt. Pendet ex vna parte phellos siue tympanum, quod ab aqua subleuatur, ex altera aequo pondere phelli sacoma saburrale. Pareus Lex. Crit. h. v. legit Veget. 1, 5 Proceritatem tironum ad Sacomam semper scio esse exactam, ut sit Sacoma mensura quaedam. Sed haud paullo probabilior lectio Scriuer. et Bessel. in Miscellan. a Consule Mario.*

SACOPOENIVM, i. n. *Idem quod Sagapenum, v. v.*

SACRAMENTVM, *vid. SACER.*

SACRANI, Populi, quorum origo sic Seruio narratur in illud Virg. Aen. 7, 795 Et Sacrae acies, et picti scuta Labici. Dicunt quendam Corybantem venisse ad Italiam, et tenuisse loca, quae nunc vrbi vicina sunt. Et ex eo populos ducentes originem, Sacranos appellatos. Nam sacraei sunt Matri deum Corybantes. Alii Sacranas acies Ardeorum volunt, qui aliquando quum pestilentia laborarent, Ver sacrum vouerunt, vnde Sacrani dicti sunt. *Haecenus Seruius. Festus, Sacrani appellati sunt Reate orti, qui ex Septimontio Ligures Siculosque exegerunt. Nam vere sacro nati erant.*

SACRATVS, SACRIFICO, SACRILEGVS, SACRO, SACRVM, *vid. SACER.*

SACRIVM, i. n. *Succinum ap. Scythas, sec. Plin. 37, 2.*

## S A D

SADDVCAEI, [*Σαδδουκαῖοι*] dicuntur, Qui Sadducaeam quendam magistrum legis sequentes, neque resurrectionem credebant, neque angelos, neque spiritus esse. *Vid. Hieron. in Matth. c. 22. Tertull. adu. Haeret. c. 45. Ecce Pharisei Sadducaei que dolosi Iu- venc. 3, 222.*

SADOR. *Verbum nescio cuius significationis. Lucil. ap. Non. 2, 202: sed Doufa in Reliqu. p. 40. et Turneb. Adu. 29, 22 Rador.*

SADYATTES, fuit Ardyos filii Gygis filius, qui post patrem regnavit in Lydia. *Vide de hoc Herodotum lib. 1 Historiarum.*

## S A E

SAECVLVM, *vid. SECVLVM.*

SAEPE. Adu. [*πολλάκις*] ius, illime. i. *Frequenter. Ter. Eun. 5, 2, 34* Saepe ex huiusmodi re quapiani, et ex malo principio, magna familiaritas conflat est. Idem Heaut. 3, 4, 53 Non licet hominem esse saepe ita vt vult, si res non finit. Cic. de Inuent. 1, 1

Saepe et multum hoc mecum cogitavi, bonine, an mali plus, etc. Idem pro Quint. 3 M. Iunius, etc. in hac multum et saepe versatus. Saepe ac diu Cic. pro Quint. 96. Semel, atque iterum, ac saepius Idem pro Font. 16 c. 8. Caesar Ciceroni Att. 9, 6 Et si hoc et feci saepe, et saepius mihi facturus videor. Quod etsi saepe dictum est, dicendum tamen est saepius Cic. Off. 3, 69 c. 17. Saepissime aliquid experiri Sallust. Iug. c. 63. Saepe fugam Danaei moliti Virg. Aen. 2, 108. *Add. Idem Georg. 1, 379. Iterum et saepius te rogo Cic. Fam. 13, 43. Idem de Fin. 2, 41 Interdum, vel potius nimium saepe, vid. NIMIS. Cic. Fam. 1, 7 Scis temporibus illis non saepe in Senatu fuisse.*

SAEPIOR, us. *et*

SAEPISSIMVS, a, um. Adiectiua antiqua ab Adu. Saepe, vt testatur Priscian. 15 p. 1016.

SAEPICŪLE. Adu. *Sic satis saepe. Frequens vox Apuleio v. g. Met. 6 p. 185. et 9 p. 235 Occurrit et semel in Plaut. Caf. 3, 5, 59 Saepicule peccas.*

SAEPIVSCVLE. Adu. Priscian. 3 p. 611 a Saepius derivat; et ita legit Plaut. l. c.

SAEPENVMĒRO. Adu. [*πολλάκις*] *Idem quod simplex Saepe: Plin. 11, 37 Septimo mense genitis saepenumero foramina aurium et narium defuere. Cic. Fam. 16, 21 Sum totos dies cum eo, noctisque*

faepenumero partem. Cic. de Senect. 4 c. 2 pr. Saepenumero mirari soleo, etc. Add. Idem pro Rosc. Am. c. 29 et 41. Sallust. Catil. c. 52. Caes. B. G. 1, 33. Colum. Praef. 1 pr. Gell. 3, 16 Gigni hominem septimo rarer, nunquam octavo, saepe nono, saepius numero decimo mense.

5 SAEVIO, SAEVITIA, vid. post SAEVVS.

SAEVVS, a, um. Adi. [ὁ καὶ ἡ ἀνελελήμων, χαλεπός, δεινός]. Durus, crudelis, certe vehemens in laedendo: nec enim semper ad animi crudelis furorem pertinet, sed saepe simpliciter ad noxam, et nocendi vel voluntatem et conatum, vel actum etiam sine consilio. Vanus cum Nonio

10 Seruius, cum saeuum esse fortem, magnum, potentem, contendunt. Virg. Aen. 5, 270 Quum saeuo e scopulo multa vix arte reuulsus. in quo nauis nec sine damno adbaeserat: Ter. Adel. 5, 4, 12 Ego ille agrestis, saeuus, tristis, parcus, truculentus, tenax. Virg. Aen. 1, 8

15 Saeuae memorem Iunonis ob iram. Idem ibid. 1, 105 Saeuus ubi Aeacidae telo iacet Hector. Tibull. 1, 10, 67 Sed manibus qui saeuus erit, scutumque, sudemque Is gerat. Virg. Aen. 1, 462

Et saeuum ambobus Achillem, iratum, infensum. Idem ibid. 12, 107

20 Maternis saeuus in armis. Seru. ad Aen. 1, 4 laudat verba Ennii Indutus fuit saeuia stola, et interpretatur magnam. Ipse viderit. Virg. Aen. 1, 142 Non illi imperium pelagi, saeuumque tridentem, Sed mihi sorte datum. Saeuum tridentem dicit, ut iras maris et similia: vim et impetum notat.

¶ 2 Substantiua: Tacit. Ann. 4, 20 Nam pleraque ab saeuis Adulationibus aliorum, in melius flexit. de Lepido. Amor saeuus Virg. Ecl. 8, 47. Amore saeuo saeuia

25 Medea Cic. pro Cael. 18. Armis saeuis cominus certare Virg. Aen. 12, 890. Beluae saeuae Hor. Carm. 1, 12, 22. Belli saeuia certamina Lucret. 1, 476. Caedes saeuia Ouid. Met. 1, 161.

Catenae saeuae Hor. Carm. 3, 11, 45. Dolor saeuus Sil. 13, 234.

30 Dolores saeuia animo exciderant Virg. Aen. 1, 29. Facies saeuia ac deformis Tacit. Hist. 3, 83. Faces saeuiae Virg. Aen. 4, 566.

Ferae saeuiae Ouid. Met. 7, 387. Gelu saeuum Valer. Argon. 1, 512.

Gens saeuia Cic. Tusc. 2, 20. Hiems saeuia Valer. Argon. 7, 52.

35 Horror saeuus Virg. Aen. 2, 556. i. magnus. Iocus saeuus Hor. Carm. 1, 33, 12. Idem Epist. 2, 1, 148. Ira saeuia Ouid. Met. 1, 453. Lea saeuia Idem ibid. 4, 102. Militia saeuia Hor. Epist. 1, 18, 55. Necessitas saeuia Idem Carm. 1, 35, 17. No-

40 verca saeuia, vid. NOVERCA. Odor vini saeuus, vid. O D O R. Paupertas saeuia Hor. Carm. 1, 12, 43. Rabies ventorum saeuia

Ouid. Met. 5, 6. Scopulo e saeuo reuulsus Virg. Aen. 5, 270.

45 Tempestates saeuiae Tacit. in Vita Agric. c. 22, 2. Turbines saeuia Cic. de Orat. 3, 155 c. 39. ex Poeta. Venenum saeuum

Virg. Aen. 12, 857. Ventus saeuus Cic. Att. 5, 12 Ad VIII Iduum ab Ceo iucunde inde ad Gyarum saeuo Vento, non aduerso. Ver-

45 bera saeuia Virg. Georg. 3, 252. Verba saeuia Hor. Epod. 12, 13. Cic. de Diuin. 2, 115 c. 56 Sancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum obsides, vnde superstitiosa primum saeuia euasit (erupit, exstitit).

Vox fera. Saeuia et fera epitheta videntur ex Graeco versa δεινὴ καὶ ἄγρια. Oracula saepe denunciarunt hominibus calamitates. ¶ 3

50 Obseruauit. Saeuia et detestanda alicui clamitare Tac. A. 3, 23, 2. Aduerbialiter. ut, Cui saeuum aridens Sil. 1, 398. Saeuum fremere Claud. de Rapt. Proserp. 1, 285. et 2, 242. Compar. Iu-

uencis indomitis saeuior Ouid. Met. 13, 798. Pestis nulla saeuior

55 Virg. Aen. 3, 214. Quibusuis lupis et vrsis saeuiores Apul. Met. 8 p. 209. Superl. Centaurorum saeuorum saeuissimus Eurytus

Ouid. Met. 12, 219. Dominus Plin. Paneg. c. 52. Nobilium saeuissimus L. Sulla Tac. H. 2, 38, 3. Liu. 34, 32 Et eo tyranno, quam qui vnquam fuit, saeuissimo et violentissimo in suos? Iuno

60 saeuissima Virg. Aen. 2, 612. Iussa saeuissima matris ferre Valer. Argon. 3, 47.

SAEVE. Adu. Suet. Tiber. c. 59 Multa saeue et atrociter factita-

65 vit. Compar. Aut saeuus aut lenius agendo Columel. 11, 1. Superl. Quaedam loca aestate saeuissime candent Idem 1, 4 extr.

SAEVITER. Adu. [ὠμῶς] Plaut. Pseud. 5, 2, 31 Magis cogito saeuiter blanditerne alloquar. Conf. Idem Poen. 1, 2, 121. et

Trin. 4, 3, 53. Nimum saeuiter, vid. NIMIS.

SAEVITIA, ae. f. [ἡ ἀμάρτης] Crudelitas. Plin. 6, 17 Proxima inculca saeuitia gentium. Idem 18, 31 Hoc non tam saepe prouentu nimio euenit, quam saeuitia infidantium caritati civili. Tibull.

70 1, 6, 3 Quid tibi saeuitiae mecum est? Cic. in Partit. 11 Quas res sibi proponet in istis tribus generibus orator? C. P. Delectationem in exornatione: in iudicio, aut saeuitiam, aut clementiam. Quis nescit aliorum imperatorum hilarem diritatem, Cachinnantemque saeuitiam? a quibus ingenita crudelitas figmento lactitiae tegebatur

75 Mamertin. Paneg. Iuliani c. 24. Iactati saeuitia Maris Vell. 1, 2, 7. Intestabilis saeuitia, sed obiectis libidinibus Tacit. Ann. 6, 51. Intolerabilis saeuitia, vid. INTOLERABILIS. Nefandae saeuitiae mos, parcere morti pereuntis. i. Crudelitas est hominem ita cruciare, ut non statim moriatur, sed efficere, ut elanguet, quo sint cruciatus grauior-

80 res; ut sentiat se mori Lucan. 2, 180. Adhibere saeuitiam in aliquem Cic. Off. 2 c. 7. Afflicta saeuitia: Tacit. Ann. 13, 30 Italiam luxuria, saeuitiaque Afflictauisset. Demere aliquid saeuitiae

85 Catull. ad Iuuentium 96, 6. Da breue saeuitiae spatium, pelagique, tuaeque Ouid. Epist. 7, 73. Gliscit saeuitia. Tacit. Ann. 6, 19 Quantumque saeuitia Glisceret, miseratio arcebat. Relinquere saeuitiam, et vires, iramque, animosque minaces Ouid. Met. 6, 688. Tacit. Ann. 3, 22 Exemit etiam Drusum Consulem designatum dicendae primo loco sententiae, quod alii civile rebantur, ne cacteris assentiendi necessitas fieret: quidam ad saeuitiam trahebant.

90 SAEVITAS, atis. f. Idem quod Saeuitia. Cum saepe morbos maior armet saeuitas Prudent. Romano v. 483. Conf. Heins. not. Firmicus 5, 5 Semper ad arma parati vnde alios sua fortitudine aut saeuitate deterreant. Apul. Met. 9 En rei saeuitatem. Al. saeuitatem: sicut et l. 3. Vid. Elmenhorst. p. 135 et 221. Bero-

95 ald. p. 357.

SAEVITIES, ei. f. Idem. Tacit. Ann. 11, 10, 8 Per saeuitiam et luxum adegit Parthos. Socrus saeuitiam exsecrata Apul. Met. 6 p. 181.

SAEVITVD O, inis. f. Plaut. apud Non. 2, 796 Mole saeuitudo mala fit peior.

SAEVIDYCVS, a, um. Ter. Phorm. 1, 4, 36 Ne te iratus suis saeuidicis dictis protelet. Al. Saeuidictis, aut Saeuis dictis.

SAEVI O, iui, itum, ire. [μαινόμενος, χαλεπαίνω] Crudeliter in aliquem agere, aut Vehementius irasci. Ter. Andr. 5, 2, 27 Ah ne saeu

105 tantopere, ad patrem minantem filio et seruo dicitur. Sic Virg. Aen.

6, 544 Ne faeni, magna sacerdos, i. noli irasci. Sed Aen. 12, 387  
*Aeneas vulneratus* Saecit, et infracta luctatur arundine telum Eripere,  
 auxilioque viam, quae proxima, poscit. Orpheus rapta grauiter  
 pro coniuge faecit Virg. Georg. 4, 456. Liu. 7, 19 In Tarqui-  
 nienses acerbe faecitum, multis mortalibus in acie caecis. Idem  
 28, 34 Caeterum se neque arma iis ademurum, neque se in obfides in-  
 noxios, sed in ipsos, si defecerint, faeciturum. Liu. 3, 45 Saecite  
 in tergum, et in ceruices nostras, pudicitia saltem in tuto fit. Fla-  
 gellis faecire Iuuen. Sat. 10, 180. Rabie fameque faecit Ouid.  
 Met. 11, 369. Accipiter in aues omnes faecit Idem ibid. 11, 345. 10  
 Amor refurgens faecit Virg. Aen. 4, 532. Dolor faecit in erepto  
 amore Propert. 2, 8, 36. Ouid. Met. 14, 193 — ô si quis re-  
 ferat mihi casus Vlystem, Aut aliquem ex sociis, in quem mea faeciat  
 ira. Quo fortuna magis faecit, magis ipse resistis Ouid. ex Pont.  
 2, 3, 51. Latratus canum faecit in auras Virg. Aen. 5, 257. 15  
*Passive praeter dicta*: In Perusinos magis irâ militum quam voluntate  
 faecitum est ducis Vell. 2, 74, 4. Etiam in tecta faecitum est  
 Curt. 8, 10, 6.

SAEVIENS, entis. Procellam fortunae saeuientis euadere Apul.  
 Met. 10 p. 240. Merum saeuienti ventri auuiditer ingurgitare Id. 20  
 4 p. 145. Saeciente pelago Tac. A. 15, 46, 3. Purpurati bar-  
 bara ferocitate saecientes Curt. 3, 8, 15. Lupi nimia ferocitate  
 saecientes Apul. Met. 8 p. 208. Interpellare saecientium minas  
 Petron. c. 108.

## S A G

SAGA, ae. f. [*ἡ Σαγῶνις, ἡ Σαγῶνις, ἡ Σαγῶνις*] *Maga, di-  
 uinatrix*. Cic. de Diuin. 1, 65 c. 31 Sagire sentire acute est: ex quo  
 sagae anus, quia multa scire volunt, et sagaces dicti canes. Festus, 30  
 voce SAGACES. Saga quoque dicitur mulier perita sacrorum. *Nempe  
 Magica etiam sunt sacra*. Rursus Sagae sunt praecantatrices (quae  
 praecunt et docent, praecantant certe carmina magica) quae vel arcescere  
 carminibus mala hominibus possunt, vel expellere Vet. Schol. ad Hor.  
 Carm. 1, 27, 21 Quae saga, quis te soluere Thessalis Magus venenis,  
 quis poterit deus? Ut mihi verax Pollicita est magico saga mini-  
 sterio Tibull. 1, 2, 41. Columel. 11, 1 Sacrificia nisi ex praeccepto  
 domini facere nesciat, aruspicem sagamque sua sponte non nouerit:  
 quae vtraque genera, vana superstitione rudes animos infestant.  
 Add. Idem 1, 8. Rapacis sagae praeccepta Tibull. 1, 5, 59. 40  
 Thessala saga Propert. 3, 24, 10. Sagarum superstitione interpre-  
 tari somnia Cic. de Diuin. 2 c. 63. Vid. mox SAGVS, a, um.  
 ¶ 2 Saga est etiam, virorum Indagatrix ad libidinem, vt interpreta-  
 tur Nonius 1, 86. Lucil. Aetatem et faciem vt saga et bona conciliatrix.  
 Turpilius, Non ago hoc per sagam, pretio conductam, vt vulgo solent.  
 Nempe magica vanitas saepe amoribus conciliandis aut reuocandis seruiit.  
 Hoc argumentum Pharmaceutriae Virgilii Ecl. 8, . . ex Theocrito repetitae.  
 ¶ 3 Sagam pro Sagum edebatur ante Victorium Caton. R. R. 59. Sed vid. SAGVM.

SAGAPENVM, i. n. [*σαγῶνιον*] Succus est herbae ferulaceae, 50  
 quae in Media nascitur. Optimum est translucens, fuluo forinsecus co-  
 lore, et intus albo, nescio quid inter laser et galbanum redolens, gustu  
 acri. Auctor Dioscorides 3, 79. Sagapeni meminit Plin. 20, 18. 12, 25.  
 19, 3. 28, 11. Cels. 6, 6. It. Scribon. 69. 100. 167 etc.

SAGANA, ae. f. Priscian. 4 p. 622 Sagana et Saga idem signifi- 55  
 cant. Iure ergo nomen est celebris Veneficae apud Hor. Epod. 5, 25. et  
 Sat. 1, 8, 25 et 41 et 48. qui primam semper corripit. Tanto minus ob-  
 stare debet modus illius Syllabae, quo minus cognatae originis sint Sagio,  
 Saga, Sagana, Sagax: quorum duo priora producuntur, corripuntur al-  
 tera. Etiam Petronio c. 58 a quibusdam tribuitur Sagana tibi irata sit. 60  
 Sed fluctuat lectio.

SAGARIA, SAGARIVS, vid. SAGVM.

SAGARVS, SAGARIS, Fluius, vid. SANGARIVS.

SAGATVS, vid. SAGVM.

SAGVS, a, um. Antiquum forte nomen, e quo Saga (intell. mulier) 65  
 ortum esse potest, et in vsum reuocatum a recentioribus; vel etiam ab  
 his e Saga formatum. Significat enim idem fere quod praefagos, et ad futu-  
 rarum rerum significationem refertur. Nunc sagas affatur Aues Stat.  
 Achil. 1, 519. Nec sago Clangore loquax et stridula cornix Pru-  
 dent. Apoth. v. 298. Ipse nihil certum sagis Clangoribus aether 70  
 Praecinet Stat. Theb. 8, 204.

SAGIO, ire. Acute sentire, praesertim naribus. Cic. de Diu. 1, 65  
 c. 31 Sagire sentire acute est: ex quo sagae anus, quia multa scire  
 volunt: et sagaces dicti canes. Is igitur, qui ante sagit, quam  
 oblata res est, dicitur praesagire, id est futura ante sentire. Pri-  
 scian. 6 p. 638 In AX verbalia inueniuntur ab omni coniugatione —  
 Pellicio pellicis pellax, Sagio sagis sagax. Vet. Schol. inedit. ad b. l.  
 Sagio prospecto, praeuideo.

SAGAX, acis. Adi. [*ἰχθυῶν, ἀγχιῶν, πῶν, πῶν, πῶν*] Gloss.  
 Lat. Gr.] Acutus, solers. Est enim ut Rapax a rapio, ita a Sagio sa- 80  
 gax, licet modus Syllabae primae variet. Sedem habet in primis in nari-  
 bus canum et similibus animalium. v. g. Lucan. 7, 829 post descriptio-  
 nem praelii cruenti ad Pharsalum,

Tunc vrsae latebras, obsceni tecta domusque

Deseruere canes, et quidquid nare sagaci

Aëra non sanum motumque caduere sentit.

Non. 1, 86 Sagaces canes dicuntur ferarum vel animalium quaesitores.  
 Similia Festus, qui addit: Sagaces appellantur, multi ac so-  
 lertis acuminis. Conf. Scaliger. Exerc. 252 f. 2. Cic. Att. 6, 3  
 Quaestorem nemo dignum putat: etenim est leuis, libidinosus, sagax. 90  
 Sed recte hic restitutum tagax i. furax. Martial. 12, 87 Excogitauit  
 homo sagax et astutus. Cic. de Finib. 2, 45 c. 14 Homines enim,  
 etsi multis aliis, tamen hoc vno a bestiis plurimum differunt, quod  
 rationem habeant a natura datam, mentemque et acrem et vigentem,  
 celerrimeque multa simul agitantem, et vt ita dicam, sagacem, quae 95  
 et causas rerum, et consequutiones videat. Cic. Fam. 10, 23 Sed  
 certe nimia eius indulgentia in Lepidum, ad haec pericula perspicienda  
 fecit eum minus sagacem. Cic. in Catil. 1, 19 c. 8 Quem tu vide-  
 licet et ad custodiendum te diligentissimum, et ad suspicandum sagacis-  
 simum, et ad vindicandum fortissimum fore putasti. In coniectu- 100  
 ris sagacissimus Iustin. 1, 9, 14. Plin. 8, 37 de muribus, Quorum  
 palatum in gustu sagacissimum, auctores quoniam modo intellexerint, mi-  
 ror. Acies oculorum sagax, vid. ACIES. Lucret. 1, 403  
 cum respectu ad canum sagacitatem, Verum Animo satis haec vestigia  
 parua sagaci Sunt, per quae possis cognoscere caetera tute. Ouid. 10

- Rem. Am. 201 Nunc leporem pronum Catulo sectare sagaci. Et Met. 11, 599 Nec voce silentia rumpunt Sollicitiue canes, Canibusue sagacior Anser. Curae sagaces Hor. Carm. 4, 4, 75. Cura sagaci aliquid videre Cic. de Diuin. 1, 22. Mens sagax Lucr. 1, 1021.
- 5 Ratione sagaci videndum est Idem 1, 131. Columel. 1, 1 praef. Nam qui se in hac scientia perfectum volet profiteri, sit oportet rerum naturae sagacissimus, declinationum mundi non ignarus. Plaut. in Curc. 1, 2, 17 Canem esse hanc quidem magis par fuit: Nasum edepol sagax habet.
- 10 SAGACITAS, atis. f. [*ἡ ἐυσαιδνησία*] Calliditas. Cic. Verr. 4, 29 Tuam tantam fuisse sagacitatem, vt eas per illum ipsum inspiceres, vbi erant depositae, etc. Idem Verr. 1, 105 Vtrum admonitus, an tentatus, an (qua est iste sagacitate in his rebus) sine duce villo, sine indice peruenerit ad hanc improbitatem, nescio. Ea erat sagacitate, vt decipi non posset Nep. 7, 5, 2. Narium sagacitas Cic. de Nat. Deor. 2, 158 c. 63. Sagacitas etiam sensuum corporis Sen. Epist. 96. Vigili sagacitate occulta facinora perquirere Firmic. 5, 5.
- 20 SAGACITER, Adu. [*ἀγχιῖως*] Prudenter, callide. Cic. de Orat. 1, 123 c. 51 Acuto homine nobis opus est, et natura vsuque callido, qui sagaciter peruestiget, quid sui ciues, iique homines, quibus aliquid dicendo persuadere velit, cogitent, sentiant, optinentur, expectent. Columel. 7, 12, 7 Satisque pulchre funguntur officio, si et aduenientem sagaciter odorantur (sic enim legendum ostendimus, pro vulg. adoriuntur) et latratu conterrent. Liu. 27, 28 Ibi duo duces sagaciter moti sunt, alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem. Compar. Odorari sagacius Hor. Epod. 12, 4. Cic. Att. 6, 6. Superl. Cic. de Orat. 2, 186 c. 44 Omni mente in ea cogitatione curaque versor, vt odoror quam sagacissime possim quid sentiant, quid existiment, quid expectent, quid velint.
- 30 SAGDA, ae. f. Plin. 37, 10. et Solin. c. 50. *gemma porracei coloris.*
- SAGENA, ae. f. [*ἡ σαγήνη*] Genus retis piscatorii. *σαγήνην Graeci, Latini Verriculum appellant* Manilius 5, 678 Excipitur vasta circumuallata fagena. Conf. Vlpian. Dig. 47 t. 3 l. 13 §. 7.
- 35 SAGENON, i. n. Gemmae species. Plin. 37, 9. *al. argenon.*
- SAGINA, ae. f. [*τὸ λίπος, τὸ πῖος*] Cibus, quo animal pingue efficitur. Symposius Aen. 36 de Porco, Setigeræ matris secunda natus in aluo, Desuper ex alto virides exspecto faginas. i. *glandes.* Colum. 6, 27, 9 Sagina hilaris admiffarius. Sagina anserum Varr. R. R. 3, 10, 1. Et Col. 8, 14, 11 ratio faginandi. Sagina viuua Varr. R. R. 3, 17, 7 Pisciculi minores, maiorum cibus. Iuuenal. Sat. 4, 67 Genialis agatur. Iste dies, propra stomachum laxare faginis. Plaut. Most. 1, 1, 62 Bibite, pergraecamini, Este, effercite vos, faginam caedite. i. *Salmasio interprete, cibum caedite, a quo cibicidae dicti sunt voraces.* Ibid. 1, 3, 79 Diesque noctesque estur, Bibitur, neque quisquam parsimoniam adhibet: fagina plane est. i. *nihil agit, quam vt faginent se homines.* Et Trin. 3, 3, 96 Aut aliquem ad regem in faginam herus se coniciet meus: *pro cibo illi addicet operam suam, vt gladiatores.* Plaut. Mil. 3, 2, 31 Postules fagina eicere cellaria. Plin. 9, 56 Saginam cochlearum commentatus est
- 50 sapa et farre, aliisque generibus. Dulcior herba faginâ roris aut fluminis Pallad. Mai. c. 7. Columel. 8, 14 extr. Est facilis harum autium fagina. Add. Vlit. et Burm. ad Nemesian. Cynege. v. 166. Propert. 4, 8, 25 Qui dabit immundae venalia farta faginae. *Metaph.* Quintil. 10, 5, 17 Forensibus certaminibus exercitatos, et quasi militantes reficit ac reparat haec velut fagina dicendi, *de exercitationibus rhetoricis liberioribus.* Cic. pro Flacc. 17 c. 7 Qui multitudinem illam non auctoritate, sed fagina tenebat, *de Mithridate quodam.* Inanis fagina dicendi Quintil. 2, 15. ¶ 2 Sagina, [*παρρηλικήρωμα* Gloss. Lat. Gr.] *Pinguedo superuacua, arte non natura aducta, per totum corpus dispersa.* Nimia tendis mole faginam Auson. Ephem. v. 9. Iustinus 21, 2 pr. Sublatis deinde aemulis in segnitiam lapsus, faginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxit.
- 60 SAGINVM, i. n. Pallad. Mai. t. 7. *edidit Aldus: sed praestat legere fagina.*
- SAGINO, are. [*σιτεύω, σιτίζω, πιαίνω, λιπαίνω*] Pingue facere. Columel. 6, 38, 4 Ea herba viridis, nec tarde tamen arida, foeni vice faginat iumenta, verum modice danda, ne nimio sanguine stranguletur pecus. Ibid. 27 Ordeo faginandus equus. Ibid. Quidam etiam praecipunt eodem ritu, quo mulos admiffarium faginare, vt hac fagina hilaris plurimis feminis sufficiat. Varro de R. R. 3, 3 Et nata nutrire, faginareque in macellum vt perueniant. Pisces sanguine humano Sen. de Clem. 1, 18. Saginare exquisitis epulis Plin. 9, 35. Saginari sanguine ciuium Cic. pro Sext. 78 c. 36.
- 75 Saginare plebem populares suos vt iugularentur Liu. 6, 17 pr.
- SAGINATVS, a, um. Partic. [*ὁ σιτευτός*] Vt, Porcus faginatus Propert. 4, 1, 23. Saginati corporis inutilis belua Curt. 9, 7, 16. Boues atiles ad sacrificia publica faginati Varro R. R. 2, 1. Add. Solin. c. 8. Petron. c. 125. Colum. 2, 1. Compar. Saginatior Christianus, vrsis et leonibus forte, quam Deo, erit necessarius Tertull. de Ieiun. extr. Conf. Idem de Idolol. c. 6. et adu. Psychic. c. 17.
- 85 SAGINATIO, onis. f. [*λασμός, πιασμός*] Plin. 8, 51 Pinguescunt sexaginta diebus, sed magis tridui inedia faginationem orsa. Add. Tertull. de Pall. c. 4.
- SAGIMEN, inis. n. pro Sagina afferebatur ex Colum. 6, 38 Ne nimio sagimine strangulentur pecora: Sed editi, puto omnes, Ne nimio sanguine stranguletur pecus.
- 90 SAGINARIVM, i. n. [*τὸ σιτευτήριον*] Locus, vbi faginantur altilia. Varro de R. R. 3, 10, 7 Ad faginandum eligunt pullos circiter fessquimensis qui sunt natu, eos includunt in faginario, ibique polentam et pollinem aqua madefacta dant cibum, ita vt perinde se faturent.
- SAGINARIVS, a, um. vid. SAGMARIVS.
- 95 SAGINATOR, oris. m. *βοῶν σιτευτής* Gloss. Gr. Lat.
- SAGIO, vid. sub SAGA.
- SAGITTA, ae. f. [*τὸ βέλος, ὁ ἴος, τὸ βέλεμον*] Iaculi genus, quod arcu emittitur. Isidor. Orat. 18, 8 pr. Sagitta a Sagaci iactu, id est, veloci iactu vocata: cui fauere videtur, quod quidam libri Virgiliani, *Petrio teste, Sagittam scribunt. Sed magis placet, quod Vossio, σαγή τὸ ὄπλον. Si enim armorum omne genus notat σαγή, facile Sagitta paruum illud telum, quod arcu mittitur, notabit.* Aculeus sagittae, vid. ACVLEVS. Acuta sagitta, vid. ACVO. Hamatae Ouid. Trist. 3, 10, 63. Infestae Iuuen. Sat. 15, 74. Leues Virg. Aen. 5, 68. Missiles 105 Hor. Carm. 3, 6, 16. Pennigeræ Sil. 8, 375. Sceleratae Ouid. de

de Arte Am. 1, 199. Volucris sagitta Sil. 7, 646. ¶ 2  
*Verborum formulae*: Acuere sagittas, *vid.* ACVO. Aptare ner-  
 vo sagittas Virg. Aen. 10, 131. Armatus sagittis, ac face. Quin-  
 til. 2, 4 Et quid ita crederetur Cupido puer ac volucer, et sagittis ac  
 face armatus. Asperare sagittas ossibus. Tacit. de Germ. 46 Sola 5  
 in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus Asperant. Conficere sa-  
 gittis Cic. Acad. 4 c. 2. Configere sagittis, *vid.* CONFIGO.  
 Celeres sagittas Corripere Virg. Aen. 1, 191. Depromere sagittam  
 pharetra Virg. Aen. 11, 858. Idem *ibid.* 5, 503 Primaque per cae- 10  
 lum neruo stridente sagitta Hyrtacidae iuuenis volucres Diuerberat  
 auras. Emittere sagittas arcu, *vid.* EMITTO. Expellere sa-  
 gittas arcu, *vid.* ARCVS. Stat. Silu. 3, 5, 4 Non metuo ne laesa  
 fides, aut pectore in isto Alter amor, nullis in te datur Ire sagittis.  
 Imbuit sagittas Phoebi primus draco, *i.* Tinxit cruore suo Sen. Herc.  
 fur. f. 6. Imponere sagittam neruo Ouid. Met. 8, 380. Virg. 15  
 Aen. 12, 856 Non fecus ac neruo per nubem Impulsa sagitta. Infi-  
 gere sagittarum venabula praetereuntibus, *vid.* INFIGO. Pende-  
 bant sagittae ab humero Cic. Verr. 4, 74. Promere celeres sa-  
 gittas Hor. Carni. 3, 20, 9. Volans sagitta Ouid. Trist. 3, 10, 55.  
 Vti nudis sagittis ad bella Ouid. Rem. Amor. 25. ¶ 3 Sa- 20  
 gittam, *inquit* Columel. 3, 17 rustici vocant nouissimam partem surcu-  
 li: siue quia longius recessit a matre, et quasi emicuit atque profiliuit:  
 seu quia cacumine attenuata, praedicti teli speciem gerit. Idem  
 3, 10 Nam si sagittam, id est superiorem partem malleoli, vituperan-  
 dam censebant, quum esset eadem pars surculi frugiferi: quanto ma- 25  
 gis vel ex optima vitis parte natum flagellum, si est sterile improba-  
 tum ab his ratio ipsa declarat? Sic Plin. 17, 21. ¶ 4 Sa-  
 gitta, *Signum caeleste.* Manil. 1, 349 Hinc imitata nitent cursumque  
 habitumque sagittae Sidera. Add. 5, 293 *vbi* Parte octaua chelarum  
*illam oriri docet.* Plin. 18, 26 Pridie Nonas Ianuarii Caesaris Del- 30  
 phinus matutino exoritur, et postero die Fidicula, quo Aegypto Sa-  
 gitta vesperi occidit. Conf. Idem 8, 51. ¶ 5 Sagitta,  
*Herba.* Plin. 21, 17 Item pistanam dicit a Graecis vocari, quam inter  
 vluas sagittam appellamus.

SAGITTULA, ae. f. Dimin. Apul. Met. 10 p. 254 Pinnulis 35  
 et sagittulis.

SAGITTARIUS, a, um. Adi. Plin. 16, 36 Suum genus sagitta-  
 rio calamo. *i.* idoneo, ut ex eo fiant sagittae.

SAGITTARIUS, i. m. [*ὁ τοξότης*] Qui sagittas emittit. Cre-  
 tae sagittarii, et funditores Baleares Caes. B. G. 2, 7. Cic. Att. 40  
 5, 18 Magna tormentorum copia, multis sagittariis, magno labore, ap-  
 paratu, multis faucibus nostris, incolumi exercitu negotium confecimus.  
*Metaphor.* Idem pro Sext. 133 Neque putavi, quum omnibus machi-  
 nis ac tormentis, vi, exercitu, copiis oppugnaret, de vno sagittario me  
 queri conuenire. *hostem minorem, quasi leuis armaturae, et contemptibi-* 45  
*lem, intelligit.* Sed proprie Idem Fam. 15, 4 Vfusque multis tor-  
 mentis, multis sagittariis, magno labore meo, sine vlla molestia sumtu-  
 ve sociorum, septimo et quinquagesimo die rem confeci. Add. Idem  
 Phil. 5 c. 6. ¶ 2 Sagittarius, Numisma erat Persicum, a  
 notae genere ita nuncupatum. Quod genus nummi idem erant, qui Darici 50  
 quoque dicuntur, auctore Plutarcho in *Apophsbegmatis*. Ex quo celebre  
 manauit Agesilai dictum, se ex Asia pulsum triginta milibus sagittariorum,  
 quum Persarum rex ea numorum summa corruptis per Timocratem Athe-  
 niensibus effecisset, ut is de prouincia decederet. Videri possunt tales nu-  
 mi cum sagittario apud Spanb. *diff.* 6 p. 324 sq. ¶ 3 Sagit- 55  
 tarius, *Signum caeleste.* Plin. 17, 24 Quum sit Luna in Leone, Scorpi-  
 one, sagittario. Semiferum centaurum vocat Manil. 4, 230. Sed Hy-  
 gin Poët. Astron. 2, 27 Hunc complures Centaurum esse dixerunt:  
 alii autem hac de causa negauerunt, quod nemo Centaurus sagittis sit  
 vsus. Ipse deinde Crotum videtur probare, v. v. Add. Macrobi. 60  
 Sat. 1, 21 *extr.*

SAGITTIFER, a, um. Adi. [*βελτοφόρος*] Qui fert sagittas: ut  
 Geloni sagittiferi Virg. Aen. 8, 725. Pecus sagittifera Claud. de  
 Histrice 48. Pharetrae sagittiferae Stat. Achill. 1, 416. Et 65  
 Ouid. Met. 1, 468.

SAGITTIGER, Auien. Arat. v. 842.

SAGITTIPOTENS, [*βελτοκράτωρ*] Sagittarius. Cic. in Arato  
 v. 311 Mense sagittipotens solis quum sustinet orbem. Conf. Q. Cic.  
 ap. Aufon. in Eclogario p. 559.

SAGITTO, are. Sagittas emittit. Curt. 7, 5, 42 Sagittandi ce- 70  
 lebris vsus. Conf. Iustin. 41, 2, 5. Veget. de Re Mil. 3, 9. So-  
 lin. c. 31. Voss. de Vit. Serm. 1, 23. et 4, 23.

SAGITTATVS, a, um. Partic. Plaut. Trin. 2, 1, 16 Quam extem-  
 plo sauis sagittatis percussus est, *i.* tanquam ex arcu emissis, letiferis.  
 Vid. Taubm. Et notus nemini non est Cupido Sagittarius. Sed vulne- 75  
 ratus sagitta est Cael. Aurel. Tard. 2, 12 Quidam in bello sagittatus.

SAGMA, ae. f. vel SAGMA, atis. n. [*σάγμα*] Fulmentum, et  
 fartum quoddam, quod subiicitur oneribus, ut ea commodius et sine lae-  
 sione cutis gestari dorso iumentorum possint, clitellae molliores: Gr.  
*σάρτταν farcire est.* Veget. Mulom. 2, 59, 1 Exceptis his, qui deputati 80  
 sunt circo, reliquum mulorum, equorum, asinorumque genus sub sel-  
 lis aut saginis solo tergo praestat officium. — Sagarum vel sella-  
 rum mensura conueniens et apta qualitas debet adhiberi. Si enim  
 ista minora fuerint vel maiora, angustiora vel ultra modum lata, vel  
 quae non congruunt, grauiter nocent. Mox Strata vocat. Et Cento- 85  
 nes vel saga sufficientia et mollia etc. a saginis et fellis distinxerat.  
 Vulg. Leuit. 15, 9 Sagma, super quo federit, immundum erit, ex Gr.  
*κἂν ἐπίσῳγμα ὄνη.* Ergo ephippii etiam genus, *s.* sellae: certe poscit tale  
 quid Ebraica veritas. Isid. 20, 16 Sagma, quae corrupte vulgo dicitur  
 Salma, a stratu sagorum vocatur. Vet. Gloss. *σάγματα, κωνθήλια* 90  
 clitellae aut strata iumentorum. Diligenter etiam hanc partem argu-  
 menti sui tractauit Scheffer. de re vehic. 2, 2. ¶ 2 Sagma  
 scuti theca teste Vet. Schol. Stat. Theb. 9, 730. et Barth. *ibid.*

SAGMARIUS epitheton iumentorum, quibus Sagma imponitur, pro  
 quo fere locum occupauit Saginarius. Lamprid. Elag. 4 inter ridicula 95  
 Senatusconsulta ridicula de legibus matronalibus, quae, quo vestitu  
 incederet, quae, cui cederet; quae, ad cuius osculum veniret; quae  
 pilento, quae equo saginario veheretur. Seru. ad Aen. 1, 417  
 Sagarum mulus: *vbi* laudat Burmannus *Salmasium Exerc. Plin. p. 824,*  
*et ad Vopisci Aurel. c. 7. it. Goldast. Rer. Alem. T. 1, 1 p. 119.* Omnia 100  
*exquirat Scheffer. l. c.* ¶ 2 Sunt etiam Sagarum homines  
 ferendis sarcinis et annonae destinati, apud Veget. R. Mil. 2, 10 de qui-  
 bus Steweck. p. 118 et 200.

SAGMARIUM idem quod Sagum apud Seru. ad Aen. 1, 417 aut  
 forte onus iumento in sagma impostum. 105

**SAGMEN**, īnis. n. [*ὁ περιεργῶν*] Festus, Sagmina vocantur verbenae, id est herbae purae, quia ex loco sacro arcebantur (*vid. ARCEO* n. 3) a Consule, Praetoreue, legatis proficiscentibus ad foedus faciendum, bellumque indicendum. Vel a Sanciendo, id est confirmando. Naevius, Ius sacratum Iovis iurandum sagmine. Paulus ex Festo *addit*, Naevii *versum*, Scapos atque verbenas sagmine sumferunt. Liu. 1, 24 Fetialis Tullum ita rogavit, Iubesne me recum Patre patrato populi Albani foedus ferire? Iubente rege: Sagmina, inquit, te rex posco. Rex ait, Puram tollito. Fetialis ex arce graminis herbam puram attulit: ita postea regem interrogavit: Rex, facisne me tu regium nuntium Populique Rom. Quiritium? vasa, comitesque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea, Populique Rom. Quiritium fiat, facio. *Haecenus Livius*. Idem 30, 43 Senatusconsultum in haec verba factum est: ut Fetiales prius lapides siles, priusque verbenas secum ferrent: ut Praetor Romanus his imperaret, ut foedus ferrent; illi Praetorem sagmina poscerent. *Addit de suo Livius*, Herbae id genus ex arce sumtum dari Fetialibus solet. *De surdis i. ignobilibus et vulgaribus herbis*. Plin. 22, 2 Quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuere, et in sacris, legationibusque verbenae. Certe utroque nomine idem significatur, hoc est Gramen ex arce cum sua terra euulsum. Martianus in l. 8 Sanctum D. de diuisione rerum, Sanctum est, quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. Sanctum autem dictum est a sagminibus. Sunt enim Sagmina quaedam Herbae, quas legati Populi Romani ferre solebant, ne quis eos violaret. Sicuti legati Graecorum ea quae vocantur cerycia. Quod ait Ictur, a sagminibus dictum esse sanctum, illud forte conuersum fuerit verius, ut a sanciendo dicta sint sagmina, ut fragmina a frangendo. G et C alternant, ut in Ago, actus, agmen, Seco, segmen etc. Sagmina eadem Verbenae v. v.

**SAGRA**, Fluuius est in ora magnae Graeciae in Italia. Auctor Plin. 3, 10. Cic. de Nat. Deor. 2, 6 Quum ad fluuium Sagram Crotoni-atas Locri maximo praelio deuicissent, eo ipso die auditam esse eam pugnam ludis Olympiae, memoriae proditum est. Ibid. 3, 13 De Sagra, Graecorum est vulgare prouerbum, qui quae affirmant certiora esse dicunt, quam ea, quae apud Sagram.

**SAGVM**, i. n. [*τὸ σάγον vel σάγαρον*] Vestimentum apertum et infibulatum, quod reliquis vestimentis superindueretur. Gallica vox, si audimus Irid. 19, 24. Ipse Varro de L. L. 4, 35 p. 40, 10 peregrinum esse dicit. Germanis etiam tribuit Tac. Germ. 17, L. Romanis vestis militum. Caes. B. C. 1, 75 Reliqui — repente periculo exterriti, sinistras sagis inuolunt, gladiosque distringunt, atque ita se a cetratis equitibusque defendunt. De militibus, qui ad colloquium et pacem extra sua castra processerant. Non. 14, 10 Sagum vestimentum militare, quod deinde probat testimoniis. Ergo Sagum fuit Index belli, ut Toga pacis, quod tamen Consulares non gestabant. Cic. Philipp. 8, 32 c. 11 Equidem Patres Conscripti, quamquam hoc honore vsi, togati esse solent, quum est in sagis ciuitas: statui tamen a vobis, caeterisque ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantaque perturbatione Reipubl. non differre vestitu. Non ita nos gerimus hoc bello Consulares, ut aequo animo Pop. Rom. visurus sit nostri honoris insignia. Ad saga ire, et redire ad togas Cic. Philipp. 14, 2 c. 1. Conf. Idem Phil. 5 c. 12. Vell. 2, 16, 4. Hor. Epod. 9, 28 Terra marique victus hostis Punico Lugubre mutauit sagum. Sueton. Augusto c. 26 Consulatum vicesimo aetatis anno inuasit: admotis hostiliter ad urbem legionibus, missisque qui sibi nomine exercitus deposcerent. Quum quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis, reiecto sagulo, ostendens gladii capulum, non dubitasset in curia dicere, Hic faciet, si non feceritis vos. Cic. Verr. 5, 93 Tum iste excitatus exit; audit rem omnem ex Timarchide, sagum sumit.

Conf. Turneb. Adu. 2, 6. Humiliorum etiam, seruorumque vestis fuit. Sic Cato R. R. 59 Familiae saga alternis annis dari iubet. Quod enim Sagan memorant, nihil esse videtur. Rusticum sagum Hieron. in Vita Hilarion. bis. Grabatus ille verus sit, et sagum, et panis durus ac fordus Sen. Ep. 18. Primores sagis velantur, vulgus bestiarum pecudumque pellibus Pomp. Mela 1, 8 de Afris barbaris. Columel. 1, 8, 9 Quae cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis cucullis: forte cucullatis hic et 11, 1, 21. ¶ 2 Sagum, est etiam Vestis stragulae genus, non dissimilis cilicio. Suet. in Oth. c. 2 Ferebatur et vagari noctibus solitus, et inualidum quemque obuiorum vel potulentum corripere, ac distento sago impositum in subline iactare. Audieris cum grande sophos, cum basia captas, Ibis ab excusso missus in astra sago Martial. 1, 4, 7. Est illud ludi contumeliosi genus, de quo agit Libanii Sophistae Oratio πρὸς τὰς ῥήτορας contra iuuenes, qui hoc ludibrii genere paedagogum suum affecerant. Plin. 16 ult. ad finem, de visco loquens, Sacerdos candida veste cultus arborem scandit, falce demetit, candido id excipitur sago. Cic. Fam. 7, 10 Valde metuo, ne frigeas in hibernis: quamobrem camino luculento vtendum censeo. Idem Mucio et Manilio placebat, praesertim qui sagis non abundares: quamquam vos nunc istic satis calere audio. De tegumentis s. coopertoriis equorum: vid. Casaub. ad Capitolin. Verum 6 Vbi is Equum Veri sagis fuce tinctis coopertum memorat. Saga et centones sub sellis et sagmis Veget. Mulom. 2, 59, 2. Vfus eorum quoque est ad calefacienda iumenta, ut videre licet ap. Veget. Mulom. 1, 42, 4. it. 3, 15, 16. De sagis hoc genus plane detritis intelligi potest Varro de L. L. 4, 35 p. 40, 4 Posteaquam transierunt ad culcitas, quod in ea sagum, aut tomentum, aliudue quid calcabant, ab inculcando culcita dicta. Cum sit in libris antiquis, sagus, coniciunt inde Scal. et Turnebus, legendum quod in eas acus etc. Acus, aceris, res culcitris apta. Sed Sagum seruat Scioppius.

**SAGOCHLAMY S**, idis. f. Vestis composita ex Sago Romano, et Chlamyde Graecanica Treb. Poll. in Claud. c. 14.

**SAGVS**, i. m. Vestimenti genus. Ennius apud Non. 3, 201 Ter- gum sagus pinguis opertat. Cum neque aptam humeris fibulam mollis sagus ferret Varro ibid.

**SAGVLVM**, i. n. Dimin. Quod indifferenter pro sago poni videtur. Virg. Aen. 8, 660 Virgatis lucent sagulis. Caes. Bell. Gall. 5, 41 Gladiis caespites circumcidere, manibus, sagulisque terram exhaurire cogebantur. Cic. in Pison. 54 c. 23 Togulae licitoribus ad portam praesto fuerunt: quibus illi acceptis, sagula reiecerunt, et cater- vam imperatori suo nouam praebuerunt. Germani nudi aut sa- gulo leues Tac. Germ. 6, 3. Sil. 17, 527

Addit clipeumque iubasque Romulei ducis,  
Atque humeris imponit honorem  
Fulgentis saguli. i. paludamenti.

Sic etiam 4, 519 Humeroque refulget Sanguinci patrium saguli decus.

*Rurfus* Sil. 9, 420 Et iuxta sagulo circumuolitare rubenti Licetorem. *fuit itaque* Saguli, ut paludamenti appellatio communis imperatoriae vestis et licetoris. Vid. PALVDATVS licetor. Liu. 7, 34 Haec omnia sagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne duces circumire hostes notarent, perlustrauit. Sagulum Hispanum Liu. 27, 19. Idem 21, 4 Multi saepe militari sagulo opertum, humi iacentem, inter custodias, stationesque militum conspexerunt.

SAGATIO, onis. f. *σαλμός* Gloss. Lat. Gr. vid. SAGVM.

SAGĀTVS, a, um. Adi. [*σαγαφόρος*] Qui sago indutus est. Suet. 10 in Caes. c. 48 Conuiuatum assidue duobus tricliniis, vno quo sagati, palliatue, altero quo togati cum illustrioribus prouinciarum discumberent. Deinde cras sagati prodeamus Cic. Philipp. 14, 1. Cic. ad Caesarem iuniorem apud Non. 14, 10 Pridie Nonas Februarias, quum ad te literas mane dedissem, descendi ad forum togatus, quum reliqui Consulares sagati vellent descendere. Capitolin. Antonin. Phil. 27 Per Brundisium veniens in Italiam, togam et ipse sumisit, et milites togatos esse iussit: nec vnquam sagati fuerunt (in urbe, in Italia) milites. Galli sagati, braccatique Cic. pro Font. 23 c. 11. Martial. 6, 11 comparat suam paupertatem cum Marci luxuria, Te Cadmaea Tyros, me pinguis Gallia vestit, Vis te purpureum, Marce, sagatus amem? Cultam vestitamque familiam vtiliter magis habeat quam delicate, id est, muniam diligenter a frigoribus et imbribus: quae vtraque prohibentur optime pellibus manicatis et sagatis cucullis Colum. 11, 1, 21. Sagis cucullatis mihi magis probari, ostendi, vid. CVCVLLATVS.

SAGVLĀTVS, a, um. Adi. [*σάγαλον ἐνδεδυμένος*] Sagulo indutus. Suet. in Vitell. c. 11 Urbem denique ad classicum introiit paludatus ferroque succinctus, inter signa atque vexilla, sagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis.

SAGARIVS, i. m. [*σαγοπώλης*] Qui saga vendit. Gruter. Inscrip. p. 650 n. 2. MERCATOR SAGARIVS. COLLEG. SAGARIOR. Spon. Misc. p. 67.

SAGARIA, ae. f. [*σαγοπωλεία*] Est proprie Adiectiuum, Negotiatio Sagaria, ut ab Argento, Argentaria. Vlp. in l. procuratores D. de Tributaria actione, Duas negotiationes exercebat, puta sagariam et linteariam. Sagaria communitio: Vlp. in l. Cum duobus §. Quidam D. pro socio, Quidam sagariam communionem inierunt. Facere sagariam Apul. Met. 1 p. 105. Senatus auctoritate sagaria Sifenna apud Non. 14, 10 forte de tali perturbatione agens, ubi Senatus sagis sumendis periculum Reip. indicaret.

SAGESTRE, is. n. Huc refert Turnebus 12, 16 et sic explicat; Operimentum crassum, ut sagorum erat crassior pannus. Fundus est versus Lucilii apud Non. 14, 3 Penula, si quaeris, cantherius, seruus, segestre. Sic Mercer. p. 537. et sic legendum. Vid. SEGESTRE.

SAGVNTIA, ae. f. [*Σαγυντία*] Ptolemaeo 2, 4. et Plin. 3, 3 Hispaniae vrbs. Eidem etiam Sarguntia dicta c. 1.

SAGVNTVS, vel SAGVNTVM. [*Σάγυντρος*] Hispaniae ciuitas ultra Iberum fluuium a Zacynthiis condita. Florus 2, 6 Saguntus vetus Hispaniae ciuitas, et opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem sed triste monumentum. Strabo 3 Saguntus (inquit) occurrit a Zacynthiis condita, quam Annibal contra Populi Romani foedera diruens, belli Punici secundi suscitauit incendium. Urbis situm eleganter describit Silius 1, 271 sqq. Liu. 21 ab initio per bonam partem libri res et fatum urbis describit.

SAGVNTINVS, a, um. Saguntini ciues Sagunti Liu. 21, 2 etc. Saguntinae ficus Cato R. R. 8, 1.

## S A I

SAIONES, ministri iudiciorum, licetorum quoddam et exactorum genus. Cassiod. Var. 12, 3 officium praescribit Vniuersis Saionibus, qui sunt Cancellariis deputati.

## S A L

SAL, falis. m. et n. [*σάλς*] Densatus ille liquor, quo in condiendis cibis utimur. A Graeco ἡ ἄλς, Spiritu aspero, ut sollempne est, in sibilum transeunte. Neutro genere etiam dictum, ostendit Non. 3, 197 Varro, Commentario veteri Fabii Pictoris legi, Muries fit ex sale, quod sale sordidum sustum (leg. tunsun) est, et in ollam rudem fictilem adiectum est, et postea id sal Virgines Vestales serra ferrea secant. Ponamus etiam locum Festi, cum in MVRIES omisus fit, Muries est, quemadmodum Veranius docet, ea, quae fit ex sale sordido in pila pinfato, et in ollam fritilem coniecto, ibique operto gypsatoque et in furno percocto, cui Virgines Vestales serra ferrea secto, et in seriam coniecto, quae est intus in aede Vestae, in penu exteriori, aquam iugem, vel quamlibet, praeterquam quae per fistulas venit, addunt, atque ea demum in sacrificiis vtuntur. Plerumque tamen Masculini generis est. Cato apud Priscian. 5 p. 659 Ex sale, qui apud Carthaginenses fit. Idem R. R. 88 Salem candidum sic facito. Amphoram impleto aquae purae, in sole ponito: ibi fiscellam cum sale populari suspendito, et quassato, — donec sal desuerit tabescere — Ea muries erit, vel carnem, vel caseos, vel salsamenta quo condias. Eam muriam — in sole ponito. Vsque adeo in sole habeto, donec concreuerit: inde flos salis fiet. Floris salis mentio etiam Plin. 31, 85 10. Idem 31, 9 Nihil vtilius sale et sole totis corporibus, dicunt: quod ad Podagras in primis applicat. Sed plurima de sale ibi Plinius, nempe, 31, 7 - 10 qui est locus classicus. Sallustius in Iugurtha c. 89 Neque salem, neque alia gulae irritamenta. Plaut. Casin. 3, 2, 8 in senem nullius pretii, Non ecastor vili est emtus, modio qui venit salis. Serui vtilissimi apud Graecos ἄλωντρος sale paruo emti. Ergo auget vilitatem, cum dicit non vili esse emtum, licet venerit vno salis modio. Cic. de Amicit. 69 c. 19 Verumque est illud quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum fit. Concha salis puri Hor. Serm. 1, 3, 14. Animam pro sale datam sui ait Chrysippus Cic. de Nat. Deor. 2, 160 c. 64. Add. de Fin. 5 c. 13. Varr. R. R. 2, 4, 10. et mox SALILLVM.

¶ 2 Ammoniacus sal Scribon. 45 etc. Fossicius sal Scribon. 60. 206. Marinus 217. Fricus Col. 7, 5, 9. Vesco sale saxa peresa. Lucret. 1, 327 de aqua marina. Sal torridus Columel. 7, 105, 8. Sal fossilis Cels. 6, 13. et Columel. 6, 33, 1 ubi alii Fusilis. Coctum Col. 12, 53, 4. Varro R. R. 1, 7, 8 In Gallia transalpina — aliquot regiones accessi, — ubi salem nec Fossicium nec Marinum haberent; sed ex quibusdam lignis combustis carbonibus falsis pro eo vterentur. Sal montanus, Hispanus, Ammoniacus, 107

- Cappadocus minute tritus et immixtus melli Colum. 6, 17, 7. Sed Aufon. Eid. 17 p. 481 Irritamentum quibus additur, aequoreum Sal. Plin. 31, 7 Sed et summa fluminum densantur in falem, amne reliquo veluti sub gelu fluente, vt apud Caspiae portas, quae falis flumina appellantur. Idem 33, 4 Torretur et cum falis grumo. Grana Salis Scribon. 135. Plin. 32, 7 f. 39 Sunt et Montes natiui falis, vt in Indis Oromenus, in quo lapicidarum modo caeditur renascens: maiusque regum vectigal ex eo est, quam ex auro atque margaritis. Adspargere falem carnibus, et Sale carnes, vid. ADSPERGO. Oua plurimum habentia falis Scribon. 185. i. probe salita. Obruere sale, vid. OBRVO. Salem Lingere, de tenuissimo victu. vid. Lambin. ad Hor. Od. 1, 16. Meurf. de Luxu Rom. Mantiff. c. 2. Sales, Plur. pro Condimento ipso. Columel. 7, 8, 4 Adspargitur tritis salibus. Add. Varr. 2, 11, 5. Colum. 7, 4, 8 etc. ¶ 3 Sal, Vitium in gemmis. Plin. 37, 2 de murrhinis, Translucere quidquam, aut pallere vitium est: item sales verrucaeque non eminentes, sed, vt in corpore etiam, plerumque fessiles. Fuerint ergo Sales asperitates quaedam tactu deprehensae. Calor, sanguis, sudor auditatem animalium naturali sale, augent Plin. 10, 72 f. 93. quod Harduin. interpretatur de naturali incitamento s. stimulo ad cibum potumue. ¶ 4 Sal, [σοφία] pro Sapiencia. Ter. Eun. 3, 1, 10 Labore alieno magnam partam gloriam, verbis saepe in se transinuet, qui habet falem, qui in te est. Vbi Donatus; Sal neutraliter Condimentum: Masculinum, pro Sapiencia. Sed Bentl. Qui Sal habet, Quod in te est, etiam contra hunc et Priscianum, et Nonium 3, 197 defendit. Mureto Sale placuerat. Vid. mox n. 6. Notat autem non simpliciter sapientiam, sed hilarem quandam, et placentem in primis quodam mordaci acumine sapientiam. Est igitur Sal Venustas quaedam viuida et agilis, sensum afficiens iucunde, tum Vrbanitas; iocus, et dicta ad risum vel delectationem composita, tam Singulari quam Plurali numero. Afranius apud Priscian. 5 p. 659 Vt quidquid loquitur fal merum est! Lucret. 4, 1156 Parvula, pumilio, χαριτων ἴα, tota merum fal. Catull. de Quintia (87) 85 Totum illud, formosa, nego: nam nulla venustas, Nulla in tam magno est corpore mica falis. Vid. Quintil. 6, 3. Victorius Variar. lect. 12, 13 Salem apud Catullum interpretatur Venustatem, argutiamque ac leporem: quomodo Graeci falsam sua voce quae huic respondet, acremque pulchritudinem appellabant, ἀλμυρόν ἢ δριμύ καλῶσαι, intelligentes non inertem, nec parum aptam ad conciliandos sibi eos, qui vidissent: sed contra mistam venustate quadam, ac factam ad alliciendum, quaeque tanquam pungit ac vehementer commouet, vt dapes sale conditae delectare magis excitareque desiderium cibi consueuerunt. Id testatus est Plutarchus in 5 lib. συμποσιακῶν capite extremo. Haec Victorius. Plin. 31, 7 Ergo hercule vita humanior sine sale nequit degere, adeoque necessarium elementum est, vt transferit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita sales appellantur, omnisque vitae lepos et summa hilaritas, laborumque requies non alio magis vocabulo constat. Martial. 3, 20 Lepore tinctos Attico sales narrat. Homo ingeniosus, acutus, acer, et qui plurimum in scribendo et falis habet et fellis Plin. Ep. 3, 21, 1. de Martiale. Salis enim satis est, fannionum parum Cic. Fam. 9, 16. i. satis materiae ad ridendum, satis ingenii, sed pauci audent ridere ob metum, pauci possunt ob calamitatem temporum. Cic. Orat. 87 c. 26 Huic generi orationis adspargentur etiam sales. Idem Q. Fratr. 1, 2, 2 Quibus quidem in rebus si apud te plus auctoritas mea, quam tua, siue natura paullo acrior, siue quaedam dulcedo iracundiae, siue dicendi fal, facetiaeque valuisse, nihil sane esset quod nos poeniteret. In cauillando natura inuenustus, nec arte conditus, diluti falis et fellis ignaui Aufon. Epist. 11. Librorum sales Propert. 3, 21, 28. Cic. Att. 1, 10 Pure loquuntur epistolae tuae, cum humanitatis sparsae sale, tum insignes amoris notis. Idem Tusc. 5, 55 C. Caesaris in quo mihi videtur fuisse specimen humanitatis, falis, suauitatis, leporis. Idem Off. 1, 135 c. 37 Sale vero et facetiis Caesar Catuli patris frater vicit omnes. Cic. de Finib. 1, 8 Quem quidem locum cum multa venustate et omni sale, etc. Amari sales, vid. AMARVS. Adspersi sales Claud. in priu. Conf. Stilich. 2, 170. Facetus fal Plin. 36, 63. Seneca Suasoria prima, Callisthenem occidit Alexander propter intempestiue Liberos sales. Sale Nigro delectari, iocis amaris Hor. Epist. 2, 2, 60. Sen. de Tranquill. Vitae 1, 4 Quidam urbanitatem nesciunt continere, nec periculosis abstinere salibus. Stat. Silu. 1, 6, 6 Et ridens iocus, et sales proterui. Vehemens salibus natis intra pomoeria, b. e. Vrbanis, non rusticis Iuuen. Sat. 9, 11. Tota illa comicorum Poetarum manus in me Venenatos sales suos effudit Sen. de Vita beata c. 27. Versiculi habent falem ac leporem Catul. ad Aurelium f. 16, 7. Urbani sales Cic. Fam. 9, 15. Peculiari ratione Nep. 25, 13, 2 Te- tum antiquitus constitutum plus falis quam sumtus habebat: falis i. venustatis ab arte et ingenio architecti et domini. Affine tamen est illud amici Nepotis, Catulli 85 Nulla in tam magno est corpore mica falis. ¶ 5 Sal, aliquando Mare dicitur, quia falsum est, et ex cuius aqua fal elicitor, plane vt ἄλας Graecorum. Virg. Aen. 1, 39 Et spumas falis aere ruebant. Idem Aen. 5, 848 Mene falis placidi vultum, fluctusque quietos Ignorare iubes? Idem Aen. 3, 383. et 10, 214. Catull. Argon. f. 63, 67 Fluctus falis alludebant. Et 128 Tum tremuli falis aduersas procurrere in vndas. Vesco sale saxa peresa Lucret. 1, 327. ¶ 6 Sal, quatenus Masculinum est, esse ab integro Salis: quatenus Neutrum a Nominatiuo Sale, probabile est. Ennius apud Gell. 2, 26 Caeruleum spumat sale conferta rate pulsum. Quam lectionem firmat Priscian. 5 p. 639 Etiam hoc Sale Ennius protulit etc. Quin Charis. 1 p. 13 extr. Sale semper, vt mare et lacte dici debere contendit. Muretus etiam Ter. Eun. 3, 1, 10 legit, qui sale habet. Sal Monosyllabum produci, ait Beda de metris p. 2359 bis. Aufon. Epigr. 86 Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

- SALIFODINA, ae. f. Locus ubi sal effoditur, vt Aerifodina. Vitruu. 8, 3 Per salifodinas percurrentes fontes et lacus.
- 95 SALARIVS, i. m. [ἀλουργός] Qui falem vel falsamenta vendit. Martial. 1, 42 Quod viles pueri salariorum.
- SALARIVS, a, um. Adi. [τῆ ἀλός] Quod ad falem pertinet. Liu. 29, 37 Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt. Plin. 31, 7 Sicut apparet ex nomine Salariae viae, quoniam illa fal in Sabinos portari consueuerat. Salaria via Romae est appellata, quia per eam Sabini fal a mari deferebant Liu. 7, 9. Memorat illam Varro R. R. 1, 14, 3. 3, 1, 6. 3, 2, 14. Conf. Fest. et Suet. Ner. c. 48.

- SALARIVM, i. n. [μισθός] Stipendium, seu Merces, quam quis pro opera vel ministerio accipit: a Sale originem habere vel ipsius vocabuli



*buli sono notum est:* Plin. 31, 7 Honoribus etiam militiaeque interponitur salariis inde dictis. Vopiscus in Aureliano 9 Nam illi Romam venienti salaria sui ordinis sunt decreta. Deinde, Panes militares numero sedecim, panes militares castrenses quadraginta, vini menfalis sextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinaceos duo, 5 porcinae pondo triginta, et quae sequuntur, e quibus intelligimus, annonam cuique destinatum et assignatum salarium dici. Latius tamen patuit hoc vocabulum, significauitque non tantum annonam, verum etiam commoda et stipendium. Plin. 34, 3 pr. Nec pudet tribunorum militarium salariis emere. Quod Iuuenalis dicit, Sat. 3, 133 Alter enim quantum in legione Tribuni Accipiunt, donat Caluinae vel Catienae. Salario aliquem sustentare Sueton. Tiber. c. 46. Salarium Proconsuli solitum offerri Tacit. Agric. 42, 5. Salarium annuum, et Salarium constituere Scaeuola in l. ult. D. de act. et obligat. add. Sueton. Ner. c. 10. Capitol. in Anton. Pio c. 7. et in Alb. c. 10. Spartian. in Nigro c. 7. Sidon. 5, 7.

**SALARIIARIUS**, i. m. Cui salarium soluitur. Vlpian. Nisi si salariarius fuit, et hoc conuenit, ut sumtus de suo faceret ad haec itinera. hoc est, de salario l. 17 Dig. t. 1 leg. 10 §. 9.

**SALSUS**, a, um. Adi. [*ἀλκός, ἀλκός, ἀλμυρός, ἀλμυρώδης*] Quod salis 20 saporem habet, siue quod sale conditum aut aspersum est. Habet formam Participii a Sallo, ut a Fallo falsus. Plaut. Rud. 2, 7, 31 de naufragio ridicule iocans, Quasi vinis Graecis (quae muria vel aqua marina temperantur) Neptunus nobis suffudit mare: Itaque aluum prodi (f. leg. prolui) sperauit nobis falsis poculis. Hoc falsum est parum Ter. 25 Adelph. 3, 3, 72. Aequora falsa Hor. Epod. 16, 34. Fluctus falsos pectore reuomere Virg. Aen. 5, 182. Ius falsissimum Scribon. 185. Lacrimae falsae Lucret. 1, 126. Robigo falsa Virg. Georg. 2, 220. Saporis falsi humor Lucret. 4, 223. Sudor falsus Virg. Aen. 2, 273. Compar. Marina aqua falsior Plin. 31, 7 extr. Superl. Mare falsissimum Plin. 31, 6.

¶ 2 Salsus etiam pro Faceto. Quint. 6, 3, 18 Salsum in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura non utique hoc est: quamquam et ridicula oporteat esse falsa. Nam et Cicero omne quod falsum sit, ait esse Atticorum; non quia sunt maxime ad risum compositi: et Catullus cum dicit, Nulla in tam 35 magno est corpore mica salis, non hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum igitur erit, quod non erit insulsum velut quoddam simplex orationis condimentum, quod sentitur latente iudicio, et velut palatum excitat, quod et a taedio defendit orationem. Sane ut ille in cibis paullo liberalius aspersus, si tamen non sit immodicus, 40 affert aliquid propriae voluptatis: ita hi quoque in dicendo habent quiddam, quod nobis faciat audiendi situm. Ciceronis locus est Orat. c. 26 Quidquid est falsum aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est: e quibus tamen non omnes faceti. Cic. Philipp. 2, 42 Salsus homo. Idem Fam. 9, 15 Accedunt non Attici, sed falsiores 45 quam illi Atticorum, Romani veteres atque urbani sales. Si admixtum est ambiguum, sit falsus Cic. de Orat. 2 c. 63. Quae dicuntur, falsiora videri solent Idem ibid. 2 c. 71. Fuit, ut mihi quidem videtur, falsissimum Idem ibid. c. 63.

**SALSE**, Adu. [*ἀλμυρός*] Cic. de Orat. 2, 275 c. 68 Valde haec 50 ridentur, et hercule omnia quae a prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurde falseque dicuntur, i. Acute, et quasi cum quodam morsu. Dicere false Quint. 6, 3 extr. Compar. Nihil dicitur falsius Quint. ibid. Salsissime dici Cic. de Orat. 2 c. 54.

**SALSŪLVS**, a, um. Adi. Mela 2, 5 in Gallia Narbonensi, Salsulae (aquae) fons non dulcibus, sed falsioribus etiam, quam marinae sunt, aquis defluens. Ammian. 28, 4 Aqua salsula.

**SALSIVSCVLVS**, a, um. Adi. Dimin. August. Confess. 8, 3 Ebriosi falsiuscula comedunt. 60

**SALSĀMEN**, inis. n. Arnob. 7 p. 230 Pulpamenta et falsamina.

**SALSAMENTVM**, i. n. [*τάρικος, βάμμα, ὀξύγαρον*] Quod sale conditur ad usum diuturnum, ut pisces, et caetera id genus. Ter. Adel. 3, 3, 27 Salsamenta haec Stephanio fac macerentur pulchre. Varr. de R. R. 3, 17 Praeterea falsamenta in eas piscinas emittia coniciebat. Sic Cic. de Diuin. 2, 117 c. 57 De vino aut falsamento putes loqui, quae euanescent vetustate. Adde Columel. 12, 53, 4. Gell. 2, 7.

**SALSAMENTARIVS**, a, um. Adi. [*τάρικοπῶλης*] Quod ad falsamenta pertinet. Plin. 32, 8 Quin et testis cadi falsamentarii 70 tulus cum axungia vetere, mirum in modum prodest. Columel. 2, 10, 16 In vasis oleariis, falsamentariisque. Plin. 28, 9 Parotidas admista farina falsamentariae testae. Subaud. Sanat. Add. Pallad. Iun. t. 3.

**SALSAMENTARIVS**, i. m. [*τάρικοπῶλης*] Qui falsamenta vel facit, vel vendit. Auctor ad Herennium 4 c. 54 Ut si falsamentarii filio dicas: Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat. Sueton. in Vita Hor. Patre, ut vere creditum est, falsamentario.

**SALSILĀGO**, inis. f. Humor falsus, vel sale abundans. Plin. 31, 7 80 Salsilago tota liquida. Ciceris natura est, gigni cum salsilagine Idem 18, 12. add. 35, 13. et 36, 23.

**SALSŪGO**, inis. f. Plin. 31, 7 extr. Appellatur in salinis salsugo. Remittere salsuginem Vitruu. 2, 4.

**SALSITVDO**, inis. f. Conditio, natura falsi corporis. Plin. 20, 14 85 Salsitudo corporis. Vitruu. 1, 4 Inconsecta salsitudo.

**SALSIPOTENS**, Neptuni epitheton. Plaut. Trin. 4, 1, 1.

**SALSŪRA**, ae. f. [*τάρικευρα*] Idem quod Salsamentum. Columel. 8, 17, 13 Nulla tamen aequae quam praedictae salsurae pabulum, commode dantur, quoniam odorata sunt. Idem frequenter 12, 53. 90 Salsura suillae carnis Idem 12, 21. Et Varro de R. R. 2, 4, 18 Corpus suis in salsura fuit. Plaut. Curc. 2, 1, 27 Nondum salsura sat bona est. Idem Stich. 1, 2, 35 Ita meae animae salsura euenit, i. habitu vestro, o filiae, bono et sano iam euenit osculis vestris salsura quaedam et condimentum senili animae meae. 95

**SALSĒDO**, inis. f. Ipse salis sapor. Vet. Onom. Salsedo ἄλμη.

**SALĪNA**, ae. f. et frequent. plur. SALINAE, arum. [*ἄλας vel ἄλαι*, Vet. Gloss.] [*ἄλυνος*] Locus ubi fit sal. Cic. Att. 5, 12 De strue salinarum plane rogo. Idem pro Lege Manil. 16 c. 6 Quum publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in 100 agris, quas in portibus atque custodiis magno periculo se habere arbitrentur. al. Saltibus. Vid. Turneb. Aduers. 1, 5. Lips. de Magnit. Rom. 2, 1. Salinae ab ora maritima remotissimae Cic. de Nat. Deor. 2, 132 c. 53. Salis magna vis ex salinis congesta Caes. Bell. Ciuil. 2, 37. Stagnum salinarum Hirt. Bell. Afric. 8. Me-105

*staphor.* Cic. Fam. 7, 32 Quibus in literis omnia mihi periuicunda fuerunt, praeter illud, quod parum diligenter possessio salinarum mearum a te procuratore defenditur. *Sed proprie Salinas celebrare Manil. 5, 682. qui classicus est. Conf. Rutil. Itin. 1, 474 seqq. Vitruu. 10, 9.*

5 Solin. c. 11. Columel. 2, 2. Gai. Ict. D. 3 t. 4. l. 1.

SALINACIDVS, vid. SALMACIDVS.

SALINVM, i. n. [*ἀλοδοχεῖον*] Vasculum in quo sal reponitur, tum ad mensae usum, tum ad sacrificia paratum. Perf. Sat. 3, 25 —

Purum et sine labe salinum. Liu. 26, 36 Vt salinum patellamque

10 deorum causa habere possint. Exiguum salinum Stat. Silu. 1, 4 extr. Regustatum salinum digito terebrare Perf. Sat. 5, 138 *parce nimis et tenuiter viare.* Hor. Carm. 2, 16, 13 Viuitur paruo bene,

cui paternum Splendet in mensa tenui salinum. Vterque patellam Deorum et salinum habuit Val. Max. 4, 4, 3. Salinum in mensa

15 pro Aquali solitum esse poni ait Verrius apud Festum cum patella, quia nihil aliud sit sal, quam aqua. *Pergit Festus, Salinum, cum sale in mensa ponere figulis religioni habetur, quod quondam in Esquilina regione figulus, cum fornax plena vasorum coqueretur, atque ille proxime eam conuiuatus super modum potus somno esset oppressus cum*

20 conuiuis suis, praeteriens quidam petulans ostio patente ex mensa salinum coniecit in fornacem, atque ita incendio excitato figulus cum suis concrematus est. *Haec ille.*

SALILLVM, i. n. Plaut. Trin. 2, 4, 91 Verum nos homunculi salillum animae. *An ad eos respicit, quibus anima pro sale est, ut de*

25 *suis Chrysis.* Vid. SAL. Purior salillo culus Catull. ad Furium f. 23, 19.

SALINARIVS, a, um. Adi. *Ad salem spectans* Vitruu. 8, 3.

SALINARIVM, i. n. *Locus, ubi sal exhauritur.* Vtinam

30 submergatur in thermis aut sepeliatur in salinario Heduerum Sarsisber. Epist. 196.

SALINATOR, oris. m. *Qui rei salariae operam dat.* Arnob. inter artifices numerat 2 p. 10. *Et hinc Liuius Salinatori cognomen est.* Liu. 29, 37 de M. Liuiio, et C. Claudio censoribus loquens. *Ve-*

ctigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt, Sextane sal et Romae,

35 et per totam Italiam erat. Romae pretio eodem, pluris in foris et conciliabulis, et alio alibi pretio praebendum locauerunt. Id vectigal commentum alterum ex Censoribus satis credebant, populo iratum, quod iniquo iudicio quondam damnatus esset: et in pretio salis maxime oneratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebant.

40 Inde Salinatori Liuiio inditum cognomen. *Haec Liuius.* Cic. in Bruto 73 Ludi iuuentutis quos Salinator Senensi praelio vouerat. *Quo in loco πρόληψις est; nam quum ludos vouit, nondum Salinator dicebatur, ut ex verbis Liuii apparet, scribentis eum, quum Censor esset, id est annis tribus postquam Consul ludos vouerat, Salinatorem appellatum*

45 *fuisse.* Sic Tarquinius eidem de Legibus 1, 4 dicitur, qui nondum Tarquinius appellabatur. *Praelium autem Senense describit Liu. 27, 46.*

SALIO, vel SALLIO, ire. itemque SALLO, ere. [*ἀλλίζω*] sale condire significant: et non nisi orthographia et coniugatione discreta sunt.

50 Priscian. 10 extr. Sallio sallitum facit, Sallo falsum, quomodo vello vulsum. (*Commodius exemplum est, Fallo falsum*) Sifenna, Sic in eam paludem multi piscium salientorum causa a nauibus semionustis (s. nauibus semionustis) commeant. A fallio salientorum dixit, non fallendorum. Sallustius vero in 3 Histor. Parte consumpta reliqua cadauerum ad diurnitatem vsus fallerent; fallerent dixit a Sallo non

55 a Sallio. Similiter Lucilius in 8 Sallere murenas mercem in frigidaria ferre. Inde etiam Futuri Participia, Salliturus et Salsurus. Naenius, Salliturus istaec mittam Salem. Mummius, Istaec sum multo sale salsurus. Sed etiam Praeteriti Participium Sallitus et Salsus.

60 Cornelius Severus in 8 de statu suo, Ad quem salliti punctiones afferebantur. Haec Priscianus. Cato R. R. 23 Oleae caducae falliantur. Et 162 Sallire pernas. Add. Varro R. R. 1, 2 extr. ubi Salire quidam, quidam Salere. Etiam Varro de L. L. 4, 22 p. 28, 28 Nam id pecus primum occidere coeperunt domini, et vt feruarent, salere. Sic Scal. Colum. 12, 53, 2 Cocto sale — diligenter salito. Al. insallito. Et 7, 7, 2 Pecora ferro necanda, et salienda. Salire oliuam Idem 12, 48, 3. Cels. 2, 18 Item pisces omnes, qui salem non patiuntur solidiue saliantur. ¶ 2

Salio, Salii, Saltum. Vid. infra f. l.

SALIENS. Partic. Huc refertur Hort. Od. 3, 23 extr. Mollire auersos penates Farre pio et saliente mica. Sic Ouid. Fast. 4, 400 Farra deae, micaeque licet salientis honorem Detis, et in vetores turea grana focos. Denique Tib. 3, 4, 10 Omina noctis Farre pio placant, et saliente sale. Sed videntur haec referri ad alterum quodque verbum Salio posse, cum sit natura Salis, vt resiliat ab igne cum crepitu quodam; quin possis putare, hanc naturam Salis appellationi occasionem dedisse. Apud Graecos etiam ἄλς, ἀλλίζω, ἄλλομαι cognata sunt.

75 SALITVS, a, um. Salita oliua Pallad. Oct. t. 10, 1. Salitus thynnus Colum. 6, 32, 1. Sallitus habuimus in Verbo.

SALITOR, oris. Afferebatur ex Cic. Att. 4, 17. Sed ibi ita legitur, Accepi — literas — datas a litoribus Britanniae. Vnde fecerant data salitoribus.

80 SALITVRA, ae. f. [*σαλίχουρις*] Condiendi sale ratio Columel. 12, 21, 3 Foenum graecum quum est aridum factum, molitur, et ex eo molito post salituram musti cochlear cumulatam.

85 SALACACCABIA, orum. n. i. falsitia, intestina farta: vid. Apic. 4. 1.

SALACIA, ae. f. [*Σαλακία*] Amphitrite, Dea aquae. Festus Paulli Salaciam dicebant Deam aquae, quam putabant salum cedere, host est mare mouere: vnde Ouidius, — Nymphaeque salaces. quo vocabulo Poetae pro aqua vsi sunt. Pacuuius, Hinc saeuitiam Salaciae fugimus. Haec ille. Oceanus et Salacia, caeli fatu, terraeque conceptu generati Cic. de Vniuers. 35. Gellius 13, 22 In Romanis comprecationibus, quae ritu Romano fiebant, nominari ait Luam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini. Est ergo Salacia, quam Poetae Amphitriten appellant. Salmacia item dicitur, vt in antiquo Lexico legisse se Turnebus scribit. Vid. August. de Ciuit. Dei Iam utique habebat Salaciam Neptunus vxorem, quam inferiorem aquam maris esse dixerunt. — Venilia unda est, quae ad litus venit: Salacia, quae in salum redit. ¶ 2 Salacia Vrbs ad Tagum

90 Lusitaniae fluiuium Plin. 4, 22.

SALACOMA, atis. n. [*σαλακώμα*] Cic. Att. 14, 2 Altera epistola de Madaro scripta: apud quem nullum salacoma, i. apud quem nulla mea fuit inanis iactantia, tanquam interitu Caesaris recuperata Republica. al. σαλακώμα.

95 SALACON, vel SALACO, onis. m. Autolyci pater, molliculus, L 1 a

*et deliciis diffuens, infamatusque propterea.* Aristoteles in Rhetoricis a Delicato disparare Salaconem videtur; nam diuitum mores exprimens, eos esse ait Trypheros, id est delicatos et Salaconas. Et Trypheros quidem ob delicias et felicitatis ostentationem: Salaconas autem et Soloecos, quia insueuerint, omnes circa id, quod amant immorari, quodque admirantur ac putare eisdem caeteros affici quibus ipsi. Cael. Rhodig. 12, 16 Hefychio et Suidae, is dicitur Salacon, qui totidem fere literis ἀλάζων vocatur, id est Superbus, arrogans, gloriosus, iactabundus, insolens, praeferox. Cic. Fam. 7, 24 Cognosti meam causam et istius Salaconis iniquitatem. Etiam 16, 18 Victorius Salaco malit, ubi nunc est Helico nequissimus. 5 10

**SALAMANDRA**, ae. f. [σαλάμανδρα] Plin. 10, 67 Sicut salamandra, animal lacerti figura, stellatum, nunquam nisi magnis imbribus proueniens et serenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactum extinguat non alio modo quam glacies. Eiusdem sanie, quae lactea ore vomitur, quacunque parte corporis humani contacta, toti desuunt pili: idque quod contactum est, colorem in vitiliginem mutat. Marcianus Ict. l. 3 §. 3 D. ad L. Cornel. de sic. Alio Scto effectum est, ut pigmentarii, si cui temere cicutam, Salamandram, aconitum — dederint, poena teneantur huius legis. Ergo inter venena est. Vid. Plin. 29, 4 et 32, 4. Rhod. ad Scribon. Compos. 187. Petron. c. 107. c. not. Barth. 15 20

**SALAMBO**, ōnis. Salambonem Babylonii Venerem dicunt. Lampridius in Heliogabalo 7 Salambonem (inquit) omni planctu Syriaci cultus et iactatione exhibuit. 25

**SALĀMIS**, vel **SALĀMIN**, inis: siue **SALAMINA**, ae. f. [Σαλαμίς] Insula in mari Euboico contra Athenas sita, in qua urbs est eiusdem nominis, ubi Telamon Aiacis et Teucris pater regnavit. Sed quum reuertetur Teucer a bello Troiano, nec inimicos Aiacis ultus fuisset, expulsus a patre, in Cyprum nauigauit: ibique urbem aliam condidit nomine Salaminam. Inde Iouis Salaminii cognomen Teucro auctore, qui ad Salaminem huic deo insigne, et magnificum templum exstruxit, ut auctor est Tacitus Ann. 3, 62. Nobilitauit eam victoria Graecorum Persica. Cic. Off. 1 c. 18 Citeturque Salamis clarissimae testis victoriae. Idem Tusc. 1, 110 c. 46 Ante enim Salaminam ipsam Neptunus obruet, quam Salaminii tropaei memoriam: priusque Boeotia Leuctra tollentur, quam pugnae Leuctricae gloria. Hor. Carm. 1, 7, 28 30 35

— Teuter Salamina patremque

Cum fugeret, etc.

Certus enim promisit Apollo,

Ambiguam Tellure noua Salamina futuram. 40

**SALAMINIVS**, a, um. Possess. [Σαλαμίνιος] Cic. pro Arch. 19 Homerum Colophonii ciuem esse dicunt suum, Chii suum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant. De Cypria urbe ut Att. 5, 21. Sed Nepos 3, 2. Salaminia pugna. 45

**SALAMINIACVS**, a, um. Aliud Adi. [Σαλαμινιακός] ut, Mare Salaminicum, i. Mare Salaminis insulae Lucan. 5, 109. Salaminia tropaea Sil. 14, 283.

**SALAPIA**, Vrbs est Apuliae Daunorum meretricio Hannibalis amore nobilitata Plin. 3, 11. 50

**SALAPITTA**, vel **SALPITTA**, ae. f. *Alapa*. [Vet. Gloss. Salapitta σαπίσμα] Delectantur Dii stupidorum capitibus rasis, salapitarum sonitu atque plausu Arnob. 7 p. 239. conf. Herald. ad h. l. ex Tertull. de Spectac. 23. et Gronou. ad Plin. 35, 2. Conf. **SALPITTA** sub **SALPINCX** it. **SALPITTIVM**. 55

**SALAPITTIVM**, **SALAPVTIVM**, **SALICIPPIVM**, **SALOPVGIVM**. Haec sunt praecipuae varietates conuicii iocosi, et in laude ipsa contumeliosi apud Catullum 53 60

Risi nescio quem modo in corona,

Qui, quum mirifice Vatiniana

Meus crimina Caluus explicasset,

Admirans ait haec manusque tollens,

DI magni, Salaputium disertum!

Hic homo miratur tantam eloquentiam in paruo corpusculo. Senec. 65

Controu. 3, 19 p. 257 de hoc Caluo, Idem — imponi se supra cippum iussit. Erat enim paruulus statura, propter quod etiam Catullus in hendecasyllabis vocat illum Salaputium disertum. Salaputium posuimus utroque loco, quae lectio et libris nititur, et Scaligeri auctoritate. 70

Is enim ad Catal. p. 245 sq. contendit, Salaputium esse nutricum ἰππογοισμὸν tractum a putus, (πόδω, unde praeputium est) a qua parte suos alumnos per lasciuiam non modo putos, sed etiam Salaputia, quasi tu salaces caudas dicas appellarint. Vid. PVTVS n. 2. Salicippium placuit viris doctis apud Andr. Schottum ad Sen. l. c. p. 621. quod deriuant ex eo, quod in cippum insulerit ad augendam quodammodo staturam, ut Itali hodie Saltimbaneos nominant nugruendulos circumforaneos. 75

**Salopugium**, σαλοπύγιον, motacilla, a motu perpetuo caudae dicta auis, placuit Salmasio ad Solin. p. 50 bB: cum motacilla sit eadem quae fritilla, a quo nomine est Gallicum fretiller, quod dicunt in homines multum agiles et fatigantes. Probat Salmasianam sententiam Gronouius ad Senecam l. c. 80

Is. Vossius ad Melam 2, 7, 152 p. 518 Salicippium probat, refellit Salmasium: sed ad Catullum p. 118 Salpittium putat verius, et a σαλπίζειν, s. σαλπίζειν derivat, quod tuba canere significat. Salpittas, Salapittas, Salpittones, Saluitones, Salutiones dictos, qui buccis (tubicinum instar) inflatis alapas (quae et ipsae Salapittae v. v.) exciperent; a quo etiam Bufones et Suffletones recentioribus dicti sint: illud quod inflarent se Bufonum s. ranarum rubetarum instar; hoc ab ipso sufflandi verbo, etc. Ignobiliores sententias videre licet apud Voss. etymol. et Schottum ad l. c. Senecae. 85

**SALAR**, aris. m. Piscis. Aufon. Mosel. v. 881 Purpureisque falar stellatus tergore guttis, Rapacissimi salares Sidon. Epist. 2, 2. ex trustrarum genere illum esse, et stellae et rapacitas indicant. 90

**SALARIA VIA**, vid. in **SAL**.

**SALARIA**, Regio Italiae, suis castaneis Romae nobilitata; quas Salarianas appellarunt. Plin. 15, 23 Pura et plana est ex eis et Salariana. 95

**SALARIVM**, vid. **SAL**.

**SALAVCES**. Colchorum rex ditissimus ob peritiam auri inueniendi. De eo sic Plin. 33, 3 Iam regnauerat in Colchis Salauces et Esubopes, qui terram virginem nactus, plurimum argenti aurique eruisse dicitur in Samnorum gente, et alioquin velleribus aureis inlyto regno. Sed et illius aureae camerae, et argenteae trabes narrantur, et columnae atque parastatae, victo Sefostre Aegypti rege tam superbo, ut prodatur annis quibusque forte reges singulos e subiectis iungere ad currum solitus, sicque triumphare. 100

**SALAX**, ācis. Adi. [ἀφροδισιακός] Libidinosus, lasciuus. A 105

*Salio est Salax; ut ab Audco, Audax. Vid. SALIO n. 2. Colum. 7, 9 pr. Maximeque quod ad rem pertinet, quum salacissimos oportet esse mares, qui et annicula aetate commode progenerant. Conf. Idem 8, 2. Quid est, quare apud Poetas salacissimus Iupiter delierit liberos tollere Sen. ap. Lactant. 1, 16. Aquae falaces, i. Scaturientes, quasi e terra profilientes, nescio unde laudantur. Arius falax Ouid. Fast. 4, 771. Galli Varro R. R. 3, 9, 5. Cibi falaces, Venerem concitantes: ut, Erucacae falaces, Ouid. de Rem. Amor. 799. add. Martial. 3, 75. Herba falax Ouid. de Arte Am. 2, 422. Taberna falax Catull. ad contubernales 37, 1. Compar. Si ita esset, falaciora plus iecoris habuissent Lactant. de Opif. D. c. 14. Salacissimi mares Columel. 8, 2, 9.*

*SALACITAS, atis. f. Lasciuita et propensio in Venerem, [τὸ ἀφροδισιαστικόν] Plin. 10, 36 Passeri minimum vitae, cui salacitas par. Conf. Colum. 8, 2. Pallad. 1, 29.*

*SALE, Stagnum est Maconiae eodem in loco, in quo olim Sypilum totius regionis caput, terrae hiatu defedit Plin. 5, 29.*

*SALEBRA, ae. f. [ἐκρήγματα Gloss.] a Saltu dicta, ut ait Nonius 2, 828. Loca inaequalia et aspera; quae quasi sine saltu praeteriri non possunt. Metaphor. Martial. 11, 91 Carmina nulla probas, molli quae limite currunt, Sed quae per salebras, altaque saxa cadunt. Proprie Propert. 3, 15, 15 Luna ministrat iter, demonstrant astra salebras. Hor. Epist. 1, 18, 53 Qui queritur salebras et acerbum frigus. Rursus metaphor. Cic. de Finib. 2, 30 c. 10 Hic si definire et diuidere didicisset, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas salebras incidisset, i. In tantas asperitates et incultas insolentesque orationis formulas. De Epicuro. Valer. Max. 6, 9 ext. 5 Tristitiae salebra. Apul. Met. 1 Verborum salebra. Cic. de Finib. 5, 84 c. 28 Quod vestri non item, tria genera bonorum, procliuius currit oratio, venit ad extremum, haeret in salebra.*

*SALEBRĀTVS, a, um. Adi. Salebris asper. Sidon. Epist. 2, 2 Salebratis faxorum obicibus anfractus. Sic Colu.*

*SALEBRĀTIM, Adu. Sidon. Epist. 2, 2. in edit. Sirmond.*

*SĀLEBRĪTAS, atis. f. Asperitas viae. Apul. Met. 6 p. 178 Inaccessā salebritate lubricus.*

*SALEBRŌSVS, a, um. Adi. [ἐκρηματώδης] Quod multas habet salebras, asperum. Nec me salebrofa mouebunt Saxa Ouid. Heroid. 4, 103. Semita Apul. Met. 8 p. 708. Martial. 11, 3 Lectores tetrici salebrosum ediscite Sanctram: difficilem, morosum. Quinctil. 11, 2, 46*

*Inde interruptus actionis impetus, et resistens ac salebrofa oratio. Salebrofa et exsiliens oratio Sen. Epist. 100. Omissa epithalamii teneritudine, per asperrimas philosophiae et salebrosissimas regulas stilum traxi Sidon. Carm. 13. Conf. Sidon. Epist. 9, 7.*

*SALEIVS, i. m. Pauper quidam Poeta. Iuuen. Sat. 7, 80*

*— Tenuique Salio Gloria quantalibet. Conf. Quinctil. 10, 1.*

*SALENTIA, [Σαλεντία] Vrbs Messapiorum, a qua SALENTINVS, a, um. [Σαλεντικός Steph.] Nomen gentile. Ouid. Met. 15, 51 Praeterit et Sybarium, Salentinumque Neaethum. Cohortes Salentinae Sil. 8, 576. Virg. Aen. 3, 400 Et Salentinos ob-*

*50 fedit milite campos. SĀLERNVN, [Σάλερνον] Picentinorum oppidum in Italia. Plin. 3, 5 A Surrento ad Silarum amnem XXX. M. pass. ager Picentinus fuit, Tufcorum templo Iunonis Argiuae sub Iafone condito insignis. Intus oppidum Salerni, Picentia. Sil. 8, 583 Ille et pugnacis laudauit*

*55 tela Salerni.*

*SĀLGAMA, orum. n. Pl. [σάλγμα] Appellantur quaecumque conditanea ad victum in vasis seruantur, interdum sicca, saepe cum liquamine et iure: ut puta mala, pyra, fici, vuae, rapae. Colum. 10, 117*

*60 Tempore non alio vili quoque salgama merce, Capparis, et tristes inulae, ferulaeque minaces Plantantur.*

*Idem 12, 4 Post hoc praeceptum, locum et vasa idonea salgami praeparari iubent. Locum esse debere auersum a sole, quam frigidissimum et siccissimum, ne situ penora mucorem contrahant. Conf. Aufon.*

*65 Epigr. 125. In codice Imperatorio, lib. 12 tit. 41 Salgami nomine contineri culcitram, lignum, oleum. Vid. Gothofred. ad C. Theod. l. 3 de Salgamo hospitibus non praebendo.*

*SALGAMARIVS, i. m. [παντοπώλης Gloss. Gr. Lat.] Colum. 12, 44 Libros tres edidit, quos inscripsit nominibus coci, et cetarii, et salgamarii. Add. Idem ibid. c. 54. Vid. Vinet. in Aufon. p. 238.*

*70 SALGAMENTARIVS, i. m. Si mutuum a te quippiam propola aut salgamentarius postulare Saluian. contra Auar. 4 p. 307.*

*SALI, orum. m. Auiculae, quas Aristoteles αἰγίδας, et αἰγιδάδας appellat, fecunditatis magnae, ut Perdices, gallinaeque. Plin. 10, 52*

*75 Plurima oua pariunt struthiocameli, gallinae, perdices, sali.*

*SALICIPPIVM, vid. SALAPITIVM.*

*SALICA LEX, vid. SALII Germaniae populi.*

*80 SĀLICASTRVM, i. n. [ἀγριώμπελος] Herba. Plin. 23, 1 Est labruscae similis, sed in salictis nascens, ideo distinguitur nomine, quum eosdem vsus habeat, et salicastrum vocatur.*

*SALICETVM, SALICTVM, SALIGNEVS, vid. SALIX.*

*SALII, [Σάλιοι] Sacerdotes Martis, Curetibus et Corybantibus Graecorum similes sic dicti, quod in portandis Ancilibus saltare eos mos esset. Varro de L. L. 4, 15 p. 23, 8 Salii a saltando, quod facere in*

*85 comitio in sacris quotannis et solent et debent. Idem 5, 3 p. 46, 35 Libros Saliorum memorat, quorum cognomen Agonensium. Et 5, 6 p. 53, 29 Salii qui cantant Mamurium Veturium, significant veterem memoriam. Festus Salios a saliendo et saltando dictos esse, quamvis dubitari non debeat, tamen Polemon ait Arcada quendam fuisse*

*90 nomine Salium, quem Aeneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui iuuenes Italicos ἐνόπλιον (armatam) saltationem docuerit. At Critolaus Saonem ex Samothrace cum Aenea deos penates, qui Lauinium transtulerit, saliare genus saltandi instituisse, a quo appellatos Salios, quibus per omnes dies, vbicumque manent, quia amplae ponuntur*

*95 coenae, si quae aliae magnae sunt, Saliare appellatur. Vid. ad b. l. Gish. Cuperus Obsf. 4, 2 vbi plura de Saliis, quos etiam libro singulari illustravit Tobias Gutberlethus. Nobis modo satis erit, vnum alterumque locum laudasse. Liu. 1, 20 Numa item Salios duodecim Marti Gra-*

*100 diuo legit, tunicaeque pictae insigne dedit, et super tunicam aeneam pectori tegumen, caelestiaque arma (quae Ancilia appellantur) ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis sollempnique saltatu iussit. Vid. Plin. 21, 3. Cic. de Orat. 3, 197 c. 51 Ut epularum sollempnium fides ac tibiae, Saliorumque versus indicant Ouid. Fast. 3, 387 Iam dederint Saliis (a saltu nomina dicta) Exsultantes Sali-*

*105 Virg. Aen. 8, 285. Curia Saliorum Cic. de Diuin. 1, 30 c. 17.*

SALI-

**SALIVS**, Adi. *esse volunt* Hor. Carpu. 1, 36, 12 *Neu morem in Salium sit requies pedum. Sed potest etiam intelligi Genitivus plur. contractus.* Sed *Salias virgines* Cincius ait esse *Conducticias*, quae ad *Salios* adhibeantur cum *apicibus paludatae*, quas *Aelius Stilo* scripsit sacrificium facere in regia cum *Pontifice paludatas* cum *apicibus in modum Saliorum.* Haec *Festus.*

**SALIARIS**, e. Adi. *Ad Salios pertinens*, *Saliare Numae carmen* Tacit. Ann. 2, 83, 1. *conf.* Hor. Epist. 2, 1, 86. *et.* Fest. *Curfus Saliaris* Sen. Epist. 15. *Saliare* Coenae, *Dapes*, *Epulae*, [*Σαλιακοὶ δῆπνοι*] auctore *Festo*, *Magnae et copiosae coenae dicebantur*, et *opiparae*, quales solebant facere *Salii sacerdotes Martis.* Hor. Carm. 1, 36 (37) 2

— Nunc *Saliaribus*  
Ornare *puluinar Deorum*  
Tempus erat *dapibus.*

*conf. Interpp. it. Torrent. ad Sueton. Claud. c. 33. Saliare coenate coenas* Apul. Met. 4 p. 152. *add. ibid. 7 p. 192. et 9 p. 227. Epulari Saliarem in modum* Cic. Att. 5, 9.

**SALIATVS**, ūs. m. *Munus Salii.* Capitol. in M. Anton. Philof. c. 4 In *faliatu omen accepit imperii*, *coronas omnibus in puluinar ex more iacentibus*; *aliae aliis locis haeserunt*; *huius veluti manu, capiti Martis aptata est.* Fuit in eo *sacerdotio et praeful et vates et magister*; et *multos inauguravit atque exauguravit*, *nemine praecunte*, quod ipse *carmina cuncta didicisset.* *Paullo ante dixerat*, octavo actatis anno in *Saliorum collegium ab Hadriano esse relatum.*

**SALII**, orum. m. [*Σάλλιοι*] *Germaniae populi, qui et Franci dicuntur*, *Sidonius*, *Salius pede*, *falce Gelonus.* *Ammianus Marcellinus* lib. 17 *de Constantio*, *Quibus paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellavit.* *Ab his Saliis putat Alciatus Legem Salicam nomen duxisse, quasi dicas Francicam.* *conf. Cluver. Germ. Ant. 3, 17 etc.*

**SALINAE**, et **SALINVM**, *vid. SAL.*

**SALIO**, *salii, vel salii, vel salui, saltum, ire.* [*πηδάω, ἄλλομαι*] *Subito in altum se mouere.* *Virg. Georg. 2, 383 Mollibus in pratis vnctos.* *faliere per vtres.* *Meliores legunt Saluere.* *Vid. Heinsf. et Burm.*

*In compositis etiam Praeteritum Perf. frequenter, ui, formatur.* *Vid. Drakenb. ad Sil. 7, 46. Plin. 10, 38 Saliunt aliquae aues, vt passeris.*

*Ad strepitum tibicinae faliere* Hor. Epist. 1, 14, 26. *Saliendo se exercere* Plaut. Bacch. 3, 3, 25. *Salire de muro* Liu. 25, 24.

*Salire e terra* Lucret. 1, 188. *i. Prodire, emitti.* *De aqua etiam Varro R. R. 1, 13, 3. de compluio.* *Grando salit in tectis* Virg. Georg. 1, 449.

*Salit mihi cor: per translationem* Plaut. Cistell. 2, 6, 62.

¶ 2 *Salire dicuntur animalia, quando mares ineunt feminas, nam saliendo ascendunt.* *Ouid. de Arte Am. 2, 485 Laeta salitur ouis, tauro,*

*quoque laeta iuuenca est.* *Sic et Varro 2, 2, 14. Salire matrem;*

*de equo dictum* Idem de R. R. 2, 7, 8. *Salire in aqua* Idem ibid.

3, 10. *de anseribus.*

**SALIENS**. Partic. [*ἄλλόμενος*] *vt, Aqua saliens*, Plin. Epist. 2, 17, 24. *et Suet. August. c. 82 Grandine saliente graues ceciderunt*

*nimbi* Ouid. Met. 14, 543. *Piscem salientem ducere seta* Martial. 1, 56.

*Riuo saliente sitim restinguere* Virg. Ecl. 5, 47. *Conf. Columel. 1, 5, 4. Vena saliens sanguine* Virg. Georg. 3, 460.

¶ 2 *Salientes Substantiue, vel per ellipsin nominis tubi, genere masculino: [κρηνοὶ]* *Vitruvius 8, 3 p. 159 Haec maxime considerantur*

*Athenis: ibi enim ex eiusmodi locis fontibus, et in Asty, et ad portum Piraeum, ducti sunt salientes, e quibus bibit nemo, sed lauatio-*

*nibus et reliquis rebus vtuntur, bibunt autem ex puteis.* *Ibidem c. 7 In medio ponentur fistulae in omnes lacus et salientes.* *Cic. Qu. Fratr. 3, 1 Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo, mirifica*

*suauitate te villam habiturum piscina et salientibus additis palaestra,*

*etc. Vid. Keuchen ad Frontin. de Aquaed. p. 377.*

**SALTO**, are. Frequ. [*ῥοπήματα*] *Tripudiare.* *Cic. in Catil. 2,*

*23 Hi pueri tam lepidi, ac delicati, non solum amare et amari, neque*

*cantare et saltare, sed etiam fidas vibrare, et spargere venena didice-*

*runt. Vetus exemplar legit, Pfallere.* *Idem Off. 3, 93 At si dares*

*hanc vim M. Crasso, et digitorum percussione heres posset scriptus esse,*

*qui reuera non esset heres, in foro mihi crede saltaret* *Ad tibi-*

*cinis modos* Liu. 7, 2. *Commode Nep. Praef. n. 1. Ele-*

*ganter Sallust. Catil. c. 25. Nemo fere saltat sobrius* *Cic. pro Muraen. 70*

*13 c. 6. Nudus in conuiuio saltaret* *Idem in Pison. 22.* ¶ 2

*Ad histrionicos illos motus refertur, qui in manuum in primis gestu spe-*

*ctantur, quibus historias totas vel fabulas Pantomimi etiam sine voce ex-*

*primebant.* *Pastorem saltare Cyclopa* Horat. Sat. 1, 5, 63. *Sal-*

*taturus Virgilii Turnum* *Sueton. Ner. c. 54. Si vox est canta: si*

*mollia brachia, salta* *Ouid. A. A. 1, 595. Quis dubitet, quin scire*

*velim saltare puellam, Vt moueat posito brachia iussa sono* *Idem ibid.*

*3, 349. add. Propert. 2, 22, 5.* ¶ 3 *Est vitium orationis, in*

*quod incidunt, qui numerosam comprehensionem (periodum longiorem)*

*fugiunt, quorum nunquam acquiescit, subsultat semper oratio.* *Vid. Cic. 80*

*Orat. 226 c. 67 A. Dial. de Orator. 26 Neque enim oratorius iste,*

*immo hercule ne virilis quidem cultus est, quo plerique temporum*

*nostrorum actores (causarum, oratores) ita vtuntur, vt lasciuia ver-*

*borum, et leuitate sententiarum, et licentia compositionis, histrion-*

*ales modos expriment. Quodque vix fas auditu esse debebat, laudis*

*— loco plerique iactant, cantari saltarique commentarios suos.*

*Nempe haec laus Poetae, vt* *Ouid. Tr. 2, 519 Et mea sunt populo sal-*

*tata Poemata saepe.* *Et 5, 7, 25 Carmina quod pleno saltari no-*

*stra Theatro, Scribis.* *Ad utrumque forte genus, tum hoc, tum illud,*

*de quo n. 2, pertinet* *Plin. Pan. 54 pr. Et quis iam locus miserae adula-*

*tionis manebat ignarus, cum laudes imperatorum ludis etiam et com-*

*missionibus (sic leg. pro commissionibus) celebrarentur, saltaren-*

*tur, etc. conf. SALTITO, SALTATIO, SALTATIVNCVLA.*

**SALTANS**, antis. *Brachia saltantis, vocem mirare canentis*

*Ouid. Arte Am. 2, 305. Saltantes satyros imitabitur Alphefiboecus*

*Virg. Ecl. 5, 73.*

**SALTITO**, are. Frequent. *A Salto.* *Macrob. 3, 14 Sed quid*

*loquor de histrionibus, quem Appius Claudius vir triumphalis, qui*

*Salius adusque senectutem fuit, pro gloria obtinuerit, quod inter col-*

*legas optime saltitabat.* *Arnob. lib. 2 p. 73 Saltitaret et caneret.*

*Add. Quinētil. 9, 4, 42 Duram potius atque asperam compositionem*

*malim esse, quam effeminatam et eneruam, qualis apud multos: et*

*quotidie magis lasciuimus Syntonorum modis saltitantes.* *Vid. Vopisc. in Aurel. c. 6.*

**SALITIO**, ōnis. f. *Actus saliendo.* Veget. de Re Milit. 1, 18  
Salitio equorum, *i. initur.*

**SALISATIO**, ōnis. f. [*παλμός*] *Palpitatio.* Gloss. Gr. Lat.  
Cordis pulsus siue salisatio Marc. Empir. c. 21.

**SALISATOR**, ōris. m. Gloss. Isid. 8, 9. *conf. Sarsber. 1, 12.*  
*Scaliger. Lect. Aufon. 1, 16.*

**SALTATIO**, ōnis. f. [*ὑψηλός, ὑψηλός*] Cic. pro Muraen. 13  
c. 6 Intempestiui conuiuii, amoeni loci, multarum deliciarum, comes  
est extrema saltatio *Add. Id. de Fin. 3, 24. Ambros. Ep. 6, 36: Cor-*  
dax saltatio, *vid. CORDAX, sub COR.* Quintil. II, 3, 66 Salt-

tatio frequenter sine voce intelligitur. *Nempe illa Pantomimorum,*  
*de qua est Luciani περί ὑψηλότητος, de saltatione, libellus.* Quintil. I,

II, 18 Lacedaemonios etiam saltationem quandam, tanquam ad bella  
quoque vtilem, habuisse inter exercitationes accepimus. *Et quid*

*aliud sibi volunt illae hodie in tempora sua et numeros accurate descriptae*  
*exercitationes: milites bene coexercitati saltationem peragunt cum ince-*

*dunt, cum arma tractant, etc.* *Addit Quintil. l. c. Neque id*  
*(saltare) veteribus Romanis dedecori fuit.* Argumentum est sacer-

dotum nomine ac religione durans ad hoc tempus saltatio. *De*  
Saliis loquitur. *Vid. SALVA res est, voce SALVVS.* *Sed con-*

*ferre etiam operae pretium est, quae contra Saltationem disputantur* Ma-

crobi. Sat. 2, 10. Cic. de Clar. Orat. 225 c. 62 Quos Sex. Titius  
consequutus, homo loquax sane et satis acutus, sed tam solutus et mol-

lis in gestu, ut saltatio quaedam nasceretur, cui saltationi Titius  
nomen esset. *Conf. Quintil. II, 3, 128. Armata saltationem*

Curetes docuere: Pyrrichen Pyrrhus Plin. 7, 56. *Conf. Seru. in*  
Virg. Ecl. 5.

**SALTATIUNCŪLA**, ae. f. Dimin. Vopisc. in Aurel. c. 6  
Pueri saltatiunculas in Aurelianum componerent, quibus diebus festis

militariter saltarent,  
Mille mille, mille, mille, mille decollauimus.  
Vnus homo mille, mille, mille decollauimus.

Mille, mille, mille! viuat, qui mille, mille occidit.  
Tantum vini habet nemo, quantum fudit sanguinis.

**Hos ergo trochaicos cantu et motu corporis simul expresserunt.** *Post*  
*paullo talem saltatiunculam (cantilenam ibi vocat) alteram profert.*

**SALTATOR**, ōris. m. [*ὑψηλός*] *Apud Romanos nomen con-*  
*temptum insinuans.* *Vid. Cic. pro Muraen. 13 c. 6. Idem Off. 1, 150*

**Adde huc, si placet, vnguentarios, saltatores, totumque ludum talarium.**  
*Conf. Sueton. Calig. c. 54. Plin. 35, 11. Quintil. 6, 3. et II, 3, 89.*

**Facere aliquem saltatorem** *Idem I, 12. Motus certus datus sal-*  
*tatori Cic. de Fin. 3, 24.*

**SALTATORIVS**, a, um. Adi. [*ὑψηλός*] *Quod ad saltatio-*  
*nem pertinet: ut Ludus saltatorius, in quo saltare docetur.* Scipio

Afric. *apud Macrob. 2, 10 in querela de corruptis moribus Eunt in ludum*  
saltatorium inter cinaedos virgines puerique ingenui. Cic. in Pi-

son. 22 c. 10 Quumque ipse nudus in conuiuium saltaret, in quo ne tum  
quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, Fortunae rotam

pertimefcebat. *Orbes saltatorios vertere Arnob. 2 p. 73.*

**SALTATORIE**. Adu. Saltatorie procurrens Apul. Met. 10 p. 253.

**SALTATRIX**, icis. f. [*ὑψηλός*] Cic. in Pison 18 c. 8 Tu ex  
tenebricosa popina Consul extractus, cum illa saltatrice tonsa, Sena-

tum Reip. occasum atque interitum lugere vetuisti. *Macrob. Sat.*  
2, 10 Ante cuius triclinium modo saltatricem vel saltatorem te vidisse

meministi. *conf. Iustin. 9, 8, 2. 13, 2, 11. 38, 15, 5. Plin. 10, 23.*  
*Prudent. Psychom. v. 385.*

**SALTATRICŪLA**, ae. f. [*ὑψηλότης*] Dimin. a Saltatrix.  
Gell. 1, 5 Dionysiamque eum notissimae saltatriculae nomine appellaret.

**SALTATVS**, ūs. m. [*ὑψηλός*] *Saltatio.* Liu. 1, 20 de Saliis  
Per urbem ire canentes carmina cum tripudiis sollempnique saltatu

iussit. *Ouid. Met. 14, 637 Quid non et satyri saltatibus apta iu-*  
*uentus Fecere? Qui vel in honesto saltatu tripudiant La-*

**SALTVS**, ūs. m. [*ἄλμα, ὑψηλός, πύδημα*] *Saliendi actus,*  
*qualis est ceruorum et leporum* Virg. Aen. 9, 554 — Saltu supra vena-

bula fertur. *Dicitur et de hominibus.* *Sic Virg. de Turno Aen.*  
9, 815 Tum demum saltu praiceps, sese omnibus armis In fluuium

dedit. *Superbus saltu* Virg. Aen. 12, 326. *Sen. Epist. 15 in*  
*generibus exercitationis est* *Curfus* — et saltus, vel ille, qui corpus in

altum leuat, vel ille, qui in longum mittit, vel ille, ut ita dicam,  
Saliaris, aut, ut contumeliosius dicam, Fullonius. *Agrestis saltus*

*Ouid. Met. 14, 521. Facilis saltus* Claud. de Bell. Get. 178. *Ra-*  
*pidus saltus* Stat. Achil. 1, 178. *Volucer saltus* *Idem* *Teb. 6, 569.*

**Dare saltum** *Ouid. Fast. 1, 507. i. Salire.* *In urbem hostium plē-*  
*nam praecipiti saltu semet ipse Immisit* Curt. 9, 5, 2. *Insilire*

*saltu, vid. INSILIO.* *Superare viam saltu* Virg. Georg. 3, 141.  
*Vti excursionem et saltu* Cic. de Senect. 19. ¶ 2 *Saltus,*

*Silus, vid. suo ordine.*

**SALTICVS**, a, um. Tertull. adu. Gnost. c. 8 Contumeliosa  
caede truncatur in puellae salticae lucar, *i. mercedem puellae*  
*saltatriculae datam.*

**SALTABVNDVS**, a, um. Gell. 20, 2 Saltabundi canebant, quae  
nunc stantes canunt.

**SALTVARIS**, e. Adi. [*πηδηματικός*] *Saltus edere solitus.* Plin.  
2, 95 Sunt et in Nymphaeo paruae insulae, saltuares dictae, quoniam

in symphoniae cantu ad ictus modulantium pedum mouentur. *Vid.*  
*CALAMINA.*

**SALTVATIM**. Adu. [*πηδηματικώς*] *h. e. Per saltus.* Gell.  
9, 4 Atque item esse alia apud vltimas Orientis terras miracula: ho-

mines qui monomeri appellantur, singulis curribus saltuatim currentes,  
viuacissimae pernicitatis. *Metaph. Sifenna Histor. lib. 1. apud Non.*  
2, 758 Nos vna aetate in Asia et Graecia gesta literis idcirco con-

tinencia mandauimus, ne vellicatim, aut saltuatim scribendo, lecto-

rum animos impediremus. *Vid. Amm. 26, 12. Sidon. 4, 3. et 8, 3.*

**SALISVBSVLVS**. *Mars dictus a saliendo subsultandoque, si audi-*  
*mus Muretum ad illud* Catull. 17, 6 Sic tibi bonus ex tua pons libi-

dine fiat, in quo vel Salifubfuli sacra suscipiunt. *Muretus, in-*  
*quam, ita interpretatur, pons ita latus firmusque, ut possit etiam Martis*

*sacra peragentes Salios sustinere.* *Salifubfulum vocat Martem.*  
*Pacuius, Pro imperio sic Salifubfulus vestro excubet. Arripit ver-*

*sum Scaliger, sed Salifubfulos hic intelligit ipsos Salios, qui non minus*  
*quam Mars suus ita dicti sint. Cum versus Pacuii nusquam compa-*

*reat, confictum esse a Mureto, et hic quoque, ut in Trabeae carminibus,*  
*0505 sublitum Scaligero, existimat Is. Vossius ad Catull. p. 46. Ipse ita legit,*  
M m

In quo vel Salii ipsulis sacra suscipiunt; et ipsulas interpretatur eas, quas Ipsulices vocat Festus. Locum illius damus in IPSVLLICES et in SVBSILLES. Quid verum sit, hic videre difficile est. Salisubfali esse in libris omnibus, fatetur etiam Vossius, qui certe hoc boni habet, quod sacra in pontibus administrata illustravit. Catullus optat pontem coloniae ita firmum, in quo illa sacra possint peragi. Scimus Pontifices unde dicti sint. quid si ita approbandus, inaugurandusque, vel stato tempore explorandus fuit pons Sublicius, ut sua ibi Salii sacra cum saltu peragerent.

SALIVA, ae. f. vel SALIVVM, i. n. [πρίον, σάλια, σάλια] 10  
 Sputum: quod fere salis saporem habeat: Vel a saliendo, quod in ore saliat et crescat. Catull. 23, 16 A te sudor abest, abest saliva, Mucusque et mala pituita nasi. Abundare saliva Scribon. 104. Fluere salivam pati Idem 9. Iungere salivas oris Lucret. 4, 1101. Saliva humanae oris ieiuni Plin. 7, 2. Ieiuna saliva Idem 28, 4. Matutina Sammon. v. 161. ubi conf. Interpp. Tertull. de Ieiunio c. 6  
 Ipsa natura enunciabit, quales nos ante pabulum et potum in Virgine adhuc Saliva exhibere consuevit. Res eadem Saliva ieiuna, matutina, virgo. Caeterum bona pars medicinae superstitiosae fuit in Saliva ieiuna. Locus velut classicus est, quem modo citavimus Plin. 28, 4 sed paullo longior. Longam Manantia labra salivam Iuven. 6, 622. Mercurialis saliva, pro Lucro Perf. Sat. 5, 12. Spurca saliva lupae comminctae Catull. ad Iuventium f. 96, 10. ¶ 2 Item in genere pro quovis Succo aut humore Plin. 9, 36 Purpurae conchae vitunt saliva sua. Succis herbarum et concharum salivis incoquere lanas Tertull. de Cult. Fem. c. 10 pr. Saliva lacrimationum, Humor lacrimarum Plin. 11, 37 f. 54. Idem 11, 12 Siue est caeli sudor, siue quaedam siderum saliva. ¶ 3 Sapor, qui salivae ope percipitur: Plin. 23, 1 Sua cuique vino saliva innocentissima, sua cuique aetas gratissima, hoc est media. Et Methymnaei Graia saliva Meri Propert. 4, 8, 38. Plin. 14, 6 de vino Setino, Non temere cruditatibus noxiis ab ea saliva. In quibus locis saliva sapor est, et hinc vinum certi saporis. Gratum cibum praesagientibus saliva moveri et affluere solet, velut parata ad officium. Vnde vulgaris formula, qua etiam metaphorice Seneca utitur Epist. 79 p. 316 Aetna tibi salivam movet, te allicit ad scribendum. Vid. Casaub. ad Perf. p. 486 f. 6, 24 Tenuis saliva turdorum. Sed Vna saliva Hieron. Epist. 61, 4. i. uno oris habitu: vid. Casaub. ad Theophrast. Char. p. 153.

SALIVOSVS, a, um. Adi. [σάλωδης] Quod salivae saporem habeat, vel salivae est simile. Plin. 16, 38 Humor vlmis salivosus. Sub finem carminis obsceni, in Catalect. Virg. p. 87 Quibus repletus vt salivosus aquis Obesam ad uxorem redis. Scalig. ad h. l. p. 229 interpretatur Salivosum, quidquid gustum reficit. Sed Cael. Acut. 2, 2, 12 Salivosus est cui nimia saliva fluit.

SALIVO, are. [σάλω] Salivam facere, siue emittere. Plin. 9, 36 Congregantur verno tempore purpurae, mutuoque attritu lentorem cuiusdam cerae salivant. de purpuris conchis. ¶ 2 Salivare etiam est, quod Salivare male scribitur, medicamentis quibusdam salivam pecudum movere, subducere, et purgare, eaque ipsa re appetentiam cibi augere. De hac scribendi ratione diximus in Lexico rustico, laudavimusque in primis Victorium ad Colum. 6, 9, 1. et Harduin. ad Plin. 27, 11 f. 76. Columel. 6, 5, 2 Tunc panacis et eryngii radices foeniculi seminibus miscendae, et cum defruti ac moliti tritici farina, candentique aqua conspergendae, eoque medicamine salivandum aegrotum pecus. Salivatur tenero olera — foeta vacca vel tener vitulus Columel. 6, 24, 5. Ibid. 37, 9 de asino admissario. Et defecto viridi pabulo, et largo ordeo firmandus, nonnunquam etiam salivandus erit.

SALIVATVM, i. n. quod SALVIATVM saepe scribitur, medicamentum, quo salivantur animalia, i. nimia saliva et pituita liberantur. Ruellius in Hippiatricis ποτόν, πόμα, προπότισμα salivatium reddere solet. Sed non sola poculenta sic vocari, exemplorum inductione patet. Colum. 6, 10, 1 Salivatium farinae hordeaceae. Pallad. Apr. 7 Salivati more praebendum milium. Add. Veg. Mulom. 3, 4. In his potio potest intelligi. Sed Colum. 6, 9, 1 Salivati more demitti debent brassicae coliculi. Et 6, 25 Potest etiam cum arida fico et eruo conteri herba Santonica, et formata in offam sicut salivatium demitti. Add. Plin. 27, 11 f. 76. Colum. 6, 5, 2. colato Veget. 3, 2, 25.

SALIVATIO, onis. f. Cael. Aurel. Acut. 3, 2, 7 Plurima salivatio, i. copiosae salivae fluxus.

SALIVARIVS, a, um. Adi. [σάλικος] Plin. 9, 51 Quae durioris testae sunt, vt murices, purpurae, salivario lentore proueniunt, i. Viscositate salivae simili.

SALIVNCA, ae. f. [νάρδος Κελτική] Herba. Salivunca, pro Nardo siluestri Scribon. 153. 166. 195. Nardi Celticae, id est, salivuncae Idem 258. Plin. 21, 7 Salivunca foliosa quidem est, sed brevis, et quae necesse non possit. Radici numerosae cohaeret: herba verius quam flos, densa veluti manu pressa, breuiterque caespes sui generis. Pannonia hanc gignit, et Norici, Alpiumque aprica. Humilis salivunca Virg. Ecl. 5, 17. Neglectisque rosis salivuncam sumitis agri Sedul. 1, 30.

SALIVS, vid. SALII paullo ante.

SALIX, icis. f. [ἑρέα] Arbor aquatica, facillimi prouentus, usus quotidiani ad viuendum, plectendum, etc. Vid. Plin. 16, 37 ubi octo illius genera enumerat, et utilitates recenset. v. g. In proceritatem magnam emittunt iugis vinearum perticas, pariuntque baltheo corticis vincula: aliae virgas sequacis ad vincturas lentitiae: aliae praetenuis viminibus texendis spectabili subtilitate: rursus aliae firmiores corbibus, ac plurimae agricolarum supellectili, candidiores ablato cortice leuique tractatu: vilioribus vasis, quam si e corio fiant, atque etiam supinarum in delicias cathedrarum aptissimae, etc. Conf: Colum. 4, 30. Virg. Ecl. 10, 40 Mecum inter salices lenta sub vite iaceret. Salicem, Verrius, Virgulti genus, non Arboris dicit, et ridicule interpretatur dictam, quod ea celeritate crescat, vt salire videatur. Festus. Melius deriuatur a Graeco ἑλίκη, quo nomine salicem Arcades dicebant, ab ἑλίω: quasi tu flexilem, vitilem, dicas. Amnicolae salices Ouid. Met. 10, 96. Amarae salices Virg. Ecl. 1, 79. Curua salix Ouid. Met. 5, 594. Erratica Vitruu. 8, 1. Fecundae salices viminibus Virg. Georg. 2, 446. Frugiperda salix, vid. FRUGIPERDA, in FRVGES. Glaucae salices Virg. Georg. 4, 182. Lenta salix Idem Ecl. 3, 83. et 5, 16. Munda salix apud Iuriconsultum l. 12 Gaius D. de annuis legatis ea dicitur, quae a frondibus forte et corticibus liberata et purgata est, apta ad viuendum et alligandum. Perticalis salix, vid. PERTICALIS, in PERTICA. Tenerae salices Lucet. 2, 361. Viminalis salix, vid. in VIMEN.

**SALIGNVS**, a, um. Adi. [*ἰριὸς*] *Quod ex salice factum est.* Colum. 7, 1 Quippe vel foliis, spinisque, vel perticis salignis alitur. Crates umbonum salignae Virg. Aen. 7, 632. Falx saligna Idem Georg. 4, 110. Fores salignae Stat. Theb. 4, 161. Fustis salignus Hor. Serm. 1, 5, 22. Lectus salignus Ouid. Met. 8, 659. Liber Colum. 7, 10.

**SALIGNEVS**, a, um. *Aliud* Adi. [*ἰριὸς*] *Idem.* Colum. 7, 10, 2 Deinde ab ictu virgae oportet tumentem venam ferro rescindi, detractoque sanguine colligari saligneo libro, vel etiam vlineo. Id. 11, 3. et 6, 2. Salignea claua. Conf. Idem 7, 1. 4, 16. 9, 15. Petron. c. 135. Vitruu. 10, 11. Pallad. 1, 38. et Febr. 17. et Nou. 17. Virgae saligneas instituendi salicti causa si quis defixerit, haecque radices egerint Vlpian. in l. 3 §. j. D. arb. furt. caesar.

**SALICETVM**, et per syncopen, **SALICTVM**, i. n. *Quod est vstitatus*, [*ἰριών*] *Locus salicibus confitus.* Cato R. R. 9 Salicta locis aquosis humectis, umbrosis, propter amnes: ibi feri oportet. Varro . . . Idoneus locus eligendus vbi faciat salictum. Flos salicti Virg. Ecl. 1, 55. Amoena salicta Cic. de Diuin. 1, 40. conf. Idem Agr. 2 c. 14. Canentia salicta fronde glauca Virg. Georg. 2, 13. Densis salictis obfessa palus Ouid. Met. 11, 363. Humile salictum Iuuen. Sat. 11, 67. Incultum salictum Virg. Georg. 2, 415. Vdum salictum Hor. Carm. 2, 5, 8. Add. Liu. 25, 17. Cato R. R. c. 33. Plaut. Aul. 4, 6, 9. Colum. praef. 1. et 4, 30. et 11, 2. Ouid. Met. 5, 590. Instituire salictum. Vid. paullo ante Virgas saligneas.

**SALICTARIVS**, a, um. Adi. *Qui salictum curat, et ex eo materiam salignam viti pedandae iugandaeque parat.* Meminit Cato de R. R. 11 vbi de vinea instruenda loquitur. *Adiectiue* apud Plin. 21, 15 Lupus salictarius; *Herba.*

**SALICTETVM**, i. n. Vlpian. l. 3 §. 2 ff. arbor. furt. caes.

**SALLIO**, **SALLO**, vid. **SAL.**  
**SALLVSTIVS**, i. m. [*Σαλλῆστιος*] *Gentis Romanae nomen, quam illustravit C. Crispus Sallustius, de quo Martial. 14, 191 Crispus Romana primus in historia. Saepe laudat illum Quinctilianus. v. g. 2, 5, 19 Et hic historiae maior est auctor (quam Liius) ad quem tamen intelligendum iam profectu opus sit. Tacit. Ann. 3, 30 Crispum Equestri ortum loco, C. Sallustius rerum Romanarum florentissimus auctor, fororis nepotem in nomen adsciuit. Subtilissimae breuitatis artifex Gell. 3, 1.*

**SALLVSTIĀNVS**, a, um. Adi. Tacit. Ann. 13, 47 Horti Sallustiani. Sallustiana breuitas Quinctil. 4, 2.

**SALMACIDVS**, a, um. [*ἄλμαρος*] *Salem acidum respiciens.* Plin. 31, 3 f. 22 Nam nitrosas atque salmacidas in desertis Rubrum mare petentes addita polenta viles, intra duas horas faciunt, ipsaque vescuntur polenta. Gloss. Phil. Salmacidum ἄλμαρον, Salmacidus ἄλμαρος, ἄλμαρος, ἄλμαρος. Et Gloss. Graec. Lat. ἄλμαρος salmacidus, falsus, ἄλμαρον salmacidum. *Huc forte refer. ibid. Salmacia aqua ἄλμαρον ὕδωρ pro Salmacida. Reines. Var. Lect. 3, 4 p. 408 non modo Plinio Valer. 5, 41 sed etiam Plinio ipsi Secundo l. c. et Glossis abiudicatum it hoc nomen, et ubique illud mutat in Salinacidus, vel Salinaceus. Quicum facit etiam Salmaf. in Solin. f. 81. et Graeuus ad Cic. Off. 1 c. 18. Sed durum videtur tot loca mutare, cum ἄλμα et ἄλμαρος Graecorum possint originem dedisse voci Hybridae. Certe Harduinus seruauit Salmacidus. Scal. ad Auson. Epigr. 69 f. Lect. Auson. 1, 28 plane Ennio tribuebat apud Cic. Off. 1 c. 18 quasi Salmacida spolia sine ἐπιθήματα facilia captu, quia marina. Sed vid. SALMACIS.*

**SALMACIS**, idis. f. *Fons Cariae, quem ingressi putabantur effeminati et molles exire: quae Poëtis fuit occasio fingendi Nympham eo nomine, quae Hermaphroditum, Mercurii et Veneris filium arte complexa, cum illo coaluerit. Mollissime narrat fabulam Ouid. Met. 4, 285 177. Vnde fit infamis, quare male fortibus vndis Salmacis eneruet, tactosque remolliat artus, Discite, etc. Breuiter idem 15, 319 Cui non audita est obscenae Salmacis vndae? Auson. Epigr. 69 Vidit semivirum fons Salmacis Hermaphroditum. Et Epigr. 101 Salmacia optato concreta est nympa marito, etc. Caeterum refutat narrationem Strabon. l. 14. Vitruuius autem 2, 8 p. 30 honestam originem adfert, nempe ad eum fontem taberna a Graeco homine instructa omnibus copiis allectos barbaros e duro feroque more ad Graecam suauitatem molitos. De hac Nymphā, et aqua cognomine Festus, Nympha Caeli et Terrae filia, fertur causa fontis Halicarnassi aquae appellandae fuisse Salmacidis, quam qui bibisset vitio impudicitiae mollesceret, ob eam rem, quod eius aditus angustatus parietibus, occasionem largitur iuuenibus petulantibus antecedentium (alias accedentium) puerorum puellarumque violandarum, quia non patet refugium. Ennius. Salmaci, da spolia sine sanguine et sudore. Haec Festus: in versu Ennii Salmacida uno nomine legi vult Scaliger, ut modo monuimus. Vid. SALMACIDVS.*

**SALMACIDVS**. *Caeterum vititur illo versu etiam Cic. Off. 1, 61 c. 18 Intelligendum est autem cum proposita genera sint quatuor, e quibus honestas officiumque manaret, splendidissimum videri, quod animo magno elatoque, humanasque res despiciendo factum sit. Itaque in probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest, Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem: Illa virago viri. Et, si quid eiusmodi, Salmaci da spolia, sine sudore et sanguine. Haec Cicero. Vt in priore loco mollities quaedam viris obicitur: Ita posterior videtur habere conuicium in hominem mollem, qui Salmaci vocandi casu compellatur.*

**SALMACIVS**, a, um. Vid. paullo ante **SALMACIDVS**.

**SALMO**, ōnis. m. *Genus piscis, qui hoc nomen fere per Europam retinet.* Plin. 9, 18 In Aquitania salmo fluuiatilis marinis omnibus praefertur. Aufon. in Mosel. 97

Nec te puniceo rutilantem viscere salmo  
Transferim, latae cuius vaga verbera caudae  
Gurgite de medio summas referuntur in vndas.

**SALMŌNA**, ae. f. *Fluuius in Mosellam profuens.* Aufon. Mosell. 366 Nec fastiditos Salmonae vsurpo fluores.

**SALMONE**. *Vna ex octo urbibus Pisanae regionis, in qua olim Salmoneum imperasse auctor est Strabo lib. 8.*

**SALMŌNEVS**, i. m. trisyllabum. [*Σαλμωνεύς*] *Aeoli filius, non regis ventorum, sed cuiusdam apud Elidem, vbi regnavit: qui fabricato ponte aereo, super eum agitabat currus, ad imitanda tonitrua: et in quem iaculatus esset faciem, eum iubebat occidi. Hic postea verum expertus est fulmen. Haecenus Seruius enarrans locum Virg. Aen. 6, 580 Vidi et crudeles dantem Salmonea poenas, etc.*

**SALMŌNIS**, idis. f. *Patronym. Nympha Salmonis, Tyro Salmoneos filia. Valer. Argon. 5, 478 Ex hac et Cretheo natus est Aeson Iasonis pater. Siccus ut amplecti Salmonida posset Enipeus Ouid. Amor. 3, 6, 43.*

**SALO**,



SALO, ōnis. m. *Fluuius apud Celtiberos non procul a Bilbili oppido, optima ferri temperatura nobilis.* Martial. 10, 96 Auriferumque Tagum sitiam patriumque Salonem.

SALOMON et SOLOMON, ōnis. m. [*Σολομών*] *Vtroque modo scribitur nomen Regis Iudaeorum nobilissimi apud Tertullianum, Laetantium etc. magis tamen videtur recepta antiquis Graeca ratio per O scribendi primam Syllabam. Vid. v. g. Tertull. adu. Marc. 4, 11 ubi Salomoneum habes. Sed de Praefcript. 3 est Solomon. Sic Laetant. 4, 16, 7 Solomon in libro sapientiae. Hieronymus Frobenianus semper, credo, Salomon.* 10

SALOMONIVS, a, um. Adj. Possess. [*Σολομώνιος*] *Vt, Templum Salomonium, apud Laetant. 4, 13, 26. ubi meliores Salomonium.*

OLONA, ae. vel SALONAE, arum. f. Pl. [*Σαλώναι*] *Urbs Dalmatiae, capta olim ab Asinio Pollione. Respicit Hor. Carm. 2, 1, 15 Cui laurus alternus honores Dalmatio peperit triumpho. Vid. 15 Mela 2, 3 extr.*

SALONINVS, a, um. [*Σαλονίνος*] *Seru. in Ecl. 4 pr. Asinius Pollio, inquit, ductor Germanici exercitus, quum post captas Salonas Dalmatiae ciuitatem, primo meruisset lauream, post etiam Consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium, quem a capta ciuitate, Salominum vocauit, cui nunc Virgilius Genethliacon dicit, quem constat natum risisse statim: quod parentibus omen est infelicitatis: nam ipsum puerum inter ipsa primordia periisse manifestum est.* 20

SALONIANI, Catones, Catonis Censorii genus apud Romanos celebre, ex Salonio cliente Catonis, cuius ille filiam vxorem duxit, atque genuit anno suae aetatis LXXX Plin. 7, 14. 25

SALOPVGIVM, vid. SALAPITTIVM.

SALOR, vid. SALVM.

SALPA, ae. f. [*σαλίπη*] *Genus piscis, qui principatum obtinet circa Ebusum, obscenus alibi, et qui nusquam percoqui possit, nisi ferula verberatus, ut ait Plin. 9, 18. Ibid. 51 Salpae Autumnogignuntur. Conf. Idem 32, 11 Merito vilissima salpa. Ouid. Hal. v. 121. Vid. Bruyerin. de re Cib. 20, 11.* 30

SALPINX, ingis: vel SALPIX, icis. f. *Tuba. Salpicis Apostolicae clangor Adelhelm. de Virginit. c. 28.* 35

SALPISTA vel SALPICTA, ae. m. *Tubicen. Exhibuit centum salpistas vno crepitu concinentes Vopisc. in Carino c. 19. Salpictas reddet, sed qui in bello confossi moriantur Firmic. l. 8. Salpictas etiam ap. Arnob. 7 p. 239. aliqui legunt, ubi alii salapittas, v. v.*

SALPVGA, ae. f. *Genus formicarum Plin. 29, 4 extr. et 34, 4. 40 vid. SOLPVGA.*

SALSAMENTVM, SALSE, SALSILAGO, SALSITVDO, SALSVRA, vid. SAL.

SALTATOR, SALTATRIX, SALTATRICVLA, vid. SALIO, et SALTO. 45

SALTEM. [*γέ, γέν, ἀλλὰ μὲν, ἀλλ' ἔν, τὸ ἔλαττον, τ'ελάχισον*] *Particula concedentis alia, ut vnum certe obtineat, quam vim aliam ipsum hoc certe vel minimum, habere solet. Seruius ad illud Didonis Aen. 4, 327. Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles. Saltem, Vel hoc. Est autem sermo tractus a captiuis, qui quum tenerentur ab hostibus, dicebant, sublati manibus, (Burm. omnibus) Salutem concede. Inde per synaeresim, hic natus est sermo, ut in contentu rerum multarum petitori aliquid saltem dicamus. Donatus ad Ter. Andr. 3, 2, 14 Desperatis rebus, solam petentes salutem, hoc verbo vtimur. Add. Idem ad Adelph. 2, 2, 42. Vid. Gellium 12, 14. Pincier. Ot. Marp. 3, 42. Ter. Andr. 3, 2, 14 Itane tandem idoneus tibi videor, quem tam aperte fallere incipias dolis?* 50

Saltem accurate, ut metui videar. Idem Phorm. 2, 1, 3 Itane tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo? Nec meum imperium . . . age, mitto, imperium: non simultatem meam reuereri saltem? 60

Cic. Att. 8, 16 Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur. Eidem 9, 6 Eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem. Atque aliquo si non bono, at saltem certo statu ciuitatis haec inter nos studia exercere possemus Cic. Fam. 9, 8.

¶ 2 *Paullo latius usum particulae extendi, Quinctiliani usus docet, ut cum quidem fere conueniat. V. g. 6, 4, 15. Idem 6, 5, 1 Locus de iudicio adeo partibus operis huius omnibus connexus ac mixtus est, ut ne a sententiis quidem, aut verbis saltem singulis possit separari: ne hoc quidem concedi potest, ut vel unicum singulorum verbum ponatur sine iudicio.* 65

Illud vix saltem praecipendum videtur, i. ne quidem. Nihil superbum, nihil elatum saltem ac sublime desideret Quinctil. 6, 2, 19. i. ne quidem elatum quidquam. Tale est Nec vero saltem iis, quibus ad euitanda vitia iudicii satis fuit, sufficiat imaginem virtutis efficere Idem 10, 2, 15. i. ne iis quidem.

Vt ipsum iter non imperium, neque saltem durum putent Idem 12, 11, 11. i. ne durum quidem. Disputatur de significatione solum, tantum, modo, excludendi an minuendi: vid. Borrich. Cogit. p. 206. et Anal. p. 19. Vorst. de Lat. susp. c. 18.

Cellar. Cur. Post. p. 421. A. Borrich. Vind. p. 206. Tutius certe est abstinere ab usu illo, quem non satis probasse, certe bonae aetati non asseruisse videtur Borrichius. Nonnulli scribunt Saltim. Vid. Priscian. 15 p. 1013. Add. Vorst. l. c.

SALTITO, SALTO, SALTVARES, SALTVS, etc. vid. SALIO.

SALTVS, ūs. m. [*ἄλη, δρυμός*] *Densior silua et inuisa, in qua pasci et aestiuare pecudes solent: De etymo ἀλος an salio? vid. Varr. L. L. 4, 4. Voss. Etymol. Virg. Georg. 3, 143 Saltibus in vacuis pascant, et plena secundum Flumina. Praesertim hoc nomine veniunt angustiae illae ac fauces, quibus non sine periculo intrantur regiones naturali quodam illo aggere munitae. Talis est Saltus ille Graius, qua Alpes transierat Hercules apud Nep. 23, 3. et ibidem Saltus Pyrenaeus, quem transit Hannibal. Sic Liu. 44, 22 Quae loca praesidiis occupanda; quando aut quo saltu intranda Macedonia? Hinc turpula metaphora Plaut. Cas. 5, 2, 35 Vbi illum saltum video obseptum, rogo vt alterum sinat adire.* 85

Saltum, Gallus Aelius libro secundo significationum, quae ad ius pertinent, ita definit: Saltus est, vbi siluae, et passiones sunt, quarum causa casae quoque. Si qua particula in eo saltu pastorum, aut custodum causa aratur, ea res non perimit nomen saltui, non magis, quam fundi, qui est in agro culto, et eius causa habet aedificium, si qua particula in eo habet siluam. Festus. Saltus, salti, secundae Declinat. antiquis. Accius Menalippo, Hi Menalippum interea traiecit nemorum in salti faucibus. Nonius 8, 18. Nemorum saltus Virg. Ecl. 6, 57. Apti saltus venantibus Ouid. Epist. 5, 17. Floriferi saltus Lucret. 3, 11. Graius Nep. 23, 3, 4. Innoxius saltus, vid. INNOXIUS. Inuui saltus, vid. INVIUS. Profundi Virg. Georg. 2, 391. Pyrenaeus Nep. 23, 3, 3. Pyrenaei Caef. Bell. Ciu. 1, 37. Umbriferi saltus Iuuen. Sat. 10, 194.

90

95

100

105

- Cingere saltus indagine Virg. Aen. 4, 121. Circumdare magnos saltus canibus Virg. Georg. 1, 140. Depascere saltus Ouid. Fast. 5, 283. Detrudi de saltu agroque communi Cic. pro Quint. 28 c. 6. Occupare saltus, *vid.* OCCVPO. Peragrare virides saltus Lucret. 5, 355. Sepire saltum plagis Lucret. 5, 1250. Vno in saltu apros duos venari Plaut. Caf. 2, 8, 42. *i. geminum ex vna re lucrumpetere.*
- ¶ 2 Saltus est modus agri. Varro R. R. 1, 10, 3 Quattuor centuriae coniunctae, ut sint in vtramque partem binae, appellantur in agris diuisis viritim publice saltus. *Huc pertinet* Catulli Carm. 112
- 10 Firmano saltu non falso Mentula diues  
Fertur: qui quot res in se habet egregias!  
Aucupia omne genus, pisces, prata, arua, ferasque.  
Necquidquam: fructus sumtibus exsuperat.  
Quare concedo, sit diues, dum omnia desint,  
Saltum laudemus, dum tamen ipse egeat.
- 15 ¶ 3 Saltum pro lustris ferarum dici, frustra probatur ex Plin. 8, 32 f. 50  
Editos partus cerui exercent cursu et fugam meditari docent: ad praerupta ducunt, saltumque demonstrant, *i. quomodo salientium sit vel in altum, vel de alto.*
- 20 SALTUARIUS, i. m. [*ὄρεοφύλαξ* Gloss. Lat. Gr.] *Siludrum seu saltus custos.* Pomponius de Vsu et Habit. l. 7 l. Si ita, Dominus proprietatis, etiam inuito usufructuario vel vsuario, fundum vel ades per saltuarium vel insularium custodire poterit. Petron. 53  
Saltuariorum testamenta. *Conf. Goef. ad h. l.* Vlpian. D. 33 t. 7 l. 8 §. 1. et l. 12 §. 4. Alfen. Dig. 32 t. 1 l. 60 §. 3.
- 25 SALTUENSIS, e. Adi. *Qui saltus a publico redimit, conducitur,* Arcadius et Honorius l. 3 C. *Qui militare poss.* Cura peruigili observare debet Sublimitas tua, ne coloni, vel saltuenses, vltro etiam se offerentes ad militiam suscipiantur armatam, aut cogantur inuiti. *Vide* l. j. C. de fugit. Colon. *Est etiam* Tit. Cod. (11, 61) de fundis patrimonialibus et saltuensibus. *Vid. ibi* l. 13 ubi sunt Patrimoniales f. limitrophi vel saltuenses fundi.
- 30 SALTUVOSVS, a, um. Adi. [*σαλῦδος*] *Locus saltibus plenus.* Liu. 27, 12 *Aperta erat regio sine vllis ad insidias latebris: itaque in loca saltuosa cedere inde coepit.* Nepos 14, 4, 2. *Regio saltuosa.* *Conf. Plin. 6, 7. Tac. Ann. 4, 45, 2. et 6, 34, 2. Sidon. Epist. 9, 9.*
- 35 SALVATOR, SALVER, SALVEO, SALVO, *vid.* SALVS.  
SALVIA, ae. f. [*ἑλεθρίον*] *Herba odorata, dentibus et gingivis utilis.* Plin. 22, 25 *Nostri qui nunc sunt herbarii elethracon Graece, Latine saluam vocant, mentae similem, canam, odoratam: partus emortuos ea apposita extrahunt. Item vermes aurium vlcerumque.* *Vid. Idem 26, 6. Apul. de Herb. c. 101.*
- 40 SALVIATVM, *vid.* SALIVATVM.  
SALVIUS, *gentis Romanae nomen, e qua M. Saluius Otho Caesar.* Plin. 7, 20 *Fufius Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, et ducenaria duo humeris contra scalas ferebat. Saluius Iulianus cognomento Scuerus, iuris peritissimus, qui perpetuum edictum composuit sub Hadriano. Salvia mater Apuleii etc.*
- 45 SALVIANVS, a, um. Adi. *Ut, Saluium interdictum, de quo est* Dig. 43 tit. 33. *quo de pignoribus quaedam constituta sunt.*  
SALVM, i. n. [*ἅλς*] *Mare dicitur a sapore salis. Vel a Graeco ὄαλος, unde σαλεύω, quod significat mouere, fluctuare. Est enim Salum mare, quatenus commotum et inquietum fluctuat.* Liu. 25, 25 *Bomilcar noctem eam nactus, qua propter vim tempestatis stare ad ancoram Romanae classis non possit.* Virg. Aen. 1, 541 *Perque vndas superante salo.* Cic. Tusc. 3, 67 c. 28 *Nec tam aerumnoso nauigassem salo.* Diem noctemque procul ab insula in salo nauem tenuit in ancoris Nep. 2, 8, 7. *Spumante salo fit sonitus* Virg. Aen. 1, 209. *Salo nausaeque confecti* Caes. B. C. 3, 28. *Solin. 55 (al. 65) de serpentibus, Idque ipsum palam est potentia amplissimae magnitudinis fieri, ut per tantam salis latitudinem ad loca permeent dettinata.* *Metaph.* *Cum in isto Cogitationis salo fluctuarem* Apul. Met. 4 p. 42. *Miro mentis salo in diuersas sententias carpi* Idem 9 p. 225. ¶ 2
- 50 Salus, Masculine protulit Ennius, Hecuba vndantem salum Nonnius 3, 199.
- 55 SALOR, oris. m. *Color sali, inter viridem, et caeruleum medius, Perlucentis vitri falor* Mart. Capella l. 1 *apud Barth. ad Stat. Theb. 6, 146.*
- 60 SALVO, *vid. post deriuata ex SALVS.*  
SALVS, utis. f. [*σωτηρία, ἄλσος*] *Incolumitas. Vitae et bonorum omnium conseruatio vel restitutio, vitaeque adeo ipsa, et quidquid ad illam seruandam pertinet.* Plaut. Capt. 3, 3, 3 *Hic ille est dies, quum nulla vitae salus sperabilis est mecum* Ter. Adel. 4, 1, 3 *Vtinam quidem (quod cum salute eius fiat) ita se defatigarit velim, ut, etc. h. e. Sine malo aliquo.* *Vid. Ibid. 3, 2, 2. Salus, contrarium habet* Exitium Cic. pro Rosc. Amer. 149. *Sic vitam notat in illis: Cuium libertatem antetulit fratris saluti* Nep. 20, 1, 3. *Si illi redderet salutem* Nep. 18, 12, 2. *Rerum salus* Lucan. 2, 221. Cic. Verr. 3, 207 c. 89 *Reip. salus deerit, si improborum exemplis improbi iudicio ac periculo liberabuntur. Salus omnis in focis* Plin. 9, 46 *Cum salute, vid. CVM, Praepositionem. Custodia salutis* Scribon. 84. *Dubius salutis Aeneas* Ouid. Met. 15, 437. *Incertus sum salutis meae* Ouid. Trist. 3, 3, 4. *Socius salutis* Virg. Aen. 5, 174. *Via prima salutis* Virg. Aen. 6, 96. *Accipere pecuniam a salute* Cic. Verr. 2, 69 c. 28. *i. propter absolutionem. Afflicta salus, vid. AFFLIGO.* *Dulcis salus* Ouid. Trist. 5, 7, 3. *Infesta alicui sua salus, vid. INFESTVS.* ¶ 2 *Verborum formulae.* Cic. de Legib. 3, . . . *Cui ne reditus quidem ad bonos, salutem a bonis potuit asserre.* *Conf. Idem i pro Cornel. ap. Alcon. p. 134.*
- 70 Amittere salutem, *Confidere de, Consistit salus, vid. ff. ll.* Cic. Att. 2, 19 *Saluti, si me amas, consule.* *Consulere de salute alterius, vid. CONSVLO.* *Continetur salus publica incolumitate illius, vid. CONTINEO.* Cic. de Orat. 1, 32 c. 8 *Dare salutem, liberare periculis. Debere salutem suam alicui* Ouid. ex Pont. 4, 15, 3. Cic. Fam. 1, 7 *Multum enim interest, vtrum laus minuatur, an salus Deseratur. Desperare salutem* Ouid. ex Pont. 3, 7, 23. *Lucret. 5, 1214 Moenia mundi — An diuinitus aeterna donata salute? An mundus potest durare aeternum?* *Ferre opem et salutem indigentibus* Cic. de Finib. 2, 118. *Et pro Arch. i Huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, et opem et salutem ferre debemus.* *Fulcire salutem* Lucret. 3, 125. *i. vitam conseruare.* *Habere salutis rationem* Cic. Fam. 1, 6. *Iacere salutem in reliqua, Impetrare precibus salutem, Incumbere ad salutem* Reipubl. *vid. bb. vv.* *Inuisa est mihi ipsa quoque salus* Ouid. ex Pont. 4, 14, 5.
- 75 Iuncta salus nostra est Idem Epist. 20, 233. Virg. Aen. 2, 38 *O focii,*

focii, qua prima, inquit, fortuna salutis Monstrat iter. Periclitanda salus, *vid.* PERICLITOR. Petere salutem Cic. Fam. 6, 19. Posita est nostra salus in te vno Ouid. Met. 3, 648. Potiri stabili salute, Firma esse valetudine Idem Epist. 20, 179. Quaesita salus fuga Ouid. Met. 14, 236. Recuperare salutem Cic. Fam. 14, 1. Redimere salutem Idem Verr. 2, 69 c. 28. *i. pecuniam dare iudici, ut absoluaris.* Cic. post rediv. ad Quirit. 15 c. 6 An ego quum mihi esset exploratissimum, etc. dubitarem, quin is me confectum consularibus vulneribus, consulari medicina ad salutem Reduceret. Restituere salutem Cic. pro Domo 75. Retinere salutem Cic. Fam. 6, 21. Virg. Aen. 2, 354 Vna salus victis nullam Sperare salutem. Cic. Att. 9 Quum ei saluti qui mihi fuerit, fuisses tamen lectis eius literis, quas, etc. Conf. Idem de Orat. 2 c. 49. Sed Virg. Aen. 12, 653 Turne, in te suprema salus, *ultimum remedium.* Superest salus Quinctil. 3, 8. Vocari ad perniciem, et Ad salutem, *contraria.* Cic. de Orat. 2, 35 Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, et integritas ad salutem vocatur. Vitur medicis suis non ad salutem, sed ad necem Cic. de Arusp. Resp. 35 c. 16 *extr.* ¶ 3 In formulis bene precandi frequenter adhibetur, praesertim sollempnioribus illis, quibus in aduentu, in principiis epistolarum etc. uti solemus: unde etiam verbum salutare ortum est. Hinc illa in epistolis Salutem. Salutem Dico. Salutem Plurimam. Dico. Plaut. Capt. 2, 3, 29 Omnium primum salutem dico matri et patri. Idem Tusc. 5, 90 Anacharsis Hannoni salutem. Sic Att. 4, 47 Dionysio plurimam salutem. Accepta redditaque salute Liu. 7, 5. Cic. Att. 6, 20 Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandavit ut salutem mihi adscriberes, *vid.* ADSCRIBO. Cic. Fam. 7, 33 Quas si ut volumus exceperimus, ego vero multam salutem et foro dicam, et curiae: viuamque tecum, et cum communibus nostris amatoribus. *b. e. Iubebo valere curiam: nihil mihi amplius cum curia erit commune.* Ergo etiam discedentes dixere salutem. Dic a me illi salutem Cic. Fam. 14, 1. Dare salutem alicui Ouid. Epist. 4, 1. Data redditaque salute Liu. 3, 26. Impertire salutem alicui, et Impertire alicui salutem Cic. Att. 2, 12 *extr.* Ter. Eun. 2, 3, 39. Mittere salutem alicui Ouid. Epist. 16, 1. Mittere salutem, et Referre salutem: pro Salute, et Resalutare. Cic. Att. 16, 3 *extr.* Atticam nostram cupio suauari: ita mihi dulcis salus visa est per te missa ab illa: Referes igitur ei plurimam salutem. Nuntiare salutem, *vid.* NVNTIO. Sic etiam Prosequi salute bibentem Apul. Met. 10 p. 246, 40. Imprecari salutem sternutantibus Apul. Met. 9 p. 228. Bona salute, *formula ἐὐφροσύνης ad omen deprecandum.* Si quid (bona salute) vsu venerit, benigne defendent Cato R. R. c. 4 *extr.* et 141, 3. *potest accipi pro inuocatione Deae Salutis.* Nempe ¶ 4 Salus, Dea, Martianus Cap. 1 p. 16 In sedecim discernitur caelum omne regiones, in quarum prima, sedes habere memorantur post Iouem dei Consentes, Penates, Salus ac Lares. Ferebatur Aesculapii filia, et hanc precari solebant, ut morbos depelleret. Ter. Hec. 3, 2, 2 Male metuo, ne Philumenae magis morbus ingrauescat, quod te, Aesculapi, et te, Salus, ne quid sit huius, oro. Et Plaut. Capt. 3, 3, 14 Neque iam seruare, Salus si vult, me potest. Conf. Idem Afin. 3, 3, 137. Salutis augurium, caerimonia, de qua Cic. Diu. 1 c. 47. Suet. Aug. c. 31. Tac. Ann. 12, 23, 2. *Vid. Torr. et Casaub. ad Sueton. l. c.* De hac dea exstat singularis Diff. Guil. Musgrau.

SALVBER, bris, bre: vel SALVBRIS, bre. Adi. [*ὑγιώνης, σωτηριώδης*] Quod praebet praestatque Salutem, in primis sanitatem, unde Aer, Cibus, Locus, Salubres dicuntur: sed aequae late patere atque ipsam salutem, Substantiua declarant, quibus iungitur. Adoptio salubris pupillo, *i. Vtilis* Vlpian. in l. Nec ei §. Et primum D. de adoption. Ager Varr. R. R. 1, 4, 3. Anhus salubris, et Pestilens, *contraria* Cic. de Diuin. 1, 130. Aquae salubres Hor. Carm. 60 faecul. 31. Aura salubris Ouid. de Arte Am. 3, 693. Brassica ad omnes res Cato 156, 1. Caelum Col. 1, 2. Cic. Att. 8, 12 Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecinus, ut non solum gloriosis Consiliis utamur, sed etiam paullo salubribus. Factum salubre Ouid. Rem. Amor. 316. Fluuius Virg. Georg. 1, 372. Herbis salubribus sanare curas Tibull. 2, 3, 13. Leges, res salubrior meliorque inopi quam potenti Liu. 2, 3. Modi salubris tela Grat. Cyneg. v. 121. *i. mediocris magnitudinis.* *vid.* Burm. ad h. l. Pretium Martial. 10, 104 *ex emend. Scriuer. i. modicum.* Conf. Colum. 7, 3, 22. Liber studiis salubrior, quam dulcior Quinctil. 3, 1. Locus Varr. de R. R. 1, 2. Lympha salubris Propert. 3, 22, 26. Maluae salubres corpori Hor. Epod. 2, 58. Sententia Reipubl. saluberrima Cic. pro Domo 16 c. 7. Verba salubria Ouid. Fast. 6, 753. Salubris huic rei Plin. 8, 27. Vestigia domini res agro saluberrima Colum. 4, 18. ¶ 2 Interdum Salubris intransitiue ponitur pro sano, vel translata ad mores significatione, vel propria, de corporibus. Quidquid falsum aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est Cic. in Orat. 90 c. 26. *i. sanum, moderatione quadam temperatum, Gr. σωφρον.* Liu. 3, 8 Grauiore tempore anni iam circumacto, defuncta morbis corpora salubriora esse coepere. Conf. Tac. Hist. 5, 6, 2. Sed Cic. Fam. 9, 12 Gratulor Baiis nostris, si quidem, ut scribis, salubres repente factae sunt. *vid.* I. F. Gronou. ad h. l. quo auctore opponitur luxurioso. Nempe haec quoque est Sanitas. Sopitum fuisse regem subito ictu: ferrum haud alte in corpus descendisse: iam ad se redisse: inspectum vulnus absterfo cruore: omnia salubria esse Liu. 1, 41. Minimum vsus minimumque profectus ars medentis habet in iis gentibus, quae firmissima valetudine et saluberrimis corporibus vtuntur Auctor Dial. de Oratorib. c. 41.

SALVBRITAS, atis. f. [*ἀλόγητος, τὸ ὑγιές*] Sanitas, tum illa, quae in corporibus vel animis inesse solet, tum facultas illa efficiendae sanitatis, quam rebus externis tribuimus. Plin. 37, 13 Iam situ ac salubritate caeli atque temperie, accessu cunctarum gentium facili, etc. Cato 157 De brassica Pythagorea, quid in ea boni sit, salubritatisque. Ex colore tum salubritatis tum pestilentiae signa percipi Cic. Diu. 1 c. 57. Salubritas Corporum Tac. Ann. 2, 33, 4. *i. sanitas.* Add. Vitr. 8, 4. Colum. 1, 3. Gell. 2, 1. Val. Max. 1, 8, 2. Pallad. 1, 3. Varr. R. R. 1, 4. Caes. Bell. Gall. 8, 52. Urbis vel loci salubritas Cic. de Lege Agrar. 2, 94. Conf. Plin. 18, 5. Afferre salubritatem, *vid.* AFFERO. Vini salubritas Plin. 14, 6. Salubritates in Plur. dixit Vitruu. 5, 3 *pr.* Per translationem: Cic. de Clar. Orat. 51 Ita peregrinata tota Asia est, ut se externis obtineret moribus: omnemque illam salubritatem Atticae dictionis, quasi sanitatem perderet, ac loqui paene dedisceret. *Vid.* SVCCVS orationis.

SALUBRITER. Adu. [*ὑγιαίνω*] Liu. 3, 62 Et trahi bellum salubriter, et mature perfici potest. Plin. 27, 3. Sed maiores, oculorum quoque medicamentis aconitum misceri saluberrime promulgare.

Conf. Colum. 1, 8. et 2, 9. Suet. Claud. c. 21. Emere

5 salubriter Plin. Epist. 1 ult. i. pretio modico. Mei nusquam salubrius Degunt Plin. Ep. 5, 6. Turdi salubrius in eo rure Pascuntur, in quo capti sunt Colum. 8, 10 pr. Cic. de Senect. 57 Vbi enim potest illa aetas aut aequae calefcere vel apricatione melius, vel igni; aut vicissim umbris, aquisue refrigerari salubrius?

10 SALVTARIS, e. Adi. [*σωτήριος, σωτηριώδης*] Idem quod Salubris, hoc est sanitatem praebens, vel ad sanitatem praebendam idoneum. Pseudo-Cic. ad Octau. Nulla enim remedia, quae vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quae sunt salutaria. Cultura agrorum generi vniuerso salutaris Cic. de Senect. 56 c. 16. Idem de Diuin.

15 1, 85 Quid astrologus, cur stella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris sit, Saturni Martisque contraria? Accessus ad res salutare, A pestiferis recessus, contraria Cic. de Nat. Deor. 2, 34. Cuius beneficis et salutaris Cic. pro Milon. 20. Salutare literae, quae consolationem afferunt. Cic. Att. 6, 9 Sic ergo habeto, salutare te mihi literas misisse: neque solum has longiores, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius, sed etiam illas breui-

20 ores, etc. Idem de Nat. Deor. 2, 27 Salutaris calor. Et de Fin. 3, 66 Salutaris Iupiter. Salutaris litera dicitur A, vid. A, Praepositionem. Salutaris digitus, qui pollicis est proximus, qui et Index dicitur Suet. August. c. 80. Sic certe interpretatur probabiliter

25 Reines. Epist. ad Hofm. 25 p. 96. Salutaris feueritas vincit inanem speciem clementiae Cic. ad Brut. 2. Salutaris porta appellata est ab aede Salutis, quae ei proxima fuit. Paullus. Salutaria bibe-

30 re Apul. Met. 2 p. 128 El. 41, 28 Pric. Credo propinationem hilariorum intelligi. Vid. Salute profequi. Διὸς σωτηρίας poculum notum e Polluc.

Nihil est eo (mundo) pulchrius, nihil nobis salutarius, nihil ornatius adfectu Cic. N. D. 3 c. 9. Compar. Cic. Att. 14, 17. f. Fam. 9, 14

Nihil magnificentius, nihil praeclarius actum vnquam, nihil Reipubl. salutarius.

35 SALVTARITER. Adu. [*σωτηρίως*] Cic. de Clar. Orat. 8 c. 2 Tum arina sunt ea sumta, quibus illi ipsi, qui didicerant eis vti gloriose, quemadmodum salutariter vterentur, non reperiabant. Cic. Fam. 10, 23 et 24. Sen. de Clem. 1, 13. Val. Max. 5, 2, 3. Plin.

40 28, 9. Salutaris Charif. p. 194. SALVTARIUM, i. n. Munus a conualescentibus datum. Tertull. Apol. 46 Statuis, et salutariis remunerari. Salutaria bibere Apul. Met. 2 p. 128 de propinatione: sed hic potest etiam esse a salutaris.

SALVTO, āre. [*ἀσπάζομαι, προσάγορεύω, δεξιῶμαι*] Salutem dicere, alloqui, quod non accedentibus solum, sed abeuntibus quoque attribuitur, nec ad homines tantum refertur, quibus in aduentu vel discessu bene precamur, verum ad res etiam, quas laeti conspiciamus, quin ad deos, quos adoramus et alloquimur. Ter. Eun. 2, 2, 29 Salutant, ad coenam vocant, aduentum gratulantur. Idem Adel. 3, 3, 92 Opperiari hominem hic, vt salutem, et colloquar. Virg. Aen. 3, 524 Italiam laeto socii clamore salutant. Cic. Att. 4, 12 Domus te tota nostra salutatur. Idem de Vniuers. 2 Venissetque eodem Mitylenis me salutandi et visendi causa. Salutare benigne, comiter appellare vnumquemque Cic. Philipp. 13, 4. Agros salutare Ouid. Met. 3, 25. Idem Met. 15, 687 Assuetasque domos, habitataque templa salutatur. Vade liber, verbisque meis loca grata saluta Ouid. Trist. 1, 1, 15. Plin.

55 28, 2 Cur sternutamentis salutemur? h. e. Quum sternutamur. Darium regem salutauerunt Iustin. 1, 10, 9. Cum primum se Iouis filium salutari iussit rex Curt. 6, 11, 23. i. inter salutandum appellari. Plaut. Milit. 4, 8, 29 Etiam nunc saluto te familiaris, priusquam eo conferui, conferuaeque omnes bene valete et viuere. Stat. Theb. 4, 31 Stant tamen, et nota puppim de rupe salutant, i. discedenti bene precantur. Salutare deum est venerari Ter. Phorm. 2, 1, 81. Plaut. Curc. 1, 1, 70. et 1, 3, 10. Idem Stich. 4, 1, 29. Cic. pro Rosc. Amer. 55 c. 20 Quod si luce quoque canes latent, quum deos salutatum aliqui venerint, opinor iis crura suffringantur. Plaut. Bacch. 2, 3, 113 Salutatum ire Deos. Ter. Phorm. 1, 5, 81 At ego Deos Penates salutatum domum deuortar. Salutare deum precibus Martial. 12, 74. Deum laeto clamore salutare Ouid. Met. 15, 731. Add. Plin. 11, 3. et 28, 2. Salutari, passiuè. Cic. de Senect. 62 Salutari, appeti, decedi, etc. Hor. de Arte Poët. 87 Descriptas seruare vices, operumque colores Cur ego, si nequeo, ignoroque Poëta salutor? i. appellor, proprie honoris causa, inter salutandum. Visne salutari sicut Seianus? Iuuen. Sat. 10, 90. Esse salutatum te vult mea litera primum Ouid. ex Pont. 2, 7, 1. Salutanti mutuam salutationem reddere Senec. de Tranquill. Vitae 2 c. 13. ¶ 2 Pro seruare poni videtur Plin. 17, 22 f. 35, 11 Sequenti anno palmites salutentur pro viribus matris singuli aut gemini. Sic omnes ante Harduinum, qui ex ingenio mutauit in saluentur eadem sententia.

60 SALVTANS, antis. Ambitio salutantium A. Dial. de Oratorib. c. 29, 5. Foribus domus alta superbis Mane salutantum totis vcmitt aedibus vndam Virg. Georg. 2, 461. Voxque salutantum Ouid. Met. 5, 296.

SALVTATIO, ōnis. f. [*ἀσπασμός, προσάγορεύσις*] Cic. in Pison. 96 c. 40 Quis enim te aditu, quis villo honore, quis denique communi

85 salutatione dignum putet? Cic. Fam. 7, 29 Quum enim salutationi nos dedimus amicorum, etc. Tempus consumi salutationibus, vid. CONSUMO. Facere salutationem Liu. 1, . . . et Curt. 10, 8, 23 Salutatione mutua facta. De Salutatione Deorum matutina et vespertina Arnob. 7 p. 237 Quid sibi volunt excitationes illae, quas canitis matutini, collatis ad tibiam vocibus? — Quid dormitiones illae, quibus bene vt valeant auspicabili Salutatione mandatis etc. Vid. Scal. ad illud Tib. 1, 3, 31 Bisque die resoluta comas tibi dicere laudes.

90 SALVTATOR, ōris. m. [*προσάγορευτής*] Cic. de Petit. Consul. 28 c. 9 Deductorum officium, quod maius est quam saluatorum. Mi-grabit ad aliud limen saluator Sen. Ep. 19. Columel. in praef. l. 1 An honestius duxerim mercenarii saluatoris mendacissimum aucupium, circumuolantis limina potentiorum, etc. Eos notat, qui spertularum spe singulis matutinis veniebant potentiores saluatorum. Conf. Sueton. Claud. c. 35. Capitol. in Anton. Pio c. 13. Regum saluator Stat. Silu. 2, 4, 29.

SALVTATRIX, icis. f. Turba salutatrix Iuuen. Sat. 5, 21 Charta salutatrix Martial. 9, 101 epistola.

SALVTATORIVS, a, um. Adi. [*ἀσπαστικός* Gloss. Gr. Lat.] Plin. 105 15, 11 Omnia iam et virorum saluatoris cubilibus inclusa, ita vocare videtur

videtur non cubicula, ut vulgo interpretantur, sed vel aediculas deorum, de quibus supra accepimus, voce CVBICVLVM, vel lectos, in quibus se salutari paterentur lauti homines a minorum clientium turba. Salutatorius casus, qui et Vocatiuus dicitur: ut, Salue Aenea Priscian. de Casu 5.

SALVTABVNDVS, a, um. Adj. Mart. Capel. l. 7 post pr.

SALVTATORIVM, i. n. Senec. de Tranquil. Vitae 2. f. de Const. Sap. c. 14 Itaque illi quoque quisquis erit, qui salutatorium publicum exercent, donabit. Qui salutatorium publicum exercet, is est, quem Seneca et Ianitorem et Ostiarium appellat. Lips. malit 10 salutationum.

SALVTIFER, era, erum. [ἄλιος, σωτήριος] Ferens salutem. Aquae salutiferae. i. salubres Martial. 5, 1. Herbae Stat. Achill. 1, 117. Puer salutifer orbi Ouid. Met. 2, 642. de Aesculapio. Venit vrbi salutifer Id. Met. 15, 744. Opem salutiferam dare Idem Epist. 21, 174. Nunc funditus perii, nunc Spei salutiferae renunciaui Apul. Met. 4 p. 153. Sorte salutifera succurrere rebus miseris Ouid. Met. 15, 632. Add. Laclant. 4, 12. Macrob. Sat. 1, 20. Aufon. Epigr. 10, 8.

SALVTIFICATOR, oris. m. Tertull. de Carne Chr. c. 14. et de Resurr. c. 47. et adu. Marc. 5, 15. et de Pudic. c. 2.

SALVTIGER, era, erum. [σωτήριον φέρων] Qui salutem nuntiat. Apul. de Deo Socr. p. 45, 23 de daemonibus, Inter terricolae caelicolaeque vectores — ceu quidam vtriusque interpretes et salutigeri. Sed pro Seruatore Aufon. Ecl. de Nom. VII dier. Sexta salutigerum sequitur Venus alma parentem. Salutigerum Carmen Eugen. To-25 let. Carm. 26. Salutigeri ortus Prudent. Hippol. v. 235.

SALVTIGERVLVS, a, um. Adj. [ἐπισημότης] Gloss. Lat. Gr.] Plaut. Aulul. 3, 5, 28 Aequum est salutigerulos pueros, vehicula, qui vehat. i. Seruos, qui iussu dominae hunc illum salutant, suntque Nuntii et Renuntii. al. Sandaligeruli.

SALVE. [χαίρει] Verbum defectiuum, quo vtuntur in salutando homines, res alias, Deos. Ter. Phorm. 2, 1, 56 Here salue, saluum te aduenisse gaudeo. D. ô bone custos salue. Hor. Epist. 1, 10, 1 Urbis amatorem Fuscum saluere iubemus Ruris amatores. Multum salue, vid. MVLTVS. Salue cura deum Tibul. 3, 4, 43-35 Salue laeta dies Ouid. Fast. 1, 87. Salue sancte parens Virg. Aen. 5, 80. Dionysium saluere iubeas Cic. Att. 4, 15. Saluebis a meo Cicerone Cic. Att. 6, 2 extr. Saluere omnes Romulum Deum iubent Liu. 1, 16 pr. Sueton. in Galba c. 4 Vt liberti seruique bis die frequentes adessent: ac mane saluere, vespere valere sibi singuli dicerent. Vtrumque Virgilius posuit Aen. 11, 97 Salue aeternum mihi maxime Palla, Aeternumque vale. Varro apud Seruium ad b. 1. Ideo mortuis salue et vale dici; non quod aut valere aut salui esse possint; sed quod ab his recedimus, eos nunquam visuri. Prima etiam persona Plautus vtitur in Trucul. 2, 2, 4 Salue. s. satis est mihi tuae salutis, nihil moror, non salueo. Sic Cic. Att. 6, 2 extr. Valebis igitur, et valere Piliam et Caeciliam nostram iubebis literis, et saluebis a meo Cicerone. i. Cicero meus te salutat.

SALVVS, a, um. Adj. [σώος, σώος, σώος] i. Sanus. Incolumis, salutem habens integram. Cum in occurso amicorum bene sibi precantium adhiberetur, ipsum inde Salutandi verbum ortum videtur. Ter. Phorm. 2, 1, 56 Saluum te aduenisse gaudeo. Idem Andr. 4, 6, 7 O Mytis salue. M. saluus sis Crito. Vbi Donatus: Saluus sis, Asseruatio salutantis est, non quasi responsio. Conf. Ter. Andr. 5, 4, 3 Saluos sis, Crito. Sum saluus, si haec vera sunt: h. e. Tutus, sine periculo Ter. Andr. 5, 6, 9. Ne sim saluus, si aliter scribo, ac sentio Cic. Att. 16, 13. Saluus et incolumis Cic. de Inuent. 2, 169. Salvis qui interfuerunt, non est mendacio locus, i. superstibus, et testimonio suo refellere mentientem paratis, Quinctil. 11, 2, 39. Add. 12, 1, 40 et 42. Saluos praestare socios Cic. pro L. Manil. c. 18. Te saluum venisse in Epirum vehementer gaudeo Cic. Att. 5, 20. Idem pro Caecin. c. 7 Caecinnae placuit et amicis, quoad videretur saluo capite fieri posse, experiri. Salua res est, saltat fenex; prouerbiu apud Seru. ad Aen. 3, 279. et 8, 110. Audiatur prae caeteris Festus ex Verrio: Salua res est, quum saltat fenex, quare Parasiti Apollinis in scena dicitent causam Verrius reddit: quod P. Sulpicio et Cn. Fulvio consulibus, M. Calpurnio Pisone Praetore urbis faciente ludos, subito ad arma exierint, nunciato aduentu hostium, victoresque in theatrum redierint, solliciti, ne intermissi religionem adferrent, instaurandique essent, inuentum esse ibi C. Pompinium libertinum minimum, magno natu, qui ad tibicinem saltaret. Itaque gaudio non interruptae religionis editam vocem nunc quoque celebrari. Deinde dissensionem quandam Verrii a se ipso notat. Saluus, ad inanimata transfertur. Plaut. Merc. 1, 2, 62 Quid alia armamenta. A. salua et sana sunt. h. e. Integra. Ter. Eun. 2, 2, 27 Quibus re salua et perdita profueram. h. e. Dum diuites erant. Auspiciis pro-75 scriptionem illam saluis rogatam esse dicebant Cic. de Prouinc. Conf. 45. Agere principi gratias, qui Clementia sua salua vltionem hominum terrarumque DIs maris commendasset Plin. Paneg. c. 35. Cic. de Finib. 2, 97 Simulatque ipse graui vulnere exanimari videret se, vt primum dispexit, quaesiu saluisne esset clipeus? Quum esse stentes sui respondissent, etc. de Epaminonda. Cic. Fam. 7, 26 Quod epistolam conscissam doles, noli laborare: salua est domi. Exercitu saluo Vell. 2, 46, 3. Cic. Off. 3, 44 Itaque praeclarum a maioribus morem accepimus rogandi iudicis, si eum tenerimus, quae salua Fide facere possit. Conf. Idem pro Rosc. Amer. c. 34. Quinctil. 11, 1, 71 Quum aliquid detrahere salua Gratia velis, concedas alia omnia. Gratia quod vestro salua pudore queat Ouid. ex Pont. 1, 2, 68. Cic. Fam. 13, 77 Quum his temporibus non sane in fenatum ventitarem, tamen vt tuas literas legi, non existimaui me saluo Iure nostrae amicitiae veteris multorumque inter nos officiorum face-90 re posse, vt honori tuo deessem. Cic. Fam. 3, 6 Et vt habere rationem possis, quo loco me salua Lege Cornelia conuenias. Idem Fam. 1, 2 Ne quid agi cum populo aut saluis auspiciis, aut saluis Legibus, aut denique sine vi possit, etc. Magnitudine salua tua domine, descendas oportet ad meas curas, quum ius mihi dederis referendi ad te Plin. Epist. (10, 40) Officio saluo aliquid facere Cic. pro Rosc. Amer. 4 c. 1. Ouid. Met. 15, 109 Corpora missa neci salua pietate fatemur. Res salua est Plaut. Capt. 2, 2, 34. Ter. Eun. 2, 2, 37. Satin' saluae? Formula sinistrum aliquid me-100 tuentis, et ex eo, quod videt augurantis, pro pleno Satisne saluae res sunt? Sic Perseus — regiam ingressus, perturbato vultu procul stetit: cui pater, Satin' saluae? Liu. 40, 8. Conf. Idem 1, 58. 3, 26. 6, 34. Ter. Eun. 5, 5, 8. Vid. Brisson. de Form. p. 745. Et in SALVE. Respublica sana ac salua Cic. Fam. 12, 23. Re-105

verentia falua fit artoptae Iuuenal. 5, 72. *i. nemo attingat conuiuiarum humiliorum. Vid. de hac formula Schulting. ad Quinctil. Declam. 2, 8 p. 45 Burm. Ouid. Her. 16, 160 Vel mihi virginitas eſſet libata, vel illud, Quod poterat falua Virginitate rapi. Compar. Aegrotare malim, quam eſſe tua falute faluor Plaut. Truc. 2, 2, 5. ſicut Pareus Lex. Crit. p. 1112 in MSS. eſſe teſtatur: al. ſanior.*

SALVE. Adu. Plaut. Men. 5, 2, 26 Saluen' arceſſi iubes? Apul. Miles. 1 p. 114. Quum falue agit, Demeas noſter? Conf. Idem Apol. p. 302. *Huc etiam referri debet, de Donati certe ſententia, illa formula Satin' falue, de qua modo in Saluae res dictum eſt. Ter. Eun. 5, 5, 8 Hem quid eſt? quid trepidas? ſatin' falue? Sic, non faluae, poſt alios etiam Bentl. Et diſerte Donatus, Salue, integre, recte, commode. Plautus in Trinumo (5, 2, 53 Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me exciuit ſubito foras? CA.) Beneuolens tuus atque amicus. LE. Satin' falue? Nunc Aduerbium eſt: producta eſt e litera. Salluſtius, Inde ortus fermo, percontantibus vtrimque, Satin' falue? quam grati ducibus ſuis? quantis familiaribus copiis agerentur? (f. agerent) Diuerſas ſententias obſequentium Donato, et reclamantium longo ordine recenset ad Liu. 1, 58 Dukerus. Ex MSS. tanto difficilius res poteſt confici, quod Diphthongos negligenter exprimunt. Quod Donato fauet maxime, illud eſt, quod Recte in ſimili genere interrogandi adhibetur.*

SALVO, äre. [*σάω* Gloſſ. Cyr.] Saluum et incolumem reddere, verbum cum Chriſtiana inter Latinos diſciplina, ut videtur, introductum, ac deinde a monachis, deſcriptoribus librorum veterum, paſſim inculcatum. Ut Cic. in Piſon. 78 c. 31 Me poſſe iterum rem publicam ſaluare, ſi ceſſiſſem. Sic omnes libri ſcripti, quos inſpexit Faërnus. Sed Grut. et rel. ſeruare. Plin. 17, 22 f. 35, 11 Sequenti anno palmites ſaluentur pro viribus matris ſinguli aut gemini, i. ſeruentur, relinquuntur, reliquis reſectis. Sic Harduinus ex ingenio pro vulg. ſaluentur. Ac certe ſaluentur magis ad rem facere videtur, quam ſaluentur. Forte ſeruentur in ſaluentur primo corruptum eſt, hoc in ſaluentur. Epit. Liu. 55 Quum ſpes nulla ſeruandi exercitus eſſet. MS. ſaluandi, ubi notat Drakenb. verbum hoc antiquis ſcriptoribus inuſitatum a librariis alteri Latino ſubſtitutum. Sic Quinctil. 12, 10, 44 Quod ſi non eueniret, omnes pares eſſent, et idem omnes deceret. At loquuntur, et ſaluant perſonarum diſcrimen, ita quo quiſque plus efficit dicendo, hoc magis ſecundum naturae eloquentiam dicit. Sic Ienſon. et MSS. Sed recte in caſtigatis exemplaribus legitur ſeruant. Sic Cic. de Nat. Deor. 2, 9 Itaque maximae Reipubl. partes in iis bellis, quibus Reipubl. falus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla perennia ſaluantur. Seruantur editur hodie, ſine alterius lectionis mentione. Sic Quinctil. Decl. 5, 7 Perdiderunt pulchritudinem ſanctitatemque naturae, qui putant illis parentibus iura ſuccurrere, quibus apud liberos ſaluandi eſt de mutua caritate reuerentia. Caſtigatiores codices habent Salua eſt, etc. Relinquatur ergo Eccleſiae hoc verbum. Vulg. Gen. 19, 17 Salua animam tuam. Lactant. de Ira Dei 5, 7 Laudabile videtur prodeſſe potius, quam nocere — ſaluare quam perdere.

SALVANS, antis. Deus iuſtus et ſaluans non eſt praeter me Eſai. 45, 21. Conf. Ibid. v. 20. Ieſus populum de terra Aegypti, ſalvans. Vulg. Epift. Iud. v. 5.

SALVATVS, a, um. Part. Exultatio his, qui ſaluati fuerint de Iſraël Eſ. 4, 2. Gratia eſtis ſaluati per fidem Ephes. 2, 8.

SALVATOR, öris. m. [*σωτήρ* Gloſſ. Stephani et Cyrilli] Verbalis, pro quo ſeruator Latine magis dicitur. Cic. Verr. 2, 254 c. 63 negat exſtare Latinum nomen, quod reſpondeat Graeco vocabulo *σωτήρ*. Conf. Mart. Capella 5 p. 166. Vid. SOTER. Sed Lactantius, Arnobius, alique Patres Latini hac voce vtuntur. V. g. Tertull. adu. Iud. c. 10. et adu. Marc. 3, 18. et 4, 14. Sedul. 2, 155. Vetuſ Inſcriptio apud Gruter. p. 19, 5 ſi eſt antiqua, forte a Semichriſtianiſta facta, certe a Chriſtianiſta hoc nomen accepſiſſe videtur: IOVI CVSTODI QVIRINO SALVATORI PRO SALVTE CAESARIS NERVAE TRAIANI AVG. COL. SARM.

Qui eſt hebraice Ieſus, Graece *σωτήρ*, noſtra autem locutione ſaluator: quod verbum Latina lingua antea non habebat, ſed habere poterat, ſicut potuit, quando voluit Auguſtin. de Trin. 3, 10. Saluator quidem plus ſignificat quam ſeruator; ſeruare enim eſt vox militaris, denotans Parcere in bello, quos interimere poterat, vel ex hoſtis poteſtate victum captumque eripere: ſaluare autem eſt non tantum Vitam, ſed et Felicitatem et meliorem omnino ſtatum impertire.

SALVATRIX, icis. f. Fulgent. de Natiu. Chriſti. Et Proſper Aquit. Epift. 16 Saluatric gratia Chriſti.

SALVIFICVS, a, um. Adi. Alc. Auit. ad Soror. v. 180.

SALVIFICÖ, äre. Vulg. Ioh. 12, 27. Sedul. 5, 7.

SALVIFICATOR, öris. m. Saluator. Tertull. de Pudic. c. 2 pr. Rigalt.

SALVATIO, önis. f. Beda Hiſt. Eccl. 1, 30 pr. Protector ſaluationum Chriſti ſui Vulg. Pſalm. 27 (28) 8.

SALYES, um; vel SALYI, orum. m. Pl. [*Σάλυες*] Straboni et Ptolemaeo Populi ſunt Liguribus finitimi, Plinius 3, 5 Ligurum celeberrimi vltra Alpes Salyi. Vid. Liu. 21, 26. Flor. 2, 3, 5.

## S A M

85 SAMA, ae. f. Creta Italica. Iſidor. 20, 4.

SAMARA, vid. SAMERA.

SAMARDACVS, i. m. Impoſtor. Auguſtin. contra Academ. 3, 15. Cum ſortilegis iunguntur ſamardaci a Vet. Interpr. Horatii. Terminus, ſi bifurcus fuerit, ſamardacus dicitur Auſt. de Limit. p. 303. al. ſamartiacus. Conf. Goef. Ind.

SAMARIA, ae. f. [*Σαμαρία*] Iudaeae Palaefſinae regio eſt, ut ſcribit Plin. 5, 13.

SAMAROBRIINI aut SAMAROBRIVI, orum. m. Pl. [*Σαμαροβρινα*] Fuerunt Populi in Gallia inter Belgas, ubi Caefar Gallorum concilium induxit. Vid. Bell. Gall. 5, 24. it. Cic. Fam. 7, 2.

SAMBŪCA, ae. f. [*σαμβύκη*] Auctore Feſto, Organi et instrumenti muſici genus. Vitruu. 6, 1 Schema eſt trigoni mundo, vti organi, quam *σαμβύκη* Graeci dicunt. Sambuca, inquit Porphyrius in Ptolemaei harmonica, Triangulum instrumentum eſt, quod ex inaequalibus longitudine ſicut et craſſitudine neruis efficitur. Vid. Iſidor. 3, 20. et Barth. Aduerſ. 55, 9. Prudent. Apoth. v. 148. Sambucam citius caloni aptaueris alto Perf. Sat. 5, 95. Sambuca, eodem Feſto auctore, Machina, qua vrbs expugnatur, ſimiliter vocatur, nam vt in organo chordae, ſic in machina intenduntur funes. Conf. Veget. 4, 21.

105 Athenaeus 14, 8. et Polyb. 8, 5. Lipſ. Poliorc. 1 Dial. 6.

SAMBUCINA, ae. f. [σαμβυκίνη] *Quae sambuca canit.* Plaut. Stich. 2, 3, 57 Fidicinas, tibicinas, sambucinas aduexit secum forma eximia. *Quaedam exemplaria Sambucas legunt.* Male.

SAMBUCISTRIA, ae. f. [σαμβυκίστρια] *Apud Festum, eadem quae Sambucina.* Liu. 39, 6 Tunc psaltria, sambucistriaeque, et conuiuialia ludionum oblectamenta addita epulis. Conf. Arnob. 2 p. 73.

SAMBUCVS, i. f. [ἀκτὴ] *Arbor.* Vid. Plin. 24, 8. Colum. 4, 26. et 12, 44. Pallad. Mart. t. 10. Mart. Capella l. 9. *Scribitur et Sabucus.* Seren. c. 4 v. 50. Vel frons lentifci, vel tristia poma Sabuci. Vid. Rhod. ad Scribon. 160.

SAMBUCVS, a, um. Adi. [ἀκτιῶς] *Quod ex sambuco est.* Aur. Vict. Viris Illust. c. 10 Iuuenibus regis Delphos euntibus, ridiculi gratia comes adscitus, baculo sambuceo aurum infusum deo donum tulit. Sambuca arbor Plin. 29, 4.

SAMBUCETVM, i. n. Io. a Ianua in Cathol.

SAMBUCATVS, a, um. Adi. Vinum Th. Priscian. de Diaeta c. 12.

SAMBUCELAEON, i. n. Oleum ex sambuco, Constant. Afer 1, 12.

SAME, [Σάμη] *Insula ante sinum Ambracium, quae et Samos, et Cephalenia dicitur, non procul ab Ithaca, si Ouidio credimus* Trist. 1, 4, 67 *Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceue Sameue.* Dulichium-20 que Sameque Virg. Aen. 3, 271. *Hic etiam cum Ithaca memoratur.* De hac forte Sueton. Aug. c. 17. *Item, Oppidum eiusdem insulae a Romanis dirutum* Plin. 4, 12. *Alia SAMOS, v. v.*

SAMĒRA, ae. f. [πελῆος σπέρμα] *Vlmi arboris fructus et semen.* Columel. 5, 6, 2 *Atineam vlum Trimellius Scrofa non ferre same-* 25 *ram (quod est semen eius arboris) falso est opinatus.* Add. 5, 6, 6, 7, 6, 7. 9, 13, 2. Plin. 16, 17 *Atineae, inquit, non ferunt same-* ram: ita vocatur vlmi semen: omnesque radicum plantis proueniunt: reliquae semine. Add. 17, 11. *Scribitur et Samara.*

SAMIA, SAMIATOR, etc. vid. SAMOS.

SAMIO, SAMIOS, vid. SAMOS.

SAMNĪTES, um et ium. m. [Σαμνῖται] *Populi in Samnio, quod nunc Aprutium vocatur, regio Italiae inter Picenum, Campaniam et Apuliam.* Gens, quae diu Romanis negotia et pericula faceffuit, donec in potestatem redigeretur. Vid. Liu. 7, 29. Flor. 1, 16. Samnites, 35 (inquit Festus) ab hastis appellati sunt, quas Graeci σαμνία appellant: has enim ferre assueti erant: siue a colle Samnio, alias Samo, vbi ex Sabinis aduentantes confederant. Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites quum attulissent, repudiati sunt Cic. de Senect. 55.

¶ 2 Samnites, Gladiatorum genus fuit, dictum a 40 *Samnitibus illi, qui diu ancipiti Marte cum Romanis bella gesserunt.* Liu. 9, 40 *post narratam victoriam de illo populo, Et Romani quidem ad honorem Deum insignibus armis hostium vsi sunt: Campani ab superbia et odio Samnitium, gladiatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine appellarunt.* 45

SAMNIVM, i. n. *Regio Samnitium.* Flor. 1, 16 *Populus Romanus ruinas ipsas vrbium diruit, vt hodie Samnium in ipso Samnio requiratur.* Conf. Varro de R. R. 2, 1.

SAMNITĪCVS, a, um. Adi. Flor. 1, 16 *Bellum Samniticum.* Suet. Vitell. c. 1.

SAMNITIVS, a, um. Adi. *Laudatur* Liu. 7, 29 *Samnitium bellum.* Sed al. *Samniticum: et si sit Samnitium, quod sane probant Gron. et Drakenb. videtur esse Genitiuus Pluralis.*

SAMONIVM, i. n. *Cretae insulae promontorium.* Rhodo aduersum, sicut contrario litore Cyrenas versus, κρη μέτωπον prominat. 55 *Pomponius Mela 2.*

SAMOS, i. f. [Σάμος] *Insula in mari Icario, modica, Iunoni dicata, quod in ea nata fuerit et educata, et Ioui nupta.* Vnde Virg. Aen. 1, 20 *de Carthagine, Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Posthabita coluisse Samo.* Polycratis tyranni, et Pythagorae 60 *patria etc.* Non confundenda est cum ea, quam laudat Virg. Aen. 7, 208 *Threiciamque Samum, quae nunc Samothracia fertur: nec cum altera, Samos quibusdam dicta, quae SAMI est v. v.* De nobili hac Iunonis Samo Ioniae vid. Plin. 5, 31. Apul. Florid. 2, 15 p. 350, 23 *Elmenhorst.* Samos Icario in mari modica insula est — Fanum Iu- 65 *nonis antiquitus famigeratum.* — Ibi donarium Deae perquam opulentum: plurima auri et argenti ratio, in lancibus, speculis, poculis, et huiuscemodi vtenfilibus etc. Cic. Verr. 4, 7 c. 32 *Miramur Athenis Mineruam, Deli Apollinem, Iunonem Sami — ab isto — violatos, qui a Capitolio manus abstinere non potuerit?* 70 *Concinna Samos* Hor. Epist. 1, 11, 2.

SAMIVS, a, um. [Σάμιος] *Quod e Samo insula est.* Vt, Afferit his Samius, i. Pythagoras Sidon. Carm. 15, 52. Bathyllus Samius Hor. Epod. 14, 9. *de cuius statua* Apul. Florid. p. 350 sq. Lucumo Samius apud Auson. Epist. 4, 68. *est Pythagoras.* Terra Samia 75 *Plin. 35, 16. duplex memoratur et distinguitur: vtraque vritur, et lauatur — Profunt sanguinem expuentibus etc.* Testae Samiae Tibull. 2, 3, 51. Vasa Samia Plaut. Capt. 2, 2, 41. Cic. pro Muraen. 75. Non. 4, 434 *Samium, est Testeum.* Lucil.

Et non pauper vti Samio, curtoque catino. Cic. de Re- 80 *publ. 6 Exstat oratio Laelii, quam omnes habemus in manibus, quam simpuua pontificum diis immortalibus grata sint, Samiacque (vt is scribit) capedines.* Confringi vas cito Samium solet Plaut. Bacch. 2, 2, 24. Vasa Samia, i. Ficilia Plin. 35, 12. Conf. Plaut. Men. 1, 2, 65. Gell. 17, 8. Plin. 36, 21. Isidor. 20, 4. Samia 85 *simpliciter* A. ad Her. 4, 64 c. 52 *Aedes commodau, familiam dedi, argentum quoque vult? Tametsi hospites habeo, tamen vtatur licet: nos Samiis delectabimur.* ¶ 2 *Samium, Acutum, teste Nonio l. c. Vnde et Samiare dicimus Acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat.* Lucil. 90

Hanc vbi vult male habere, vlcfici pro scelere eius

Testam sumit homo Samiam, sibi illico telo

Praecidit caulem, testesque vna amputat ambo.

*In altero versu sibi pro telo* Voss. ad Catullum p. 124 legit. *Adden. 3 dicenda.* ¶ 3 *Samia, ae. f. Placentae genus, veteribus nobilitatae.* Tertull. adu. Marc. 3, 5 *Non tamen vt de Glebis credas te vnquam placentas et Samias coacturum.* Graeci vero Σάμιος πλάκῆς apud Athenaeum 14 p. 644 C. *De Samiis omnis generis vid. Salmaf. in Vopisc. Aurel. 7. vbi etiam Samiam putat esse dictam cotem, et inde in Gl. Samiare ἀκονῶν etc. negatque Samium vnquam dictum esse acutum; sed Lucilii testam Samiam, quam modo dedimus ex Nonio, esse testam ex terra Samia, qua non minus demetere sibi colem et testes praecidere potuerit, ille Lucilianus homo, quam alii Galli, quos testa ad eam rem vsos constat.*

SAMIOLVS, a, um. Dimin. [Σαμιδιον] Plaut. Stich. 5, 4, 105 12 *Nos nostro Samiolo potorio tamen viuimus.*

SAMIO, Ære. Veteres pro Acuere ponebant, et quasi Samiae testae acumen inducere, auctore Nonio 4, 434. Vid. paullo ante. SAMIVM n. 2 et 3. Conf. Veget. 2, 14 et ibi Scriuer.

SAMIATVS, a, um. Vopiscus in Aureliano c. 7 Ferramenta famiata. Acuta et mucronata.

SAMIATOR, Æris. m. Qui arma acuit et tergit. ἀκοντήης Samiarius, cotiarius, acutiator. Gloss. Vet. Vid. Salmast. in Vopisc. Aurel. c. 7.

SAMIARIVS, i. m. Idem. ut modo vidimus in Vet. Gloss. Turneb. Adu. 27, 21 ex antiqua Inscriptione, SAMIARIIS DORYPHORON.

SAMÖLVVS, i. m. Herba. Plin. 24, 11.

SAMOSATA, æ. f. [Σαμόσατα] Vrbs Asiae ad Euphratem, auctore Strabone l. 14 Luciano et illo Paulo haeretico, alumno nobilis.

SAMOTHRACIA, æ. siue SAMOTHRACE, es. f. [Σαμοθράκη] Insula maris Aegæi Thraciae adiacens ea parte, qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta a Dardano Troiano, qui Palladium secum ferens eo traditur confugisse. Samothrace est Varronis, cuius locum dāmus in Samothraces. Virg. Aen. 7, 208 Thraciamque Samum, quae nunc Samothracia fertur. Fuit haec insula religione et templo celeberrima; ubi Cereris et Proserpinae mysteria celebrata fuerunt. Vid. Strab. et Liu. 45, 5. Diod. Sic. 5, 47. Sic annulorum genus ferreorum in hac insula inuentum. Lucret. 6, 1042 Exultare etiam Samothracia ferrea vidi. Samothracia et Eleusinia mysteria iungit

Tertull. Apol. 7.

SAMOTHRACIVS, proprie Adiectiuum. Plin. 37, 10 Samothracia insula, eiusdem nominis gemmam dat nigram ac sine pondere, similem ligno.

SAMOTHRACES, um. m. Pl. Populi huius Insulae. Curt. 8, 1, 26 Dii Samothraces vulgo putabantur Castor et Pollux: Sed refellit hanc opinionem Varr. de L. L. 4, 10 et potius ita statuit: Hi mas et femina; et hi quos augurum libri scriptos habent sic, Diui potes, et sunt pro illis, qui in Samothrace θεοὶ δυνάτοί. Haec duo caelum et terra, quod anima et corpus, humidum et frigidum. Add. erudita disputatio Macrobbi Sat. 3, 4. et quae diximus in CABIRI. It. Diod.

Sic. 5, 47 seq. et Augustin. de C. D. 7, 28. Omnium copiosissime Strabo 10 p. 324 sqq. Tertull. de Spectac. 8 de Circo, Tres arae trinis Diis parent, Magnis, Potentibus, Valentibus. Eisdem Samothracas existimant. Macrobb. Saturn. 3, 4.

SAMOTHRACICVS, a, um. Adi. Macrobb. Saturn. 3, 4 Samothracicis religionibus mystice imbutus.

SAMPVA, vid. SAMVA.

SAMPVICERAMVS, i. m. Bassi Caecilii filius, qui iuxta Apamiā et Arethusam regnavit: Phylarchae quoque genti Emessinae praefuit. Strab. l. 15. Ab hoc deuincto sic per iocum vocatus est Pompeius a

Cic. Att. 2, 14 ubi vid. viri docti.

SAMPVICHVM, i. n. siue SAMPVICHVS, it. SANSVCVS, SANSVCHVS, i. m. [σάμψυχον] Herba, quae et Amaracus dicitur. Plin. 21, 22 Sampfuchum siue amaracum in Cypro laudatissimum et odoratissimum. Sampfucum Scribon. 3. Sansfucum Scribon. 257.

Flos Sanfuci 268. Columel. 10, 172 Nataque iam veniant hilarā sampfucha Canopo. Conf. Apul. de Herb. c. 99. Cels. 5, 11.

SAMPVCHINVS vel SANSVCHINVS, a, um. Adi. [σάμψυχος] Ut, Sampfuchinum oleum Plin. 21, 22. Add. Idem 13, 1.

SAMVA, siue SAMPVA, siue SANVA, æ. f. Oliua conditurae causa contrita et in massam quandam redacta. Columel. 12, 49 Et quum est in samvam redacta, tunc sal coctus, tritusque manu permiscetur cum caeteris aridis condimentis. Idem 12, 50 Et aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe nouis fescinis sampvae exprimi. Ibid. c. 47. Lemma antiquum est Sampva ut fiat: docetur autem conditura oli-

varum si spensa mola tritarum.

SAMVLA, æ. f. Ob diuturnam vitam (vixit enim centum decem annis) ab Asconio Pediano primum, deinde a Plinio 7, 48 nobilitata mulier.

## S A N

SANABILIS, SANATIO, vid. SANO.

SANATES, um. m. Pl. dicti sunt, Qui supra, infraque Romam habitauerunt: quod nomen iis fuit, quia quum defecissent a Romanis, breui post redierunt in amicitiam, quasi sanata mente. Itaque in XII cautum est, ut idem iuris esset Sanatibus quod fortibus, id est, bonis, et qui nunquam defecerant a Populo Romano. Festus Paulli: sed exstat etiam fragmentum ipsius Festi verborius, quod vid. et Scal. it. Gell. 16, 10. Ap. Ouid. Fast. 6, 685. an recte legatur, controuersia est: vid. Heins. ad b. l. Voss. de Arte Gramm. 2, 17.

SANCAPTIS, Aromatis ficti nomen ap. Plaut. Pseud. 3, 2, 43.

SANCHROMATON, i. n. Herba, al. dracontea. Apul. de Herb. c. 14.

SANCIO, iui, itum, vel sanxi, sanctum, Ære. [κρῶς, ἐπικρῶς] Confirmare, religione vel poena adiuncta firmare, ne violetur. Cic. de

Amic. 40 Haec igitur prima lex in amicitia sancitur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Virg. Aen. 12, 200 Qui foedera fulmine sancit. Vbi Seruius; Sancit, Confirmat, sancta esse facit: quia quum fiunt foedera, si coruscatio fuerit, confirmantur. Vel certe quia apud maiores arae non incendebantur, sed ignem diuinum precibus eliciebant. Sancire autem proprie est Sanctum aliquid, id est, consecratum facere, fuso sanguine hostiae: et dictum sanctum, quasi sanguine consecratum. Haecenus Seruius. Cic. de Legib. 1,

20 Populariter interdum loqui necesse erit, et eam legem, quae scripto sanciat quod vult, aut iubendo, aut vetando, ut vulgus appellare.

Cic. de Finib. 2, 101 Quum reliqui nihil sit omnino, quod pertineat ad nos, tam accurate, tamque diligenter caueat et sanciat. Sanxerunt, ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. i. Vetuerunt et interdixerunt. Sancire ne Cic. Verr. 4, 114. Idem Verr. 2, 123

In quibus multa sanxit de aetate hominum. Augurem sancire aliquem Cic. Philipp. 13, 12. Idem Tusc. 1, 27 c. 12 Quas (Caerimonias) maximis ingenijs praediti, nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpugnabili religione sanxissent. Caesar digna scelere hominum perditorum sancit, i. Senatusconsulto sancienda censet, ut damnare dicitur alterum accusator, vel vnus de pluribus iudicibus Cic. in

Catil. 4, 8. Carmina sancire alicui, Dicere, consecrare Stat. Silu. 3, 3, 215. Dictis his connubia sancit Venus Claud. in Epithal. Pal-

lad. 129. Conspirationem sacrificiis et caedibus Tacit. Agric. 27, 3. Dolore suo sancire militaris imperii disciplinam Cic. de Fin. 1, 33.

Idem de Lege Agr. 3, 13 Quae dubia sunt, per vos sancire vult. i. Possessiones dubii iuris confirmare legis auctoritate. Cic. pro Flacc. 67 c. 28

Praetor



Praetor sanxit Edicto, ne ex Asia exportari liceret de frumento. Cic. Off. 3, 55 c. 13 Viam erranti non monstrare, quod Athenis Exsecrationibus publicis sanctum est, *legi adiecta exsecratio in peccantem*. Exilium sancire Tacit. Ann. 1, 65. Fidem sancire Stat. Theb. 5, 155. Fidem dextra sancire Liu. 28, 35. Idem 25, 8 Congressi cum Annibale, rursus fide sanxerunt, liberos Tarentinos, leges, suaque omnia habituros. Virg. Aen. 12, 200 Audiat haec genitor qui Foedera fulmine sancit. Liu. 25 Nisi imperatoris, et eiusdem hospitis prodi capite, ac sanguine Foedus cum hostibus sanxisset. Iurando Gratiam Curt. 7, 8, 29. Iureiurando sancire Liu. 39, 37. Cic. Tusc. 2, 33 Cretum quidem Leges, quas siue Iupiter, siue Minos sanxit de Iouis quidem sententia, ut Poëtae ferunt. Leges de ambitu sancire Cic. pro Planc. 44 c. 18. *conf.* Tac. A. 3, 54, 1. Hor. Serm. 1, 3, 67 — cheu Quam temere in nosmet Legem sancimus iniquam. Leges de Iouis sententia sancitae Cic. Tusc. 1. Quae coniunctio Necessitudinem eorum sanxit Nep. 25, 19, 4. *firmam, inuolabilem, fecit*. Orbem purgatum sanxerat Hercules Propert. 4, 9, 73. *vid.* SANCVS. Pacem victoria sancit mundo Claud. de Bell. Get. 573. Poenas sancire malorum Stat. Theb. 3, 244. Poena sancire aliquid Cic. pro Planc. 47 c. 18. Et Att. 10, 1 Ego vero Solonis popularis tui, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, *i. capitis poena adiecta legi, constituit*. Quinctil. 2, 13 Neque enim rogationibus, plebisue scitis sancta sunt ista praecepta. Regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus sanxit Tacit. Histor. 5, 9. Silentium vitae periculo Curt. 4, 6, 6. Sen. de Benef. 1, 4 Quibus tam conuenit haec adhortatio, quam vobis, societatem humani generis sancientibus. Cic. de Legib. 2, 65 Id quoque ne fieret, lege sancitum est. Templum sancire Coripp. 4, 264. Quod per populum plebemue sancitum est Cic. pro Balbo c. 15. Id. de Arusp. Resp. 32 c. 14 Hoc si minus iure Ciuili perscriptum est, lege tamen naturae, communi iure Gentium sancitum est.

SANCIVS, a, um. [*συνδεις*] Partic. *proprie est, ut Liu. 10, 9 De prouocatione legem diligentius sanctam. Frequentissime Adiectiuum nomen est, et eorum hominum, earumque actionum ac rerum epitheton, quas vel propter legis constitutionem, vel propter quandam cum diuina natura coniunctionem, vel propter puritatem suam et innocentiam, violare nefas habetur.* Martian. in l. Sanctum ff. De diuisione rerum, *ait Sanctum proprie dici, Quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. Sed addit, non bene puto, Tractum a sagminibus herbis, quas legati Populi Romani ferre solebant, ne quis eos violaret* Iuuen. Sat. 14, 68 — Et Sanctam filius omni Adspiciat sine labe domum, vitioque carentem. Rara est concordia formae Atque pudicitiae sanctos licet horrida mores Tradiderit domus, et veteres imitata Sabinas Iuuenal. 10, 291. Vlpian. ff. de diuisione rerum l. Sacra loca, *scribit Sanctum esse, Quod nec sacrum, nec profanum est, sed sanctione aliqua firmatum: ut, Sanctae leges, h. e. Sanctione quadam subnixae. Ponamus hic discrimen Sacri, sancti et religiosi ex Macrobi. 3, 3 qui auctorem laudat Trebaciū, Sacrum est, quidquid est, quod deorum habetur, cui profanum opponit — Sanctum est interdum idem quod sacrum, idemque quod religiosum; interdum aliud, h. e. nec sacrum nec religiosum est — sed, ut mox declarat, incorruptum — Religiosum denique, quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum sit, etc. quasi a relinquendo sit dicta religio.* Concinnius, *puto, Gallus Aelius ap. Festum, voce Religiosus, Sacrum ait aedificium, consecratum Deo; Sanctum murum, qui sit circum oppidum; Religiosum sepulcrum, vbi mortuus sepultus, etc. sunt enim ibi pluscula. Ac patitur se in definitionum angustias vsus scriptorum redigi: praestatque exemplis sapere, quam definitionibus. Hic videamus de sancto.* Virg. Aen. 12, 648 Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpae Descendat, *i. incorrupta.* Id. 11, 158 — Tuque o sanctissima coniunx Felix morte tua, *i. Castissima.* Coniugi sanctissimae Inscriptt. *passim.* Darius, ut erat sanctus et mitis, se vero tantum facinus negat esse facturum Curt. 3, 8, 5. Praeptorem eligere sanctissimum quemque Quinctil. 1, 2 pr. Donatus: Sanctum dicitur, Quod omni obseruatione inuolatum est. Cic. Philipp. 2, 60 Tanta enim est caritas patriae, ut vestris etiam legionibus sanctus essem, quod eam a me seruatae esse meminissent. Nihil tam sanctum, quod non violari possit Cic. Verr. 1 c. 1. Sanctus atque integer Idem pro Rosc. Amer. 109. Illo nemo neque integrior neque sanctior Idem de Orat. 1 c. 53. Sanctus et innocens Liu. 32, 27. Nihil iam sanctum atque sincerum in ciuitate Cic. pro Quint. 5 c. 1. Aetate grandis natu, natura sanctus et religiosus homo Idem pro Rosc. Com. 44. Sanctum, augustum, et religiosum Idem de Arusp. Resp. 12. Idem Verr. 4, 140 Primum mihi literas publicas, quas in Aerario sanctiore conditas habebant, proferunt. Sanctius, *quod attingere non licet sine summa necessitate.* *conf.* Caes. B. C. 1, 14. Amicitiae sanctum nomen et venerabile Ouid. Trist. 1, 8, 15. Cic. de Fin. 3, 61 Ne Amores quidem sanctos a sapiente alienos esse arbitrantur, *castos, puros.* Animal sanctius Deo cognatum Ouid. Met. 1, 76. Antiquius et sanctius Cic. Att. 12, 19. Martial. 5, 6 Admittas timidam, breuemque chartam Intra lumina sanctioris aulae, *quam intrare non cuius integrum, ut Aerarium.* Concilium sanctum patrum augustum, *Dis simile* Hor. Carm. 4, 5, 4. Cic. in Catil. 1, 9 Hic, hic sunt in nostro numero P. C. in hoc orbis terrae sanctissimo grauissimoque consilio. Di sancti Ouid. Amor. 3, 8, 54. Martial. 4, 2 Cum plebs et minor ordo maximusque sancto cum Duce candidus federet. Blanditur imperatori, ut Dis proximo, inuolabili. Sic Val. Flacc. 1, 11 Sancte pater, ad Vespasianum superstitem. Fides induciarum sancta Liu. 8, 36. inuolabilis. Fidem sanctam violare Catul. 74, 3. Flumen sanctum Virg. Aen. 8, 72. *quod Deus insidet.* Cic. Tusc. 5, 36 Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto angustoque Fonte nostra omnis manabit oratio. Ex Hominis grauissimi et sanctissimi disciplina Idem pro Deiot. c. 7. Ius sanctum atque integrum Idem pro Rosc. Amer. 109. Leges sanctae Hor. Serm. 2, 1, 81. Libertas Liu. 3, 52. Manus Val. Max. 2, 2, 8. *i. quae prouincialium muneribus non corruptae sunt.* Memoria sancta Tacit. Histor. 4, 10. Muri et Portae sanctae res apud Gaium pr. D. de diuis. rerum, *i. quae violari nullo modo debent, et ob sanctiones legum diuini iuris fiunt, licet alio respectu neque sacrae neque religiosae sint.* H. Grotius Flor. Spars. ad §. 10 Iust. de rer. diuis. ICto opponit Plutarchum Qu. Rom. 21. vbi ille Muris s. moenibus sanctitatem tribuit, portis non item, per quas cadauera efferantur scilicet. Sed facile est diuersas relationes inspicere. Portae certe sancte custodiendae. Mihi vinculum cum eo est, quasi sanctioris cuiusdam Necessitudinis Cic. Fam. 13, 17. Numina sancta Palladis Virg. Aen. 3, 543. Of-

- ficiū sanctū et sollemne Cic. pro Quint. 26. Quinctil. 8, 3  
 Hic ornatus virilis, fortis et sanctus sit, nec effeminate leuitatem,  
 nec fūco eminentem colorem amet. Portae, vid. modo Muri sancti.  
 Praemia virtutis sancta et casta esse oportet; Cic. de Inuent. 2, 114.  
 5 Pietas sancta Sen. Octau. l. 4. Poetae Cic. pro Arch. c. 8. Pu-  
 dicitia Liu. 3, 52. Sententia sancta Lucret. 3, 372. Cic. pro  
 Rosc. Com. 43 c. 15 Firmissimis enim et sanctissimis testimoniis viro-  
 rum optimorum causa Roscii communita est: *in corruptis*. Va-  
 tes sanctissima Virg. Aen. 6, 65. Veteres et sancti Viri Sallust.  
 10 Fragm. c. 15. Crassus, Vir caetera sanctissimus Vell. 2, 46, 2. Vir  
 sanctissimus Cic. Fam. 10, 21. At Laterensis Vir sanctissimus suo chi-  
 rographo mittit mihi literas, meisque. P.in. Epist. 2, 9 Nam  
 pater eius Erucius clarus vir, sanctus, antiquus, disertus. *Ad Mores*  
*perfectissimos, vitaeque integritatem refertur*. Sanctior Vltus tem-  
 15 plorum Prudent. adu. Symm. 2, 539. Vxor Phaedr. 3, 11, 29. Sanctus,  
 i. venerandus: vid. Cleric. Art. Crit. 2, 1, 7. 9. Propter diuinitatis  
 opinionem defunctorum manibus tribuitur. Vid. Brouckbus. ad Tibull. 2,  
 7, 13. De Christianis; vid. Pamel. ad Tertull. ad Vxor 2, 1 not. 3  
 p. 283. Sanctum, i. Silendum. Liu. 23, 22 Et si quid vnquam  
 20 arcani sanctiue in curia fuerit.  
 SANCTVLVS. Adi. Dimin. Hieron.  
 SANCTE. Adu. [*δαίμων*] Cic. pro Font. 12 Cum his vos testi-  
 bus vestram religionem coniungetis? ab his quicquam sancte aut mo-  
 derate dictum putabitis? Virgines et reginas excellentis formae  
 25 tam sancte Habuit, quam si eodem, quo ipse, parente genitae forent  
 Curt. 3, 12, 21. Sanctius et multo certa ratione magis quam Py-  
 thia, quae tripodae Phoebi lauroque profatur Lucret. 5, 112. Pie  
 sancteque Deum colere Cic. de Nat. Deor. 1, 57 c. 20. Auguste  
 sancteque consecrare aliquem Idem ibid. 2, 62. Sancte, Firmiter  
 30 Ter. Hec. 2, 2, 26. Sancte adiurat, non posse apud vos Pamphilo se  
 absente perdurare. Cic. Fam. 5, 8 Meque ea, quae tibi promitto  
 ac recipio, sanctissime esse obseruaturum, diligentissimeque esse factur-  
 um. Idem Fam. 13, 20 Quam ego necessitudinem sancte col-  
 lendam puto.  
 35 SANCTOR, oris. m. [*κρητοῦς*] Qui aliquid sancit. Tacit.  
 Ann. 3, 26, 5 Sed praecipuus Seruius Tullius sanctor legum fuit.  
 SANCTIO, onis. f. [*κρίσις*] Lex cum terrore poenae. Cic.  
 pro Corn. Balb. 33 c. 14 Primum enim sacrosanctum nihil esse potest,  
 nisi quod populus, plebsue sanxisset. Deinde sanctiones sacrandae  
 40 sunt, aut genere ipso, aut obtestatione et consecratione legis aut poe-  
 nae, quum caput eius, qui contra facit, consecratur. Idem Verr.  
 4, 149 Nisi vehementius homini minatus essem, nisi legum sanctio-  
 nem, poenamque recitassem, tabularum mihi potestas facta non esset.  
 Liu. 4, 51, 4 Aegerrime plebs ferebat iacere tamdiu irritas sanctiones,  
 45 quae de suis commodis ferrentur. Foederis sanctio Cic. pro Corn.  
 Balb. 36 c. 16. add. Arnob. 2 p. 91. Papinian. Dig. 48 t. 9 l. 41.  
 Legum eas partes, quibus poenas constituimus aduersus eos, qui contra  
 leges fecerint, sanctiones vocamus Imp. Iustinian. l. 2 Instit. 1. conf.  
 Maussac. ad Harpocraton. p. 269. Eadem varietate dicitur, qua san-  
 50 ctus. Interdum  
 SANCTITAS, atis. f. [*δαιμόνιος, ἀγιότης, δαιότης*] est, ut ait  
 Cic. de Nat. Deor. 1, 116 c. 41 Scientia colendorum deorum. Idem  
 post Red. in Senat. 33 Mecum libertas, mecum etiam frugum vbertas,  
 mecum deorum et hominum sanctitates omnes et religiones affuerunt.  
 55 Sic pro Cael. 32 Si matrem familiam? secus quam matronarum sanctitas  
 postulat, nominamus: dignitas ob castitatem, ἀσουλία. Item Philipp.  
 3, 15 Quod in iuuentute habemus illustrius exemplum veteris sancti-  
 tatis? Sanctitas est Innocentia, integritas, iustitia, castitas. Nepos  
 6, 4, 1 Petiit vt sibi testimonium daret, quanta sanctitate bellum  
 60 gessisset. conf. Sueton. Caes. c. 6. Sen. Thyeste v. 214. Sidon. 6, 10.  
 Tacit. Ann. 14, 60, 3. Constituere sanctitatem patriam in aliquo,  
 vid. CONSTITVO. Vt sancti sunt Manes, ita Cic. Top. 90 c. 23  
 extr. Aequitas tripartita, vna ad superos deos, altera ad manes, tertia  
 ad homines pertinere: prima pietas, secunda sanctitas, tertia iustitia  
 65 aut aequitas nominatur.  
 SANCTIMONIA, ae. f. [*ἀγιασμός*] Idem. Cic. pro Ra-  
 bir. perd. reo 30 Quae mihi videntur ex horum vita ad deorum  
 religionem et sanctimoniam demigrasse. Idem pro Quint. 55 c. 17  
 Quid mihi inquit, cum ista summa sanctimonia ac diligentia. Ha-  
 70 bere domum clausam pudori et sanctimoniae Id. pro Quint. 93. Nu-  
 ptiarum sanctimonia Auct. ad Herenn. 4, 45 c. 33. Femina sancti-  
 monia insignis Tacit. Ann. 12, 6, 1. add. Gell. 17, 2. Tertull. de  
 Resurr. c. 47.  
 SANCTIMONIALIS, e. Adi. Sanctimoniae additus. Vir-  
 75 ginum religiosarum appellatio. Augustin. de Ciu Dei 1, 16 c. not. Coqu.  
 conf. August. Retract. 2, 22 pr. Sanctimoniales appellant Imper-  
 atores Virgines Deo deuotas, dicatas et consecratas Rubr. de Rapt.  
 Virg. et l. vnic. ad finem lib. 9 C. tit. 13. Vt haec tantummodo  
 80 lex (inquit Princeps) in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam de  
 sanctimonialibus et virginibus et viduis locum habere sancimus. add.  
 Cod. Iust. t. 2 l. 13. Sanctimonialis formam suscipere Augu-  
 stin Epist. 169.  
 SANCTIMONIALITER. Adu. Iust. Cod. 1 tit. 3 l. 56 §. 1.  
 85 SANCTESCO, ere. apud Non. 2, 576 Ac per nos sanctescat genus.  
 SANCTIFICO, are. Tertull. de Orat. c. 3. et Exhort. Cast.  
 c. 10. Iuuen. Hist. Euang. 1, 594.  
 SANCTIFICATVS, a, um. Partic. Tertull. de Orat. c. 2.  
 et Exhort. Cast. c. 7.  
 90 SANCTIFICANS, antis. Vulg. Ezech. 20, 12 Prudent. hymn.  
 ante cib. v. 15.  
 SANCTIFICATIO, onis. f. Tertull. de Exhort. Cast. c. 1.  
 et de Bapt. c. 10. Sidon. Epist. 8, 14.  
 SANCTIFICATOR, oris. m. Tertull. adu. Prax. c. 2. Au-  
 gustin. Epist. 168 med.  
 95 SANCTIFICVS, a, um. Paullin. Petrocor. de vita Martini 5,  
 119. Iuuen. praef. v. 25. Conf. Cellar. Cur. Post. p. 288.  
 SANCTIFICIUM, i. n. Tertull. de Resurr. Carn. c. 47. Vulg.  
 Psalm. 78, 69.  
 100 SANCTILIQVVS, a, um. Prudent. Apoth. v. 1002. Arator  
 in Act. Apost. c. 19.  
 SANCTITVDO, inis. f. [*ἀγίασις*] Idem ac Sanctimonia. Ac-  
 cius Tereo, Alia hic sanctitudo est, aliud nomen et numen Iouis.  
 Idem Phoenissis; Delubra caeli tu maris sanctitudines. Cic.  
 de Rep. 4 Eisdem terminos hominum curae, atque vitae, sic ponti-  
 105 ficio iure sanctitudo sepulturae. Turpil. Sanctitudo Apollinis.  
 Afran.

Afran. Tuam maiestatem, et nominis matronae sanctitudinem. Haec omnia Nonius 2, 805. conf. Gell. 17, 2. et 13, 3. Marcus venit, vt fratri (debaebanti) venerabilem morum suorum et imitandam ostenderet sanctitudinem Capitolin. in L. Vero c. 8. Turba vana sanctitudinis Apul. de Deo Socr. p. 43.

**SANCTVARIVM**, i. n. [*ἀγίαςήριον*] Sacer locus, sacrarium. Extra fanum, extra sanctuarium profanum dictum est Aggen. de Limit. p. 61 Goef. add. Vulg. Exod. 15, 18. Sanctuaria Mithridatis appellavit Plinius, quae alio loco arcana 23, 8 In sanctuariis Mithridatis maximi regis deucti, Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti. Sic. Flacc. de Conditionibus agror. p. 16 Goef. Quod si quis contradicat, Sanctuarium Caesaris respici solet. Omnium enim agrorum et diuisorum et adsignatorum formas, sed et diuisionem commentarius et principatus in sanctuario habet. Qualescunque enim formae fuerint, si ambigatur de earum fide, ad sanctuarium principis reuertendum erit. Sanctuarium est illud, quod alias Tabularium, hodie fere Archium dicitur.

**SANCVS, SANCTVS, vel SANGVS**, i. m. Hercules est Varr. de L. L. 4, 10 p. 19, 6 Aelius Gallus, Dius Fidius, dicebat, Dionis filius, vt Graeci Δίασκουρον Castorem: et putabant hunc esse Sanctum (Sangum al.) ab Sabina lingua, et Herculem ab Graeca. Plane concinit Ouid. Fast. 6, 213

Quaerebam, Nonas Sanco Fidione referrem,  
An tibi, Semo pater? cum mihi Sancus ait:  
Cuicunque ex illis dederis, ego munus habebō.

Nomina trina fero; sic voluere Cures.

*Multa ibi viri docti.* Etiam Festus in Propter viam, Herculem et Sancum eundem dicit. Propert. 4, 9 extr. Cum celebrauit toto carmine Herculem, Nunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem, Sic Sancum Tatii composuere Cures. Sanxerat interpretari licet tutum et inuolabilem in posterum monstris ac latronibus fecerat. Statuas et titulos Semonis huius Sanci vel Sancti ad Simonem Magum verulisse putantur Iustinus Martyr, et Tertull. Apol. c. 13 extr. Vid. Castalio Obseruat. 3, 10. Voss. de Idolol. 1, 12. Fabric. Cod. Apocr. N. T. T. 1 p. 419. vid. etiam p. p. **SANQUALIS**.

**SANDALIDES**, um. f. Pl. [*σανδαλίδες*] Palmae genus, a similitudine sandalii dictum. Plin. 13, 4 Quarta auctoritas, sandalidum a similitudine appellatarum.

**SANDALION**, Insula in mari Ionio auctore Plin. 5, 31.

**SANDALIOTIS**. [*Σανδαλιώτις*] Sardinia insula denominata est ab effigie sandalii, hoc est soleae, quam nonnulli Ichnusiam vocant, a similitudine vestigii, quod Graecae ἰχθυος dicitur, Plin. 3, 7.

**SANDALIVM**, i. n. [*σανδάλιον, βλάττα*] Calceamenti genus, Graecum. Ter. Eun. 5, 8, 4 Vtinam tibi committigari videam sandalio caput. Vid. Lindebrog. ad h. l. Turneb. Adu. 29, 8. Pet. Viator. Var. 14, 15.

**SANDALIGERVLVS**, a, um. Adi. [*σανδαλιόφορος*] Qui sandalia gerit domini puer. Sandaligerulae inter ancillarum nomina Plaut. Trinum. 2, 1, 22. Legit etiam ap. Plaut. Aul. 3, 5, 28 Sandaligerulos Douza, ubi Salutigerulos alii.

**SANDALIARIVS**, i. m. Reines. Inscript. class. 1 n. 299 GENIO VIARVM L. LVTATIVS L. L. PACCIVS SANDALIARIVS: cognomen forte a negotiatione. Apollinis sandaliarii mentio ap. Sueton. Aug. c. 57. Vici nomen Gell. 18, 4. it. Sext. Rufo Fest. In Regionib. vrbis Rom.

**SANDALVM**, i. n. Farris Gallici genus. Plin. 18, 7 Galliae quoque suum genus farris dedere, quod illi brance vocant: apud nos sandalium nitidissimi grani: quod—plus reddit panis, quam far aliud.

**SANDAPILA**, ae. f. [*νεκροφορεῖον* Gloss. Lat. Gr.] Genus feretri. Cadauer eius populari sandapila per vespillones exportatum Sueton. Domit. c. 17. Mordaci ioco Martial. 2, 81 Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit; Cum tamen haec tua sit, Zoile, sandapila est: tu enim cadauer plebeium et humile. Martial. 8, 75 Permutatur onus, stipataque tollitur alte Grandis in angusta sarcina sandapila. Fabri sandapilarum Iuuen. Sat. 8, 175. Sandapila antiqui dici voluerunt Feretrum mortuorum, id est, Loculum, non in quo nobilium corpora, sed in quo plebeiorum atque damnatorum cadauera portabantur, sicut Stesimbrotus Thasius de morte Polycratis Samiorum regis scripsit, dicens, Posteaquam de cruce depositus, sandapila etiam deportatus est. Ex Fulgentio de prisco Serm. pr. conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 848.

**SANDAPILARIVS**, i. m. Sidon. Epist. 2, 8 Vespillonum sandapilariorum ministeria.

**SANDAPILO**, onis. m. [*νεκροθάπτης* Gloss. Lat. Gr.] Idem.

**SANDARACA**, f. SANDARACHA, Res apibus gratissima, quam alio nomine Cerinthum appellant Plin. 11, 7. vid. CERINTHVS, ERITHACE.

¶ 2 Inter pigmenta est Sandaraca f. Sandaracha. Nam eadem varietas etiam hic est. Graeci tamen constanter, πύλο, σανδαράχη. Plin. 34, 18 post mentionem cerussae, Sandarachae quoque propemodum dicta natura est. Inuenitur autem et in aurariis, et in argentariis metallis, melior quo magis ruffa, quoque magis virus redolens, ac pura friabilisque. Valet purgare, sistere, excalescere, perrodere, etc. Sunt enim pluscula. Memorat etiam inter pigmenta

35, 6 Colos esse debet flammeus, etc. Vitruuius architecturae lib. 7, 12 Cerussa vera quum in fornace coquitur, mutato colore ad ignem incendii sandaracha fit. Id autem incendio facto ex casu didicerunt homines: et ea meliorem vsum praestat, quam quae de metallis per se nata foditur. Hinc conicere licet duplicem iam tum fuisse sandaracham, metallicam, facticiam. Vid. Philander ad h. l. Eius quae foditur mentio Vitruu. 8, 3 p. 161. Celebratur eo nomine Pompeiopolis in Ponto, ubi excauatus mons Sandaracurgium inde dictus, de quo Strabo

12 p. 387, 16.

**SANDARACEVS**, a, um. Adi. Fibrae iecinoris sandaracci coloris dum suant Fulgent. de Prisco Serm. 4.

**SANDARACINVS**, a, um. Adi. [*σανδαράκινος*] Coloris appellatio. Festus, Sandaracam ait (Verrius) esse genus coloris, quod Graeci sandicem appellant. Naeuius, Merula sandaracino ore. Festus.

**SANDARACATVS**, a, um. Aliud Adi. [*σανδαράκωτος*] Cui sandaraca admista est. Plin. 35, 15 Item lendes tollit in palpebris aeris, aceto sandaracato admisto. al. sandarachato.

**SANDARESOS**, it. SANDASEROS, et SANDASERIOS, itemque

**SANDASER**, seu SANDAZERION, Gemmarum nomina, quae expolita, ad Sandastri splendorem quamproxime accedunt Plin. 37, 7 Nempē

**SANDASTROS**, Gemma, de qua Plinius de Carbunculis 37, 7 Cognata est huic Sandastros, quam aliqui Haramantitim vocant: nascitur

in India, loco eiusdem nominis. — Commendatio summa, quod velut in translucido stellantes intus fulgent aureae guttae, semper in corpore, nunquam in cute: accedit, religio narrata a siderum cognatione, etc.

- 5 SANDIX, (al. SANDYX) icis et icis. f. [σάνδυξ] *Herba et pigmentum. De herba* Virg. Ecl. 4, 45 Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos. Plin. 35, 6 f. 23 Sandicem herbam intellexisse putat Virgilium: et, est concinnior sententia, agnos inter pasendum eius herbae, quam comedant, fuco colorari. Contra tendunt grammatici recentiores: censent enim Sandicem esse colorem sandaracha et rubrica temperatum, quod et Plinius retulit l. c. neque herbae alias mentionem facit. Interim videtur de herba loquutus potius, quam de Pigmento etiam Gratius Cyneg. v. 86 Interdum Libyco fucantur sandice pinnae. Quasi ea stirps in Lybia proveniat: nisi si quis censent, metallum illius pigmenti  
15 illic fuisse, aut officinam, quando in facticiis pigmentis erat: sed illud alterum de planta ita visum videtur Gratio, ut et Vopisco Aurel. c. 29 Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere, si curetur; Vbi etiam Salmasius fruticem esse ostendit: De pigmento Plinius 35, 6 f. 23 Sandaracha, inquit, si torreatur, aequa parte rubrica admista, sandicem facit. Propert. 2, 25, 45 Illaque plebeio vel sit sandicis  
20 amictu. Vid. Salmas. ad Solin. p. 810 sqq.

SANDONICA, vid. SANTONICVS.

- SANE. [τῷ ὄντι] *Aduerbum asseuerandi, vel certe cum fiducia quadam concedendi. Qui illud a sanus deriuant, et cum Aduerbio sane, quod sane inde venit, et de quo s. l. dicitur, congruere putant Grammatici, duram si id probare velint, prouinciam sibi sumere: nec audiendi, qui diuersas alias illi significationes tribuunt, ut Satis, valde, multum: quae particulae substitui interdum possunt; sed ideo sane nihil aliud, quam quod diximus notat, nempe asseuerationem, et concessionem cum fiducia coniunctam fere, ut Quidem. Hor. Serm. 2, 3, 138 Quin ex quo est habitus male tutae mentis Orestes, Nil sane fecit, quod tu reprehendere possis. Idem Epist. 1, 15, 5 Sane murteta relinqui — vicus gemit. Et Epist. 2, 2, 64 Quod petis, id sane est inuisum acidumque duobus. Et Epist. 1, 7, 61 Non sane credere Mena, etc. Et  
35 Epist. 2, 1, 206 Dixit adhuc aliquid? Nil sane. Et 2, 2, 152 Bonus sane vicinus, amabilis hospes. Et A. P. 206 Quo sane populus numerabilis — coibat. Et ibid. 418 Mihi turpe relinqui est, Et quod non dedici sane, nescire fateri. In his omnibus si quidem, vel omnino substitueris, nihil de sententia immutaueris. Nec aliam, puto, rationem habent reliqua. Cic. Fam. 1, 9 Sane moleste Pompeium id ferre constabat. Idem in Verr. 4, 182 Sane homini praeter opinionem improuiso incidi. Herennius tribulis tuus sane homo nequam Idem Att. 1, 19. Cic. . . . Quid enim habet com-  
40 modi, quid non potius laboris? sed habeat sane. Quinctil. Decl. 6, 9 p. 156 Tulerit sane filius noster merito poenas, dederit spiritum supplicio. b. e. Esto tulerit, fac tulerit. Acutus sane homo Cic. de Fato c. 5. Quum hoc illi improuisum accidisset, commotus est sane Cic. Verr. 2 c. 28. Idem de Senect. 3 Rem haud sane, Scipio et Laeli, difficilem. conf. Idem de Orat. 2 c. 66. Cic. Tusc. 3, 74 Mediocritatem vel perturbationem vel morborum mihi non sane probant, i. Non valde eos probo. Idem de Finib. 2, . . . Post enim Chrysippum non sane est disputatum. Idem pro Quint. 12 c. 3 Erat ei pecuaria res ampla, et rustica, sane bene culta et fructuosa. Sane autem vellem obsequi voluntati tuae Cic. Fam. 3, 5.  
55 Quinctil. 1, 2 Et sane concipiat quis vel declamantis habitum, vel orantis vocem, incessum, pronuntiationem, illum denique animi et corporis motum, nonne, etc. Sane quam pro eo ac debui gra- uiter molesteque tuli Ser. Sulpicius ad Cic. Fam. 4, 5. Et deest quam in MSS. Brut. ad Cic. Fam. 11, 13 Sane quam sum gauisus. add. Cic. de Legg. 2 c. 10 pr. Nam quod de Pomponio Caninius, sane quam refrixit Cic. Qu. Fratr. 2, 5. Ter. Andr. 1, 2, 24 Nempe ergo aperte vis, quae restant, me loqui? D. Sane quidem. Cic. de Legib. 2, 8 Sane quidem hercle, et est ista recte dicendi via. Sane quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est, ne metuas  
65 Ter. Eun. 4, 7, 15. Cic. Acad. 4, 84 Negas tantam similitudinem in rerum natura esse: pugnas omnino cum aduersario facili: ne sit sane, videri, certe potest. Nec sane multum interest, vtrum id neget, an eos omni procuratione atque actione priuet Cic. de N. Deor. 2, 44 c. 16. Cic. in Partit. 3 Semperne igitur ordinem collocandi, quem volumus, tenere possumus? C. P. non sane. Cic. in Partit. 2 Si ego te vicissim eisdem de rebus Latine interrogem? C. P. Sane si placet. Quinctil. in Mathematico Sane tamen claritas patriae priuatos vicerit metus. Ter. Eun. 1, 2, 9 Quid taces? PH. sane quia vero hae mihi patent semper fores. Ironicon est. Laudatur. Sane continuandae modo sententiae causa positum in principio Cic. de Nat. Deor. 2, 45 c. 17 pr. Sane restat, vt qualis eorum natura sit, consideremus. Sed abest illud Sane a MSS. bonis, et respuit sententia. Inculcatum autem hic ex sententia praecedente, Esse igitur deos, ita perspicuum est, vt, id qui neget, vix eum ianae mentis esse existimem.  
80 Cic. Verr. 2, 69 c. 28 Sopater, cum hoc belli improuisum accidisset, commotus est sane. Ter. Andr. 1, 4, 2 Sane pol illa temulenta est mulier et temeraria. Non ita sane vetus Cic. de Clar. Orat. 41. Ter. Adelph. 4, 2, 48 Vbi potetis vos. D. recte sane. Vbi Donatus: Recte sane, hic ironia est, non approbatio. Obseruabile est, non videri vfos hac particula libenter Poetas. Certe semel tantum ea usus, in blanda et velut familiari oratione Veneris ad patrem Virg. Aen. 10, 48 Aeneas sane ignotis iactetur in vndis — Hunc, (Ascanium) tegere, et dirae valeam subducere pugnae. Apud Ouidium, Lucanum, Valerium Fl. plane non obseruant Indices. Horatius aliquoties  
90 usus, sed non in Odis, Iuuenalis ipse quoque satiras scribit, b. e. sermones, etc. Idem de Comicis iudicium. Somel Claudianus in Eutrop. 2, 347. sed vbi humilis et ipse, in deridendo Hosio ex culina ad summam dignitatem protracto.*

SANESCO, vid. SANVS.

- 95 SANGA. [Σάγγα] Plinio 4, 20 Fluius Cantabrorum in Hispania citeriori. ¶ 2 Est etiam Serui nomen Terent. in Eunucho.

SANGARIS, SANGARIVS, SAGARIS. [Σαγγάριος] Fluius nobilis, de quo Plin. 6, 1 Sagaris fluius ex inclutis. Oritur in Phrygia, accipit vastos amnes, inter quos Tembrogium et Gallum. Idem Sangarius a plerisque dictus. Claudian. in Eutrop. 262 Dindyma fundunt Sangarium, vitrei qui puro gurgite Galli Auctus Amazonii defertur ad ostia Ponti. Ouid. ex Pont. 4, 10, 47 Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusque, Hypanisque Cratesque Influit, et crebro vortice tortus Halys.

SANGARIVS, a, uni. Adi. i. Phrygius ad Sangarium natus ut, Sangarius puer, Ganymedes Stat. Silu. 3, 4, 41.

SANGENON, i. n. Gemma ex Opalorum genere. Plin. 37, 6 Sicut et qui priuatum genus eius faciunt, Sengenonque ab Indis vocari sicut. Traduntur vero nasci et in Aegypto et in Arabia, et vilissimi in Ponto. Item in Galatia ac Tharso et Cypro.

SANGVALIS, vid. SANQVALIS.

SANGVEN, inis. n. Idem quod Sanguis: vox antiqua. Lucret. 1, 836 Visceribus viscus gigni, sanguenque creari. Sic citat etiam Charisius l. p. 70. Sanguen illi feruet Petron. 59. conf. Non. 3, 203. Cic. Fin. 5 c. 11. Arnob. 1 p. 36 Hic sanguis et hoc sanguen. Priscian. 6 p. 708 Hic sanguis huius sanguinis, quod veteres hoc sanguen dixerunt. Cic. in Hortensio, ut ait Ennius: Refugiat timidos (leg. timidus) sanguen atque exalbescat metu. Idem in II Annalium, O genitor, o sanguen Dis oriundum.

SANGVIS, inis. m. [αἷμα] a Sanguen veteri, unde Sanguinis in Genitiuo: Humor est in venis contentus. Celsus 5, 26 Malus est sanguis nimium aut tenuis, aut crassus, colore vel liuidus. vel niger; aut pituita mistus et varius. Optimus, calidus, rubeus, modice crassus, non glutinosus. Itaque protinus eius vulneris expedita magis curatio est, ex quo sanguis bonus fluxit. Ad sanguinem Scribon. 121. i. eruptionem sanguinis. Amore sanguinis asper Sil. 1, 148. i. crudelitate. Dulcedine sanguinis asper lupus Ouid. Met. 11, 402. Detractio sanguinis, et Sanguinis missio Cels. 2, 8. Quincil. 2, 10. Scribon. 22. 67. Eruptio sanguinis Scribon. 47. 77 etc. Fluxio sanguinis Plin. 23, 1. et 20, 17. Habitus sanguinis: Cels. 2, 10 Incidenda ad medium vena est: ex qua cum sanguis erumpit, colorem eius habitumque oportet attendere. Profluuium sanguinis, per nares Colum. 6, 33. Tenuitas sanguinis Plin. 11, 39. Metaphor.

Cic. Verr. 3, 83 Quae quum de Populo Romano victu, de vectigalium neruis, de sanguine detraxisset aerarii, Tertiae mimae condonauit. Amittere omnem succum et sanguinem Ciuitatis Cic. Att. 4, 16. Sanguine Ciuium exercere imperium Curt. 10, 8, 19. Plenus sanguinis homo Plaut. Bacch. 1, 2, 45. iuuenis sanus, et a sanguine copioso calidus. Sanguis erant lacrumae, quas dedit illa, meus Ouid. Amor. 1, 7, 60. Ut quidam Boni sanguinis sunt, ita quidam Incitati et Mobilis et cito in os Prodeuntis Sen. Epist. 11.

¶ 2 Epitheta: Altilis sanguis, vid. sub ALO. Ater sanguis, Captiuus sanguis, Conglobatus sanguis, vid. ff. 11. Corruptus sanguis Claud. in Eutrop. 2, 17. Crassus sanguis, vid. CRASSYS. Fando atque Nefando sanguine respersae arae Liu. 10, 41. Fluens sanguis per nares Plin. 26, 13. Generosus sanguis Ouid. Met. 13, 457. Integer aevi sanguis, vid. INTEGER. Iuuenilis sanguis Ouid. Met. 3, 334. Largus sanguis Claud. Conf. Mal. Theod. 309. Niger sanguis Ouid. Met. 12, 326. Pinguis, pinguior, pinguissimus sanguis Plin. 11, 38. Rapidus sanguis Claud. Conf. Hon. 3, 101. Rutilus sanguis Lucan. 1, 610. Salsus sanguis: Ennius in Cresphonte, apud Macrob. Saturn. 6, 2 Neque miserae laeure lacrimae salsum sanguinem. Tenuis sanguis Plin. 11, 38. Tetri sanguinis profluuium Lucret. 6, 1203. Venalis sanguis Valer. Argon. 6, 558.

Metaphor. de oratore nimis cauto Cic. de Clar. Orat. 282 c. 82 Metuensque ne vitiosum colligeret, verum sanguinem dependebat. Cels. 2, 10 Nam si is Crassus et niger est, vitiosus est (subaud. Sanguis) ideoque vtiliter effunditur. ¶ 3 Verba: Abundat sanguis per nares Scribon. 46. Adstringit rigens sanguis sicca vulnera Lucan. 4, 291. Auertere aliquo profusionem sanguinis Cels. 2, 11. Auertitur interdum sanguis, vbi alia parte prorumpens, alia emittitur Idem 2, 10. Augere sanguinem Plin. 20, 7. Bibere sanguinem ex vena sua Scribon. 16. Coagulant sanguinem, et ideo reicientibus sanguinem profunt Plin. 24, 11. de gummium generibus. Coit celerrime taurorum sanguis, atque durefcit, ideo pestifer potu maxime. Aprorum et ceruorum, caprarumque et bubulorum omnium non spissatur Idem 11, 38. Cohibere sanguinem vulnerum Idem 22 vlt. Concrefcere sanguinem non patitur thymum e melle Idem 21, 21. Concretum sanguinem ventris, aut vesicae absumit heliochrysum Idem 21, 25. Concreti sanguine crines Valer. Argon. 3, 286. Concutitur sanguis. al. Quatitur Lucret. 3, 250. Conquieuit sanguis Cels. 4, 4 ad finem. Densari sanguinem prohibet Balsaminum Plin. 23, 4. Detrahare sanguinem Cels. 2, 10. Scribon. 106. Detractus sanguis venit Lucret. 3, 443. Diffunditur sanguis per venas in omne corpus Cic. de Nat. Deor. 2, 138. Discutit conglobatum sanguinem acetum Plin. 23, 1. Dare sanguine poenas Virg. Aen. 2, 366. Dandus inuidiae est sanguis, nihil ne ego quidem moror, quo minus Decemuiratu abeam Liu. 3, 54. Dare alternum sanguinem dicuntur, qui se inuicem vulnerant Sen. Thyest. 388 Quis vos exagitat furor, alternum dare sanguinem, sceptrum scelere aggredi? Duratur sanguis, h. e. Concrefcit Quincil. Decl. 2. Ebibere alicui sanguinem Plaut. Curc. 1, 2, 65. Editur sanguis per aluum Cels. 2, 7. Fortissimi viri, qui multum pro rep. sanguinis Effudistis Cic. pro Mil. c. 37. Effunditur sanguis Cels. 2, 10. Egestus sanguis per immensos fletus Ouid. Met. 10, 136. Emanat sanguis Scribon. 46. Emicat sanguis Lucret. 4, 1043. Emittere sanguinem Cels. 2, 10. Erumpit sanguis Idem 2, 10. Erumpit grauiter sanguis Idem 4, 4. de tussi. Excreare sanguinem spumantem Idem 2, 7. Exit sanguis ex gingiuis, ex ore Idem 4, 4. de tussi. Exonerare oculos suffusos sanguine Plin. 8, 5. Vestis infecta sanguine, quo feminae per menses Exsoluuntur Tacit. Histor. 5, 6, 8. Ne iudicio iniquo Exforbeatur sanguis tuus Cic. de Orat. 1, 225. Exspirans sanguinis flumen de pectore Lucret. 2, 354. Exscreans sanguinem Scribon. 169. Exspuere sanguinem Cels. 4, 4. de tussi. Plin. 26, 7. Extrahunt inutilem sanguinem raphani Plin. 20, 4. Extrahit densatum sanguinem abiga pota Idem 24, 6. Extundit sanguinem frequens tussis Cels. 4, 4. de tussi. Plus in vrbe sanguinis promiscua omnium generum caede, quam in ipsa dimicatione Factum Liu. 2, 30. Fertur sanguis ex pectore, aut ex latere, aut ex iecinore Cels. 4, 4. de tussi. Feruescit sanguis Perf. Sat. 3, 115. Fluere mihi solet sanguis Cels. 4, 4. de tussi. Fluit mihi sanguis ex naribus Idem 2, 7. Fundere sanguinem vena dicitur Idem 2, 10. Fuso per venas sanguine extinguitur Tacit. Histor. 4, 11 de caede Calpurnii Galeriani. Tum vero multum sanguinis Fusum est Curt. 3, 11, 5 de praelio. Dicitur et de uno: vid. Petron. c. 97. Andr. Borrich. Vind. p. 211 seqq. Fundere sanguinem de rege, h. e. Ob regem Curt. lib. 10. Sen. Med. 135 Funestum impie quam saepe Fudi sanguinem. Sed Cic. Diuin. 1, 46 c. 25 Mercurium e patera sanguinem visum esse fundere,

- qui cum terram attigisset, referuere videretur sic, vt tota domus sanguine redundaret. Hebet gelidus sanguis tardante senectâ Virg. Aen. 5, 395. Incitatur sanguis ex ea parte Scribonius Largus 84. *i. euocatur.* Incitatur sanguinis eruptio Idem 84. Inlicere aequor sanguine Hor. Carm. 3, 6, 34. Inlicere riuos rubro sanguine Hor. Carm. 3, 13, 8. Sulla erat violentissimus, cum faciem eius sanguis Inuaserat Sen. Epist. 11. Luere quippiam sanguine, *vid. L V O.* Madens vestis sanguine, *vid. M A D E O.* Manat cicatrix multo sanguine Sen. Troad. 121. Minuere sanguinem Plin. 32, 9. Miscetur lethifero sanguine orbis Ouid. Fast. 1, 123. Cels. 2, 10 Mitti vero is debet, si totius corporis causa sit, ex brachio: si partis alicuius, ex ea ipsa parte, aut certe quamproxima: quia non vbiq; mitti potest, sed in temporibus, in brachiis, iuxta talos. Mittere ex brachio sanguinem: *i. Venam secare in brachio* Cels. 2, 10.
- 15 Missus sanguis e corpore Lucret. 2, 194. *Metaphor.* Cic. Att. 1, 16 Missus est sanguis inuidiae sine dolore, *i. leuata est inuidia ex gloria consulatus mei collecta, per absolutionem Clodii; contra quem testimonium dixeram.* Quintil. 8, 6, 51 *de allegoria,* Illa agendis causis iam detrita, Pedem conferre, et Iugulum petere, et Sanguinem mittere, inde sunt: nec tamen offendunt. Obstiterit frigidus circum praecordia sanguis Virg. Georg. 2, 484. Occupare sanguinem: Cels. 8, 4 Inter quae si sanguis fertur, spongia subinde in aceto tincta cohibendus est, Occupandusque obiectis linamentis, et caput altius excitandum. Occurrit vitio sanguinis quinquifolii succus Plin. 26, 7.
- 25 Pellere sanguinem per vrinam Idem 35, 15. Pellit copiosum sanguinem per nares Idem 27, 8. *de crocodilo.* Perfudere manus fraterno sanguine fratres Catull. 64, 395. Perfusus sanguine Quintil. 6, 1. Perfolues calido sanguine poenas mihi Virg. Aen. 9, 422. Poscere poenas cum sanguine Virg. Aen. 2, 72. Pro-
- 30 cedit sanguis ex ore Cels. 4, 4. *de tussi.* Profluit sanguis Idem 4, 4. *de tussi.* Prorumpit ex naribus sanguis Idem 4, 4. *de tussi.* Redditus sanguis per os Plin. 26, 13. Reddere sanguinem per vrinam, vel alium Scribonius Largus 121. 149. Refugere sanguinem in metu, certum est: multisque non transfluere transfossis Plin. 11, 38. Reiciuntibus sanguinem datur succus porri Idem 20, 6. Reicere sanguinem Scribon. 90. 92. *i. vomere.* Reiciuntibus sanguinem occurrit quinquifolii succus idem 2, 7. Reliquit sanguis corpus Ouid. Met. 3, 39. Cels. 4, 4 Saepe feminae, quibus sanguis per menstrua non respondet, hunc exspuunt. *de tussi.* Re-
- 40 vocetur sanguinis cursus Cels. 5, 26. *de curatione aduersus profusionem sanguinis in vulneribus.* Saliens vena sanguine Virg. Georg. 3, 466. Satiare ferrum sanguine Ouid. Fast. 5, 575. Siffere sanguinem Plin. 25, 8. Siftit sanguinem ex vulnere glycyrrhiza commanducata Idem 22, 9. Siftit sanguinem interiorem ruta pota-
- 45 narium indita Idem 20, 13. Siftit aequae maribus ac feminis sanguinem menta Idem 20, 14. Siftunt sanguinem vulnerum folia vitium Idem 23 prooem. Sic 31 vlt. Sitire sanguinem Sen. Troad. l. 10. Subiectus venis sanguis Scribon. 84. Supprimere sanguinem Id. 121. Sumit poenam scelerato ex sanguine Virg. Aen. 12, 949. Trahere sanguinem Cels. 2, 10. Plin. 21, 19. Venit sanguis Cels. 2, 10. Vocatus in corpus sanguis Quid. Met. 2, 235. Vomens globos sanguinis idem ibid. 12, 238. Vomere sanguinem Cels. 2, 6. Vomens riuos sanguinis Virg. Aen. 11, 668. ¶ 4
- 55 Sanguis, *metaphorice pro Vigore et vi.* Cic. Att. 4, 16 Amisimus, mi Pomponi, omnem succum et sanguinem, sed etiam colorem et speciem pristinam ciuitatis: nulla est Resp. quae delectet, in qua acquiescam. *Frequenter in primis ad orationem transfertur.* Cic. in Brut. 56 c. 9 Succus ille, et sanguis incorruptus vsque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. Incorruptus, *b. e. Purus, sanus, integer, non vitiosus.* Hinc eodem in dialogo si dixit, Salubritatem Atticae dictionis, quasi Sanitatem, et Sanum genus dicendi in Callidio: in libello vero de Opt. gen. Orat. 8 Incorruptam sanitatem, et bonam valetudinem. Semper enim Atheniense, vt in Orat. 25 scribitur, ita prudens sincerumque iudicium
- 65 fuit, vt nihil possent, nisi incorruptum et elegans, audire. Quintil. 10, 1, 60 *de Archilochi elocutione,* Plurimum in ea sanguinis atque neruorum. Et 115 Ninia contra se calumnia verum sanguinem perdidisse, *de Caluo.* Et 10, 2, 12 Quo fit, vt minus sanguinis ac virium declamationes habeant, quam orationes, *vid. n. 3 Sanguis vitiosus.* ¶ 5 *De succo, quo herbae virent vigentque:* Et viridis nemori sanguis decedit et herbis Manil. 5, 212. *Conf. Barth. Adu. . . et ad Stat. Silu. p. 77.* ¶ 6 Bacchaeus sanguis Stat. Theb. 1, 329. *i. vinum.* Turgentes sanguine baccae Nemesian. Ecl. 2, 50. *de oliua.* Terrae sanguis Plin. 14, 5 *de vino.*
- 75 Vuarum frigidus sanguis Calliodor. Epist. 12, 4. *conf. Burm. ad Nemesian. l. c.* ¶ 7 Sanguis, *Progenies, stirps, cognatio.* Virg. Aen. 1, 19 Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci Audierat. Auctor sanguinis Virg. Aen. 7, 49. Cic. post Redit. in Sen. 14 Is non me, quanquam equidem non cognorat eum propter Pisonum affinitatem, quam longe hinc ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset. Degener sanguinis Stat. Theb. 9, 619. Gradu sanguinis propior Ouid. Epist. 3, 28. Nomina sanguinis, *i. affinitatis vel consanguinitatis: vt pater, frater, soror, etc.* Ouid. Met. 9, 465 *de Byblide, quae fratrem amabat,* iam dominum appellat, iam nomina sanguinis odit, Byblida iam mauult, quam se vocet ille forem. Vincula cari sanguinis, *Consanguinitas* Propert. 1, 15, 16. Alto a sanguine genus Virg. Aen. 4, 230. Aureus sanguis, *Proles aurea sub Saturno* Stat. Theb. 3, 559. Claro sanguine genitus Sen. Octau. 90. Cognatus sanguis Virg. Aen. 12, 29.
- 90 Ouid. Met. 8, 444. — Calidumque prioris Caede recalfecit conforti sanguine telum. *i. Occidit etiam fratrem eius.* Obscure sanguinis deformes ortus Stat. Silu. 5, 3, 116. Cic. pro Rosc. Amer. 66 Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus, maternusque sanguis. Regius sanguis Hor. Carm. 3, 27, 65.
- 95 Attingere aliquem sanguine, *vid. ATTINGO.* Cohærere sanguine alicui, pro Affinem esse Quintil. 8, 3. Coniungi sanguine alicui Idem Cic. de Inuent. 2, 56 c. 53. Hortamur fari quo sanguine cretus Virg. Aen. 2, 74. Rumpere vincula sanguinis Propert. 1, 15, 16. ¶ 8 *De filio, aut aliquo ex posteris.* Clarus Anchisae Venerisque sanguis Horat. Carm. Saec. v. 50. Proiice tela manu, sanguis meus Virg. Aen. 6, 835. *conf. Drakenb. ad Sil. 11, 177.* ¶ 9 *Vltima in Sanguis frequenter producitur in caesura; sed etiam* Sen. Med. 775 Vectoris iste perfidi sanguis inest, Quem Nessim exspirans dedit, *vid. Brouckhus. ad Tib. 1, 7, 72.* Sil. 10, 23
- 05 Et color et sanguis, et tela minora periclo. Sic Ouid. Fast. 6, 488. et Met. 10, 459. O O SANGVI-

**SANGVINEVS**, a, um. *Adi.* [αἷμαρινός] *Ad corpus aliquando refertur, et Plenum sanguine significat: aliquando ad colorem: aliquando ad animum, sanguinis fundendi cupidum.* *Acicm oculorum sanguineam voluens Dido desperabunda* Virg. Aen. 4, 642. *Bellum sanguineum* Stat. Theb. 5, 5. *Caedes sanguinea* Ouid. Met. 13, 65. *Caput sanguineum* Idem Trist. 3, 9, 30. *Color sanguineus* Plin. 14, 3. *Cometae sanguinei* Virg. Aen. 10, 273. *Frutices sanguineae, vid. VIRGA, etc. infra.* *Guttæ sanguineae* Ouid. Met. 2, 360. *Imber sanguineus* Cic. de Divin. 2, 60 c. 28. *Sanguineam quatiebat Lampada* Petron. c. 124. *Mauors* Virg. 10 Aen. 12, 233. *Mora sanguinea* Virg. Ecl. 6, 22. *Pulmo sanguineus* Plin. 11, 37. *Rixæ sanguineae* Hor. Carm. 1, 27, 4. *Virga sanguinea, Cuius cortex ad sanguinis similitudinem rubet* Plin. 24, 10. *Sic, Frutices* 16, 18.

**SANGVICVLVS**, i. m. [αἱμάτιον] *Sanguis haedi siue suis in cibum formatus.* Plin. 28, 14. *Vtuntur ad vtrumque vitium et coagulo haedi in vino myrtite, magnitudine fabæ potio: et sanguine eiusdem in cibum formato, quem fanguiculum vocant, i. botulum, fec.* Harduin.

**SANGVINOLENTVS**, a, um. *Adi.* [αἱματώδης] *Idem fere, quod Sanguineus.* Varro de Vita Pop. Rom. ap. Non. 6, 101. *Magistratus grauatim seditionibus sanguinolentis urbem perturbauere.* Auctor ad Herenn. 4, 52 c. 39. *Sanguinolenta palma.* *Sanguinolenti et ex acie redeuntes* Sen. Epist. 66. *Ille premit duram sanguinolentus humum* Ouid. Fast. 4, 844. *add. ibid. 6, 602.* *Cadavera Sidon. 1, 5.* *Color sanguinolentus* Ouid. Amor. 1, 12, 12. *Idem in Ibin 4* Nullaque, quæ possit, scriptis tot millibus, exstat *Litera Nafonis, sanguinolenta legi, i. quæ ad vulnerandum laedendumve quemquam pertineat.* Prudent. in Symmach. 1, 452. *Deos, quos sanguinolentus edendi Mos iuuat.* *Pectora sanguinolenta* Ouid. Ep. 3, 50 *de interfecto.* *Sanguinolentos appellant Iuriseonsulti et Principes, Infantes recenter editos, quique vix dum fordes materni uteri amiserunt, cum aut venduntur aut exponuntur.* *Constantinus, Si quis propter nimiam paupertatem, egestatemque victus causa filium, filiamue sanguinolentos vendiderit l. 2 C. de patribus. qui fil. distraxer. non enim ibi Sanguinolentus legendum est: sed sanguinolentos.* Auctor est Rubrica C. 8, 52. *De infantibus expositis, liberis et seruis, et de iis, qui sanguinolentos nutriendos acceperunt.* *Itemque Cod. Theod. 5, 8* De his, qui sanguinolentos emtos vel nutriendos acceperint. *Vid. Gothofredi ad suum quisque Codicem: et Cuiac. ad Iul. Paulli Recept. Sent. lib. 5 t. 1 sent. 1.*

**SANGVILENTVS**, a, um. *Aliud Adi. a Genit. antiquo Sanguis.* Idem. Scribon. Largus Compos. 102. 143. *Etiamsi sanguilentam vrinam faciant.* Idem, *Oculi sanguilenti conspiciuntur* 182. *Semperque ita usurpat hic auctor.* *Sanguilenta reiicere* 182.

**SANGVINARIVS**, a, um. *Aliud Adi.* [Φιλαιμαρος] *Sæuus, crudelis, sanguinem sitiens.* Cic. . . . *Itaque grauem illam ac sanguinariam vocem audiuius.* *Sæuus et sanguinarius natura* Sueton. Claud. c. 34. *Iuuentus sanguinaria* Cic. Att. 2, 7. *Nuntius sæuus sanguinarius* Plin. 19, 4. *Id. Ep. 4, 17* De huius nequitia, sanguinariisque sententiis in commune omnes super coenam loquebantur. *conf. Plin. 4, 22.* *Sen. de Clem. 1, 12.* *Sidon. 8, 11.* *Herba sanguinaria dicta est, cuius succus infusus naribus, supprimit sanguinem,* Columel. 7, 5, 19. *Est etiam grauis perniciosa herbae sanguinariae, quam si pasta est ouis, toto ventre distenditur, contrahiturque, et spumam quandam tenuem tetri odoris expuit.* *conf. Plin. 28, 12.* *Apul. de Herb. c. 18.*

**SANGVINĀLIS**, e. [πολύγονον] *Herba eadem, quæ Sanguinaria.* Columel. 6, 12, 5. *Inde nomen habet, quod sanguinis fluorem, undecunque feratur, sistat.* *Vid. Celf. 3, 22. 4, 8. 5, 1. 6, 7, 3 et 4.*

**SANGVINO**, Ære. [αἱμάσσω Gloss. Gr. Lat.] *Sanguine manare.* Quintil. in Declam. 10, 8 p. 219. *Tum repetitis sanguinauere planctibus iam conualescentes lacerti.* *Ibid. non procul a fine,* *Quando non liuidum pectus et sanguinantes vidit lacertos?* *Burm. ad b. l. alios laudat.* *Spumea purpurei dum sanguinat vnda profundi* Solin. Poëta in Pontico. *Eloquentia lucrosa et sanguinans delatorum, qua illi ad pericula et crudelitatem vtuntur* Dial. de Orat. 12, 3. *Plin. 30, 9* Si pedes sanguinent. *Sed varia est lectio.* *Vid. Hard. Emend. 20 p. 774.* *Lex a contactu feminae sanguinantis submouet* Tertull. adu. Marc. 4, 440. *Coluber veneno noxio colla sanguinans* Apul. 70 Met. 5 p. 166.

**SANGVINATIO**, ðnis. f. *Fluxus sanguinis.* Cael. Aurel. Tard. 4, 6. *et 1, 4* *Ginguiarum sanguinatio.*

**SANGVINOSVS**, a, um. *Idem.* Acut. 3, 4.

**SANGVISVSA**, æe. [βόλλα] *Vermis in aqua degens, qui et Hirudo dicitur.* Irudinem, quam quidam sanguifugam vocant, deuoratam, etc. Scribon. 199. *Vtitur et Colum. 6, 18, 2.* *Plin. 32, 7* Idem praestare sanguifugarum cinis ex aceto illitus putatur. *Id. 8, 10. conf. Celf. 5, 27. Pallad. 1, 35.*

**SANGVS**, vid. SANCVS.

**SANIES**, Æi. f. [ἑρότος, ἰχώρ] *Sanguis tenuior vel recens vel iam corruptus.* Celf. 5, 26, 20. *Sanguis omnibus notus est.* *Sanies est tenuior hoc, varie crassa, et glutinosa, et colorata.* *Pus crassissimum albidissimumque, glutinosius et sanguine et sanie.* *Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut iam fanescente: sanies est inter vtrumque tempus.* *Pus ex vlcere iam ad sanitatem spectante.* *Cato R. R. 157, 3* *Sanie spurcam mittit cancer.* *Virg. Aen. 8, 487* — *Et sanie taboque fluentis.* *Complexu in misero longa sic morte necabat.* *Cic. in Pison. 43* *Saxa spargens tabo, sanie, sanguine atro, ex Poëta.* *Iocinoris recentis inasati sanies, vid. IN-*

**ASSATVS**. *Putris sanies* Stat. Theb. 12, 569. *Serpentium sanies* Sen. Med. 732. *inter mala medicamenta.* *Lucan. 3, 658* de eo, *Quem diuersæ rostris fixere carinae, ne Eliso ventre per ora Eiectat sanie permixtus viscere (Cort. viscera) sanguis.* *Emittere sanie coniecto ferro* Ouid. Met. 7, 338. *Eructare sanie* Virg. Aen. 3, 632. *Exspirant sanie tabificam* Sil. 6, 276. *Vomunt sanie serpentes* Ouid. Met. 4, 493. *Conf. Columel. 6, 12.* *Vitruu. 2, 9.*

¶ 2 *Sanies, pro Infectura.* *Plin. 9, 38* *Rursusque mergitur carminata, donec omnem ebibat sanie: ut venenum, virus.* *Pro Pestifero serpentis affatu* Sil. 12, 10. *Serpens — sanie sublati faucibus efflat.* *Vid. Drakenb. ad b. l.* *Oleae sanie amara, pro Fece* Plin. 15, 3. *Sanies amurcae* Colum. 1, 6, 24.

**SANIOSVS**, a, um. *Adi.* [ἰχωρῶδης] *Sanie et impuro sanguine conspersus.* *Plin. 7, 15* *Ergo quum grauidis fluxit, inualidi, aut non vitales partus eduntur, aut saniosi, vt auctor est Nigidius.* *add. 105* *Oët. Horat. 1, 7.*

SANITAS, *vid.* SANVS.

SANNA, *ae. f.* [*χλευνη, χλευασια*] *Derisio gestu mimico expressa, naso praecipue.* *Hinc* Iuuen. Sat. 6, 306 I nunc, et dubita qua

forbeat aëra fanna Tullia: *rbonchos irrisores notat.* Rugosa fanna  
5 cadat naso Perf. Sat. 5, 91. *i. Subfannatio quae fit cum crispatione et cor-  
rugatione nasi, remittatur.* Perf. 1, 58

O lane, a tergo quem nulla ciconia pinfit,  
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,  
Nec linguae, quantum fitiat canis Apula, tantae.

10 *Et mox, posticae occurrere fannae.* Vet. Schol. Tria, *inquit*, ge-  
nera fannarum: aut manu significare ciconiam; aut apposito tempo-  
ribus pollice auriculas afininas; aut linguam fitientis canis. Sanna  
autem dicitur os distortum cum vultu, quod facimus, cum alios deri-  
demus. Inde fanniones dicti, qui non rectum vultum habeant.

15 *Vid. Casaub. hic p. 102 et 106. itemque ad Sueton. Calig. c. 56 extr.*  
SANNALI, *in Vet. Cod. apud Turneb. 6, 19 vocantur, qui in ple-  
risque sunt SATMALI apud Melam 3, 5. Quibus magnae aures, et ad  
ambiendum corpus omne patulae, nudis alioqui pro veste sunt. Est  
locus vexatae admodum lectionis. Quae verior videtur lectio, eam de-  
20 dimus in PAROTII. Sed add. Voss. et Gronou. ad l. c. Melae.*

SANNATOR, *ōris. m.* [*μυκτηριστής* Gloss. Gr. Lat.] *Derisor;*  
*tanquam a verbo Sannare, cuius compositum est subsannare.*

SANNIO, *ōnis. m.* [*χλευασής*] *Qui soluto risu, et contortis  
oris ac corporis totius partibus immoderatam quandam alios deridendi for-  
mam effingit, et aliorum mores inepto quodam gestu per contemptum expri-  
mit, ut stultus propemodum videatur, ac ridiculus.* Cic. de Orat. 2,  
251 c. 61 Quid enim potest esse tam ridiculum, quam fannio est? sed

ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso.  
Idem Fam. 9, 16 *extr.* Salis enim satis est, fannionum parum. *Conf.*  
30 *h. l. Gronou.* Sanniones, dicuntur a Sanniis, qui sunt in dictis fa-  
tui, et in motibus, et in scenis, quos *μωρὸς* vocant Graeci, *inquit* No-  
nius 1, 302. *add. Demster. Paratip. ad Rosin. 5 c. 6.*

SANO, *āre. SANOR, āri. vid.* SANVS.

SANQVĀLIS, *is. f.* *Auis.* Plin. 10, 7 Sanqualem auem at-  
que immussulum, augures Romani in magna quaestione habent. Im-  
mussulum aliqui vulturis pullum arbitrantur esse, et sanqualem ossi-  
35 fragae. Massurius sanqualem ossifragam dicit esse, Immussulum  
autem pullum aquilae prius quam albicet cauda. *Sic Hard. al. Mussu-  
rius, et Sangualis.* Liu. 41, 13 (17) Prodigia eo anno nunciata,  
40 in Crustumino auem sangualem (*sic Drakenb.*) quam vocant sacrum  
lapidem rostro cecidisse. A Sanco Deo Sanqualem dicit ait Festus,  
Sangualis auis appellatur, quae in commentariis auguralibus ossifragi  
dicitur, quia in Sangi Dei tutela est. *Sic supplevit A. Augustinus.*

Sed Scal. ita: Sanqualis auis a quibusdam Ossifraga appellatur. Ea-  
dem in Commentariis auguralibus Sanga dicitur, quia in Dei Sangi tu-  
tela est. *Addimus locum Festi, Alites volatu auspicia facientes, istae pu-  
tabantur, buteo, sanqualis, immusculus, aquila, vulturius. Conf. supra*

IMMVSCVLVS et IMMVSVLVS. ¶ 2 Sanqualis porta appellatur  
proxima aedibus Anci. *Sic Paullus ex Festo. Sed Scaliger fragmentum*

50 *Festi ita explet, Sanqualis porta appellata est ab aui sanquali, ideoque  
eodem est nomine, quo auis ipsa appellatur.*

SANSVCVS, *vid.* SAMPVCHVM.

SANTERNA, *ae. f.* [*χρυσονόλλα*] *Eadem quas chrysoeolla.*  
Plin. 33, 5 Chrysocollam et aurifices sibi vindicant agglutinando auro,  
55 et inde omnes appellatam similiter vtentes dicunt. Temperatur  
autem ea Cypria aerugine, et pueri impubis vrina, addito nitro.  
Teritur Cyprio aere in Cypriis mortariis: santernam vocant nostri  
Idem 34, 12.

SANTONES, et SANTONI. [*Σάντωνες*] *Populi Galliae, non  
60 longe a Tolosatium finibus, quae ciuitas est in prouincia, ut ait Caes.*  
Bell. Gall. 1, 10. Santoni *sicut* eid. 3, 11, 5. Lucan. 1, 422 —  
Gaudetque amoto Santonus hoste. *Hinc*

SANTONIVS, *a, um.* Iuuen. Sat. 8, 145 Tempora Santonico velas ado-  
perta cucullo. *add. Martial. 14, 133. Oceani littora Santonici Tibul. 1, 8, 10.*

65 ¶ 2 Santonica Herba, [*Σαντωνικόν*] quam Absinthium Santonicum vocat  
Plin. 27, 7. Columel. 6, 25 Potest etiam cum arida fico et eruo  
conteri herba Santonica, et formata in ossam, sicut saluatium demitti.

SANVS, *a, um.* Adi. [*ὄγις, ὄγιυός*] *Integer et incorruptus,  
bene habens, ad corporis pariter valetudinem, et animi statum inconcussum*

70 *pertinet.* Cic. pro Sext. 135 c. 65 Non ea est medicina, quum  
sanae parti corporis scalpillum adhibetur. Idem pro Sext. 97 Qui  
integri sunt, et sani. Cic. Off. 3, 92 c. 24 Si quis medicamen-  
tum cuiquam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, si eo medica-  
mento sanus factus esset, etc. Idem Philipp. 2, 101 c. 39 Quasi

75 *medicus ille te sanum fecisset.* Fieri sanum ex morbo Cato c. 157.  
Strumae fiunt sanae Scribon. 228. Nec quisquam ex illo vulnere  
sanus abit Propert. 2, 12, 12. ¶ 2 *Ad animum translatum.*

Ter. Eun. 3, 5, 8 Quid mihi quaeram: sanus sum: ane insaniam?  
Idem Heaut. 4, 3, 29 Satin' sanus est, aut sobrius? *Sic* Cic. de

80 *Diuin. 2, 94 Sanus homo.* Pro sano aliquid facere Caes. Bell.  
Gall. 5, 7. Homo sanus, cui opponitur Furiosus Cic. Acad. 4, 89  
c. 28 *pr.* *Conf.* Idem de Inuent. 2 c. 45. Male sanus, *i. Insaniens*

Cic. Att. 9, 15. Mentis sanus Plaut. Trin. 2, 4, 53. Mens bene  
sana Hor. Serm. 1, 9, 44. Si sana Mens esset Nep. 17, 5, 2. Cic.

85 *de Nat. Deor. 2* Esse igitur deos ita perspicuum est, vt id qui neget,  
vix eum sanae Mentis existimen. Orandum est, vt sit Mens sana  
in corpore sano Iuuenal. 10, 356. Mentis sanae vix compos Ouid.

Met. 8, 35. Cic. Att. 9, 18 Misi etiam Caesaris ad eos sana mente  
scriptas literas, quomodo in tanta insaniam? Cic. Fam. 12, 23

90 Nullam partem et aetatem sanae ac saluae Reip. gustare potuisti. Sa-  
num genus dicendi Cic. in Bruto 202. *i. Incorruptum.* *Compar.*  
Hor. Serm. 2, 3, 241 — Qui sanior, ac si Idem illud in rapidum  
flumen, iaceretue cloacam? Qui ad philosophorum scholas venit,  
aut sanior domum redeat, aut sanabilior Sen. Epist. 108. Saniores

95 oratores Cic. de Clar. Orat. 51 c. 13. *Superl.* Etiam sanissimo dari  
debet cibus Cels. 3, 4. Crescebat interim indies Sullae exercitus,  
confluentibus ad eum optimo quoquo et sanissimo Vell. 2, 25, 2. Sa-  
nissimi iuuenes Augustin. de C. D. 20, 2. *Conf.* Ambros. Serm. 90 *sub*

100 *fin.* Cic. Acad. 4, 89 *pr.* c. 28 *pr.*

SANE. Adu. [*ὄγιυός*] Plaut. Curc. 1, 3, 20 Bonum est pau-  
xillum amare sane, insane non bonum est. Euclemon dixit sanius  
quam Glycon Sen. Controu. 34. *Compar.* Hor. Carm. 2, 7, 26

— Non ego sanius, Bacchabor Edonis, *i. Libet mihi Edonos illos  
Thraciae populos bibacissimos intemperanter bibendo imitari.* ¶ 2

105 *De illa asseuerandi et concedendi particula Sane vid. supra suo loco.*

SAN-



**SANĪTER.** Aduerbiūm priscūm *auctore* Nonio II, 51 Afran. Me-  
galensibus, Adesto, assentio te non amare me, at adorare saniter.

**SANĪTAS,** ātis. f. [*ὑγιεία, ἐπιουσία, ἰσχύς, ἰσχυρή*] *Proprie ad cor-  
poris valetudinem pertinet, deinde ad animum transfertur.* Quinctil. 5,  
10 Si robor corporibus bonum non est, minus sanitas. Petere sani-  
tatem aegri Quinctil. 2, 17. *De Animo: nam Dementia res est sani-  
tati contraria* Cestius ap. Sen. Controu. 12. Cic. Fam. 12, 10 Qui-  
bus tamen ad sanitatem redeundi ante Cal. Septemb. potestas facta est.  
*i. ad partes meliores in Rep.* Cic. Tusc. 3, 9 c. 5 Ita fit, vt sapien-  
tia sanitas fit animi, insipientia autem quasi insanitas quaedam, quae  
est insania eademque dementia. Metri sanitas, *vid.* METRVM.

Insulsiatē et insolentiam tanquam insaniam quandam orationis odit,  
sanitatem autem et integritatem quasi religionem et verecundiam ora-  
toris probat Cic. de Clar. Orat. 283. *Vid.* Succus orationis, in SVC-  
CVS. Eloquentia omnem illam salubritatem Atticae dictionis quasi  
sanitatem perdidit Cic. de Clar. Orat. 51. Qui incorrupta sanitate  
sunt Cic. de Opt. Gen. Orat. 8 c. 3. *Sic* Quinctil. 12, 10, 15.  
Suum quemque scelus de sanitate ac mente deturbat Cic. in Pison. 46.  
Reddere sanitatem veram Celf. 8, 2. Reddita sanitas Celf. 5, 20.  
Cic. pro Sulla 83 Adeone vobis alienus a sanitate, adeo oblitus con-  
stantiae meae, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor?

**SANO,** āre. [*ὑγιών, ἰσχύωμαι*] *Sanum facere.* Cic. Tusc. 4, 82 Ci-  
tiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo  
depellitur. Nihil reliqui feci, quod ad sanandum me pertineret  
Nep. 25, 21, 5. Corpora vix ferro quaedam sanantur Ouid. Rem.  
Amor. 527. Medicina sanat dolores Propert. 2, 1, 57. Medi-  
camentum sanare dicitur Scribon. 99. Sanandi scientia vnius  
partis Idem Ep. m. Carmine et herbis sanare Ouid. Met. 10, 397.  
Vulnera sanare Idem ex Pont. 1, 3, 22. Sanare vulnera Reipubli-  
cae; *per translationem* Cic. de Finib. 4, 66 c. 24. Quos quidem  
ego, si villo modo fieri posset, non tam vicisci studeo, quam sanare, et  
ipso placare Reip. Cic. in Catil. 2, 17. Animos sanare et men-  
tes consolatione Caes. Bell. Gall. 8, 38. Idem Bell. Ciuil. 1, 35.  
Curas sanare Tibull. 2, 3, 13. Cic. Fam. 5, 16 Quae leuare Do-  
lorem tuum posset, si minus sanare potuisset. Malum sanabunt vi-  
na Propert. 3, 17, 10. Malum natuum sanare Cic. pro Domio 12.

Rempublicam aegram et labentem sanare et confirmare Cic. pro Mil-  
lon. 69 c. 25. Idem Verr. 5, 120 c. 46 Auaritiae vulnera crude-  
litate remediis posse sanare. *Passive* Lucret. 3, 509 Et quoniam  
mentem sanari, corpus vt aegrum Cernimus, etc. Pars sanitatis,  
velle sanari, fuit Sen. Hippol. v. 249. Vbi turpis est medicina  
sanari piget Idem Oed. v. 517. Domi sanata discordia  
Liu. 2, 32.

**SANANS,** antis. Partic. Omnia sanantem appellant Druidae  
viscum Plin. 16, 44 f. 95. Circumibat Iesus, sanans omnem lan-  
guorem et omnem infirmitatem in populo Vulg. Matth. 4, 23.  
**SANATVS,** a, um. Part. Qua radícula inuenta et Ptolemaeus sa-  
natus dicitur, et multi milites vulnerati Cic. Diuin. 2 c. 66. *Add.*  
Ouid. Rem. Am. v. 113 et ult.

**SANĀTOR,** ōris. m. Vulg. Interp. Exod. 15, 17 Ego Dominus  
sanator tuus.

**SANATIO,** ōnis. f. [*ἰασις*] Cic. Tusc. 4, 35 c. 15 *extr.* Eorum  
igitur malorum in vna virtute posita sanatio est. Ibid. 60 Haec  
est propria, et certa sanatio, si doceas, etc. *Conf.* Tertull. de Fuga  
in Persec. c. 3.

**SANABILIS,** e. Adi. [*ἰάσιμος*] *Quod facile sanatur.* Cic. Tusc. 55  
4, 80 c. 37 Qui autem natura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut  
inuidi, aut tale quid, ii sunt eiusmodi constituti quasi mala valetudine  
animi, sanabiles tamen. Quisquis dolor deorsum tendit, sanabi-  
lior est Celf. 2, 8. *Conf.* Idem 7, 4. Sen. de Ira 2, 13. et de  
Clem. 2, 7. *it. supra in* SANVS. Genus vulneris sanabile Ouid. ex  
Pont. 2, 2, 59. *Vulnus Sanabile* Idem Rem. Amor. 101.

**SANESCO,** ēre. [*ὑγιαίνω*] *Sanum fieri.* Columel. 6, 7 *extr.* Sed  
vulnera facta igne, dum sanescunt, defricare bubula vrina conuenit.  
Plin. 17, 23 Diu enim dolent talia quoque vlcera et difficile sanescunt.  
*Adde* Celf. 3, 18. et 5, 26. et 8, 4. Sanescunt dentes, dum tauri  
felle iuuantur Sammon. v. 231.

**SANATES,** *vid.* in suo loco.  
**SANATIVVS,** a, um. Adi. *Sanabilis.* Conducere sanis et sana-  
tius Sarisb. 7, 10.

**SANIFER,** a, um. Adi. *Sanitatem afferens.* Virtus Paullin. Nol. 70  
Natal. Felic. 7, 224.

## S A P

**SĀPA,** ae. f. [*ἄψμα, σίρπιον*] Potio facta ex musto Scribon. III. 75  
*f. mustum coctum ad tertiam partem, vt describit* Plin. 23, 2 f. 30 Vino  
cognata res sapa est, musto decocto, donec tertia pars superfit. Ex  
albo hoc melius. Columel. 12, 19 *pr. ita loquitur, vti hoc nomine*  
*comprehendat, siue quarta, siue tertia, siue denique dimidia pars musti de-*  
*cocta fuerit: Defrutum autem ita describit, vt Plinius sapatam.* Cac-  
terum Plin. 9, 56 *de cochleis, Quin et faginam earum commentatus est*  
sapa et farre, aliisque generibus. *Vid.* Varro de R. R. 3, 14 *extr.*  
Plin. 14, 9 f. 11. Pallad. Ian. 15. Sapa quod nunc mellaceum  
dicimus, mustum ad mediam partem decoctum. Varro de Vita  
Pop. Rom. l. i Sapani appellabant, quod de musto ad mediam partem  
decoxerant. Nonius 17, 14. Purpurea sapa Ouid. Fast. 4, 778.

**SAPAETI,** orum. m. *Populi sunt in Thracia.* Plinius 4, 11 Inter  
Eletos, Diobefos, Carbylesos, inde Brysas, Sapaecos. Extā canum  
vidi Triuiaē libare Sapaecos Ouid. Fast. 1, 389.

**SAPERDA,** ae. m. [*κομψός*] Non. 2, 823 Saperdae, quasi Sapi-  
entes et elegantes Varro Modio, Omnes videmur nobis esse belli, sa-  
perdae, festiui, cum simus *σαπροι.* *Sic Merc. pro vltima voce copriae*  
*legit Lipsius; i. Scurrae, vt exponit Scaliger. Vid. Voss. Instit. Or. 5 p.*  
*324. σαπροι, i. Putidi, legit et exponit etiam Iunius.*

Saperda, piscis nomen. Perf. Sat. 5, 134 Et quid agas, rogitas? saper-  
das aduehe Ponto. Athenaeus Saperdam appellat Coracinum. *Vid.*  
Casaub. 7, 17. Ponticum opsonium *κομψὸν ὄψον* vocat Archestratus apud  
Athen. 3, 30.

**SAPHON,** onis. m. Funis in prora positus vt ex Caecilio habet  
Isidor. 19, 4. *Is, Voss. ad Catull. p. 13 ineptiarum postulat Isidorum,*  
et Saphonem, Safonem *f. Sauonem flumen Campaniae accipit inter Li-*  
*rim et Vulturum. Vid.* SAVO.

**SAPHIRVS,** *vid.* SAPPHIRVS.

**SAPIDVS,** SAPIENS, SAPIENTIA, *vid.* SAPIO.

SAPINOS, *Gemma ex genere Iaspidum.* Plin. 37, 9 Dilutior ex eodem sapinos vocatur.

SAPINVS, i. f. [*ἐλάτη*] *Arbor.* Plin. 16, 39 f. 761 Abietis quae pars a terra fuit, enodis est: haec qua diximus ratione fluuiata decortica-  
5 tur, atque ita sapinus vocatur: superior pars nodosa duriorque, su-  
sterna. Et in ipsis autem arboribus robustiores Aquiloniae partes. Et  
in totum deteriores ex humidis opacisque: spissiores ex apricis et  
diurnae. Ideo Romae infernas abies supernati praefertur. *Conf.*  
Vitrui. 1, 2. ib. c. 12. Varr. de R. R. 1, 6, 6 (vbi sappinus) *Bald.*  
10 *Lex.* Vitr. p. 104.

SAPINEVS, a, um. Adi. [*ἐλατινος*] Columella 12, 5 Alii nu-  
cibus sapineis ardentibus idem efficiunt. *Conf.* Vitruuius 2, 9.  
Plin. 15, 10.

SAPIO, ui, ère. [*χρυσίζω*] *Proprie pertinet ad sensum gustus: di-*  
15 *citurque res ipsa sapere, quae aliquem habet saporem.* Iuuen. Sat. 11, 81  
Qui meminit, calidae sapiat quid vulua popinae. Anas, v. v. Lu-  
cundissimi sapit Columel. 7, 8. Mare sapit Plin. 14, 7. Lau-  
datissimi conchylium sapiunt Plin. 9, 17. Oleum male sapiet Ca-  
to de R. R. c. 66. Verum ¶ 2 Cic. de Finib. 2, 24 c. 8

20 Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. *b. e. De*  
*saporibus recte iudicet.* ¶ 3 Sapiro, interdum refertur ad  
odorem: vt Cicero apud Plinium 17, 5 f. 3 Meliora, inquit, unguenta  
esse, quae terram sapiunt, quam quae crocum. Plaut. Pseud. 2, 4,  
47 Sed istic seruus ex Caristo hic qui aduenit quid sapit? CH. hir-  
cumbus ab alis. *Al. Vsque a cunabulis, nullo aut inepto sensu.* *Vid. Tur-*

25 *nebus et Gronou. ad l. c. et add.* Quinctil. 6, 3, 107 Atticissimos ille  
redolens Athenarum proprium saporem. ¶ 4 Sapere,  
[*Φροσῆν, πέννησαι*] *ad animum saepissime transfertur, pro Sapientem esse,*  
*seu Rectam sententiam vel opinionem habere.* Ter. Adel. 3, 3, 32 Istuc  
est sapere, non quod ante pedes modo est videre, sed etiam illa, quae  
30 futura sunt prospicere. Ibid. 5, 3, 41 Video eos sapere, intelli-  
gere, in loco vereri, inter se amare. Feliciter is sapit, qui peri-  
culo alieno sapit Plaut. Merc. 4, 7, 40. Cic. Fam. 14, 1 Nam  
quid ego de Cicerone dicam? qui quum primum sapere coepit, acer-  
bissimos dolores miserasque percepit. Martial. 9, 6 Nubere vis

35 Prisco, non miror, Paulla, sapisti: Duxere te non vult Priscus; et  
ille sapit. Nemo mortalium omnibus horis sapit Plin. 7, 40.  
Pectus sapit illi Plaut. Bacch. 4, 4, 12. Idem Pseud. 1, 5, 81 Desiste,  
recte ego meam rem sapio. *b. e. Scio, quid mihi agendum sit.* Cic.  
de Diuin. 1, 133 Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.

40 *Ex Poëta.* Ter. Haut. 5, 1, 50 Nonne id flagitium est, te aliis  
consilium dare, Foris sapere; tibi non posse auxiliarier? Sa-  
piunt Male miseri Plaut. Merc. 4, 6, 8. Sapere pleno pectore  
Plaut. Epid. 2, 2, 101. Sapitis plus, vel satis Idem ibid. 2, 2, 77-  
Plaut. Trin. 3, 2, 10. Nemo solus Satis sapit Idem Mil. 3, 3, 12.

45 Cic. Att. 14, 5 Nam ista quidem Caesaris libertorum coniuratio facile  
opprimeretur, si recta saperet Antonius. Haud Stulte sapis, si  
quidem id sapere est Ter. Haut. 2, 3, 81. Plaut. Perf. 1, 3, 28 Sa-  
pis multum ad genium. *b. e. Nosti probe curare cuticulam et indulgere*

50 *genio.* Ad alia omnia aetate sapimus rectius Ter. Adelph. 5, 3,  
46. Plaut. Truc. 4, 4, 1 Blitrea et lutea est meretrix, nisi quae  
sapit in vino ad rem suam. Cic. Off. 2, 48 Quem qui audiunt,  
intelligere etiam et sapere plus quam caeteros arbitrantur. Cic.  
Fam. 7, 29 Quamquam quis, qui aliquid sapiat, nunc esse beatus potest?

55 Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit Nequidquam sapit Cael. ad Cic.  
Fam. 8, 6. Cic. de Diuin. 2, 81 c. 39 . . . Quasi vero quidquam  
sit tam valde, quam nihil sapere, vulgare. Idem Verr. 1, 55 Hic  
plane nihil sapit. Per se sapere Hor. in Arte Poët. 367.

¶ 5 Sapiui, pro Sapui antiquis. Nouius Virgine praegnante, Quan-  
do ego plus sapiui, qui fullonem compressi quinquatribus Nonius 10,  
60 31. *Huc referendum illud Sapisti, quod habuimus ex* Mart. 9, 6.

SAPIENS, entis. Adf. [*σοφός, δεξιός, δαιμων*] *Qui sapit.* Cic. Off.  
1, 16 c. 5 Vt enim quisque maxime perspicit, quid in quaue verissi-  
mum sit, quique et acutissime, et celerrime potest videre et explicare  
65 rationem, is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet. Idem  
pro Cluent. 84 c. 31 Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit,  
ipsi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene in-  
uentis obtemperet. Misera mors sapienti non potest accidere  
Cic. in Catil. 4, 3. Idem Philipp. 10, 17 Quis aut sapientior ad  
coniecturam rerum futurarum? Ad normam alicuius sapiens,

70 *vid.* NORMA. Facere sapientem Quinctil. 1, 10. Formare  
sapientem Idem 1, 10. Iudicatus sapiens, *vid.* IVDICO. Dictum  
sat sapienti Plaut. Perf. 4, 7, 19. Aetas fera et sapientior Ouid.  
de Arte Am. 1, 65. Consilium sapiens Idem Met. 13, 433. Ex-  
cusatio sapiens Cic. Att. 1, 16. Mores sapientes Plaut. Rud. 4, 7,  
75 25. Nutrices sapientes Quinctil. 1, 1. Populus sapiens Hor.  
Epist. 2, 1, 18. Puella sapiens Ouid. Met. 10, 622. Vir bó-  
nus et sapiens Hor. Epist. 1, 7, 22. Sapientes *κατ' ἑξοχὴν* apud  
Graecos fuere, Cleobulus, Solon, Chilo, Pittacus, Thales, Bias, Periander:

80 *quorum multae sunt sententiae, quas leges vitae vocat* Quinctil. 5, 11.  
Laëtantius 4, 1 Temere eos sibi Sapientum nomen tribuisse affirmat.  
*Est inter Aufonii carmina Ludus septem Sapientum, unde modo ultimos*  
*versus ponemus,*

85 Chilon, cui patria est Lacedaemon, Noscere se ipsum.  
Periander, Trepidam moderare, Corinthius, iram.  
Et Mitylenaeis, Nimium nil, Pittacus, oris.  
Mensura optima, ait Cleobulus Lindius, in re.  
Expectare Solon finem docet, ortus Athenis.  
Plures esse Bias prauos, quem clara Priene.  
90 Mileti, fugisse, Thales, vadimonia, alumnus.

SAPIENTIA, ae. f. [*σοφία*] *In primo sensu ad sensus corporeas*  
*pertinet, et de sapore dicitur.* Sic lusit in hac voce Ter. Adel. 3, 4, 62  
Hoc falsum, hoc adustum est, hoc lautum est parum: illud recte: se-  
95 dulo moneo, quae possum pro mea sapientia. De fumo facies,  
sapientia de mare nata est Sympof. Aenigm. 83. de perna. ¶ 2  
Sed plerumque ad animum refertur, et est, vt ait Cic. Tusc. 4, 51 Re-  
rum diuinarum et humanarum scientia cognitioque, quae cuiusque rei  
causa sit. *Vid.* Idem Off. 2, 5. Sed quo diligentius attenderis,  
00 *tanto magis intelliges, sapientiae nomen late admodum patere, vt omnem*  
*cognitionem veri et boni, mentisque ad verum bonum applicationem compre-*  
*hendet.* Ita fit mater omnium bonarum rerum sapientia: a quo-  
vis amore, Graeco verbo Philosophia nomen inuenit Cic. de Legib. 1,  
58 c. 22. Sapientia, hominis custos et procuratrix Idem de Fin.

05 4, 1. Sapientia, moderatrix omnium rerum Cic. de Iduent. 1, 5.

O O 2

Prin-

Principesque omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφία Graeci vocant Cic. Off. 1, 153 c. 43. Primus sapientiae Gradus est, falsa intelligere: secundus, vera cognoscere Lactant. 1, 23. Doctores sapientiae, pro Philosophis Tacit. Ann. 14, 16. Morbus Sapientiae Plin. 7, 51 f. 52. cum homines per sapientiam moriuntur, ut loquitur p. a. c. 50 f. 51. i. integris sensibus et mente sana. Opponit enim furoris morbum. Praecepta sapientiae Quinctil. 1, 4. Professores sapientiae Idem in Prooem. l. 1. de Philosophis. Sapientia custodiendae civitatis Cic. de Orat. 2, 154. Studia sapientiae Tacit. Ann. 14, 56. Studium Cels. 1 praef. Vbi sapientiae consultissima Via? Petron. 10 c. 88. Caelestis sapientia Hor. Epist. 1, 3, 27. Plin. 18, 3 in fine; D. Syllanus Sapientiae Compositissimae. Sed post editum, Sapientes vero complures. Consummata sapientia, vid. CONSUMMO. Cic. Philipp. 13, 6 Nae ego istam Eruditam sapientiam non audiam. Fracta sapientia cadet Ouid. Trist. 5, 12, 13. Inops dicendi sapientia, vid. INOPS. Infanientis sapientiae consultus Epicureus Hor. Carm. 1, 34, 2. Cic. de Orat. 2, 144 c. 33 Istam oscitantem et dormitantem sapientiam, Scaenolarum et caeterorum beatorum otio concedamus. Sapientiam vult accipi Iurisprudentiam, Oscitantem et dormitantem, quia languet otio, domique secura manet. Signum languoris et securitatis est oscitatio. Significat Iurisconsultos non agitari tumultu forensium causarum dictionumque: sed in otio securaque tranquillitate de iure consulentibus domi respondere. Peruersa sapientia Tuberonis Cic. pro Muraen. 75. Virtus est vitium fugere, et sapientia Prima stultitia caruisse Hor. Epist. 1, 1, 41. Apul. Apol. 25 p. 328, 4 Est ille Poetae versus non ignotus, Odi puerulos praecoci sapientia. Plaut. Trin. 2, 2, 88 Non aetate, verum ingenio Adipiscitur sapientia. i. paratur. Compilare sapientiam alicuius, vid. COMPILO. Sapientia vino Obumbratur Plin. 23, 1. proverbium. Sapientiam, pro Iudicio videtur ponere Cic. in Orat. 70 Sed est eloquentiae, inquit, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientia. Ut enim in vita, sic in oratione nihil est difficilius, quam quid deceat videre. πρόπον appellant hoc Graeci, nos dicamus sane decorum. Pro prudentia: Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur Cic. pro Marc. c. 2. Conf. pro L. Manil. 35 c. 7. Pro Clementia, lenitate: Re iniquum est, sed tua sapientia fit acquissimum Cic. pro Deiot. c. 2. Add. Idem pro Marc. c. 6. Nempe verum est, quod diximus, Sapientia omne Studium veri et boni, omnem possessionem, complectitur.

SAPIENTIĀLIS, e. Adi. Sapientia pollens. Tertull. de Anim. 40 15 Summus in anima gradus vitalis et sapientialis. Add. ib. p. p.

SAPIENTI PŌTENS, entis. Adi. [σοφοπάτωρ] Cic. de Divin. 2, 116 c. 56 Postremo quamquam semper fuit, ut apud Ennium est, stolidum genus Aeacidarum, bellipotentes sunt magis quam sapientipotes, tamen hanc amphiboliam versus intelligere potuisset.

SAPIENTER. Adu. [σοφῶς] Plaut. Men. 5, 7, 2 Imperium meum sapienter habeatis curae. Vitam sapienter instituere Ter. Andr. 1, 1, 40. Cic. pro Domo 77 Quia ius a maioribus nostris, qui non ficto et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt, ita comparatum est, etc. Agendum sapienter Ouid. Met. 13, 377. 50

Amare sapienter Idem Epist. 21, 57. Facere sapienter Cic. pro Rosc. Amer. 70. Facere aliquid sapienter et fortiter Idem Fam. 3, 7. Monere sapienter Cic. de Finib. 3. Vti ratione sapienter Quinctil. 2, 5. Compar. Cic. Fam. 2, 6 (7) Nemo est qui tibi suadere sapientius possit te ipso. Quod difficilius putatur, 55

multo sapientius tulit secundam quam adversam fortunam Nep. 20, 1, 2. Superl. Servius sapientissime perfecit, ut etc. Cic. de Clar. Orat. c. 42.

SAPOR, ōris. m. a Sapiō. [χρὸς, χυμὸς] Qualitas illa, quae lingua siue gustu deprehenditur. Interdum etiam ipse Sensus, quo aliquid sapimus, et gustu quale sit dignoscimus. Plin. 15, 27 Interim, quae sunt communia et pomis omnibusque succis saporum genera, tredecim reperiuntur, dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salus. Deinde peculiariter de vini, lactis, aquae, sapore disputat. Cic. de Finib. 3, 34 c. 10 Ut enim mel, etli dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis, dulce esse sentitur. Sapor oris Plin. 30, 4. Acumen saporis, vid. ACUMEN in ACVO. Asper in ore sapor Virg. Georg. 4, 277. Acidulo sapore iucunda pira Plin. 15, 15 f. 16. et 2, 100 Sapor maris Asper. Asperrimus sapor, Calidus ac vinosus sapor, Cerealis sapor, Cibarius sapor, vid. ff. ll. Dulcis sapor Hor. Carm. 3, 1, 19. Durus sapor Virg. Georg. 4, 102. Ferruginei saporis aqua Plin. 31, 2. vid. FERRVM. Foedus sapor Lucret. 2, 401. Horridus sapor Plin. 3, 13. Ingrati saporis caseus, vid. INGRATVS. Infirmi saporis vinum, vid. INFIRMVS. Inimitabilis sapor Quinctil. 2, 10. Iucundus, Medicatus, Mulseus sapor, vid. ff. ll. Salis saporis humor Lucret. 6, 928. Caseus Sciti saporis Apul. Met. 1 p. 104. Tardus sapor Virg. Georg. 2, 126. Tristis sapor Ouid. Trist. 4, 6, 17. Vinosus sapor Plin. 12, 13. Adiudicare saporem, vid. ADIUDICO. 80

Capi aliquo sapore Cic. pro Cael. 42. Conspurcare tetro sapore omnia Lucret. 6, 21. Domare saporem durum Virg. Georg. 4, 102. Imbuere sapore Quinctil. 1, 1. Infuscare saporem, vid. INFUSCO. Noscere saporem, vid. NOSCO. Perficere saporem Quinctil. 1, 10. Redolere saporem Idem 6, 3. 2 Sapor, per translationem, pro Iucunditate sermonis. Cic. de Clar. Orat. 172 c. 46 Tincam Granius obruebat nescio quo sapore vernaculo. Urbanus recinere et resonare, vid. sub VRBS. Sermonem habes non publici saporis Petron. 3. i. non placentem vulgo, sed sapientibus. Ad sensum communem et intelligentiam refertur. Arnob. 3 p. 108 Quisquamne est hominum rationis alicuius sapore contactus. Et Ennod. Epigr. 15 Tu mea vel tenui perfundis corda sapore. Conf. Barth. Aduers. 43, 19.

SAPORO, āre. Sapore imbuere. Petr. Chrysol. Serm. 157 Christus in nuptiis aquas saporavit in vinum. Autumni, qui dulcia 95

poma saporat Dracont. Hexaem. v. 539.

SAPORĀTVS, a, um. Petron. Fragni. p. 675 Mille saporatam medicatis frugibus offam. Haud multum differt ab illo Virg. Aen. 6, 420 Melle saporatam et medicatis frugibus offam Obiicit. Sed alii legunt Soporatam: de qua lectione vid. Turnebi Aduers. 28, 100

45. et 29, 6 quocum consentit Hadr. Iunius. Conf. Barth. ad Stat. Theb. 6, 235. Sed auctoritate et ratione soporatam apud Virgilium praefertur. Saporatos cibos dixit Ammian. 3, 1, 2. Pulmenta bene saporata Tertull. de Spectac. 27. Comparatiuo usus est Arnob. 5 p. 164 Ex sanguine saporatiore genus ducunt. 105

SAPORVS, a, um. Adi. Lactant. 3, 16, 15 Vocat Piper et Palmas, merces saporas. Nil est dulcius ac magis saporum Prudent. Ca- them. 4, 49.

SAPOROSVS, a, um. Adi. Constant. Afer de Febr. c. 4 Sanguis est omnibus elementis saporosior.

SAPIDVS, a, um. Adi. Quod gratum habet saporem. Apic. 9, 10 Ius sapidum. et c. II Pisces sapidiores. Add. 6, 6. Conf. Apul. Met. 2 p. 117. et 10 p. 244.

2 Sapidae puellae Alcim. Auit. ad Soror. v. 458. i. sapientes, ex Matth. c. 25. Sapidus et tepidus permutantur a librariis: Burm. ad Sammon. v. 170.

SAPIDE. Adu. Superl. apud Apul. Met. 8 p 216 Femur sapidissime concoctum.

SAPIS, is. m. Fluuius Italiae in Flaminia prope Cefenam urbem Plin. 3, 15. Est et Sapis, Galliae Cisaepinae fluuius Senogalliam urbem subterlabens, iuxta quam et Isaurus fuit. Lucan. 2, 406 Crustumiumque rapax et iunctus Sapis Isauero. Add. Sil. 8, 450. Plin. 3, 15.

SAPIVM vel SAPPIVM, i. n. Picis genus. Plin. 16, 12 extr. Inter haec genera proprium quidam fecere sapium, quoniam ex cognatione earum feritur, qualis dicta est in nucleis.

20 SAPLVTVS vel ZAPLVTVS, a, um. Adi. [ζάπλευτος]. Valde diues. Petron. Fragm. Tragur. c. 37 Adeo saplutus est. Conf. Scheffer. Not. p. 73.

25 SAPO, onis. m. [σμήλη, σμήγμα] Massa, illa vulgaris ex pingui, et lixiuo cinere cocta. Plin. 28, 12 f. 51 Prodest et sapo: Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis, ex feuo et cinere. Optimus fagino et carpino duobus modis, spissus ac liquidus: vterque apud Germanos maiore in vsu viris quam feminis. Attrito sapone genas purgare memento Sammon. c. 12 v. 155.

30 SAPONARIVS, i. m. Plin. Valer. 1, 21.

SAPONATVM, i. n. Theod. Priscian. 1, 18.

SAPOR, vid. SAPIO.

SAPPHIRVS, i. f. [σάπφειρος] Lapis pretiosus, qui nomen seruat in plerisque Europae linguis, caelestis coloris etc. Plin 37, 9 Inest aliquando et aureus puluis, non qualis in sapphirinis. Sapphirus enim et aureis punctis collucet. Caeruleae et sapphiri, raroque cum purpura. Optima apud Medos, nusquam tamen perlucidae. Praeterea inutiles sculpturae interuenientibus crystallinis centris. Conf. Diosc. 5, 100. Tertull. adu Marc 2, 10.

40 SAPPHIRINVS, a, um. Adi. [σαπφειρινός] Vt, Lapis sapphirinus Plin. 37, 9.

SAPPHIRATVS, a, um. Adi. [σαπφειρωτός] Sapphiris intertextis variegatus. Sidonius Epist. 2, 10 Ac si sub versicoloribus figuris vernans herbida crusta sapphiratos.

45 SAPHO, us. f. [Σαπφώ] Mulier non minus Lyrici carminis suauitate nobilis, quam amoribus, partim impuris in suum sexum, infamitate nobilitatis et rebus omnia collegit diligentia Io. Christian. Wolfii. Hor. Carm. 2, 13, 25 inducit apud inferos, Aeoliis fidibus querentem Sappho puellis de popularibus. Mascu- la Sappho Hor. Epist. 1, 19, 28. Lesbica Sappho Ouid. Trist. 2, 365.

SAPPHICVS, a, um. Adi. [Σαπφικός] Vt, Carmen Sapphicum Diomed. p. 508. Musa Sapphica Catull. ad libellum 35, 17.

55 SAPROS, putridus est Graecis, σαπρός. De caseorum generibus. Plin. 28, 9 f. 34 Sapro vocant, qui cum sale et forbis siccis e vino tritus potusque medetur coeliacis.

SAPROPHAGVS, i. m. [σαπροφάγος] Qui saporum, i. putridum deuorat, quod σαπροφαγείν uno verbo Graeci dicunt, quo verbo vititur Martial. 3, 27 Nescio quod stomachi vitium secretius esse Suspicer: vt quid enim Baetice, σαπροφαγῆς.

SAPSA, a veteribus dictum esse pro Ipsa, vel sua ipsa, colligas ex Festo voce SAS. Post ea enim, quae damus voce SAS, ita pergit. Idem cum ait Sapsam pro ipsa: nec alia (f. aliter) ponit in libro XVI Quo res sapsa loco sese ostentatque, iubetque. Et Pacuuius in Teucro, Nam Teucrum regi sapsa res restibillet. Haec ille.

## S A R

70 SARABALLVM, i. n. Vestis erat Parthorum fluxior. Hieronymus in Daniele c. 3. et Ep. ad Innocent. de muliere septies icta.

● SARABARA, ae. f. Vestis eadem vid. Isidor. 19, 23 Alii interpretantur crurum Opera et indumenta. Eius mentio apud Septimum Florentem de Pall. c. 4. et de Resurr. Carn. c. 58. Monuit Turneb. 7, 20.

SARCASMVS, i. m. [σαρκασμός] Latine dicitur Iocus cum amaritudine, in primis in mortuum vel statim moriturum. Vt apud Virg. Aen. 2, 547

80 — Referes ergo haec, et nuntius ibis  
Pelidae genitori: illi mea tristitia facta,  
Degeneremque Neoptoleum narrare memento.

Vid. Charif. p. 247. Diomed. p. 458. Quinctil. 8, 6. Isidor. 1, 36.

85 SARCINA, ae. f. vid. SARCIO.

SARCIO, si, (farcium Val. Prob. Cathol. p. 1482 Putsch.) tum, ire. [καταστῶν, ἀκόμοι] Integrum facere, inquit Festus. Proprie est Vestes consuere. Transfertur tamen etiam ad alia. Plin. 11, 10 Apes ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis a solo fornicatis, ne desit aditus ad farciendum. Cato c. 31 Vimina matura: salices per tempus legantur, vti sit vnde corbulae fiant, et veteres farciantur. Add. c. 23. Deinde impudentia prosequor: sed idem farciam Cic. Fam. 13, 62. Centones, vid. b. v. Damna sarcire, Reparare Columel. 9, 15. Sic Caes. Bell. Ciuil. 1, 45 Dum sarcire acceptum detrimentum volunt, temere infecuti fugientes, etc. Add. Idem Bell. G. 6, 1. Fideicommissum sarcire Vlpian. in l. Fideicommissa §. si quis alicui decem ff. de legat. 3. Vt acceptum Incommodum Virtute sarciretur Caes. B. C. 3, 73. Infamiam sarcire Idem Bell. Ciuil. 3, 74. Ruinas sarcire generis lapsi Virg. Georg. 4, 449. Cic. Fam. 3, 1 Quod cum ita sit, perficiam profecto, vt longi temporis vsuram, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, et gratia, et crebritate, et magnitudine officiorum meorum farciam.

SARTVS, a, um. Partic. [ἐπισκευαδῆς] Vt, Male sarta gratia nequidquam coit, et rescinditur Hor. Epist. 1, 3, 31 Vulnus sartum Scribon. 206. Sarta tecta [ἐπισκευή, κατασκευή] vocabantur.

*eur, auctore Festo, voce SARTE, Opera publica quae locabantur, ut integra praestarentur. Sarta tecta exigendi cura ad Censores spectabat, interdum etiam ad Aediles, raro ad Praetores, nec nisi quum Senatus decreuerat, Cic. Verr. 1, 128 c. 50 Quum L. Octavius, Caesar Aurelius Consules, aedes sacras locauissent, neque potuissent omnia sarta tecta exigere, neque ipsi, neque ii Praetores, quibus erat negotium datum, C. sacerdos, et M. Caesius: factum est Senatusconsultum, quibus de sartis tectis cognitum et iudicatum non esset, uti C. Verres, P. Caelius Praetores cognoscerent, et iudicarent. Idem paullo post, Quaesivit, quis aedem Castoris sartam tectam deberet tradere. Et rursus,*

Monumentum illa amplitudine, illo opere quamuis sartum tectum, integrumque esset: tamen aliquid se inuenturum, in quo moliri praedarique posset, arbitrabatur. Ex cuius orationis lectione, facile intelligitur, quomodo sarta tecta locari solerent exigique. Liu. 42, 3 Censorem moribus regendis creatum, cui sarta tecta exigere sacris publicis et loca tuenda more maiorum traditum esset. Censores sarta tecta acriter et cum summa fide exegerunt Liu. 29, 37 pr. Quibus sarta tecta aedium sacrarum locorumque communium tueri possunt Cic. Fam. 13, 11. Idem Verr. 1, 136 c. 50 de Chelidone meretrice, Quae isto praetore — in his sartis tectisque dominata est. Sic legendum, cum dicat Aconius, Addiditque, ut esset plenum dictum: nam sarta tecta dicuntur. Vopisc. Aurel. 35 De proprio possessiones, quas in Mauritania habuit, sartis tectis Capitolio deputauit. Saepe eo utuntur Icti. V. g. l. 17 D. de usu et habit. etc. Metaph. Cic. Fam. 13, 50 Hoc mihi da atque largire, ut M. Curium sartum et tectum, ut aiunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumque conserues. Plaut. Trinum. 2, 2, 36 Sarta tecta tua praecepta pater vsque habui mea modestia.

SARTE. Adu. Integre. Festus. Add. Charif. 2 p. 195.

SARTOR, oris. m. Non. 1, 24 Sartores dicuntur non solum a faciando, verum etiam a farriando, vid. in SARRIO, SARRITOR.

SARTRIX, icis. f. apud Frontonem p. 1327.

SARTVRA, ae. f. Refectio, instauratio. Per sarturas veteris lintei effluens Sen. de Vita Beata c. 25. Columel. 4, 26, 2 Iugo, si non erit opus noua sartura, recentia vincula inserantur. Add. Plin. 18, 27.

SARSVRA, ae. f. Idem. Varr. R. R. 3, 9; 1 Ego quae requiro farturae assurae membra de palumbis. Vid. Turnebi Aduers. 24, 22. qui utcumque hanc lectionem Victorianam interpretatur, requiro farturae i. ad faciendum id, quod deest tractatui nostro. Sed melius sententiae consulitur, si legamus cum primis edit. farturae vel farturae a faciando.

SARCINA, ae. f. [Φαρτίον ὀδοπορικόν Gloss. Lat. Gr. sarcinae, σακίη ὀδοπορικῆ Gloss. Vet.] A Sarcio, nescio quam bene, deriuatur, et proprie est eorum, quae ad cultum, ad ornatum, et ad reliquum usum pertinent, veluti Fascis, quem quis in itinere faciendo portat. Plaut. Mostel. 2, 1, 83 Vnde aduenienti sarcinam imponam seni. i. illum mendacio fallam. Hinc simpliciter imponere dicebant pro fallere. Caes. Bell. Gall. 2, 17 Legionem adoriri sub sarcinis. Prop. 4, 3, 46 Romanis utinam patuissent castra puellis, Essem militiae sarcina fida tuae. Sic Briseis ad Achillem, Ouid. Epist. 3, 68 Non ego sum classi sarcina magna tuae. Metaph. Sarcinaque haec animo non sedet apta meo. Ouid. Heroid. 4, 24. Vxor. sarcina praegnationis onerata Apul. Met. 10 p. 249. Add. 1 p. 106, 20. et 5 p. 164, 17. Constringere sarcinam Plaut. Trin. 3, 2, 93. Sarcinas etiam vocant Res domi cistis capsisque compositas. Quinctil. in Pastu cadauerum, iacent relictae sine herede sarcinae.

SARCINAS, vid. SARSINAS.

SARCINVLA, ae. f. Dimin. [σκαυλάριον] Iuuen. Sat. 3, 161 Quis gener hic placuit censu minor, atque puellae Sarcinulis impar? Ita contemtum diuitias appellat. Aptae sarcinulae, et expeditae Catul. ad Veranium 28, 2. Collige sarcinulas! Iuuen. Sat. 6, 145. Formula diuortii denuntiandi. Conf. Petron. 81. Sumo sarcinulam meam Apul. Met. 1 p. 108. Add. Ibid. 8 p. 210.

SARCINVLATVS, a, um. Adi. Equi Brito Armoric. Phil. 12, 25. SARCINĀLIS, e. Adi. Ad sarcinas pertinens. Ammian. 15, 7 Sarcinalem iumentorum actuarius. Conf. Idem 29, 34.

SARCINOSVS, a, um. Adi. Apul. Met. 8 p. 208 Lupi vastis corporibus sarcinosi. Sarcinosior Priapei. 79, 4. i. mentulatio.

SARCINO, are. [σκαυάζω Vet. Onom.] Conf. Colu. ad Apul. Met. 5 p. 76.

SARCINATVS, a, um. Adi. [σκαυοφορῶν] Sarcinis onustus. Plaut. Poen. 5, 2, 19 Viden' homines sarcinatos consequi?

SARCINARIVS, a, um. Adi. [σκαυοφορικὸς] Quod ad sarcinas pertinet. Caes. Bell. Ciuil. 1, 81 Illi et inopia pabuli adducti, et quo essent ad id expeditiores, omnia sarcinaria iumenta interfici iubent.

SARCINATOR, oris. m. [σκαυοφόρος, it. ῥάπτης Gloss. Cyr.] Sartor, qui sarcit ac reparat; vel qui sarcinas compingit. Plaut. Aul. 3, 5, 41 Petunt fullones, sarcinatores petunt. Lucilius apud Non. 2, 818 Sarcinatorem esse summum, suere centonem optime. Paullus de furtis: in L. Fullo, Fullo vel sarcinator, qui polienda et facienda vestimenta accepit, ex contrectatione eorum furtum facit.

SARCINATRIX, icis. f. [ἀκέρεια, καλλωνίς, ῥάπτis Vet. Gl.] Quae vestes fuit et reficit. Caius in l. Et ancillarum, De peculio, Et ancillarum nomine, et filiarumfamilias in peculio actio datur: maxime si qua sarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare exercent. Sarcinatricis in machinis Non. 1, 276. Conf. Fest. in ACVS. Cyprian. Epist. 42 edit. Oxon.

SARCITOR, oris. m. Idem qui Sarcinator. Inscript. apud Fabrett. p. 753 M. PVPIVS. M. L. VRBANVS. SARCITOR. SIBI. ET. CLARAE. CONLIBER. ET. LAVRENTINAE. F.

SARCITRIX, icis. f. Non. 1, 276.

SARCITECTOR, oris. m. Isidor. 19, 19 Sarcitector dictus, quod ex multis hinc inde coniunctis tabulis vnum tecti faciat corpus; idem et tignarius.

SARCIMEN, inis. n. [ῥάφῃ] Sutura. Apuleius Met. 4 p. 149, 24 Tunc tenui sarcimine summas oras eius adaequauimus, et iuncturae rimam setae densitate sepsimus. de latrone vrsinae pelli insuendo.

SARCION, [σαρκίων] Est veluti Carnosa quaedam gemmarum vena, vitiumque Carchedoniis et Smaragdis admodum peculiare. Plin. 37, 5 Peculiare erat in his vitium Sarcion appellatum, hoc est, quaedam gemmae caro. Σαρκίων caruncula.

SARCITES, Gemma, quae bubulas carnes repraesentat Plin. 37, 10.

SARCOCELE, es. f. *Herniae genus* Cels. 7, 18 *cum caro quoque inter tunicas increfcit.*

SARCOCOLLA, ae. f. [*σαρκοκόλλα*] *Lacrima arboris in Perside nascentis, inquit Dioscorides; dicta ab effectu, quem praestat, et vi potestateque sua, nempe a vulneribus glutinandis, hoc est carnibus, quas Graeci σάρκας vocant, κόλλαν enim illi glutinum vocant.* Plin. 24, 14 Sunt qui et sarcocollam spinæ lacrimam putent, pollini turis similem, cum quadam acrimonia dulcem. Idem 13, 11 Fit et ex sarcocolla (ita vocatur arbor) gummi vtilissimum pictoribus ac medicis, simile pollini turis. *Vides quemadmodum Plinius et Arborem ipsam et Gummi, eodem nomine appellet.* Conf. Diosc. 3, 90. Apul. de Herb. 31. Scribon. 22.

SARCOGRAPHIA, ae. f. *Figurae, quae Sarcographia dicitur, vis in eo consistit, quod rebus incorporalibus corporis lineamenta licenter attribuit* Sarisber. 7, 24.

SARCŌMA, atis. n. Isidor. 4, 7 *Superfluum carnis incrementum, quo ultra modum corpora saginantur.*

SARCOPHAGOS, i. m. [*σαρκόφαγος*] *Sepulcrum, Cepulum auctore Nonio* 1, 13. *Macer in l. Funeris suntus D. de relig. etc.* Sarcophagus, *Lapis.* Plin. 2, 96 *At circa Aflon Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora: sarcophagus vocatur.* Conf. Id. 28, 9 f. 37. et 36, 17. Iuven. Sat. 10, 172 *Vnus Pellæo iuueni (Alexandro M.) non sufficit orbis — Cum tamen a figulis munitam intrauerit urbem, Sarcophago contentus erit.* *Vrnae fictilis satirica descriptio.* Funereo quiescere sarcophago Prudent. Ca- them. 3 extr.

SARCOPTES, ae. m. *Titulus libri 2 Apicii, σαρκόπτῆς quasi tu Carnium assatorem dicas.*

SARCOSIS, eos. f. [*σάρκωσις*] *Sarcosis talis est passio: iumentum cum biberit inflatur, et sufflat.* Hac eum ratione curabis etc. Veget. Mulom. 3, 26 pr.

SARCVLVM, i. n. et SARCVLVVS, i. m. [*σαυλῖς*] *a Sarriendo dicitur, Instrumentum rusticum, quo segetes purgantur: id enim sarriendo agitur.* Cato de R. R. c. 10 *Sarcula octio, palas quatuor.* Plaut. Trucul. 2, 2, 21. Cic. de Fin. 2, 23 c. 8 *Cui nihil dum sit, ius et sarculos abstulerit.* Cessant sarcula Ouid. Fast. 1, 699. Dispersa per agros sarcula Ouid. Met. 11, 36. Arare sarculis Plin. 18, 19. Agros findere sarculo patrio Hor. Carm. 1, 1, 11. Sarculi vel simplices vel bicornes Pallad. Ian. t. 43. Conf. Colum. 2, 12.

SARCVLO, ari. [*σαυλλῶ, σαυλλίζω*] *Sarculo fodere et purgare.* Si ficcas segetes sarculaueris Pallad. Ian. t. 9. Lupinus si sarcule- tur Ibid. Sunt sarculanda frumenta Ibid.

SARCVLATVS, a, um. Partic. *Nata in hortis sarculatis* Prudent. in Romano v. 264.

SARCVLATIO, onis. f. [*σαυλλυσις*] *Idem quod Sarritio.* Plin. 18, 21 *Sarculatio induratum hiberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis.* Videtur legendum Teporibus. Caulis gaudet stercore et sarculatione Pallad. Febr. t. 24.

SARDA, ae. f. [*σάρδιος*] *Genus gemmae.* Plin. 37, 7 *Omnia autem haec genera, sculpturae contumaciter resistunt, partemque cerae in signo tenent.* E diuerso ad haec Sarda vtilissima, quae nomen cum sardoniche communicauit. Ipsa gemma vulgaris et primum Sardibus reperta. *Est etiam* ¶ 2 *Genus cepae, ap.* Plin. 19, 6. *Item* ¶ 3 *Genus cretae, ap.* Plin. 35, 17. ¶ 4 *Sarda,*

¶ 5 *Piscis ex genere pelamidum* Plin. 32, 4. *it. 7 et 11.* Colum. 8, 17, 12 *Sardiniam dicere videtur.*

SARDACHATES, *Gemma Achates a Sardinia nomine accepto, quod ibi inueniatur a caeteris degenerans* Plin. 37, 10.

SARDANAPALVS, i. m. [*Σαρδαναπάλιος*] *Vltimus Assyriorum rex, de quo Iustinus 1, 3 Fuit hic omnis generis luxuriae deditus: nec verubuit inter scortorum greges nere, et muliebri habitu feminas omnes lasciuia anteire. Quamobrem indignati Assyrii tali feminae parere, duce Arbace desciscences, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui victus, in regiam se recepit, et exstructa pyra, se atque diuitias in incendium misit. Hic, ut fertur, moriens condidit hoc epitaphium, Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.* Cic. Tusc. 5 *Quomodo igitur iucunda vita potest esse, a qua absit prudentia, absit moderatio?* Ibid. *hoc ei tribuitur Epitaphium, Haec habui, quae edi, quaeque exsaturata libido* Haufit, at illa iacent multa et praeclara relicta. Vid. Athenaeus 12, 7. Max. Tyr. Diff. 29 extr. et Clem. Strom. 1, 2 extr. In primis Strabo l. 14 p. 462. Iuuen. Sat. 10, 362

Et potiores

Herculis aerumnas credat, saeuosque labores,

Et Venere, et coenis, et plumis Sardanapali.

¶ 75 SARDANAPALICVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 2, 13 *Sardanapalicum in morem.*

SARDI, orum. m. [*Σαρδοῖς, Σαρδιανοὶ ὄνιοι*] *Qui in Sardinia nati sunt.* Aur. Vict. de Vir. Ill. 57 *Tiberius Sempronius Gracchus, altero consulatu Sardiniam domuit, tantumque captiuorum adduxit, vt longa venditione res in prouerbum veniret, Sardi venales.* Plutarchus in Rom. p. 33, E. *aliam affert causam, nimirum olim inoleuisse morem apud Romanos sollempnem, vt qui ludos ederent in Capitolio, Sardos venales pronuntiarent, prodiretque senex quispiam, per ludibrium puerile insigne habens, quam bullam vocant. Eum morem hinc ortum putat, quod Veientes Hetruscorum populi coloni Sardorum in bello cum Romulo duce ob senium imbecillo et prope deliro vsi essent.* *Vsus est hoc adagio* Cic. Fam. 7, 24 *Habes, inquit, Sardos venales, alium alio nequiores, de contentis et improbis, et patria quoque Sardis. Nam ita paullo ante hunc locum, Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorum patria sua.*

SARDINIA, ae. f. [*Σαρδῶν*] *Sardorum patria, Insula maris Mediterranei.* Sallustius, *Sardinia, in Afro mari facie humani vestigii in Occidentem quam in Orientem latior prominet.* De ea Plin. 3, 7 *ubi inter alia Timaeus Sandalio tin appellauit ab effigie soleae; Myrsilus Ichnusam, a similitudine vestigii.* Claud. de Bello Gildon. 508 *Humanae speciem plantae sinuosa figurat Insula: Sardiniam veteres dixere coloni.* *Ferax est, et inter subsidia frumentaria Romae, vt scribit Varro de R. R. 2 praef.* Conf. Plin. 3, 7. *Opi- ma Sardinia* Hor. Carm. 1, 31, 3. *Aere fuit in saluberrimo infamis.* Unde Cic. Fam. 7, 27 *Sardum quendam patria sua pestilentiorum dixit. Et in hoc Martialis Sardiniam Tiburi opponit* 4, 60 *Nulla fata loco possis excludere quum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia est. Et Claud. de Bello Gildon. extr. Hinc hominum pecudumque lues, hinc pestifer aer Saeuit, et exclusis regnant Aquilonibus Austri.* Vid. et Tacit. Ann. 2, 85.

SARDVS, a, um. Adi. Hor. de Arte Poët. v. 375 Mel fardum, i. Pessimum. De Sardis incolis, vid. supra SARDI.

SARDIVS, i. m. Pretiosus lapis, ap. Tertull. adu. Marc. 2, 10. Add. Vulg. Exod. 28, 20.

SARDŌVS, a, um. Adi. Herba Sardo. Virg. Ecl. 7, 41 Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis. Regna Sardo Ouid. Fast. 4, 289.

SARDONIVS, a, um. Idem. Solin. 4 Sinus Sardonii Claudian. B. Get. 218. Sardonius risus, [Σαρδώνιος γέλως] Prouerbiū de risu exitiali, qualem, i. conuulsiones risui similes, efficere dicitur herba Sardo. Seruius ad Virg. Eclog. 7, 41 Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis. In Sardinia nascitur quaedam herba, quae Sardo dicitur, vt Sallustius dicit, apiaſtri similis: haec comesa hominum risus dolore contrahit, et quasi ridentes interimit. Cic. Fam. 7, 25 Videris mihi vereri, ne si istum habuerimus, rideamus γέλωτα Σαρδώνιον, i. exitiabilem, morte luendum.

SARDINIENSIS, e. Aliud Adi. Nepos 24, 1, 4 Triumphus Sardinienſis, e Sardinia relatus.

SARDONICVS, a, um. Adi. Rutil. 1, 354 Nec quae Sardónico cespite massa fluit.

SARDINIA, ae. f. Piscis genus, ad condimenta et salituras utilis, apud Italos plurimus. Columel. 8, 17, 12 Tabentes haecculas, et salibus exesam chalcidem, putremque sardiniam. Videtur idem, qui SARDA.

SARDIS, is. et Pl. SARDES, ium. f. [Σάρδεις] Vrbs Lydiae magna, ad latus Tmoli montis maxime celebris, regia Croesi Lydorum regis. Hor. Epist. 1, 11, 2 Quid concinna Samos, quid Croesi regia, Sardis? Frequentius legitur Pluralis Sardes. Nepos 1, 4, 1 Atheniensium auxilio Iones Sardes expugnassent. Ouid. Met. 11, 137 Vade ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem. Intelligit Paſtolum.

SARDIANVS, a, um. Adi. Sardiani balani a Graecis dictae sunt Castaneae, quod circa Sardis primum fuerint inuentae Plin. 15, 23.

SARDO, are. Antiquum verbum. Festus Paulli, Sardare, intelligere: Nacuius, Quod bruti nec satis sardare queunt.

SARDONYX, ychis. m. et f. [σαρδόνυξ] Lapis pretiosus. Componitur ex Sarda, quae lapis fuit in Sardinia primum compertus, coloris rubei, et Onyx gemma, cui est candor subcandidus, unguis humani similitudine, quasi vtriusque colorem obtineat. Iuuen. Sat. 6, 282 In manibus densi radiant testudine tota Sardonyches. Perf. Sat. 1, 16 Et natalitia tandem cum sardonyche albus. Plin. 37, 7 f. 31 E diuerso ad haec sarda vtilissima, quae nomen cum sardonyche communicauit. Conf. Idem ibid. c. 12. Solin. 36. Iuuenal. 7, 143. Sardonycha, Accus. Vlpian. l. 6 ff. de bon. damnat. Gen. Plur. Iuuen. Sat. 13, 139 Arguit ipsorum quos litera gemmaque princeps Sardonychum, loculis quae custoditur eburnis. i. signum gemma impressum, quam ob pretium principem Sardonychum vocat.

SARDONYCHĀTVS, a, um. Adi. [σαρδονυχωτός] Sardonyche ornatus. Martial. 2, 29 Cuius et hinc lucet sardonychata manus.

SARDOVS, vid. SARDINIA.

SAREPTA, ae. f. Sidonis vrbs, unde

SAREPTĀNVS, a, um. Possess. [Σαρπητανός] Sidonius Apoll. Carm. 17, 15 Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna, Quaeque Sareptano palmite missa bibas.

SARGVS, i. m. [σάργος] Piscis genus (inquit Festus) qui in Aegypto mari fere nascitur. Lucil. in Sat. Quem praeclarus elops, quem Aegypto fargu' mouebit. Insignis fargusque notis, insignis et alis Ouid. Hal. v. 105. Plin. 9, 51. Ibid. 17 Lutarium semper comitatur fargus nomine alius piscis: et coenum fodiente eo, excitatum deuorat pabulum. Add. Apul. Apol. p. 299 Elmenb.

SARI, n. Indecl. [σάρι] Genus fruticis proueniens in aqua, radice dura intortaque, ferrariis officinis utile, de quo Plin. 13, 23 Fruticosi est generis et Sari, circa Nilum nascens duorum cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique manditur modo, radice ferrariis officinis praecipua, carbonis vsu propter duritiam.

SARISSA, ae. f. [ἀκάντιον Μακεδονικόν Gloss. Cyr.] Hastae Macedonicae genus, auctore Festo. Liu. 9, 19 Arma, clipeus, sarissaeque illis: Romano scutum maius corpori tegumentum. Idem 37, 42 Ibi simul perturbati ordines, et impeditus intercurſu suorum vsus praelongarum hastarum (sarissas Macedones vocant) intulere signa Romanae legiones. Conf. Idem 38, 7. Veget. 3, 24. Macedonia sarissa Ouid. Met. 12, 466 et 479. Lucan. 8, 298 Primi Pellaeas arcu fregere sarissas. Idem 10, 47. Add. Scal. Lect. Auson. 1, 23.

SARISSOPHORVS, i. m. Sarissam gerens, sarissa armatus. Liu. 36, 18 Macedonum robur sarissophoros appellabant. Add. Curt. 4, 15, 13.

SARMATIA, ae. f. Sarmatarum regio. Sunt autem duae Sarmatiae secundum Ptolemaeum: quarum una est in Europa; altera in Asia, ad Septentrionalem orientem utraque porrecta etc.

SARMĀTAE, arum. m. Pl. [Σαρμάται] Populi ad Istrum et Tanain collocantur ab antiquis: Graecis Sauromatae, Scythicae nationis. Plin. 4, 12. it. 6, 7. Ouidius Scythas, Sauromatas et Getas exilii sui vicinos fere indifferenter appellat. Vid. v. g. ex Ponto 1, 2, 78 sq. Describit utcumque Mela 2, 1 Sarmatae, quos ad Istrum et ipse collocat, auri et argenti, maximarum pestium, ignari, vice rerum commercia exercent: atque ob saeuia hiemis admodum assidue demerſis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant, totum braccati corpus, et, nisi qua vident, etiam ora vestiti. Sed latius paulatim extensum nomen Sarmatarum: vt hodie Poloni eo soleant vel maxime appellari. Discors Sarmata Claud. quart. Conf. Hon. 484. Frigidus Sarmata Sen. Herc. Oet. f. 2. Intonsi Sarmatae Sen. Herc. fur. f. 7. 90 Refugi Sarmatae Stat. Silu. 4, 7, 50. Vagus Sarmata Sen. Hippol. f. 1.

SARMATĪCVS, a, um. Adi. [Σαρματικός] Vt, Belli Sarmatici ieiunia Lucan. 3, 282. Braccae Sarmaticae Valer. Argon. 5, 424. Hiemes Sarmaticae Stat. Silu. 5, 1, 128. Iuga Sarmatica Ouid. Trist. 1, 7, 40. Nec mea Sarmaticum contegat ossa solum Idem ex Ponto 1, 2, 60.

SARMATĪCE, Adu. [Σαρματικῶς] Ouid. Trist. 5, 12, 59 Iam didici Graece, Sarmaticeque loqui.

SARMĀTIS, idis. f. Patronym. [Σαρματίς] Ouid. ex Ponto 1, 100, 2, 114 Terreat hic manes Sarmatis umbra meos. Tellus Sarmatis Ouid. Trist. 1, 2, 82.

SARMENTVM, i. n. [κλήμα ξηρόν Gloss. Gr. Lat. Sarmenta κλήματα ἢ Φρύγανα Gloss. Vet.] Sarmenta sunt rami arborum, praesertim vitium superuacui abscindendi, vel abscissi a sarpendo dicti, tanquam

farpimenta. Deinde nonnunquam omnem ramum, vel palmitem etiam fecundum notat. Varro de R. R. 1, 31 Iuncidum enim farmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest eicere vitem, quam minorem vocant flagellum, maiorem etiam vnde vucae nascuntur, palmam.

5 Deuecta farmenta cremare Virg. Georg. 2, 408. Cinis farmentorum Scribon. 182. 184. Ligna et farmenta circumdare, ignem subiicere coeperunt Cic. Verr. 1, 69. Codrus farmenta collo geres Iustin. 2, 6, 19. Sarmentum pro furculo vel femine vitis Colum. 4, 24, 7. 5, 5, 16 etc. Pro Palmite, Columell. 3, 16 Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cuius singulae vucae in singulis farmentis conspiciuntur: sed si per vnumquemque painpinum maior vuarum numerus dependet. Sic Idem 3, 10. Et 4, 6. Pallad. Febr. t. 9 et 10. Cels. 7, 1. Amputatio farmentorum, et Immissio, contraria Cic. de Senect. 52 c. 15. In vitibus noua Sarmenta cultura excitantur Cic. de Orat. 2, 88 c. 21. Idem de Senect. 52 c. 15

15 Vitis, quae natura caduca est, et nisi sulca sit, ad terram fertur: eadem vt se erigat clauiculis suis quasi manibus, quidquid est naeta completitur: quam serpentem multiplici lapsu et erratico, ferro amputans coërcet ars agricolarum, ne siluescat farmentis, et in omnes partes nina fundatur. Sarmenta lata Colum. 4, 24, 7. it. Arb. 17, 2. et Pallad. Febr. 12, 2 interpretatur Pontedera Epist. 59 p. 523 bina coalita, et ob id ipsum sterilia. Sarmenta mali terrae Scribon. 206. Myrrhae Solin. c. 33. Conf. Drakenb. ad Sil. 7, 31. Sarmenta, Lignosi illi ramusculi, quibus stipitem affiguntur vuarum acini. Plin. 23, 25 1 Sarmenta earum, in quibus acini fuere, adstringendi vim habent, efficaciora ex ollis.

SARMENTICIVS, a, um. Adi. [Φρυγάνιος] Quod est ex materia farmentorum. Columel. 6, 26 Verum vulnera eius sarmenticio cinere cum argenti spuma linienda sunt. Christianos Sarmenticios et Semaxios appellatos, quod ad stipitem dimidii axis reuincti, farmentorum ambitu exurerentur docet Tertull. Apol. c. 50.

30 SARMENTOSVS, a, um. Aliud Adi. [Φρυγανώδης] Quod plurimum habet farmenti. Plin. 25, 11 Psyllion alii cynoides, alii crystallion, alii ficelion, alii cynomyian appellant, radice tenui, su-peruacua, farmentosum.

35 SARMENTVS, i. m. [Σάρμεντος] Nomen scurrae apud Hor. Serm. 1, 5, 52

— Nunc mihi paucis

40 Sarmenti scurrae pugnam, Messique Cicerri, Musa velim memores.

SARNVS, i. m. [Σάρνος] Campaniae fluuius. Strabo 5. Plin. 3, 5. Mitis Sarni opes Sil. 8, 539. Pompeianus Sarnus Stat. Silu. 1, 2, 265. Hinc

45 SARONICVS, i. m. [Σαρωνικός] Portus vel Sinus adeo, in Achaia, ad Isthmum Corinthiacum. Plinius 4, 5 Sinus Saronicus olim querno nemore redinitus, vnde nomen, ita Graecia antiqua appellante quercum.

SARPEDON, ðnis. m. [Σαρπηδών] Homero Iliad. 16 Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia. Herodotus vero in Polyhymnia scribit fuisse Iouis filium ex Europa, ac Minois fratrem. Hic quum rex esset Lyciae, Troianis contra Graecos fauit, a Patroclo tandem interfectus. Sarpedon Iouis progenies Virg. Aen. 10, 471. Ingens Sarpedon Virg. Aen. 1, 100. Lycius Sarpedon Ouid. Met. 13, 256. ¶ 2 Est et Sarpedon, Ciliciae promontorium, finis aliquando regni Sarpedon-

55 nis, et quod Ciliciam a Pamphilia distinguit Mela 1, 13. SARPA, ac. f. Falcis nomen, quin ipsum Graecorum ἄσπιν, spiritu aspero in S transeunte, vt in ἔσπιν serpo, et multis aliis. Pallad. 1, 43, 2 in instrumentis ruri necessariis memorat Serrulas manubriatas minores maioresque — quibus facile est, quod per farpam fieri non potest etc. Sic Medicus Codex a Politiano tractatus pro vulg. Serram. Sarpa hodie in usu est Italarum et Gallorum.

SARPO, ère. Idem quod Putare. Festus, Sarpuntur vineae, id est putantur, vt in duodecim: quandoque sarpta, donec demta erunt. Et SARPTA vinea putata, id est pura facta. Virgulae enim relictiae impedimento vitibus solent esse, quae ideo abscinduntur: inde etiam Sarmenta scriptores dici putant, farpere enim antiqui pro purgare dicebant. Haec Festus.

SARRA, ac. f. [Σάρρα] Nomen ciuitatis, quae postea Tyrus dicta est, teste Gellio 14, 6 a qua Sarranum Ostrum est nominatum.

70 SARRANVS, a, um. Adi. [Σαρράνιος] Quod ex Sarra est. Vnde, Sarranae vestes, Tyriae dictae sunt, quae et Ostrinae et Purpureae. Virg. Georg. 2, 506 — Sarrano dormiat ostro. Sarrano clarior ostro rosa Col. 10, 287. Iuuen. Sat. 10, 38 — Aut pictae Sarrana ferentem Ex humeris aulae togae. i. Togam pictam et purpura distinctam, vt sit periphrasis Togae triumphalis. Gens Sarrana Sil. 1, 72. Numina Sarrana Sil. 8, 46. Viola Sarrana Columel. 9, 4, 4.

80 SARRACVM, i. n. [Sarraca, ἄμαξα Gloss. Vet.] Plaustri genus, quo ligna, marmora, et grandiores lapides vehi consueuerunt. Iuuen. Sat. 3, 255 — Longa coruscant, Sarraco veniente abies. Idem Sat. 5, 23 Frigida circumagunt pigri farraca Bootae. Quinctil. 8, 3, 21 An quum dicit in Pisonem Cicero, Quum tibi tota cognatio in farraco aduehatur, incidisse videtur in sordidum nomen, non eo contemptum hominis, quem destructum volebat, auxisse? Conf. Vitruu. 10, 1. 85 Capitol. in Anton. Philos. c. 13. Sidon. Ep. 4, 17. Vlpian. ad L. Aquil. Nonnulli scriptum esse potius Soracum volunt, ducentes a Gr. Σώρακος. Et Soracum habet Plaut. Perf. 3, 1, 64 Librorum eccillum habeo plenum soracum: — Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi. Necnon et Festus. Soracum est, Quo ornamenta portantur scenicorum.

SARRASTES. [Σαρράσιος] Populi Campaniae, Sarno amni vicini, a quo et nomen accepisse putantur. Virg. Aen. 7, 738 — Late iam tum ditio premebat Sarrastes populos, et quae rigat aequora Sarnus.

95 SARRIO, vel SARIO, iui, itum, ire. [σάλλω, σαλίω, σαλεύω] Sarculis fodere, purgare, quod fit, quum segetes leuiter scalpendo, et rastris a noxiis herbis purgamus. Sarrit, βοτάνιζα, Gloss. Vet. Saepo vno tantum R scribitur. Plaut. Capt. 3, 5, 5 Nam semper occant prius quam sarrunt rustici. In sarriendo iterum et tertio Varro R. R. 1, 18, 8. Idem de R. R. 1, 29 Prata purgari, salicta feri, segetes sarriri. Fabam sarruisse nimium teneram, non expedit Columel. 11, 2. Sarrire Frumenta Cato 37, 5. Sarrire Saxum Martial. 3, 93. Panicum occatur et sarritur Plin. 18, 21.

100 SARRITVS, a, um. Planta saepius sarrita et stercorata melius conualefcit Colum. 11, 3. Seges serius sarrita Idem 2, 2 extr.



**SARRITOR, vel SARITOR, ōris. m.** [σκαλευτής] Colum. 2, 13 *pr.* Tricic modii quatuor vel quinque bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, sarritoris duas primum, et unam quum iterum farriuntur. Id genus praedii per saritores occare solent Varro R. R. 1, 29. *Scribitur et pro Sarritor, Sartor apud Plaut. Capt. 3, 5, 3 Sator sartorque scelerum, et messor maxime: a Sarriendo certe deducit respondens domino suo Tyndarus, Non occatorem dicere audebas prius? Nam semper occant prius quam farriunt rustici. Sed est ille vernilis lusus. Sartor scelerum videtur potius a sarciendis et consuendis mendaciis dici.*

**SARRITORIVS, a, um.** Columel. 2, 13 Opera sarritoria. 10

**SARRITVRA, ae. f.** [σκάλισ] Columel. 11, 2, 27 Sarritura quoque frumentorum iteratur egregie, modios tres vna opera recte farrit. *Et apud Plin. 18, 27 Legitur etiam Sartura.*

**SARRITIO, vel SARTIO, ōnis. f.** [σκάλισσι:] *Idem.* Colum. 15 de R. R. 2, 12, 1 Peracta sementi, sequens cura est sarritionis. Columel. 2, 9 Frequentem tamen exigunt sarritionem. *add. ibid. 11, 2, 9. Saepe esse in MSS. Sartio, etc. obseruavi in Lex. rustico b. v.*

**SARSENA, vid. SASERNA.**

**SARSINA, ae. f.** [Σάρσινα] Plin. 3, 14 Oppidum in Umbria, 20 *ex qua Plautus ortus est.* Sil. 8, 463 — His Sarsina diues Laetis, etc. *Vid. Drakenb. ad loc. qui ostendit, quosdam hunc locum nominare Sassinam.* Martial. 9, 59 Nec tua Baianas Sarsina malit aquas.

**SARSINAS, atis. m.** *Ibi natus.* Plin. 3, 14 Sarsinas Umbra Plauti *velut cognomen a patria: ad quod ille alludere videtur* Most. 25 3, 2, 83 Nec mihi umbra vsquam est, nisi in puteo quaequam est. **TR.** Quid? Sarsinatis (*antique pro contracto Sarsinas*) ecqua est, si Umbra non habes? *quasi de Umbra muliere quaereretur, quales sunt Sarsinates.*

**SARSVRA, vid. SARCIO.**

**SARTAGO, ōnis. f.** [τήγαγον] *Vas, in quo caro frigitur.* Plin. 16, 11 Item terebinthinam in sartagine referuenti. Iuuen. Sat. 10, 64 Fiunt vrcoli, pelues, sartago, patellae. *add. Vlpian. l. 19 §. 12 ff. de auro, arg. mundo etc. Sidon. Epist. 8, 14.* ¶ 2 Sartago loquendi Perf. Sat. 1, 79 30

Hos pueris monitus patres infundere lippos

Quum videas, quaerisne vnde haec sartago loquendi,

Venerit in buccas?

*b. e. Hic linguae stridor, qualis ex sartagine, cum aliquid frigitur, sonat: vel, Hic corruptus ac deprauatus loquendi mos. Frigendo enim sartago confusum et dissonum reddit strepitum, vid. Casaubon. ad loc.* 40

**SARTOR, vid. SARTIO, et SARRIO.**

## S A S

**SAS. [σας]** Verrius putat significare Eas, teste Ennio, qui dicat libro primo, Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas: quum Suas magis videtur significare. Sicuti eiusdem libro septimo fatendum est Eam significari, quum ait, Nec quisquam saphiam, sapientia quae perhibetur, in somnis vidit prius, quam sam dicere coepit. *Festus ex emendatione Scalig. Add. SAPSA.* 50

**SASERNA, ae.** *Hostiliae gentis cognomen.* Safernae duo pater et filius scriptores rei rusticae passim laudantur a Varrone v. g. 1, 2, 22 et 28. *item a Columel. 1, 1, 4 etc. et Plin. 17, 23. quamquam ibi male Sarsena legitur.* 55

**SASON, ōnis. [Σάσον]** *Insula inter Epirum et Brundisium, ut auctor est Strabo lib. 6.* Sil. 7, 480 Adriaci fugite infaustas Sasonis arenas.

## S A T

**SAT. [σας]** *Adu. ut Satis; significat quantum opus est.* Virg. Ecl. 10, 70 Haec sat erit diuae vestrum cecinisse Poëtam. Sat bonum te facit Cic. pro Rosc. Amer. 89. Sat cito, si sat Bene Cat. ap. Hieron. ad Pammach. Epist. 26, 4. Sat Commodè Ter. Andr. 3, 1, 17. Sat Diu vixit Plaut. Capt. 4, 2, 12. Cic. Att. 15, 3 65 *fm.* Modo et libenter fuerit, et sat Diu. Ter. Andr. 1, 1, 143 Sat est, curabo. Cic. de Senect. 48 Quantum sat est. Sat est osculi Plaut. Stich. 1, 2, 34. Sat litium, apud eundem in Rud. 2, 7, 25. Cic. de Fin. 2, 62 c. 19 Testium sat est. Non mihi facti Fama sat est Virg. Aen. 9, 195. Sinum iactis et haec te liba, Priape, quot 70 annis Expectare, sat est Idem Ecl. 7, 35. Non ego tau facilis, sat erit mihi cognitus vnus Propert. 2, 29, 33. *add. Barth. ad Stat. Theb. 1 p. 78.* Sat fecit officium Ter. Eun. 4, 5, 3. *conf. Idem 4, 5, 12.* Ter. Andr. 4, 2, 22 Sat habeo. Idem Eun. 3, 2, 32 Vbi tempus tibi erit, Sat habet, si tum recipitur. Ter. Adelph. 75 3, 3, 6 Peruasit ille impurus, Sat scio ibid. 4, 1, 10.

**SATAGO, ēgi, ēre.** [παραγάζομαι, πολυπραγματώνω, διαπονήμαι] *Sat habere quod agas, Anxium esse, anxie distorqueri difficultate alicuius rei conficiendae.* ἄγωνίω Gloss. Lat. Gr. et Gr. Lat. Ter. Heaut. 2, 1, 13 Nam hic Clinia, etsi is suarum rerum fatagit. Plaut. Afin. 2, 80 4, 34 Nunc fatagit, adducit domum etiam vltro, et scribit numos. Gell. 9, 11 Consulibus de vi ac multitudine hostium fatagentibus. *b. e. Sollicitis.* Quinctil. 6, 3, 54 Afer venuste Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deicientem et imponentem, non agere dixit, sed fatagere. *b. e. Anxie 85 multa simul agere, sed ita, ut nullum pro dignitate conficiat.* Repetit 11, 3, 126. Ille fatagit, hic negligit Tertull. de Poenit. c. 7.

**SATAGENS, entis. Part.** Interea haec satagens Petron. c. 137. Caesar mittit, qui fatagentibus celeriter occurreret Hirt. B. Afric. c. 78. Saecularibus fatis agentes sumus Tertull. ad Vxor. 1, 1. *Dissoluta voce, 90 quod etiam ab aliis factum ostendit Cerda.*

**SATAGEVS, i. m. i. Satagens.** Istos fatageos ac sibi molestos describam tibi Sen. Epist. 98.

**SATAGITO, āre.** *In quo verbo trinesin adhibet* Plaut. Bacch. 4, 3, 23 Nunc agitas sat tute tuarum rerum. 95

**SATANAS, ae. m.** [σατανᾶς] *Hebraicum verbum a שטן, quod aduersari, hostemque esse significat. Quo nomine appellatus est Diabolus, quod bonorum aduersarius sit: nam διάβολος calumniantem impostoremque significabat.* Satanas princeps huius mali generis Tertull. Apol. c. 22. 100

**SATANARIA, ae. f.** *Herba, ap. Apul. de Herb. c. 94. al. Peucedanos.*

**SATARCHAE, arum. m.** [Σατάρχαι] *Populi Septentrionales, ad partem Maotin vergentes, ut scribit Pomponius Mela 2, 1. Valer. Flacc. Argon. 6, 144 Exomatae, Torinique, et flauii crine Satarchae.* 105

SATARNEI, *Gentes circa Maeotin* Plin. 6, 7.

SATAROS, *notiore nomine Patara, Vrbs Lyciae apud* Plin. 5, 27.

SATELLES, *itis. m. [δορυφόρος Gloss. Lat. Gr.] Miles mercede conductus, ut ab imperatoris latere non discedat.* Plin. 12, 14

Sed praeter hos et custodes satellitesque, et ostiarii, et ministri populantur. Liu. 2, 12 Comprehensum regii satellites retraxissent ad tribunal regis: Ouid. Fast. 5, 538 Ille deae custos, ille satelles erat.

Stipatores corporis constituit, eosdem ministros et satellites potestatis Cic. Agrar. 2 c. 13. Administri et satellites Idem pro Quint. 90.

Vides tamen tyranni satellites in imperiis Idem Att. 14, 5. Aurum per medios ire satellites amat Hor. Carm. 3, 16, 9. Rigidus satelles Idem Epist. 1, 17. Conf. Sueton. Caes. c. 49. Sen. de Tranquill. c. 3. Iustin. 2, 8, 10. 5, 8, 10 etc. C. Manlius audaciae satelles atque

administer tuae Cic. in Catil. 1, 7 c. 3. Satelles Iouis, *Aquila* Id. Tusc. 2, 24 c. 10 ex *Aeschilo*, Tristi aduolatu aduncis lacerans unguibus Iouis satelles pastu dilaniat fero. *Vbi obserua genere feminino cum respectu ad aquilam, addi, Iecore opimo farta et fatiata affatim.* Sic

de Diuinat. 1, 106 c. 47 ex Mario, Hic Iouis altisoni subito pinnata satelles — serpentis faucia morfu. Satellitem Furoris sui aliquem facere Flor. 3, 16, 4. Diligentissimus satelles Scelerum minister cupiditatum Cic. de Prou. Conf. c. 3. Id. Verr. 3, 21 Qui primus certos instituerit, nomine decumanos, re vera ministros ac satelites cupiditatum suarum. Hos omnes immanissimi Facinoris satelites habuit *Catilina* Flor. 4, 1, 3. Satellites voluptatum, virtutes Cic. de Fin. 2, 37. conf. *Iac. Gothofred. Diff. ad L. Quisquis* Cod. ad L. Iuliam maiest. c. 9.

SATELLITIVM, *i. n. [Gloss. Lat. Gr. τὸ δορυφορικὸν] Collectiuum nomen est, ipsos significans Satellites, tuendi corporis causa adhibitos, quemadmodum Seruitium accipitur pro ipsis Seruis, Sodalitium pro ipsis Sodalibus.*

Gloss. Vet. Satellitium *δορυφόρημα.*

SATELLIVS Quadratus, *ut ait Seneca Epist. 27* fuit quidam stultorum diuitum arrosor, et quod sequitur arrisor, et quod duobus his annexum est, derisor.

SATHIMNVS et SATHIMVS *leguntur apud* Macrobi. Sat. 1, 8 extr. Propter abscissionis pudendorum fabulam — Saturnum vocitarunt, *κατὰ τὴν σάθην*, quae membrum virile declarat, velut Sathimum, unde etiam Satyros veluti Sathimnos, etc.

SATIAS, SATIETAS, *vid. post SATIO.*

SATIN<sup>2</sup>, *vid. SATIS.*

SATIO, *äre. [σάτιον, χορράζω] A Sat deduci videtur; significatque, ut Saturare, explere, et dare quod satis fit. Pertinet ad omnes sensus, et frequenter ad animum quoque. Colum. 8, 9 Satiatque semodius cibi in diebus singulis vicenos et centenos turtures. Cibus, quem occupant, satiat* Curt. 3, 2, 15. *Ad animum* Cic. de Senect. 52 Satiari delectatione non possum, ut meae senectutis quietem, oblectamentumque noscatis. Illa, quae mirando non fatiamur Plin. praef. p. 5, 10 *Hard.* Legendo non posse satiari Cic. de Fin. 3, 7 c. 2. Nunquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis Cic. in Parad. 1 c. 2. Fretum non satiatur aquis Ouid. Met. 8, 836. Numerus primo agnoscitur, deinde satiat, postea cognita facilitate contemnitur Cic. in Orat. 215 c. 63. Animum non posse satiari in lacerando alicuius corpore Idem Philipp. 11, 8. Nec volo, quod cruciat: nec volo, quod satiat Martial. 1, 58. Cor satiari Ouid. Met. 9, 178. Cupiditatem satiari Plin. 34, 8. Cic. de Fin. 2, 15 Veniebat enim ad coenam, ut satiaret animo quieto desideria naturae. Iram satiari Ouid. Trist. 3, 8, 19. Lumina satiavit longo visu Stat. Silu. 4, 6, 34. Oculos satiemus amore Propert. 2, 12, 23. Ex longa fame satiari Se auro Curt. 5, 1, 6. Odium satiari, cupiditates explere Cic. in Partit. 96. Pectora sua satiari luctu alterius Ouid. Met. 6, 281. Satia Te sanguine, quem sitisti Iustin. 1, 8. Satiari et expleri quid differant ex Non. 5, 13 posuimus voce EXPLEO. ¶ 2 Satiare videtur a Plinio positum pro Abundare 5, 9 s. 10 Praeterea obseruatum est, prout in Mauritania niues imbresue satiauerint, ita Nilum increfcere. Sic omnes etiam quos Harduinus consuluit.

SATIATVS, *a, um. Partic. [κακορεσμένος] ut, Cruore hostium satiatus Tacit. Ann. 2, 21, 5. Satiato Antonio, poena finita Vell. 2, 64, 3. Longo ludo satiatus Hor. Carm. 1, 2, 37. Satiata Sanguinis hasta Sil. 4, 437. Somno satiatus Liu. 2, 65 pr. Supplicii satiati nocentium Idem 8, 20. Senex et prosperis aduersisque satiatus Tac. Hist. 3, 66, 4. Ira nondum satiata caedibus Lucan. 7, 803. Libido mentis satiata Catul. Argon. l. 62 (65) 147. Senecta vita longa satiata Sen. Herc. Fur. l. 10.*

SATIATE. Adu. Vitruu. 2, 9. *Superl. Caetera Hermippus Berytensis quinione voluminum satiatisime exhibebit Tertull. de Anima c. 46.*

SATIANS, *antis. Partic. Apul. Met. 5 p. 162.*

SATIANTER. Adu. Apul. Met. 7 p. 195 Satianter pastus.

SATIETAS, *ätis. f. [κόρος, πλεγμασινή] Fastidium ex copia aut abundantia, odium. Cic. Verr. 5, 99 Posteaquam e portu piratae non metu aliquo affecti, sed satietate exierant. Cibi satietas et fastidium, aut subanara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur Cic. de Inuent. 1, 25 c. 17. Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater Idem ibid. 1, 76. Mortalibus suarum Rerum satietas est, alienarumque auiditas Plin. 12, 17. Satietas vitae Plin. 4, 12. Satietas hominum Ter. Eun. 3, 1, 13. Satietas nostri et Desiderium, contraria Cic. Att. 2, 5. Satietas et Auiditas, contraria Plin. 12, 17. Citra satietatem, *vid. CITRA Praepositionem.* Abire in satietatem Plin. 8, 16. Affert haec res multum hominibus satietatis ac fastidii Cic. pro Muraen. 22. Ter. Eun. 3, 1, 13 Sicubi eum satietas hominum, aut negotii si quando odium Ceperat. Satietas voluptatibus non Deest Plin. 5, 1. Defatigari satietate, vel Defessum esse Cic. de Orat. 2, 177. et Fam. 2, 3. Dare satietatem Cic. de Nat. Deor. 3, 90. Explere naturam satietate viuendi Idem pro Marcell. 28. Omnium rerum satietas, vitae Facit satietatem Cic. de Senect. 76 c. 20. al. studiorum. Quinctil. 5, 14 Et odium ex quadam seruitute, et ex copia satietatem, et ex amplitudine fastidium tulerit. Cic. . . . Facillime Fugiant satietatem. Habere satietatem, *pro Afferre* Idem Att. 15, 16. Occurrit satietati varietas Idem in Orat. 174 c. 52. Parere satietatem Idem ad Herenn. 4, 7. Idem pro Muraen. 21 Ego mei satietatem magno meo labore superauit. Tenet me alicuius rei satietas Sallust. in Iugurth. 31. Trucidare ad satietatem Liu. 24, 38. Vincere satietatem Cic. de Orat. 3, . . . Vitare satietatem Idem ad Herenn. . . .*

SATIES, *ei. f. [πλήσμιον] Idem. Laudatur Nec finis satietate Sil. 4, 110. Sed Satias Drakenb. Heinso auctore ex MSS. Sati-*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

*tie*

tie necari Plin. 8, 51 f. 77. *Sed locus non satis sanus videtur.* Proveniet tamen his faties potusque cibique Iuenc. 1, 638. *add.* Idem 3, 216.

SATIAS, ātis. f. [*πλησμονή*] *Pro Satietas aliquando ponitur, vid. Non. 2, 791.* Ter. Eun. 5, 6, 3 Vbi fatias coepit fieri, commuto locum. Idem Hec. 4, 2, 13 Satiā me iam tenet studiorum istorum. Lucret. 5, 40 Nil, vt opinor, ita ad fatiatem, etc. Fessus fatiate videndi Lucret. 2, 1037. Sallust. apud Non. 2, 791 Frumentique ex inopia graui fatias Facta. Satiā eum cepit amoris in vxore Liu. 30, 3. *add.* Tacit. Ann. 3, 30, 7. Solin. c. 25. Sen. Thyest. v. 974. Cibi fatias Lucret. 5, 1390. *conf.* Drakenb. ad Sil. 4, 110. Macrobi. Saturnal. 7, 12 Cur qui auidius vorant, (eos) facilius fatias capit, quam qui eadem quietius ederint.

SATICVLVS, i. m. *Populus Campaniae moribus asper, de quo Virg. Aen. 7, 729 — Amnisque vadosi Accola Vulturini: pariterque Saticulus asper.*

SATIO, ōnis, vid. SERO, seui.

SATIS. Adu. [*ἄλλως, ἰκανῶς, ἄδδην, ἀγαπητῶς, ἀποχρώντως*] *Idem quod Sat, de quo f. l. nempe quantum opus est.* Plaut. Men. 5, 5, 49 Accerse homines, qui illum ad me deferant. s. quot sunt satis? 20 Non ego sum satis ad tantae praeconia laudis Tibull. 4, 1, 117. Satis sunt mihi pauci, satis est vnus, satis est nullus Democritus ap. Sen. Epist. 7. Cic. Verr. 3, 172 c. 74 Sed ab iis, quos repudias, exigit tantum pecuniae, quantum ad eum numerum frumenti satis sit, quem ciuitati imperas. Mihi autem ad vincendum satis est, fuisse pro-

curatorem, qui cum experiri posset, quales is, etc. Cic. pro Quint. 68. Quod ad ea colligenda satis sit Scribon. 169. Quod ad ea excipienda satis sit Id. 167. Satis Audacter Plaut. Amph. 3, 1, 208. Satis Bene Plaut. Poen. 1, 2, 73. Satis Certe, vel certo scio Ter. Adelph. 2, 3, 3. Idem Heaut. 1, 1, 19 Haec non voluptati esse, satis Certo scio. Conuenit satis Scribon. 105. Ter. Eun. 5, 9, 21 Gaudeo.

c. Satis Credo, nihil est Thaide tua dignius, quod ametur. Prodest satis Scribon. 246. Satis anxia viuas, Mouerit e votis pars quotacunque deos Tibull. 1, 7, 35. *vid. h. l. Brouckb.* Satis Cum periculo Ter. Andr. 1, 1, 104. Satis iam Delusum censeo: nunc rem, vt est

eloquamur Plaut. Afin. 3, 3, 141. Satis Diu hoc iam saxum voluo Ter. Eun. 5, 9, 55. Hor. Epist. 1, 2, 46 Quod satis Est cui contingit, nihil amplius optet. Ter. Eun. 4, 7, 39 Hic furti se alligat.

CH. satis hoc tibi Est. Cic. de Amicit. Satis Erat respondere magnas, ingentes inquit. Quod satis Est sapio mihi Perf. Sat. 3, 78. 40 Responſa non dabantur Fida satis Virg. Aen. 2, 375. Satis Fortis

homo, et satis plane frugi Cic. Verr. 3, 67. Satis habeo Plaut. Capt. 2, 3, 86. Ter. Adelph. 3, 2, 15 Satis mihi id Habeam supplicii, dum illos vlciscar modo. Sallust. in Iugurth. Satis Habebatis animam retinere. *Conf.* Nep. 15, 8, 4. et 20, 2, 4. Imbrem

fatis Largum caelo demittere Virg. Georg. 1, 23. Cic. Off. 1, 25 Vt nuper M. Crassus negabat vllam fatis magnam pecuniam esse ei, qui in Repub. princeps vellet esse. Ter. Eun. 3, 4, 9 Quid illud mali est? nequeo fatis Mirari. Cic. Fam. 11, 10 Satis me Multa scrip-

ſisse, quae literis commendari possint, arbitror. Idem Acad. 4, 50 147 Et quoniam fatis Multa dixi, est mihi perorandum. Nec fatis, extremas Coriti penetrauit ad vrbes Virg. Aen. 9, 10. Non est fatis:

nisi praesens confirmassem; ne id quidem fatis est Cic. Verr. 3, ... Id. de Nat. Deor. 1, 73 c. 26 Sed quum agellus eum Non fatis aleret, vt opinor, ludimagister fuit. *de patre Epicuri.* Non fatis est id, cur alia percipi posse di-

cas, alia non posse Cic. Acad. 4, 44. Non est fatis aestimare parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. Plin. 7 praefat. b. e. Non fatis aestimari possit. Cic. Acad. 4, ... Me quoque iocansne, an

ita sentiens (Non enim fatis intelligebam) coepit hortari, vt sententia desisterem. Et Ne fatis habeas semel circuire Cato R. R. 1. Non- dum fatis pernoſti qualis sim Ter. Adelph. 3, 2, 23. Satis Pro-

ſpicere oculis, Satis cernere, Satis videre Plaut. Amph. 5, 1, 7. Ter. Adel. 3, 3, 85 Estne hic Hegio tribulis noster? si fatis cerno, is hercle est. Vtrum ego desipio, et Plus quam fatis est doleo Cic. Verr. 5,

123 c. 46. Satis Praeceptum Plaut. Poen. 3, 2, 17. Satis Recte mones Plaut. Perf. 4, 4, 53. Satis Saepe iam et virtutem militum et fortunam tentatam Sallust. in Iugurth. Satis ne Sani es-

ſent, qui tam proterue sibi illuderent? Curt. 4, 1, 23. Ter. Heaut. 3, 1, 30 Non possum; Satis iam, Satis pater durus fui. Liu. 1 pr. Nec fatis Scio, nec si sciam dicere ausim. Cic. Verr. 2, 128 Satis

putabat se ad comitia Tempori venturum, si pridie venisset. b. e. Satis tempestiue. Quum hominem nomino, fatis mihi Videor dicere Cic. pro Quint. 40. ¶ 2 Obseruatt. Quare de hoc fatis

(intell. dictum sit) Cic. Att. 6, 9. *add.* Nep. 7, 11, 6. Satis, cum Genitiuo: Ter. Andr. 1, 1, 111 Nec fatis ad obiurgandum causae. Satis exemplorum alienae clades praebent Liu. 32, 21. Satis histori-

arum est? Plaut. Bacch. 1, 2, 50. Orationis fatis est, vid. ORATIO in ORO. Satis est mihi tuae Salutis, nihil moror Plaut. Trucul. 2, 2, 4. Satis Temporis ad dicendum Cic. Verr. 2, 1.

Satis iam Verborum est Plaut. Capt. 1, 2, 16. Ter. Phorm. 2, 2, 89. Cum Accus. Amor amara dat tibi fatis Plaut. Trin. 2, 1, 27. Si fatis consilium quadam de re haberem Cic. Att. 12, 50. Absti-

nentiae erit hoc fatis testimonium Nep. 15, 4, 6. *add.* Idem 23, 5, 4. Lucret. 1, 241. Fortunamque dies habuit fatis Ouid. Met. 3, 149. *conf.* Burm. h. l. Satis superque [*ἐξαρκάντως, κέρτα*] Virg. Aen. 2, 642 — Satis vna superque Vidimus excidia. Cic. de Nat.

Deor. 2, 2 c. 1 Nam contra Epicurum fatis superque dictum est. Hor. Epod. 1, 31 Satis superque me benignitas tua Ditauit. Dedi fatis superque poenarum Idem Epod. 17, 19. Satis abundeque coërceri

mensorem visum est, si etc. Vlpian. in l. 1 §. Haec actio ff. Si men- for falsum modum dixerit. Papinianus, Tutores qui post §. ff. de Administratione Tutorum, Quum fatis abundeque sit, vel in vna specie per amici laborem domino consuli. ¶ 3 Satin' per Syncopen, pro

Satisne. Ter. Eun. 5, 2, 12 Satin' id tibi placet? c. non. Id. Andr. 4, 5, 10 Satin' sanus es, qui me id rogites? *add.* Plaut. Amph. 2, 2 pr. Satin' saluae? 95 Modus loquendi, ubi quid turbati erat aut alioquin suspiciosi, vid. SAL-

VE. Aduerb. ¶ 4 Satis interdum diminuendi vim habet. Sic gradus deorsum numerantur in illo Caton. apud Cic. Off. 2, 89 c. 25 Bene pascere, Satis bene pascere, Male pascere. Locum totum damus in PASCO. Id. Cato de R. R. 137 In loco bono parte octaua corbi diuidat, fatis bono

septima, tertio loco sexta. Idem Att. 1, 19 Videor mihi nostrum illum consularem exercitum bonorum omnium, et fatis bonorum, habere firmissimum. Rursum tres gradus enumerat Cic. de Orat. 3 c. 22 Quare si me vultis esse oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique, non repugnabo.

105

- SATIS ACCĪPIO**, ēpi, eptum, ēre. [*ἰκανῶς λαμβάνω, συγγράφομαι, κατεγγυῶ.* Quod quidam separatim malunt scribere: (in anti-  
quissimis quidem libris discerni non potest, cum uno omnia tenore, una  
5 continuatione scribantur indiscretis vocibus) Satis accipere igitur dictum  
est eodem modo, quo Satisfacere. Nam quia id, quo quis con-  
tensus erat, ei praestabatur, Satisfieri dictum est: ita quia tales, quibus  
contentus quis futurus esset, sic dabantur, ut verbis obligarentur, Sa-  
tisaccipi dictum est. Haec Pomponius in l. stipulationum aliae ff.  
de verbor. obligat. Cic. pro Rosc. Com. 40 Qua de causa Fla-  
10 vius, quum de tota lite faceret pactionem, neque satisacciperet a Ro-  
scio, neque iudicio abfolueretur a Fannio. Idem pro Quint. 44  
c. 13 Si veretur, ut res iudicio facto parata sit, iudicatum solui satisac-  
cipiat. Cato R.R. c. 2 Quae satisaccipienda sient satisaccipiantur.  
Satis acceptum, per translationem pro Certum, compertum, et firmum,  
15 veluti datis fideiussoribus et sponsoribus. Satis enim accipit, cui praedes  
et sponsores dantur. Plaut. Mostell. 1, 3, 67 Si tibi sat acceptum  
est, fore victum tibi sempiternum, etc. i. si usque quaque certum et  
firmum. Et ibid. v. 90 Si acceptum sat habes, tibi fore illum ami-  
cum sempiternum. Et in Stich. 4, 1, 4 Satis abs te accipiam, nisi  
20 vicem mihi te amicum esse Antipho.
- SATISACCEPTIO**, ōnis. f. [*ἰκανοληψία*] Satisacceptioem  
appellat Pomponius in l. Stipulationum aliae. de Verb. obligat. Stipu-  
lationem, quae ita obligat promissorem, ut expromissores quoque ab  
eo accipiantur: in est, qui idem promittunt.
- SATISAGENS**, vid. SATAGENS.
- SATISDO**, dēdi, datum, are. [*ἰκανὸν δίδοναι*] Significat apud  
IGtos fideiussore dato securum reddere eum, qui aliquid a nobis petit, vulgo  
cauere vel cautionem sistere dicunt. Caius ff. Qui satisdare cog.  
1. 1 Satisdatio eodem modo appellata est, quo Satisfactio. Nam ut  
30 Satisfacere dicimur ei, cuius desiderium implemus: ita Satisdare di-  
cimur aduersario nostro, quum pro eo, quod a nobis petit, ita cauemus,  
ut eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus. Cic.  
Att. 5, 1 De satisdando te rogo quoad eris Romae, tu ut fatisdes. Id.  
pro Quint. 30 c. 7 Iudicatum solui satisdare. Idem Verr. 2, 60  
35 Amici, si quis quid peteret iudicio, secum agi passuros, iudicatum  
solui satisdaturus esse dicebant. Cic. pro Quint. 85 c. 28 Si  
vellet pecuniam petere, P. Quintium iudicatum solui satisdaturum. Et  
29 c. 7 Iste postulat, ut procurator iudicatum solui satisdaret. Cic.  
Verr. 1, 146 Qui redemerit, fatisdet damni infecti scilicet Nomine.  
40 Conf. Plin. 36, 2 l. 2.
- SATISDATIO**, ōnis. f. [*ἰκανοδοσία*] Cic. Att. 5, 1 De satis-  
dando vero te rogo, quoad eris Romae tu ut fatisdes: et sunt aliquot  
satisdationes secundum mancipium, in his Memmianorum praediorum  
vel Atilianorum. Capitalis satisdatio, Cum aliquid in nos recipi-  
45 mus cum obstrictione capitis. Plin. 36, 5 Nec minor quaestio est  
in Septis, Olympum et Pana Chironemque cum Achille qui fecerint,  
praefertim quum capitali satisdatione fama iudicet dignos. Hoc au-  
tem et ipse Plinius 34, 7 apertius declarat Aetas nostra vidit in Capitolio,  
50 Iunonis, canem ex aere, vulnus suum lambentem: cuius eximium  
miraculum et indiscreta veri similitudo, non eo solum intelligitur,  
quod ibi dicata fuerat, verum et noua satisdatione: nam summa nulla  
par videbatur: capite tutelarios cauere pro ea, instituti publici fuit.  
Satisdationem implere non potuit Papinian. in l. 2 ff. de custod. reor.  
55 Vlpian. in l. si fideiussor. §. si necessaria ff. qui fatisd. cog. Si neces-  
saria satisdatio fuerit, et non facile possit reus ibi praestare, ubi con-  
uenitur: potest audiri, si in alia eiusdem prouinciae ciuitate satisda-  
tionem praestare paratus sit. Si autem satisdatio voluntaria est, non  
in alium locum remittitur.
- SATISDĀTVM**, i. n. [*ἰκανοδοθέν*] Cic. Att. 16, 15 Sed et illi  
turpe arbitror, eo nomine, quod satisdato debeat, procuratores eius  
non dissoluere. Pomponius in l. Et magis ff. de solut. Potius enim  
eo nomine exsoluisse videor, quod satisdato, quam quod sine satisda-  
tione debeo. Satisdato promittere Papinian. in l. 2 in princip. ff.  
65 de custod. reor. Vlpian. duob. loc. in l. §. Sed et si quis §. Quaesitum est ff.  
Si quis caution. Satis exigere, vel non exigere; ea forma dicitur, qua  
Satisdare vel non dare Vlpian. in l. Iulian. §. Si tibi ff. ad exhibendum.  
Paulus in l. Lucius Titius §. Cum in testamento ff. de administrat. tu-  
torum, A quo magistratus satis exegerunt rem saluam fore.
- SATISDĀTOR**, ōris. m. [*ἰκανοδοτής* Gloss. Gr. Lat.] Sidon.  
70 Epist. 4, 24 Curatori necdum satisdator est inuentus.
- SATISFĀCIO**, ēci, actum, ēre. [*ἰκανῶς ποίεω*] Tantum facere  
quantum satis sit irato ad vindictam, inquit Aconius ad Cic. Verr. 1,  
79 c. 31 Nisi publice satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici, etc.  
75 Sed generale verbum est, et quemcumque modum significat expediendi debiti,  
amoliendae culpae, s. excusando et deprecando, sive defendendo, referen-  
dae gratiae e. i. g. a. Plaut. Amph. 3, 2, 8 Quin ego illum aut de-  
feram, aut satisfaciat mihi. Cic. Att. 7, 23 Cui nos valde satis-  
facere multi ad me scripserunt. Vide, quomodo satisfiat ei, cui  
80 scis me satisfieri velle Cic. Fam. 14, 6. Satisfacere quibus debe-  
mus Idem Att. 11, 13. Aliter de seruo satisfit, aliter de libero vin-  
dicta sumitur Vlpian. l. 9 ff. si ex noxali causa agatur. Satis-  
facere pro Dissoluere aes alienum Caes. Bell. Civil. 3, 60 Quam  
maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac satisfacere, et frau-  
85 data restituere vellent. Cic. Qu. Fratr. 1, 3 Sentio quid sceleris  
admiserim, quum de visceribus tuis et filii tui satisfactorus sis, qui-  
bus debes, ego acceptam ex aerario pecuniam tuo nomine frustra dissi-  
parim. Cael. ad Cic. Fam. 8, 12 Ut si mihi in pecunia minus sa-  
tisfecisset, per hanc speciem simultatis eum confectarer. De re  
90 aliqua plene et statim satisfacere dicitur orator, cum dicit quae expectat  
auditor Quinctil. 4, 5, 18. Iam pro iis (vinis venditis) satisfecit  
Sticho? Plaut. Afin. 2, 4, 31. Cic. Philipp. 2, 49 c. 20 pr. Ac-  
ceperam enim iam ante Caesaris literas, ut mihi satisfieri paterer a te,  
i. Ut acciperem tuam excusationem et purgationem. Saepe deprecari  
95 est: Catonem quidam in balneo percussit imprudens: — postea  
satisfacienti Cato: non memini, inquit, percussum me Sen. de Ira  
2, 32. Val. Catullum, a quo sibi versiculis de Mamurra perpetua  
stigmata imposita non dissimulauerat satisfacientem eodem die adhibuit  
coenae Sueton. Caes. c. 73. Consularem satisfacientem sibi, et per  
100 genua orare conantem ita suffugit, ut caderet supinus Id. lib. c. 27.  
Conf. Turneb. Adu. 18, 25. Pet. Nam. Misc. 2, 7. Herald. Digress.  
2, 4. Satisfacere cumulate alicui Cic. Qu. Fratr. 2, 4. Idem in  
Topicis. Caes. Bell. Gall. 5, 1 Seseque paratos esse demonstrant,  
omnibus rationibus de iniuriis satisfacere. § 2 Datiui,  
105 quibus iungitur hoc verbum: Amicitiae satisfacere Cic. Fam. 10, 1.  
Causae

Causae et officio suo satisfacere Cic. Diuin. in Caec. Verr. 40 c. 14. Id. Fam. 14, 7 Cui quidem tu Deo, quemadmodum soles, pie et caste satisfacias: id est Apollini et Aesculapio. Idem de Legib. 1, 5 Nec enim satis fieri censent huic Loco, qui nunc est in manibus, nisi hoc ipsum naturae ius esse disputarint, i. huic parti disputationis. Cic. Verr. 3, 133 Commoneri te oportuit vocare Apronium, nec illum ante tibi satisfacere, quam tu omnium Existimationi satisfecisses. Id. Fam. 13, 17 Nunc autem incensus studio rerum tuarum, eas literis Graecis mandare cupiebat: posse arbitror. valet ingenio: habet usum: iam pridem in eo genere studii, literarumque versatur: satisfacere Immortalitati Laudum tuarum mirabiliter cupit, i. Laudes tuas ita scribere, ut immortales esse per illum possint. Cic. Att. 6, 1 Noli enim putare, me quidquam maluisse, quam ut Mandatis tuis satisfacerem, nec vlla de re plus laborasse. *Vetustum exemplar*, Ut mandatis facerem. Cic. pro Cluent. 29 c. 10 Qui et Naturae et Legibus satisfecit: quem leges exilio, natura morte multauit. Id. Qu. Fratr. 2, 2 In ea re nos et Officio erga Lentulum mirifice, et Voluntati Pompeii praeclare satisfecimus. Opinioni omnium ut satisfiat Idem pro Rabir. Post. 45. Promisso nostro ac recepto satisfactum est Cic. Verr. 5, 138. Idem Verr. 1, 70 Sed aliqua ex parte violatus sit, nisi publice satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici atque inferri solere. Cic. pro Rabir. Post. 45 Sed ut omnium vel Suspicioni, vel Malevolentiae, vel Crudelitati satisfiat, occultat pecuniam Postumus, latent regiae diuitiae. Vitae satisfacere Cic. Fam. 10, 1. Voluntati voluntate satisfacere Sen. de Benef. 2, 35. Sine casu, Histriones in dissimillimis personis satisfaciunt, *intell. spectantibus, cum placent et probantur* Cic. in Orat. 109.

SATISFIO, eri. Praeter dicta Quid. de Rem. Amor. 698 Qui filet, est firinus, qui dicit multa puella Probra, satisfieri postulat ille sibi. Quanquam a te quidem cumulate satisfis et mihi et omnibus Cic. Fam. 13, 35. Satisfacitur, pro Satisfit Varr. apud Priscian. 8 p. 789. SATISFACTIO, onis. f. [*πληροφωρία, πληροφόρημα*] Purgatio, excusatio. Cic. Fam. 7, 13 Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Idem Att. 4, 6 Et simul ne βαδύτης mea, quae in agendo apparuit, in scribendo sit occultior, et aliquid satisfactio leuitatis habere videatur. In accipienda satisfactione Facillimus Vell. 2, 29, 4. Satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere Sallust. Cat. c. 5. Conf. Curt. Excurs. 5. Fraudem parat, non satisfactionem Petron. c. 107. Luitur, homicidium certo armatorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem vniuersa domus Tac. Germ. 21, 2. Conf. Arnob. 4 p. 152. Tertull. de Patient. c. 10. Sen. Suas. 6, 40. Vlpian. D. 46 t. 3 l. 53. Isidor. 6, 19.

SATISFACTIONALIS, e. Calliodor. Hist. Tripl. 1. 9. SATISHABEO, ere. Satisfabere aliquid, est illo contentum esse. Satisfaberem huius quoque promissionis praeiudicium Tertull. adu. Marc. 3, 24. Tam ingratus es, ut voluptates a Deo contributas tibi satis non habeas Idem de Spectac. c. 29. Sed saepius diuise usurpatur Conf. Curt. 4, 9, 20. Nep. 15, 4, 5.

SATIOR, us. oris. Melior. Plin. 17, 5 Erit igitur haec optima, et operi satior. De terra tenera. Sed Hard. et operi et satis, i. segetibus. SATIUS. Adu. [*κρείττον*] Compar. a Satis, et significat Melius, quasi ultra id, quod opus est. Ducere, Putare satius Nep. 4, 5, 1. 16, 1, 3. 18, 6, 5. Ter. Haut. 3, 1, 66 Et tibi perdere talentum hoc pacto satius est, quam illo minam. Virg. Ecl. 2, 15 Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras, Atque superba pati fastidia? Cic. Att. 7, 1 Video cum altero vinci satius esse, quam cum altero vincere. Iuuenal. 7, 13 Hoc satius, quam si dicas sub iudice, Vidi, Quod non vidisti. Non igitur satius esset, dicit aliquis, ab initio, praesertim quum scribas, ad optimum et electissimum verbum deuenire? Est quum non est satius, si etc. Auctor ad Herenn. 4, 37. Multo satius est Lucret. 5, 1126. Nimio satius, vid. NIMIS.

SATOR, SATIUS, vid. SERO, seui. SATRAPES, vel SATRAPA, ae. m. [*σατραπείης* Gloss. Gr. Lat.] Dicitio Persica, quae apud nos Praefectum significat. Ter. Haut. 3, 1, 43 Satrapes si fiet amator, nunquam sufferre eius sumtus queat. Mardonius satrapes regius natione Medus, regis gener Nep. 4, 1, 2. vid. Gell. 10, 18. Plin. 6, 26. Freinsb. Ind. Curt. et quem laudat Briffon. de Persar. Princip. n. 168 sqq.

SATRAPS, apis. m. Idem. Donec miratus cessare incendia satraps Alcim. Auit. 6, 589. Sidon. Carm. 2, 78 Quisque sedet, sub rege satraps. Non est praetereundum factum Pharnabazi satraps regii Nepos 6, 4, 1 Sed de hoc Genitiuo, qui vel a Satraps, vel a Satrapes deduci potest, vid. Voss. de Anal. 2, 3.

SATRAPIA, ae. f. [*σατραπεία*] Regio, et Praefectura. Plin. 6, 20 Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, sed adiciunt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropamisadas. Dicitur et Satrapia, vid. Varia lectio Curt. 5, 1, 44 Mazeum transfugam satrapea Babyloniae donat Idem 6, 2, 11.

SATRICVM, i. n. Clara Latii ciuitas apud Plin. 3, 5. SATRACVS, i. m. Quidam a Silio memoratus, quem filius suus interfecit Sil. 9, 68. 77. 104. III.

SATRVS, vid. SVRVVS n. 2.

SATVILLO, et SATVILLVS, vid. SATVR. SATVR, ūra, ūrum. Adi. [*κορεθεῖς, ἐμπλεως*] Cibo plenus, qui satis edit. Ter. Hec. 5, 2, 2 Sed quum tu satura atque ebria eris, puer ut satur sit, facito. Ire quo saturi solent Plaut. Curc. 2, 3, 83. Cic. de Diuin. 1, 77 Praeclara vero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geritur. Altiliom satur Hor. Epist. 1, 7, 35. h. e. Saturatus altilibus. Satur anseris Extis Perf. Sat. 6, 71. Rerum satur omnium Ter. Adel. 5, 1, 3. Fricando satur Plaut. Poen. 1, 2, 21. Capellae saturae Virg. Ecl. 10, 77. Coniua satur Hor. Serm. 1, 1, 119. Cor saturum laudatur ex Catull. ad Iuuentium 48, 4. Et edebatur Nec vnquam saturum inde cor futurum est (de bastiatione agitur) Sed Voss. ex MSS. Nec vnquam inde ero satur futurus: quod transpositum al. legitur, Nec vnquam satur inde ero futurus. Martial. 2, 90 Sit mihi verna satur; sit non doctissima coniux; Sit nox cum somno; sit sine lite dies. Cic. in Orat. 123 c. 36 pr. Eloquens nec satura ieiune dicet, nec grandia minute, nec item contra: sed erit rebus ipsis par et aequalis oratio. Res saturae, quae magna dicendi copia explicari possunt, cum respectu ad ieiune. Perf. Sat. 1, 71 Nec rus saturum laudare. Metonymice, quod saturos facit. Virg. Georg. 2, 197 Saltus et saturi petito longinqua Tarenti. Vbi Seruius: Saturi, aut Fecundi: aut Quod iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim et Saturum vicinae sunt Calabriae ciuitates. Praefepia satura Virg. Georg. 3, 214. 105-

Messes Seuer. in Actna v. 12. Coloni saturo Tibul. 2, 1, 23. *conf.*  
 Catull. 21, 9. Satur color, *Plenus, vehemens, diluto oppositus.*  
 Plin. 37, 10 Ion apud Indos violacea est, sed raro saturo colore lucet.  
 Gestus Manil. 5, 480. *i. varius, de pantomimis, vid. Scalig. p. 408. qui*  
 5 *παντομίμων ὑπόκρισιν intelligit. Sed Bentl. (cui est 479) ex MS. Ex-*  
 ternis tamen aptus erit nunc voce Poëtis, Nunc tacito gestu. Vel-  
 lera fucata saturo colore Virg. Georg. 4, 335. Saturior  
 lactis agnus Columel. 7, 4. Senec. Qu. Nat. 1, 5. *ad fin.* Pur-  
 puram Tyriam, quo melior saturiorque est, eo oportet altius tollas,  
 10 vt fulgorem suum ostendat. ¶ 2. De Satur lance, lege  
 per saturam, saturo carmine, *mox dicitur separatim.*  
 SATVLLVS, a, um. Dimin. Varr. de R. R. 2, 2, 15 Vt agni  
 fatulli fiant lacte. *Sic Victor. Ante eum Saturi.*  
 SATVLE. Adu. Apponere fatulle Apul. Met. 7 p. 114 Colu.  
 15 *i. copiose. Elmenb. Emendat. p. 192 probat scitule.*  
 SATVLO, ãre. pro Saturare, *vid. post SATVRO.*  
 SATVRA et SATVRVM ad Adiectiuum Satur, quod modo tracta-  
 uimus, referri possunt et debent: commodius tamen separatim hic tra-  
 ctantur. Satur igitur Lanx memoranda primum est, a qua veteres qui-  
 20 dam Satyram s. Satiram deriuabant. Vet. Schol. Cruqu. Horat. ad  
 Serm. 1 pr. Satur (scribitur fere Satyra) dicitur lancis genus, tractum  
 a choro Liberi patris, qui est dator vini et lætitiæ. Ab ea autem  
 lance, quæ plena diuersis frugibus in templum Cereris inferebatur,  
 nomen accepisse Satyram, plerique dicunt. Diomed. 3 p. 483 Lanx  
 25 Satyra (*sic est, ibi pro fatura*) referta variis multisque pri-  
 mitiis in sacro apud priscos Diis inferebatur — cuius generis  
 lancium meminit Virg. Georg. (2, 194) Lancibus et pandis  
 fumantia reddimus exta. Et (*ibid. 394*) — Lancesque  
 et liba feremus. *Nimirum ut hinc intelligimus, mos erat,*  
 30 *quando Cereri, Baccho, aut aliis Diis agri annua vota soluerent, pro læto*  
*frugum fructuumque prouentu, ut primitias rerum collectarum in lancem*  
*congestas, cuique Deo pro ratione eius cultus, afferrent. Hæc cum*  
*lances refertæ essent variarum rerum copia, saturæ appellabantur. Et*  
*hinc aliarum quoque rerum mixturas, vocasse Saturas videntur. Sic ap.*  
 35 *Diomed. l. c. Saturæ Farciminis genus multis rebus refertum, laudat*  
 Varronis Plautin Quæst. 2 Saturæ est, vna passæ et polenta, et nuclei  
 pinæi ex mulso conspersi: ad hæc, *inquit*, addunt alii de malo Pu-  
 nico grana. Festus, Saturæ et cibi genus, ex variis rebus con-  
 ditum est, et lex multis aliis legibus conferta. Diomedes l. c. et  
 40 *ipse Legem Satyram (saturam credo voluit) vocat, quæ vno rogatu*  
*multa simul comprehendat. Sic hi Grammatici, et Isid. 4, 16 it.*  
*Vet. Gloss. Saturæ, νόμος πολλὰ περιέχων. Sed legis nomen additum*  
*nondum, puto, prolatum est ex antiquo auctore. Lucilius apud Dio-*  
 45 *med. l. c. Per Saturam ædilem factum, qui legibus soluat: i. per*  
*turbam, confusis suffragiis. De loco Sallustii, quem etiam citat, sta-*  
*tim. Festus, addit his, quæ posuimus, Itaque in sanctione legum ad-*  
*scribitur, neque per saturam abrogato aut derogato, id est, interprete*  
*Cuiacio Obs. 14, 7 extr. ne commissis rebus pluribus, ne confuse, sed spe-*  
 50 *cialiter, explicate, diserte. Huc spectasse videtur Lex Didia et Cæ-*  
*cilia apud Cic. pro Domo 53 c. 20 Ne populo necesse sit in coniunctis*  
*rebus compluribus aut id quod nolit accipere, aut id quod velit repu-*  
*diare. Pergit, Festus, T. Annius Luscus in ea, quam dixit aduer-*  
*sus Tiberium Gracchum, Imperium quod plebes per saturam dederat,*  
 55 *id abrogatum est, etc. Sallustius Iugurth. 29, 3 Rex — reliqua*  
*cum Bestia et Scauro secreta transigit: dein postero die, quasi per sa-*  
*turam exquisitis (a Consule sui consilii) sententiis in deditionem acci-*  
*pitur. Per saturam est perturbate, confuse, ut non audirentur or-*  
 60 *dine, qui forte monere aliquid vellent. Imitatus videtur Ammian.*  
 Marc. 16, 6 Cum res in inquisitionem veniret, et — obiectorum  
 probatio speraretur, tanquam per saturam subito suffragantibus cubi-  
 65 culariis — vinculis sunt solutæ personæ, etc. Eumen. Paneg.  
 8, 11 pr. Separate igitur vtraque dicam: neque enim quasi per satu-  
 ram confundenda sunt tanta beneficia. Lactant. 1, 21, 13 Pescen-  
 nius Festus in libris historiarum per saturam refert, Carthaginieres  
 Saturno humanas hostias solitos immolare, etc. Libri historiarum  
 70 per saturam sunt *πανίλης ἰσοπίας, ubi memorabilia quaedam, sine ordine,*  
*ut ab Aeliano factum, referuntur. Charif. Gramm. 3 p. 175 med.*  
 Cum aduerbium Stoici *πανόθεν* vocent. Nam omnia in se capit  
 quasi collata per saturam (Satyram scribitur) concessa sibi rerum varia  
 potestate. *Hæc formula, ex antiquitate reuocata, usus etiam bis est*  
 75 *Imperator Iustinian. in Constit. Omnem Reip. f. Prooem de Rat.*  
*disc. Iur. §. 1 Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur non secun-*  
*dum edicti perpetui ordinationem; sed passim et quasi per saturam*  
*collectum, vtile cum inutilibus mixtum. Et Const. f. l. vii. Cod.*  
 de Lat. lib. toll. f. Cum dediticii liberti iam sublati sunt, ea propter  
 80 imperfecta Latinorum libertas incertis vestigiis titubat, et quasi indu-  
 cta per saturam adhuc remanet, *i. permixta aliis, non satis distincta.*  
 Secundum hæc Saturæ Latinum fuerit, significetque varium quiddam et  
 copiose permixtum, farrarigem quandam. *Sed etiam hæc significatio-*  
 85 *nem a Graecis deriuat Dan. Heinsius de Satyra Horat. 1 p. 11 cum apud*  
*Hesychium sit σατύραι σάφαι ἑορτῶν παρὰ λακων. Sed Hagenoënsis*  
*editio habet σατύραι. Viderit, et forte iam vidit Cl. Editor Hesychii,*  
 Albertus. ¶ 2 Nos unum hic addimus, pro Adiectiuo acce-  
 90 *pisse hoc nomen, in quo versamur, veterem Scholiasten Horatii, quem*  
 Acronis nomine dedit Fabricius ad Ser. 1, 1 pr. Certe ibi legas, Satyrum  
 carinen a primo omnium auctore Lucilio repertum est. *Et sub Por-*  
 95 *phyriionis nomine Quamuis satyrum esse opus hoc confiteatur etc. Sa-*  
*turum voluisse videtur ille Acro certe, quatenus a saturando et saturis,*  
*i. ebriis hominibus, ipsum Satyrae nomen deriuat. vid. SATYRA.*  
 ¶ 3 Saturæ, Palus vna Pomtinarum. Virg. Aen. 7, 801  
 — Quæis Iupiter Anxurus aruis  
 Praefidet, et viridi gaudens Feronia luco,  
 Qua Saturæ facit alta palus, gelidusque per imas  
 Quaerit iter valles atque in mare conditur Vfens.

5 *conf. Sil. 8, 382.*

SATVRIQ, ònis. m. [*διακορῆς*] Idem quod Satur. Plaut.  
 Perf. 1, 3, 23 Nam esurio venio, non aduenio saturio. *Ludit in ety-*  
 mologia nominis sui, quod est Saturio.

SATVRITAS, ãtis. f. [*πλησμονῆ*] Status et conditio saturi.  
 00 Plaut. Capt. 4, 2, 85 Proin tu deum hunc saturitate tranquillum facias  
 tibi. *Parasiti vox, qui se Iouem dixerat modo. Idem ibid. 4, 2,*  
 97 Ita me amabit sancta Saturitas, itaque suo me semper condecoret  
 cognomine. *i. velut Deam facit. Coloris, qui saturatus dicitur, attribu-*  
 tum est. Plin. 9, 39 Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate frau-

5 *data. Cic. de Senect. 56 c. 16 Neque solum officio, quod homi-*  
 num

num generi vniuerso, cultura agrorum est salutaris, sed etiam delectatione quam dixi, et saturitate (*abundantia, quae saturare homines possit*) copiaque rerum omnium, quae ad victum hominum, et cultura etiam deorum pertinent. Saturitas, pro *Excrementis ventris*. Plin. 10, 33 *de hirundinibus* Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adultioresque circumagi docent, et foris saturitatem emittere.

**SATVRO**, Ære. [*ἔλαιον, κορέω, χορτάζω*] *Explere. Ad omnes sensus pertinet, proprie tamen ad gustum.* Cic. Philipp. 2, 59 c. 24 *Verfatus in bello est, saturauit se sanguine dissimillimorum sui ciuium.* Virg. Ecl. 10, 30 *Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellae.* Nuper nati mammas appetunt, earumque vbertate saturantur Cic. de Nat. Deor. 2, 118. *Famem epulis saturare* Claud. de Phoenice 13. Cic. pro Domo 44 *Expleui animos inuidorum, placui odia improborum, saturauit etiam perfidiam scelus proditorum.* Idem pro Flacc. 95 *Maclare victimam gratiorem, quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in vos omnes Odium saturaueritis?* *conf.* Idem in Vatin. c. 3. Saturnus appellatus quod se saturat annis, *Stoica etymologia apud* Cic. de Nat. Deor. 2, 64. *Sola fimo pingui* Virg. Georg. 1, 80. *Stercore saturare noualia* Columel. 2, 9, 15. *Saturare ieiunia terrae* Idem 10, 82. *Prata lactamine* Pallad. Febr. 1 *Saturari multo stercore* 20 *amat beta* Idem ibid. 24, 10. *add.* Vitruu. 10, 11. Catull. 69, 82. *Pallad. 1, 35, 11 Mures rusticos, si querno cinere aditus eorum saturis, tactu frequenti scabies occupabit, et perimet, i. oppleas.* *Haemorrhoides dicuntur saturari* Scribon. 227. *i. illini.*

**SATVRATVS**, a, um. [*διακόπος, χορτασθῆς*] *Partic. Me-* 25 *taphor.* Virg. Aen. 5, 608 *Multa mouens, necdum antiquum saturata dolorem.* Cic. Verr. 3, 100 *Vt aliquando ex eorum agris, atque vrbibus expleti atque saturati, cum hoc cumulo quaestus decederent. Caede armenti saturati leones* Ouid. Met. 10, 541. *Homines saturati honoribus* Cic. pro Planc. 20 c. 8. *Mens saturata bonarum* 30 *cogitationum epulis* Idem de Diuin. 1, 61 c. 29. *Nondum Lumina sunt gnati cara saturata figura* Catul. Argon. f. 63, 220. *Saturatae vestes murice, i. Tinctae* Martial. 8, 48. *Compar. ut Saturator color* Plin. 21, 8.

**SATVLLO**, Ære. [*χορτάζω*] *Idem quod Saturare.* Varro apud 35 *Non. 2, 786 Neque in puluere mythico (Merc. mitico) coquam carnes, quibus satullem corpora, et famem ventris.*

**SATVRATIM**. Adu. *ad saturitatem.* κατακόρος Gloss. Gr. Lat.

**SATVRANTER**. Adu. *Idem.* Compar. Fulgent. Mytholog. 3

*Haec saturantius Apuleius enarravit.* 40

**SATVRATIO**, ònis. f. *χορτασία τροφῆς* Gloss. Vet. Lat. Gr.

**SATVRABILIS**, e. *χορτάσιμος* Gloss. Vet. Lat. Gr.

**SATVREIA**, ae. f. [*θύμβρα* Gloss. Lat. Gr.] *Herba fragrantis*

*odoris, quae et Cunila quibusdam dicitur, et Origanum Heracleoticum:* 45 *Scribon. 124. Colum. 10, 233 Et satuireia thymi referens thymbraeque saporem.* Plin. 19, 8 *Thymbraem vero quae sit cunila.* Haec

*apud nos habet vocabulum et aliud, satuireia dicta in condimentario genere. Seritur mense Februario, origano aemula.* *conf.* Cels. 2, 21

*et 31. Columel. 9, 4. 11, 3. 12, 7. Pallad. 1 t. 37. et Febr. t. 24.*

*et Mart. t. 9. Apic. 1, 3. 3, 13. 6, 6.* 50

**SATVREIVM**, i. n. *Idem.* Ouid. de Arte Am. 2, 415 *Sunt*

*qui praecipunt herbas, satuireia, nocentes Sumere, ad Venerem robo-*

*randam.* Martial. 3, 74 *Improba nec profunt iam satuireia tibi.*

**SATVREIVM**, i. n. *Vrbs in Apulia. Scribitur et Sa-*

*turum. Hinc* 55

**SATVREIANVS**, a, um. *ut, Caballus Satuireianus* Hor.

*Serm. 1, 6, 59.*

**SATVRCHBI**, Populi sunt circa Maeotim apud Plin. 6, 7.

**SATVRNVS**, i. m. [*Κρόνος*] *Caeli filius.* Cicero de Nat.

*Deor. 2, 63 c. 24 Vetus haec opinio Graeciam oppleuit, scilicet exse-* 60 *ctum Caelum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum a filio Ioue.*

*Physica ratio non inelegans inclusa est in impiis fabulas. Caelestem enim altissimam aethereamque naturam, id est igneam, quae*

*per sese omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte coporis, quae con-*

*iunctione alterius egeret ad procreandum. Saturnum autem eum esse* 65 *voluerunt, qui cursum et conuersionem spatiorum, ac temporum contineret, qui deus Graece id ipsum nomen habet: Κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est spatium temporis. Saturnus autem est appellatus, quod satiretur annis.* Ex se enim natos

*comesse fingitur solitus, quia consumit aetas temporum spatia, annis-* 70 *que praeteritis insaturabiliter expletur. Vinctus est autem a Ioue, ne immoderatos cursus haberet, atque ut eum fiderum vinculis alligaret.* Haecenus Cicero ex persona Stoici, *vid. omnino de rebus et cultu Sa-*

*turmi dedita opera disputantem* Macrobian. Saturn. 1, 7 et 8. *Alii satis*

*nugaciter interpretantur Saturnum Cronon, veluti a satietate intellectus, eo* 75 *quod Graece satietas νόσος; intellectus vero siue mens vrs dicitur, ut sit nomen compositum Saturnus ex prima parte Latina, et posteriore Graeca, ipsa Satietas mentis.* Festus voce Saturnia: *Faunus in Saliaribus Sa-*

*turnus appellatur, videlicet a sationibus. Quidam apud Macrobian. Sat.*

*1, 8 extr. a verbo quod Graeci dicunt σάθην nomen Saturni ducunt, quo* 80 *virilia significantur, quod patris pudenda abscidisse, atque in mare proie-*

*cisse dicitur: unde Venerem procreatam ferunt, quae a spuma, unde*

*coaluit, Aphrodites nomen accepit, vid. SATHIMVS. Rarissime Sa-*

*turnus in monumentis veterum apparet. Alias pingebatur ut homo*

*senex, canus, barba proluxa, curuus, tristis et pallidus, tecto capite, co-* 85 *lore glauco, qui vna manu, sed dextra, falcem tenebat, et in eadem*

*serpentis portabat imaginem, qui caudam propriam dentibus commor-*

*debat. Altera vero filium paruulum ad os applicabat, et eum de-*

*vorare videbatur. Qui iuxta se habebat filios, Iouem, Neptunum,*

*Platonem, et Iunonem: quorum virilia abscissa proieciabat, de qui-*

*bus Venus pulcherrima puella nascebatur. Haec Albricus de Deor.*

*Imag. c. 1. Vltima commentum nouum videntur cum falce adunca. Virg.*

*Aen. 7, 179 Vitifator, curuam feruens sub imagine falcem Saturnusque*

*senex. Dies Saturni infaustus habebatur rebus agendis, quod ex Iu-*

*daica disciplina deriuatum videtur. Tibull. 1, 3, 17 Aut ego sum* 95 *causatus aues, aut omina dira, Saturni aut sacrum me tenuisse diem.*

*Dens curuus Saturni, i. Falx* Virg. Georg. 2, 406. *Saturnus*

*regnis a Ioue pulsus erat* Ouid. Fast. 3, 796. *Aureus Saturnus*

*Virg. Georg. 2, 538. Quia sub Saturno fuit aetas aurea. Grauis*

*Saturnus* Perf. Sat. 5, 50. *Impius Saturnus* Hor. Carm. 2, 17, 22-100

*Senex Saturnus* Virg. Aen. 7, 180. *Saturni stella, Phaenon*

*Graece, XXX fere annis cursum suum conficit* Cic. de Nat. Deor.

*2, 53. Sidus graue Saturni* Propert. 4, 1, 84. *Stella Saturni*

*frigida* Virg. Georg. 1, 336. *Stella quae Saturnia nominatur* Cic. de

*Sonn. Scip. 9, \** 105

SATVRNIVS. Adi. [Σαῦρνίος, Κρόνιος] ut, Arua Saturnia Virg. Aen. 1, 573. Coniux Saturnia Sil. 10, 338. Iuno Saturnia Virg. Aen. 3, 380. Etiam simpliciter Ouid. Tr. 1, 2, 7 Oderat Aenean propior Saturnia Turno. Metrum Saturnium in honorem Dei Naeuius inuenit, addita vna Syllaba ad Ianibicum versum, sic Summas opes qui regum regias refregit Diomed. 3 p. 512. Seru. Cent. p. 1825 ponit exemplum Isis pererrat orbem crinibus profusis. Et Terentianus p. 2439

Et Naeuius Poëtae Sic ferunt Metellos

Cum saepe laederentur, Esse comminatos

\* Dabunt malum Metelli Naeuius Poëtae.

vid. mox Versus Saturnius. Mons Saturnius, Tarpeius et Capitolinus, Romae notissimus. Pes, alio nomine Palimbachius, item Latius, apud Diomed. 3 p. 476 pr. Regna Saturnia

Virg. Ecl. 4, 6. Tellus Saturnia frugum parens Idem Georg. 2, 173. Versus Saturnii quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnii appellantur, quibus et a Naeuius bellum Punicum scriptum est, et a multis aliis plura composita sunt. Festus, voce SATVRNO. Vide quae modo de metro Saturnio diximus,

et add. Atil. Fortunatian. p. 2679 sq. Nostri antiqui vsu sunt eo non obseruata lege, nec vno genere custodito inter se versus: sed praeterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios breuiores, alios longiores inferuerunt, vt vix inuenerim apud Naeuium, quos pro exemplo ponerem — Apud nostros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant, victoriaeque suae titulum Saturniis versibus prosequiebantur, talia reperi exempla ex Regili tabula, Duello magno dirimendo, regibus subigendis — in Acilii Glabrionis tabula, Fundit, fugat, prostrernit maximas legiones, etc. ¶ 2 Saturnia, Nomen regionis, et oppidi. Varro de L. L. 4, 6 p. 13 de monte Capitolino

eodemque Tarpeio cum dixisset, pergit, Hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, et ab eo late Saturniam terram, vt etiam Ennius appellat. Antiquum oppidum in hoc fuisse Saturniam scribitur. Eius vestigia etiam nunc manent tria: quod Saturni sanum in faucibus; quod Saturnia porta, quam Iunius scribit, quam nunc

35 vocant Pandanam; quod post aedem Saturni in aedificiorum legibus parietes postici muri sunt scripti, i. in formulis venditionum earum aedium, quae sunt post aedem Saturni, fit mentio muri s. moenium antiquae urbis, ad quae parietes illi postici respicerent. Audiamus etiam Festum, Virg. Aen. 8, 358 Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen. Saturnia, Italia: et Mons, qui nunc est Capitolinus, Saturnius appellabatur, quod in tutela Saturni esse existimatur. Saturnii quoque dicebantur, Qui castrum in imo cliuo Capitolino incolebant, vbi ara dicata ei deo ante bellum Troianum videtur, quia apud eam supplicant apertis capitibus. Nam Italici auctore Aenea

45 velant capita, quod is, cum rem diuinam faceret in litore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Vlyssæ cognitus interrumpere sacrificium caput adoperuit, atque ita conspectum hostis euitauit. Haec Festus. Aur. Victor. de Or. G. R. 4 Faunus — solet futura praecinere versibus, quos Saturnios dicimus, quod genus metri, in vaticinatione, 50 Saturniae primum proditum est. Sed urbem Saturnus, cum in Italiam venisset, condidisse traditur.

SATVRNALIA, ium, et ñrum. (Vtramque terminationem Genitiui auctoribus idoneis probat Macrob. Saturn. 1, 4. vt tamen Saturnaliorum dicat vsitatus) n. Pl. [Κρόνια] Sacra antiquissima apud 55 Romanos Decembri mense per summam hilaritatem celebrari solita: de quorum origine et ritibus classicus locus est Macrob. Saturn. 1, 7 sqq. it. Stat. Silu. 1, 6. et ex recentioribus Lipsius Saturnal. 1, 2 sqq. Breuiter Saturnalia per dies ab vno ad septem diuerso tempore celebrata memoriam referebant illius temporis, quo Saturnus in regni societatem a Iano receptus 60 felicem et quasi auream aetatem Italiae populis praestitit. Igitur vacabant a labore omni, conuiuia agitabant, dona missabant, seruos vt aequales tractabant, etc. Tu in scholam reuocas, ego adhuc Saturnalia extendo Plin. Epist. 6, 7. Sueton. in August. c. 75 Saturnalibus, et si quando alias libuisset, modo munera diuidebat, vestem et

65 aurum et argentum: modo numos omnis notae. conf. Idem Vesp. c. 19. Cic. Att. 5, 20 Saturnalibus mane, etc. vid. Hor. Serm. 2, 3, 5. add. Cic. Catil. 3 c. 4. Cato R. R. c. 57. Sen. Epist. 18. Sueton. Claud. c. 5. Solin. c. 3. Tertull. de Idolol. c. 10. Cic.

Att. 13, 52 Sed quum secundis Saturnalibus (i. die secundo Saturnaliorum) ad Philippum vesperi venisset, villa ita completa militibus est, etc. Paulo post, Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad horam nec quenquam admisit. Hilara Saturnalia Cic. Att. 5, 20. Ex his vnus cum vidisset capita conferentes et fortunas suas deplorantes caudicos, accedit et ait: dicebam vobis, non semper saturnalia erunt

75 Senec. de Morte Claud. Feminarum Saturnalia alia erant, Kal. Mart. vid. Torrent. ad Hor. Od. 3, 8. Barth. ad Stat. Silu. p. 153.

SATVRNALITIVS. Adi. [Κρόνιος] Quod ad Saturnalia pertinet. Martial. 5, 20 Saturnalitia ligulam misisse selibrae Ibid. 21. — potiusque videtur Saturnalitia perdere Varro nuce. add. Idem 80 7, 90. vid. Gell. 18, 2. Spartian. in Hadr. c. 7.

SATVRNIGENA, ae. m. Nomen Iouis a Saturno geniti. Aufon. Eidyll. 15, 22 Testatur Saturnigenam nec nomine cessat Incusare Iouem. conf. Sidon. Carm. 9, 132.

SATVRNINVS, Cognomen Romanum. v. g. Volusius, Urbis 85 praefectus, a Plinio II, 38. commemoratur quotannis sanguinem per os misisse, tamen nonagesimum excesserit annum. L. Apuleius Saturninus, Tribunus plebis seditiosus, qui cum perniciosis legibus rempublicam perturbaret, sumtis ex Senatusconsulto armis, in Capitolio occisus est a Scaeva quodam Q. Crotonis seruo, cui idcirco libertas praemii loco data 90 est. Fuerunt multis post annis, qui a Caio Rabirio occisum dicerent, quo nomine ille a T. Labieno in iudicium vocatus, et perduellionis reus factus, a Cicerone defensus est pulcherrima illa oratione, quae pro Caio Rabirio Postumo perduellionis reo, inscribitur, vid. Flor. 3, 16. et Aur. Vict. c. 73. ¶ 2 Saturnini etiam fuerunt Populi in

95 Etruria Plin. 3, 5. a quibus forte id cognomen ortum. SATVRO, vid. SATVR. SATVS, vid. SERO, seu. SATYRA, SATIRA, SATVRA, ae. f. Tot enim modis scribitur, est genus carminis, Romanis proprium, cuius diuersos quasi gradus distinguere et genera conuenit duce Liuio 7, 2 quem totum locum interpositis interpretamentis quibusdam hic proponere placet. Loquitur de initiis ludorum scenicorum, et A. V. C. CCCXLI. Sine carmine vlllo (verbis, quae canerentur) sine imitandorum carminum actu (s. gestu) ludiones ex Etruria acciti ad tibicinis modos saltantes, haud in-

100 decoros motus more Tusco dabant. Imitati deinde eos iuuenes, simul



simul inconditis (non exactis ad metrum et legem poeticam) inter se iocularia fundentes versibus (breuibus dictis, utcumque modulatis) coepere: nec absoni a voce motus erant. Accepta itaque res, saepiusque vsurpando excitata. Vernaculis (Romanis, Latinis certe) artificibus, quia hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum: qui non, sicut ante, Fescennino versu similem, incompositum (inconditum modo dixit) temere ac rudem alternis iaciebant, (quae fuerat prima infantia Satirae) sed impletas iam modis saturas (ita hic optimi libri, sed nec desunt, qui satiras vel satyras habent) descripto iam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. Haec igitur saturae, cantilenae, versus sunt ioculares, decantati ludis scenicis cum cantu tibiarum et motibus actorum.

Liuius (Andronicus Graecus homo, Liuii Salinatoris libertus) post aliquot annos (A. V. DXIII) qui ab saturis (moda descriptis discedens et reuocans populum) ausus est primus argumento fabulam serere (i. more Graecorum fabulam comicam vel tragicam argumento constantem et velut historia, contexere)

Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto ioco (quem habuit satira) res auocabatur, et ludus in artem paullatim verterat; iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo (saturarum) ridicula intexta versibus iacitare coepit, quae inde exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt. Narrat eadem Val. Max. 2, 4, 4 unde haec modo ponimus, Paullatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrepsit: a quibus omnium primus Poeta Liuius ad fabularum argumenta spectantium animos transfudit.

Hoc primum genus eorum carminum, quibus Satirae nomen datum est.

¶ 2 Alterum genus est Satirae, quod describemus verbis Diomedis 3 p. 483 pr. Olim carmen, quod ex variis poematibus constabat, Satyra (sic Putsch.) vocabatur, quae scripserunt Pacuuius et Ennius. Ac de Pacuuii satiris nihil superesse Casaubono facile credimus l. c. 2, 2. De Ennianis supersunt pluscula, unde Diomedis dicta firmari possunt, collecta etiam ab Hier. Columna: unde etiam apparet, toto genere hanc Satiram a superiore illa diuersam esse. Huc pertinet Quinctil. 9, 2, 36 Sed formas quoque fingimus saepe, ut Famam Virgilius — vt Martem ac Vitam, quas contententes in Satyra tradit Ennius.

¶ 3 Tertium et celeberrimum genus, quod reliqua fere obscurauit, est Luciliana illa Satira, et velut nar. ἐξοχὴν hoc nomen merita. Quinctil. 10, 1, 93 Satira quidem tota nostra (Romanorum) est, in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius. — Eruditio in eo mira, et libertas, atque inde acerbitas, et abunde salis. Multo est tersior, ac purus magis Horatius, et ad notandos hominum mores praecipuus. Multum et verae gloriae, quamuis vno libro, Persius meruit. Sunt clari hodieque, et qui olim nominabantur. Iuuenalem videtur signare. Certe Horatii, Persii et Iuuenalis Satiras legem et canonem huius generis carminum habemus.

¶ 4 Peculiare genus constituit Satira Varroniana, quam Menippeam etiam vocamus. Quinctil. 10, 1, 95 Alterum illud est et prius (non aetate, puto, quod tamen placet Casaubono l. c. 2, 2 p. 196, sed praestantia.) satirae genus, quod non sola carminum varietate (sed etiam prosa oratione) mixtum, condidit Terentius Varro etc. Ex fragmentis Satirarum Varronis apparet, verum illum de se praedicare apud Ciceronem Acad. 1, 8 c. 2 extr. Et tamen in illis veteribus nostris, quae Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus, multa admista ex intima philosophia, multa dicta dialectice etc. Macrobius Sat. 1, 11 de Seruis philosophis, Ex quibus ille Menippus fuit, cuius libros M. Varro in Satyris aemulatus est; quas alii Cynicas, ipse appellat Menippeas. Ex hoc genere sunt Senecae ludus in mortem Claudii, ex hoc Petronii quae supersunt; Martianus Capella Satiram vocat opus suum de nuptiis Philologiae et Mercurii ac de artibus liberalibus, vid. H. Grot. in pr. notar. In hoc genere est Boethii opus de consolatione Philosophiae.

¶ 5 Iam de ratione appellationis magna olim fuisse sententiarum diuortia: quas complexus est Diomedes 3 p. 483 pr. Satyra dicta s. a Satyris, quod similiter in hoc carmine ridiculae res pudendaeque dicuntur, quae velut a Satyris proferuntur et fiunt: siue a Saturā (sic leg. pro Satyra) lance, — siue a quodam genere farciminis — Alii a lege satira — etc. Reliqua enim dedimus in SATYRA. Videtur illa a Satyris, lasciuia vel animalibus vel DIs, deriuatio pluribus placuisse, quod Vocalis Graeca fere ubique mediam syllabam occupat: ipsi vero Poetae Satyrici, qui exstant, nusquam, puto opus suum Satyris adscribunt, vel ad eos alludunt: quae enim sunt in arte poetica Hor. 221 sqq. ea ad Satyricam Graecorum Poësin pertinent, de qua mox s. l. Caeterum Ios. Scaliger, (cuius pater Poët. 1, 12 ipsam lancem Satyram a Satyris, qui eam gestarent, deriuabat) ad Manil. p. 408 literam Graecam in Saturā damnat (quam a Satira differre ait, vt maximum a maximo) et Saturam dicit esse omnigeni argumenti poësin. Is Casaubonus summis ingenii et doctri-nae viribus Satirae nomen et rem Romanis vindicat, et Satyricam poësin Graecis, quod ipse titulus operis indicat, de Satyrica Graecorum poësi, et Romanorum Satira libri duo. Fauet huic sententiae illud Iuuenalis 1, 85 Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli. Farrago miscellum quiddam est, non minus quam lanx illa satira. Dan. Heinsius contra ea de Satyra Horatiana libris duobus inter alia de affinitate eius cum Graecorum Satyris disputauit, et ab eorum ludis dictum esse poema illud ludicrum diuersi generis, persuadere studuit: quam Nicolaus illius filius tuetur Epist. 355 sq. et persuadet Graeuio. Nec tamen videtur effecisse, vt non Scaligeri et Casauboni sententia magnam certe veri similitudinem habeat.

¶ 6 Superest vt exempla quaedam ponamus. An Satiras vocarit sua poemata Horatius, non est dubium propter Serm. 2, 1, 1 Sunt quibus in Satira videor nimis acer etc. Sed titulum non hunc posuit, si fides Veteribus libris et Vet. Scholiastae: verum duobus libris Sermorum vt formam ita nomen dedit, duobus aliis Epistolarum. Iuuenalis 1, 22 Cum tener vxorem ducat spado, deinde longa series similium rerum, et v. 30 Difficile est satiram non scribere. Et 4, 106 Improbior satiram scribente cinaedo. Et 6, 634 Fingimus haec, altum Satira fumente cothurnum. Stat. Silu. 1, 3, 103 Liuentem fatiram nigrae rubigine turbae.

SATYRICVS, vel SATIRICVS, i. m. Qui satiras scribit. Sidon. 4, 1 Si quid satiricus figuratum condidit. Materia Satirica Sidon. 8, 11. Add. Lactant. 2, 4. Add. Isidor. 8, 7.

¶ 2 Satyricus a Satyris, vid. p. p.

SATYROGRAPHVS, i. m. Vt, Satyrographum te aut excrantarum aut reformidant Sidon. Ep. 1 vlt. Add. 4, 8.

SATYRICE. Adu. [σατυρικῶς] Acriter, cum conuitio.

SATYRI. [Σατύροι] Monstra quaedam poetica, quibus archetypum nullum, sui quidem generis et perpetuum, in rerum natura respondet. Fabulae enim merae sunt Plin. 7, 2 Satyri Subsolanis Indorum monti-

100

105

bus, perniciosissimum animal, tum quadrupedes tum recte currentes humana effigie, propter velocitatem nisi senes aut aegri non capiuntur: aut sunt ex simiarum genere, ut Plin. 8, 54. illique Solin. 34 qui de hominibus nihil aliud praeferunt quam figuram; et quos c. 30 extr. memorat, Inter simias habentur — quas vocant Satyros, facie admodum grata, gesticulatis motibus inquietae. Vid. AEGIPAN. Ex hoc genere forte fuit, de quo Plutarchus in Sulla memorat, captum, et ad Sullam adductum. At de quo Hieronymus in vita Pauli Eremitae, quem S. Antonio collocutum ait, forte illusio fuit ieiuni hominis: is denique, quem sub rege Constantino captum dicit l. c. Hieronymus, potest monstrum fuisse. Certe Casaub. de Poësi Satyrica 1, 2 negat, Satyros esse alios, nisi in carminibus Poëtarum, quos faciunt Semideos quosdam, siluestres, ruricolos, capripedes, auribus et corniculis caprorum, caetera homines astutos, celerrimos, irrisores, libidinosos, nympharum amatores, quorum dux quidam Pan, cognoti Fauni, Siluani, etc. Multa de iis Casaubon. l. c. Ouid. Met. 1, 192 Iupiter hominibus iratus, et eluuium immiffurus, ait

Sunt mihi semidei, sunt rustica numina, Nymphae,  
Faunisque, Satyrique, et Monticolae Siluani,  
Quos quoniam caeli nondum dignamur honore,  
Quos dedimus, certe terras habitare sinamus.

Cic. de Nat. D. 3, 43 c. 17. Nymphae, Panisci et Satyri iunguntur. Hor. Carm. 2, 19, 3 Aures Capripedum Satyrorum acutas. i. attentas docenti Baccho. Iuuentus Satyrorum in Venerem prona Ouid. Fast. 1, 397. Agrestes Satyri Hor. in Arte Poët. 221. Diccaces ibid. 225. Lasciuus Satyrus Sil. 3, 103. Leues Satyri Ouid. de Arte Am. 1, 542. Proterui Satyri Hor. in Arte Poët. 233. Saltantes Satyros imitari Virg. Ecl. 5, 73. De signo vel imagine, Cic. Verr. 4, 135 c. 60 Satyrus, qui apud Tarentinos in aede Vestae est.

SATYRISCVS, i. m. Dimin. Cic. de Diuin. 1, 39 c. 20 Dionysii mater somniauit, se peperisse Satyriscum.

SATYRICVS, a, um. [σατυρικὸς] A Satyris ductum denominatiuum. Ut Fabula Satyrica apud Graecos, in qua Tragici Poëtae non reges aut heroes, sed Satyros induxerunt, ludendi causa iocandique simul, ut spectator inter res Tragicas seriasque Satyrorum quoque iocis et lusibus delectaretur, ut et Horatius sentit his versibus (A. P. 220)

Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum,  
Mox etiam agrestes Satyros nudauit, et asper  
Incolumi grauitate iocum tentauit eo, quod  
Illecebris erat et grata nouitate morandus  
Spectator etc.

Hucusque Horatii versus posuit, cuius et superiora sunt, Diomedes 3 p. 488. De hac Satyrica Graecorum poësi est liber Is. Casauboni, cui adiunxit Euripidis Cyclopem, fabulam ex hoc genere unicum, quae superfit, ex interpretatione Flor. Christiani. Ad hoc genus fabularum pertinet Satyrica scena apud Vitruu. 5, 8 a Comica et Tragica differt, ornaturque

arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agrestibus rebus, ut regalibus Tragica, et Comica priuatorum aedificiorum specie. Et 7, 5 Scenarum frontes Tragico more aut comico, seu Satyrico designarent. Satyricum signum, Satyri vel adeo Priapi effigies, quae in hortis constitui solet ad fascinationes hortorum arcendas, Graece σατυρικὸν ἄγαλμα. Plin. 19, 4 f. 19, 1 Quam rem comitata est et religio quaedam, hortoque et foco tantum contra inuidentes effascinationes dicari videmus in remedio Satyrica signa, quamquam hortos Veneris tutelae Plauto assignante. Vid. Harduin. in loc. et not. m. 9.

SATYRIDES, ium. f. Insulae, in quibus inhabitant Satyri, apud Graecos. Dicebat Euphemus apud Pausaniam Attic. 1, 23 cum in Italiam nauigaret, se vi ventorum et tempestate abreptum, a recto cursu longe admodum aberrasse, atque in mare peregrinum, et inauditum, in quo denique nauigari non solet, delatum esse. In eo mari insulas esse multas desertas atque incultas, in quibus habitarent tamen homines feri, et agrestes, et ruffi: quibus caudae, non multo caudis equinis minores, ad coxas usque propenderent: insulas autem illas appellari Satyridas. Vid. Ptolem. 7, 2.

SATYRIASIS, is. vel SATYRIASMVS, i. m. [σατυριασις, σατυριασμός, σατυρισμός] Satyriasis est vehemens Veneris appetentia, vocatur autem ab herbae virtute, quam satyrium vocant: hanc enim accipientes in Venerem prouocantur cum tentigine genitalium partium Cael. Aurel. 3, 18. Add. Theod. Priscian. 2, 11. Quae apud Graecos disputantur, huc non pertinent. Vid. v. g. Foëssii Oeconomia Hippocratis.

SATYRION, i. n. [σατύριον] Herba. Plin. 26, 10 Concitatricem vim habet satyrium. Duo eius genera: vna longioribus foliis quam oleae, caule quatuor digitorum, flore purpureo, radice gemina, ad formam hominis testium, alternis annis intumescente ac residente. Altera satyrium, orchis cognominatur, et femina esse creditur: distinguitur internodiis, et ramosiore frutice, radice fascinis vtili. Nascitur fere iuxta mare. Rura, inquit Ruellius 3, 65 vocant testiculum sacerdotis. Satyrium bibisse, ad libidinem esse incitatum et inflammatum, e vi illius herbae. Petronius 8 Vbiq; omnes mihi videbantur satyrium bibisse. Conf. Apul. de Herb. c. 15. Petron. c. 20 et 21.

SATYRVS, i. m. Insignis architectus, quem memorat Plin. 36, 9 A Satyro (inquit) architecto aliqui deuectum tradunt rate.

## S A V

SAVCIO, ãre. [τραυματίζω, κατατραυματίζω] Vulnere. Plaut. Bacch. 1, 1, 30 Animum fodicant, bona dissimulant facta, et famam fauciant. Idem Rud. 3, 4, 53 Quid causae est, quin virgis te vsque ad saturitatem fauciem? Cic. Verr. 1, 67 c. 26 Serui nonnulli vulnerantur, ipse Rubrius in turba fauciatur. Idem de Fato 36 Ex his igitur necesse est inuito Epicuro, alterum verum esse, alterum falsum: ut fauciabitur Philocteta, omnibus ante saeculis verum fuit: non fauciabitur, falsum. Cic. in Vatin. 13 Omniaque mea tela sic in te coniciuntur, ut nemo per tuum latus (quod soles dicere) faucietur. Columel. 4, 24 Si neque is reperiatur, faucianda ferro est, atque exulceranda vitis in ea parte, qua pampinum studemus elicere. Vites fauciare Columel. 4, 4. Genas fauciat vngue Ouid. de Arte Am. 3, 708.

SAUCIATVS, a, um. Partic. [τραυματίας] Columel. 11, 1 Siue quis (quod plerumque accidit) fauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta. Id temporis, quo de die epulatis iam Vinoque fauciatis

ciatis principium somni esset Liu. 25, 23. *al.* Iam vini fatias, principiumque. *et sic Gronou. ac Drakenb.*

SAUCIATIO, ōnis. f. [τρωχός] Cic. pro Caecin. 41 c. 15 Et fauciatio quaeretur, quum fugam factam esse constabit?

SAUCIETAS, atis. f. Cael. Aurel. Tard. 2, 13, 179 Cum neque grauedo — aut singultus, vel quaequam sanitati impedita faucietas aegrum sequi videbitur.

SAUCIVS, a, um. Adi. [τρωχός, τραυματικός] Quod nascitur a Participio Sauciatu: quomodo Laffius, a Laffatus, et Lacerus vel Lacer, a Laceratus. Verbo Saucius est Vulneratus, vel propria significatione vel translata. Virg. Aen. 2, 223 Quales mugitus, fugit quum saucius aras Taurus. Cic. pro Caecin. 40 Nemo inquit, occisus est, neque saucius. Regina graui iamdudum faucia Cura, Vulcanus alit venis Virg. Aen. 4 pr. Saucia vena mero Martial. 4, 66, 12. Leuiter faucius, vid. LEVIS. Vulnere graui faucius 15.

Virg. Aen. 12, 5. Pectus faucia Bellona Tibull. 1, 6, 49. Saucius facuo amore Cic. pro Cael. 18 c. 8. Saucius, de Labore etiam dicitur. Apuleius Met. 2 p. 121 Mihi vero fatigationis hesternae etiam nunc faucio da veniam. Psyche animi faucia Apul. Met. 4 p. 157. Cic. Att. 1, 17 Subesse nescio quid opinionis incommodae, fauciumque eius animum, et infedisse quasdam odiosas suspiciones. Brachia direpta faucia fecit acu Ouid. Amor. 1, 14, 18. Gladiator confectus et saucius Cic. in Catil. 2, 24 c. 11. Mens faucia amore Lucret. 4, 1041. Nubila diuiduis clarescunt faucia fulcis Claud. Conf. Prob. 102. Terra faucia vomeribus Ouid. Met. 1, 102, 25.

Trabs securi faucia Ouid. Met. 10, 372. Saucius pro Ebrio: Saucia Terpsichore Martial. 4, 66. Mulieres fauciae Petron. c. 62. Conf. Iustin. 24, 8. Apul. Met. 7 p. 193.

SAUFEIVS, gentis Rom. nomen, e qua v. g. ille, qui cum a balneo reuersus multum bibisset, ouumque sorberet, morte repentina perisse Plin. 7, 53 commemoratur. Licet me Saufeium putes esse, nihil est me inertius Cic. Att. 2, 8. Conf. Nepos 25, 12, 3. Cic. Att. 4, 6. et 7, 1.

SAVILLVM vel SVAVILLVM, i. n. Apud Catonem de R. R. c. 84 Genus placentiae quoddam est, a suavitate nomen habens. Nostrum enim suauium s. sauium appellare solemus nostras delicias. Sauii vero Diminutiuum est Sauillum, ut et Sauiolum. Haec Turnebus Adu. 23, 10. Si inspicias Catonem plus potius videtur.

SAVIOR, SAVIVM, vid. SVAVIVM.

SAVO, ōnis. m. Fluius est in finibus Campaniae Plin. 3, 5. Pi-40 ger Sauo Stat. Silu. 4, 3, 66. Conf. SAPHON.

SAVRA, ae. f. [σαύρα] Lacerta, quae in maceris et in sepibus delitescit. Est et Piscis nomen, quem et Latini Lacertam nominant Diosc. 2, 57.

SAVRION, i. n. Herba, al. sinapi. Plin. 19, 8.

SAVRITES, ae. m. [σαυρίτης] Quasi tu lacertariam dicas, Gemmae speciei, quae in ventre viridis lacertae traditur inueniri Plin. 37, 10. Harduin. Sauritis.

SAUROCTONON, i. n. Signum quod Praxiteles mira arte fabricasse dicitur. Plin. 34, 8 Fecit et puberem subrepenti lacertae cominus sagitta insidiantem, quem Sauroctonon vocant. interfectorem lacertae.

SAVROMĀTAE, arum. m. Pl. [Σαυρομάται] Iidem dicuntur, qui et Sarmatae. Vid. SARMATAE. Inter Sauromatas Getasque Ouid. Trist. 3, 3, 6. Truces Sauromatae Iuuen. Sat. 15, 125. Auidi Sauromatae Stat. Theb. 3, 352.

SAVRVS, i. m. Nobilis statuarius, cuius opera commemorat Plin. 36, 5. 2 Item Latro ab Hercule interfectus Pausan. 6.

3 Item Piscis ita vocatus Plin. 32, 8.

SAVVS, i. m. [Σαυός] Fluius, qui ex Alpibus defluit in Germaniam, mox intrat Illyricum: labitur per mediam Segestem, Pannoniam et Tauriscos. Strabo 4. Pannonius potorque Saui Claudian. de Laud. Stil. 2, 192.

## S A X

SAXŌNES, um. m. Pl. [Σάξονες] Ptolemaeo 3, 11 Germaniae Populi, non longe a Cimbris, in Oceani Septentrionalis litoribus et paludibus inuis. Domitus Saxo Claud. in Eutrop. 1, 392.

SAXVM, i. n. [πέτρα, πέτρος, λίθος] Lapis: sed fere maius, quiddam asperius, duriusque quam Lapis. Cic. de Fato 6 c. 3 Quid mirum igitur, ex spelunca saxum in crura eius incidisse? Liu. 1, 24 Porcum saxo silice percussit Fetialis. Radices validae saxi Lucret. 3, 102. Robur saxi Idem 1, 881. Adamantina saxa, vid.

ADAMAS. Antiqua saxa, Ingentia Virg. Aen. 12, 897. Arentia Ouid. Met. 13, 691. Auulsa saxis saxa Virg. Aen. 2, 608. 75

Circumlita musco saxa Hor. Epist. 1, 10, 7. Cruda Valer. Argon. 2, 542. Dura Virg. Georg. 3, 230. Frigida Stat. Theb. 10, 52. Graue Ouid. Met. 13, 26. Ingens Virg. Aen. 6, 616.

Intemerata gradu inaccessa Sil. 3, 499. Liquefacta saxa Virg. Aen. 3, 576. Liquefacta saxa voluit Aetna Virg. Georg. 1, 472. Lucida saxa Stat. Silu. 3, 3, 200. Missilia saxa, vid. MISSILE in MITTO.

Obliqua saxa Ouid. Met. 8, 552. Obluctantia saxa Stat. Silu. 3, 1, 20. Praeruptis oppida saxis Virg. Georg. 2, 156. Putria saxa Claud. in Eutrop. 2, 277. Quasi saxum Scribon. 181. Rigidum Saxum Ouid. Met. 4, 517. Rubrum saxum quadratum Vitruu. 2, 8, 85 vid. ORTHOSTATA. Scissile Agricol. Scruposa saxa Lucan. 5, 675. Surda saxa Ouid. Amor. 3, 7, 58. Venerabile tumuli saxum Lucan. 8, 855. Ouid. Met. 14, 712 Durior et ferro quod Noricus excoquit ignis Et saxo quod adhuc Vium radice tenetur. b. e. quod nondum e terra est effossum, vel excisum. 2 Verba 90

et Participia: Adhaerere saxis Scribon. 151. Lucan. 2, 452 Saxorumque orbes, et quae super eminus hostem Tela petant, altis munerum turribus Aptant, i. saxa globosa e machinis delicienda in oppugnatores, vel devoluenda adeo. Asperari saxo pugionem vetustate obtusum, et mucronem ardescere iussit Tacit. Ann. 15, 54. Auulsa saxis saxa 95

Virg. Aen. 2, 608. Ouid. de Arte Am. 1, 476 Dura tamen molli saxa Cauantur aqua. Conicere grandia saxa Virg. Georg. 4, 26. Defendere saxis Virg. Aen. 10, 130. Ouid. Fast. 3, 832 Quique Facis docta mollia saxa manu, Statuarii paraphrasis: mollia saxa, i. quae mobilia videantur, ut Spirantia mollius aera. Frangere cor- 100

pora ad saxum, dicitur Polyphemus sociorum Ulyssis Virg. Aen. 3, 625. Ingerere saxa, vid. INGERO. Intorquere saxum Sil. 7, 623. Perrumpere saxa amat aurum Hor. Carm. 3, 16, 10. Pertundunt guttae saxa Lucret. 4, 1281. Peti saxis Ouid. de Nuce 2. Po- 105

litus inter Sacrum et Saxum, i. in praesenti et ancipiti periculo, vid.

- SACRVM. Reuulsum saxum e monte Ouid. Met. 12, 341. Rotare moenibus auulsa faxa Stat. Theb. 10, 528. Signare carmine saxum, *Insculpere epitaphium* Ouid. Met. 2, 326. Structum saxo. Virg. Aen. 3, 84 *Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.* Subi-  
 5 gere saxum, *Rotare, voluere* Sil. 13, 610. Volant faces et saxa Virg. Aen. 1, 154. Voluere saxa infesto pondere Idem ibid. 9, 512. Ter. Eun. 5, 9, 55 Satis diu iam hoc saxum voluo. Donatus *ad-*  
*monet*, prouerbiū fuisse dictum in eos, qui inextricabili sudore affli-  
 gerentur: tractumque putat a notissima Sisyphi fabula, saxum apud  
 10 inferos sursum ac deorsum voluentis. Vnde Virg. Aen. 6, 616  
 Saxum ingens voluunt alii. Saxum genus cretae Plin. 35, 17.  
 ¶ 3 Saxum, pro Scopulo. Virg. Aen. 1, 112 Tres Notus abreptas in  
 saxa latentia torquet. Ibid. 541 Perque vndas superante falso, per-  
 que inuia saxa Dispulit. Ardua saxis insula Virg. Aen. 3, 271.  
 15 Acuta saxa Hor. Carm. 3, 27, 61. Cic. in Pison. 43 Tu naufrago  
 expulsus vsquam, saxis fixus Asperis, etc. ex Ennio. Aspera  
 saxa Ouid. Met. 6, 76. Caeca saxa, *occulsa et eo periculiosiora*  
 Virg. Aen. 5, 165. Candentibus late saxis Anxur impositum Hor.  
 Serm. 1, 5, 26. Caua saxa Virg. Aen. 3, 566. Dolosa saxa,  
 20 *Sub vndis latentia* Sen. Troad. 857. Fera Valer. Argon. 4, 585.  
 Gelida Lucret. 3, 905. Immania, vid. IMMANIS. Inuia Virg.  
 Aen. 1, 541. Laeua saxa Virg. Georg. 1, 110. Latentia  
 saxa Idem Aen. 1, 112. Nauifraga saxa Stat. Theb. 5, 415. Pere-  
 fa Lucret. 1, 327. Praecipitia Ouid. in Ibin 495. Procur-  
 25 rentibus in saxis infelix haesit Virg. Aen. 5, 204. Rauca Idem  
 ibid. 5, 866. Resonantia Virg. Aen. 3, 432. Rigentia saxa  
 Sen. Herc. Oct. 2. Salebrosa saxa Ouid. Epist. 4, 103. Vndi-  
 sonum saxum Valer. Argon. 4, 44. Illidere saxis, vid. ILLIDO.  
 ¶ 4 Saxum, pro Monte. Virg. Aen. 2, 307 — Stupet inscius alto,  
 30 Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. Apricis in saxis mitis  
 coquitur vindemia Virg. Georg. 2, 522. Concaua saxa Idem Aen.  
 5, 677. Hirta dumis saxa Stat. Silu. 3, 1, 13. Immobilis saxum  
 Capitolii Virg. Aen. 9, 448. Nubilosa saxa Lucan. 6, 91.  
 Ducte saxa, ac filuas Quintil. 1, 10. *Speciatim de Tarpeio mon-*  
 35 *te, ap. Liu. 25, 7.* Aur. Victor. 2, 27, 9. Plant. Trin. 2, 1, 39.  
 Tac. Ann. 2, 32, 5. Deicere de saxo, Praecipitare de saxo, *poena*  
*publica, de qua S. Fr. Dresigii commentatio de praecipitatione, poena*  
*Romanorum publica Lips. 1737.* Hor. Sat. 1, 6, 39 Dionysi filius  
 audes Deicere e saxo ciues etc. *De Capitolio Sil. 1, 54 ubi vid.*  
 40 *Dan. Heinsf.*  
 SAXVLVM, i. n. Dimin. [*περὸδιον*] Cic. de Orat. 1, 196 c. 44  
 Vt Ithacam illam in asperrimis saxulis, tanquam nidulum affixam, etc.  
 SAXETVM, i. n. [*τραχὺν*] Locus saxosus et petrosus. Cic.  
 pro Lege Agr. 2, 66 c. 25 Quod solum tam exile et macrum est, quod  
 45 aratro perstringi non possit? aut quod est tam asperum saxetum, in  
 quo agricolarum cultus non elaboret?  
 SAXEVS, a, um. Adi. [*περὶος*] Quod est e saxo. Plin. 12, 1 Sa-  
 xaeae intus crepidinis corona muscosos complexa pumices. Dilepta  
 faxea domorum Lucret. 6, 951. Effigies faxea Catul. Argon. 62,  
 50 61. Imber faxeus ingruit Sil. 13, 181. *de lapidibus in pugna iacu-*  
*latis.* Moles faxea Ouid. Met. 12, 283. Moles ex profundo  
 faxea Cic. N. D. 2 c. 35. Add. Sidon. Ep. 5, 7. Pons faxeus Lu-  
 can. 4, 15. Septa faxea: Lucret. 4, 703 — Quoniam per faxea  
 septa Non penetrat. Strata faxea detrita vulgi pedibus Lucret.  
 55 1, 317. Tecta faxea Ouid. Epist. 10, 128. Umbra faxea Virg.  
 Georg. 3, 145. *quam saxum imminens efficit.* ¶ 2 *Metaphor.*  
*durus, stupidus.* Quem tu nisi concupiscis cognoscere, faxeus fer-  
 reusque es Plin. Ep. 2, 3.  
 SAXOSVS, a, um. Adi. [*περὶος, περὶος*] Quod abundat sa-  
 60 xis. Plin. 5, 24 Mox ubi perfregit Euphratem, vltra quoque saxosum  
 et violentum. Columel. 5, 10 Loca aprica, calculosa, glareosa, in-  
 terdum et saxosa amat. Flumina saxosa Virg. Ecl. 5, 84. Fru-  
 tux saxosus, *In saxis crescens, vel saxosis locis* Plin. 15, 7. Incen-  
 dia saxosa torquet Phlegethon, *i. flumen igneum inter saxa* Sil. 13, 565.  
 65 Montes saxosi Virg. Georg. 2, 111. Turres Mess. Coruin. post pr.  
 Valles Virg. Ecl. 5, 84. *Metaph.* Loca saxosa in capite iumentis  
 appellantur ex MS. in margine editionis Sambuci apud Veget. Mulom. 2,  
 13, 4 not. g, *ubi in contextu orationis est in locis ossuosis et commissura-*  
 libus. Viam saxosam terere Propert. 4, 5, 20. Conf. Colum.  
 70 8, 16. Pallad. Febr. 4, 24. Aggen. in Frontin. p. 49. *Ad-*  
*verb.* Hypanis sonans saxosum Virg. Georg. 4, 370.  
 SAXOSITAS, atis. f. Cael. Aurel. Tard. 3, 6.  
 SAXITAS, atis. f. Idem 3, 4.  
 SAXVOSVS, a, um. Adi. Flacc. Goef. p. 4 Loca faxuosa. Add.  
 75 *Ib. p. II et 49.*  
 SAXIALIS, e. Adi. Frontinus de Colon. p. 355 (Goef. p. 132)  
 SAXETANVS, a, um. *Aliud* Adi. [*περὶος*] Quod inter saxa  
 habitat. Martial. 7, 77 Quum saxetani ponatur cauda lacerti. Co-  
 lias saxetanus Plin. 32, 11. *al. Saxitanus.*  
 80 SAXATYLIS, e. Adi. [*περὶος*] Quod saxa incolit. Columel.  
 8, 16 (17) Rursus optime saxosum mare nominis sui pisces nutrit, qui  
 scilicet quod in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, vt merulae,  
 turdique, nec minus melanuri. Sic Plin. 9, 15. Add. Solin. c. 16 Cels.  
 2, 18 et 21. Varro de R. R. 3, 7 Vnum (*columbarum genus*) agre-  
 85 ste, vt alii dicunt saxatile, quod habetur in turribus ac columinibus  
 villae, a quo appellatae columbae. Saxatilis piscatus, *qui inter*  
*saxa fit* Plaut. Rud. 2, 1, 10.  
 SAXIFER, era, erum. Adi. Valer. Flacc. Argon. 5, 608 — Sa-  
 xiferae furgat quibus imber habenae. *i. copia lapidum fundis*  
 90 *excussorum.*  
 SAXIFICVS, a, um. Adi. [*περὶος*] Vt, Os saxificum, *i.*  
*Vultus temere adspicientes in saxa vertens* Sen. Herc. fur. 11 v. 901.  
 Saxifica Medusa Lucan. 9, 670 In quo saxificam iussit spectare Medu-  
 fam. Conf. Sil. 10, 178. Mart. Capell. 6 p. 188. Vultus  
 95 saxificus Ouid. Met. 5, 217. Add. Id. in Ibin 554.  
 SAXIFRAGVS, a, um. Adi. Saxifragae vndae Cic. de Orat. 3,  
 167 c. 42 *quae alliduntur ad saxa.* ¶ 2 Saxifraga, vel Sa-  
 xifragum, *herbae nomen valde controuersum, certe plurima habet homo-*  
*nyma, an Synonyma?* Plin. 22, 21 f. 30 De Adianto — aquas re-  
 100 spuit, perfusum mersumue sicco simile est — Quidam callitrichon  
 vocant, alii polytrichon, vtrumque ab effectu — aliqui tricho-  
 manes vocant. — Calculos e corpore mire pellit, frangitque, vti-  
 que nigrum. Qua de causa potius, quam quod in saxis nasceretur, a  
 nostris saxifragum appellatum crediderim. *Nominum magnam*  
 105 *vim habet* Apul. de Herb. 47 et 97. Seren. Sammon. 602  
 Si

Si vero in lapides densus conuertitur humor,  
Qui retinet cursus gemitumque dolore frequentat,  
Saxifragam seu fontigenam succurrere credunt.

*In verbo fontigenam sunt horribilia paene lectionis et sententiarum diuortia.*

SAXIGENVS, a, um. Adi. Incussu filicis lumina nos tamen  
Monstras saxigeno semine quaerere Prudent. Cath. 5, 7. Saxige-  
num semen luminis sunt scintillae e silice natae et excussae.

## S C A

SCABELLVM, vid. SCAMNVM.

SCABER, bra, brum. [τραχύς, τραχύνω] Adi. a scabendo, ut  
Scabies deducitur; et Asperum significat: quod asperitas inducitur  
scabendo rebus quibusdam: itaque scaber etiam pro scabioso dicitur.  
Virg. Georg. 1, 495 Exesa inuenies scabra rubigine pila. Cels. 6, 15  
ult. ad finem, At ubi scabri vngues sunt, circumaperiri debent qua  
corpus contingunt. Add. Idem 7, 12. Intonsus et scaber Hor.

Epist. 1, 7, 90. Adspetu scabro res, pro Re quae adspetu scabra  
videtur Plin. 12, 25. Corticem scabrum myrrhae quidam dixerunt  
Plin. 12, 15. Dentes scabri rubigine Ouid. Met. 8, 802. Pe-  
tron. c. 124. Lucan. 1, 243 Et scabros nigrae morfu rubiginis  
enses.

Molae scabrae Ouid. Fast. 6, 312. i. asperatae. Oues  
scabrae Plaut. Trin. 2, 2, 140. Colum. 7, 3, 10. Os scabrum  
Scribon. 201. Pectus scabrum. Cic. Tusc. 3, 26 Atque intonsa  
infuscat pectus illuue scabrum. Pecus scabrum, pro Scabioso. 25

Cato R. R. 96 Si haec sic feceris, non scabrae fient, et lanae plus, et  
melioem habebunt. Sic Pallad. Mai. 8, 2. Rubigo scabra  
Virg. Georg. 1, 495. Versus scabri, vid. VERSVS INVERTO. Vn-  
guis scaber Ouid. de Arte Am. 3, 276. Compar. Plin. 33, 6 f. 33

Lapis scabrius et horridior. 30

SCABRE. Aduerbiu laudatur ex Varrone apud Non. 2, 761 Dere-  
linqueretur, ac periret, squalis, scabreque illuue et vastitudine.  
Quod titulum posuit Nonius Scabre, illud videtur induxisse homines, ut  
Scabre Aduerbiu putarent. Sed vid. mox SCABRES.

SCABRATVS, forma participialis a Verbo Scabrare. [τραχυσμύτος] 35  
Columel. 4, 24, 22 Quo plerumque fit, ut quod praecidi debeat, per-  
fringatur, et sic vitis laniata scabrataque putrescat humoribus, nec  
plagae conueniunt.

SCABRITIA, ae. vel SCABRITIES, ei. f. [τραχύτης] Aspe-  
ritas: Plin. 20, 7 Communia autem sponte nascentibus, candor, cau-  
lis interdum cubitali longitudine, et ipso et foliis scabritia. Ar-  
teria scabritias sanat ex passo Plin. 17, 12. Cutis scabritias in  
facie emendat oleum raphaninum Plin. 23, 4. Faucium scabritiae  
Idem 29, 3. Genarum scabritia Plin. 23 prooem. Add. Idem  
31, 11. Linguae Plin. 31, 9. Add. Idem 37, 6. Oculorum 45

scabritias ac pruriginis emendare Plin. 28, 7. Vnguium scabri-  
tias expolit Idem 24, 4 f. 6. Columel. 7, 5 Potest etiam scabri-  
tiam tollere succus viridis cicutae. Add. Plin. 31, 9.

SCABREDO, inis. f. Idem quod Scabrities, hoc est asperitas et  
inaequalitas, τραχύτης, quo verbo Hieronymus est usus in Diui Hi-  
larionis vita. Et Apul. de Herb. 73.

SCABRES, ei. f. i. scabrities. Ager derelinqueretur ac periret  
squalis scabreque, illuue et vastitudine Varro ap. Non. 2, 761. Sor-  
dibus et scabre patiar tabescere tali Virg. Cirí v. 249. ex emend. Sca-  
ligeri. Infandi morbi putredine in serpentium scabrem solutus Apul. 55

Flor. 2 sub f. ut legunt Colu. p. 231. et Voss. Etymol. p. 451: contra  
Elmenhorst. p. 352. scabiem. Loquitur autem de Pherecyde phthiriasi  
affecto. Add. Turneb. Adu. 15, 15. et 29, 20.

SCABREO, ère. Pacuu. ap. Turneb. Adu. 29, 20.

SCABRVM, i. n. [τὸ τραχὺ] Idem. Plin. 37, 2 Infestantur 60  
plurimis vitiis, scabro, ferrugine, maculosa nube, etc. Hard. Sca-  
bro ferrumine. Quid si scabra ferrugine. De crystallis.

SCABRO, ònis. m. l. 12 §. vlt. D. de aedil. edict. Qui illuue la-  
borat, nec os colluit. Voss. Etym. Vid. Cuiac. Obseru. 2, 10.

SCABRVS, a, um. Adi. [τραχύνω] Idem quod Scaber. Plin. 65  
20, 21 Hippolopathi radices priuatim vngues scabrosos detrahunt. Har-  
duin. hic legit Scabros.

SCABIES, èi. f. [ψώρα, ψωρίασις] a Scabo, vel a corporis asperi-  
tate dicta est, quae, ut Celsus scribit 5, 28, 16 est Durior cutis rubicun-  
da, ex qua pustulae oriuntur, quaedam humidiores, quaedam ficcio-  
res. Exit ex quibusdam sanies, fitque ex his continuata exulceratio  
pruriens, serpitque in quibusdam cito. Atque in aliis quidem ex toto  
desinit, in aliis vero certo tempore anni reuertitur. Quo asperior  
est, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur. Itaque eam, quae  
talis est, ἀγρία Graeci appellant, id est, feram. Plin. 20, 17 75

ungit Scabiem, pruriginem, psoras. Locus scabiei Scribon. 253.  
Vetusta scabie leuis canis Iuuen. Sat. 8, 34. Cadit totus grex  
vnius porci scabie Idem Sat. 2, 79. Ferre scabiem Virg.  
Georg. 3, 299. Habere scabiem Scribon. 134. Laborare  
scabie Cels. 5, 28, 16. Tentat turpis oues scabies Virg. Georg. 3, 80

441. Tollere scabiem Scribon. 250. Vrgit illum mala sca-  
bies Hor. de Arte Poët. 453. Metaphor. Cic. de Legib. 1, 47  
c. 17 At vere animis omnes tenduntur insidiae, vel ab iis, quos modo  
enumeravi, etc. vel ab ea, quae penitus in omni sensu implicata, insi-  
det imitatrix boni, voluptas, malorum autem mater omnium: cuius  
blanditiis corrupta, quae natura bona sunt, quia dulcedine hac et scabie  
carent, non cernuntur satis. Modo haud multum absimili Scabiem  
dixit Horatius de nimio Lucri studio, quod, scabiei ad instar, animum  
solicitat ac pungit, Epist. 1, 12, 14 Cum tu inter scabiem tantam et con-  
tagia lucri Nil paruum sapias. 90

SCABITVDO, inis. f. Idem. Petron. 99 Omnem scabitudinem  
animo, tanquam bonarum artium magister, deleret sine cicatrice.

SCABIOSVS, a, um. Adi. [ψωράλιος] Qui scabie laborat. Plin.  
29, 2 Vtile tale existimantes erosus, et duris genis, angulis scabiosis  
et lacrimantibus. Apul. Met. 9 p. 223 pr. Asini — totum co-  
rium veterno atque scabiosa macie exasperati. Perf. 2, 13 Nam-  
que est scabiosus, et acri Bile tumet.

SCABO, scabi, ère. [κνίω, κνήθω] Paullo minus quam Scalpere, et  
unguibus fere peragitur. Plin. 8, 27 Si vero squamae obtorpuere, spi-  
nis iuniperi se scabit. de angue. De crocodilo Ibid. 25 Mox dentes, et  
intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedinem quam maxime hian-  
tes. Hor. Serm. 1, 10, 71 Et in versu faciendo Saepe caput sca-  
beret, viuos et roderet vngues. Aliae scabentes sese, columbae  
Plin. 36, 25.

SCABILE, SCABILLVM, vid. SCAMNVM.

VOL. IV.

SCADIRA, ae. f. *Vna ex Sporadibus insulis in sinu Pagasico.* Plin. 4, 12 Sed Cycladum et Sporadam extimam, Gerontiam, Scadiram, etc. *Harduin. legit Scandilam.*

SCAEA, ae. f. [Σκαία] *Porta Troiana.* Vitruu. 1, 5 Curandum — vti portarum itinera non sint directa, sed σκαία, i. obliqua. *Hinc Virg. Aen. 2, 612 Hic Iuno Scaeas saeuissima portas Prima tenet.* Sil. 13, 73.

SCAEVA, ae. f. *Omen et augurium significat, estque et bona scaeva et mala.* Bona scaeva Plaut. Pseud. 4, 7, 39. et Stich. 5, 2, 24.

10 *Bonum augurium f. omen, et fortuna adeo bona est.* Scaeuam vulgus quidem et in bona et in mala re vocat, cum aiunt bonam et malam scaeuam. At scriptores in mala ponere consueuerunt Fest. Plaut.

15 *Caf. 5, 4, 4 Hac ibo, caninam scaeuam spero meliorem fore. i. augurium, quod facit canis. Dubitans senex moechus introducit, quem hoc ipsum augurium suum facit incidere, in uxorem rixosam, quam passim canem appellat Plautus.*

2 Scaeva, [σκαία] Latine dicitur Sinistra apud Fest. et Varr. de L. L. 6, 5.

3 Scaeva, arum. m. Pl. Qui sinistra manu pro dextera vtuntur: quos Vlpianus l. Qui clauum, De Aedilicio edicto, ait, non esse morbosos aut vitiosos, praeterquam si imbecillitate dexterac validius sinistra vtuntur: sed hos non scaeuas, sed mancos dici. *Hinc Scaeva etiam in Cognomen transit.* Hor. Epist. 1, 17, 1 Quamuis, Scaeva, satis per te tibi consulis, et scis. *In quem locum obseruat Torrentius illud Iuniorum et Cassiorum cognomen fuisse.*

25 SCAEVVS, a, um. Adi. [σκαίος] Festus Paulli, Scaeva res dicitur Mala, quasi sinistra, σκαίος enim Graece, sinistrum dicitur. Varro de L. L. 6, 5 Dicta ab scaeva, id est sinistra, quod quae sinistra sunt, bona auspicia existimantur. Gell. 12, 14 (13) Scaeuus profecto et caecus animi forem.

30 Scaevi ominis femina Apul. Apol. p. 332. Dicuntur augures obnuntiare, qui aliquid mali ominis scaeuumque viderint, Donat. ad Ter. Adelph. 4, 2, 7. Scaeuissimo somnio nunc etiam redintegratur infortunium meum Apul. Met. 4 p. 154. Add. Idem l. 8.

35 SCAEVITAS, atis. f. *Peruersitas.* Ammian. 30, 12 Artium scaevitas. i. *Peruersa earum abusus.* Gellii Praefat. Male doctorum hominum scaeuitas. Add. 6, 2 ubi scaeuitas et voluntarius impetus coniunguntur. *Vtroque loco intellectus, non voluntatis vitium notari, puto, quod monui ad Plin. Epist. 6, 18, 3. Vid. SINISTERITAS.* Scaevitas, iniquitas Gloss. Isid. Arnob. 2 p. 76 Scaeuitas innumerabilis vitiorum. Apul. Met. 9 p. 221 En indignae rei scaeuitatem. Conf. Idem 3 p. 138.

40 SCAEVOLA, ae. m. [Σκαίολος] a Scaeva appellatus est, vti docet Varro de L. L. 6, 5 Vnde ita dictus est Mucius nobilis vir Romanus, qui debilitata dextra, sinistra vsus est Liu. 2, 12. Vid. MVTIVS.

45 SCALA, ae. vel SCALAE, arum. f. [κλίμαξ, κλίμακες Gloss. Lat. Gr. et Gr. Lat.] Gradus plures iuncti, siue mobiles ac portatiles, ex funibus, longuriisue et bacillis, siue aedificio continentes, lignei vel lapidei: dicuntur a scandendo, quod iis altiora scandamus. Liu. 26, 45 Rarae scalae altitudini aequari poterant: et quo quaeque altiores, eo infirmiores erant. Itaque cum summus quisque euadere non posset, subirent tamen alii, onere ipso frangebantur. Quidam stantibus scalis, quum altitudo caliginem oculis offudisset, ad terram delati sunt. Et cum passim homines scalaeque ruerent etc. Caecil. ad Cic. Fam. 6, 7 Quemadmodum scalarum gradus, si alios tollas, alios incidas, nonnullos male haerentes relinquant, ruinae periculum struas, non adscensum pares: sic tot malis cum vinctum tum fractum studium scribendi, quid dignum auribus aut probabile potest afferre? Plaut. Rud. 3, 1, 10 Rogare scalas vt darem vtendas sibi. Lapsu scalarum exanimatus, vid. LABOR, laberis. Gemoniae cum dicuntur, intelliguntur Scalae. Applicare scalas moenibus Curt. 4, 2, 9. Admouere Idem 9, 1, 18. Adscendere scalis muros Virg. Aen. 9, 507. Sil. 13, 112. Deuolutus scalis Scribon. 101. Haerent parietibus scalae Virg. Aen. 2, 442. Induerat scalas, lecturum poma putares Ouid. Met. 14, 650. Qui scalas ferunt, videntur eas induere, quum collo per interstitium graduum transmissis, ferunt. Singularem vitur Caius Iureconf. in l. Si pignore D. de furtis, Vel scalam sciens accommodauerit ad ascendendum. Col. 1, 6, 10 Granaria scalis adscendantur. Plin. 14, 1 Etiam nunc scalis tectum Ephesiae Dianae scanditur. Sallust. in Iugurth. 60 Deinde vbi vnae atque alterae scalae comminutae sunt: qui superfeterant, afflicti sunt. Vid. Caes. Bell. Gall. 7, 81. Horat. Epist. 2, 2, 15 de seruulo, In scalis latuit metuens pendentis habenae. Sic Cic. Phil. 2, 21 c. 9 Nisi ille se in scalas tabernae librariae coniecisset, hisque oppilatis impetum tuum compressisset. De eadem re Cic. pro Milon. 41 Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. In apparatu oleae legendae scalae sunt Columel. 12, 50, 8. Conf. Cels. 8, 15. Tac. Ann. 12, 17, 2.

50 SCALARIS, e. Adi. Vitruu. 10, 13 Regulae scalarum forma compactae.

55 SCALARIVM, i. n. [κλιμακίων Gloss. Gr. Lat.] Scalaria Vitr. 5, 6 eadem, quas Scalas et ascensus vocat in Theatris. Conf. Lips. de Amphith. c. 13.

60 SCALDE vel SCALDIS, is. m. [Σκάλδη] Fluuius Galliae Belgicae, ex Caesaris commentariis notissimus. Plin. 4, 17 A Scalde ad Sequanam Belgica, etc.

65 SCALI, orum. m. Pl. Pisces plani, qui supine vescuntur Plin. 9, 24.

70 SCALMVS, i. m. [σκαλμός] Lignum teres, cui nautae remos προπητήρι, i. loro quodam alligant, quod ex Graecis ostendit Scheffer. 2, 5 p. 138 sq. siue, vt alii volunt, Lignum crenatum ac fenestratum in apsidem capiens remum, vt facilius ac solidius impellatur. Vitruu. 10, 8 Remi circa scalmos strophis religati. Cic. Off. 3, 59 c. 14 Venit ipse mature: scalmum nullum videt. Idem de Clar. Orat. 196 c. 53 At vero vt contra Crassus ab adolescente delicato, qui in litore ambulans, scalmum reperisset, ob eamque rem aedificare nauem concupiuisset, exorsus est: similiter Scaeuolam ex vno scalmo captionis centumuirale iudicium haereditatis effecisse. Nauicula duorum scalmorum Cic. de Orat. 1, 174 c. 58. Quatuor scalmorum nauis Vell. 2, 43, 1. Cic. Att. 16, 3 extr. Haec ego conscendens e Pompeiano tribus actuariolis decem scalmis. Al. forte melius decem scalmorum. Al. formant Adiectiuum nomen Decemscalmus. Illud intelligitur, tot scalmorum esse nauem, quot habet remos.

75 SCALPHAS, ae. f. est Asopiae terrae locus apud Strabonem 9.

80 SCALPO, psi, ptum, ère. [ζέω, κνίθω, ἀποζέω, ἀποζύω, ἐπιζέω, ἐπιζύω] Fodere, et vnguibus pruritum auferre: scalpunt enim homines vnguibus.

bus, et gallinae pedibus. Plin. 9, 45 Contactos pisces attrituque  
 petrae scalpentes pruritum, inuadit. Caput scalpere vno digito  
 Iuuen. Sat. 9, 135. *mollius ornatorum, qui metuant, me comas in gradus  
 et cincinnos structas scalpendo turbent.* Terram scalpere vnguibus  
 Hor. Serm. 1, 8, 26. Scalpere morfu Columel. 7, 5. Cic. de  
 Nat. Deor. 2, 150 c. 60 Itaque ad pingendum, fingendum, ad scalpen-  
 dum, ad neruorum eliciendos sonos ac tibiarum, apta manus est admo-  
 tione digitorum. Phidiam tradunt scalpsisse marmora Plin. 36, 5.  
 Cic. Acad. 4, 100 c. 31 Non enim est e faxo scalptus aut e robore do-  
 latus: habet corpus, habet animum, mouetur mente. Vetus codex le-  
 git *Sculptus*: et sic optima exemplaria. Hor. Carm. 3, 11, 50  
 I secundo Omine, et nostri memorem sepulcro Scalpe querelam.  
 Infabre scalptum, aut fufum durius Hor. Serm. 2, 3, 23. Scalpo  
*semper dicendum esse, non Sculpo, vult* Diomedes 1 p. 374 *post med.*  
 Nec solum Coniugationes, verum etiam ipsam positionem verborum  
 compositio mutat, vt *calco* facit *incolco*, *conculco*, non *incalco* vel *con-*  
*calco*; et *calcio* *disculcio*, *scalpo* *insculpo*: quare *gemma scalpta* di-  
 cendum est, non *sculpta*, adiecta enim Praepositione facit *sculpta*. Sed  
*Vossium potius audiero, qui vt γλύφω et γλάφω, ita Latinis deriuatum*  
*inde sculpo et scalpo eadem significatione placuisse, arbitratur.* Ab hac  
 Grammaticorum obseruatione interim videtur illa varietas librorum ex par-  
 te deriuanda, qua A et V in hoc verbo et compositis ita saepe permutan-  
 tur. Conf. inprimis Salmas. ad Iustin. 15, 4, 4.

SCALPENS, entis. Part. Scalpens gemmas Plin. 37, 5.

SCALPTVS, a, um. Part. Flores et acanthi eleganter scalpti Vi-  
 truu. 2, 7. Conf. supra: et Diomed. p. 374.

SCALPTOR, oris. m. [γλύπτῆς] *Qui scalpit.* Plin. 37, 4 de  
 adamantibus, Expetuntur a scalptoribus, ferroque includuntur, nul-  
 lam non duritiem ex facili cauantes. Plin. Epist. 3, 10 Sed tamen  
 vt scalptorem, vt pictorem, qui filii vestri imaginem faceret admo-  
 neretis, etc. Add. Plin. 36, 6. 20, 13. 7, 9. Solin. c. 55. Vell. 1, 17, 4.

SCALPTORIVM, i. n. Instrumentum, quo scapulae prurientes  
 fricantur. Martial. 14, 83 *habet titulum s. lemma,*

Scalptorium.

Defendet manus haec scapulas mordente molesto

Pulice, vel si quid pulice fordidius.

SCALPTVRA, ae. f. [γλυφή] Scalpendi actio vel ratio. Plin.  
 37, 7 Omnia autem haec genera, scalpturae contumaciter resistunt,  
 partemque cerae in signo tenent. Add. Idem 36, 8. Vitruu. 4, 1,  
 et 3, 3. Solin. c. 33. Pallad. Nou. t. 15.

SCALPTVRARIA, ae. f. *Ars scalpendi.* Apud Fortunatum  
 legit Reinesius.

SCALPTVRO, are. [γλύφω] *Certe forma Participii, ab hoc  
 verbo ducti,* Plin. 36, 25 Pavimenta credo primum facta, quae nunc  
 reuocamus barbarica, etc. Romae scalpturatum in Iouis Capitolini  
 aede primum factum est post tertium Punicum bellum initum. Hoc  
 est, variis scalpturis ornatum et excultum.

SCALPVRO, ire. *Idem quod Scalpere, proprie est galli gallina-  
 cci, quum terram frequentibus ictibus percutit.* Plaut. Aul. 3, 4, 8 Vbi  
 erat haec defossa, occoepit ibi scalpurire vngulis circumcirca. al.  
 Scalpurire legit Mercer. ap. Non. 2, 789.

SCALPER, pri. m. [ἐγκοπέως] *Instrumentum cuneatum, quo mal-  
 leo adacto quid exciditur.* Cels. 8, 3 Tunc excisorius scalper ab altero  
 foramine ad alterum malleolo adactus, id quod inter vtrumque me-  
 dium est, excidit. Ibid. 4 Ab eoque scalper duabus lineis ad ri-  
 mam agendus. Vnde apud eundem Scalpellus pro Ferramento veniferae  
 identidem accipitur 2, 9.

SCALPRVM, i. n. [σμίλη] *Ferramentum futorium.* Hor. Serm.  
 2, 3, 106 Si scalpra et formas non futor. In falce vinitoria Colu-  
 mellae 4, 25, 2 *pars illa, quae a flexu procurrit, inter finum et ro-  
 strum, qua vititur vinitor, cum alleuare aliquid vult, vocatur scalprum.*  
 Vid. figura nostrae editionis. Cato de R. R. 42 Ficos et oleas al-  
 tero modo. Quod genus aut ficum, aut oleam esse voles, inde librum  
 scalpro eximito. Vermes circa arborem aureo scalpro semel rasi,  
 non ultra nascentur Pallad. Febr. t. 25. Tac. Ann. 5, 8, 3 Spem  
 ac metum iuxta grauatus Vitellius, petito per speciem studiorum scal-  
 pro, leuem ictum venis intulit, vitamque aegritudine animi finiuit.  
 De eodem Suet. in Vitell. c. 2 Ac post Praeturae honorem inter Seiani  
 conscios arreptus, et in custodiam fratri datus, scalpro librario venas  
 sibi incidit. Conf. Casaub. ad h. l. Scalprum fabrilis, quo magi-  
 stri elephantos interimiebant Liu. 27, 49. Medicinale scalprum  
 Scribon. 53. Scalprum inter Instrumenta chirurgica etiam numerat  
 Cornelius Celsus 8, 4 Tum demum ad manum scalprumque veniendum  
 est. Sed hic potest esse a Nominat. Scalper, quo illum uti vidimus.

SCALPVROGO, inis. f. Prurigo. Solinus c. 45 (32) Os beluae  
 huiusce paullatim scalpit, et sensim scalpurigine blandiente aditum si-  
 bi in vsque fauces facit. vid. Salmas. p. 316. Al. scalpurigine.

SCALPRATVS, a, um. Adi. [κολοπηροειδής] Ferramentum scal-  
 pratum Columel. 9, 15, 9 *ad similitudinem scalpri formatum, quo ait opus  
 esse ad castrandos apum alueos: cum a cultro distinguat, et aduersa*  
*fronte imprimi velit, similitudinem habet illius, qui Scalper Celso dici-  
 tur, qui malleolo solet adigi, qui forte a Caelo nihil differt.*

SCALPELLVS, i. m. vel SCALPELLVM, i. n. Dimin. [σμί-  
 λιον, Vet. Gloss. φλαβότομον] Cic. pro Sext. 135 c. 65 Non ea est me-  
 dicina, quum sanae parti corporis scalpellum adhibetur, atque integrae.  
 Manubriolo scalpelli deducenda Chalazia Cels. 7, 7, 4. Add. 7, 7, 5 in cu-  
 ra vnguis oculorum, de quo ita: Non nimium adducto vngue, scal-  
 pellus adhibendus est, deinde sic excidenda membranula (haec nempe  
 ipsa vnguis est) ne quid ex angulo laedatur. Ibid. c. 19 Sed pri-  
 mo rectus scalpellus quam leuissima manu teneri debet, donec scrotum  
 ipsum diducat. Columel. 5, 11 Medium truncum acuto scalpello  
 permodice findito. Refecare linguam scalpello Cic. de Diuin. 2, 96.  
 Scalpellus, Ferramentum, quo chirurgi venas incidunt. Cels. 2, 10 At si ti-  
 mide scalpellus demittitur, summam cutem lacerat: neque venam  
 incidit. Add. Idem 6, 6. Sen. Ep. 20. Et de Ira 3, 39. Ter-  
 tull. adu. Gnost. c. 5.

SCALTVS, i. m. i. Impetigo ap. Papiam.

SCALTICVS, a, um. Adi. Impetigine laborans. Theod. Priscian.  
 de Diaeta c. 9.

SCAMANDER, dri. m. [Σκάμανδρος] *Fluuius Troiae ex Ida  
 monte descendens, quem Hesiodus Ἰδῶν Σκάμανδρον, id est, diuinum ap-  
 pellauit.* Catull. 63, 357 Testis erit magnis virtutibus Vnda Scaman-  
 dri. Parui Scamandri frigida flumina Hor. Epod. 13, 14.

SCAMANDRIA, ae. f. [Σκαμάνδρεια] *Vrbs parua, a portu Ili-  
 zusi parum remota.* Plin. 4, 30.

SCAMANDRVS, i. m. [Σκάμανδρος] *Hectoris et Andromaches*

*filius, quod nomen ei pater Hector imposuerat, teste Homero l. 5 Iliados, sed caeteri Aftyanaëta vocari maluerunt, quod solus illius pater urbem tutaretur.*

SCAMBVS, i. m. [*σκαμβός*, scaurus, valgus, curuus, vatius Vet. Gloss.] *Qui crura deprauata habet curuaque.* Suet. in Othon. c. 5 vlt. Fuisse, inquit, traditur et modicae staturae, et male pedatus scambusque. *Quam lectionem prae altera caluusque tuentur viri docti ad l. c. Nonius 1, 109 Strabones sunt, quos Scambos nunc dicimus.* Merccer. p. 27 Strambi.

SCAMBOSVS, a, um. Adj. Veget. Mulomed.

SCAMMA, atis. n. [*σκάμμα*, Fossium, Gloss. Gr. Lat.] *Spatium definitum certamini, et fossa circumscriptum.* Hieron. Epist. 61, 5 De scammate egredi, est E proposito diuagari. Conf. Ambros. Offic. 1, 16. et de Helia et Ieiun. Serni. c. 13. Pet. Faber Agonist. Octau. Falconer. in Inscriptt. Athlet. *Interdum sic ipsum Certamen athleticum intelligitur.* Tertull. ad Martyr. 3 Epistates vester vos spiritu vnxit, et ad hoc scamma produxit, in quo nempe decertetis. Vid. Faber l. c. 2, 5 p. 126.

SCAMMONIA, vel SCAMMONEA, ae. f. vel SCAMMONIVM, i. n. [*σκαμμώνιον*] *Herba in transmarinis regionibus, praefertimque Asia in Colophonio agro crescens, cuius succus valet ad medicinas.* Quidam Scammoniam, Fem. gen. pro Herba: Scammonium autem Neutro, pro Succo radice ponunt. Scammonia Scribon. 140. 254. Plin. 24, 15 Sed Graeci clematidas et alias habent, vnam quam aliqui echitem vocant, alii laginem, nonnulli tenuem scammoniam: et pedales, foliosos, non dissimiles scammoniae ramos habet, nisi quod nigriora, minoraque sunt folia. Cic. de Diuin. 1, 16 c. 10 Quid scammoniae radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentum possit. Adde Caton. de R. R. 157, 12. Cels. 3, 24. et 5, 6. Plin. 26, 8. 27, 9. Isidor. 17, 9.

SCAMMONITES, ae. m. *Idem cum scammonio ap. Plin. 14, 16.*

SCAMNVN, i. n. [*σκάμνον* Gloss. Lat. Gr.] *Quod lecto veluti gradus apponitur, ut per id in lectum facilius ascendatur.* Varro de L. L. 4, 35 p. 40, 15 Quia simplici scansione in lectum non altum scandebant, scabellum, in altiore, scamnum. Ouid. de Arte Am. 1,

35 162 Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem. *Mobilis fuisse s. versatilia aut ductilia Scamna lectorum docet Id. Art. 2, 211 Nec dubitata tereti (puluinato) scamnum producere lecto, cum vult ascendere vel descendere* Et tenero soleam deme (si ascendere velit) vel adde (si descendere) pedi. ¶ 2 Plin. 18, 19 Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquuntur, glebae ne exsultent. Columel. 2, 2, 25

Sed ita necubi crudum solum et immotum reliquat, quod agricolae scamnum vocant. Vid. Idem 2, 4, 3. 3, 13, 2 et 10. ¶ 3 Scamnum, pro Subsellis. Ouid. Fast. 6, 305 Ante focos olim scamnis consistere longis Mos erat. Hinc Ennius apud Cic. de Di-

45 vin. 1, 108 c. 48 Auspicio regni stabilita scamna solumque. ¶ 4 Scamna in arboribus dicuntur, Rami et brachia, per quae vites ascendunt. Plin. 12, 1 Aliud exemplum Cuius principis in Veliterno rure mirati plantani vnius tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna patula. Add. Idem 17, 23. ¶ 5 In disciplina agrimensorum, Quid-

50 quid in longitudinem est delimitatum per strigas appellatur, quidquid per altitudinem, per scamna. Haec verba Frontini ita interpretatur Aggenus p. 46 Goef. Strigatus ager, est qui a septentrione in longitudinem in meridianum decurrit. Scamnatus autem, qui eo modo ab occidente in orientem crescit, et altitudinem hanc secundum idioma artis voluit Frontinus in Orientem intelligi. Add. Hygin. de

55 limitib. p. 198. SCAMNATVS ager qui esset agrimensoribus, modo dictum verbis Aggeni, in SCAMNVN n. 5. SCAMILLVM, vel quod Prisciano placet SCAMELLVM, vel SCAMNELLVM adeo, i. n. Dimin. Paruum scamnum. Priscianus 3 p. 615 extr. Alia habent E in penultima — vt bonum bellum, geminum gemellum, scamnum scamnellum. Deinde laudat Apuleium in Hermag. Verum infirma scamnellorum obice fultae fores. Negotium viris doctis fecerunt Scamilli impares Vitruviani,

60 de quibus ita 3, 3 p. 55 Stylobatam ita oportet exaequari, vti habeat per medium adiectionem per scamillos impares. Si enim ad libellam dirigetur, alueolatus oculo videbitur. Et 5, 9 p. 93 extr. Stylobatisque adiectio, quae fit per scamillos impares ex descriptione, quae supra scripta est in libro tertio, sumatur. Perit ista descri-

70 ptio. Artifices vehementer dissentiunt. In editione Laeti Elzeuiriana, a pagina inde 145, est iusta Bern. Baldi dissertatio, ad quam studiosos remittimus, si plus inde sapiant, quam mihi contigit, ad Vitruvii verba intelligenda. Pulcherrima sunt, quae hic dedit Perratus, graphidis et ingenii specimina. Sed vereor ut Vitruvium iuuent. Si licet hic etiam

75 nostram hariolationem interponere, putabamus Scamillos impares esse protuberationes quasdam in planis aliquin stylobatae parietibus, ut illi iam non ad libellam respondeant, sed curuis aliquantum lineis contineantur, quae per opticas rationes rectae contuentibus videantur. Ratio appellandi a scamnis latentibus agrorum. Adiectio sic ponitur 3, 2 extr.

80 SCABELLVM, vel SCABILLVM, i. n. Dimin. Scabillum, *σκαβίλιον* Vet. Gloss. Nec miretur puer, cur ex scamno fiat scabellum Quinctil. 1, 4, 12. Vnde apparet, eandem rem esse Scamellum et scabellum, scamillum et scabillum. Cato de R. R. 10 Scamnum in cubiculo vnum, scabilla tria, fellas quatuor. al. Scabilia, sed male.

85 ¶ 2 Est instrumenti sonantis genus, quo in scena et ad saltationes utebantur. Cic. pro Cael. 65 c. 27 Mimi ergo est iam exitus, non fabulae: in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis e manibus: deinde scabilla concrepant, aulaeum tollitur. Sueton. Calig. 54 Saltabat nonnunquam etiam noctu: et quondam tres consulares secunda vigilia in palatium accitos — super pulpitem collocauit: de-

90 inde repente magno tibiaram et scabellorum crepitu, cum palla tunicaque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit. Arnob. 2 p. 73 pr. Idcirco animas misit, — cantionibus vt praecirent obscenis, numerosos iterarent scabillorum incompationibus sonores, quibus animarum alia lasciuiens multitudo incompósitos corporum dissolueretur in motus, saltitaret et cantaret. Etiam in honore deorum adhibita ostendit Arnob. 7 p. 237 med. Quid efficiunt crepitis scabillorum, vt cum eos audierint numina, honorifice secum existiment actum? Augustin. de Musica 4 Quaero abs te, vtrum possint copulati sibi pedes, quos copulari oportet (de pedibus rhytmicis, dactylo, spondeo etc. sermo est) perpetuum quendam numerum creare, vbi nullus finis certus

95 appareat: veluti cum symphoniaci scabella et cymbala pedibus feriunt, certis quidem numeris, et his, qui sibi cum aurium voluptate iunguntur, sed tamen tenore perpetuo, ita vt si tibiis non audias — Ergo numeros tantum et rhytmos exprimere possunt illa Scabella, non melos,

100

105



- melos, non cantum, ut tibia. Est ergo probabile scabellum vel scabillum esse illud αἰθρῆν ὑπόδημα ferream soleam, qua humum ferire solitos, docet Lucian. de Saltat. c. 83. Conf. c. 63. et quae ibi a me adnotata sunt. Fuisse etiam e ligno scabella, colligas ex Vet. Schol. Stat. Theb. 7, 171. ubi de bacchantibus, Ad inspirata rotari Buxa. Tibiae inselliguntur haud dubie, e buxo solitae fieri: Sed Schol. Tibia, inquit, vel scabellum, quod in sacris tibicines pede sonare consueverunt. De Scabillorum usu in sacris dedimus locum Arnobii: quod inspirata buxa vocat Stautus, illud facit, ut tibias intelligere paene cogamur. Sed si Scabillus est cuius figuram dedit Rubenius de re vestiariar. 2, 17 et inde Bartholin. de tibis Vet. 23, 4 p. 365 videtur non male inspiratus dici posse, cum fissura illa repraesentare videatur aliquid folli simile, quo et concipi spiritus, et cum strepitu quodam elidi possit. Vid. Salmas. ad Vopisc. Car. p. 839 Hack. Plans autem aberrare a vero arbitramur, qui Scamillos voluit esse tibias, quas Germani Schalmeyen vocant, quod nomen potius cum Gallorum chalumeau conuenit. Scabellorum autem vestigia sunt in Hispanorum Cascavelas et Gallorum Cascadeaux, de quo Menag. Orig. Franc.*
- SCAMILLARI** apud Gruter. Inscr. p. 467, 7. **SCAMBILLARI** apud Gudium p. 99, 7. ubi est Praefectus operum Scambillariorum Theatri: aut **SCABELLARI**, ut in Doniano lapide p. 325, 42. legendum contendit Gorius, videntur artifices rhythmici et saltatores, qui motus illos decoros sonorosque ederent.
- SCANDĀLV**M, i. n. [σκάνδαλον, πρόσκομμα] Graeca vox est, quam Offendiculum, vel offensionem dicas. Vox religionis nostrae propria, etc. Utuntur tamen antiquissimi, ut Tertull. de Virg. vel. land. c. 3. et alibi saepe. Vulg. Exod. 32, 33.
- SCANDALIZO**, are. [σκανδαλίζω] Offendere. Tertull. de vel. Virg. c. 3 etc. Vulgat. Matth. 5, 29.
- SCANDALIZATVS**, a, um. Nequitiae angelorum scandalizatorum in filias hominum Tertull. adu. Marc. 5, 18.
- SCANDIA**, vel **SCANDINAVIA**, ae. f. Regio in Europae partibus Borealibus, quam veteres Insulam credidere. Ita Plin. 4, 13 refert Insulam esse incomptae magnitudinis; sed compertum est tractum esse telluris satis amplum, et reuera Continentem; quae diuiditur in Sueciam et Noruegiam.
- SCANDIANVS**, a, um. Adi. ut, Colum. 5, 10, 19 Praeterea malorum genera exquirenda, maxime Scandiana, Matiana, orbiculata. Add. Cato 7, 5. Varro 1, 59. Apud Catonem Scantiana fere legitur: Scandina Scribon. 104 sc. mala. A Scandio quodam dicta ait Plin. 15, 14 Scandiana, et a Scantianis Catonis distinguit.
- SCANDIX**, icis. f. Herba, quae inter olera siluestria a Graecis ponitur. Plin. 21, 15 Reliqua vulgarium in cibo apud eos (Aegyptios) herbarum nomina condrylla, hypochoeris, et caucalis, anthriscum, scandix, quae ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis. Idem 22, 22 Scandix quoque in olera siluestri a Graecis ponitur, ut Opion et Erasistratus tradunt.
- SCANDO**, di, sum, ère. [βαίνω, ἀνυβαίνω] In altum nisi. Cic. de Sen. 27 c. 6. Ut si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, quum alii malos scandant, alii per foros cursent. Virg. Aen. 2, 237 — Scandit fatalis machina nueros. In aduersum scandere, vid. ADVERTO. In subreptum scandere, felium modo arborum cauatores (auium genus) ait Plin. 10, 18 pr. i. latenter subresere. In aggerem scandere Liu. 3, 67. In arces Tarpeias scandere Ouid. ex Pont. 2, 1, 57. Scandenda est torui publica cymba Canis Propert. 3, 18, 24. Equum scandere Virg. Aen. 2, 401. Montem scandere Catul. 102, 1. Muros scandere Virg. Aen. 2, 237. et 9, 37. Gradus aetatis paulatim scandere adultae Lucret. 2, 1121. Super titulos maiorum suorum scandere Lucan. ad Pison. 33. Scandere versum, apud Grammaticos est, Digitis metiri. Pass. Plin. 14, 1 Etiam nunc scalis tectum Ephesiae Dianae scanditur vite vna Cypria. Sic 2, 16 Quae quum ita sint, manifestum erit ab exortu matutino latitudines scandi.
- SCANDENS**, entis. Part. Vites marinae complexae atque per ramos populorum procacibus brachiis geniculato cursu scandentes Plin. 14. Scandentes de vallibus arces Propert. 4, 1, 65. add. ibid. v. 125.
- SCANSILIS**, e. Adi. [ἀνύβατος] Per quod facile ascenditur. Plin. 17, 11 l. 16 Ficumque sic etiam scansilem fieri, quae scandi facile possit: ἐνβατωρῆσαν Theophrastus dixerat. Scansilis annorum lex, quam climacteras appellant Plin. 7, 49.
- SCANSIO**, onis. f. Ascensio per gradus. Vitruu. 6, 1 Scansiones fanorum. Conf. Varr. L. L. 4, 35.
- SCANSOR**, oris. m. [κατασπυρῆς] Strator, qui equum parat, ut incendatur Vet. Gloss.
- SCANSORIVS**, a, um. Vitruu. 10, 1 Scansorium (machinarum genus) est, cum machinae ita fuerint collocatae, ut ad altitudinem tignis statutis, et transuersariis colligatis sine periculo scandatur ad apparatus spectationem. Add. Veget. de Re Milit. 4, 21.
- SCANDVLA**, ae. f. [σχιδυλῆ] Scandulae, Paruae tabellae, hoc est in paruas laminas scissae, quibus tecta teguntur a scindendo, sec. Isidor. 17, 3. et 19, 19. Et sane Pallad. 1, 22 in MSS. scindulae vocantur. Plin. 16, 10 Scandulae e robore aptissimae, mox e glandiferis aliis, fagoque: facillimae ex omnibus quae resinam ferunt, sed minime durant, praeter quam e pinu. Scandula cunctam fuisse Romam vsque ad bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX, Cornelius Nepos auctor est. Ibid. Piceae commendantur ad fissiles scandulas. Columel. 8, 3, 6 Ab cohorte forinsecus praedictis fenestellis scandulae similiter iniungantur, quibus irrepat aues ad requiem nocturnam: Afferculos formatis gradibus asperatos vocauit. De gallinariis autem loquitur. Sed ordinarie ad tecta pertinent, vid. Caes. Bell. Gall. 8, 42. conf. Vitruu. 2, 1 et 23. Bald. Lex. Vitruu. p. 106. Voss. de Vit. Serm. 3, 47.
- SCANDVLARIVS**, i. m. Faber est lignarius, qui scandulas tegendis domibus aptas fabricat. Scandularios iure immunitatis gaudere testatur Aurelius Arcadius libro singulari de muneribus ciuilibus. (Sic Haloander: Gothofr. Taruntenus Paternus, l. 1 Militarum) l. 6 ff. de iure immunitatis, Quibusdam, inquit, aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit, ut sunt mensores, carpentarii, scandularii, gladiatores, aquilices, etc.
- SCANDVLĀRIS**, e. Adi. Apul. Met. 3 p. 137 Tectum scandulare. Colu. autem legit scindulare.
- SCANDVLACA** apud Festum genus herbae frugibus inimicae, quod eas velut hedera implicando necat. Orobanche patatur.
- SCANTIANVS**, a, um. Adi. Scantiana poma, a Scantio inventore dicta, quae Cato tradit in doliis optime condi, referente Plin. 15, 14. vid. SCANDIANA. Scantiana vna a Varrone dicta est, quae alio nomine Amminea maior appellatur, ut refert idem Plin. 14, 4. vid. Cato 7, 2.
- SCAPHA**, ae. f. [σκάφη] Nauicula ex ligno cauata: a σκάπτω, fodio, cauo. Aluus, Linter, qui nauim maiorem sequitur. Et, Paruae ad pi-

*scandum naues, Scaphae dicuntur.* Liu. 25, 3 Quum mercissent eas in alto, exceptis in praeparatas scaphas nauis, multiplices fuisse merces ementiebantur Cic. de Inuent. 2, 154 c. 51 Vt dominus nauis, cum idem gubernator esset, in scapham confugeret, et inde funiculo, qui a puppi religatus scapham annexam trahebat, nauium, quoad posset, moderaretur. Biremis scapha Hor. Carm. 3, 29, 62. *conf.* Non. 13, 11. Gell. 10, 25. Conscendere in scapham Auctor ad Herenn. 1, 19 c. 11. Scapha piscatoria Iustin. 2, 14, 10. Pro-

verbium Scapham scapham appellare Graecum est, cuius hanc originem refert Plut. Apophth. p. 178, b. Conquerebantur Laesthenes et alii Olynthii, se proditores ab ipsis Macedonibus appellari. Philippus ait, σκαπὸς φῦσι καὶ ἄλλοις εἶναι Μακεδόνας, καὶ τὴν σκάφην σκάφην λέγοντας.

SCAPHARII, *vid.* post SCAPHIVM.

SCAPHE, *es. f.* Horologii genus, quod et SCAPHIVM, de quo mox Vitruu. 9, 9 pr. Vas concavum ad hemisphaerii formam confectum, *vid.* Salmaf. ad Solin. p. 448 bG.

SCAPHVLA, *ac. f. Dim.* Veget. de ReMil. 3, 7. Paullin. Nol. Ep. 49 (36) c. 1.

SCAPHISTERIVM, *i. n.* Sic sunt qui vocent Instrumentum Columellae purgandis seminibus aptum, ut Cacl. 8, 3: quod damus in

20 CAPISTERIVM. SCAPHIVM, *i. n.* [σκάφιον] Diminutivum Graecum est, Scaphulam aut alveolum dixeris, et rebus pluribus ob similitudinem tribuitur. Vasa vel alveolos intelligit, ad usum domesticum comparatos, Lucret. 6, 1044 de magnetis natura

35 Exultare etiam Samothracia ferrea vidi,  
Et ramenta simul ferri furere intus ahenis  
In scaphiis, lapis hic magnes cum subditus esset.

Tale est Scaphium aereum, aut plumbeum Vitruu. 8, 1 p. 153 pr. ¶ 2 Pro poculis nauigii vel cymbae (*vid.* CYMBIVM) formam habentibus Cic. in Verr. 4, 37 c. 17 Scaphia cum emblematis Lilybaei vtrum emta esse dicis, an confiteris crepta? In primis ita Plaut. Bacchi.

1, 1, 37 Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis. Sic Stich. 5, 4, 11 Quibus diuitiae domi sunt, scaphio, cantharis, bibunt. Et Pers. 1, 3, 44 Ampullam, strigilem, scaphium, foccos, pallium Marsupium habeat parasitus. ¶ 3 Vas urinae excipiendae muliebri cur scaphae formam habuerit, non opus est diuinatione subtili.

Pollux 10, 45 cum fellas et lasana memorasset, addit ἢ δὲ γυναικὶ σκαφίον, idque auctoritatibus comicorum probat. Hoc intellectu Iuuenal. 6, 264 Et vide mulierem (athletice exercitam) positis scaphium cum sumitur armis. Magis Satyricum est hoc, quam nescio quod ornamentum capitis intelligere.

40 Martial. 11, 12 Qui Mentora frangit In scaphium moechae, *i. pocula a Mentore caelata frangi iubet, et inde fieri vas obscenum.* Sic intellexisse Raderum quoque, indicio est, quod omisit. Vlpian. l. Q. Mucius 27 §. 5 D. de auro arg. Argento legato non puto ventris causa habita scaphia contineri: quia argenti numero non habentur.

45 ¶ 4 Scaphia dicuntur rotunda ex aere vasa, quae horarum ductus stili in medio fundo sui proceritate discriminant, qui stilus gnomon appellatur. Haec Martian. Capell. 6 p. 194 extr. De hac re plura Salmaf. in Solin. p. 448 bF sq. *conf.* SCAPHE.

50 ¶ 5 Apud Graecos σκαφίον, quasi tu fossorium dicas, ligo est: quam significationem quidam non bene ad Iuuenalis Scaphium applicant. Sic Graecis, non Latinis, σκάφιον caput est, item tonsurae genus, unde ornamentum capitis quidam exsculpsere. Scaphium Plutarcho etiam scamma esse, ostendit. P. Faber Agonist. 2, 8.

55 SCAPHARIUS, *i. m.* Qui scaphis negotiatur. Gruter Inscript. p. 258 n. 1 SCAPHARII QUI IVLIAE ROMVLAE NEGOTIANTVR. *Conf.* *ibid.* p. 257 n. 12. Reinef. Cl. 3 n. 26.

60 SCAPHVM an SCAPHVS? *i.* Vitruu. 9, 9 p. 200 Aequaliter per id cauum influens aqua subleuat scaphum inuersum, quod ab artificibus phellos s. tympanum dicitur. Quid si Scaphium? In indice Scapus laudatur.

SCAPOS, *i. f.* Insula est maris mediterranei, non procul a Chersoneso Plin. 4, 12.

65 SCAPTENSULA, *f. SCAPTESVLA, ac. f.* Festo, Locus est ubi argentum effoditur in Macedonia ita dictus a fodiendo, quod est Graece σκαπτειν Lucretius (6, 810) Quales exspirat Scaptesula subter odores. Lambinus ad l. c. Lucretii Scaptesula legendum contendit, et addit, Vt autem notior sit huius vocabuli origo, Scaptesula dicta est quasi σκαπτὴ ὕλη, id est, fossilis materia, mutata est enim adspirationis

70 nota in s, Scapte hula, Scaptesula, ut in ὕς sus, ὕπερ super, etc. Et est sane Scaptesula σκαπτῆσὺλη ap. Stephanum Byzantinum urbs Thraciae, quae cum Macedonia frequenter confunditur, a metallifodinis forte dicta. Scaptesulam tamen ex libris Lucretii et Festi tuetur Gifanius. Et potest utriusque viri docti sententia stare. Scaptesula Latinis placuit, σκαπτῆσὺλη Graecis,

75 qui etiam Ὀρτήσιον malunt, quam Hortensium. Potest idem nomen proprium esse, et appellativum.

SCAPTIA, [Σκαπτία] - apud Plin. 3, 5 Oppidum in Latio, a quo

80 SCAPTIVS, *a, um.* ut Scaptia Tribus, *vid.* TRIBVS. Pubes Scaptia Sil. 8, 397. P. Scaptius, homo de plebe Ardeatium, agrum testimonio suo ad Pop. Romanum transtulit Liu. 3, 71.

85 SCAPVLA, *ac. f.* [ὤμος, ὀμοπλατίας] Humerus. Cels. 8, 1 Rursus a ceruice duo lata ossa vtrinque ad scapulas tendunt: nostri scutula operta, ὀμοπλατίας Graeci nominant. — Latum scapularum os deinde appellat. Videtur itaque non peculiare aliquod os denotari hac voce, sed tota illa regio suprema dorsi ceruicibus subiecta. Hic est veluti

90 Sedes plagarum. Scapulae gestabant mihi Plaut. Afin. 2, 2, 49. Qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt Idem *ibid.* 3, 2, 7. Plaut. Trin. 4, 3, 2 Ne subito metus exoriatur scapulis, stultitiam abde. Ter. Phorm. 1, 2, 26 Seni fidelis dum sum, scapulas perdidit. Claudian. in Eutrop. 1, 76 Qua miseri scapulas tutabimur arte? Et forte dictae sunt a scapis, *i. fustibus, vid.* SCAPVLVM sub SCAPVS.

95 Ouid. Art. Am. 3, 273 Conueniunt tenues scapulis analectrides altis. Scapulae altae sunt vitium, quod dissimulatur per analectrides, quaecumque illae sint denique. Varro de R. R. 2, 7, 5 Lumbis deorsum versum pressis, scapulis latis, spina maxime duplici. de equo. Radiantibus scapulis gestati enses Claud. in 1 Conf. Stil. 2, 91 nihil est: capulis enim meliores. Metaph. Machinarum scapulae Vitruu. 10, 3. Montium Tertull. de Pallio c. 2.

SCAPILIVM, *i. n.* [μετάσφρον] Non habet auctorem: sed quae est inter scapulas quasi vallicula, InterScapilium dicitur.

SCAPVLVM, *vid.* sub SCAPVS.

SCAPVS, *i. m.* Prima origine sua (ut docet Salmaf. ad Vopiscet Firmum p. 699 Haek.) est Doricum σκάππος, aliorum Graecorum σκήπος, unde et σκήπων, et σκήπερον fustis, baculus, ramus teres. Hinc pluribus

105 rebus hanc formam habentibus. Ita in columna scapus est ipse truncus, inter

- inter stylobaten et epistylum non modo, sed inter basin suam et capitulum, porrectus, corpus columnae omnibus ornamentis detractis. Ita semper Vitruvius v. g. 3, 2.* ¶ 2 *In plantis scapus est, quod est inter radicem et cacumen interiectum, caulis erectus etc.* Varro de R. R. 1, 31, 5 *Quibus quum sursum serpit, ad scapum lupini vel alium. de vicia loquitur.* Plin. 18, 10 *Inuentus est iam et scapus vnus centum fabis onustus.* Albuci scapus cubitalis Idem 21, 17. Aphodeli scapus Colum. 9, 4, 4. Ferulae scapus Idem 22, 4. Loti scapus Idem 13, 8.
- ¶ 3 *Hinc ad multa artis opera transferitur. v. g. Candelabrorum scapi sunt Plin. 34, 3. Scapi scalarum Vitruu. 9, 2 sunt trunci in cochlidibus quidem perpendiculares, in aliis autem ad angulum acutum obliquati, in quibus gradus tanquam rami quidam nituntur.* Trutinæ s. librae, vid. AGINA. Valvarum scapus Cardinalis, *Rectum illud et paullo crassius lignum in valuis, quo fores ipsae sustentur et reguntur praecipue, et cuius capitibus seu ambabus extremitatibus in superiori et inferiori cardine insertis, valuae ipsae voluntur aut aperiendae aut claudendae.* Vitruu. 4, 6 *Fores ita compingantur, vti scapi cardinales sint ex altitudine luminis totius duodecima parte. Inter duos scapos tympana ex duodecim partibus, etc. vid. Lexicon Vitruu. voce REPLVM.* ¶ 4 *Scapus, in chartarum ratione, pro Plagularum congerie.* Plin. 13, 12 *Premitur deinde prelis, et siccantur sole plagulae, atque inter se iunguntur, proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas. Nunquam plures scapo quam vicinae. Etiam hic cogitanda est figura scapi naturalis, cylindrus nempe s. volumen, quod efficitur vicinis illis plagulis sibi agglutinatis, ut longissimum parallelogrammum fiat, simile telae lineae vel laneae, quod in bacillum deinde conuoluitur, et sic formam cylindri accipit.* Hinc apparet, cur scapus chartae vulgo dicatur, hodie, qui Germanis liber, manus autem Gallis est, vid. Scal. Aufon. Lectt. 2, 31. *Salmas. ad Vopisc. p. 699 Hack. vid. CHARTA.*
- ¶ 5 *Scapi, Instrumenta textoris, vel quorum pulsu tela coarctatur et condensatur, vel quibus inuoluta sunt fila, apud Lucret. 5, 1352 Insulbula, ac fusi, radii, scapique sonantes: illud Lambinus in locum tuetur, hoc Salmas. in Vopiscum p. 699 Hack.* ¶ 6 *Scapus equi pro veretro s. cole et fistula urinali Veget. Mulom. 3, 15, 17 in MS. Corbeiensis, ubi veretri alii.* ¶ 7 *Scapi a quibusdam vocantur petioli, a quibus vuarum acini pendent. Sed hi sunt Scopi et Scopiones. v. v.*
- SCAPVLVM, s. SCAPOLVM, in Gl. Isid. est fustis longus. Barth. Adu. 55, 9 *Scapulum legi vult; quod probat Reines. V. L. 1, 8 extr. p. 29. et firmat loco Chronici Constantinop. ap. Meurf. Glossar. p. 636 Φέσσα ἐπὶ τῶν ἄμων σκαπέλιον, καὶ πύρον ἐν τῇ χειρὶ: ut sit flagellum triturantium, fustis brevis et crassior alligatus ad longurium, excutiendis granis.*
- SCAPOSOLIDVS. *Fecerunt monstruosum nomen ex illo Apul. de Herb. c. 16 Gentiana tactu molli, gustu amaro, scapo solido.*
- SCARA, ae. f. *Turma aut cuneus, Schaar, ap. Ammian. 4, 36.*
- SCARDIA, ae. f. *Herba, al. aristolochia Apul. de Herb. c. 19.*
- SCARABAEVS, i. m. [σκάρδαρος] *Insectum crusta tectum. Plin. 11, 28 s. 34 Quibusdam pennarum tutelae crusta superuenit, vt scarabaeis: quorum tenuior fragiliorque penna; his negatus aculeus. Sed in quodam genere eorum grandi cornua praelonga, bifulcis dentata forcipibus, in cacumine, quum libuit ad morsum coeuntibus, infantium etiam remediis ex ceruice suspenduntur. Lucanos vocat hos Nigidius. Aliud rursus eorum genus, qui e fimo ingentes pilas auersis pedibus volutant: paruosque in iis contra rigorem hiemis vermiculos foetus sui nidulantur. Volitant alii magno cum murmure ac mugitu. Alii focos et prata crebris foraminibus excauant, nocturno stridore vocales. Lucent ignium modo noctu, laterum et clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc vero compressu obumbratae, non ante matura pabula, aut post defecta conspicuae. Aufon. Epigr. 70 in Marcum turpissimum puerorum corruptorem, Si (de Pythagorae sententia) redeat vitam rursus in aëriam — Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus, Non caper aut aries, sed scarabaeus erit: cum respectu ad genus illud, qui e fimo pilas volutant, etc. Aelian. de Animal. 10, 15 Ὁ σκάρδαρος ἄθλη ζῷον ἐστὶ σπέρει δὲ εἰς τὴν σφαίραν ἢν κολίει.* Plin. etiam 30, 11 s. 30 *nominat Scarabaeum, qui pilas voluit. Propter hunc Aegypti magna pars scarabaeos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat, Solis operum similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis suae ritus. Sed et alium adalligant Magi, cui sunt cornicula reflexa — Tertium, qui vocatur fullo, albis guttis.*
- SCARDONA, ae. f. *Vrbs, it. Amnis, Liburniam a Dalmatia fegregans Plin. 3, 22. Ab ea fit attributum*
- SCARDONITANVS, a, um. *Plinius 3, 21 Conuentum Scardonitanum petunt lapides.*
- SCARIFICO vel SCARIFO, s. SCARIPHO, ãre. [ἐπιζέτω, ἀνοξέτω] *Scalpello aperire, quo aliquid facilius exeat. Plin. 22, 23 Pedum clauos circum scarificatos ferro mistum cerae extrahit. Legitur et Circumscarificatos, vnica dictione. Idem 32, 7 Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini, scarificatis gingiuis. Item, Viri interemti dente gingiuas in dolore scarificari Apollonius efficacissimum scripsit. Cato c. 52 Quem radicem capere voles scarificato, traicitoque. Truncus arboris scarificandus est, vt possit humor effluere Pallad. Mart. t. 10 de ficu. Scarificare etiam dolorem, h. e. Scarificando dolorem expellere Plin. 28, 11. add. ibid. c. 1. et 30, 3. et 31, 7. Columel. 12, 55, 1. Plin. 37, 13 s. 76 Obsidianae fragmenta veras gemmas non scarificant. Ficticiae scarificationes candidantium fugiunt. Monet Harduinus, hic, vt alias quoque, in MSS. esse scarifant. Salmas. ad Solin. p. 417 Scarifare deriuat σκαρίφος, σκαρφόσσαι et laudat Vet. Gloss. Scarifat καταρίζω, κατακνίζω, καταχάρωσσαι, et Scarifo χαράσσω, κατακνίζω. Omnibus locis ergo reponi vult scarifare et scarifatio. Et fauent obseruationes Harduini etiam ad 17, 27. et 22, 23. Variant etiam Codices Colum. 6, 17, 4. Quare paria saltem iura debent habere scarifare et scarificare. Scarifare etiam Vossio magis placuit de Vit. Serm. 4, 24.*
- SCARIFICATIO, ònis. f. *Apertio facta tenui vulnere, vt sanguis facilius exeat. Columel. 6, 12 Post scarificationem ferro factam. conf. ibid. c. 17, 27. et 37, 13.*
- SCARIFICO, ãri. *Scribonius Largus 262 Malagma ad lumborum dolorem, qui ante leniter scarifant, i. scarificentur, quasi verbum sit Scarifacio. Sed suspectus est locus Rhodio, et putat forte legendum scarifentur.*
- SCARITES, ae. [σκαρίτης] *Gemma est, quae Scari piscis colorem refert, vt ait Plin. 37, 11.*
- SCARIZO, ãre. *Salio, palpito. Quasi vermiculus scarizaret Interpr. Iren. 1, 12. Est ex Graeco σκαρίζω.*

SCARVS, i. m. [*σκαίρος*] *Piscis*. Scarus, principalis hodie Plin. 32, 11. Nunc scaro datur principatus Id. 9, 17. Plin. 32, 2 Mihi videntur mira et quae Ovidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine quod Halieuticon inscribitur. Scarum inclusum nassis non fronte

erumpere, nec infestis viminibus caput inferere: sed aduersum caudae ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorsum erumpere. Quem luctatum eius si forte alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda adinuare nixus erumpentis. *Supereft locus de Ouidii Halieut. II sq.*

Non audent radiis obnixa occurrere fronte,  
Auerfus crebro vimen sed verberare caudae  
Laxans subsequitur, tutumque euadit in aequor.  
Quin etiam si forte aliquis dum pone nataret,  
Mitis luctantem Scarus hunc in vimine vidit,  
Auerfam morsu caudam tenet, etc.

*Primam corripit, etiam* Hor. Sat. 2, 2, 22. *vbi inter delicias ciborum refertur.* Martial. 13, 84 Hic scarus, aequoreis qui venit obesus ab vndis, Visceribus bonus est, cetera vile sapit. Petron. 93 Vltimis ab oris Attractus Scarus, atque arata Syrtis, Si quid naufragio dedit, probatur. Et c. 119 Siculo scarus aequore merfus Ad mensam viuus perducitur. *Sed primam producit* Ennius apud Apul. Apol. p. 299 At quid Scarum praeterii? cerebrum Iouis paene suppressi: Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque. *Diphilus apud Athenaeum libro 8. Scarus molli, seu tenera carne praeditus est, friatilis, dulcis, leuis, ad concoquendum facilis, facile redditur, ventrem mollit. Addit idem, recentem scarum esse suspectum propterea, quod lepores marinos captat, iisque vescitur, idcirco eius intestina vim bilis effectricem habent. Idem libro 7 hunc solum ex omnibus piscibus dormire dicit, et propter eam causam nunquam noctu capi. Oppian. lib. 1 'Αλιευτ. solum vocalem esse, scribit.*

SCATEBRA, Fluius appellatur in Casinate, frigidus, abundantior aestate. In eo, vt in Arcadiae Stymphali enascuntur aquatiles musculi. Haec Plin. 2, 103. ¶ 2 Scatebra Nomen commune, vid. post SCATEO.

SCATEO, vi, ēre. [*βρῖω, βράζω, ἀρμίζω*] *Ebullire, et ita plenum esse, ut exsiliat quod continetur.* Sic proprie Scatere dicuntur Caelio Aureliano, quae bulliunt, v. g. Chron. 4, 3, 39 p. 506 Tunc donec scatere tentet, coquenda. Cic. Tusc. 1, 69 c. 28 Fontes scatere, herbis prata conuestirier. Ex Poeta. Hinc per metaph. vt

abundare, significat Colum. 6, 16 Solent etiam neglecta vlcera scatere vermibus. Amore scatet tuus animus Plaut. Pers. 2, 1, 9. Beluis pontus scatens Hor. Carm. 3, 27, 26. Miraculis scatet Plin. 7, 2. Nilus scatet Piscibus Mela 1, 9. Remediis scatet vrtica plurimis Plin. 22, 13. Gell. 1, 15 Videas quosdam sic scatere

Verbis sine vilo iudicii negotio, cum securitate multa et profunda, vt loquentes plerumque videantur loqui sese nescire. Plaut. Aul. 3, 6, 22 Tibicinam, Quae mihi inter bibere sola, Si Vino scatet, Corinthiensem fontem Pirenen potest. Cum Genit. Gell. 1, 17 Irarumque et molestiarum muliebrium per diem, perque noctem scatebat.

Terra scatet ferarum Lucret. 5, 41.

SCATO, ēre. per tertiam. *Idem quod Scateo.* Lucret. 5, 597 — Ita ad fatiataem terra ferarum Nunc etiam scatit, et trepido terrore repleta' ft. Et ibid. 950 Largifuum fontem scatere, atque erumpere flumen. Add. 6, 896.

SCATEBRA, ae. f. [*βρασμός*] *Ebullitio aquae surgentis.* Virg. Georg. 1, 110 — Scatebrisque arentia temperat arua. Vbi Seruius, Scatebris, Ebullitionibus, quae fiunt, quum aqua in aliquas rimas defluerit. Plin. 19, 10 Mirum est et illud, scatebra fonticuli semper emicante, lacum nec augeri, nec effluere. Fontium scatebrae Plin.

5, 1. Idem 19, 4 f. 20 iubet Ambiri singulas areas hortorum fulcis, qua detur accessus homini, scatebrisque decursus. ¶ 2 Proprium Scatebra, vid. ante SCATEO.

SCATESCO, ēre. Bellis vndique scatescentibus Oros. SCATURIGO, inis. f. *Idem quod Scatebra.* Colum. 3, 13, 9 Nam praestat non conferere, quam in summa terra suspendere: nisi tamen si scaturigo palustris obuia (sicut in agro Rauennate) plus quam sesquipedem prohibeat infodere. Plin. 31, 3 In nigra scaturigines non fere sunt perennes. Scaturigines turbidae et tenues emicare coeperunt Liu. 44, 33.

SCATURIGINOSVS, a, um. Adi. Colum. 5, 8, 6 Creta ex toto repudianda est, magis etiam scaturiginosa, et in qua semper vligo consistit.

SCATVREX, vel SCATVRIX, icis. f. *Scaturigo.* Varr. Est modus matulae, etc. Ismenias hic Thebogenes fuit scaturex. Haec Non. 2, 794.

SCATVRIO, ire. [*βλύω, βλύζω, φλύζω, ἀνακλύζω*] *Idem quod Scatere.* Colum. 3, 1, 8 Modice tamen roscidum solum, quod fontibus non in summo, non in profundo terrae scaturiat, sed vt vicinum radicibus humorem subministret. *Metaphor.* Coel. ad Cic. Fam.

8, 4 Totus, vt nunc est hoc scaturit: id est, rebus et verbis prae se fert. Sic Graeu. et Gronou. Alii legunt, Hoc statu erit, Alii, Hic scaturit. vid. Turneb. Aduers. 13, 20.

SCATVRIENS, entis. Aqua Pallad. 1, 33. Cumni vermiculos scaturientes Priapei. 46. Scaturientes perdat vt loquacitas sermonis 85 auras Prudent. Perist. 10, 552.

SCATVRIES, ei. f. *de scabie succrescente ap. Guil. Brit. 4, 267.* SCATINIVS, a, um. *Gentis nomen: sic melius scribitur, quam Scantinius. Huic debetur Scatinia Lex, vel, vt nonnulli, Scantinia, in stupratores ingenuorum puerorum lata, cuius historiam dedit Io. Frid. Christius Halae 1727. 4. qui etiam veriolem ait scripturam Scatinius. Prudent. Perist. 10, 204 de Ioue*

Qui si citetur legibus vestris reus  
Laqueis minacis implicatus Iuliae,  
Luat seueram vincus et Scatiniam.

Conf. Sueton. Domit. c. 8. Apud Val. Max. 6, 1, 7 est C. Scatinus Trib. Pl. cui diem dixit ad populum M. Claudius Marcellus, quod filium suum de stupro appellasset — Is vno teste, qui tentatus erat, damnatus est. Sunt qui putent, ab hoc Scatinio, an Scantinio (variant et hic libri) legem dictam, qua nimirum ille primum damnatus esset.

Sed probabile vel ideo est, a latore nomen eam habere, quod Cic. Philipp. 3, 16 c. 6 in commendatione municipii Aricini dicitur, Hinc Voconiae, hinc Scatiniae leges. Modo non variaret lectio, Atiniae, Santoniae, Sanctiniae. Iuuen. Sat. 2, 44 Quod si vexantur leges ac iura: citari Ante omnes debet Scatinia. Vet. Schol. Lex de infamibus puni-

endis.

endit. Postulandum me lege Scantinia curant Cael. ad Cic. Fam. 8, 12. *Conf. ibid. 14. Utroque loco Scantinia scribitur.*

SCAVRVS, i. m. [*σκυμβός, σκελλός, σκελλόσκας* Gloss. Lat. Gr.] Qui talos pedum deprauatos habet. *Hór. Serm. 1, 3, 48 — Hunc Varum distortis cruribus, illum Balbutit Scaurum prauis fultum male talis. Acron, Scauri sunt Qui extantes talos habent. Alii dicunt Scauros esse, Qui habent talos inuertos. Horatius autem hoc indicat, Scauri appellatione, quod id est etiam cognomen magnorum aliquot hominum, solatur pater, et aequo a se animo ferri testatur, vitium filii sui. Plin. 11, 45 Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Namque et hinc cognomina inuenta Planci, Plauti, Scauri, Pansae. add. Theod. Priscian. de Diaeta c. 8.*

2 Cognomen gentis Aureliae, itemque Aemiliae: e quibus M. Aemilius Scaurus Princeps Senatus saepe laudatus Ciceroni, qui eius cognominem filium oratione defendit, cuius fragmenta, ab Afconio Pediano seruata exstant.

SCAZON, ontis. m. [*σκάζων*] Genus Iambici versus veluti claudicans, quod et Cholianubum appellant. habet enim in fine pro Iambo Spondeum: Sed tum in quinta regione est semper Iambus. Hanc legem accurate seruauit Persius his versibus claudis, in Praefat. Nec fonte labra proliui Caballino, Nec in bicipiti fomniasse Parnasso, etc. *Huius carminis inuentor fuisse dicitur Hipponax. Martial. 1, 97 Si non molestum est, teque non piget, Scazon, etc. alloquitur epigramma suum hoc versu scriptum. Sic 7, 25 Apollinarem conueni meum, Scazon. Plin. Epist. 5, 11 Caue, ne illos libellos, quos tibi hendecasyllabi nostri blanditiis elicere non possunt, conuicio Scazones extorqueant.*

## S C E

SCELĒTVS, i. m. [*σκελετός* Vet. Gl.] *Vt finiunt post Galenum medici, omnium humani corporis officum commissorum et colligatorum coordinatio: quare libros suos de ossibus περὶ σκελετῶν veteres inscribebant. Hinc accusatus est Apuleius Apol. p. 313 fin. Sigillum habere ad magica maleficia sceleti forma turpe et horribile. Ipse deinde ostendit, esse Mercurii sigillum, et prolato illo p. 315 pr. ait, En vobis quem scelestus ille sceletum nominabat. — Hicne est sceletus? haecne est larua? — Hunc qui sceletum audet dicere, profecto ille simulacra deorum nulla videt, aut omnia negligit. Hunc denique qui laruam putat, ipse est laruatus. Est igitur Sceletus compages osses, qua forma mortem προσωποποιεῖν et repraesentare olim solent pictores.*

SCELERATVS, SCELESTVS, etc. *vid. SCELVS.*

SCELIO, onis. m. [*σκυλιών*] *Petron. Fragm. c. 50 Annibal homo uaser et magnus scelio, i. praedo, a σκυλιάω. Heinssio Stelio placet, i. Stellio. Reines. Scelero, quod edidit Burm.*

SCELOTYRBE, s. SCELETYRBE, es. f. [*σκελοτύρβη vel σκελετύρβη*] *Morbi genus, quo compages in genibus resoluitur. Plin. 25, 3 In Germania trans Rhenum castris a Germanico Caesare promotis 45 maritimo tractu, fons erat aquae dulcis, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesque in genibus soluerentur, stomachaceni medici vocant, et sceletyrben. Hoc mali genere Aelii Galli exercitum laborasse ex Arabicorum fructuum esu, auctor est Strabo lib. 15. Fit etiam mali huius mentio in medicis definitionibus Galeno attributis.*

SCELVS, eris. n. [*μύσος, ἀνόμημα, ἀσέβημα, μοχθηρία* Vet. Gloss.] *Flagitium, facinus, in primis, quidquid contra pietatem in Deos, patriam, parentes, sanguine coniunctos, designatur. Cic. Verr. 4, 71 c. 32*

*Quid hunc sacri vnquam fore, aut quid fuisse religiosi putatis, qui nunc tanto scelere se obstrictum esse non sentiat. Et Cat. 2, 25 c. 1155 Hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus. In Verr.*

*4, 88 c. 41 Est crimen sceleris, quod religiones maximas violauit. Et 112 c. 50 In quibus erant omnia, quae sceleri propiora sunt, quam religioni. In Cluentiana passim Salliae scelus, i. in filium filiamque impietas obiicitur, vid. v. g. n. 12 c. 5 etc. Est enim frequentissimum. Sic*

*pro Rosc. Amer. 62 c. 22 sqq. Plaut. Stich. 1, 2, 24 Aduorsari (patri) sine dedecore et scelere summo haud possumus. Virg. Ecl. 9, 17*

*Heu cadit in quemquam tantum scelus? interficiendi bonum ciuem. Sic ad impietatem in affinem pertinet. Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes Virg. Aen. 1, 351. Ministri sceleribus Tacit. Ann. 6, 36. Affinis scelerum Cic. pro Sulla 70. Artifex scelerum Sen. Troad. l. 8. Ad Auctorem redit sceleris coacta Culpa*

*Idem ibid. v. 870. Conatus scelerum Stat. Silu. 5, 2, 87. Ferox scelerum Tacit. Ann. 4, 12. Hortator scelerum Virg. Aen. 6, 529. Imago sceleris Quinctil. 6, 1. Instigator sceleris Tacit. Histor. 70*

*1, 22. Lugubris sceleris Iouis hospitis ara Ouid. Met. 10, 224. Machinator vel architectus scelerum Cic. pro Cluent. 60. Mollimen sceleris Ouid. Met. 6, 473. Ministri atque focii scelerum*

*Lucret. 3, 61. 2 Epitheta: Clandestinum scelus, vid. CLANDESTINVS in CLAM. Crudele scelus Virg. Aen. 2, 124. 75*

*Detestabile scelus Cic. de Amicit. 27. Exitiale scelus Lacenae Virg. Aen. 6, 511. Grauiissimum scelus. Quinctil. 4, 3. In-*

*portunum scelus, vid. IMPORTVNVS. Nullum scelus Impunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est Sen. Epist. 97- Impunita scelera, vid. IMPVNITVS. Infandum scelus Senec. 80*

*Agam. l. 13. Infestum scelus et immane Cic. pro Cluent. 188. Ingens scelus Sen. Octau. 3. Inuisum scelus Idem Herc. Fur. 1.*

*Leue scelus Idem Theb. 2. Nefandum scelus Lucan. 4, 228. Nefarium scelus Cic. Fam. 1, 9. Prosperum ac felix scelus vocatur*

*virtus Sen. Herc. Fur. 251. Regia res, scelus est Ouid. Fast. 6, 595. Saeuum scelus Lucan. 7, 766. O semper Timidum*

*scelus! Stat. Theb. 2, 690. Non Vsitatum scelus Sen. Phoen. f. 2. 3 Verba: Abesse ab aliquo scelere, vid. ABSVM. Ouid. Fast. 3, 310. Abuti scelere, vid. ABVTOR. Abuti scelere et*

*perfidia ad alicuius exitium, vid. ABVTOR. Accepi scelus maius pretium sceleris Sen. Phoen. f. 1. Addere scelus in scelus, vid. ADDO. Admittere scelus Hor. Serm. 2, 3, 212. Affluere scelere*

*Cic. pro Cluent. 189. Aggredi scelus Ouid. Amor. 2, 2, 63. Alligare se scelere Cic. pro Flacc. 41. Anhelare scelus, vid. ANHELO. Arcere scelus Senec. Thyest. 1. Adstringi scelere*

*Cic. pro Sext. 108. Coarguere sceleris, vid. COARGVO. Committere scelus Quinctil. 3, 6. Conari scelus Idem 5, 3. Con-*

*cipere scelus, vid. CONCIPIO. Cic. de Prouinc. Consul. 14 Hoc statuit senatus primum homini sceleribus flagitiis contaminatissimo nihil esse credendum, etc. Conuictus scelere Sen. Oedip. f. 12. 10*

*Coopertus sceleribus, Cruentari scelere, Cumulare scelus scelere, vid. ff. ll. Damnare aliquem sceleris Ouid. Fast. 5, 624. De-*

*fungi scelere aliquo Sen. Phoen. f. 2. Deuincire se scelere Cic. de Arusp. Resp. 5. Edere scelus in aliquem Idem pro Sext. 58. Esse in scelere Idem pro Sulla 38. Exercent curae supplicium sce-*

leris parati Stat. Theb. 3, 4. Expendere scelus Virg. Aen. 2, 229  
 — et scelus expendisse inrentem Laocoonta ferunt. h. e. Supplicium: ab eo quod praecedat, id quod sequitur. Seruius, Meritas sceleris poenas dedisse. Expiare scelus Cic. in Pison. 85. Facere scelus:  
 5 Idem pro Rosc. Amer. 25. Intelligitur, Iudices, id quod iam ante dixi, imprudente L. Sulla scelera haec et flagitia fieri. Cui prodest scelus is Fecit Sen. Med. 501. Facere palam aliquod scelus Quintil. 5, 10. Imbuere scelere Cic. Philipp. 5, 20. Diu non Latent scelera Flor. 3, 1, 6. Liberare scelere, vel a scelere Idem  
 10 pro Marcell. ... Loquuntur mera scelera, vid. MERVS. Moliri scelus Cic. Sexcenta alia scelera moliri. Obligare aliquem scelere, vid. OBLIGO. Pendere eos poenas immani pro scelere omnes Lucret. 5, 119. Perficere scelus. Cic. pro Cluent. 194 Neque ad scelus perficiendum caesis hostiis posse placari. Praetermittere, vel Praeterire scelus Cic. Fam. 1, 9. Saepe in magistrum scelera Redierunt sua Sen. Thyeste v. 311. Refugere Ouid. Fast. 3, 51. Amne iubet mergi geminos, scelus vnda refugit. Relinquere monumenta scelerum Ouid. Amor. 1, 7, 31. Rependere poenas sceleribus pares Senec. Oedip. 14. Quod quisque fecit, patitur: auctorem scelus Repetit, suoque premitur exemplo nocens Sen. Herc. Fur. v. 735. Resistere sceleri Ouid. Met. 10, 322. Soluere breues poenas magnis sceleribus Sen. Oedip. 12. Suscipere scelus aliquod Cic. Philipp. 11, 2. Suspectare scelus alicuius Tacit. Ann. 1, 5. Tegendis sceleribus obscurum Idem ibid. 6, 24. Velandum scelere scelus Sen. Hippol. 5. Vlscisci scelera Idem Thyest. 3. Volutari in scelere Cic. Fam. 9, 3. ¶ 4 Obseruat. Vt Iniuria, sic Scelus etiam inanimatis rebus tribuitur, pro noxa etiam sine consilio illata. Plin. 25, 3 pr. post mentionem Serpentiū, Nec bestiarum solum ad nocendum scelera sunt, sed interim aquarum quoque et  
 30 locorum. Deinde fontes noxios memorat, vid. Scelstus Annus: Sceleratum Frigus. Scelus, pro Scelerato aliquando ponitur. Scelus viri Plaut. Truc. 2, 7, 59. De muliere scelestā Plaut. Bacch. 5, 2, 57. Terent. Andr. 5, 2, 3 Scelus quem hic laudat? Vbi Donatus: Non est hic soloecismus, ad sensum enim, non ad verba respexit. Ibid. 3, 5, 1 Vbi illic scelus est qui me perdidit? Donatus: quia Scelus, Scelstus intelligitur, Qui subiunxit, non Quod. Scelus et Flagitium, differunt. Flagitium, peccatum est ab aliqua animi mollitie, aut ignauia profectum, quod dedecus ac turpitudinem offert: Scelus autem, vel cum aliqua crudelitate et caede, vel cum impietate coniunctum est. Cic.  
 40 Att. 9, 12 Spes me sustentabat fore, vt aliquid conueniret potius, quam aut hic (Caesar) tantum sceleris, aut ille (Pompeius) tantum flagitii admitteret.

SCELESTVS, a, um. Adi. [ἀνοσίως, ἀδέμωτος, ἀδέμιτος, ἀλιτήριος, ἐμπύρος] Qui scelus committit, soletue committere: sed etiam  
 45 epiteton ipsarum actionum est. Plaut. Milit. 3, 1, 139 Et minus audacter scelestā facerent facta. Et paullo ante, Atqui improbi et scelesti, iis adimerent animam cito. Hor. Od. 3, 2 extr. Raro antecedentem scelestum Deseruit pede Poena claudo. Quo; quo scelesti ruitis? Hor. Epod. 7, 1. i. infesti patriae et ciuibus. Annum scelestiorem locando argento foenori ego nunquam vllum vidi, quam hic mihi annus obtigit Plaut. Most. 3, 1, 1 ea ratione, vt Scelus. n. 4. i. magis mihi insauillum, etc. Ciuis scelestus Cic. in Sallust. 6. Plaut. Rud. 2, 6, 24 Scelestiorem coenam coenauī tuam, Quam quae Thyestae quondam ante posita est et Tereo. Facinus scelestum ac nefarium Cic. pro Rosc. Amer. 37 c. 13. Manus scelestas euitare Sen. Agam. f. 11. Pectus scelestum Idem Oedip. f. 12. Plebs scelestā Hor. Carm. 2, 4, 17. Res scelestā, atrox, nefaria Cic. pro Rosc. Amer. 62. Seruitus scelestā Plaut. Cure. 1, 1, 40. Compar. Liu. 5, 27 Scelestior sermo. Scelestius iudicare aliquid Scribon. Epist. m. Superl. Scelestissimum schisma August. Ep. 162. add. Tertull. de Carne Chr. c. 5. Plaut. Amph. 2, 1, 2 Scelestissimum te arbitror.  
 60 SCELESTE. Adu. [ἀνοσίως] Cic. Att. 6, 1 Illud de gestu historionis tu sceleste suspicaris, ego ἀφελῶς scripsi. Si quid sceleste fecit, lingua pro illo peierat Plaut. Afin. 2, 2, 27. Sceleste atque impie Liu. 24, 25 pr. Compar. Illic non quadrupes, non sanguis humanus, sed multo scelestius pudor humanus, tanquam immolatus interit Augustin. Epist. 202. de spectaculis gentiliū.

SCELERŌSVS, a, um. Adi. [κατάρατος] Proprie dicitur, vt ait Donatus, Auctor sceleris. Ter. Eunuch. 4, 3, 1 Vbi ego illum  
 70 scelerosum misera atque impium inueniam? conf. Lucil. et Afran. apud Non. 2, 809. Scelerosae mulieris contagio maculari Apul. Met. 10 p. 252. Facta scelerosa atque impia Lucret. 1, 84.

SCELERITAS, atis. f. Facti sceleritatem esse obnoxiam Marcian. Dig. 48 t. 21 l. 3.

SCELERŌS, ōnis. m. Cic. Att. 9, 18 In qua erat Eros sceleros. Sed varia est Lectio. Lambinus legit, Eros celeris; alii, Eros celeri; alii, Oratio celeris; alii, Area scelerum; alii ἄλλως scelerum, et MS. Pal. Aero scelerum. Gronouius autem l. ἀργῶς leti, vid. Barth. Advers. 11, 17. Reines. in Petron. p. 74. Conf. SCELIO.

SCELERŌ, āre. [μυῖανω] Polluere. Virg. Aen. 3, 42 Parce pius scelerare manus. Dextram sanguine scelerare Stat. Theb. 9, 666. Sanguine viuo fauces scelerare Idem ibid. 8, 761. Animum scelerare Sil. 16, 122. Catull. in Argon. f. 65, 404 Impia non verita est diuos scelerare penates.

SCELERĀTVS, a, um. [ἐναγής, ἐπάρατος, ἀουμπανής, μισῶς, μῆσις] Scelere suo vel alieno pollutus, atque adeo Scelstus et nefarius. Crudelis Castor, ne dicam sceleratum et impium Cic. pro Deiot. c. 1. Cic. Att. 9, 15 Ego autem illum male sanum semper putauī, nunc etiam impurum et sceleratum puto. Facto pius et  
 90 sceleratus eodem Ouid. Met. 3, 5. Amor habendi sceleratus Ouid. Met. 1, 131. Arma scelerata deuouere Idem ibid. 5, 102. Audacia scelerata Plin. 7, 44. Campus sceleratus, Romae appellatus est, proxime portam Collinam, in quem virgines Vestales, quae incestum fecerunt, defossae sunt viae. Festus. Add. Liu. 8, 15. Et,  
 95 Sceleratus Vicus Romae, in quo quum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Seruium regem socerum suum, corpus eius iacens filia carpento superuecta est, properans in possessionem domus paternae. Festus. Causa parricidii sceleratior parricidio Iustin. 10, 2, 1. Virg. Georg. 2, 256 — At sceleratum exquirere Frigus, Difficile est. h. e. Nocens, omnia exurens. Seruius. vid. SCELVS n. 4. Gens scelerata Virg. Aen. 9, 137. Cic. Off. 2, 29 c. 8 Idem sexto et tricesimo anno post a sceleratiore Hasta (Proscriptionis) non recessit. conf. Att. 7, 2. et de Resp. Arusp. c. 3. Herba Apul. de Herb. c. 8 Si quis homo eam gustauerit, ridendo exanimatur: est enim caustica. Ignis scelerati quibus ardebat templum  
 105 Vestae

*Vestae* Ouid. *Fast.* 6, 439. Mens stulta, non scelerata nobis fuit  
 Idem *Trist.* 1, 2, 100. Miles sceleratus *Lucan.* 3, 130. Porta  
 scelerata, quae et Carmentalis dicitur, vocata, quod per eam sex et tre-  
 centi Fabii cum clientium millibus quinque egressi aduersus Hetrus-  
 cos, ad amnem Cremeram omnes sunt interfecti: qua ex causa fa-  
 ctum est, ut ea porta intrare egrediue omen habeatur. *Festus. vid.*  
*et Seru. ad Virg. Aen.* 8, 337. Praelia scelerata *Lucan.* 2, 251.  
 Puellae sceleratae facta *Ouid. Rem. Amor.* 299. Idem *Fast.* 5, 575  
 Mars ades, et satia scelerato sanguine ferrum. Sedes scelerata  
*Tibull.* 1, 3, 67. *conf. Brouckhus. ad h. l.* *Plaut. Pseud.* 3, 2, 28  
 Teritur Sinapis scelerata cum illis: qui terunt, Priusquam triuerunt,  
 oculi ut exsillent facit: ut modo *Frigus et Herba.* Terra scele-  
 rata *Virg. Aen.* 3, 60. Telum sceleratius *Senec. de Ira* 3, 14.  
 Vicus sceleratus *Liu.* 1, 48. *vid. paullo ante Campus sceleratus. it.*  
*Ouid. Fast.* 6, 609. Vox inhumana et scelerata *Cic. de Finib.* 15  
 3, 64. *Compar.* Alio sceleratior *Ouid. Met.* 11, 781. *Superl.*  
 Homini post homines natos sceleratissimo *Cic. pro Domo* 23 c. 9. *conf.*  
*Quinctil. Declam.* 10 et 372. *Sallust. Iugurth.* c. 102. *Augustin. Epist.*  
 202 ad Nectarium. ¶ 2 *Obseru.* SCCLERATAS se  
 vocant matres in monumentis liberorum apud *Reines. Inscr.* 12, 122. et  
 23, 47: et *Fabrett.* 3 p. 237. Sic *Liuius* apud *Albinouan.* 135 Tene ego  
 sustineo positum scelerata videre? Tene meae poterunt vnguere,  
 nate, manus. *Duritia cuiusdam, et impietatis adeo s. sceleris accusat*  
*se in accessione affectus mater, si possit superstes esse filio, et illa ei officia*  
*praestare, quae potius ab illo expectanda erant. Ita sceleratam se*  
*vocat mater apud Quinctil. Decl.* 10, 6 p. 218 *Burm.* quae, filium semel  
 morte, ac deinde (ex sua persuasione) rumpendo silentio amiserat. Sce-  
 leratam in tali re infelicem interpretantur docti viri, quod tales vel sint  
 vel certe videantur, qui liberis suis sunt superstites. Sed mihi persuadet  
 Quinctil. 6 Pr. 3. ubi impiam viuacitatem sibi ipse obiicit, et, quod su-  
 perstes funeribus familiaribus esse sustinuerit, se accusat: sceleratum et  
 impium hic etiam habere notionem intermissae pietatis. Putabant au-  
 tem per aestum tristitiae, pietatis esse mortem sibi consciscere in funere li-  
 berorum. Fauet huic interpretationi quod *Liuius l. c.* Sustineo dicit,  
 et Poterunt. *Addamus hic differentias, nescio quam bonas, Donati ad*  
*Ter. Eun.* 4, 3, 1 Scelerosus est multorum: Scelustus vel vnus [Scele-  
 rosus proprie est] auctor sceleris: Sceleratus, in quo scelus sit con-  
 stitutum vel commissum. Quae inclusimus ea undecunque inculcata abesse  
 debere putamus.

SCCLERATE. *Adu.* [μαρῆς] *Cic. pro Sext.* c. 64 Omnes  
 est infidias sceleratissime machinatus. Et *Qu. Fratr.* 1, 3 Quare  
 peccavi, scelerateque feci. Domus per scelus erepta — sceleratius  
 etiam aedificata *Cic. pro Domo* c. 58. *add. ibid. c. 55.* Bellum sce-  
 lerate susceptum *Cic. in Catil.* 1, 26.

SCENA, ae. f. [σκηνη, θυμέλη] *Proprie, et prima significatione*  
 est tabernaculum, vmbraculum: certe apud Graecos: his cum uterentur,  
 qui primi fabulas agerent et ludos; nomen mox ad spectacula et illum lo-  
 cum, in quo actores agunt, translatum est. *Virg. Aen.* 1, 164 Tum  
 filius scena coruscis Desuper, horrentique atrum nemus imminet vm-  
 bra. *Seruius:* Scena, id est, inumbratio. Et dicta est scena ἀπό  
 τῆς σκιάς. Apud antiquos enim theatrialis scena parietem non  
 habebat, sed de frondibus vmbracula quaerebant. *Ouid. Art.* 1,  
 105 Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes Simpliciter positae:  
 scena sine arte fuit. *Cassiod. Varr.* 4, 51 Frons theatri Scena di-  
 citur, ab umbra luci densissima, vbi a pastoribus inchoante verno tem-  
 pore, diuersis sonis carmina canebantur. *Quam late pateat Scena,*  
*sic definitur a Labeone apud Vlpianum l. 2 §. 5.* De his, qui notantur  
 infamia. Qua ludorum faciendorum causa quolibet loco, vbi quis  
 consistat, moueaturque, spectaculum sui praebiturus, posita in publico,  
 priuatoque; vel in vico: quo tamen loco passim homines spectaculi  
 causa admittat. Haec tamen Labeo. Haec autem, ut ait *Seruius,* ver-  
 satilis erat, aut ductilis. Versatilis, quae subito tota quibusdam  
 machinis vertebatur, et aliam picturae faciem ostendebat. Ducti-  
 lis, quae tractis tabulis hac atque illac, interiorum picturae speciem  
 denudabat, ad *Virg. Georg.* 3, 24 Vel scena vt versis discedat frontibus.  
*Vitruu.* 5, 7 extr. Scenae suas habeant rationes explicatas, ita vti me-  
 diae valuae ornatus habeant aulae regiae, dextra ac sinistra hospitalia  
 (hospitibus excipiendis apta cubicula) Secundum ea autem spatia ad-  
 ornatus comparata (quae loca Graeci περιόκτους dicunt, ab eo, quod ma-  
 chinae sunt in iis locis versatiles trigonos habentes) in singula tres sint  
 species ornatationis, quae cum aut fabularum mutationes sunt futurae, seu  
 deorum aduentus cum tonitribus repentinis, versentur, mutantque  
 speciem ornatationis in frontes. Tum c. 8 pr. Genera autem sunt sce-  
 narum tria, vnum quod dicitur Tragicum, alterum comicum, terti-  
 um Satyricum — Tragicae deformantur columnis, fastigiis, et  
 signis, reliquisque regalibus rebus; Comicae autem aedificiorum pri-  
 uatorum et moenianorum habent speciem — Satyricae vero or-  
 nantur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agrestibus rebus,  
 etc. Persequitur enim reliquam scenae, et totius theatri, descriptionem.  
 De magnificentia scenarum, *vid. Val. Max.* 2, 4, 6. *Plin.* 34, 7, 35,  
 4, 36, 1. 2. 5. 6 et 15. quo ultimo loco describit *Scauri* theatrum. Scena  
 ei triplex in altitudinem, CCC LX columnarum — ima pars scenae  
 e marmore fuit, media e vitro — summae tabulis inauratis colu-  
 mnae, etc. Ad illum luxum respicit *Virg. Aen.* 1, 433 Imma-  
 nesque columnas Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.

¶ 2 In his itaque scenis theatrorum fabulae s. dramata trium generum,  
 quae ex *Vitruuio* memorauimus, Comica, Tragica, Satyrica agebantur.  
 Accessere Mimi et similes ludi, qui cantu et saltatione s. gestibus constant.  
 Scenae spectacula amantur *Ouid. de Arte Am.* 3, 351. *Cic. de Nat.*  
*Deor.* 3, 69 Nec solum scena referta est iis sceleribus, sed multo vita  
 communis paene maioribus. Idque tum in vita, tum in scena in-  
 telligi potest ex iis fratribus, qui in *Adelphis* sunt *Cic. de Senect.* 65.  
*Orestes* agitatatus scenis *Virg. Aen.* 4, 471. Ire ad scenam, Prodire  
 in scenam *Nep. Praef. n.* 4, 5. Agere gestum in scena *Cic. de Orat.* 2, 233.  
 Stare in scena *Hor. Epist.* 2, 1, 205. In scenam producere, et Reducere  
 in scenam *Plin.* 7, 48. Redditi scenae pantomimi *Tac. Ann.* 14, 21, 7.  
*Cic. pro Qu.* c. 25 Etenim cum artifex eiusmodi sit, vt solus dignus videat-  
 ur esse, qui in scena spectetur, tum vbi eiusmodi est, vt solus dignus vi-  
 deatur, qui eo non accedat. de *Roscio Comoedo. Add. Id. Off.* 1 c. 31. Nos  
 quoque habuimus scenam competitricem *Cic. pro Mur.* c. 19. Scena  
 sunt ludi Scenici, quibus Competitor *Ciceronis* gratiam populi adeptus est.  
 In partibus fabularum Scena vocatur quoties persona vel accedit, vel abit:  
 vt *Actus* quoties discedunt omnes et scenam relinquunt vacuam.  
 ¶ 3 Metaphora elegans est, qua actiones et negotia seria hominum, qua-  
 tenus praesertim fictum quiddam habent, et ad fallendos alios compositum, 105

scena vocantur. Coelius ad Cic. Fam. 8, 1 Scena rei totius haec: Pompeius tanquam Caesarem, etc. Quod si in scena, id est in concione, in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet Cic. de Amicit. 97 c. 26. Discutiendae tamen oratione huiusmodi

5 scenae Quinctil. 6, 1, 49. Cic. ad Brut 9 Tibi nunc populo et scenae, ut dicitur, seruiendum est, i. agenda quam commodissime, et sustinenda persona, quam suscepisti. Ne quid scenae deesset, i. Apparatus ad fallendum compositus Petron. c. 117. Conf. Gonsal. ad Petron. p. 193. Scena minore, pro minore apparatu et ostentatione Suet. Calig. c. 15.

10 Ex parte. huc referas Liu. 5, 21 enarrata fabula fidem superante, Haec ad ostentationem scenae gaudentis miraculis aptiora quam ad fidem. Quae de Veis narrantur ibi, apta ad scenicam repraesentationem, aut similem illi narrationem, non facile fidem inveniunt apud prudentiores. Sic comparatio potius est et Icon, quam metaphora. Tac. Ann. 13, 21, 5

15 Domitia — per concubinum Atimetum, et histrionem Paridem quasi scenae fabulas componit. Sed Ann. 14, 8, 6 Ipse — scenam criminis vitro parat, gladiumque dum mandata perfert, abiicit inter pedes eius, etc. de Nerone Anicetum perdente. vid. locus Apuleii, quem damus in SCHEMA, ae. Dial. de Oratorib. 35 pr. At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scenas scholasticorum, qui Rhetores vocantur. Omitto illa, quae si minus in scena sunt, at certe, cum sunt prolata, laudantur Cic. pro Planc. c. 12. Ouid. Trist. 1, 8, 48

20 Scena manet dotes grandis, amice, tuas. Plin. Epist. 7, 17, 9 Vtique si latior scena et corona diffusior, de oratore. ¶ 4

25 Scenam genus fuisse cultri manifestum est: sed vtrum securis an dolabra sit, ambigitur: quam Cincius in libro, qui est ei de verbis priscis, dolabram ait esse Pontificiam. Lilius in Lydio, Corruit, quasi ictus scena, haud multo secus. Haec Festus. Sed est alia quoque sub ipso, ut et Paulli nomine observatio, Scena ab aliis, a quibusdam

30 Sacena appellatur dolabra pontificalis. Quid si Secena a Secando, cognata Secepsitae. ¶ 5 Scenas (Scenas) Sabini coenas dicebant, quae autem nunc prandia sunt, coenas habebant, et pro coenis vespernas appellabant. Haec Festus Paulli. Scaliger malebat cesnas, et inde deriuabat Silicernium pro Silicesnium: Scenas Vossius, quod proprius ad Scenas accedit, ut est in libris. Caeterum arripit hoc Meursius, et facit Sabinorum dialectum, quam ad Scenaculum, et Scenicolas, etc. accommodat, vid. SCHOENICOLA.

SCENALIS, e. Adi. ut, Lucret. 4, 77 Namque ibi confessum caueai subter et omnem Scenalem speciem patrum matrumque deorumque Inficiunt.

40 b. e. Colorant omnem ornatum et cultum scenae. SCENARIUS, a, um. Idem. Ammian. 28, 4 Artifices scenarii per sibilos exploduntur.

45 SCENATICVS, a, um. Idem. Comici nitidi, scenatici Varr. apud Non. 2, 822.

SCENATILIS, e. Adi. Idem. Varro apud Non. 2, 822 Sed o Petruille ne meum taxis librum Si te pigeat hic Modi scenatilis.

50 SCENICVS, a, um. Adi. [σκηνικός] Idem. Quod ad scenam pertinet, qui in scena agit. Cic. pro Planc. 30 Quod dicitur Atinae factum a iuvene, vetere quodam in scenicos iure, maximeque oppidano. Id. Off. 1, 114 Suum igitur quisque noscat ingenium, acremque se et bonorum et vitiorum suorum iudicem praebat, ne scenici plus quam non videantur habere prudentiae. Sic Quinctil. 11, 3, 158. Plone, Actores scenici Quinctil. 6, 1, 26. et 11, 3, 8. Adulteria scenica Ouid. Trist. 2, 514.

55 Cic. pro Arch. 10 Quod scenicis artificibus largiri solebat, id huic summa ingenii praedito gloria noluidet. Artifices scenici imitantur affectus, etc. Sen. Ep. 11. Decor scenicus Quinctil. 2, 10. Dicacitas scenica Id. 6, 3. Gestus et motus Id. 1, 11, 3. Modulatio Id. 11, 3, 57. Nihil scenicum apud Graecos pudori est Liu. 24, 24. Ostentatio scenica Id. 2, 10. Plebs scenica Stat. Silu. 1, 6, 73. actores vulgares. Cic. de Orat. 3, 27 c. 8 Quis vnquam res praeter hunc tragicas paene comice, tristes remisse, seueras hilare, forenses scenica prope Venustate tractauit? Scenicum est Quinctil. 11, 3, 123. i. scenam et scenicos decet, non ora-

60 torem. conf. Sueton. Neron. c. 21. Tac. Ann. 15, 59. SCENICE, Adu. [σκηνικός] ut, Facere aliquid scenice Quinctil. 6, 1, 38.

SCENIFACTOR aut SCENAEFACTOR, oris. m. Arator in Act. Apost. 2, 506. de Paulo.

70 SCENOFACITORIVS, a, um. Adi. [σκηνοποιητικός] Ars scenofactoria, qua fiunt umbracula et tabernacula, quacunque re fiant, ut aulaeis vel pellibus. Legitur in Vulg. Int. Act. Apost. 18, 3 de Paulo.

SCENOPFGIA, orum. n. Pl. [σκηνοπήγια] Festa tabernaculorum, in quibus Iudaei faciebant tabernacula ad similitudinem illorum, in quibus habitauerant, quum ex Aegypto peregrinarentur in eremo. Ab σκηνος, et πήγνυμι Vulg. Int. Ioh. 7, 2.

SCENITAE, Populi sunt Arabiae Felicis, auctore Plinio 6, 28 vagi, et a tabernaculis cognominati, quae ciliis metantur vbi libuit. Solinus 63 Scenitae causas nominis inde ducunt, quod tentoriis succedunt, nec alias domus habent. Ipsa autem tentoria Cilicina sunt: ita nuncupant velamenta e caprarum pilis texta. Praeterea carnibus suillis prorsus abstinent. Sane hoc animalis genus, si inuectum illo fuerit, moritur ilico. Hos Scenitas deinde Saracenos appellatos, indicat Ammianus 22, 15. et 23, 6. Scribitur et Schenitae.

85 SCENOGRAPHIA, ae. f. Dicitur ex definitione Vitruuii 1, 2 pr. est Frontis et laterum abscedentium adumbratio ad circinique centrum omnium linearum responsus. Quomodo differt ab Orthographia et Ichnographia. Vid. Salmaf. Exerc. Plin. p. 577.

SCENSA, pro COENA antiqui dicebant, vid. COENA.

90 SCEPTICVS, a, um. [σκηπτικός] Nomen a verbo σκέπτεσθαι ductum, quod considerare significat, et dispicere, tribuiturque illi philosophiae, atque philosophis illis, qui semper dispicere, considerare, dubitare se dicunt, nihil ponunt, nihil affirmant, aliorum modo dogmata euertere conantur. vid. Diogenes Laertius in Pyrrhonis vita. Gell. 11,

95 5 pr. Quos Pyrrhonios philosophos vocamus, ii Graeco cognomento σκηπτικοί appellantur. Id ferme significat, quasi Quaesitores et consideratores. Nihil enim decernunt, nihil constituunt; sed in quaerendo semper considerandoque sunt, etc. Ibidem quaerit, quid inter Pyrrhonios, et Academicos philosophos intersit. Vtrique enim σκηπτικοί — nihil affirmant, nihilque comprehendi putant. Sed ex omnibus rebus perinde visa fieri dicunt, quas Phantasias appellant, non ut ipsarum natura est, sed affectio animi corporisue est eorum, ad quos ea visa perueniunt. — Tandem respondet, in hoc potissimum differre inter sese, quod Academici quidem ipsum illud, nihil posse

100 comprehendi, quasi comprehendunt: et nihil posse decerni, quasi decer-



decernunt: Pyrrhonii ne id quidem villo pacto videri verum dicunt, quod nihil esse verum videtur. *vid. Sext. Empiric.* Quinctil. 10, 1, 124 Scripsit non parum multa Corn. Celsus Scepticos secutus.

**SCEPTOS**, i. m. [σκηπτός] Generale omnibus, quae de nubibus cadunt, nomen est Apul. de Mundo p. 64.

**SCEPTRUM**, i. n. [σηπτρον, σηπτάνων] *Hasta, Baculus, Virga, est, qua reges maiestatis gratia utuntur; res primo ad percipiendum facta, unde Graecum nomen est, item ad arcendum, dirimendum, verbo regendum gregem; inde regum gestamen, qui sunt, Homericæ etiam appellatione, pastores quidam populorum.* Iustin. 43, 3, 3 Reges primi Romanorum hastas pro (recentiore) diademate habebant, quae Graeci sceptræ dixerunt. Nam et ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres hastas coluere, ob cuius religionis memoriam ad huc deorum simulacris hastæ adduntur. *Conf. Seru. ad Aen. 12, 206. Cic. pro Sext. 57 c. 26 Sedens cum purpura et scepro et insignibus illis regis. de rege Ptolemaeo.* Etiam de Augusti statua (forte triumphali) Sueton. Galba c. 1 extr. Augusti Sceptrum e manibus excussum est. *Triumphantium in habitu pingendo Iuvenal. 10, 43 Da nunc et volucrum (aquilam) scepro quæ surgit eburno.* Grauitas scepri Ouid. Met. 2, 847. Eburno scepro innixus Idem ibid. 1, 178. 20

Exitiale sceptrum tyrannis Stat. Theb. 1, 34. Gemmantia sceptræ Ouid. Met. 3, 264. Regale sceptrum Idem Amor. 3, 1, 13. Sublime sceptrum Iouis Claud. Conf. Stilich. 2, 210. Superba sceptræ Lucret. 5, 1136. Per metonymiam usurpatur pro ipso Imperio, ut

Virg. Aen. 7, 173 Hic sceptræ accipere, et primos attollere fasces Regibus omen erat. Capit sceptræ loci, rerumque moderamen Ouid. Met. 6, 677. Potiri sceptris Virg. Aen. 9, 267. Potiri perenni scepro et regem esse Ouid. Met. 15, 585. Qui sceptræ duro saeuus imperio Regit, Timet timentes, metus in auctorem redit Sen. Oedip. v. 705. Reponere aliquem in sceptræ, Regno restituere 30

Virg. Aen. 1, 257. Tenere sceptræ Idem Aen. 1, 61. Transfere sceptrum alio Stat. Theb. 11, 649. Sceptrum Tragoediae gestamen, quæ reges et eorum casus canat. Ouid. Am. 2, 18, 13 Sceptræ tamen summi, curaque Tragoedia nostra Creuit. Et Am. 3, 1, 14 in Profopopoeia Tragoediae, Laeva manus sceptrum late regale tenebat. 35

Et 63 Altera me scepro decoras, altoque cothurno.

**SCEPTRIFER**, era, erum. Adi. [σηπτροφόρος] *Vt, Manus sceptriferae* Ouid. Fast. 6, 480. *Sceptrifero sub diademate* Mart. Capella 9 p. 309. Sil. 17, 143 *Sceptriferas arcta palmas vinzere catena.* 40

**SCEPTRIGER**, era, erum. Adi. Sil. 16, 244 *Sceptrigero cum rege pari sub honore residunt.*

**SCEPTVCHVS**, i. m. [σηπτῦχος] *Sceptrum tenens.* Tac. Ann. 6, 33, 3 *Contra Pharasmanes adiungere Albanos, accipere Sarmatas, quorum sceptuchi vtrinque donis acceptis more gentico diuersa induere.* 45 *Conf. Leunclau. ad Xenoph. p. 1041. et in Pand. Turc. c. 223 et 199.*

**SCHERIA**, *vid. SCHERIA.*

## S C H

**SCHASTERIA**, ae. f. [σχαστήρια] *Pars nauis, ubi interquiescente remigatione reponebantur remi.* Plaut. Afin. 3, 1, 16 *Quin pol si, repositi remum sola ego in schasteria.* Sic legit Turnebus *Aduers. 4, 13 sed perperam; nam codices omnes castigatiores exhibent Casteria. v. v.*

**SCHEDA**, ae. f. [σχῆδη, χῆδος] *Philura papyri nondum conglutinata.* Plin. 13, 11. *Vid. locus, quem damus in CHARTA.* 2

*Pro plagula vel particula chartæ iam confectæ.* Cic. Att. 1, 20 extr. Nunc, si amas me, si te a me amari scis, enitere per amicos, clientes, hospites, libertos denique ac seruos tuos, ut scheda ne qua depereat, nam et Graecis his libris quos suspicor, et Latinis, quos scio illum reliquisse, mihi vehementer opus est. *Vetus codex Scida: quemadmodum etiam ap. Cic. Fam. 15, 16 pr. legunt Victor. et Graeu. Conf. Interpp. et Graeu. Epp. ad Heinj. quæ occurrunt in Sylloge Burm. T. IV.* Martial. 4, 91 *Nec summa potes in scheda teneri. b. e. in fine ipso ultimæ chartarum, ex quibus constat volumen.* Quinctil. 1, 18, 19 65

Nam qui omnes, etiam indignas lectione Schedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operam potest. *Videtur ad b. l. accommodari posse, quod est apud Isid. 6, 14 Scheda est, quod adhuc emendatur, et nondum in libris (f. libros) redactum est.*

**SCHEDVLA**, ae. f. Dimin. [σχῆδῦλον] Cic. Fam. 15, 16 *Haec te tertia iam epistola ante oppressit, quam tu schedulam aut literam.* Victor. *Scidulam: al. Schedam.*

**SCHEDIA**, ae. f. [σχῆδια] *Genus nauigii inconditi, trabibus tantum inter se connexis facti, quo mercimonia circumferunt post amissam nauim.* Vnde scheda quoque vsus poëinata dicit et versus, non satis perfecti qui essent. *Haec Festus.* Vlpian. in l. 1 §. 6 D. de exercit. act. *Nauem accipere debemus, siue marinam, siue in aliquo stagno nauiget, siue scheda sit.* Sic *Budaeus et Haloander, et Pandectæ Florentinae.* Synedria, unde vel ubi sint, nescio.

**SCHEDION**, i. n. *Dicitur a Graecis Extemporaneum, id est, quidquid inelaboratum, quidquid temere factum est, nec satis confectum.* Σχῆδιον, ex tempore dictum Gloss. Vet. Sed ne me putes improbasse Lucilianæ humilitatis schedium Petron. c. 4. *Vid. Burm. ad b. l. Sic Aufonius Libellum Epigrammatum gratia puellæ conscriptorum vocat Schedium, Bissula in hoc schedio cantabitur, aut Erasinus.* Si-

don. 9, 16 *Si quod schedium temere iacens chartulis putribus ac veterosis continebatur.* *Vid. Cresoll. Theatr. Rhet. 3, 11.*

**SCHEDICVS**, a, um. Adi. [σχῆδιος] *Extemporarius, subitarius, tumultuarius, inelaboratus:* Apuleius Florid. p. 364, 34 *Etiam in isto, ut ait Lucilius Schedico (Sic edit. Roman. et Aldin. al. schedio) et in-* 90

*condito experimini, an idem sim repentinus, qui praeparatus.*

**SCHEMA**, ätis. n. [σχῆμα] *Forma, figura, cultus, ornatusue.* Formas Graeci σχῆματα dicunt Vitruu. 1, 6. *Add. Idem 3, 1. et 8, 6.* Geometrica schemata Vitruu. 6 praefat. Quinctil. 1, 9, 4 *Figura est conformatio quaedam orationis, remota a communi et primum se offerente ratione.* Et n. 11 *Proprie Schema dicitur in sensu vel sermone aliqua a vulgari et simplici specie cum ratione mutatio: sicut nos sedemus, incumbimus, respicimus.* *Videndum totum hoc caput.* Cic. de Clar. Orat. 274 c. 79 *Erant autem et verborum et sententiarum illa lumina, quæ vocant Graeci σχῆματα, quibus tanquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio.* *Conf. Ibid. 69 c. 17 extr. et 141 c. 37.* Schemata vsitatius dicimus quam figuras Augustin. de Trin. 15, 9. Ornamenta verborum, sententiarumque, quæ appellantur σχῆματα Cic. in Topic. 34. *Non iniucunda schemata* Quinctil. 4, 5. 2 105

- Est angustior quaedam huius vocis significatio, de qua* Quinctil. 9, 1, 14 Verum id ipsum anguste Zoilus terminavit, qui id solum putaverit *Schema*, quo aliud simulatur dici quam dicitur: quod sane vulgo quoque sic accipi scio: unde et *figuratae controuersiae* quaedam vocantur. *Locus classicus est* 9, 2, 65 Iam ad id genus, quod et frequentissimum est, et expectari maxime credo, veniendum est, in quo per quandam suspicionem, quod non dicimus accipi volumus, non utique contrarium, ut in Ironia, sed aliud latens, et auditori quasi inueniendum, quod iam fere solum *schema* a nostris vocatur, et unde *controuersiae figuratae* dicuntur. Eius triplex usus est, vnus si dicere palam parum tutum est; alter, si non decet; tertius qui venustatis modo gratia adhibetur etc. *Multa enim deinde de tota re Fabius. Ad alterum illum usum pertinet* Martial. 3, 68 *Schemate non dubio, sed aperte nominat illam, Quam recipit sexto mense superba Venus:* quae *Priapi s. mentulae periphrasis est.* Sextus mensis est Augustus, quo *mysteria Eleusinia celebrabantur, in quibus phallorum usum fuisse constat. Quod enim dicunt, VII Kalendis Augusti extra portam Collinam cum pompa a mulieribus portatum ad Veneris sanum, et repositum in sinu illius, Priapum, nescio an probari possit. Neque tuc faciunt, quae laudant ex* Prud. in Symm. 1, 103 sqq. et August. de C. D. 7, 21. Sed redimus ad *schema.* Quinct. 5, 10, 70 Quo *schema*, si intelligitur? Quo, si non intelligitur? Conf. FIGURA. ¶ 3 *Schemata cognationum, non Stenmata dici putat Alcivatus Parergon 2, 30 sicque apud Paullum in l. penult. de gradib. legendum esse admonet.*
- 25 **SCHEMA**, ae. f. *Idem. Sensu rhetorico.* Petron. 44 Nec *schemas loquebatur. Vid. Burm. et SCHEMA, atis. n. 2. Pro Ornatu et habitu* Plaut. Amphit. Prol. 117 Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini, quod ego huc processi sic cum feruili *schema.* In antiquioribus codicibus *Scema absque adspiratione scriptum visitur, non minus quam aliis locis. Add. Plaut. Perf. 4, 11, 2. Apul. Met. 4 p. 151, 30 de Thrasyleone in urfina pelle latente, Scenam, quam Sponte sumserat, cum anima retinens, nunc fugiens nunc resistens, variis corporis sui schemis ac motibus tandem domo prolapsus est. Schemae hic non extrinsecus assumptum aliquid notat, sed ipsam corporis figurationem et habitum.* Sic Sueton. Tib. c. 43 Cubicula — tabellis ac figillis lasciuissimarum picturarum et figurarum adornauit, librisque Elephantidis instruxit, ne cui in opera edenda exemplar imperatae *schemae* deesset. *Multa hic de re et nomine Viri docti.*
- 35 **SCHEMATISMVS**, i. m. [*ἡματισμός*] *Figuratio.* Quinctil. 1, 8 *Vitia in carmine metaplasinos, et schematismos et schemata vocamus. vid. Burm. p. 97.*
- SCHENITAE**, vid. **SCENITAE**.
- SCHERIA**, ae. f. *Insula est ex aduerso Thesprotiae, a Buthroto XII. M. pass. distans, quae aliis nominibus Phaeacia et Corcyra dicitur, Alcinoi hortus celeberrima, olim etiam Drepane appellata* Plin. 4, 12.
- SCHESIS**, is. f. [*σχέσις*] *Habitudinem significat vel Affectionem. Accipitur autem pro Figura non absimili anthypophorae, qua aduersariorum affectum quemlibet fingimus, cui innox respondeamus. Ut in illo (Virg. Aen. 10, 75) Indignum est Italos etc. Haec non ita Iuno proposuit, quasi manifeste Venus indignum esse dixisset, sed quasi indignum esse Veneri fingeret, vel suspicaretur. Haec Latine dicitur Adfectio. Haecenus Rufinian. p. 36 sq. Pithoei.*
- SCHIASIS** vel **SCIASIS**, is. f. *i. ischiadicum malum.* Arthriticus schiasique curat Macer 1, 12. Conf. 1, 2, 9.
- SCHIDIAE**, arum. f. *Pl. Sunt Fragmenta s. assulae, quae fabri materiarii ex ligno deiciunt. Vitruu. 2, 1 Interuallaque quae relinquuntur propter crassitudinem materiae, schidiis et luto obstruunt. Et 7, 10 Sarmenta aut taedae schidiae comburantur.*
- 60 **SCHINOS**, [*σχίνος*] *Arbor eadem, quae Lentiscus, mastichen-exsudans, ex cuius ligno cuspides fiunt, purgandis dentibus accommodae, unde ἡχορδωγῆες a Graecis dicti sunt Homines delicatiores, qui, ut dentibus candorem concillant, perpetuo lentiscum arrodunt. Vid. Dioscor. 1, 77. Fabric. ad Hieron. de Scriptor. Eccles. c. 63 not. 1.*
- 65 **SCHINVSSA**, ae. f. *Insula est Asiatici maris, auctore Plin. 4, 12 forte a multitudine harum arborum dicta.*
- SCHISMA**, atis. n. [*σχίσμα*] *Latine Scissura, a Graeco σχίζω, quod est scindo: hinc Diuisionem in Religione Schisma dicimus, cum varii varia de eius partibus sentiunt, integris manentibus principis. Samaria descuerat ab Israël, habens schisma illud ex decem tribubus Tertull. adu. Marc. 4, 35. Apostolus dissensiones et schismata increpat Tertull. de Praescr. adu. Haer. c. 5. Add. Sidon. Epist. 8, 14. Hinc,*
- SCHISMATICI**, dicti sunt, qui in Ecclesia diuisionem et discidium faciunt. Tertull. adu. Marc. Hieron. Ep. 21 ad Paullum Concordiensem sub fin. Schismaticum accurate definit Augustinus et ab Haeretico distinguit de Fide et Symb. c. 10.
- SCHISTVS**, a, um. Adi. [*σχίστος*] *Fissus, vel fissilis, graecum epitheton, quod pluribus rebus tribuitur. V. g. Plin. 28, 9 Medici speciem vnam addidere lactis generibus, quod schiston appellauerunt. Docet deinde facere, et finit, ablatum deinde igni refrigeratione diuiditur, et discedit serum a lacte. Unde apparet ratio nominis. Sic Schista genus ceparum Plin. 19, 6 haud dubie fissilis, instar allii. Plin. 29, 3 de Ouis, Fiunt et tota lutea, quae vocant schista, quum triduo incubata*
- 85 *tolluntur, forte a rupto vitello.*
- SCHISTON**, i. n. *aluminis genus, ap. Plin. 35, 15. Schistum alumen Cels. 5, 2. Haematitae genus Schiston Plin. 36, 20. Sed in pr. capitis Haematites et schistos cognationem habent. Add. 33, 4 ad fin. it. Diosc. 5, 145.*
- 90 **SCHOENEVS**, i. m. [*Σχοινεύς*] *Qui et Iasius, rex Arcadiae fuit, filius Abantis et Atalantae pater. Hinc*
- SCHOENEIVS**, a, um. Adi. [*Σχοινίος*] *Vt, Virgo Schoeneis, Atalanta Ouid. Trist. 2, 399. Add. Met. 10, 611 et 660.*
- SCHOENEIS**, dis. f. *Patronym. [Σχοινίς] Eadem. Ouid. Am. 1, 7, 13. Idem Epist. 16, 263 Vt tulit Hippomenes Schoeneida, praemia cursus.*
- SCHOENICOLAE**, vel **SCHOENICVLAE**, arum. f. *Plautus (si Festum audimus) sic videtur appellare meretrices, propter usum vnguenti schoeni, quod est pessimi generis, itaque dixit diobolares schoenicolae, miraculae, cum extritis talis, cum todellis crusculis: item Profedas, pistorum amicas, reliquias halicarias, miseras, schoeno delibutas, seruolicolas, fordidas. Prior locus non exstat alias. Videri potest, quid illum emendet et concinnet Scaliger ad Varron. p. 134 sq. Probat certe schoenicolas, et eas restitui pro coenicolis vult in Plauti*
- 105 *Poenulo. Hic est alter locus a Festo prolatus, nempe 1, 2, 55 ubi praemae*

*mae edit.* Miseras schoeno delibutas, schoenicolas, fordidas. *Camer.* Coeno delibutas, feruicolas: Schoeno delibutas feruicolas *Grut. it. Gronou.* *Meursius* autem totum illud de Schoeno vnguento *meras esse nugas decernit: scoenum dixisse Sabinos pro coeno, et scoenam pro coena, scoelum pro coelo. Nempe sic etiam Amphitr. 3, 1, 3 scenaculum esse pro coenaculo. Vid. SCENA n. 5. Ergo legit scoeno f. coeno delibutas, ut Poen. 4, 2, 4 Neque tam luteus, neque tam coeno collitus. Et Scaliger usurpasse videtur libros, in quibus coenicolae essent, i. in coeno et sordibus habitantes. Sed vnguentum in h. l. ipse Varro agnoscit, apud quem de L. L. 6, 3 p. 76, 7 ita dedit Scaliger, Scaeniculae ab Scaeno nugario vnguento, et in coniectan. l. c. monet legendum Schoenicolae. Caeterum adspirationem in nomine Schoeni omitti videas etiam in quantum longitudinis mensura est, ut mox dicemus.*

SCHOENVS, i. m. *sive* SCHOENVM, i. n. [*σχῶνος*] Latine dicitur iuncus. *Plaut. Rud. 2, 1, 5* Hi schoeni enim atque hae arundines sunt nobis quaestu et cultu. *Sed variat lectio. Gron.* Hisce hami, atque etc. *Cato de R. R. 105, 2* Schoenum et calamum in pila contundito, quod fiet sextarium vnum. *Add. 113, 1. Columel. 12, 20, 2 et 5. it. 12, 51, 2. Scribon. 70. 120. 125 etc. etc. Flos schoeni Idem 167. 170. Plin. 12, 14. 6, 26. 5, 10. Solin. c. 56. Apul. de Herb. c. 14. Est Vnguenti genus ex ὄχλῳ seu iunco odorato confectio. Vid. quae modo dicta sunt, voce SCHOENICOLAE.*

¶ 2 Schoenus, *Mensura est Aegyptiaca, sexaginta stadia capiens auctore Herodoto 2, 6. Plin. 5, 10* Stadia triginta assignat Schoeno. *Sed 12, 14 ita: Schoenus patet Eratosthenis ratione stadia XXXX. h. e. passuum quinque millium: aliqui XXII stadia singulis schoenis dedere. Conf. Henr. Dodwell. Diss. de Isid. Characeno, praemissa Geographis ab Hudsonio editis, §. 12 seqq. ¶ 3 Est etiam urbium et fluuiorum nomen. Vide Geographos.*

SCHOENOBATES, ae. m. [*σχωνοβάτης*] Qui per funes ludendo graditur, ὁ ὄχλῳ funis, et βάλῳ gradior: ut funambulus. *Iuuen. Sat. 3, 77* Augur, schoenobates, medicus, vagus omnia nouit. *Sidon. Carin. 23, 30* Quid dicam citharistras, choraulos, Mimos, Schoenobatas, gelasianos.

SCHOENOBATICVS, a, um. *Adi. [σχωνοβατικός]* Quod ad schoenobatem pertinet. *Sunt, qui legunt apud Cacl. ad Cic. Fam. 8, 1* Ego, qui scirem Q. Pompeium Baulis schoenobaticam facere, et vsque eo, ut ego misererem eius esuriei. *id est, eum propter paupertatem factum schoenobaten, id est funambulium. Sed variat lectio. Vid. EMBAENETICA.*

SCHOLA, ae. f. [*σχολή*] Literarum ludum significat; ad verbum otium, quia caeteris rebus omissis, vacant liberalibus studiis, qui eas frequentant. *Paullus. Auson. Eidyll. 4, 6* Graio schola nomine dicta est, iusta laboriferis tribuantur ut otia Musis. *Sic Virg. Georg. 4, 564* Studiis florentem ignobilis otii. *Ideo et Ludus vocatur. Festus: Scholae dictae sunt non ab otio ac vacatione omni, sed quod caeteris rebus omissis vacare liberalibus studiis pueri debent: ut etiam Ludi appellantur, in quibus minime luditur, ne tristi aliquo nomine fugiant pueri fungi suo munere. Est ergo Schola conuentus docentis et discipulorum quascunque literas, aut artes. Cic. in Orat. 95* E Philosophorum scholis tales fere euadunt. *Coetus scholarum Quinctil. 2, 9. Consuetudo scholarum Idem 4, 2. Exercitationes scholarum Quinctil. 3, 8. Frequentia scholarum Idem 1, 2. Magnae scholae Quinctil. 1, 2. Assidere in schola Cic. de Orat. 1 c. 22. Audire hominem de schola Cic. de Orat. 2, 28 c. 7. Idem de Finib. 5, 89* Nec ego solus, sed tu etiam Chrysippus in foro, domi, in schola desinis. *Hoc de genere a Philosophis in schola disputatur Cic. Off. 2 c. 25. Eligere scholas Quinctil. 1, 1. Explicare scholam, Praecepta doctrinae exponere Cic. de Finib. 2, 1. Fugere scholas Quinctil. 1, 2. Institutae seuere scholae Idem 2, 2. Homo politus e schola Cic. in Pison. 59 c. 25. Vitare scholas Quinctil. 1, 2. A Philosophorum scholis virtutis praecepta petere Quinctil. 1 prooem. 17. ¶ 2 Schola locus otiosorum, expectantiumue. Talis Plin. 35, 10 l. 37 ubi memorat pictas sabulas in Schola, in Octaviae porticibus. Et 36, 5 l. 4, 5 Cupido Thespianis in Octaviae scholis positus. Tales etiam videntur Scholae in balneis, de quibus Vitruu. 5, 10* Quanta longitudo fuerit, tertia demta latitudo sit, praeter scholam labri et aluei — Scholas autem laborum ita fieri oportere spatiosas, ut cum priores occupauerint loca, circumspicientes reliqui recte stare possint. *Illi optime sentire videntur, qui existimant, has scholas velut porticum fuisse labro s. alueo balnearum circumdatam. Et videtur ab his ipsis scholis porticum, palaestrarum, balnearum primum orta ea ratio, uti Scholas dicerent loca otiose de Philosophia aut literis differentium. ¶ 3 Scholae, pro Disputationibus et controuersiis atque dissertationibus, quae in scholis inter doctorem et discipulos otiose agitari solent, accipitur apud Cic. Tusc. 1, 8 c. 4* Ponere iubebam de quo quis audire vellet, et id aut sedens, aut ambulans disputabam. *Itaque dierum quinque scholas (ut Graeci appellant) in totidem libros contuli. Ibid. 3, 81* Separatim autem certae scholae sunt, de exilio, de interitu patriae, etc. *Cic. Fam. 9, 22* Habes scholam Stoicam, ut nunc dicunt, lectionem. *Quinctil. 3, 6, 58* Sunt enim velut regestae in hos commentarios, quas adolescens deduxerat scholae. *De Ciceronis rhetoricis, Alii sic legunt, Sunt enim velut res regestae in hos commentarios, quas adolescens deduxerat schola. Cic. in Pison. 60 c. 25* Vertes te ad alteram scholam, differes de triumpho. *Et 65 c. 27* Sibilum metuis? ubi sunt vestrae scholae? *Pomeridianis scholis Aristoteles praecipere artem oratoriam coepit Quinctil. 3, 1, 14. h. e. Disputationibus et praelectionibus pomeridianis. ¶ 4 Pro secta quadam et velut factione hominum eruditorum, qui unum Magistrum sequuntur, Plin. Epist. 7, 24, 8* Domus C. Cassii, huius qui Cassianae scholae princeps et parens fuit. *Sic Venuleius l. 138 D. de Verbor. obl. Sabinus ait. Proculus autem et caeteri diuersae scholae auctores. Sed non multum diuersa ratione ipse Cic. de Orat. 1, 56* Clamabunt, credo, omnia gymnasia, atque omnes Philosophorum scholae, sua haec omnia esse propria. *Sic Quinctil. 3, 11, 26* Schola Theodori. *Sic Plin. 29, 1 l. 5 de Medicis. ¶ 5 Sequiore aetate multo latius patuit Scholae nomen, cum poneretur pro omni ordine Militiae vel sagatae vel togatae s. palatinae, forte quatenus sub uno magistro officiorum alteri, alteri militum, continerentur. Egerunt hac de re, de diuersis generibus scholarum, diligenter Pancirollus in Notit. Imp. Orient. c. 63 et 64. Guther. de Officiis domus Aug. 2, 14 et al. Valef. ad Ammian. Marcell. 14, 7 p. 38. Iac. Gothofr. in Glossar. nomico ad Cod. Theodos. et locis, quae ibi indicat. Nobis satis est paucis exemplis rem, quae proprie non est nostri operis, declarasse. Ad Palatnam ergo Militiam pertinent ista Corippi 3, 158*

Ornata est augusta domus, iussuque regentis  
Acciti proceres omnes, scholaque ipsa palati est  
Iussa suis adstare locis: iamque ordine certo  
Turba Decanorum, cursorum, in rebus agentum,  
Cumque palatinis stans candida turba tribunis,  
Et Protectorum numerus, mandante magistro,  
Omnis sacrorum vis adfuit officiorum  
Ornatu vario, cultuque, habituque, modoque.

10 Tum demum de militibus praetorianis, Ingens excubitus diuina palatia  
seruans etc. Talis est praesertim Schola Agentium in rebus, de qua  
Pancirollus l. c. c. 64 integro. Vid. l. 1 C. de agentib. in reb. et l. 1  
C. de Praepos. agent. in reb. Schola societatis sacrar. largitionum est  
l. 13 C. de palatinis sacrar. largition. Schola silentiariorum l. 4 C. de  
15 Silentiar. Schola Exceptorum l. 1 §. 8 C. de Offic. Praef. Praet. Afr. ubi  
est praeterea Schola singularium, Mittendariorum, Cursorum, No-  
menculatorum, Stratorum. Sed transimus ad Scholas militum. Ve-  
get. 2, 21 manifeste Scholas vocat, qui sunt in antiqua militia ordines:  
Nam quasi in orbem quandam per diuersas cohortes, et diuersas Scho-  
20 las milites promouentur, ita vt ex prima cohorte ad gradum quem-  
piam promotus, vadat ad decimam cohortem etc. Sed mutatis dein-  
de rebus pariter ac nominibus variae Scholae exortae. Iustinian. l. ult.  
C. de Locat. et Conduet. Milites appellamus tam eos, qui sub excelsis  
magistris militum tolerare noscuntur militiam, quam qui in vndecim  
25 deuotissimis scholis taxati sunt, nec non eos etc. In Notitia Imp. sunt,  
Agentium in rebus, Scutariorum tres, Armaturarum seniorum et iu-  
niorum, Gentilium seniorum et iuniorum, Sagittariorum, Clibanariorum,  
Fabricensium. l. 1 §. 8 C. de Off. Praef. Praet. Afr. est scho-  
30 la Praetorianorum, it. Draconariorum. Sed iam excessimus no-  
stros limites.

SCHOLARIS, e. Adi. Scholari declamatione Hieron. Ep. 125 ad  
Damas. quaest. 2. Scholaria inchoamenta Mart. Capella 3 p. 93.  
Scholaria rudimenta Fulgent. Mythol. l. 1 praef. Sulp. Seu. Vita Mar-  
tin. 1, 1 Ipse armatam militiam in adolescentia secutus inter scholares  
35 alas sub rege Constantio, deinde sub Iuliano Caesare militauit. Vid.  
l. 38 C. Th. de Decurionib. it. l. 31 C. Th. de erogat. milit. annonae  
etc. ¶ 2 Ad eos, qui literarias scholas frequentant, tra-  
duxit posterior aetas. Quod enim apud Quintil. 2, 9, 2 est in quibus-  
dam (etiam Iensoniana, quod me fugisse deprehendo) In ipsos denique  
40 coetus scholarium laeti et alacres conuenient; a Regio mutatum in  
Scholarum. Quidam MSS. Sodalium, cuius glossa potest fuisse Schola-  
rium. Qui inter Boethii opera editur Liber de disciplina Scholarium  
longe recentioris et barbari hominis esse videtur hodie omnibus. Ictis  
45 forte bonus auctor fuerit Fridericus Imperator in sua l. Habita, quae sub-  
iicitur tit. Ne filius pro patre lib. 4 C. tit. 13 Omnibus (inquit) qui  
causa studiorum peregrinantur scholaribus, et maxime diuinarum at-  
que sacrarum legum professoribus, etc.

SCHOLICVS, a, um. Adi. Gell. 4, 1 Ostentabat quispiam Gram-  
maticae rei doctior scholica quaedam nugalia, de generibus et casibus  
50 vocabulorum disserens. Auribus scholica dape ebriis Varro apud  
Non. 6, 22.

SCHOLASTICVS, a, um. Adi. [σχολαστικός, σχολάστης] Vel rebus  
attributum nomen est, vel hominibus. Quint. 11, 1, 82 Scholasticae  
materiae sunt, quae in schola declamatoria tractantur. Et elliptice  
55 Idem 4, 2, 30 post mentionem fort. Sed in scholasticis quoque non  
nunquam euenit, vt pro narratione sit, propositio. Et 7, 1, 14  
Nam quaedam in Scholasticis ponuntur, ad coniungendam modo actae  
rei seriem. Vtroque loco pro in scholasticis licebat dicere in decla-  
mationibus. Plin. Epist. 9, 2 Scholasticae atque vmbrae literae.  
¶ 2 Cum personis tribuitur, interdum discipulos notat, vt Quint. 12,  
60 11, 16 Cognoscere, et praeccepta dicendi (sic videtur leg. ex MS. pro  
viuendi) perdiscere, et in foro nos experiri potuimus, dum scholasti-  
ci sumus. Add. Petron. 6 pr. Interdum doctores vt Plin. Epist. 1,  
ult. Scholasticis porro dominis, vt hic est, sufficit abunde tantum soli.  
65 de Suetonio loquitur Rhetore et Grammatico. Sic de Iseo Idem 2, 3  
Annum sexagesimum excessit, et adhuc Scholasticus tantum est: quo  
genere hominum nihil aut simplicius, aut sincerius, aut melius. Nos  
enim, qui in foro verisque litibus terimur, multum malitiae, quamuis  
nolentes, addiscimus. Schola et auditorium et ficta causa res inermis,  
70 innoxia est, nec minus felix, senibus praesertim. Nihil indecen-  
tius, quam vbi scholasticus, quod non nouit, imitatur Sen. Controu.  
l. 5 praef. At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scenas  
scholasticorum, qui rhetores vocantur Auctor Dial. de Orat. c. 35.  
Declamatorem generatim significat interdum, siue doceat, siue discat. Se-  
75 neca Controu. 3 (7) prooem. p. 121 de Albucio, Nihil putabat esse,  
quod dici in declamatione non posset. Erat autem illa causa: time-  
bat, ne scholasticus videretur, i. nimis cultus, nimis studiosus, parum  
negotii aptus, vt etiam hodie videntur vereri quidam, ne parum vel Phi-  
losophi vel pragmatici, ne Pedantae (sic enim loquuntur) videantur, si cul-  
80 tum orationis adhibeant. ¶ 3 Verum etiam generatiori signi-  
ficatu hominem eruditum notat. Seuer. Sulp. Dial. 1, 5 Quia Scholasti-  
cus es, non immerito te versu Comici illius admonebo. Et c. ult.  
Caeterum cum sis scholasticus, hoc ipsum quasi Scholasticus artificiose  
facis, vt excuses imperitiam, qui exsuperas eloquentia. Sic leg.  
85 pro quia exsuperas. Alium Sulpicii locum damus, voce TRIPETIA.  
Vid. Saluian. de gubern. dei praef. Non id facere adnisi sunt, vt salu-  
bres et salutiferi, sed vt Scholastici ac disertis haberentur. Alexan-  
der Aurelius ad Manimaeam matrem apud Capitolin. Maximino iun. 3  
Sed timeo, ne soror mea Graecis munditiis erudita barbarum focerum  
90 ferre non possit, quamuis ipse adolescens et pulcher et scholasticus ad  
Graecas munditias eruditus esse videatur. Vid. Casubonus hic, et in  
primis Rittershus. ad Saluian. l. c. p. 3 sq. Add. Wouwer. et Erb. ad  
Petron. 6 pr. ¶ 4 Scholasticus est Patronus causae. Au-  
gustin. tr. 7 in Ioan. Qui habent causam et volunt supplicare Impera-  
tori, quaerunt aliquem Scholasticum iuris peritum, a quo sibi preces  
95 componantur. De hoc genere vid. Rittershusius l. c. Voss. de Histori-  
cis Graecis in Agathia, qui hac ratione vocatur Scholasticus: copiosissi-  
me autem, ex Graecis praesertim, Iac. Gothofr. ad l. 2 C. Theod. de  
conclusionib. Aduocator. ¶ 5 Denique propter quorundam  
00 mores, iniuriae et contumeliae nomen factum est Scholasticus, non apud  
Graecos modo v. g. Epictetus Arriani 1, 11 vocat ζῶον, ἔ πάντες καταγε-  
λῶσι, et 3, 26 Ἄρον εὐκείνα τὰ τῶν σχολαστικῶν καὶ τῶν μωρῶν et Hiero-  
clis facetiae sunt de ridiculo Scholasticorum stupore narratiunculae: sed  
ita etiam accipit illa Apuleiana Fotis Metam. 2 p. 119 8 Heus-tu scho-  
05 lastice etc. Nec, puto, aliud voluit Petronii Trimalchio c. 39 cum tri-  
buit

buit bit, qui nascuntur Arietis signo caput durum, frontem expudorata, cornu acutum, ac deinde addit, Plurimi hoc signo scholastici nascuntur.

SCHOLIVM, i. n. [σχολιον] Interpretatio brevior, breue scriptum. Cic. Att. 16, 7 Velim σχολιον aliquod elimes ad me, oportuisse te istuc facere. Haec verba repetit Cicero ex Attici epistola: tum addit, Itane, mi Attice, defensione eget meum factum, praesertim apud te, qui id mirabiliter approbasti? ego vero istum ἀπολογισμὸν συντάξομαι, sed ad eorum aliquem, quibus inuitis et dissuadentibus profectus sum. Et si quid iam opus est σχολια, si perseuerassem, opus fuisset. Eidem 3, 18 Hic autem iam languescit, et ait tibi illum iure iratum: sed vtar tuo consilio. σχολια enim tibi video placere.

SCHYTANVM, i. n. Medicamentum sorbere cogens pigmenta cbrysocollam, ut fiat, quemadmodum ait, bibula docilisque, et rapiat colorem. Plin. 33, 5. Scytatum legit Hard.

## S C I

SCIADEVS, i. m. [σκιάδεος] Piscis quidam ap. Plin. 32, 11.

SCIAENA. [σκίανα] Piscis nomen Plin. 9, 16. et 32, 11. Vid. de utroque Casaub. ad Athen. 7, 10.

SCIAGRAPHIA, ae. f. [σκιαγραφία] Vmbrae delineationem ad verbum significat, et videtur ortum hoc verbum ex rudibus illis picturae initiis, quod dicitur Dibuladis Sicyonii figuli filia amatoris sui discessionem parantis vmbraem ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsisse, etc. apud Plin. 35, 12 f. 43. Sed quod Vitruuio tribuitur Sciagraphia aut Sciographia et cum ichnographia conuenire dicitur, cum errorem esse arbitramur, iam notatum a Salmasio ad Solin. p. 577, aE. Nam Vit. 1, 2 p. 6 pr. Scenographia est v. v. Rem, quam nos Scia-graphiam putamus, pulchre dixit Quint. 10, 2, 7 Si nihil inuentis adde- rent homines, Non esset pictura, nisi quae lineas modo extremas vmbrae, quam corpora in sole fecissent, circumscriberet.

SCIAMACHIA, ae. f. [σκιαμαχία] Vmbrae pugna, ut vel ipse Gellius, vel antiquus aliquis librarius aut corrector, transtulit 13, 22 ubi laudatur Varronis Satira Menippea, quae inscribitur σκιαμαχία. Additur in collectione Scaligerana titulorum Varronis, ἡ κρομαχία, περὶ τύφου, ex quo forte colligas, actum ibi de superbiorum pugnis, arietum instar concursantium, sed saepe etiam vmbraem suam aut alienam petentium: nam σκιαμαχίαν videtur significare oppugnare vmbraem. Vulgo tamen ad pugnas non serias, non in sole et puluere, sed in vmbra commissas refertur: laudaturque Iuuenalis 7, 173 Ad pugnam qui rhetorica descendit ab vmbra. Talem sciamachiam esse volunt, quae describitur Virg. Aen. 5, 363. Sed ibi satis seuerè res geritur.

SCIAPODES, sive SCIOPODES, um. m. [Σκιάποδες ἢ Σκίοποδες] Populi Troglodytis finitimi, ut ex Ctesiae sententia tradit Plin. 7, 2. qui et Monosceli a singulis cruribus sunt appellati, mirae perniciositatis ad saltum. Sciapodes inde dicti, quod in maiore aestu humi iacentes resupini, vmbra pedum se protegant Augustinus de Civitate Dei.

SCIARE, es. f. Herba, alias Chamaeleon. Apul. de Herb. c. 25. Est Graecum σκιάρη: umbrosa.

SCIATERICON, i. n. [σκιατηρικόν] Horologium apud Plinium dicitur 2, 76. i. Vmbrae indagatorium. Est autem Solarium, quo hodie utimur, ad horas aequales aequinoctialesque colligendas: antiqui autem multum operosiore ac difficiliore, ad inaequales et temporales. Alii Sciothericon legunt apud Plinium, vel Sciotericon.

SCIATHERAS, ae. m. sive SCIOTHERON, i. n. [σκιαθήρας ἢ σκιάθηρον] Instrumentum gnomonicum, quo vmbrae indagamus. Vitruu. 1, 6 p. 13 Collocetur ad libellam marmoream amussium, aut locus ita expoliatur ad regulam et libellam, ut amussium non desideretur, supraque eius loci centrum collocetur acneus gnomon, indagator vmbrae, qui Graece σκιάθηρας dicitur etc. Docet ibi lineam meridianam et per hanc plagas caeli reliquas inuenire.

SCIATHOS, i. f. [Σκιάθος] Insula est in mari Aegeo, teste Plin. 4, 12. et Herodoto in Polymnia. Valer. Argon. 2, 8 iam Sciathos subfedit aquis. Add. Mela 2, 7.

SCIATICA, ae. f. Lumbago, quae vocatur et Morbus sciaticus. Vox corrupta est a medicis, pro Iſchiacus, ab ἰσχίον coxendix. Vid. Voss. de L. L. 1, 1 et 2.

SCIBILIS, vid. SCIO.

SCIBONES, Teli genus antiquis apud Gellium 10, 25. vid. 70

SIBYNA.

SCIDA, vid. SCHEDA.

SCIENS, SCIENTER, SCIENTIA, vid. SCIO.

SCILICET. [ἀμίλα, δηλαδή] Confirmandi Aduerbum, idem quod Scire licet vel Certe: sed saepe per amaritudinem quandam cum derisu permixtam, ut sit Aduerbum negandi per ironiam. Virg. Aen. 4, 379 Scilicet is superis labor est. Ter. Andr. 1, 2, 14 Meum gnatum rumor est amare. D. id populus curat scilicet. Sine ironia Cic. pro Milon. 48 Scilicet me latronem ac sicarium abiecti homines et perditii describebant. Et Acad. 4, 96 Quid enim faceret huic conclusioni, si lucet lucet: lucet autem, lucet igitur? Crederet scilicet. Amaram est, sed sine ironia etiam illud Ouid. Met. 2, 471 Scilicet hoc etiam restabat adultera, dixit, Ut focunda fores, etc. Interrogat cum ironia, s. negatione Cic. pro Rabir. perd. reo 14 Scilicet tibi grauiorem dolorem patruui tui mors attulit, quam C. Graccho fratris? Quis? tu ipse scilicet laudator et factorum et scriptorum meorum Cic. Att. 7, 1. Quid ad haec Naeuius? ridet scilicet nostram amentiam Cic. pro Quint. 55 c. 17. ¶ 2 Scilicet, nonnunquam sine amaritudine dicitur, et irrisione: et Aduerbum affirmandi est, vel conuenientiam significandi, ut nempe, nimirum. Sic Ter. Andr. 5, 4, 48. Idem Eun. 5, 8, 10 Fratris igitur Thais tota est? c. scilicet. Cic. Att. 4, 6 Si taceo, oppressus et captus, quo dolore esse debeo? quo sum scilicet. Ter. Heaut. 4, 5, 44 Neque tu scilicet eo nunc confugies; quid mea? De Lentulo scilicet sic fero vt debeo, virum bonum et magnum hominem perdidimus Cic. Att. 4, 6. Peto igitur a te, tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario et tam familiari Cic. Fam. 13, 26. Suspenso animo expecto primum te scilicet, deinde Marionem Idem ibid. 16, 3. Etiam ab initio periodi Cic. pro Sulla 67 c. 24 Scilicet (si audimus Torquatum) is sum, qui existimem etc. Hic Nempe vel Nimirum eadem sententia substituas. Scilicet id agitur, vtrum hac petitione, an proxima Praetor fias Cic. Fam. 10, 26. Scilicet si ista Iupiter significaret, tam multa frustra fulmina emitteret Cic. de Diuin. 2, 44. Idem in Catil. 2, 19 Quibus hoc praecipendum videtur vnum scilicet et idem, quod caeteris

- omnibus, vt desperent, se id quod conantur consequi posse Idem Quint. Frat. 2, 5. Quid tu in eo potes? nihil scilicet Cic. Att. 1, 7. Etiam pro Scilicet, aliquando Nimirum posuit Cicero, vt pro Rosc. Amer. 128 Opinor enim esse in lege, quam ad diem proscriptiones, venditionesque fiant: nimirum ad Calend. Iunias. Aliquando, Videlicet; vt pro Cluent. 148 Qui eorum, quorum? videlicet qui supra scripti sunt. Nonnunquam eleganter Cicero subicit ipsum Scilicet; vt pro Muraen. 66 Quem non poenitebat facere idem, quod tu, habere eruditissimum hominem, cuius oratione asperior non est factus. b. e. Habere scilicet hominem. Et scilicet iungit Cic. Quint. Frat. 1, 2 Et Flauii causa, et scilicet Pompeii omnia facies. ¶ 3 Scilicet cum Infinitiuo, pro scire licet. Ter. Heaut. 2, 3, 117 Scilicet facturum me esse. Idem Heaut. 5, 1, 19 Nam vbi desponsam nunciasti filio, continuo iniecisse verba tibi Dromonem, scilicet, sponsae vestem — opus esse. Plaut. Rud. 2, 3, 64 Nunc eam cum navi scilicet abiuisse pessum in altum. Sall. Iug. 4, 6 Scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim habere. Et 102, 9 Cui scilicet placuisse, et vim et gratiam nostram experire. Et 113, 3 Quae scilicet tacente ipso occulta pectoris patefecisse. Add. Gronou. 20 Obs. 3, 9. it. Graeu. ad Cic. Att. 13, 5. Conf. VIDELICET.
- SCILLA, ae. f. [σκόλλα] siue SQVILLA; Herba et terra et mari crescens. Radix tamen sit, an bulbus, an cyma, siue fructus, a Theophrasto dubitatur. Bulbus scillae crudus Scribon. 79. — Coctus, detracta parte exteriori Idem 134. Sic mox Scilliticum bulbum vide- 25 bimus. Plin. 21, 17 Notabilis et scillae croci que natura, quod quum omnes herbae folium primum emittant, moxque in caulem rotundentur, in iis caulibus prior intelligitur, quam folium. Et in croco flos quidem impellitur caule, in scilla vero caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Idem 19, 5 Nobilissima est scilla, quamquam medicamini 30 nata, acetoque exacuendo. Nec vlli amplitudo maior, sicut nec vis asperior. Duo genera medica: Masculus albis foliis, femina is: et tertium genus est cibus gratum: epimenidium vocatur, ac iustius folio, ac minus aspero: Seminibus plurimum omnibus. Varro R. R. 2, 7, 8 de equo admissario, Si fastidium salendi est, scillae medium conterunt cum aqua ad mellis crassitudinem: tum ea naturam 35 equae tangunt, contra ab locis equae nares equi tangunt. Columel. 5, 10 At si iam arborem satam habueris, scillam secundum radicem arboris serito. Add. Plin. 20, 19. et 27, 12. Colum. 6, 4. et 12, 33. Cels. 3, 21. 5, 28. 6, 8. Pallad. Iul. 8. Sed Squilla 40 piscis, v. v.
- SCILLIVS, a, um. Adi. [σκιλλινός] Quod ex scilla factum est. Plin. 23, 2 Acetum scillinum inueteratum magis probatur: prodest super ea, quae diximus, acrescentibus cibus: gustatum enim discutit poenam eam, etc. Saepe et scillino pelluntur noxia Baccho Sammon. p. 17. 45 ubi secunda perperam productur: vid. Borrich. de Lingua Pharmacop. in Xerampelium. Burmann. legit scillite.
- SCILLITICVS, a, um. Aliud Adi. [σκιλλιτικός] Idem. Vt, Acetum scilliticum Columel. 12, 34. Cels. 5, 19, 19 Bulbus scilliticus Apul. de Herb. c. 42. Vid. mox SCILLITVS.
- SCILLITES, ae. m. [σκιλλίτης] Vinum factitium ex scilla, Columel. 12, 33 Vinum scillites ad coquendum, et ad corpus rescindendum: itemque ad veterem tussim, et ad stomachum hoc modo condire oportet. Breuiter scillites est, in quo scillarum bulbi infusi sunt. Plin. 32, 10 Vrtica marina trita ex aceto scillite, etc. Conf. Idem 24, 8. 55 Pallad. Iun. t. 8.
- SCILLITVS, a, um. Adi. Scillito decies non si purgeris aceto Aufon. Epist. 4, 67. Sed scillite, legendum vidit Scaliger, qui et alteram lectionem Scillitico exploit.
- SCIMPODIVM, i. n. Grabatulus. Offendimus eum cubantem in 60 scimpodio Graeciensi Gell. 19, 10.
- SCINCVS, i. m. Animal Niliacum. Plin. 8, 25 Similis Crocodilo, sed minor etiam Ichneumone, est in Nilo Scincos natus contra venena praecipuus antidotis: item ad inflammandam virorum Venerem. Conf. Plin. 28, 8. et 32, 5. Solin. c. 30 et 35.
- SCINDO, scidi, scissum, ere. [σκήνω, διασκήνω] Cum findo habet 65 affinitatem, vt soni ita significationis: sed latius patet; est enim idem fere quod secare. Interim confundi saepe a librariis obseruatur. Cic. Fam. 5, 20 extr. Hanc epistolam cur non scindi velim, causa nulla est. Cuneis robur fissile scinditur Virg. Aen. 6, 181. Ouid. Trist. 3, 70 10, 48 Nec poterit rigidas scindere remus aquas. Capillos scindere Ouid. Trist. 3, 3, 51. Crines scindere Virg. Aen. 12, 870. Dolorem suum scindere, i. rescindere, vel refricare. Cic. Att. 3, 15 Nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus, non solum quia non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum. Nempe vt Vulcanus. 75 Fluuios scindere natatu Claud. quart. Conf. Hon. 346. Fretum scindens Glaucus Ouid. Met. 13, 904. al. Findens. Gaudia florentesque manu scidit Atropos Annos Stat. Silu. 3, 3, 128. Humum scindere vomere Ouid. Epist. 12, 94. al. Findere. Latus scindere flagello Ouid. in Ibin 184. Mare scindere nauigiis Idem de Arte 80 Am. 2, 671. al. Findere. Nebulas scindere, Ire per nebulas Ouid. Met. 2, 159. Necessitudines scindere Plin. in Paneg. 37 extr. Penulam scindere, impensius retinere hospitem, atque inuitare prolixius: quod qui faciunt, manu in penulam iniecta, quasi vi conantur remorari. Cic. Att. 13, 33 de Varrone loquens, Venit enim ad me, et quidem id tem- 85 poris, vt retinendus esset: sed ego ita egi, vt non scinderem penulam. Memini enim tuum, et multi erant, nosque imparati. Quid refert? Paulo post C. Capito cum T. Carrinate. Horum ego vix attingi penulam, tamen remanserunt. Sententiam scindere Cic. Att. 13. Sententia discors scinditur vario motu Stat. Theb. 12, 173. So- 90 lum scindere Virg. Georg. 2, 399. Studium deinde se scidit Quinctil. 1 proem. Tellurem mare scidit Lucan. 3, 61. Terram scindere vomere Ouid. de Arte Ani. 2, 671. Verba fletu scinduntur Ouid. ex Pont. 3, 1, 157. Viam scindere Virg. Aen. 10, 765. Vnda scidit se in sinus reductos Virg. Georg. 4, 420. 95 Idem Aen. 2, 39 Scinditur incertum studia in contraria Vulgus: i. Diuiditur, et in diuersas sententias veluti partes quasdam it. Ouid. Rem. 729 Admonitu refricatur amor, Vulcanusque nouatum Scinditur. Scindere pro Laniare et vellere, ut in illo versu Accii apud Cic. Tusc. 3, 62 c. 26 Scindens dolore identidem intonsam comam. Addit Cicero, In quo facetum illud Bionis, perinde 100 stultissimum regem in luctu sibi capillum euellere, quasi caluitio moeror leuaretur. ¶ 2 Obseru. Scindidi, Praeteritum antiquum apud Plaut. Pseud. 3, 2, 42 Nam ego cicilendrum quando in patina scindidi. al. Indidi. al. sciscidi. Vetusissimi tamen apud Pri- 105 scian. 10 p. 890 med. etiam sciscidi proferebant, quod solum quoque in

in vsu putat Afmonius — sed errat. *Ponit deinde testimonia*  
 Lucan. 3, 61 Qua mare tellurem subitis aut obruit vndis, Aut scidit,  
 et medias fecit sibi litora teras. Stat. Theb. 9, 344 Oraque pe-  
 ctoraque et viridem scidit horrida vestem. Et 11, 197 Alloquio.  
 Scidit orsa nouo terrore cruenta Eumenis. Martial. 3, 12 Vnguen-  
 tum fateor bonum dedisti Conuiuis here, sed nihil scidisti. Sed Afranius  
 more antiquo dixit in Homine, Satis fortiter paullo vestras sci-  
 scidistis colus. Accius Sotadicorum 1 Num ergo aquila, ita vt hi  
 praedicant, scisciderat pectus. (Hunc versum etiam laudat Gell. 7, 9)  
 Naenius in Testicularia, Immo quo sciscidimus, conscindam atque  
 abiiciam. Ennius in Menalippa, Cuni saxum scisciderit. Haec  
 Priscianus.

SCINDENS, entis. Nilus septem in ora se scindens Mela 1, 9.  
 SCISSVS, a, um. Partic. [*σχιδός*] Liu. 3, 58 Testis productus  
 qui septem et viginti enumeratis stipendiis, octies extra ordinem do-  
 natus, donaque ea gerens in conspectu populi, scissa veste, tergum la-  
 ceratum virgis ostendit. Scissus comam, per Synecdochen Virg.  
 Aen. 9, 478. Alumen scissum Columel. 6, 13. Capilli scissi  
 Tibull. 1, 10, 55. Tunica scissa Ouid. Epist. 11, 57. Scisso  
 nauigare Velo Senec. Epist. 30. Vestis scissa Virg. Aen. 12, 609. 20  
 Viscera scissa Ouid. in Ibin 280. Scissa resultat Vnda Pe-  
 tron. c. 89.

SCISSIM. Adu. Prudent. Tetrast. 9 Ecce Dei famulis scissim fre-  
 ta rubra dehiscunt.

SCISSVS, ūs. m. [*σχισμός*] Quae et Scissura. Varro, Scissum ma-  
 teriae fatigatus, quiescebat lectulo. i. lignis scindendis. Vet. Gloss.  
 Cyrill. *σχισμα*, scissura, scissus.

SCISSIO, ōnis. f. [*τμήσις* Onomast. Vet.] Macrob. Somn. Scip.  
 1, 6 Ratione scissionis.

SCISSOR, ōris. m. [*χαρονόμος*] Qui opsonia conscindit. Petron. 30  
 36 Processit statim scissor, et ad symphoniam ita gesticulatus lacerauit  
 opsonium. Vid. Douf. in loc. et Lips. Sat. 2, 2.

SCISSILIS, e. Adi. [*σχιστός* scissile, *τμήτων* Onomast.] Quod scin-  
 di potest; vel quod scissum est: vt, Scissile alumen, apud Celsum 6, 11  
 ubi quinquies hac dictione vsus est. Add. Idem 5, 22. 6, 5. 6. 7. 9. 35  
 Palliastrum scissile Apul. Met. 1 p. 104.

SCISSIBILIS, e. Adi. Facilitas scissibilis Oetiau. Horat. 4.

SCISSVRA, ae. f. [*σχισμα* Gloss. Lat. Gr.] Plin. 11, 28 Pennae  
 insectis omnibus sine scissura. Quae res scissuris lateres faciet  
 aperiri Pallad. Maio t. 12. i. rimis. Scissura Nili Plin. 5, 9. 40  
 Adde Cels. 6, 18. et Senec. Q. N. 3, 14.

SCINDVLA, ae. f. Vegetius et alii dixerunt pro Scandula, quod  
 videt. conf. Turneb. Aduers. 22, 18.

SCINDVLARIS, e. Adi. Apul. Met. 3 Tectum scindulare.  
 At Pric. p. 54. et Elmenb. p. 137 leg. scandulare. 45

SCINIFES, is. f. [*σκινίφες*] Insectorum genus, quo Aegyptii  
 vexati sunt. Illic, Quas scinifes vocitant Alcim. Auit. 5, 164. Conf.  
 C. du Fresne Gloss. Lat. et supra Ciniphea.

SCINIS vel SINIS, is. m. Latro Corinthius, quem memorarunt  
 Propert. 3, 20, 37. Ouid. Met. 7, 440. et Stat. Theb. 12, 576. 50

SCINTILLA, ae. f. [*σπινθήξ*] Proprie est ignita et candens particula,  
 quae e silice, quum is caeditur, exsistere solet. Ouid. Fast. 4, 795 Pars  
 quoque quum faxis pastores saxa feribant, Scintillam subito profu-  
 luisse ferunt. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil 14 c. 6 Et quoniam  
 animaduertistis, illam conspirationem constatam ita esse restinctam, vt  
 nulla scintilla compareat incendii, vos quoque Tribuniciam sedate te-  
 meritatem. Cic. Acad. 4, 61 Isti autem, quos tu probas, tantis  
 offiis tenebris, ne scintillam quidem vllam nobis ad adspiciendum re-  
 liquerunt. Scintillis plurimis carbo Plin. 16, 66. Agere scin-  
 tillas Lucret. 2, 674. Excudere silicis scintillam Virg. Aen. 1, 60  
 174. Profiliuit scintilla Ouid. Fast. 4, 796. Metaph. Vt,  
 fomes, flamma, fax etc. Cic. Fam. 10, 14 Scintilla belli, pro Re-  
 liquiis, quae facile inflari possunt.

SCINTILLVLA, ae. f. Dimin. [*σπινθήριον*] Cic. de Fin. 5, 43  
 c. 15 Non sine causa eas quas dixi in pueris virtutum quasi scintillulas 65  
 videmus, e quibus accendi Philosophi ratio debet. Tertull. de Ani-  
 ma c. 23.

SCINTILLO, are. [*σπινθηρίζω*] Splendere, micare, et veluti scin-  
 tillas quasdam emittere. Plaut. Men. 5, 2, 77 Vt oculi scintillant vide.  
 Plin. 20, 1 Hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quam 70  
 exstinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat. Cristae scintil-  
 lant Sil. 7, 593. Oleum scintillat ardente testa Virg. Ge-  
 org. 1, 392.

SCINTILLATIO, ōnis. f. [*σπινθηρισμός*] Plin. 20, 9 Prodesse  
 tradit capitis doloribus, oculorum caligini, scintillationibusque, vel 75  
 stomacho, praecordiis crudam ex aceto, etc.

SCIO, sciui, scitum, ire. [*εἶδω, οἶδα, ἐπίσταμαι*] Nasse,  
 cognitum habere. Ter. Andr. 1, 1, 68 Scias posse habere iam ipsum  
 suae vitae modum. Idem Hec. 3, 2, 25 Non sciunt ipsi viam, do-  
 mum qua redeant? Tu pol, si sapias, quod scis, nescis (i. nescire 80  
 te simulabis) Ter. Eun. 4, 4, 54. Scire de argento vt factum sit,  
 pro Quid factum sit de argento Plaut. Afin. 3, 3, 153. Calui in Va-  
 tinium sententia apud Sen. Epist. 94 Factum ambitum scitis, et hoc  
 vos scire omnes sciunt. Cic. pro Sulla 39 c. 13 Atque hoc perspicu-  
 um est, cum is, qui de omnibus scierit, de Sulla se scire negauit; 85  
 eandem vim esse negationis huius, quam si extra coniurationem hunc  
 esse, se scire dixisset. Plaut. Curcul. 2, 2, 7 Nam quod scio, omne  
 ex hoc scio. Vid. Ter. Heaut. 3, 1, 2. Cic. Fam. 15, 19 Velim  
 scire, vtrum ista sollicito animo an soluto legas. Ordine rem scire,  
 vid. ORDO. Scite certum de cognitione virginis Ter. Eun. 5, 90  
 3, 12. Cic. de Orat. 1, 222 c. 51 Nihil certum sciri, nihil plane  
 cognosci et percipi possit. Mortalium sapientissimi multa scisse  
 dicuntur, non omnia Columel. 12 extr. Qui omnia se simulant  
 scire, nequidquam sciunt Plaut. Trin. 1, 2, 68. Scire pro certo  
 Liu. 25. Certe et certo scire, vid. CERTVS. Incerto scio, 95  
 vid. INCERTVS. An simpliciter pro forte vel fortasse ponere solet Ci-  
 cero. V. g. de Orat. 2, 72 Magnum est quoddam opus, atque haud  
 sciam an de humanis operibus longe maximum, vid. HAVD. Conf.  
 NESCIO. Quantum ego scio Scribon. 171. Cic. Att. 16, 2 Sed  
 non venerat, quod sciam. Idem Att. 2, 23 Primum igitur te scire 100  
 volo, Samplicerantum, etc. Idem pro Muraen. 22 Ille tenet et  
 scit vt hostium copiae: tu vt aquae pluuiae arceantur. conf. Ter.  
 Hec. 5, 3, 14. Scit omnes linguas, h. e. Nouit, siue callēt Plaut.  
 Poen. Prol. 112. Antidotos optimas scire Scribon. 178. Remedia  
 scire Id. 52. Scire fidibus, Vetus eclipsis, inquit Donatus Ter. Eun. 105

- 1, 2, 55. Cic. de Clar. Orat. 140 c. 37 Non enim tam praeclarum est scire Latine, quam turpe nescire. Idem de Finib. 2, 15 c. 5 Quum Graece ut videor, luculenter sciam. Idem Att. 5, 16 Euerfam in perpetuum prouinciam nos inuenisse scito. Et Fam. 5, 6 Itaque nunc me scito tantum habere aeris alieni. Cic. Verr. 4, 77 Apud Segestanos repertum esse Iudices scitote, neminem neque liberum, neque seruum, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere. Pers. Sat. 1, 27 Adeone Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter? Quicquid scire meum potuit Alcim. Au. 2, 413.
- 10 *Paff.* Cic. de Orat. 2, 30 Ars enim earum rerum est, quae sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. Cic. de Orat. 1, 222 c. 51 An vero — nihil certum sciri, nil plane cognosci et percipi possit. Nihil est opertum, quod non reuelabitur; et occultum, quod non scietur Vulg. Matth. 10, 26. Sciri potest de aliquo Cic. Att. 12.
- 15 *2* *Observant Grammatici Futurum Scibo.* Ter. Heaut. 5, 2, 43 Aut scibus cuius sis. Idem Phorm. 5, 1, 38 Nemo ex me scibit. Idem Eun. 4, 4, 59 Ego scibo ex hoc, quid fiet. Magis scibo, *vid.* M A G I S. Sciuisse ut audiuisse qui dicant, *uis* molestissimae diligentiae peruersitatem tribuit Quinctil. 1, 6, 17. Quae scierim, non sciuerim ipse dicit 12, 11, 8. Imperf. Plaut. Capt. 4, 2, 5 Quod quum scibitur, per urbem irridebor. Sciebatur interfectum cum Quinctil. 6, 1, 31. Ter. Eun. 4, 7, 30 Scin' tu ut tibi res sese habeat? Scire pro nasse, intelligere, etc. Possum scire, quo profectus, quoius sis, aut quid veneris? Plaut. Amph. 1, 1, 190. Scin', me tuum esse herum Amphitruonem? BR. scio. AM. Vide etiamnum. BR. scio. Idem ibid. 5, 1, 30. *i. cognosco.* Sciui extemplo, rem de pacto geram Idem Capt. 3, 1, 24. Ut salubrem magis quam ambitiosum scires Sueton. Aug. c. 42. Si ludum literarium intraueris, scies, ista, quae ingenti supercilio philosophi tractant, in puerili praescripto esse
- 30 Sen. Epist. 94. Plerisque asserentibus, scire se quidem Hilarionem, — sed ubi esset, ignorare Hieron. de vita Hilarion. negat, se scire Arium Hilarium contra Arrianos. Scisse dicendum, non sciuisse, *docere videtur* Quinctil. 1, 6, 17.
- SCIENS, entis. Partic. [*ἐπισήμων, γνωμονικός*] Cui contrarium est Nescius. Ter. Andr. 3, 2, 28 Id ego iam nunc tibi renuntio, here, futurum, ut sis sciens. Idem Adel. 4, 5, 78 Itaque adeo magnam mihi iniecit sua commoditate curam, Ne forte imprudens faciam quod nolit: sciens cauebo. Sic Phorm. 2, 1, 7 Verum scientem, tacitum, causam tradere aduersariis, etiamne id lex coegit? Item Heaut. 4, 7 (8) 32 Nam te scientem faciam quidquid egero. Ibid. 5, 5, 6 Egon' mea bona ut dem Bacchidi dono sciens. Cic. Verr. 5, 25 c. 10 Certe nihil sciens praetermissi. Si sciens fallo *formis sollempnis in iure iurando* Cic. Acad. 4, 147 c. 47. Id. Fam. 7, 1. Liu. 22, 53. Festus in Lapidem silicem. Nullum a me sciente facinus
- 45 occultatur Cic. pro Sulla 86 c. 31. Coel. ad Cic. Fam. 8, 16 Etiam atque etiam Cicero cogita, ne te, tuosque omnes funditus evertas, ne te sciens Prudensque eo demittas, unde exitum vides nullum esse. Cic. pro Rosc. Amer. 55 Quum enim aliquid habeat, quod possit criminose et suspiciose dicere, aperte ludificari, et calumniari sciens non videatur. Contra foedera scientem et inscientem facere Cic. pro Corn. Balbo 13. Scientibus omnibus Cic. Verr. 4, 37. Sciens prudensque Vipian. in l. Si procuratorem §. Si ignorantes ff. Mandat. Scientes et prudentes auxilium appellationis omiserunt. Idem in l. j. §. ult. ff. de ventr. in poss. mittend. Si sciens prudensque se praegnantem non esse, consumserit. Sciens, cum Genituo: Varro de R. R. 3, 3 Primum, inquit, dominum scientem esse oportet eorum animalium, quae in villa, circumue eam alii possunt. Sic Gell. 18, 5 Sciens Latinae linguae. In Macrobio tamen legitur 6, 9 Linguae Latinae sciens. Sciens agendi. Patere lib. 2 Vir, ubi res vigillam exigeret, sane exsonnis, prouidens, atque agendi sciens. de Maecenate loquitur. Sciens citharae Hor. Carm. 3, 9, 10. Fieri scientem consilii alicuius Sen. Thyeste 3. Sciens pigna Hor. Carm. 1, 15, 24. conf. Quinctil. 9, 3, 10. Compar. [*ἐπιστημονώτερος*] Cic. pro Lege Manil. 28 c. 10 Quis igitur hoc homine scientior vnquam aut fuit, aut esse debuit? Venefica scientior Hor. Epod. 5, 72. Superl. Cic. de Orat. 1 c. 49 Regendae Reip. scientissimus. Gubernator scientissimus Cic. de Inuent. 1 c. 34. Columel. 11, 3 Sit oportet idem scientissimus, robustissimusque. Parendi Vellei. 2, 79, 1. Scientissimus regionum Sallust. Jugurth. c. 100.
- 70 SCITVRVS, a, um. Me nulla res delectauit, quam mihi vni sciturus sim Sen. Epist. 6. SCIENTIA, ae. f. [*ἐπιστήμη, γνῶσις*] Qua aliquid scitur; ut Coniurationis scientia Tacit. Ann. 16, 17. Futurorum malorum ignoratio vtilior est quam scientia Cic. de Diuin. 2, 23 c. 9. Scientia, Alicuius rei cognitio. Cic. de Nat. Deor. 1, 117 Sanctitas autem est scientia colendorum deorum. Hoc intellectu plurium etiam numero dici interdum videtur. Cic. de Orat. 3, 60 c. 16 de Socrate, Is, qui haec — docerent, cum nomine appellarentur vno — hoc commune nomen (*philosophiae*) eripuit, sapienterque sentiendi et ornate dicendi scientiam, re cohaerentes disputationibus suis separauit. Facit itaque duas scientias cohaerentes. Possis etiam dubitare, an scientias dixerit de Orat. 1, 61 c. 14 Physica ista ipsa, quae paullo ante et mathematica, et caeterarum artium posuisti, scientiae sunt eorum, qui illa profitentur. Sed potest etiam Genitius singularis esse. Maiorem etiam speciem habet illud de Senect. 78 c. 21 Cum tanta celeritas animorum fit, tanta memoria praeteritorum, futurorumque prudentia, tot artes, tantae scientiae, tot inuenta, etc. Sed cur non dixit tot scientiae? annon hoc voluit, vnquamque artem esse magnae scientiae rem vel negotium? ut Artis scientiam dixit Scribon. Epist. et Comp. 199. Cic. Offic. 1, 153 Prudentia est rerum expetendarum, fugiendarumque scientia. Idem Acad. 1, 41 Et si ita erat comprehensum, ut conuelli ratione non posset, scientiam: sin aliter, inscientiam nominabat. Citra scientiam, *vid.* CITRA. Hominibus nihil est iucundius suauitate scientiae Cic. de Orat. 3, 53. Idem Off. 1, 18 Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem. Idem de Finib. 5, 48 Tantus est innatus in nobis cognitionis amor et scientiae, ut nemo dubitare possit, etc. Sumus beati cognitione naturae et scientia Cic. in Hortens. ap. Augustin. de Trin. 4, 2. Idem de Diuin. 1, 91 Nec quisquam rex Perfarum potest esse, qui non ante Magorum disciplinam, scientiamque perceperit. Iuris Ciuilibus scientia; cui opponitur Ignoratio iuris Cic. de Legib. 1, 18 c. 6 Machinalis scientia, *vid.* MACHINA. Militaris rei scientia Cic. pro Lege Manil. 28 c. 10. Officiorum ciuiliu scientia Quinctil. 2, 15. Bene dicendi scientia Idem 2, 15. Recte loquendi scientia Id. 1, 4. Medendi scientia Cels. 1 praef. Sanandi vnus partis scientia Ep. m. Cic.



Cic. pro Sulla 39 Cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignorantia de aliquo, purgatio debet videri: *i. qui de omnibus sciuit.* Efficax scientia Hor. Epod. 17, 1. Multa scientia Quintil. 5, 10. Adhuc Rudis et vulgaris Cels. 1 praef. Trivialis scientia Idem 1, 4. **2 Verba:** Afferre scientiam, *vid. AFFERO.* 5  
Comprehendere aliquid scientia Cic. Fam. 6, 12. Consequi omnium magnarum rerum atque artium scientiam Idem de Orat. 1, 20. Consequi magnum scientiae titulum Scribon. Epist. in. Cic. de Divin. 2, 123 Musae scribendi, legendi, caeterarum artium scientiam somniantibus non dabunt. Idem ibid. 1, 2 Chaldaei diuturna observatione siderum scientiam putantur Effecisse, ut praedici posset, quid cuique euenturum, et quo quisque fato natus esset. Excolere paulo subtilius scientiam Cels. 1 praef. Quintil. 1, 4 Sed Exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit. Habere scientiam magnarum artium Cic. Fam. 7, 3. Et de Divin. Si dii ea nobis obiciunt, quorum neque scientiam, neque explanationem Habemus. Habeo scientiam natandi Cels. 5, 27, 2. Cic. Philipp. 2, 8 Quo me teste conuincas? An chirographo, in quo Habes scientiam quaestuosam? Profiteri scientiam Idem de Orat. 2, 36. Id. in Orat. 160 Quam extorta mihi veritas esset, vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi Reseruauit. Auctor ad Herenn. 4, 54 Vestrum est, Iudices, his in vnum locum collatis, certam sumere scientiam, non suspicionem maleficij. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5 Qui in alienis morbis profitentur Tenere se medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt. Tenere stabilem rerum scientiam Idem de Finib. 1, 65. Tentare auguratus scientiam Cic. de Divin. 1, 32.

SCIENTIOLA, ac. f. Dimin. Arnob. 2 p. 56 Concinnauit scientiolas artium.

SCIENTER. Adu. [*ἐπιστημονικῶς*] Cum scientia. Plin. Pan. c. 64 Explanauitque verba, quibus caput suum, domum suam, si scienter fefellisset, deorum irae consecraret. Sic omnes MSS. **2** Scienter, Scite, diserte, perite. Iis, quibuscum congregamur, moderate et scienter uti Cic. Off. 2, 18 c. 5. Idem de Clar. Orat. 190 Ut enim ex neruorum sono in fidibus quum scienter ii pulsi sint, intelligi solet. Sueton. in Tito c. 3 Sed ne musicae quidem rudis, vt qui cantaret et psalleret iucunde scienterque. Cic. de Clar. Orat. 197 Quam omnino multa de conseruando iure Ciuili? quae quidem omnia cum perite et scienter, tum ita breuiter et presse et satis ornate et pereleganter diceret. *add. Id. de Orat. 2 c. 2.* Animaduertere et interpretari aliquid scienter Cic. de Divin. 1, 92 c. 41. 40 Canere iucunde et scienter Sueton. Tit. c. 3. Cantare tibiis Nep. praef. n. 1. Scienter in duas partes se Distribuunt, alii, vt prae- dae subsidio sint; alii vt venientibus resistent Caes. B. C. 1, 55. *Compar.* Cic. in Orat. 175 c. 52. Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est, *i. Bruditiis, peritiis.* Eo scientius aggerem cuniculis subtrahebant Caes. B. G. 7, 22. *Superl.* Cic. de Divin. 1, 92 c. 41 Hetruria autem caelo tacta scientissime animadvertit. Idem de Fin. 4 c. 9 Perge porro, sequentur enim, quae tu scientissime complexus es.

SCIUS, a, um. [*σῆδος* Gloss. Lat. Gr.] *Sciens.* Macrobr. 6 vlt. 50 Lucilius vir apprime linguae Latinae sciens. Apud Gellium 18, 5 Linguae Latinae sciens. Sciens omni artificio Hygin. Fab. 92. Mulier scia atque prudens Gell. 13, 4. Mulieres plus sciae Petron. c. 63. Daemonas grammatici dictos aiunt quasi *δαίμονες*, i. e. peritos ac rerum scios Laetant. 2, 14. *conf.* Idem 3, 23. Vulgat. Ecclesiastic. 21, 18. Zeno Veron. Serm. de Resurr. 5, 13. Augustin. de Doctrina Christ. 1, 6 *extr.* Taubm. ad Plaut. Cal. p. 368 *Borrich.* Cogit. p. 303. Sciens et Consciens hoc differunt, quod Sciens secum: Consciens cum alio sciens est: licet Consciens indifferenter positum legerimus Non. 5, 29.

SCIOLVS, um. Adi. Dimin. *Scientia minuta inflatus.* Qui pauperes sunt et tenui substantiola, videnturque sibi scioli, pompae ferculis similes procedunt in publicum Hieron. Epist. 2, 13 p. 292. A sciolis nonnullis et plurimum sibi arrogantibus dicitur Arnob. 2 p. 86. *Sed quod e* Frontino Strat. 3, 13, 6 Militem nandi sciolum adferunt, *illud abest ab optimis quibusque libris.* 65

SCIBILIS, e. Adi. *Quod sciri potest.* Tertull. aduers. Marc. 5, 16 Nusquam nisi in euangelio reuelatus, non omnibus scibilis. Alicuius rei scibilis scientia est Mart. Capella 4 p. 111.

SCITVS, a, um. Adi. [*σοφός, εὐφύης*] *Sciens et argutus.* Formam habet Participij pass. sed actiue significat, vt Cautus, consideratus, etc. Ter. Eun. 1, 2, 36 Scitum hercle hominem, hic homines prorsus ex stultis insanos facit. Interrogationes scitae Quintil. 5, 7, 28. Sycophanta Plaut. Amph. 1, 2, 8. Scitus lyrae, *Sciens lyra canere* Ouid. Fast. 5, 54 Et curuae scita Thalia lyrae. Vadorum scitus Ouid. Met. 9, 108. *b. e. Peritus.* Pugnandi Quintil. 9, 3, 10. *sic explicat Horatianum sciens pugnae.* **2** Scitum est, *Argutum, elegans, et prudenter factum.* Ter. Heaut. 1, 2, 36 Hoc scitum est, periculum ex aliis facere tibi quod ex vsu fiet. Idem Phorm. 5, 4, 2 Quam scitum est, eiusmodi parare animo cupiditates, quas quum res aduersae sient, paullo mederi possis? Plaut. Trin. 3, 3, 35 Scitum, vt ego opinor, consilium inueni. Cic. de Orat. 3, 226 Scitum est enim causam conferre in tempus, cum, etc. Idem in Orat. 51 Scitum est enim, quod Carneades noster dicere solebat. Idem de Divin. 2, 51 Vetus autem illud Catonis admodum scitum est. Id. pro Planc. 35 Ego autem, si quid est, quod mihi scitum esse videatur, et homine ingenuo dignum atque docto, non aspernor. Scitus, Placens, elegans. Plaut. Merc. 4, 4, 15 Satis scitum filum mulieris. Ter. Andr. 3, 2, 6 Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo. *Compar.* Non sum scitior, quae hos rogem Plaut. Cist. 4, 2, 12. Ecquid is homo scitus est? CH. plebiscitum non est scitius Idem Pseud. 2, 4, 58. Mulierculae formae scitioris Lamprid. Commod. c. 2. Animi scitiores Tertull. de Anima c. 25. *Superl.* Scitissimus chorus Apul. Met. 10 p. 254. Oratio optima animo meo et scitissima Plaut. Stich. 1, 3, 30.

SCITVM, i. n. *Pro Iussu vel Decreto, vid. paullo infra sub* 95

SCISCO. Adu. [*ἐυφύης*] *Docte, artificiose, venuste.* Ter. Heaut. 4, 5, 16 At si scias, quam scite in mentem venerit. Cic. Fam. 11, 16 Satis scite et commode tempus ad te coepit adeundi. Id. Verr. 2, 87 Capella quaedam, ea quidem mire, vt etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intelligere possumus, scite facta et venuste. Scite acuteque Dicere Gell. 12, 13. Scite perquam atque enucleate Disputare Idem ibid. Scite vno verbo Exprimere Sen. Epist. 9. Plaut. Casin. 3, 1, 8 Eho nimirum scite scitus es. Scite et literate praescriptae literae Cic. in Pison. 61 c. 25. *Comp.* Scitius arbitrari Gell. 4, 11. *Superl.* Scitissime separare Gell. 10, 11. Vinum 105

exanclare Plaut. Stich. 1, 3, 116. Discursus obire Apul. Met. 9 p. 222.

SCITVLVS, a, um. Adi. Dim. Plaut. Rud. 4, 1, 3 Qua sunt facie? s. scitula. Ibid. 4, 1, 3 Atque ambas forma scitula atque acta-

5 tula. Puffiones Arnob. 5 p. 179. *conf.* Id. 3 p. 112.

SCITVLE. Adu. Dimin. Fercula copiosa puellae scitule ministrantes Apul. Met. 2 p. 123, 7. *vid.* Id. 7 p. 192, 37. et 10 p. 253, 38.

SCITVRVS, a, um. Partic. [*σθησων*] Lucan. 6, 168. — Sequuntur Scituri iuvenes.

10 SCISCO, sciui, scitum, Ære. [*σδω*] *Inchoatiui formam habet, scire incipio.* Sic Plaut. Amph. 5, 1, 17 Ocius accurro, vt sciscam quid velit.

¶ 2 *Vt cognosco idem saepe est quod iudico, sententiam dico; ita hoc verbo frequentissime utuntur: hinc Scisco, Sententiam dico, Festus.*

15 Sciscere, [*κρησν, νομοθεσν*] iubere, sancire, edicere. Plaut. Curcul. 4, 2, 23 Rogitationes plurimas propter vos populus sciuit.

Cic. pro Flacc. 15 Quae scisceret plebs, aut quae populus iuberet sum-

20 mota concione, distributis partibus, etc. Idem de Prouinc. Consul. 36 c. 15 Simul ostendit etiam se sciscere legem, quam esse legem

neget. Idem de Legib. 2, 13 c. 5 Quid quod multa perniciose,

multa pestifere sciscuntur in populis, quae non magis legis nomen at-

tingunt, quam si latores aliquas concessu suo sanxerunt? Qui nihil

35 sciscunt, nec pronunciant vnum Arnob. 2 p. 48. Sic Cic. pro Planc. Plancus primus legem sciuit de publicanis. Sil. 7, 543

25 — Nunc munera Martis

Aequent imperio, et Solem concedere nocti

Sciscant, etc.

De Fabio, cui Magister Equitum aequatur. Felicem sciui, non qui,

30 quod vellet, haberet: Sed qui per fatum non data non cuperet Aufon Eidyll. 2, 23. Sciscor et Scisco in eadem significatione fuerunt

apud veteres, teste Priscian. 8 p. 799. Sed passim Antiquis opi-

40 nionibus scitum est Arnob. 2 p. 57.

SCITVM, i. n. [*δδγμα, ψιφισμα*] *Iussum, decretum, sancitum, vid. Sc-*

35 *lig. Lect. Auf. 1, 20. Liu. 10, 22 Et L. Volunnio ex Senatusconsulto et scito plebis prorogatum in annum imperium est. Cic. pro Corn. Balb. 42 c. 18*

Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, etc. si tum fit fundus,

quum scita ac iussa nostra sua sententia comprobatur, quam quum ho-

45 spitium fecit? Fatalis sciti lex Firmic. 1, 3. Cic. de Opt. gen. Orat. 29 De hoc igitur Ctesiphon scitum [*ψιφισμα*] fecit, nullis ab

50 ipso rationibus relatis, vt corona aurea donaretur. Sen. Epist. 95 Praeterea nulla ars contemplatiua sine decretis suis est, quae Graeci

vocant dogmata: nobis vel decreta licet appellare, vel scita, vel pla-

55 cita. Scitum populi Liu. 45, 25. Scita plebis appellantur, Ea quae plebs suo suffragio, sine patribus iussit; plebeio magistratu ro-

60 garite Festus. Ex Formula rogationis tribuniciae. Cic. Att. 3, 23 SI QUID IN HAC ROGATIONE SCRIPTVM EST, QVOD PER LEGES PLEBISQVE SCITA PRO-

MVLGARE — NON LICEAT.

SCITO, Ære. Frequent. pro Scire velle, vt noscitare. Laudatur

50 Ammian. Marc. 30, 5. Sed ibi Vales. et Gronou. p. 649 Genuino percunctando sermone, quos noscitabat, vbinam ille esset, etc.

Certius est

SCITOR, Æri. Dep. [*πειθομαι*] Scire velle, ideoque Interrogare. Tum

55 vero ardemus scitari et quaerere causas Virg. Aen. 2, 105. Idem ibid. 2, 114 Suspensi, Eurypilum scitatum oracula Phoebi Mittimus.

Ouid. Met. 10, 357 — Scitatur ab ipsa Nominibus dictis, cuius velit esse mariti.

60 Scitari libet ex ipso quodcumque refert Hor. Epist. 1, 7, 60. Scitantes causam viae Ouid. Met. 2, 511. *conf.* Ammian. 26, 1. Nomen scitari Ouid. Met. 2, 741. Oraculorum

scitari Responfa Ammian. 22, 12.

SCITATIO, ðnis. f. Interrogatio. Ammian. 18, 9

SCITATOR, ðris. m. Ammian. 22, 8. Vales. scrutatores.

SCISCYTOR, Æri. Dep. [*πειθομαι, περιεργαζομαι*] Idem quod

65 Scitari. Cic. in Orat. 33 Quod quidem ego Brute ex tuis literis sentiebam, non te id sciscitari, qualem ego in inueniendo et in col-

70 locando summum esse oratorem vellem: sed id mihi quaerere videbare, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem. Ter. Eun. 3, 4, 10 Nisi quidquid est, procul hinc libet prius quid sit sciscitari. Cic. de Nat. Deor. 1, 17 c. 7 Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam.

75 Issem sciscitatum ad istos Gell. 12, 13. Sciscitari aliquem Sueton. in Domit. c. 15.

SCISCYTO, Ære. [*πειθω*] Actiuum protulit Plaut. in Merc. 2, 3,

52 Imo mane: paucula etiam sciscitare prius volo. Sciscito, sententiam dico, ap. Fest.

75 SCISCITANS, antis. Part. Sciscitans causam Tac. Hist. 3, 38, 3 Turba heredipetarum sciscitantium Petron. c. 124.

SCISCITATVS, a, um. Part. Pass. Ammian. 25, 8 Omnium sententiis sciscitatis. Actiue apud Petron. c. 137 Sciscitata causam

80 tristitiae.

SCISCITATIO, ðnis. f. Petron. c. 24 Diligentissima sciscitatione quaerere. Ammian. 25, 4 Praefagiorum sciscitationi

nimia deditus.

SCISCITATOR, ðris. m. Martial. 3, 82, 16 — Sciscitator

85 vrinae. al. Sufcitor. Artium minutissimus sciscitator Ammian. 22, 16. Explorat arte sciscitator callidus Prudent. Hymn. Ieiun. v. 193.

SCITAMENTVM, i. n. [*κοσμιότης*] Proprie aliquid scite factum

90 in artibus et lepidum videtur significare, deinde translatum in culinam ad bellaria. Gell. 18, 8 *Ομοιοπτενα, και ισοκατάληκτα, και πύρισα, και ομοιοπτενα*, caeteraque huiusmodi scitamenta, quae isti

95 *ἀπερόκαλοι*, qui se Isocraticos videri volunt, in collocandis verbis inmodice faciunt et rancide, cum sint insubida et inertia, et puerilia, etc. Sed ad ciborum delicias pertinent Scitamenta *ἠδύσματα* Onomast. Vet. mellita scitamenta Apul. Met. 10 p. 245. Popinatores scitamentorum Macrob. Sat. 7, 14. Scitamenta exiguae lancis apponere Symmach. Epist. 1, 23. *conf.* Iuret. ad b. l. Plaut. Men. 1, 3, 26 Aliquid scitamentorum de foro opsonarier.

SCIOGRAPHIA, vid. SCIAGRAPHIA.

SCIONE. Plin. 4, 10 Oppidum Macedoniae in sinu Thermaico.

100 SCIOPODES, vid. SCIAPODES.

SCIOTERICON, Horologium, vid. SCIATERICON.

SCIPIO, ðnis. m. [*σκήπτων*] Baculus. Plaut. Afin. 1, 1, 110 Nam ego illud argentum tam paratum filio scio esse, quam me hunc scipionem contui. Idem Amph. 1, 3, 22 Amphitruonem personatum

105 fecit minari Pseudo-Sofiae, Quid tibi hanc curatio est rem — Quoi ego

ego iam hoc scipione — . *Nempe scipio sceptrum est.* Hinc Scipio eburneus, aquilam sustinens, fuit inter Insignia consularis potestatis, apud Romanos. Veteres autem consules Scipionem tantum gerebant die triumphali. Dionys. 5. Triumphanti tribuit Iuuen. Sat. 10, 43 Da nunc et volucrem, scepro quae surgit eburno. conf. Scholiast. it. 5  
Isidor. 7, 2. Sed posteriores quotidie gestabant, et cum Scipione curiam ingrediebantur. vid. Seru. ad Virg. Aen. 11, 238. Liu. 5, 41 extr. M. Papirius vnus ex his (principibus, triumphali habitu praesidentibus in atriis) dicitur Gallo barbam suam (vt tum omnibus promissa erat) permulcenti, scipione eburneo in caput incussio, iram mouisse. Id. 10  
30, 15 Ibi Masinissam primum regem appellatum, eximiisque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli, et scipione eburneo, toga picta, et palmata tunica donat add. Val. Max. 4, 4, 5. Vopisc. in Aurel. c. 13. Tac. Ann. 4, 26, 4. ¶ 2 Scipio,

in vineis est Scipio potius v. v. ¶ 3 Scipio Cognomen gentis 15  
Corneliae. Macro. Sat. 2, 6 Cornelius, qui patrem luminibus carentem pro baculo regebat. Scipio cognominatus, nomen ex cognomine posteris dedit. Nempe cognomen primo proprium est personae, cui primum tributum est, deinde cum transit ad posteros, fit pars nominis, nomenque adeo laxiore significatu dici potest. Caeterum Scipiones, enarrare alterius operae est, Africanos, Aemilianos, Nasicas, etc. Scipio ille, cuius Somnium e Ciceronis sexto de republica excerptum servauit et illustrauit Macrobius, est Africanus iunior, Paulli Aemilii Macedonici natura filius, ab Africani maioris filio cognomine adoptatus, Africanus etiam suo iure post Carthaginem deletam cognominatus, Aemilianus, 25  
autem in gentis, e qua exierat, memoriam. Sed, vt diximus, Scipiones recensere alterius operae est: quanta illa sit, aestimare possunt, qui Indices Liuianos et Ciceronianos voluerint inspicere.

SCIPIADAE, arum. m. Pl. [Σκιπιάδης] Patronym. pro Scipionibus. Virg. Aen. 6, 844 Quis — geminos, duo fulmina 30  
belli Scipiadas, cladem Libyae indictos relinquat? Idem Georg. 2, 170 Scipiadas duos bello. Fortis Scipiada Hor. Serm. 2, 1, 17. Gentis Scipiadae fulmina Sil. 7, 106. Scipiadae duces rapidi Virg. in Culice v. 369.

SCIRESSA, Mons in Achaia, de quo Plin. 4, 5. 35  
SCIRŌMA, vid. SCIRRHOMA.  
SCIRON, ōnis. m. [Σκίρων] Latro fuit, cuius ossa, quum in mare cecidissent, in scopulos conuersa feruntur, quae adhuc Scironia saxa in Megaride vocantur. Ouid. Met. 7, 443

Tutus ad Alcathoën Lelegeia moenia limes 40  
Composito Scirone patet: sparsisque latronis  
Terra negat sedem, sedem negat ossibus vnda.  
Quae iactata diu fertur durasse vetustas  
In scopulos, scopulis nomen Scironis inhaeret.

vid. viri docti ad h. l. Scironem Theseus interemit, vid. Meurf. 45  
Thes. c. 6. qui Graecorum narrationes adfert. Ouid. Epist. 2, 69 Quum fuerit lectus Sciron, toruusque Procrustes. Propert. 3, 14, 12 Nec tamen est quisquam sacros qui laedat amantes, Scironis media sit licet ille via. ¶ 2 Ventus Caurus, spirans a faxis Scironis haud procul Athenis. Sen. Quaest. Nat. 5, 17 Athenas infestat, Sciron. vid. et Dalechamp. ad Plin. 2, 47.

SCIRONIVS, a, um. Adi. Scironia saxa, [Σκίρωνιδες πέτρας] Scopuli non procul Megeris et Athenis, de quibus Strabo 9. Post Crommyonam igitur Scironides Atticis finibus imminent, petrae, iuxta mare transitum non relinquentes. Super eas autem via est in Atticam atque 55  
Megara ab Isthmo ducons. Adeo autem magis ac magis via petris propinquat, vt in multis eius partibus praecipitium viatori minetur: tam excelsus et transitu periculosus mons incumbit. Hoc in loco Scironis res in monte gestae, latronumque, et sterculentium ad terram arbores pinus, fabulis memorantur, quos Theseus obruncauit. Ab hisce locis extremis 60  
flantem, procellasque cientem saeuum Caurum produunt, Athenienses Scironem appellant. Hic paullo ab Argeste deflexus esse dicitur, qui et Olympius vocatur, et a nonnullis Hellepontius. Claud. de Bell. Get. 188 Vallata mari Scironia rupes.

SCIROs, Pro scirrhus, ap. Theod. Priscian. de Diaeta c. 15. 65

SCIRPVs, vel omissio C, SIRPVs, i. m. [Φλῆς πάπυρος Gloss. Lat. Gr.] est, vt, ait Donatus ad Ter. Andr. 5, 4, 39 Sine nodo, et leuis Iunci species, palustris res. Festus, Scirpus est id, quod in palustribus locis nascitur, leue et procerum, vnde tegetes fiunt. Inde prouerbi- 70  
um est in eas res, quae nullius sunt impedimenti. Ennius Quae-  
runt in scirpo (soliti quod dicere) nodum, et Plautus in Aulularia (4, 19) Quasi pueri, qui nare discunt, scirpo (editur scirpea vel sirpea) induitur ratis. Nouius, sume arma: Quid est? an occidam claua scirpea. Haec Festus. Versum Naeuii dedimus ex emendatione Vossii. Plin. 16, 37 Nec in fruticum — neque in alio villo quam suo gene- 75  
re, numerentur iure scirpi fragiles palustresque ad tegulum tegetesque, e quibus detracto cortice candelae luminibus et funeribus seruiunt. Firmior quibusdam locis eorum rigor: namque iis velificant, etc. Plaut. Rud. 2, 6, 39 O scirpe, scirpe, laudo fortunas tuas, Qui semper seruas gloriam aritudinis. Laudat naufragus 80  
scirpi fortunam prae sua, qui bene permadescat: ita fortunam anatinam dixit. Iam illud In scirpo nodum quaeris, i. difficultatem, vbi nulla est, habetur Plaut. Men. 2, 1, 22. et Ter. Andr. 5, 4, 38 Dignus es cum tua religione odium: nodum in scirpo quaeris: vbi Donatus etiam adfert ex Lucilio, nodum in scirpo insane facere vulgus. Idem 85  
ergo significat atque illud Ter. Phorm. 4, 5, 3 Vt cautus est, vbi nihil opus est! ¶ 2 Scirpi. [γρίφοι] dicuntur Captiunculae, Argutiaeque, vel Aenigmata. Gell. 12, 6 Quae dicunt aenigmata, hoc genus quidam e nostris veteribus scirpos appellarunt Exem-  
plum ponit, quod hic locum meretur: 90

Semel minusne, an bis minus, non fat scio,  
An utrumque eorum, vt quondam audiui dicier,  
Ioui ipsi regi noluit concedere.  
Vtrumque eorum, i. τὴν semel et τὴν bis efficit ter. Nempe Terminus noluit Ioui concedere, etc. Petrus Crinitus et Caelius legunt 95  
Scrupos sine idonea ratione. Audiendus potius Scaliger Coniectan. ad locum Varronis, quem damus in SCIRPEA. E Sirpo, inquit, γρίφω, omne πλέγμα fiebat. Vnde quaestiones obscurae sirpi olim Latinis, Graecis vero γρίφοι dicebantur: quod vt γρίφοι erant πλέγματα ἀλιευτικά ex sirpo, ita etiam ex sirpis nassae piscatoriae, quae et sirpiculi. Secundum 100  
haec Scirpi sunt velut nassae, in quibus capiuntur non intelligentes, quaedam captiones s. captiunculae.

SCIRPEVS, a, um. Adi. [σπαρτίδος] Ex scirpo factum. Varro de L. L. 6, 3 p. 73, 25 Argei sunt e scirpeis virgultis simulacra. De adem re Ouid. Fast. 5, 659 Scirpea — Tiberi iactatur imago. 105

Plautus Aulul. 4, 1, 9 Quasi pueri, qui nare discunt, scirpea induitur ratis.

SCIRPEA, SIRPEA, SCIRPIA, SIRPIA, Substant. dicitur Crates. Quae virgis scirpatur, (Scal. firpatur) hoc est colligando implicatur, in qua steruus, aliudue simile vehitur iumentis Varro L. 4, 31 p. 34, 14. Ouid. Fast. 6, 680 — In plaustris scirpea lata fuit. Cato de R. R. 10, 2. et 11, 4 Crates stercorearias vimine contextas appellat Scirpeas. at. Sirpeas. ¶ 2 Vannorum firpearumque vinctores Arnob. 2 p. 70. conf. Iustin. 43, 4, 6 et 9. ubi scirpeis

(Sirpiis, Scirpis) latentes milites in vehiculis. SCIRPICVLA, vel SIRPICVLA, ae. f. [*δερκωνίς*] Falx, qua in scirpandis, hoc est ligandis vineis vtuntur, ad amputanda superflua ligamentorum Varr. de R. R. 1, 22, 5. Falces dicuntur vineaticae opus esse sex, scirpiculae quinque Cato de R. R. c. 11.

SCIRPICVLM, i. n. [*σπαρτινὸν, σκευάριον*] Canistrum, scirpis. aut viminibus confectum. Columel. 10, 304 Cauo iam vimine textum Scirpiculum ferrumineis onerate hyacinthis. Alii scribunt Sirpiculum. Scirpiculis medio puluere ferre rosam Propert. 4, 2, 40. Scirpiculis Brouckh.

SCIRPICVLVS, i. m. Paruus scirpus f. corbis e scirpo plexus. Lucil. apud Non. 8, 57 Tintinnabulum abest hinc sirpiculique holerorum (pro olerorum f. olerum). Neque tintinnabulum est vehiculi genus, neque Sirpiculus vel Scirpiculus: Sed qui olera vendebant, ea habebant in scirpiculis f. capsis plexilibus ex scirpo, et tintinnabulo inuitabant emtores, vid. Gronou. ad Plaut. Pseud. 1, 3, 98. et qui hunc laudat Scheffer. de Re vehic. 2, 20 p. 262. Ne cum Scaligero Coniect. in Varr. p. 60 putes, esse vehiculi nomen Scirpiculum: non magis sane quam scirpea. Nempe scirpus est etiam corbis e scirpo factus; scirpea ut sparteae, craticula cuiuscunque formae, vel corbicula, vel teges e scirpo; scirpicula falx ad scirpos defecandos (modo ea non sit scirpicula potius) scirpiculum canistrum, scirpiculus corbis e scirpo. Hinc explicamus Varron. de R. R. 2, 2, 10 Cum inter haec bina loca, ut iugum continet scirpiculos, sic calles publice distantes pastiones, etc. Scirpiculi sunt duo corbes iugo ligneo vel loreo iuncti, ab utroque latere iumentis, vel hominis adeo baiuli pendentes, cui iugo comparatur callis, qui duas pastiones iungit. Eis ego ora verberabo scirpiculis piscariis Plaut. Capt. 4, 2, 36. vid. SCIRPVVS n. 2. Al. Surpiculis.

SCIRRPO vel SIRPO, ae. Verbum antiquum, quod explicat ipse Varro de L. L. 4, 31 p. 34, 14 Sirpea, quae virgis firpatur, i. colligando implicatur, etc. Idem Varro apud Non. 2, 113 Cupas vinarias firpare noli, quod prouerbii formam habet prohibentis operam stolidam, scopo contrariam, ut aquam cribro haurire, vel in dolium pertusum infundere, etc.

SCIRPVLA, ae. f. Vitis genus apud Columel. 3, 2, 27. Plin. 14, 3 f. 4, 8 Scirpula passo acino. it. c. 9 Passum fieri certum est ex vua — scirpula. Variat vehementer lectio apud Columellam. Scirpula etiam boni libri in loco priore Plinii.

SCIRRHOMA, atis. n. [*σκιρρώμα*] aut SCIRRHVS, i. m. [*σκιρρός*] Tumor doloris expert ab humore melancholico, ut finit Gorracus. Plin. 7, 15 postquam de Mola egit, mulierum morbo, Simile quiddam et viris in ventre gignitur, quod vocant scirrhon. Idem 25, 8 Bupthalmos — quidam cachlam vocant: haec cum cera scirrhomata discutit. Add. Theod. Priscian. de Diaeta 15.

SCIRTARI, Populi Liburniae apud Plin. 3, 22. SCISCITOR, SCISCO, SCITOR, SCITVM, vid. SCIO. SCISSILE, vid. SCINDO.

SCIVRVS, i. m. [*σκίυρος*] Animal paruum: sic dictum ἀπὸ τῆς σκιάς, καὶ τῆς ἐρῆς, id est ab umbra caudae. Nam quoties sub dio, atque non sub tecto est, cauda illi pro tecto est atque umbra. Plin. 8, 38 f. 58 Praevident tempestatem et sciuri: obturatisque qua spiraturus est ventus cauernis ex alia parte aperiunt fores: de caetero ipsis villosior cauda pro tegmento est. Add. Idem 11, 43 f. 99. Martial. 5, 38 Puella — Cui comparatus indecens erat pauo, Inamabilis sciurus, et frequens Phoenix. Ergo Martiali iudice vel maxime amabilis et in deliciis haberi dignus sciurus.

## S C L et S C O

SCLOPVS, i. m. [*σλόφος*] Sonus, qui ex inflatione buccarum erumpit. Perf. Sat. 5, 13 Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas. Melius STLOPVS ubi vid.

SCOBINA, vid. SCOBS. SCOBS, et SCOBIS, is. f. secundum Priscianum p. 751: vel SCOBIS, is. m. secundum Phocam; (ut aiunt: in edit. Putschiana frustra quaerebam) [*σκόβια, σκόβια*] Id quod ab aliqua materia minutissimum decidit, dum vel ferra ferratur, vel terebra perforatur: nec non quod oritur ex attritione laterum scobs dici posse videtur. Hor. Serm. 2, 4, 81 Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus Consistit sumtus? etc. Plin. 34, 18 Alii climatam scobem in fictili crudo

coquunt in caninis, donec percoquatur figlinum. Columel. 7, 10, 4 Nauseantibus quoque salutaris habetur eburnea scobis sale fricto, etc. Sic 12, 43, 4 Abiegnata scobe. Illiginea Colum. 12, 44, 6. Centrosa scobs, vid. CENTRVM. Eboreae scobis hemina Scribon. 16. Semodium scobis Iuuen. Sat. 14, 64. Scobem facit terebra Columel. 4, 29, 15. Add. Cels. 5, 5. et 8, 2 et 3. Scobe omni educto est in plerisque libris Pallad. Febr. 17, 7.

SCOBINA, ae. f. [*σκόβη*] a Scobs inquit Varro L. L. 6, 3 Lima dicitur. Plin. 11, 37 f. 68 extr. Postea arteria et stomachus denticulatus callo, in modum rubi ad conficiendos cibos, decrefcentibus crenis quidquid appropinquat ventri. Nouissima asperitas, ut scobina fabri. conf. Tertull. Apol. c. 12. Ungulis deraditis latera Christianorum? At in deos vestros per omnia membra validius incumbunt asciae, et runcinae, et scobinae.

SCOENA pro COENA, etc. vid. SCHOENICOLA. SCOLAX, acis. m. Funale. Isidor. 20, 10 Funalia Graeci scolaces vocant, quod sint scoliciae, id est mortis. Sic vulgo legitur. Al. Quod sint σκολοί id est intorti. Neutrum sanum videtur.

SCOLECIA, ae. f. [*σκοληκία*] quasi tu verminationem vel vermiculationem dicas. Plin. 34, 12 Est et alterum genus aeruginis, quam vocant scoleciam, in Cyprio aere: hoc trito, alumine et sale, aut nitro pari pondere cum aceto albo quam acerrimo, etc. Teritur autem donec viride fiat contrahatque se in vermiculorum speciem, vnde et nomen. Haecenus Plin. σκώληξ Graece, Vermis Latine dicitur. Harduin. leg. scoleca.

SCOLECIVM, i. n. [*σκοληκιον*] Vermiculus. Plin. 24, 4 pr. Coccum

Cocum autem ilicis, vulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epiphoris ex aqua et oculis suffusis sanguine instillatur. Est autem genus ex eo in Attica fere, et Asia nascens, celerrime in vermiculum se mutans, quod ideo scolicion vocant, improbantque.

SCOLIBROCHON, i. n. *Herba, al. callitrichon aut scolopendron* 5  
Apul. de Herb. c. 47.

SCOLOPENDRA, ac. f. [*σκολόπενδρα*] *Insecti genus.* Plin. 11, 4 In nullo genere plures sunt pedes, et quibus ex his plurimi, diutius viuunt diuulsa, vt in scolopendris videmus. *Haec eadem Centipeda videtur, vel certe scolopendrae species centipeda.* ¶ 2 10

*Piscis.* Plin. 9, 43 Scolopendrac terrestribus similes, quas centipedes vocant, hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant, deinde resorbent. *Add. Idem 32, 11.*

SCOLOPENDRION, i. n. [*σκόληρον*] *Herba, quam totus officinarum chorus herbariorumque, Ceteracum vocant, vel Ceterac, sine caule, sine flore, sine semine, pediculo nigro, etc.* Ruellius 3, 67. *conf.* 15  
Apul. de Herb. c. 4. 47. 56. 92. Ad calculosos herba scolopendron, quam nos calcifragam appellamus, belle facit contusa Scribon. Larg. 150.

SCOLVS, i. *Conuenire videtur hoc nomen cum Gr. σκώληξ, vermis.* Corpus squalabit scolis olidum Theodulf. paraen. *vid. Reines. ad Daum. Epist. 23.* 20

SCOLYMOS, i. f. [*σκόλυμος*] *Herba, quae et Strobilus, quod echinum habeat nuci pineae similem: et Cinara, quod cineribus gaudet, appellatur.* Theodorus Gaza Carduum vertit. *Est enim reuera carduus satiuus.* Plin. 22, 22 Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, et alio nomine limanion appellat. Frutex est nunquam cubitali altior, cristisque foliorum ac radice nigra, sed dulci. *Add. Id. 20, 23. it. 21, 16.* Apul. de Herb. c. 96 et 97. *vid. CINARA.* 25

SCOMBER, vel SCOMBRVS, i. m. [*σκόμβρος*] *Genus pisces marini.* Plin. 9, 15 Cum thynnus hae et pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim cum suis quaeque ducibus, et primi omnium scombri, quibus est in aquis sulphureus color, extra qui caeteris. Plin. 31, 8 *pr. de Garo*, Nunc e scombro pisce laudatissimum — fociorum id appellatur — Scombros quidem et Mauritania 35

Baeticaque — capiunt, ad nihil aliud vtilis. *Laudatur Scomber etiam Plaut. Capt. 4, 2, 71.* Plin. 32, 11 Scomber, falpa, sparus, etc. *vid. Columel. 8, 17, 12. et Catul. 96, 8.* Iberum piscem vocat Hor. *Sern. 2, 8, 46.* Scomber, Ruellio significat eum piscem, qui apud Gallos dicitur Maquereau, a frequentibus scilicet maculis. 40

SCOMMA, ätis. n. [*σκόμμα*] *Latine dicitur Cauillum.* Est (ut ait Macro. Saturn. 7, 3) Morfus figuratus, qui saepe fraude vel vrbantate tegitur, vt aliud sonet, aliud intelligas, nec tamen semper ad amaritudinem pergit: sed nonnunquam in quos iacitur et dulce est τὸ σκόμμα. 45

SCOMMATICE. *Adu. Per scomma.* Si quid scommatice magis aut loedorice in eos dici potest Sarisber. *Metal. 1, 5.* Scommatice aliquid retorquere Idem *Epist. 237.*

SCOPAE, arum. f. Pl. [*σάρωθρον, κόρημα, κόρηθρον*] *Instrumentum, quo pauimenta verruntur.* Scopae, quasi Scobae dicuntur, quod his purgamenta veluti scobem educimus. Plaut. *Stich. 2, 3, 23* Munditias volo fieri hic: ferre huc scopas, simulque arundinem vt operam omnem aranearum perdam. *Scopa, singul. Charis. et Onomast. Vet.* In scopa terens *Vulgat. Esai. 14, 13.* Sed antiqui plurimum tantum numero. Viles scopae Hor. *Sern. 2, 4, 81.* Cic. *Att. 7, 13 L.* Caesarem vidi Minturnis ad VIII. *Calend. Febr. mane*, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas, vt id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse. Idem in *Orat. 235*

c. 71 *agens contra eos, qui numeros orationis contemnunt*, Scopas dissolvere dixit, pro eo quod est, *Rem prorsus inutilem efficere.* Nam Scopae colligatae ad verrendum sunt accommodatae: porro si dissolueris, nihil inutilius. Cato de R. R. c. 152 *Facito scopas virgeas vlneas aridas, in aserculo alligato, eabus (i. iis) latera doliis intrinsecus vsque bene perfricato, ne faex in lateribus adhaerescat.* Plin. *Valer. 2, 10* Superpergas scopas cypressi in testa oui calefactas. Et 65

1, 64 *Marrubii scopas cum pane decoques, easque bibes.* Hic non ad usum aliquem verrendi respicitur, sed scopae sunt manipuli herbarum. Apul. *Met. 9 p. 300, 14 Floridi*, Lactucae veteres et insuaues illae, quae feminis enormi senecta ad instar scoparum in amaram coenosi succi cariem exolefcunt. ¶ 2 Scopae regia, *Herba, Scopa* 70

regia, oxymyrfino Scribon. 153. Plin. 23, 5 *De Achilleo herba, quae et millefolia appellatur, etiamnum aliam similem huic, sed candidioribus foliis et pinguioribus, tenuioribus cauliculis, in vineis nascentem.* Aliam vero binum cubitorum, ramulis exilibus, triangularis, folio filicis, pediculo longo, betae semine, omnes vulneribus 75

praecipuas. Nostri eam, quae est latissimo folio, scopas regias vocant. *add. Idem 21, 6.*

SCOPELISMVS, *vid. post SCOPVS.*

SCOPVLA, ae. f. Dimin. [*σκαρῶθριον*] *Columel. 12, 18, 5* Deinde peniculo detergitur, et feruentissima pice infusa, nouo alio rutabulo et scopula picatur. Idem 12, 38, 4 *Scopulis aridae myrti seria suffriatur.* *Add. ibid. c. 36.* Cato R. R. c. 26 *Scopulae doliis intell. purgandis.*

SCOPIO, önis. forte etiam SCOPIVM, certe etiam SCOPIORUM. Sic vocantur pediculi s. petioli, a quibus acini pendent in vuis. 85 Cato R. R. 112, 3 *Tum acina de vuis miscellis decerpito de scopio: quod emendatum in antiquo libro de scopione.* Sed Varro R. R. 1, 54, 2 *Quae calcatae vuae erunt, earum scopi cum folliculis subiiciendi sub prelum.* Columel. 12, 39, 3. et 43, 10 *restituendos etiam scopiones vuarum pro scipionibus, viri docti monuerunt: sicut Columel. 90*

11, 3, 46 *de asparagis* Collectis seminibus ipsis, scopiones vti sunt in suo loco perurendi sunt, ubi scorpionibus legebatur. Scopos vocauit in ipso hoc argumento Pallad. *Febr. 24, 8* Et has annis omnibus incendamus in scopis. Petron. c. 23 p. 73 *Non sentientis labra humerosque scopionibus (perustis, et extinctis, vel etiam in atramentum 95*

intinctis) pinxit. Scopi hoc sensu etiam sunt, nempe vuarum Varr. 2, 4, 16. *Nempe res eadem Scopae, Scopulae, Scopiuna, Scopus, Scopiones luxuriante, vt fit inter rusticos, seu fluctuante potius apud scriptores, propter rarum inter vrbanos usum, forma vocabuli. Tale quid in scirpo, an sirpo, et quae eo referuntur, licet obseruare. For-* 100

malis, vt ita dicamus, ratio est, stirps una scapus vnus, in plures furculos sparsus.

SCOPO, äre. *Scopis verrere, vel euertere.* *Vulg. Int. Ief. 15, 23 et Hieronymus, Scopabo eam in scopa terens.* *Addit Hieronymus: Dominus scopauit eam vehementissime terens, et quasi quodam* 105

VOL. IV.

verriculo ad purum vsque mundauit. Sic Aristoph. Pac. 59 ὦ Ζεῦ, κατὰ θεὸν τὸ κόρημα, μὴ κόρει τὴν ἑλλάδα, Ne scopos Graeciam, i. Ne in desolationem redigas. Verum Vulg. Psalm. 76, 7 Scopobam spiritum meum, ἑσκαλλὸν τὸ πνεῦμά μου, videtur agitationem et vehementem cogitationem notare.

SCOPARIUS, i. m. [σκαρωδῆρ] Minister, cuius ministerium est, ut deuerat pauimenta sordentia. Vlpian. in l. Instrumento fundi D. de fund. instruct. Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior est, etiam atrienses, scoparii.

SCOPAS. [Σκόπας] Statuarius eminentissimus, qui Mausoleum caelauit. Plin. 35, 5. Hor. Carm. 4, 8, 6 Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas, Hic saxo, liquidis ille coloribus. Solers nunc hominem ponere, nunc Deum. conf. Vitruu. 9, 9.

SCOPĒLOS, Insulae nomen, quae est ante Troada Ascaniae ap. Plin. 5, 31.

SCOPES, um. f. Pl. [σκῶπες] Aues feruntur nocturnae ex genere noctuarum, eadem cum his, quos Bubones Latini appellant. Dictae Scopos, quasi σκῶπαι ὄπαι ἔχοντες: sunt enim raucae et minime canorae. Plin. 10, 49 Nominantur ab Homero (Od. E 66) Scopos auium genus; neque harum Satyricos motus, cum insident, plerisque memoratos facile conceperim mente: neque ipsae iam aues noscuntur. Sic leg. melius quam nascuntur.

SCOPIVS, i. m. Mons in Macedonia apud Plin. 4, 10.

SCOPTŪLA, orum. n. Pl. Scoptula operta [ὠμοπλάται] quae medicis dicantur, docet Celsus 8, 1 A ceruice duo lata ossa vtrinque ad scapulas tendunt, nostri scoptula operta, ὠμοπλάται Graeci nominant. Ea in summis verticibus sinuata, ab his triangula, paulatimque latescunt ad spinam tendunt: et quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Haestenus Celsus. Latos humeros quidam vocant, alii Ossa humeraria.

SCOPVS, i. m. [σκοπός] Locus, in quem emittendo tela dirigimus: a Graeco σκοπέω, quod est considero, contemtor, speculor. Macrobi. in Somn. Scip. 1, 4 pr. Nunc ipsam eiusdem somnii mentem, ipsumque Propositum, quem Graeci σκοπὸν vocant, tentemus aperire. Cic. Att. 8, 11 Neutri σκοπός est ille, ut nos beati simus; vterque regnare vult.

Eidem 15, 18 Σκοπός hic est enim huic nostro, nihil praebere. Idem

Philipp. 12, 22 quid sit scopus declarat his verbis, Quum omnes actiones horum mensium, omnes sententiae meae peruenierint ad eum exitum, qui mihi fuit propositus. Idem Fam. 16, 24 scopum designat ita,

Mihi prora et puppis, ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares. Illud ergo apparet, ut Graeco, et Graecis literis scribendo tantum vsos esse veteris.

De Scopis vuarum, vid. SCOPIO.

SCOPLVS, i. m. Dimin. [σκόπελος, σκοπιῶ] Proprie specula. Saxum est eminens, ut ait Seruius ad Aen. 1, 45 et 180 a speculando ita vocatus, σκῶπῶν enim speculari est. Plin. 12, 14 Saba

regio a dextra maris scopulis inaccessa. Caes. Bell. Gall. 3, 13 Et eadem de causa minus incommode scopulis continebantur. Virg.

Aen. 1, 45 Scopuloque infixit acuto. Vertex scopulorum Catull.

62, 244. Altus Virg. Aen. 5, 220. Exesi Sen. Herc. Fur. 2.

Frequentes Iuuen. Sat. 13, 246. Immanis Ouid. Met. 14, 182.

50 Piscosi Virg. Aen. 4, 255. Saccus Idem ibid. 5, 270. Sonantes

Idem ibid. 1, 204. Turriti Virg. Aen. 3, 536. Vomentes aequor scopuli Lucan. 6, 24.

Accedere ad scopulos, vid. ACCEDO. Appellere ad scopulos,

vid. APPEPLO. Virg. Aen. 1, 180 Aeneas scopulum interea Con-

scendit, et omnem Prospectum late pelago petit. Virg. Aen. 3,

566 Ter scopuli clamorem inter caua saxa Dedere. Excudere aliquem praecipitem scopulo Virg. Aen. 12, 532. Exstruere immanes

scopulos Claud. Conf. Hon. 4, 103. Minantur scopuli gemini in

caelum Virg. Aen. 1, 163. i. e. Eminent. Seruius. Pendere mi-

60 naci scopulo Virg. Aen. 8, 668. Tanquam scopulum, sic

fugias inauditum atque insolens verbum Caes. apud Gell. 1,

10. Sic Metaphor. Cic. pro Rosc. Amer. 79 Restare tibi videbatur

feruorum nomen, quo quasi in portum reiectus a caeteris suspi-

65 cionibus confugere posses: vbi scopulum offendis eiusmodi, ut non

modo ab hoc crimen resilire videas, verum omnem suspicionem in

vosmetipsos recidere intelligas. Cic. pro Rabir. perd. reo 25 c. 9

Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sexti

Titii afflictam nauem, et in quibus C. Deciani naufragium fortuna-

rum videres. Scopulus securitatis publicae Antonius Flor. 4, 9, 1.

70 Sic Ire ad scopulum simpliciter est interire. Lucret. 2 extr. exprobrat

rustico de sterilitate querenti, quod non teneat, Omnia paulatim tabescere,

et ire Ad scopulum spatio aetatis defessa vetusto. Sed hoc forte me-

lius de meta explicatur, de qua ratione mox n. 2. Gestare scopulos

in corde, dicitur, qui nulla mouetur misericordia Ouid. Met. 7, 33-

75 ¶ 2 Scopulus ut Scopus, quod eiusdem originis est, pro meta Lucret. 2

extr. Omnia paulatim tabescere, et ire Ad scopulum spatio aetatis

defessa vetusto. vid. Salmaf. Ep. 48. Sueton. Domit. c. 19 Nonnunquam

in pueri procul stantis, praebentisque pro scopulo dispanfam dextrae

80 manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per interualla

digitorum innocue euaderent. Miram librorum in hac voce constan-

tiam refert Casaubonus: et tamen multi mutarunt in scopo. Scopus

hum pro meta etiam ex Glossis produxit Barth. ad Stat. Theb. 9, 761.

SCOPVLŌSVS, a, um. Adi. [σκοπελώδης] Scopulis plenum.

Plin. 9, 18 Deiectumque per scopulosa et abrupta, vbi primum mollis

85 planities contingat, in quodam lacu hospitari. Colles scopulosi

Sil. 7, 274. Limes scopulosus Stat. Theb. 1, 332. Rupes sco-

pulosa Lucan. 2, 619. Metaph. Cic. Verr. 1, 36 Intellego quam

scopuloso difficilique loco verfer: nam cum omnis arrogantia odiosa

est, tum illa ingenii, atque eloquentiae multo molestissima. Id.

de Orat. 3, 66 c. 19 pr. Oratores autem in inferum hoc Tuscum et Bar-

barum, scopulosum, atque infestum laberentur, in quo etiam ipse

Vlysses errasset.

SCOPELISMVS, i. m. [σκοπελισμός] Scopulorum, metarumue positio.

Vlpian. l. 9 D. de extraord. crim. Sunt quaedam, quae more prouinciarum

95 coërcitionem solent admittere: ut puta in prouincia Arabia σκοπελισμὸν

crimen appellant, cuius rei admissum tale est. Plerique inimico-

rum solent praedium inimici σκοπελίζεν, id est lapides ponere, indicio

futuros, quod si quis eum agrum coluisset, malo leto periturus esset

100 infidiis eorum, qui σκοπέλας posuissent: quae res tantum terrorem ha-

bet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens

eorum, qui σκοπελισμὸν fecerunt. Hanc rem praesides exsequi sol-

lent grauius vsque ad poenam capitis: quia et ipsa res mortem

comminatur.

SCORDALVS, i. m. Videtur notare hominem impudentem in vino

105 et clamoribus turbantem omnia. Sen. Epist. 56 p. 192 in describendo

tumul-

tumultu et vario clamore balnei, Adiace nunc scordalum, et furem deprehensum, et illum, cui vox sua in balneo placet. Et Ep. 83 p. 345 ubi docet falsum esse, ei qui solet ebrius fieri, non committi sermonem secretum, utitur exemplo Tullii Cimbrici, assumti in consilium interficiendi Caesaris, Tullius Cimber, inquit, et nimius erat in vino et scordalus. In hanc rem iocatus est ipse: Ego, inquit, quemquam feram, qui vinum ferre non possum? Addit Seneca, Sibi quisque nunc nominet, quibus scit et vinum male credi, et sermonem bene. Etiam Sen. Rhetor Suavor. 7 extr. p. 57 de M. Tullio filio, Cestium inter epulas ulciscente, patris sui obrectatorem, Erat autem etiam, ubi pietas non exigeret, scordalus, i. ferox, et clamorosus in vino. Petron. c. 95 Eumolpus per vinum in rixam sanguinolentam incidit: Ego autem, narrare pergit Encolpius, Eumolpum excludo, redditaque scordalo vice, etc. Est ad h. l. vetus Glossa, Scordalus homo alliatus (quasi esset ex σκόρδον) et illuie squaloreque foedus, fordidus, impurus. Puto melius Gl. Isid. Scordalus ferox. Est enim certe clamoritas praesertim in vino, et ferocia, quae facit scordalum. Sic Trimalchio Petron. c. 59 rixam conuiuarum sedaturus; Agite, inquit, Scordalias de medio. Sueton. 65 Agrippam ob ingenium scordalum ac ferox abdicauit. Sic legi vult post Salmaf. Graeuus pro vulg. fordidum. Etiam Fulgent. de Virg. Contin. p. 757 Stauern. restitui vult Schulting. ad Sen. Suavor. 7 p. 56 probante, ut ait Gronouio, Cerberus forensis erat caudifidus — Sed melle sapientiae scordali (pro vulg. scandali) dulcoratus respiscat rancor. Emendationis huius mentionem nullam facit Stauerius.

SCORDALIA, ae. f. Indecora rixa in vino, ut modo dictum, vid.

SCORDALVS. Agite scordalias de medio Petron. c. 59.

SCORDASTVS, i. f. Arbor Persici maris, ap. Plin. 12, 9.

SCORDILON Pro scordion, ap. Apul. de Herb. c. 70.

SCORDISCVS, i. m. Ephippium Vet. Gloss. Scordiscum, cori-30 um crudum Isidor. in Gloss. Hinc

SCORDISCARIVS, apud Hieronymum, Qui strata vel coactilia facit et tegumenta. Turnebus.

SCORDISCI, Populi Pannoniam incolentes in montis Claudii fronte, quo monte diuiduntur a Tauristis, Σκορδίων Plin. 3, 25. 35

SCORDIVM, i. n. [σκόρδον] Herba est apud Dioscoridem, tam in montosis, quam in palustribus locis nascens, foliis Triisaginis, maioribus tamen, et in ambitu non usque adeo diuisis, caule quadrangulo, flore subrubro. Dicitur Scordion από τῶ σκόρδου, hoc est ab allio, cuius odorem refert, et acrimoniam Galen. Simplic. facultat. 8. Vitur illo Scribon. v. g. 169. 170. 177. Vid. Plin. 25, 7 et 26, 9. it. 11 et 14. Apul. de Herb. c. 70. Penultima longa est, sec. Borrich. de lingua Pharmacop.

SCORDOTIS, Herba magnitudine cubitali, caule quadrangulo, ramosa, quernae similitudine, foliis lanuginosis, amari gustus: reperitur in campis pinguibus. Ea a quibusdam appellatur Scordion. vid. Plin. 25, 6. et 26, 5.


SCORIA, ae. f. [σκόρπια] Metallorum quoddam vitium, et recrementum quasi faex, sicut spuma, quae ex feruescente materia tollitur. Plin. 33, 4 Quae e catino iactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria. Scoria, ferri stercus Scribon. 188. Sordibus et scoria patiar tabescere tali Virg. in Ciri v. 249. add. Voss. de Arte Gramm. 2, 38. Aeris scoria Plin. 34, 11. Argenti scoria Idem 33, 6. Plumbi scoria Idem 34, 18. conf. Cels. 5, 19.

SCORODON. [σκόροδον] Herba notissima, Allium, Latini appellant. Scorodon Argine sunt allia dicta Latine Pseudo-Macer 1, 5, 1. Est et Siluestris allii genus, quod Graeca appellatione, ὀψισκόροδον, quasi allium anguinum, vocitatur Diosc. 2, 141.

SCORPAENA, Genus piscis apud Plin. 32 vlt. Meminit eius et Ambrosius: Scorpaena (inquiens) quoque castitatem immaculati connubii generi suo seruat, non percutit sed reficit.

SCORPIO, ōnis. et SCORPIVS, i. m. [σκόρπιος] Animal venenosum, cauda feriens. Plin. 11, 25 Semper cauda in ictu est, nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasio. Vid. plura in eodem capite, vid. etiam Cels. 5, 27. Tertullianus librum suum, contra gnosticos, cui titulum fecit Scorpiace, ita incipit, Magnum de modico malum, Scorpios, terra suppurat (quasi pus terrae essent Scorpii) Tot venena, quot genera; tot pernicies, quot et species; tot dolores, quot et colores Nicander scribit et pingit. Et tamen vnus omnium violentiae gestus, nocere de cauda; quae cauda erit, quodcumque de postumo corporis propagatur, et verberat. Proinde scorpii series illa nodorum, venenata intrinsecus venula subtilis, arcuato impetu surgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione stringit. Vnde et bellicam machinam, retractu tela vegetantem, de scorpio nominant. Id spiculum et fistula est, patula tenuitate in vulnus et virus, qua figit effundit. Haec postrema ad animal scorpium pertinent. Ita loquitur etiam de culice, cuius tuba pariter sit lancea, ut loquitur ipse de Anina 10. Plin. 11, 2 Telum perfodiendo tergori quo spiculauit ingenio natura, ut fodiendo acuminatum pariter, sorbendoque fistulatum esset. Male igitur, certe non ex mente Tertulliani ad Scorpionem sagittam ista transtulit Isid. 18, 8. Nec satis prouide illum secutus Lipsius Polior. 3, 4. Metuendus acumine caudae scorpius Ouid. Fast. 4, 163. Noxii in Africa Scribon. 164.

¶ 2 Scorpius, siue Scorpio, Signum caeleste Columel. 11, 2. Sol ingreditur Scorpium XIII Calend. Nouemb. Plin. 17, 24 Quum sit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario. conf. Cic. in Arat. v. 317. Ardens Scorpius Virg. Georg. 1, 35. Cauda minax scorpius Lucan. 1, 654. Concauat brachia Scorpius Ouid. Met. 2, 195. Formidolosus Scorpius Hor. Carm. 2, 17, 17. ¶ 3 Tormenti genus esse satis constat: sed qua in re a catapultis, balistisque, quibus iungitur, diuersum fuerit, ipsorum auctorum dissensus, siue usus diuersus incertum fecit. Descriptio non indiferta, neque tamen satis explicata, est Ammian. Marc. 23, 4 quam ponemus, longiusculam licet, si explicatiorem reddere forte queamus. Dolantur axes duo quernei vel ilicei, curvanturque mediocriter, ut prominere videantur in gibbas, hique in modum ferratoriae machinae (qualibus hodie vulgo adhuc vtuntur fabri mensarii) connectuntur (trabe ad angulos rectos interposita, ut oriatur

forma H literae non absimilis  ut duo axes AC et DF iungantur trabe b e) ex utroque latere patentius perforati: quos inter percauernas funes colligantur robusti (ab A ad B a C ad F) compagem ne dissiliat continentes. Ab hac medietate restium stilus exsurgens obliquus, et in modum iugalis temonis erectus, ita neruorum nodulis implicatur, ut altius tolli possit et inclinari: summitatique eius vnci

100

ferrei copulantur, e quibus pendet stuppea vel ferrea funda — Cum igitur ad concertationem ventum fuerit, lapide rotundo fundae imposito, quaterni altrinsecus iuvenes repagula, quibus incorporati sunt funes, explicantes, retrorsus stilum paene supinum inclinant: itaque demum sublimis adstans magister, claustrum — referat malleo forti percussum: vnde absolutus ictu volucris stilus — saxum contorquet, quidquid incurrerit collisurum. Et tormentum quidem (*communi nomine*) appellatur ex eo, quod omnis explicatio torquetur: scorpium autem, quoniam aculeum desuper habet erectum (*stilum illum, qui fundam rotat*) cui etiam onagri vocabulum indidit aetas nouella ea re, quod asini feri cum venatibus agitantur, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, ut perforent pectora sequentium, etc. Hinc etiam Scorpionis appellationem duxerim: nam veluti cauda nocet. Hoc quidem apertum Ammiani scorpionem esse tormentum proprie dictum, uti ab elatere neruorum intortorum vi octonorum iuuenum, a stilo mediis neruis inserto rotatur funda, lapidem rotundum proiciens. Nec vero dubium, qui varia ab ingento artificum hic vel in maius mutata, vel diuersos ad usus diuerso genere instituta sint. Pulchre Tertullianus, quem modo laudauimus, et breuiter, Machina bellica retractu tela vegetans. Quae ibi sequuntur de spiculo, eadem fistula, ea improvide ad machinam scorpionem translata a viris doctis, iam monuimus. Iam dabimus auctoritates. Plin. 7, 56 In tormentis scorpionem Cretas inuenisse dicunt. Caes. B. G. 7, 25 Quidam — Gallus — scorpione ab latere dextro transiectus exanimatusque concidit — Eadem ratione ictu scorpionis exanimato altero, successit tertius, et tertio quartus. Transiectus, credo, non diceretur, sed elisus, oppressus vel tale quid, si magnum saxum hoc scorpione excussum esset. Hirt. B. Afr. 31 Scorpionum, catapultarum, caeterorumque telorum, quae ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat. Ibid. c. 29 Quum forte ante portam turma densa adstitisset, scorpione accuratus misso, atque eorum decurione percusso et ad Decumanam (*al. terram*) defixo, reliqui perterriti, fuga se in castra recipiunt. Hic scorpionem ipsum telum machina emissum potest intelligi. Liu. 26, 47 Captus et apparatus ingens belli, catapultae — balistae — scorpionum maiorum minorumque — ingens numerus. Vitruu. 1, 5 p. 11 A turribus, quae erunt dextra et sinistra scorpionibus reliquisque telorum missionibus hostes reiciantur. Eid. 10, 15 Catapultarum et Scorpionum eadem videtur ratio, utrisque autem, expulsa quaedam iacula s. sagittae, uti balistis quas c. 17 describit lapides. Vtrumque genus expectat lucem ab Illustrissimo Poleno. Idem 10, 1 Scorpionem ad organa referre videtur, quae vnus operae (*sic lego pro opere*) prudenti tactu perficiunt quod propositum est. An forte illum magistrum intelligit, qui sublimis adstans etc. ut ex Ammiano modo dedimus. Sen. Qu. Nat. 2, 16 Nam balistae quoque et scorpiones tela cum sono expellunt. Vidimus, onagram et scorpionem Ammiano esse rem eandem. Iam onager, quod suo loco non satis diligenter tractatum, teste Veget. 4, 22 dirigit lapides; sed pro neruorum crassitudine et magnitudine saxorum pondera iaculatur. Nam quanto amplior fuerit, tanto maiora saxa fulminis more contorquet. — Scorpiones dicebant, quos nunc manubalistas vocant: ideo sic nuncupati, quod paruis minutisque spiculis inferant mortem. Diuersarum ergo pro diuersis temporibus hominibusque machinarum nomen Scorpium: tormenti tamen utique genus, quod vim in neruis contortis et subito remissis omnem habeat, a quo describendo cum refugerit Lips. Pol. 3, 4 eo magis elaborandum nobis putabamus. ¶ 4 Scorpium, Piscis Plin. 32, 11. ¶ 5 Scorpium, Scorpium, Scorpium. [*σκορπιονες*] Herba est semen habens ad similitudinem caudae scorpionis, quae valet aduersus animal sui nominis. Plin. 22, 15 et 16. it. 27, 3. Apul. de Herb. c. 113. ¶ 6 Scorpiones s. Scorpiones dicuntur etiam congesti lapidum acerui, quibus termini designantur, vid. Sic. Flacc. p. 4 et 6 Goes. it. Goes. Indic. Scriptt. Rei Agrar. et Keuchen. ad Frontin. p. 414. ¶ 7 Scorpium instrumentum ad percipiendum. Vulg. Int. 1 Reg. 12, 11 Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem vos caedam scorpionibus. Ibid. Or. 5, 27 Virga — si nodosa vel aculeata scorpium rectissimo nomine vocatur, qui arcuato vulnere in corpus infigitur.

SCORPINACA, ae. f. Herba, al. Proserpinaca Apul. de Herb. c. 18.

SCORPIOCTONON, i. n. Eadem herba, quae heliotropion. Apul. c. 49.

SCORPIACE, es. f. [*σκορπιική*] Sic enim melius legitur quam SCORPIACVM. Medicamentum adiectum Scorpionum, ut Theriace, *Ἰνγκωνή* contra viperas, cum quo medicamento suum librum aduersus Gnosticos, quem Scorpiacen inscripsit, ipse Tertullianus in principio libri comparat.

SCORPIONIVS, a, um. Adi. Plin. 20, 1 Aliqui etiam ab eo scorpionum cucumim vocant, efficacissimum contra scorpionum ictus.

SCORPITES, [*σκορπίτης*] Gemma est scorpionis colore Plin. 37, 11.

SCORPIVRS. Herba, quam Tricoccum appellant, foliis parvis, in terram declinantibus: semen ei est effigie scorpionis caudae: qua ex re ei nomen Plin. 22, 21. Apul. de Herb. c. 49 et 72.

SCORTATOR, vid. post SCORTVM.

SCORTVM, i. n. [*κόρυνη, κόρυς, ἐταιρίς, καρπύγων*] Proprie Corium est animalium, praesertim eorum, quae crassiorum pellem habent, ac duriorum.

Tertull. de Pallio 4 Qualis ille Hercules in serico Omphales fuerit, iam Omphale in Herculis scorto designata descripsit, i. pelle leonina. Varro de L. L. 6, 5 p. 78, 35 Scortari est saepius meretriculam ducere, quae dicta (*est scortum*) a pelle. Id enim

non solum antiqui dicebant scortum, sed etiam nunc dicimus scortea ea, quae ex corio et pellibus facta sunt, vid. SCORTEVS. Et

max, In Atellaneis licet animaduertere rusticos dicere, se adduxisse pro scorto pelliculam. Nempe Scortum dicitur etiam Meretrix. Plaut.

Afin. 4, 2, 5 Is apud scortum corruptelae et liberis lustris studet. Cic.

in Catil. 2, 10 c. 5 Quod si in vino et alea comissiones solum et scorta quaererent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi.

Exercere scortum Plaut. Amph. 1, 1, 1232. Scorta appellantur Meretrices, quia, ut pelliculae, subigantur. Omnia

namque ex pellibus facta, scortea appellantur. Scortes id est pelles

testium arietinorum ab eisdem pellibus dictae. Haec Paullus ex

Festo. Conf. Donat. ad Ter. Eun. 3, 1, 34. Scortum deuium; non

prostitutum in propatulo omnium libidini, sed honestius minusque vulgare ab Horatio dicitur Carm. 2, 11, 21 *κατάκλειστος*. Sic Salm. ad Tertull. Pall. p. 177. Tibull. 4, 10, 4 Pressum quasillo Scortum, i. Scortum

stillum egenum, et se meretricio quaestu male tolerans, lanificioque miseram



*seram trahens vitam.* Scortum etiam dicitur de Pueris muliebris patientibus Liu. 39, 42. Philippus nobile scortum. Meritoria scorta Sueton. Claud. c. 15. et Vitell. c. 3. add. Curt. 6, 7, 33. Honestum officium scorto postponere Hor. Epist. 1, 18, 34. add. Idem Od. 2, 11, 21.

SCORTILLVM, i. n. Dimin. [*ἐσκόριδιον*] Catull. de Varro et sua amica 10, 3 Scortillum mihi tum repente visum est Non sane illud, nec inuenustum.

SCORTEVLVM, i. n. πόρνη Gloss. Vet. Lat. Gr.

SCORTEVS, a, um. Adi. [*σκότινος, δερματίτινος* Gloss. Vet.] Quod ex pellibus factum est, ut ait Fest. Varro de L. L. 6, 5 praeter ea, quae in SCORTVM modo dedimus, Inde in aliquot sacreis et facelleis scriptum habemus, Ne quid scorteum adhibeatur, ideo, ne morticinum (f. morticinum) quid adfit. Ouid. Fast. 1, 629 Scorteia non illa fas est inferre sacello, Ne violent puros exanimata focos. Martial. 14, 130 Ingrediare viam caelo licet vsque sereno, Ad subitas nusquam scorteia desit aquas. Subaud. Penula. Fascinum inferere Petron. c. 138. Numi: vid. Cael. Rhodig. 6, 2. Boccac. de Geneal. Deor. 8, 1. Puluinium subicere Celf. 8, 12. Homo in scorteis Vestibus Tertull. adu. Marc. 2, 11. Scorteum, Pelliceum in quo sagittae reconduntur, appellatum ab eadem causa, qua Scortum. σκός enim Graece pellis dicitur, vnde Scuticae et Scuta, quia non sine pellibus sunt Paullus ex Festo. Legitur etiam Scrautum, quod est idem, quod Scrotum sollemni mutatione diphthongi AV in O.

SCORTEA, ae. f. Penula scorteia. δερματοχατῶν Gloss. Lat. Gr. vid. SCORTEVS.

SCORTEVM, i. n. Idem. Quid expectas? ut homines ad penulas discurrerent aut ad scorteia? Senec. Quaest. Nat. 4, 6. de grandine imminente.

SCORTOR, āri. [*ἐσκόρω, πορνέω, παλλακαύομαι*] Varro de L. L. 6, 5 exponit, ut in SCORTVM vidimus, Saepius meretriculam ducere. Ter. Haut. 1, 2, 32 Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuari. Idem Adel. 1, 2, 22 Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum scortari. Dicit ista ad fratrem vehementius commotum Micio. Sed notent, quibus ista verba vel placent nimis pro sua cupiditate, vel ita displicent, ut propterea Terentium excutere velint de manibus adolescentulorum, respondere Demeam, Pro Iupiter! tu homo adigis me ad insaniam! Non est flagitium, facere haec adolescentulum? Et flagitium est non unumquodque peccatum, sed insignis turpitudine.

SCORTATOR, ōris. m. [*πορνευτής*] Meretricum sectator. Cic. in Catil. 2, 24 c. 11 O bellum magnopere pertimescendum, quum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem Praetoriam Hor. Serm. 2, 5, 75. Consilium Vlyssi dat Tiresias, Scortator erit, cuius hereditatem captas? Caue te roget: vltro Penelopam facilis potiori trade. Ergo scortator etiam de adultero, et alieni matrimonii subsefore dicitur.

SCORTATVS, ūs. m. Apul. Miles. 5 p. 171.

SCOTI, [*Σκῆτοι, Ἀλγῆσινοι*] Britanniae populi, quondam Anthropophagi. Hieronymus contra Iovinianum lib. 2 Quid loquar de caeteris nationibus, quum ipse adolescentulus in Gallia viderim Scotos gentem Britannicam humanis vesci carnibus: et quum per silvas porcorum greges et armentorum, pecudumque reperiant, pastorum nates, et feminarum papillas solere abscindere, et has solas ciborum delicias arbitrari. Haec ille. Chrysostomus in sermone Pentecostes, sub-

scribit, Ante hoc (inquit) quoties in Britannia humanis vescabantur carnibus? Nunc ieiuniis reficiunt animam. Lingua omnibus sibila. Ideo Strabo lib. 4 Britannos balbutientes vocat, quos ipse Romae viderit.

SCOTICVS, a, um. Claud. de Laud. Stil. 2, 254 Ne tela timere Scotia, vel Picum tremere.

SCOTIA, ae. f. [*σκοτία*] Obscuritas, tenebrae: it. cauitas umbrosa. Vitruuius 3, 3 scribit, scotiam a Graecis trochilon appellari. Add. 3, 3. Est membrum cauum, eaque de causa umbrosus et obscurus.

SCOTINVS. [*σκοτεινός*] Obscurus. Sic dictus Heraclitus Ephesus: de quo vide Strabon. lib. 14. conf. Sen. Epist. 12. Cic. de Fin. 2 c. 5. Vitruu. 2, 2.

SCOTOMA, ātis. n. [*σκόρμα*] sine Scotodinia, affectio cum nulla causa externa tenebrae offundi oculis videntur. Vertigines appellant nostri, quoniam ob oculos eorum vorticosa quaedam et rotatilia circumagi videantur. conf. Isidor. 4, 7. Voss. Etymol. p. 457.

SCOTOMATICVS, a, um. Scribonius Largus 99 Item sanat, quibus subitis tenebris obscurantur oculi cum vertigine: scotomaticos hos Graeci vocant.

SCOTOMO, āre. Falsum vinum caput scotomat Theod. Priscian. de Diaeta c. 12.

SCOTOS, i. m. [*σκότος*] tenebrae: pro scotomate f. Scotodinia Marcell. Empir. c. 20 p. 333 E, H. Steph. Antidotum acharistum commendat inter alia ad Scotum.

SCOTVSSA. [*Σκότησσα*] Oppidum est in confinio Macedoniae ad Nessum amnem locum habens, quem, κυνός κεφαλάς, hoc est Canis capita appellant, in quo Romani et Aetoli T. Quintio duce, Philippum Demetrii filium, Macedoniae regem ingenti praelio superarunt. Auctor Strabo lib. 9.

SCOTVSSAEI, Populi liberi in Macedonia apud Plin. 4, 10.

## S C R

SCRACIA vel SCRANCIA, ae. f. Meretricis epitheton: aequae despicienda ac contemnenda ut screa sputaque, sic vocata quasi Screacia. Sic Turneb. 23, 18 explicans versum Accii apud Varron. de L. L. 6, 3 Scra-

ciae, scrupedae, strictabillae, tantulae. Videtur inquit Varro Scraciam explicare Siccam. Nam in eo videtur legendum, Scracia siccam significat, vel exsiccam significat. Nam cum siccae sunt et arentes fauces, magno et difficili strepitu et roncho velut troclea screatum trahimus. Haec Turnebus. At aliter legitur hic versus in edit. Scalig. p. 76, 95

10 Scrantiae, scrupedae, fritabillae, Tantalae. Ab screando Scrantiae sic adsignificat. Nihil itaque certi praeter hoc, meretricum contumeliosa istaeca nomina esse: quae etiam sic leguntur apud Gell. 3, 3 ex Neruolaria Plauti citatur ita, Scratiae, scrupedae, strictiuillae, sordidae. Sed horribilis ibi quoque varietas. v. g. Stratae, scrupedae, stratiuolae, sordidae, Apud Non. 2, 765. ita: Scraetae, Scrupedae, strictiuellae, sordidae, Exprobratio vitii aut deformitatis meretricum. Scraetae, dicebantur Nugatoriae, ac despiciendae mulieres, ut ait Verrius ab iis, quae screa idem appellabant, id est, quae quis exscreare solet, quatenus id faciendo se purgaret. Titinius in Prilla: 105

Rectius mecastor piculetae, Postume lectum hodie stratum vidi scriptae mulieris. Festus. *Sed facessant malae bestiae, vigiliis nostris indignae.*

5 **SCREO**, are. [*χρέμασι* Onomast. Vgt.] Cum conatu quodam de pectore sputum emoliri et eicere. Nonio 2, 811 Screare idem est ac Exspuere. Plaut. Curc. 1, 2, 22 Vini pollens lepidus Liber, qui screanti tibi siccae, semisomnae potionem affert, atque ita sedatum te. Laudatur Plin. 23, 1 f. 17 de radice asparagi, Eadem in iumento homineque phlegma aut sanguinem, qui screatur, talos circumligata sanat. Sed Hard. ex MSS. Flemina, aut sanguinem, qui se ad talos deiecit. Verbum rarum, quod nec apud Plinium, nec Apuleium, nec Medicum veterem ostendunt Indices. Sed usitatum EXSCREO.

15 **SCREATVS**, us. m. [*γρεαυσι*] Ter. Heaut. 2, 3, 132 Gemitus, screatus, tussis, etc. amantis indicia. De Neronis circa screatum diligentia, vid. Suet. Neron. c. 24. Tacit. Ann. 16, 4, 4.

**SCREATOR**, oris. m. [*γρεαυσι*] Qui screat. Plaut. Milit. 3, 1, 52 Screator fum itidem minime muccidus.

**SCRIBA**, vid. **SCRIBO**.

**SCRIBLIGO**, vid. **STRIBLIGO**.

20 **SCRIBLITA**, f. **STRIBLITA**, ae. f. Genus cibi appellatum, ut quidem volunt, quibus striblita placet, a *σπίλω* (vid. **STREBOLA** f. **STRIBVLA**) torqueo, unde et Tortae nostrae: quod in circuitu ad restis modum torqueretur. Sed cum Scriblita magno consensu sit in libris Catonis, Petronii, Plauti: malunt alii Scriblitam veluti scribillitam

25 dici, notis quibusdam, punctis, scriptis, distinctam. Sic fere Turn. 23, 10. Cato 78 Scriblitam sic facito. In balteo tracta ex (sic leg. pro tractes) caseo ad eundem modum facito, vti placentam, sine melle. Martial. 3, 17 Circumlata diu mensis scriblita secundis Vrebat nimio saeva calore manus. Plaut. Poen. Prol. 43 Nunc dum

30 scriblitae aestuant. Sequens ferculum fuit scriblita frigida Petron. c. 56. Conf. Idem c. 35. Quid sibi vult Tertull. cont. Marcion. 5, 169 de Iesu cruci affixo, Potatur scriblita, et fel miscetur aceto: ubi *byssopo substituitur, nullo assentiente, ut ait ad h. l. G. Fabricius.* In notis Tironis est scriblita p. 176.

35 **SCRIBLITARIVS**, i. m. Qui scriblitas conficit Afran. apud Non. 2, 483.

**SCRIBO**, psi, ptum, ere. [*γράφω*] Notae significationis Verbum, e *γράφω* corruptum, retinente tota fere Europa. Plaut. Asin. 4, 1, 10 Adde, ut scribas vide plane et probe. Idem Pseud. 1, 5, 131 Quasi in

40 libro quum scribuntur literae calamo. Scripti Plaut. Asin. 4, 1, 87. Corticibus scribere Propert. 1, 18, 22. Scribere in iudicio, et Senatu alioqui Scribarum erat, ordinis honesti, sed non primi in republica. Interim in re graui Senatores quoque ad scribendum adhibiti. Vid.

45 Cic. pro Sulla 41 c. 14 Vidi ego hoc, nisi — auctoritatem huius iudicii monumentis publicis testatus essem, fore — Itaque introductis in Senatum indicibus, constitui Senatores — quos sciebam, memoria, scientia, consuetudine et celeritate scribendi facillime quae dicerentur persequi posse etc. Alias Adesse scribendo solent in *SCtis* ii, in quorum ea sententiam facta sunt. Vid. v. g. Cic.

50 Fam. 15, 6. Idem Att. 5, 14 Antequam aliquo loco confedero, neque longas a me, neque semper mea manu literas expectabis. Ib. 7, 2 pr. Accepi aliam alia iucundioem, quae quidem erat tua manu. Idem in Catil. 3, 10 Legimus, erat scriptum ipsius manu. Liu.

55 37, 10 Polyxenidas sua manu scripsit. Ad aliquem scribere (*epistolam, vel in epistola, libro*) quemadmodum Cic. Fam. 14, 2. Ad aliquem scribere de rebus, etc. Idem Acad. 4, . . . Cic. Qu. frat.

60 3, 1 In eius sermone ego utcumque soleo admirari, et te de suburbano emendo quum ad illum scribas, non modo ad me non scribere, sed etiam aliam in sententiam de suburbano scribere: et quae ad illum scribas, nihil te recordari de se, de epulis illis, quas tu in Tusculano eius mihi ostendisti. Cum R vno scripta Terra in augurum libris

65 Varro de L. L. 4, 4 p. 9, 21. In animo scribere metaph. Ter. Andr. 1, 5, 49 Etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis de Glycerio, i. accurate, et cum affectu memini. Contra ad inconstantiam et leuitatem pertinet illud Catulli 69 Dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti In Vento et rapida scribere oportet Aqua, i. pro non dicto putare.

70 2 Aduerbia: Ambitiose scribere, Caute, Commodius, vid. ff. u. Eucleate Cic. Qu. frat. 3, 3. Explorate Idem ibid. Frustra Cic. Att. 13, 13. Grauius Idem Qu. Frat. 1, . . . Humane Cic. Fam. 3, . . . Idem

75 Fam. 2, . . . Scripsit ad me Caesar perhumaniter. Quae infra scripta sunt Scribon. 269. Liberior Cic. Fam. 5, . . . Id. ibid. 10, 4 Gratissime mihi tuae literae fuerunt, quas ex Furnii sermone te scripsisse animaduerti. Ego autem praeteriti temporis excusationem affero, quod te profectum audieram: nec multo ante redisse sciuui, quam ex epistola tua cognoui. Notis scribere Quinctil. 11, 2. Vid. NOTA. Varro apud Seruium Aen. 6, 74 de Sibylla, In foliis palmae interdum Notis, interdum Sermonibus, i. verbis explanatis) scribebat. Add. l. 40 D. de testam. milit. Officiose scribere, vid. Officiosus in OFFICIVM. Plane Cic. Fam. 2,

80 13. Quam plenissime ad me scribas Cic. . . . Idem Fam. 2, 12 Haec eo pluribus (verbis) scripsi, quod non nihil significabant tuae literae subdubitare, qua essem erga illum voluntate. Caput est, quam plurimum scribere Cic. de Orat. 1 c. 33. de exercitatio-

85 ne. Quod in buccam Cic. Att. 7, 10. Quod in mentem venerit Idem ad Q. Frat. . . . Raptim Idem Att. 2, 9. Cic. . . . Id ipsum scire cupio, quod ad tempus recte ad te scribere possim. Salutem alicui scribere Plaut. Bacch. 4, 4, 79. Subtiliter Cic. ad Att. . . . Summatim Idem Att. 5, 16. Supra

90 scripta Scribon. 190. Tectis verbis Cic. Fam. 9, 22. Vacuo animo Idem Qu. frat. 1, 8. Valociter ac bene Quinctil. 1, 2. Verbose Cic. Fam. 7, 3. Verbofus Idem ibid. 7, 3. 3

95 *Obserua, Etiam qui dicitur, tamen scribere dicitur.* Cic. Tusc. 5, 118 c. 39 de Cn. Aufidio caeco, Graecam scribebat historiam, et videbat in literis. 4 Scribere, proprie est eorum, qui librum, carmen, fabulam, opus quodcumque denique scribunt et faciunt. Ter. Eun. Prol. 36 Qui magis licet currentes seruos scribere, etc. Cic. Fam. 12, 7 Sed proxime scripsit de optimo genere dicendi. Idem Fam. 1, 9 Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis. Scripsere alii rem versibus Enn. Annal. 1, 1: vid. Hessel. p. 7. Accurate, et cogitate, vid. COGITO. Summa haec est rei: Cito scribendo non fit, vt Bene scribatur; bene scribendo fit, vt cito

100 Quinctil. 10, 3, 10. Concinne, vid. CONCINNVS. Licenter Hor. de Arte Poet. 265. Luculente, vid. LVCVLENTVS. Men-

105 dose, vid. MENDA. Separatim de re aliqua Quinctil. 4 Prooem. Idem

Idem 2, 4 Expertus sum prodesse, quoties eandem materiam rursus a me retractatam scribere de integro iuberem. Cic. de Finib. 1, 8 Sed ex eo credo, quibusdam usu venire, ut abhorreant a Latinis, quod inciderint in inculta quaedam et horrida de malis Graecis Latine scripta deterius. De hac re in utramque partem et dicta sunt, et scripta multa Cic. Acad. 4, 124. Idem Qu. Frat. 1, 19 Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii. Carmina secessum scribentis, et otia quaerunt Ouid. Trist. 1, 1, 41. Historiam scribere Cic. de Cl. Orat. 262 c. 75. Orationes Cic. de Cl. Orat. 48 c. 12. Poëmata Hor. Epist. 2, 1, 117. Amor scribendi te rapit Hor. Serm. 2, 1, 10. Laborem scribendi ferre Idem ibid. 1, 4, 12. Nulla voluptas scribendi est mihi Ouid. ex Pont. 4, 2, 29. Atque In Thesauro (comoedia) scripsit, (Zoilus meus) causam dicere prius, unde petitur Ter. Eun. Prolog. v. 9. Cic. de Diuin. 1 Scriptum est item, cum Critonis, etc. ¶ 5 15

Alia etiam multa scribuntur in negotiosa vita. Dicam alicui scribere, vid. DICA, Cic. Verr. 2, 37. Formulam alicui scribere, vid. FORMVLA, in FORMA. Etiam simpliciter Scribere Icti dicuntur, cum cauent Clientibus. Cic. Fam. 7, 14 Quod si scribere oblitus es, minus multi iam te aduocato causa cadent. Iocatur cum Trebacio. Vid. Victor. et Manut. ad h. l. et add. pro Muraen. c. 9. Sed Martial. 1 praef. Absit — malignus interpres, nec epigrammata mea scribat, ad hoc nempe, ut ea in iudicio tanquam instrumenta quaedam contra me vel alium proferat. Heredem aliquem scribere; Statuere, Facere. Mart. 10, 97 Magis Heres fidus, nascitur, quam scribitur P. Syrus. Quinctil. 3, 6 Haeredi scripto opponitur lex. Idem Declamat. 1 Neque grauissimum patrem suprema sua iuueni iactasse crediderim, ut heredem filiam scriberet Hor. Serm. 2, 5, 48. Ut scribare secundus Heres. Heredem aliquem testamento scribere Hirt. Bell. Alex. c. 33. Regem Populo Rom. Laudes atque Gratias scripsisse Gell. 3, 8. Libellum scribere Ouid. ex Pont. 4, 13, 19. Libertatem seruo scribere, est, Ei libertatem testamento relinquere Vlpian. in l. Si seruum D. de acquir. vel omittenda hered. Cic. pro Rosc. Amer. c. 25 Eius porro ciuitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui leges, quibus hodie quoque vtuntur, scripserit. Cic. de Legib. 2, 10 Nec si regnante Sext. Tarquinio nulla erat Romae scripta lex de stupris, idcirco non contra illam legem sempiternam Sext. Tarquinius vim Lucretiae Tricipitini filiae attulit. Isthoc Nominè dum scribo Plaut. Curc. 3, 39. i. dum ei caueo per syngrapham ob acceptam pecuniam. Conf. Barth. ad Stat. Theb. 2 p. 249. Numos alicui scribere, Per mensae scripturam dare: ut ait Budaeus. Plaut. Afin. 2, 4, 34. i. e. Numos non praesentes soluere, sed pro his in certum diem soluendis per scriptum se obligare. Vid. Turneb. Adu. 4, 13. Donat. ad Terent. Adelph. 2, 4, 13. Vid. PERSCRIBO, RESCRIBO. Scribere Exercitus tres Liu. 6, 32. Sic 8, 6 Duobus scriptis exercitibus. Add. 42, 10. Idem 10, 25 Quatuor millia peditum, et sexcentos equites scribere in animo est. Et 35, 2 Cum militem ab se ipso scriptum adiecisset etc. Cic. Fam. 3, 3 Censebant enim omnes fere, ut in Italia Supplementum meis et Bibuli legionibus scriberetur. Cic. Verr. 3, 77 De qua muliere versus plurimi supra tribunal et supra praetoris caput scribebantur. Conf. Horat. Epist. 2, 1, 111. ¶ 6 Scribere, ut γράφω, pingere significat etiam Stat. Silu. 1, 1, 100 Apelleae cuperent te scribere cerae, i. dignus es, qui ab Apelle pingaris. Et Silu. 1, 3, 9 Vifa manu tenera tectum scripsisse voluptas. Et 3, 1, 94 Scripto viuentes limine ceras. Sic etiam composita Describere, Exscribere, Transcribere. Plin. 35, 10 de Nicomacho pictore, Scripsit et Apollinem et Dianam, deumque Martem in leone sedentem. Unde et Picturam legere dicimus. Virg. Aen. 6, 33 — Quin protinus omnia Perlegerent oculis. Tanto minus mirum, si scribere est sculptura vel caelatura literas exarare, ut Nep. 4, 1, 4.

SCRIBENS, entis. Partic. Consilium scribentis inuenire Iustin. 2, 10, 16. Penna scribente ad sidera tollere Martial. 9, 14. Gaudent scribentes Horat. Epist. 2, 2, 107.

SCRIPTVS, a, um. Partic. Cic. de Diuin. 1, 62 c. 18 Nonne vt C. Gracchus filius eius scriptum reliquit, duobus anguibus domi comprehensis aruspices conuocauit? Add. Nep. 9, 5, 4. et 23, 8, 2. Cic. Acad. 4, 129 Cuius, vt scriptum video, princeps Xenophanes, quem modo nominavi, deinde cum sequuti Parmenides et Zeno. Diligentissime scripta Quinctil. 1 prooem. Scriptum ad parotidas Scribon. 160. de epithemate. Scripta in hoc libro Id. 38. Notatae scriptae ad fratrem Ouid. ex Pont. 3, 2, 90. i. epistola. Absumere igne scriptos libellos Ouid. Trist. 5, 13, 61. Diem scriptum proferre, i. definitum Sen. Herc. fur. 190. Scriptum, Lapidem esse ait, et ita vocari, Antistius Labeo in agro Menullino, vbi Scribae diuinam rem facerent. Festus.

SCRIPTVM, i. n. Substantiue varie accipitur. Naeuianis scriptis intelligi potest Cic. de Cl. Orat. c. 15. Veterum scriptorum Musae Catull. ad Manl. f. 66, 7. Copia magna scriptorum Catull. 66, 33. Antiquissima scripta Hor. Epist. 2, 1, 28. Electissima scripta Poetae pessimi Catul. in Annal. Volusii 34 (37) 6. Nefaria scripta Catull. ad Fundum 42, 18. Optima scripta Graecorum Hor. Epist. 2, 1, 28. Regale scriptum Tragicis cothurnis Ouid. Trist. 2, 553. i. Tragoedia. In scripto essem crebrior, i. in scribendo, in literarum officio Cic. Att. 1, 19 pr. Abdicare sese scripto Piso apud Gell. 6, 9. i. Officio scribae renunciare. Contrarium Facere scriptum. Sed melius Gronou. scriptu. Ouid. de Arte Am. 1, 469. Si non accipiet scriptum, illectumque remittet. Adire aliquem scripto Tacit. Hist. 4, 39. Debueram scripto certior esse tuo Ouid. Epist. 6, 4. Dicere de scripto, vid. DE Praepositionem. Ouid. de Arte Am. 3, 481 Ah quoties dubius scriptis exarsit amator. Facere scriptum, Scribam esse Gell. 6, 9. Vid. SCRIPTVS, us. Vt mea tibi scripta Mittam Cic. Fam. 1, 9. Mandare scriptis, vid. MANDO. Peccare scripto Quinctil. 3, 5. Recitare scripta Hor. Serm. 1, 4, 75. Relinquere scriptum aliquid Quinctil. 6, 1. Sequi scripta oculis Idem 2, 5. Tradere aliquid scripto Quinctil. 1, 5. ¶ 2 Scriptum, Substantiue idem significasse antiquis videtur, quod linea, ut nempe a γράφω scribo, est γραμμή, quod lineam notat. Huius rei duo vestigia sunt in primis, ludus duodecim scriptorum, et diminutum scriptulum, de quibus iam agemus. Ludus ergo duodecim scriptorum diserte hoc nomine vocatur a Quinctil. 11, 2, 38 An vero Scaeuola in lusu duodecim scriptorum (scruporum vulgo, sed Scriptorum editt. Leid. it. Burm. et mea Gesneri, suffragante MS. Bodl. ap. Hydium de Nerdil. p. 10) cum prior calculum promouisset, essetque victus, dum rus tendit, repetito totius certaminis or-

dine, quo dato errasset recordatus etc. *Nimirum licebat retractare calculum male datum, ut mox videbimus.* Etiam Cic. de Orat. 1 c.

50 de eod. Mucio, pila bene et duodecim scriptis ludere, quam lectionem ex libris optimis eruit P. Victorius V. L. 5, 13. Non audiendus

5 Pearceius, qui Scriptos lapides s. calculos intelligit. Nihil tale Festus, quem laudat. Quin Scripta sunt lineae in tabula s. alueo lusorio, seu forum malis. Ouid. Art. 3, 363 Est genus in totidem tenui ratione redactum Scriptula, quot menses lubricus annus habet. Ac ne

dubites, exstat vetus Epigramma in Pitthoei Collectione p. 134 edit. poster.

10 p. 160 prior. cui lemma appositum, de tabula, Discolor ancipiti sub iactu calculus adstat, Decertantque simul candidus atque rubens (sic leg. pro monstroso praecueus, vidit Salmasius ad Vopiscum p. 758 Hack.)

Qui quamuis parili scriptorum tramite currant, Is capiat palmam, quem bona fata (Gron. de Pec. Vet. 3, 15 p. 234 malit bene iacta) iu-

15 vant. Sunt ergo Duodecim scripta totidem lineae, quibus diuisus est Alueus. Adhibentur calculi diuersi coloris: ii ponuntur et promouentur, id est dantur, ad numeros, qui talis iactantur, ita tamen, ut in

dando locus sit arti, in iactando certe esse non debeat, sed alea vere esset. Vid. h. v. Hoc tangit Ouid. Art. 2, 203 Seu ludet, numerosque manu

20 iactabit eburnos; Tu male iactato, tu male iacta dato. Disertius Ter. Ad. 4, 7, 21 Ita vita est hominum, quasi si ludas tesseris. Si il-

lud, quod maxime opus est iactu, non cadit: illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. Huc itaque pertinet illud de Scaeuola apud Fa-

bium, Quo dato errasset. Et illud Ciceronis in Hortensio apud Non.

25 2, 781 Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis olim, vt calculum reduces, si te alicuius dati poenitet. Graphica descriptio huius ludi est Aufon. Professor. 1, 25 ubi Mineruio eandem memoriam tribuit, quam Cicero paula ante Scaeuolae Mucio,

Vidimus et quondam tabulae certamine longo

30 Omnes, qui fuerant enumerasse bolos. Alternis vicibus quae praecipitante rotatu

Fundunt excisi per caua buxa gradus: Narrantem fido per singula puncta recurfu

Quae data, per longas quae reuocata moras.

35 Excisi gradus sunt Pyrgus s. Turricula. Puncta sunt ipsi numeri iacti per puncta notati in talis. Reuocata sunt reducta. Sed legi etiam hic meretur Vetus Epigramma e MS. editum a Salmasio ad Vopisci Proculum

p. 744 Hack.

In parte alueoli pyrgus velut vrnâ refedit

40 Qui vomit internis tesserulas gradibus. Sub quarum iactu discordans calculus exit

Certantesque fouet fors variata duos. Hic proprium faciunt ars et fortuna periculum,

45 Haec (ars) cauet aduersis casibus, illa (fortuna) fauet. Composita est tabulae nunc talis formula belli,

Cuius missa facit tessera principium. Ludentes vario tum exercent praelia fato,

Russus an nitidus praemia forte ferat. Pascitur a multis auide damnosa voluptas,

50 Ne foedet gliscens otia segnities. Hoc opus inuentor nimium Palamedis amauit,

Et parili excellens Mucius ingenio.

Ad hunc lusum pertinet etiam locus Petronii c. 33 Sequebatur puer cum

55 tabula terebinthina, et crySTALLINIS tesseris: notauitque rem omnium delicatissimam: pro calculis enim albis ac nigris aureos argenteosque habebat denarios. Interim dum ille omnium testorum (i. calculorum) iter lusu consumit etc. Sic vltima legit Gronouius l. c. p. 233 pro inter

lulum. Haec de duodecim scriptis im lusu primus docuit et eruditione multa e Graecis praesertim probauit Salmasius l. c. Addidit et

60 emendauit quaedam loco, quem ipsum quoque laudauimus Gronouius. De caeteris vid. ALEA: et conf. Isidor. Orig. 18, 60 - 68.

SCRIPTVLVM, i. n. Diminutum e Scripto. Ratio nominis forte ea, quod lineam minimae diuisionis in pede Romano notaret. Scriptum autem γραμμών, i. lineam esse, modo vidimus. Scriptulum certe

65 non scripulum aut scrupulum cum habent libri optimi, vid. Victor. V. L. 5, 13. tum inde probatur, quod Graeci γραμμά vocarunt, et nota designarunt ex prima, vel primis duabus, illius vocabuli literis corrupta, quas notas dant Gronouius de Pec. Vet. 3, 15 p. 395. Eifenschmidius, Bernardus etc. Graeci tanto magis γραμμά dixerunt, quod est, vt lite-

70 ra Alphabeti, ita vnciae scriptulum pars quarta et vicecima. Q. Rheimnius Fannius de ponderibus 25 Grammata dicta, quod haec viginti quatuor in se Vncia habet: tot enim fornis vox Graeca notatur,

Horis quot mundus peragit noctemque diemque. Voluf. Maeci. apud Gron. p. 397 Vnciae diuisio fit — in Scriptula viginti qua-

75 tuor. Caeterum mature vsus loquentium hanc vocem corripiendo corrupit. Fannius v. 9 Semobuli duplum est obolus, quem pondere duplo Gramma vocant, Scriptum nostri dixere priores. Et sic semper (forte pro scriptum) scriplum posuit vt saeculum. Antiquitatem

80 illius corruptionis satis etiam indicat Charif. l. 1 p. 81 Scriptulum, quod nunc vulgo sine T dicunt, Varro in Plautorino dixit. Idem 3

Annali, Numum argenteum conflatum primum a Seruio Tullio dicunt. Is quatuor Scriptulis maior fuit, quam nunc est. Et

85 Caper de Orthogr. p. 2246 Scriptula dicendum est, non Scripula. Itaque Scripula et Poët. Scripla forte antiquitate erroris se tueri possunt; scrupula quidem recentioris barbariei sunt. Cic. Att. 4, 16 de Brit-

90 tannia, Etiam illud iam cognitum est, neque argenti scripulum esse vllum in illa insula. Sic MSS. Martial. 4, 89 Iam Hadrianus Iunius obseruauerat argenti sex scriptula: et sic ediderat Scriuerius. Tamen posteriores scrupula reduxere. Sic etiam Ouid. Med. fac. 92

Profuit et marathros bene olentibus addere myrrhis. Quinque trahant marathri scrupula, myrrha nouem, reliquit Burm. Et Torrenius

95 Val. Max. 4, 4, 9 Eadem gens (Aelia) nullum ante scrupulum argenti habuit, quam Paullus etc. Nos scripula reliquimus apud Columellam 5, 1, 8 sqq. quod in Florentinis MSS. obseruauerat Politianus, cum alii dedissent scrupula. Idem plane factum Varron. de R. R. 1, 10, 2.

100 Quibus locis ad mensuram agri et partes iugeri refertur. Nempe habet iugerum, vt as, scriptula 288. Ad pondus pertinent Col. 12, 23, 3

Sex scripula picis. Et 12, 28, 1 Scripula gypsi octo. In Plinio scrupulum ita inualuit, vt plerisque locis retinuerit etiam Harduinus v. g.

33, 3 f. 13 Ita vt scrupulum auri valeret sestertii vicenis, ubi tamen monet esse in MSS. Scripulum. Quin 19, 1 f. 4 Scripula in ipso contexto

105 Plinii dedit. Variatur etiam in genere Priscian. de Ponder. p. 1348 Scripulus, filiquae sex. Sic apud Fabretum p. 96 est Inscr. SILVANAQVE HIC DORMIT. VIXIT ANN. XXI.

MENS. III. HOR. IV. SCRVPVLOS VI.

SCRIPULARIS, e. Adi. Plin. 33, 8 f. 43 His coticulis peritum e vena vt lima, rapuerint experimentum, protinus dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel aeris scripulari differentia, mirabili ratione non fallente. Sic etiam Hard. Sed pro

SCRIPULATIM, quod fatetur esse in omnibus MSS. tamen reliquit idem Harduinus, Scripulatim quidem colligere ac miscere vires (medicamentorum) non coniecturae humanae opus, sed impudentiae est Plin. 22, 24 f. 56.

SCRIPTVS, ūs. m. Scribae officium. Gellius ex Pison. Annal. 6, 9 Cn. Flavius Annii filius dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse. Alii codices habent Scripto. Scriptum facere; i. Exercere scripturam, Scribam agere Liu. 9, 46 pr. Censorium Scholiaf. Iuuenal. 5, 1. Quae storius Auctor vitae Horatii, qui nonnullis videtur esse Suetonius. Conf. Rutgers. in Notis Horatianis; Ruben. Elect. 2, 28.

SCRIPTO, āre. Frequentat. Laudatur Hor. Serm. 1, 6, 122 Aut ego lecto, Aut scripto, quod me tacitum iuuat. In quem versum sic scribit Vet. Scholiaf. Lecto producta syllaba enunciare debemus, quia frequentatiuum est, ab eo quod est Lego. Bentleio autem Lecto et Scripto haud paullo elegantius sunt Ablatiui Participiorum Lectus et Scriptus; eumque illorum miseret, qui Lecto hic et Scripto verba esse volunt, pro Lectito et Scriptito, quoniam (inquit) verba sunt inaudita, et in ultimam barbariam releganda. Scribitur quidem Non. 2, 781 Scriptat, constat esse rarum: sed contextum orationis postulat Scripta.

SCRIPTITIO, āre. [συγγραφή] Frequent. a Scribo. Cic. Att. 7, 12 extr. Et haec, et si quid aliud, ad me scribas, vel potius scriptites. Idem de Orat. 1, 152 Neque ea quisquam, nisi diu multumque scriptitarit, etiam si vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur. Conf. Ibid. 2 c. 23. Orationes Cic. in Bruto c. 46. Add. Gell. 11, 8. Lactant. 1, 6. Macrobian. Sat. praef.

SCRIPTIO, ōnis. f. [συγγραφή, συμποιήσις] Actus scribendi. Varro apud Nonium 2, 807 Auarus foenerator spe lucri rem scriptio- ne duplicarat. Add. Idem 8, 16. Nulla res tantum ad dicendum proficit, quantum scriptio Cic. de Cl. Orat. c. 24. Idem Fam. 9, 12 Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram: itaque eam tibi misi: quam velim sic legas, vt rem tenuem et inopem, nec scriptio- ne magnopere dignam. Cic. pro Arch. 14 c. 6 Quam multas nobis imagines, verum etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas scriptio- nes et Graeci et Latini reliquerunt. Sic citabant. Sed iam diu est, cum editur scriptores, vt expressas referatur ad imagines. Idem de Orat. 2, 5 Illud autem est huius institutae scriptio- nis. Cic. Tusc. 5, 121 Ad Brutum nostrum hos libros alteros quinque mitemus, a quo non modo impulsus sumus ad philosophicas scriptio- nes, verum etiam lacessiti. Cic. in Orat. 37 c. 11 Quoniam plura sunt orationum genera, eaque diuersa, neque in vnam formam cadunt omnia, laudationum, scriptio- num, et historiarum: etc.

SCRIPTIVNCULA, ae. f. Saluian. de Gub. Dei praefat.

SCRIBILLO, āre. unde CONSCRIBILLO, nondum habet auctorem.

SCRIPTILIS, e. Adi. Ammian. 17, 8 Elementa scriptilia. i. Quae scribi possunt. Elementorum viginti quatuor scriptiles formae Idem 29, 1. Litera est initium scriptilis vocis Vel. Longus in Orthogr. sub init. Conf. Diomed. p. 413.

SCRIPTIONALIS, e. Adi. Ad scriptio- nem pertinens Mart. Capell. 1, 5.

SCRIBA, ae. m. [γραμματεὺς] Qui scriptum facit, cuius munus est scribere. Festus: Scribas proprio nomine antiqui et librarios et Poetas vocabant. At nunc dicuntur scribae quidem librarii, qui rationes publicas scribunt in tabulis. Itaque quum Liuius Andronicus bello Punico secundo scripsisset carmen, quod a virginibus est cantatum, quia prosperius res Pop. Rom. geri coepta est, publice attributa est, (et) in Auentino aedes Mineruae, in qua liceret scribis histrionibusque consistere, ac dona ponere in honorem Liuii, quia is et scribebat fabulas et agebat. Haec Festus. Hoc autem docet, Scribas in illius legis verbis esse Poetas. Sed Liu. 2, 12 de Cn. Mutio loquens, Ibi quum militibus stipendia forte darentur, et scriba cum rege sedens pari fere ornatu multa ageret. Et paullo post, Scribam pro rege obruncat. Cic. Fam. 5, 20 Ad ea quae scripsi commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset. Scribae siue Librarii, fuerunt diuersi a Notariis, vt Literae a Notis. Notis enim excipiebatur celerrime, quod deinde vulgaribus, vt ab omnibus legi posset, Literis describebatur. Paullus l. 40 D. de Testam. milit. Lucius Titius notario suo testamentum scribendum notis dictauit: et antequam literis praescriberetur (an perscriberetur?) vita defunctus est. Sed tamen non tam qui ad describendum adhibebantur scribae dicti; hi enim potius librarii: quam, qui leges, edicta, rationes, epistolas etc. in scriptum referrent, vt adeo non cum iis, quos Copistas aut Cancellistas adeo, gradu paullo altiore, vocat Germania; sed cum iis, qui Secretarii dicuntur, comparandi sint. Horum Decuriae memorantur, de quibus vid. DECURIA n. 2. Locus Classicus est Cic. Verr. 3, 182 c. 78 sq. et pro Dom. c. 28. Add. Liu. 9, 46. it. Nep. 18, 1, 5 unde constat, Apparitorum ex numero illos fuisse. Diuersa illorum genera et appellationes iam notamus. CAPITO-

NI SCRIBAE AEDILITIO Reines. Inscr. 11, 17. Vid. Turneb. Aduers. 11, 10. Aerarius, vid. b. v. AVGVSTALIS SCRIBA LIBRAR. Inscr. ap. Grut. p. 94 n. 11. Censualis erat, apud quem testamenta aperiabantur, publicabantur, seu actis inferbantur l. 18 C. de Test. Cubicularius Inscript. apud Gruter. p. 575, 7

IANVARIVS DOMITIANI CAESARIS  
L. SCRIB. CVB. CONTVBERNALI  
OPTIMAE FECIT.  
Epistolaris Inscr. apud Gruter. p. 577, 8  
TI. CLAVDIVS ALCIBIADES. MAG.  
A. BIBLIOTHECA. LATINA. APOLLINIS.  
ITEM. SCRIBA. AB. EPISTVLIS. LAT.  
Libellensis Inscr. apud Gruter. p. 582, 1  
TI. CLAVDIO. TI. AVGVSTI. LIB.  
ARRIO. CLAVDIANO. SCRIB. LIBELL.

SCRIBA A LIB. PONTIFICALIBVS  
Inscr. ap. Gruter. p. 578, 6. Naualis vocabatur, qui in naue apparebat, inter aliud genus scribarum minimae dignitatis habebatur, 105

VOL. IV.

quod periculis quoque eius ministerium esset obiectum. Plautus, Non ego te noui, naualis scriba columbari impudens? siue quod columbaria in naue appellantur, in quibus remigent, siue quod columbariorum quaestus temerarius incertusque. Festus voce Naualis.

5 Praetorius, qui praetori apparebat. Inscript. Iaderae,

C. MODIUS. S. C. R.

PR. VERRONA.

ANN. XX.

Quaestorius, qui Quaestori. SVLPICIANO SCRIBAE  
10 QVAESTORIO. Reines. Class. II, 16 et 120. Not. vero, omnes, qui Magistratibus et Sacerdotibus publicis ministrabant, Scribas publicos et absolute Publicos appellatos fuisse. Vetus Lapis apud Gruter. p. 306, 7

Q. INGENVVS. MAXIMIANVS. SCRIB. PVBLICVS. PONTIF. ET. CVRATOR. AERARI. Infanus scriba Hor. Serm. 1, 5, 35. Recoctus scriba Idem ibid. 2, 5, 56. vid.

15 RECOQVO.

SCRIBĀTVS, ūs. m. Scribae munus et officium. Imp. Philipp. in l. Si ad scribatum C. de appellationibus. Add. l. 1 §. 2 ff. de muneribus, cum notis.

20 SCRIPTOR, ōris. m. [συγγραφεὺς] Qui scribit, siue textit epistolam, orationem, librum, opusue aliquod. Liu. 1 Prooem. Etsi in tanta scriptorum turba, mea fama in obscuro sit. Donatus in Prologo Terentii, Indifferenter, inquit, omnis qui aliquid scripsisset, scriptor a veteribus dicebatur. Martial. 3, 20 An quae Neroni falsus adstruit scriptor?

25 Cic. Att. 7, 16 Qui quum scriptor luculentus esset, tantas res, atque eas, quae in omnium manus venturae essent, Sestio nostro scribendas dederit. Idem de Orat. 1, 158 c, 34 Omnium bonarum artium scriptores ac doctores et legendi et per-

30 volutandi. Et in Orat. 29 Vetusissimus ille scriptor et politissimus Lyfias. Idem de Clar. Orat. 35 Scriptor subtilis atque elegans. Carminum scriptores Quinctil. 1, 5. Belli Troiani scriptor, Homerus Horat. Epist. 1, 2, 1. Artium scriptores Quinctil. 2, 13. Assiduus scriptor, vid. ASSIDVVS.

35 inersque scriptor Horat. Epist. 2, 2, 126. Nobilium scriptorum auditor Idem ibid. 2, 19, 39. Scriptor, simpliciter pro Eo, qui scribit Cic. Fam. 2, 4 Domestiarum rerum habes et scriptores et nuncios. Scriptor, A manu seruus. Cic. de Orat. 1, 136 Neque precibus vnquam, nec insidiando, nec speculando assequi potuit, etc. ex eius scriptore et lectore Diphilo suspicari liceret. Scriptor legum,

40 pro Legumlatore. Cic. ad Brut. 15 Neque solum vt Solonis dictum vsurpem, qui et sapientissimus fuit ex septem, et legum scriptor solus ex septem.

SCRIPTORIUS, a, um. Adi. [γραφεὺς] Vt, Atramentum scriptorium Celsus 6, 4 extr. al. sutorium. Calamus scriptorius Idem 5, 28, 12. de fistulis. Add. Idem 7, 5 et 17. 8, 4.

45 SCRIPTVRA, ae. f. [γραφή] Id quod scribimus. Auctor ad Heren. 3, 27 Non sum nescius, quantum susceperim negotii, qui motus corporis exprimere verbis, et imitari scriptura conatus sum voces. Scriptura, i. Scribendo. Idem 4, . . . Reliquum scripturae consumetur in exemplis. i. Eius quod scribendum est. Ter. in Prol. Adolph. 1 Postquam Poeta sensit scripturam suam ab iniquis obseruari, etc. Diurna actorum scriptura Tacit. Ann. 3, 3. Cic. Fam. 15, 21 Quum vero ea, quae scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris. Cic. Fam. 6, 7 Genus autem hoc

50 scripturae non modo liberum, sed incitatum atque latum esse debere quis ignorat? Genus scripturae leue et non satis dignum summorum virorum personis Nep. praef. n. 1 de libro suo. Leuis scriptura Ter. Phorm. Prol. 5. Scriptura, pro Inscriptione. Vell. Paterc. 2, 61, 3 Statuae aetatem scriptura indicat. ¶ 2 Scriptura, pro Vectigali, quod percipitur e pascuis: vel ipsa ratio eorum, qui praesunt huiusmodi vectigalibus, qui Magistri scripturae dicebantur. Ita neque ex portu, neque ex decimis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest Cic. pro L. Manil. c. 6. Plaut. Truc. 1, 2, 42 Nam aduersum legem a me, ob meam scripturam, pecudem

65 accepit, aeraque. A. Idem quod tu facis, faciunt rem male gerentes: vbi non est scriptura, vnde dent, incusant publicanos. Pecuarii et qui greges habebant, certam in singula pecudum capita pecuniam pendebant publicanis pro pastione, quae pecunia scriptura vocabatur. Cic. Att. 2, 10 P. Terentius meus necessarius operas in portu, et scriptura Asiae pro magistro dedit. h. e. Portorio et scripturae Asiae magistri loco praesuit. Idem Verr. 2, 69 In scriptura Siciliae pro magistro est quidam L. Carpinatius. Ibidem, Portum autem, et scripturas eadem societas habebat. Asconius, Mancipes, sunt publicanorum principes, Romani homines, qui quaestus sui causa decumas redimunt, aut qui portoria, aut pascua publica: quorum ratio scriptura dicitur. Hi exigenda a focis suo periculo exigunt, et Reipublicae repraesentant: prouidentes etiam in illa redemptione commodis suis. Cic. Attic. 5, 15 Magister scripturae et portus, quidam Lucius Carpinatius. Vid. MAGISTER.

80 SCRIPTVRARIVS ager dicitur, In quo vt pecora pascantur certum aes est, quod publicanus scribendo conficit rationem cum pastore. Festus. ¶ 2 Substantiue Scripturarius est magister scripturae, vel certe, qui commentarium conficit eius vectigalis, quod Scripturam dici ostendimus. Lucil. Sat. 26 ap. Non. 1, 17 Publicanus vero vt Asiae fiam, vt Scripturarius. Non audiendus hic est Nonius, cum Scripturarios, inquit, veteres, quos nunc tabularios dicimus, dici volunt; quod Scripturis vel commentariis omnia vel vrbium vel prouinciarum complecterentur. De vectigalium scriptura sermonem esse, publicani adiecta mentio ostendit: et viderunt Turnebus atque Fr. Doufa ad fragm. Lucil. 26, 6. it. Burm. de Vectigal. Pop. Rom. c. 4 p. 42. et c. 9 p. 140.

85 SCRIBONIA gens, e qua v. g. Scribonia, Libonis filia, quae prius Augusti uxor fuerat. Scribonius Consul Plin. 2, 35 etc.

90 SCRIBONIANVS, a, um. Adi. Tacit. Ann. 2, 27 Ala Scriboniana.

SCRINIVM, i. n. [σκινίον, κισβίτιον] Armarium, capsula, in qua feruntur pretiosa ac secreta. Plin. 7, 25 Captis apud Pharsaliam Pompeii Magni scriniis epistolarum. Ibid. 29 Inter spolia Darii Persarum regis vnguentorum scrinio capto, quod erat auro, gemmisque ac margaritis pretiosum. Plerumque tamen libris et scriptis asseruandis adhibetur. Hor. Epist. 2, 1, 113 — Et prius orto Sole, vigil calamum, et chartas, et scrinia posco. Librariorum scrinia Catull. 14, 17. Scrinium cum literis Sallust. Catil. 46 extr. Clausa

95 scrinia Propert. 3, 6, 14. Compilare scrinia alicuius Hor. Serm. 1, 1, 120.

X x

1, 1, 120. *plagii literarii descriptio.* Retegere scrinia Iuven. Sat. 6, 277.

Scrinia, sunt Plutei, vel Loculi, in quibus acta Principum, libelli et commentarii afferuantur. De his Scriniis Principum et scriniorum Magistris, vid. Salmas. ad Hist. Aug. saepius.

SCRINIARIVS, i. m. Qui scrinium custodit. In Iure Civili Scriniarii dicuntur, qui iidem Chartularii appellantur. Etenim chartae in scrinia referuntur, et ab Scriniariis, i. Scriniorum custodibus, custodiuntur. Vid. l. ult. C. de Castrenf. pecul. et l. 8 et 10 C. de numerat. l. ult. de appar. praefecti praetor. Alexander Vlpianum suum scriniarium appellat Lamprid. in Alex. c. 31. Vide l. vltima C. de testam. milit. Scriniarius ab epistolis, a libellis Inscriptt. Add. Isidor. 20, 9. Sed omnia docet Iac. Gothofr. ad Tit. C. Theod. (6, 11) de Magistris scriniorum, et Paratitlo ad tit. (8, 1) de Numerariis, Actuariis, Scriniariis etc.

SCRIPVLVM, SCRIPVLVM, vid. SCRIPTVM in SCRIBO. 15  
SCRIPVLA, Vitis genus. vid. SCIRPVLA.

SCROBS, scrobis, m. et f. secundum Priscianum 7 p. 751 extr. Sed frequentius Masculini. [ὄρυγμα] Sunt autem Scrobes, Fossiones vel putei vel foueae, intra terram manu factae ad vineas vel arbores conferendas, vel ad metalla et quaecunque alia fodienda. Columel. 4, 1, 1 Nimum me profundos censuisse fieri scrobes. Ibidem 5 Contenti bipedaneo scrobe. Ibidem Melius confurgunt altioribus demissa scrobibus; nam bipedanei etiam prouincialibus agricolis vix approbari possunt. Idem 4, 15 Ex alto scrobe submersa perducitur ad vacantem palum. conf. Idem 7, 5. Plin. 9, 51 Mus marinus in terra scrobe effossa, parit oua, et rursus obruit terra. Sic Pallad. 4, 5, 5. Columel. 11, 2 Scrobes omnis generis, quos eris Autumno constiturus, hoc tempore praeparare oportebit (mensum Martium intelligit.) Eorum quaternarii, hoc est quoquouerfus pedum IIII. si est commodum terrenum XIII. ab vno fiunt: ternarii autem XVIII. Repletae scrobes Virg. Georg. 2, 235. Subactae scrobes Idem ibid. 2, 50. Inuertere scrobes oleis, vid. INVERTO. Scrobis etiam in Nominatio dicitur Columel. 5, 6, 8 Sed arboris maritandae causa scrobis viuiradici fieri debet latus pedum duorum. Ibid. c. 10 Sed scrobis clibano similis fiat. Add. 5, 5, 4. in Var. Lect. Non. 3, 207. exempla profert masculini generis aliquot. Virginalem effodientibus maritis Arnob. 4 p. 131.

SCROBICVLVS, i. m. Dimin. [ὄρυγματίον] Ex Varrone adfert Non. 3, 207. Plin. 21, 5 Atque ita in scrobiculis feruntur, heminis facis circumfusis. Columel. 4, 15, 3 Et id quod a matre abscissum recens erit, confestim alte circumfoditur, et scrobiculo facto ad imum solum praeciditur. Add. Idem 5, 6, 8. et de Arbor. c. vlt.

SCROFA, vel SCROPHA, ae. f. [χοῖρα] Porca, feta in primis, f. quae peperit. Varro de R. R. 2, 4 Scrofa in sua quaeque hara, suos alat oportet porcos. Plaut. Capt. 4, 2, 29 de pistori- bus, Eorum si cuiusdam scrofam in publico conspexero, etc. Columel. 7, 9, 7 Scrofae probantur longissimi status, et vt sint reliquis membris similes descriptis verribus. add. Varr. 2, 4, 4. Candida scrofa Iuven. Sat. 12, 73. Scrofa foecundior alba Idem 6, 176. conf. Plin. 28, 11. Gell. 18, 16. Apul. de Herb. c. 123 p. 369. Petron. c. 40. ¶ 2 Est cognomen Tremelliorum. Scrofa Tremellius ponitur in Varronis de R. R. 2, 4 ubi de auo suo, Auus, inquit, meus primum appellatus est Scrofa: qui Quaestor quum esset Licinio Neruae Praetori, in Macedonia prouincia relictus, qui praefesset exercitui, dum Praetor rediret, hostes arbitrati occasionem se habere victoriae, impressionem facere coeperunt in castra. Auus quum hortaretur milites, vt caperent arma, atque exirent contra: dixit celeriter se illos, vt scrofa porcos, disiceturum, id quod fecit: Nam eo praelio hostes ita fudit atque fugauit, vt eo Nerua Praetor, Imperator sit appellatus: et auus cognomen inuenerit vt diceretur Scrofa. Itaque proauus, et superiores de Tremelliis nemo appellatus Scrofa. Nec minus septimus sum deinceps Praetorius in gente nostra. Hactenus Varro. Macrobian. Sat. 1, 6 extr. Tremellius Scropha cognominatus est euentu tali. Is Tremellius cum familia atque liberis in villa erat. Serui eius, cum de vicino scropha erraret, surreptam conficiunt. Vicinus aduocatis custodibus omnia circumuenit, ne qua efferri possit; isque ad dominum appellat, restitui sibi pecudem Tremellius, qui ex villico rem comperisset, scrophae cadaver sub centonibus collocat, super quos vxor cubabat, quaestionem vicino permittit. Cum ventum est ad cubiculum, verba iurationis concipit, nullam esse in villa sua scropham, nisi istam, inquit, quae in centonibus iacet; lectulum monstrat. Ea facetissima iuratio Tremellio scrophae cognomentum dedit. Scrofa aliquis scripsit de Re rustica libros, quos Plin. allegat 17, 23.

SCROFINVS, a, um. Stercus Marc. Empir. c. 4.

SCROFIO, f. SCROPHIO, onis. m. Scrophiones dicuntur in re agraria, ubi duo fines cuneati iunguntur: vid. Auct. Rei Agr. p. 147. 213. 225. 254. Scroffiones appellantur Frontino de Colon. p. 339. et 341 Keuch.

SCROFIPASCVS, i. m. [χοῖροπόσκος] Qui pascit scrofas. Plaut. Capt. 4, 2, 27 Tum pistores scrofpasci qui alunt furfure sues.

SCROPVLA, ae. f. [γροφύλη] quid Morbi sit, vide STRVMA, ex Cels. 5, 28, 7. Veget. Mulom. 2, 23, 1 Scrofulas dici a Scrofa sua, palam est: quoniam eas Graeci ab eo animali χοῖράδας appellantur.

SCROTVM, i. n. [ὄρχον] Pellis, quae testiculos continet, vid. Celsum 7, 19 et 20. ubi frequenter usurpat.

SCRVPEDA, ae. a Scauro pede, quasi Scauripeda. Accius apud Varr. de L. L. 6, 3 p. 76, 10 Scraciae, scrupedae, strictabilae, tantulae. Ad haec verba notat Gellius 3, 3 Poëtam delectatum faceta verborum antiquitate, meretricum vitia atque deformitates significantium, vid. supra SCRACIA. Addit Varro, Scrupedam Aurelius scribit Aufcaripedam. Iuuentius Comicus dicebat a vermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus (An forte et illae Ασκαπίδας?) Valerius a pede ac Scrupea. Add. quae ponemus mox, voce SCRVPEDA.

SCRVPVS, SCRVPVS, SCRVPVLVS, vid. mox post SCRVPVS:

SCRVPVS, i. m. [λίθωξ, λιθάριον] Lapis minor, praesertim et asper calcatu. Feltus: Scrupi dicuntur Aspera saxa et difficilia atrectatu; vnde et Scrupulosam (f. scruposam) rem dicimus, quae aliquid in se habet asperi. conf. Seru. ad Aen. 6, 236. Scrupus sola creber iniqua asperat Auen. Descript. Orb. v. 503. Per omnes scrupos Petron. c. 79.

¶ 2 Scruporum lusus potius est Scriptorum. v. v.

¶ 3 Scrupus, [αἰνύγμα] Aenigma apud Gell. 12, 5 legebat Petr. Crinit. lib. 9 c. vlt. Sed est Sirpus, v. v.

SCRVPVSVS, a, um. Adi. [λιθακώδης] Plenum scrupis. Lucan. 5, 675 Scruposisque angusta vacant ubi littora faxis Imposuit terrae.

Ager Apul. Flor. 2 p. 348. Scruposus, *Difficilis asper. Tralatio a viis. Vid. Festus modo laudatus voce SCRVP I.* Lucret. 4, 526 Haudquaquam ratio scruposa relicta est. Saxum scruposum Apul. 6 p. 187. Plaut. Capt. 1, 2, 82 Meus scruposam victus

5 com meat viam. *conf. Ammian. 20, 10. et 31, 18.*  
 SCRVP EVS, a, um. Adi. [*λιθακινός*] Scruposus. Ennius ap. Non. 2, 769 Scrupeo inueffita faxo, atque ostreis squamae scaprent, *i. scabrent.* Virg. Aen. 6, 236 Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu, Scrupea tuta lacu nigro. Difficultas scrupea Auson. in Epist. Technopaegnio praemissa. ¶ 2 *Substant.* Scrupea Varr. de L. L. 6, 3 p. 76, 15 *statim post ea, quae modo in SCRVPEDA attulimus, Ex eo ab Accio positum, Incuriosa itaque es, Menalippa? Reiciis abs te religionem scrupeam pone. Sic Turnebus: Scal. scrupeam imponas. Hoc videtur tamen recte posse colligi, scrupeam*  
 15 *idem fere esse quod scrupulum. conf. Tertull. de Pallio c. 4. Sidon. Epist. 8, 6.*

SCRVPVLVS, i. m. Dim. [*ψηφίς, λιθίς*] *Proprie Lapillus brevis et asper, qui in calceo latens, nos laedit: pressusque pede, creat molestiam. Hinc metaphor.* Scrupulus, [*δυσχεράσμα*] *pro Solicitudine, 20 dubitatione, et difficultate ponitur. Ter. Phorm. 5, 7 (8) 30 Ea mortem obiit; e medio abiit, qui fuit in re hac scrupulus? Sine scrupulo Columel. 5, 11, 1. i. sine dubio. Nec me tamen mediocris Carpebat scrupulus, contemplatione comminatae mihi mortis Apul. Met. 6 p. 184.*

25 Odiosus scrupulus, *vid. ODIOSVS in ODIVM.*  
 Cic. Att. 1, 15 At domesticarum quidem solitudinum Aculeos omnes et scrupulos occultabo. Idem pro Rosc. Amer. 6 c. 2 Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulat, ac pungit, vt Euellatis postulat. Idem Att. 5, 13 Exime quaeso, quoad potes, de illo domestico, scrupulum quem non ignoras. Ter. Adelph. 2, 2, 20

30 Timet, iniecti Scrupulum homini. Cic. pro Cluent. c. 28 Hic tum iniectus est hominibus scrupulus et quaedam dubitatio, quidnam esset actum. Denique mihi quoque non paruam incussisti solitudinem, immo vero formidinem, Iniecto non scrupulo, sed lancea Apul. Met. 1 p. 107. Scrupulus vnus restat Ter. Andr. 5, 4, 37. *Pro scrupulosa diligentia*  
 35 Apul. Apol. p. 291, 11 Qui magum, qualem isti dicunt in discrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem caecam et inuitabilem prohibeat. Et p. 305, 25 Ita facti reus apud bonum iudicem scrupulo quaestionis liberatur, si nulla fuit ei ratio peccandi, *i. inquisitione.* ¶ 2 Scrupulus, *sive*

40 Scrupulum, *vid. SCRIPVLVM sub SCRIPTVM ex SCRIBO.*  
 SCRVPVLVSVS, a, um. Adi. [*λιθακινώδης*] Plenus scrupulis. Plaut. Capt. 2, 2, 82 Nam meus scrupulosam victus com meat viam. Scalig. et Gronou. *hic legit Scruposam. Sic Scrupulosae cotes (scruposae Lambin. et Bentl.) apud Cic. Tusc. 4, 33 c. 14. Et Plin. 15 (16)*

45 23 Caeterae suum pabulo gignuntur, scrupulosa corticis intra nucleos quoque ruminatione, *i. diligenti, accurata. de castaneis.* Scrupulosus, *Solicitus et anxius.* Plin. Epist. 3, 5 Miraris, quod tot volumina, multaque in his tam scrupulosa homo occupatus absoluerit. *de Plinio auunculo suo.* Disputatio scrupulosa Quinctil. 9, 1. Quo-

50 rundam Fides aut simplicior aut scrupulosior Tertull. de Spectac. 3 pr. Scrupulosissima saltatio Columel. 1 praefat. *i. Quae anxie et cum cura et studio exercetur.* Profana philosophiae turba scrupulosissimo cultu deos negligit Apul. de Deo Socr. p. 43. Ventorum paullo scrupulosior observatio Plin. 18, 33.

55 SCRVPVLÖSE. Adu. [*ὑπερκαρπύσιος*] Columel. 9, 8 At quae dono vel aucupio contingunt minus scrupulose probantur, *i. minus anxie; vid. Plin. 8, 14.* Scrupulosius, quam instituto fortassis conveniat operi, tractabo ventos Idem 2, 46. Superl. Scrupulosissime Disputare Augustin. Retract. 1, 19. — Explorare Apul. Met. 1  
 60 p. 114. — Requiere Colum. praef. p. 2. Minutius et scrupulosius scrutantur omnia Quinctil. 5, 14.

SCRVPVLÖSITAS, atis. f. [*ὑπερκαρπύσιος*] Anxietas, difficultas Columel. 11, 1, 32 In hac autem ruris disciplina non desideratur eiusmodi scrupulositas. *Vtitur et Tertull. adu. Haeret. c. 27. et*  
 65 *adu. Psych. c. 2. et Apol. c. 7. Vlpian. Dig. 28 t. 3 l. 12.*

SCRVPVLARIS, e. *vid. SCRIPVLARIS sub SCRIPTVM ex SCRIBO.*

SCRVPVLATIM, *vid. ibidem.*  
 SCRVT A, orum. n. Pl. [*γρῦτη* Gloss. Gr. Lat.] *Attritae usu vestes, dimidiatae strigiles, et iumentorum soleae, refixi clavi, idque genus alia, quae vilissimi proxenetae venalia habent, quos antiqui scrutarios appellabant. Cael. Antiq. Lect. 10, 56. Verbo, Veteramenta omnifaria, quae cum usu iam detrita sint, pretio item deminuta censentur.* Horat. Epist. 1, 7, 65 Vilia vendentem tunicato scruta popello. *conf. Tor-*

75 *rent. ad b. l.* Lucil. apud Gell. 3, 14 Quidni? et scruta quidem vt vendat, scrutarius laudat Praefractam strigilem, soleam improbus dimidiatam. Sidonius Apollinaris Epist. 7, 2 Nunc friuola quaedam, nunc ludo apta virgineo scruta donabat. *Quo in loco sunt qui Imagunculas pueriles operis dulciarii posse accipi, augurentur. Vid. Burman.*  
 80 *ad Petron. cap. 62.*

SCRVTARIA, ae. f. [*γρῦτοπωλῖα*] *Scruta vendendi professio, vt sagaria, coenacularia, lintearia Apul. Met. 4 p. 146, 17 Enimvero vos bonae frugi latrones inter furta parua atque feruilia timidicule per balneas et aniles cellulas reptantes, scrutariam facitis.*

85 SCRVTARIVS, i. m. [*γρῦτοπωλῆς* Gloss. Gr. Lat.] *Scrutorium venditor Gell. 3, 14. vid. supra in SCRVT A.*

SCRVTARIVM, i. n. [*γρῦτοπωλῆιον* Gloss. Gr. Lat.]  
 SCRVTILLVS, i. m. Isidor. Gloss. Scrutulius, vel Scrutillus est  
 90 *ventriculus fartus. conf. Fest. et ad eum Dacer. p. 518.*

SCRVTATOR, SCRVTINIVM, *vid. post SCRVTOR.*

SCRVTOR, ari. Dep. [*ἔρευνάω, ἔξετάζω, μεταλλάω*] *Inquirere.* Plaut. Aul. 4, 4, 24 Euclio cum dixisset, Excute pallium — Ne inter tunicas habeas — ostende huc manum dextram, etc. tandem iam, *in-*  
 95 *quit, scrutari mitto: redde huc.* Idem Amph. 4, 2, 30 Scrutabor, cho dic mihi, quis videor? Totum diem mecum scrutor Sen. de Ira 3, 36. Abdita terrae ferro scrutantes Lucret. 6, 809. Arcanum alicuius scrutari Hor. Epist. 1, 18, 37. Argumenta scrutari et quaerere Cic. in Partit. 8. Thracas praecedere iusserat,

100 *scrutarique Calles, ne occultus hostis in subeuntes erumperet Curt. 3, 4, 13. Fretum scrutari Lucan. 3, 698. Ignem gladio scrutari Hor. Serm. 2, 3, 276. Locos, ex quibus argumenta eruuntur Cic. de Orat. 2 c. 34. Mentem deum scrutantur in extis Ouid. Met. 15, 136. Orbem scrutari Plin. 5, 5. Cic. Fam. 10, 31 Tamen ne-*  
 05 *quaquam tanta in mora est, quanta qui locis omnibus dispositi ab*



vtraque parte scrutantur tabellarios et retinent. Disiectam fluitantemque Testudinem lanceis contisque scrutabantur Tac. Histor. 3, 27, 5. *i. explorabant, ubi potissimum perrumpi posset.* Vestigia scrutari domini sui dicitur canis Plin. 8, 40. *add.* Nep. 14, 11, 2. Tac. Ann. 1, 61, 2. *et* Histor. 3, 25, 4. Cic. pro Rosc. Amer. 97 c. 34 Non excutio te, si quid forte ferri habuisti: non scrutor, nihil ad me arbitrator pertinere Idem Qu. Fratr. 1, 1. ¶ 2. Scruto, *actiue dixerunt Veteres ἐρευνῶ, vid.* Non. 7, 6. *et* Priscian. 8 p. 799. *Hinc Pass.* Non nisi suppliciis acrioribus perniciofa facinora scrutari posse Ammian. 28, 1. *conf.* Varr. L. L. 4, 1.

SCRVTANS, antis. Part. Scrutantem, num ira deorum ad tantum nefas actus esset, subit, etc. Curt. 8, 2, 6. Scrutantibus, quid occuleret, offendit Idem 8, 3, 12. Scrutantium eludere manus Petron. c. 97. *Superl.* Militaris rei ordinum scrutantissimus Ammian. 30, 30.

SCRVTANTER, Adu. Ambros. Epist. 40 Scrutanter discutere. 15

SCRVTATVS, a, um. Partic. Pass. Aur. Vict. Or. Gent. Rom. c. 6 Scrutatis omnibus latebris. Qui futurus sit colligebant, velut

scrutatis veteribus libris Ammian. 15, 8. *Item actiue.* Curt. 6, 5, 17 Ille venantium modo latibula scrutatus. *conf.* Idem 9, 9, 5.

SCRVTATIO, ōnis. f. Seneca de Vita beata c. 23 Ita dico, si tuto et securus scrutationem populo praebuerit, *i. Permisit sua scrutanda.* Odiosa scrutatio Gell. 9, 10.

SCRVTATOR, ōris. m. [*ἐξεταστής*] ut, Pallidus scrutator auri Lucan. 4, 298. Stat. Silu. 3, 1, 84 Quodque legit merfus pelagi scrutator Eoi. *i. Vrinator scrutans uniones in mari Indico.* *conf.* Quintil. 25

Decl. 18. Causarum intelligibilium Ammian. 20, 3. Cordis facti Paullin. Natal. Felic. 3, 7. Sueton. Claud. c. 35 Reliquo autem tempore saluatoribus scrutatores semper apposuit. Sueton. Vespas. c. 12 Consuetudinem salutantes scrutandi manente adhuc bello civili omiserat. 30

SCRVTATRIX, icis. f. Alcim. Auit. 2, 326 — Scrutatrix Eua malorum.

SCRVTABILIS, unde Inscrutabilis.

SCRVTINO, are. Vulg. Int. 4 Esdr. 16, 63 *et* 65.

SCRVTINIVM, i. n. [*ζητήσις* Gloss. Lat. Gr. *ἐξερωτήσις* Onomast.] *Inuestigatio.* Apul. Met. 9 p. 237 Postremum magistratibus placuit obstinate denegantem scrutinio detegere. Ammian. 29, 2

Inter scrutinia supellectilis.

## S C V

SCVLCAE, arum. f. Plur. *i. Excubiae.*

SCVLCTOR, f. SCVLTOR, oris. m. *Speculator, ap.* Veget. de re Milit. 2, 15 *et* 17. *quamquam variante lectione.* *conf.* Turneb. Adu. 24, 12. *vid.* EXCVLCTOR. 45

SCVLCTORIVS, a, um. Adi. Naues Cassiodor. Var. 2, 20. *conf.* Salmaf. de Milit. p. 224.

SCVLNA, ae. f. *Antiquum verbum et sordidum dictum quasi Sequelna: quem qui elegantius loquuntur Sequestrem appellant.* Vtrumque vocabulum a sequendo factum est: quod eius; qui electus sit

vtraque pars fidem sequatur. Haec Gell. 20, 11. *conf.* Macrob. Sat. 2, 13. Buchner. ad Prudent. Hymn. de Nat. Chr. p. 25 *et* 26.

SCVLPO, psi, ptum, ěre. [*γλύφω, γλάπτω*] *Caedendo imaginem aliquam effingere.* Plin. 36, 4 Marmore sculpendo primi omnium inclaruerunt Dipoenus et Scyllis, geniti in Creta insula. *Alii legunt*

Scalpendo. Ebur sculpsit mira arte Ouid. Met. 10, 248. Scalpo, non Sculpo dici debere, auctor est Diomedes p. 374. Locum damus in

SCALPO.

SCVLPTVS, a, um. Partic. [*γεγλυμμένος*] ut, Animalia sculpta Lucan. 3, 224. E saxo sculptus Cic. Acad. 4 c. 31. 60

SCVLPTOR, ōris. m. [*γλυφεύς*] *Qui sculpsit.* Plin. 36, 5 Iam fuerant in Chio insula Malas sculptor, dein filius eius Micciades, etc. Idem 20, 13 Sculptores et pictores vtuntur. *Alii legunt* Sculptores.

SCVLPTVRA, ae. f. [*γλυφή*] *Est ars, quae auro, argento aere, ferro, ligno, ebore, marmore, vitro, gemmis opera diuersa efficit.* 65 Plin. 16, 40 f. 77 Habent in sculpturis facilitatem. Sic 35, 12. Vitruu. 4, 6. *cum not.* Philandri.

SCVLPTYLIS, e. Adi. [*γλυπτός*] ut, Opus sculptile Ouid. ex Pont. 4, 9, 28. *add.* Tertull. adu. Gnost. c. 2.

SCVLPTVRATVS, a, um. Fortunat. Carm. 9, 15 Et sculpturata lusit in arte faber. 70

SCVLPONEA, ae. f. *Apud Catonem de R. R. c. 59 Calceamentorum genus est: Fulgentius de Prisc. Serni. c. 21 Sculponeas explicat Cestos esse plumbo ligatos, quod ita potest accipi, ut proprie sint lora, quibus reuinciantur pedes, quare etiam ad pulsandum et batuendum os aptae*

*sunt, quorum utitur hac voce* Plautus Cas. 2, 8, 59. *Locum damus in* BATVO. 75

SCVLPONEĀTVS, a, um. Adi. Sculponeis calceatus dicitur a Varrone in Serano; Dum in agro, inquit, studiosius ruro, adspicio Triptoleum sculponeatum bigas sequi cornutas, etc. Non. 2, 731. 80

SCVRRĀ, ae. m. [*ἔσομος, γελωτοποιός, ἐντρέπελος* Gloss. Lat. Gr.] Scurra dicitur est, ut quidam volunt, a sequendo, quod et tenuioris fortunae homines, et caeteri alioqui, qui honoris gratia prosequerentur quempiam, non antecedere, sed sequi sint soliti, Festus. Itaque Scurra nihil aliud fuit, quam Sectator aut Pedisequus; neque primum

inhonestum sensum habebat, sed Homines denotabat urbano otio assuetos, et ad iocandum, videndum aptos. Plaut. Most. 1, 1, 15 Tu urbanus vero scurra, deliciae populi, rus mihi tu obiectas? Epid. 1, 1, 13 T. Scurra es. E. scio te esse quidem hominem militarem. Trin. 1, 2, 165 Quam urbani assidui ciues, quos scurras vocant, vid. Gronou. ad h. l. *add.* Plaut. Curc. 2, 90

6, 10. Postea, cum otiosi diuites effusos risus ex omni materia quaerent, adeoque in omnem licentiam iocantium studia erumperent, male audire Scurrarum nomen coepit, et iis solis attribui; qui risum ab audientibus captant, non habita verecundiae ratione aut dignitatis. Cic. Fam. 9, 20 pr. Me autem a te, ut scurrā veliteni, malis oneratum esse, non moleste

tuli. v. h. l. Graeu. et Gronou. Idem pro Quint. 55 Memini, vetus est, de scurra multo facilius diuitem, quam patrem familias fieri posse. Item de Carbone ur, videtur, . . . quoniam frequentissime vsus est iocis, et nocentissimos saepe hoc dicendi genere tutatus est, scurra ab inimicis suis est dicitur. Et Verr. 3, 146 Albam habebō iudicem, eum hominem, qui se ipse scurrā improbissimum existimari vult, qui a scurris potius semper gladiator, quam scurra appellatus sit. Arripere maledictum ex scurrarum conuicio Cic. pro Mur. c. 6. *add.* Grut. ad h. l. Facetus non parum scurra Cic. pro Quint. c. 3. Facundus Iuuen. 13, 111. Fugitiuus scurra Iuuen. Sat. 13, 111. 105

105

probus atque petulans scurra Cic. pro Cluent. . . Hor. Epist. 1, 18, 4  
 Ut matrona meretrici dispar erit atque Discolor, infido scurrae dista-  
 bit amicus. Idem Epist. 1, 15, 28

Maenius — urbanus coepit haberi,  
 Scurra vagus, non qui certum praefere teneret:  
 Impransus non qui ciuem dignosceret hoste,  
 Quaelibet in quemuis opprobria dicere saeuus.

Plin. Epist. 9, 17 Scurrae, cinaedi, moriones mensis inerrabant: —  
 si quid molle a cinaedo, petulans a scurra, stultum a morione pro-  
 fertur. Cic. de Nat. Deor. 1, 93 c. 34 Zeno — Socratem

ipsum, parentem philosophiae, Latino verbo utens, scurram Atticum  
 fuisse dicebat. Zeno hic Sidonius, ille Epicureus est. Add. Lactant. 3,  
 10, 15.

¶ 2 Scurrae etiam vocabantur, Qui gestu et imi-  
 tatione (ut mimi et gesticulatores) risum mouere conati sunt. Sic Phae-  
 drus 5, 5, 27 Scurram vocat, qui porcelli vocem imitabatur. Scur-  
 15 rae mimarii Capitol. in Vero c. 8. — mimici Idem in Maximin. c. 9.  
 conf. Scalig. ad Catull. Epigr. 19.

¶ 3 Scurra, ut Assecla,  
 ut Buccellarius etiam satellitem, et cruentarum operarum ministrum signi-  
 ficat. Lanprid. Heliog. 33 Occisus est per scurras, et per plateas  
 20 tractus est sordidissime. Idem Alex. Severo 61 Vnus ex Germa-  
 nis, qui scurrarum officium sustinebat, ingressus — Cui Alexan-  
 der, Quid est, contubernalis? — At ille — ad contubernales

suos venit, eosque ad durum principem interimendum exhortatus est:  
 qui subito plures armatique ingressi, inerines et obsistentes contrunca-  
 25 verunt. Satellites igitur fuerunt hi Scurrae, corporis custodes, quos  
 contubernales suos honoris causa Imperator appellet, etc. Vid. Salmas.  
 ad utrumque locum, in primis ad posteriorem. Add. Carpzou. de Ari-  
 stotele p. 458 sqq. ubi omnem Scurrae significationem persequitur.

SCVRRULA, ae. n. Dimin. Arnob. 6 p. 206 Urbanus scur-  
 30 rula. Apul. Met. 10 p. 246.

SCVRRILIS, e. Adi. [βωμολοχικός] Ridiculum cum humilitate,  
 leuitate. Cic. de Orat. 2, 239 c. 59 Ne aut scurrilis iocus sit, aut minicus.  
 Dicacitas scurrilis et scenica Quinctil. 6, 3. Lusus scurriles Val-  
 ler. 7, 8, 9. Strepitus scurrilis Auctor Philomelae v. 34.

SCVRRILITER, Adiu. [βωμολοχικῶς] Plin. Epist. 4, 25 Quid  
 hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam serio tempore, tam  
 scurriliter ludat? Iustin. 24, 6, 4 Scurriliter iocatus.

SCVRRILITAS, ātis. f. [βωμολοχία] Urbanitatis excessus pro-  
 35 cax et petulans dicacitas. Auctor Dialog. de Orat. c. 22 Foeda et  
 40 insulsa scurrilitas.

SCVRROR, āri. Dep. [βωμολοχέω] Scurram agere. Hor. Ep. 1,  
 17, 19 Scurror ego ipse mihi, populo tu.

SCVRRANS, antis. [βωμολοχῶν] Hor. Epist. 1, 18, 2 Si bene te  
 noui, metues — Scurrantis speciem praebere professus anicum.

45 h. e. Turpiter adulantis. Porphyrio.

SCVTTALE, SCVTARIUS, etc. vid. SCVTVM.

SCVTICA, ae. f. [στυγία] Flagellum ex pelle. Martial. 10,  
 62 Scuticaque loris horridis Scythae pellis, Qua vapulauit Marfyas  
 Celenaeus. Habenis scuticae tremefactus Ouid. Epist. 9, 81. Ru-  
 50 bere scutica Iuuen. Sat. 6, 478. Hor. Serm. 1, 3, 117 Nec dignum  
 scutica horribili sectere flagello.

SCVTILVS, a, um. Adi. Tenue, et macrum, et in quo tantum exilis  
 pellicula cernitur. Paullus Festi. Festi fragmentum nimis corruptum.

SCVTRA, ae. f. [χαλκίον Gloss. Lat. Gr.] Vasis genus. Cato  
 55 R. R. c. 157, II Vbi in scutra feruefeceris. Plaut. Pers. 1, 3, 8  
 Commisce mulsam, struthem, colutheaque appara bene et in scutris  
 concaleat et calamum iniice. In quem locum tradit Camerarius, a  
 Scutris dici forma diminutiua Scutulas, ut a Culcitra dicitur Culcitula.

Certe a Mitra sic fit Mitella, a Capra Capella. Seruius ad Virg. Georg.  
 60 I a Scaturire deducit, sed minus recte. a σκύτρα Sicularum pro χύτρα,  
 Salmastius ad Vopisc. Car. p. 861 Hack. Quidquid sit de etymologia,  
 vas non profundum valde, sed planum videtur fuisse, cum mediocri mar-  
 gine, in quo facile calefierent iniecta. Conuenire mihi videbatur cum  
 Belgarum Schotel, quae Germanis aliis est eine Schüssel. Cato de R.

65 R. 157, II Vbi in scutra feruefeceris, sub sellam supposito pertusam,  
 eo mulier assidat, operito, circum vestimenta eam dato. Vulg.  
 Int. I Reg. 7, 45 Scutras reddidit, quae Graecis sunt Σέρμασρα, a cale-  
 faciendo, ut videtur, et ipsa dicta.

SCVTRISCVM, i. n. [ἀγγεῖς γένος] Vasis genus apud Catonem  
 70 10, 2. et II, 3. In instrumento oliueti et vineae.

SCVTULA, ae. f. Parua Scutra, ut vidimus secundum Camera-  
 rium. Sed Videndum de Priscian. 3 extr. Hic canis, haec Canicula:  
 hoc scutum, vel haec scuta, id est forma rotunda, scutula, et scutella.

Lucilius in VI. (Doufa ad VII. refert n. 23) Scutam ligneolam cerebro  
 75 infixit. Popma ad Caton. 10, 2 Scutam legit: qua auctoritate, non  
 dixero. Certe apud Priscianum ab Aldo, Caesario et Putschio Scutam  
 editum. Scutum firmat Consentius p. 2027 extr. Positio hoc scutum  
 dicit: si diminuas, scutella facis: nempe primum Scutula, deinde ex  
 hoc scutella. Est sane similitudo inter scutum, quo tegitur latus, s. cly-  
 80 peum, et inter patinam, s. lancem. Modus Syllabae mutatur etiam  
 in aliis. Patella certe vel simile vas ex argento fuit, de quo Martial. 8,  
 71 Bessalem ad scutulam sexto peruenimus anno, Pondus indicat. Id.  
 11, 32 Sic implet gabatas, paropsidasque, et leues scutulas, cauasque  
 lances.

¶ 2 A diuersa scutularum in mensis poni solitarum  
 85 forma ductum videtur, ut etiam ad similitudinem variarum rerum signan-  
 dam adhibeatur. Tac. Agric. 10 Scutulae oblongae Britanniam  
 comparat: est autem forma illa, si quatuor lineis rectis includere tentes,  
 trapezium. Et est alioquin res eadem Trapezium, ὀρθόγων σκευός,  
 abaco cognatum (vid. Pollux 10, 105 sq.) et scutra, scutula, scutella.

90 Scutulas fuisse maculas in retibus dictas, colligimus ex usu nominis scu-  
 tularum. Verum vestium scutulae maculae retiformes fuerint, a quibus  
 scutulatae dicuntur, quod placet Scaligero Coniectan. p. 67; an virgae  
 ut probabile facit Salmastius ad Vopisc. p. 571 et 861 Hack. non facile di-  
 xerim. Quin placet illud, quod ipse Salmastius monet, etiam macularum  
 95 retiformium seriem virgam esse: et quis non vidit rhombos, certe in scur-  
 rarum et morionum vestibus, diuersicolores in virgas dispositos? Tanto  
 magis placuit nomen cum, ut mox videbimus, scutula etiam Scytale s.  
 virga sit. Scutularum nomine in hac re usus est Prudent. Hamart.

290 Gaudent et durum scutulis perfundere corpus. Plin. 8, 48  
 100 f. 74 Plurimis licis texere, quae polymita appellant, Alexandria insti-  
 tuit; scutulis diuidere Gallia. Voluit, credo, aliud dicere, quam virgas.  
 Porro in pauimentis, ut marmora et tesseras, sic scutulas, rhombos arbi-  
 tror, commendant Vitruu. 7, 1. et Pallad. 1, 9; vel rhomboides, de  
 quo vix dubitandi locus est: sed obscurum, quid sibi velit Vitruu. 10,  
 105 17 in balistas descriptione, nisi quod ibi quoque rhomboides quiddam velut  
 X x 2 per

*per nebulam videre mihi videor.* Plin. 17, 15 f. 26 *Emplastri f. emplastrationis rationem tradens*, Nitidissima in parte — *exemta scutula* — cortici, imprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma etc. *Addit deinde mensuram*, cortices scalpro excidi quatuor digitorum longitudine et trium latitudine. Colum. 5, 11, 10 *Emplastrum vocat illum corticem*, qui parti delibratae conueniat. Sic etiam Pallad. Jun. 5, 3. Plinius paullo post l. c. *exemtam cortici tessellam vocat: eadem nempe ratione, qua in pauimentis ista iungi et misceri obseruauimus.* Ergo qui scutulam dicit, nec rotundum dicit simpliciter, neque quadratum, neque rhombum etc. Sed aliquid horum, loco et ordine suo positum. ¶ 3 *Scutulam dixere quae Graecis σκυτάλη est, cylindrum, baculum teretem.* Caes. B. C. 3, 40 Quatuor biremes-subiectas scutulis impulsas vectibus in interiorem partem transduxit. *Scutulae sunt cylindri, palangae.* Ifo in Gl. Prud. Hamartig. 290 *Scutula, virga, baculus.* Gloss. Cyr. σκυτάλη scutula. Ab hoc porro est *Scutulatus, de quo mox.*

**SCUTELLA**, ae. f. Dimin. ex *Scutra*. [παροψιδιον] *Genus vasis cibarii.* Cic. Tusc. 3, 45 c. 19 *Eripiamus huic aegritudinem.* Quomodo? collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, hedychrom incendamus, demus scutellam: *dulciculae potionis aliquid videamus et cibi.* Vid. **SCUTRA**. Add. l. 19 §. 10 de auro, arg. mundo etc.

**SCUTVLATVS**, a, um. Adi. *Scularum formas habens, idem fere quod maculosus.* Certe in reti scutulae eadem esse debent, quae maculae. De eo, quod aranea texit Plin. 11, 24 *Quanta arte celat pedicas scutulato rete grassantes, etc.* Vestis scutulata virgatane fit an maculis retiformibus distincta, modo in **SCUTVLA** n. 2 disputatum est. Iam auctoritates ponimus. Igitur Plin. 8, 48 *Istriae, Liburniaeque pilo propior quam lanæ, pexis aliena vestibus, et quam Salacia scutulato textu commendat in Lusitania.* Iuuen. Sat. 2, 97 *Caerulea indutus scutulata, aut galbana rasa.* Palladius Martio 13 *Colores hi praecipui, albineus, rufus, murteus, ceruinus, gilbus, scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger, pressus.* De coloribus equorum loquitur. Videtur autem *Scutulatus equus, qui nunc vulgo pomulatus vocatur: maculis rotundis insignis.*

**SCUTVLVM**, vid. in **SCVTVM**.

**SCVTVM**, i. n. [ἀσπίς, σάκος, θυρεός] *Clypeus, nisi quod hic fere aereus, scutum vero dictum ἀπὸ τῆς σκύρας, id est a pelle, quod non sine pellibus fiat.* Vid. **CLYPEVS**. Mirabilem etymologiam Varronis damus in **SECTVRA**. Certe Polybius *scuta Romana [θυρεός] ex duplici linteo taurino glutine compacto, inductaque pelle vitulina, componit, margineque ea et umbone ferreo munit.* Vid. Lips. de Mil. 3, 2. Plin. 35, 3 *Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines.* Caes. Bell. Gall. 5, 43 *Quo percusso et exanimato, hunc scutis protegunt hostes, et in illum vniuersi tela coniciunt.* Cic. Tusc. 2, 54 c. 23 *Ignauus miles ac timidus simul ac viderit hostem, abiecto scuto fugiat quantum possit.* Quintil. Decl. 3, 12 *Vides munitum gladio latus — inscriptum in scuto C. Marii nomen, totum denique virum Martio habitu horrentem. Hic tibi cultus profuturi videtur?* Scutorum impulsus, vid. **IMPELLO**. Fulgentia scuta Virg. Aen. 8, 93. Longa scuta Idem ibid. 8, 539. Caelare scuta auro, vid. **CAELO**. Incumbere in scuta, vid. **INCUMBEO**. Ponere Auct. de Bello Hisp. c. 13. Reclinare scuta Virg. Aen. 12, 130. Reicere scutum est fugientium, et tergum aduersus tela sequentia munire volentium. Cic. de Orat. 2, 294 c. 72 *Ita cedere vt non modo non abiecto, sed ne reiecto quidem scuto fugere videar.* Idem Tusc. 2, 54 c. 23 *Ignauus miles ac timidus, simul ac viderit hostem, abiecto scuto fugit.* Conf. Gron. ad Cic. Fam. 10, 30. Vitare periculum scuto Caes. Bell. Civil. 2, 35. Scutus, Masculino genere dixit Turpil. Demiurgo, Quia non minus res hominem quam scutus tegit. Ex Non. 3, 233. Etiam Scuta, ae. Vid. Prisciani locus, quem damus in **SCUTVLA** mox ab initio. Scutum eleganter pro quouis Praesidio. Liu. 3, 53 *Scuto magis vobis quam gladio opus est, Vox Legatorum Senatus ad plebem.* Scutum imperii, agnominatus Fabius Cunctator ap. Flor. 2, 6, 27.

**SCVTALIS**, is. n. quid esset apud Liu. 38, 29 quaeritur. Ponamus verba: *Centum funditores — acciti — Eorum funda est non simplicis habenae, i. non sola et simplici habena siue toro constat, cuius vnaquaeque pars lapidem accipere possit, vt Balearica aliarumque gentium funda: sed triplex (tribus scutulis coriaceis sibi impositis) scutale (mediocriter cauatum quiddam ad instar parui scuti) crebris futuris duratum, ne fluxa (fluente) habena (ubique plana et aequabili) volutetur in iactu glans; sed librata cum sederit (in scutali, tanquam sinu quodam aut fundo in ipsa excussione impulsu a duro et valde elastico scutali) velut neruo (tormenti) missa excutiatur.*

**SCVTARIVS**, i. m. [ἀσπίδοποιός Gloss. Cyr.] *Qui scuta facit.* Plaut. Epid. 1, 1, 35 *Id modo videndum, vt materies suppetat scutariis. Scutarius fuit et Miles, qui Principem comitabatur.* Zof. 3, 29. Conf. Suet. Aug. c. 56. Ammian. 20, 5 et 21 etc.

**SCVTARIVS**, a, um. Adi. [ἀσπίδοποιός] *Veget. 2, 11 In Romana militia habebant fabricas scutarias et loricarias, quibus armorum genera formabantur.*

**SCVTATVS**, a, um. Adi. [ἀσπίδοφόρος] *Scuto tectus et munitus.* Cic. Philipp. 2, 108 c. 42 *Agmine quadrato cum gladiis sequuntur scutati milites, ficas portari videmus.* Vid. Liu. 28, 2. Virg. Aen. 9, 370. Caes. de Bell. Gall. 1, 39.

**SCVTIGERVLVS**, a, um. Adi. *Scutum gestans.* Scutigerulum Plaut. Cal. 2, 3, 44 *pro Armigero usurpat, nempe pro eo seruo, qui scutum domini gerit; Qui (malum) homini scutigerulo dare lubet.*

**SCVTVLVM**, i. n. Dimin. [ἀσπίδιον] Cic. de Nat. Deor. 1, 82 c. 29 *Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis: habitus Iunonis Sospitae.*

**SCYATHOS**, vid. **SCIATHVS**.

**SCYBILITES**, ae. m. [σκυβελίτης] *Vinum dulce, in Galatia nascens, musti saporem referens apud Plin. 14, 9 f. 11. Sic Hard. Legebatur ante Cissibites.*

**SCYDRA**, Oppidum Macedoniae, in ora Heraclea Plin. 4, 10.

**SCYLACAEVM**, i. n. Oppidum Calabriae; de quo Virg. Aen. 3, 553 *Gaulonisque arces, et nauifragum Scylacaeum.* Al. Scyllaeum; sed vide Turneb. Aduers. 19, 21. Valer. Flacc. Argon. 3, 36 *Spu-mosumque legunt fracta Scylacaeon ab vnda. al. Scylaceon vnda.*

**SCYLLA** Herba, vid. **SCILLA**.

SCYLLA, [*Σκύλλα*] Scylla, Nisi Megarensium regis filia fuit: contra quos dum deuictis iam Atheniensibus pugnaret Minos, propter filii Androgei interitum, quem Athenienses et Megarenses dolo necauerant, adamatus a Scylla est Nisi filia: quae, ut hosti posset placere, comam purpuream parenti abscissam ei obtulit: quam Nisus ita habuerat consecratam, ut tamdiu regno potiretur, quamdiu illam habuisset intactam. Postea et Scylla a Minoë contempta, vel dolore, quod contempta esset, vel quod quasi parricida a Minoë ad puppim religata tracta sit, in aem Cirin conuersa est: et Nisus extinctus, deorum commiseratione in aquilam piscariam [*Haliaeetum*] mutatus est, quae aues hodie flagrant inter se magna discordia. Haec Seruius ad Ecl. 6, 74. Ipse Virg. Georg. 1, 405 Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo. Vid. fabulam apud Ouid. Met. 8 pr. narratam, ut e Seruio posuimus. Sed ¶ 2 Virg. in Ciri 46 sqq. contra illos Poëtas disputat, qui Cirin, Nisi filiam, pro Scyllaeo monstro habeant. Totus locus hic pertinet: plures enim de Scylla sententias commemorat; et illam, quam proposuimus, toto carmine exsequitur. Viderint itaque, qui Virgilio eam vindicant, quomodo concilient illud Ecl. 6, 74

Quid loquar, aut Scyllam Nisi, aut quam fama secuta est  
Candida succinctam latrantibus inguina monstris  
Dulichias (*Vlyssis*) vexasse rates, et gurgite in alto  
Ah! timidos nauas canibus lacerasse marinis.  
Nempe etiam altera est Scylla, de qua Seruius l. c. Scylla Phorci et Chre-  
teidos Nymphae filia pulcherrima. Hanc quum amaret Glaucus,  
marinus deus, dum ipse amaretur a Circe, et illam contemneret, illa  
irata fontem, in quo se Scylla solebat abluere, infecit venenis, in  
quem cum descendisset puella, media sui parte in feras mutata est. Qui-  
dam Scyllam hanc a Neptuno amatam dicunt, et per Amphitriten,  
coniugem Neptuni, metuentem pellicis formam, venenis Circes in  
monstrum marinum esse mutatam. Copiosius more suo narrat Ouid.  
Met. 14 pr. Conf. Virg. Cir. 66 seqq. qui sensum fabulae ita videtur  
exprimere 77

Seu vero, ut perhibent, forma cum vinceret omnis  
Et cupidos quaestu passim spoliaret amantes  
Piscibus & canibus rabidis vallata repente  
Horribiles circum vidit sibi sistere formas.  
Conf. CHARYBDIS. Hanc postea Glaucus deam marinam fecit:  
quae classẽ Vlyssis et socios euertisse narratur. Caerulea Scylla Virg.  
Aen. 5, 122. Informis Virg. Aen. 3, 432. Rapax Ouid. Epist. 12, 123.  
Vorax Catull. 62, 156. Propertius ex ambabus unam fecit, 4, 4, 39  
Quid mirum in patrios Scyllam saeuisse capillos, Candidaque in saeuos  
inguina versa canes? Lucret. 5, 890. Aut rapidis canibus succin-  
ctas semimarinis Corporibus Scyllas. Biformes Scyllae Virg.  
Aen. 6, 286.

SCYLLAEVS, a, um. Adi. [*Σκύλλαῖος*] ut, Monstra Scyllaeae.  
Stat. Silu. 5, 3, 280. Litora Scyllaeae Ouid. Met. 15, 702. al.  
Scyllaeae. Rabies Scyllaeae. Virg. Aen. 1, 200. Vndis Scyl-  
laeis clauditur Italia Lucan. 2, 433.

SCYLLAEVM, i. n. [*Σκύλλαῖον*] Promontorium, in Peloponneso,  
ut Plin. 3, 5 Straboque lib. 6. testantur, sed sinu Argolico juxta Hermio-  
nem, quo Scylla Nisi filia fluctibus eiecta creditur. Est et Oppidum  
Brutiorum in Italia Pomponius Mela 2, 4.

SCYLLIAS, vel SCYLLIS [*Σκυλλίας*] Herodoto lib. 8 Vir quidam Scio-  
naeus, omnium ea tempestate hominum optimus urinator, qui etiam in naufra-  
gio ad Pelium facto, multam pecuniam Persis seruauit, multa et sibi lucratus  
est: hunc Pausanias Scyllin vocat, de quo inquit Scyllis Scyonaeus homo,  
cum Cyane filia classis Persicae, qua Xerxes Graeciae bellum intulerat,  
anchors natando urinandoque praecidit ad Pelidum montem et Sepiada  
Magnesiae: idque signum in Apollinis templo positum ab Amphyectionibus,  
quod erat commune Graeciae concilium, a Nerone principe Romam trans-  
latum. Hinc intelligimus Plin. 35, 11 Androbius pinxit Scyllin ancoras  
Persicae classis praecedentem. ¶ 2 Sculptor egregius. Plin. 36, 4.  
Marmore sculpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus et Scyllis ge-  
niti in Creta insula.

SCYMNVS, i. m. [*σκύμνος*] significat Catulum leonis, ut alia-  
rum ferarum Lucret. 5, 1035 At catuli pantherarum, scymnique leonum.

SCYPHVS, i. m. [*σκύφος*] Vasis potorii genus, quo veteres vsi  
sunt in conuiujs. Cic. Verr. 4, 54 Hinc illa Verrea nata sunt, hinc in  
conuiuium Sextum Cominium protrahi iussit, in quem scyphum de  
manu iacere conatus est. Plin. 33, 11 L. vero Crassus orator duos scy-  
phos Mentoris artificis manu caelatos festertis centum habuit. Cae-  
latus Scyphus, vid. CAELO. Capaciores adfer huc puer scyphos  
Hor. Epod. 9, 133. Inter scyphos Cic. Fam. 7, 22. in vino s. conuiuio.  
Faginus scyphus Tibull. 1, 11, 8. Nati in vsum laetitiae Hor.  
Carm. 1, 27, 1. Sacer scyphus Valer. Argon. 2, 272. Virg. Aen. 8, 278.

¶ 2 Macreb. Sat. 5, 21 extr. Scyphus Herculis poculum est ita, ut  
Liberi patris cantharus — non solum, quod is heros bibax fuisse  
perhibetur; sed etiam quod antiqua historia est, Herculem poculo  
tanquam nauigio, immensa maria transisse. — Ego tamen arbitror,  
non poculo Herculem maria transuectum, sed nauigio, cui scypho  
nomen fuit; ita ut cantharus, et carchesium, et a cymbis deriuata  
Cymbia asseruimus esse nauigiorum vocabula.

SCYRETICVM Metallum. Plin. 31, 2 In Scyretico metallo arbo-  
res quaecunque flumine alluuntur, saxa fiunt cum ramis.

SCYRI, Populi sunt in Arabia, Indorum lingua loquentes, apud  
Plin. 6, 23.

SCYRITAE, [*Σκυρίται*] Gentes sunt inter Nomadas Indos, quae  
narium loco habent foramina tantum Plin. 7, 2.

SCYRON, pro Gypso positum inueniri notat Cael. Rhodig. 14, 13  
unde et Scyra terra, pro Alba dicatur.

SCYROS, i. f. [*Σκύρος*] Insula est contra Magnesium, in mari  
Aegaeo, una ex Cycladibus, Lycomedis regis patria, in qua est urbs  
eiusdem nominis. Scopulosa Scyros Stat. Achill. 2, 17. In hac  
Achilles sub puellari habitu adoleuit: atque Lycomedis regis filiam Dei-  
damiam vitauit, quae ab insula et ipsa Scyrias est appellata. Ouid. de  
Arte Am. 1, 882.

SCYRIADES, [*Σκυριάδες*] mulieres, ex Scyro insula. Stat.  
Achill. 2, 147 Nec minus egressae thalamis Scyriades ibant Ostentare  
choros.

SCYRIVS, a, um. Possess. [*Σκύριος*] Ouid. Epist. 8, 112 Ignara  
tetigit Scyria membra manu. Propert. 2, 9, 16 Scyria nec viduo  
Deidamia viro. Pubes Scyria, A Scyro insula Virg. Aen. 2, 477.

SCYRICVS, a, um. [*Σκυρικός*] Aliud Possessiuum. Vnde, Scy-  
ricum, Genus coloris caerulei Plin. 33, 7 et 8.

SCYRPVS, [*σκύρη*] vid. SCIRPVS.

SCYTĀLA, ae. vel SCYTĀLE, es. f. [σκυτάλη] *Bacillus est vel paruus cylindrus, eadem quae Scutula, ubi vid. n. 3. Locum praefertim habet in epistola Laconica, quam copiose describit Gell. 17, 9. Breuiter, circa furculum teretem — lorum — complicabant — Literas deinde in loro per transuersas iuncturarum oras — in-* 5  
*scribebant. Id lorum — reuolutum ex furculo imperatori —*  
*mittebant — Ille furculo compari, quem habebat, — circum-*  
*plicabat — atque ita literae per ambitum eundem furculi coalescen-*  
*tes, rursus coibant, integramque epistolam et facilem legi praesta-*  
*bant. Hoc genus epistolae Lacedaemonii σκυτάλην appellabant. Hinc* 10  
*Nep. 4, 3, 4 Mittunt Lacedaemonii Legatos ad Pausaniam cum Scytala.*  
*Clauam Herculis Scytalam dictam, ostendit Nomen Scytalofagitti-*  
*pelliger v. v. ¶ 2 Genus serpentis forte inde dictum, quod*  
*rigida instar bacilli iacere videatur. Solinus 40 (27) Scytale, tanta*  
*prae fulget tergi varietate, ut notarum gratia videntes retardet: et* 15  
*quoniam reptando pigrior est, quos assequi nequit, miraculo sui capi-*  
*at stupentes. In hoc tamen squamarum nitore hiemales exuias*  
*prima ponit. Add. Lucan. 9, 717. Amnian. 22, 15. Sed*  
*apud Colum. 6, 17, 1 quod vulgo legebatur Mus araneus, quem σκυτάλην*  
*appellant, recte in μωγαλήν mutatum est. Nec sine causa dubites, an* 20  
*μωγαλήν substituire oporteat Plin. 32, 5 f. 19 Eadem vis contra venato-*  
*rum omnium morsus, priuatim scytalen et angues.*

SCYTALOSAGITTIPPELLIGER, i. m. *Quo nomine Hercu-*  
*lem appellat Tertull. de Pall. c. 4 p. 19 Salmas. Hic Scytala*  
*claua est.* 25

SCYTATVM, vid. SCHYTANVM.

SCYTHES, [Σκύθης] Plin. 7, 56 Iouis filius, qui primus ar-  
 cus sagittarumque usum reperisse dicitur.

SCYTHIA, ae. f. [Σκυθία] *Regio Septentrionalis, Europae atque*  
*Asiae: cui assignabant, quidquid incognitorum ad Septentrionem popu-* 30  
*lorum esset, ut Indiae omnia versus Orientem incognita.*

SCYTHAE, arum. m. [Σκύθαι] *Populi Scythiam i. remotum Se-*  
*ptentrionem incolentes. Campestris Scythae Hor. Carm. 3, 24, 9. Su-*  
*perbi Scythae Hor. in Carm. saecul. 55. Vagi Scythae Sen.*  
*Troad. f. 1.* 35

SCYTHICVS, a, um. Possess. [Σκυθικός] *Cic. Tusc. 5, 90 c. 32*  
*Mihi amictui est Scythicum tegmen. Aura Scythica Ouid. Trist.*  
*5, 6, 19. Gens Stat. Theb. 12, 519. Herba Plin. 25, 8.*  
*Montes Scythici Ouid. Met. 15, 285. Orbis Scythicus Idem Trist.*  
*3, 12, 51. Poli Scythici sidera Martial. 6, 58. Pontus Scythi-* 40  
*cus Ouid. Trist. 3, 4, 46.*

SCYTHES, ae. m. [Σκύθης] *Idem qui Scytha, ut, Anacharsis*  
*Scythes, apud Cic. Tusc. 5, 90. et Phaedr. Prolog. 3, 53. Gelidus*  
*Scythes Hor. Carm. 4, 5, 25. Profugus Idem ibid. 4, 14, 42.*

SCYTHIS, idis. f. Patronym. [Σκυθίς] *Ouid. Met. 15, 360 Ex-* 45  
*ercere artes Scythides memorantur easdem.*

SCYTHISSA, ae. f. *Corn. Nep. 14, 1 Datames matre Scythissa*  
*natus.*

SCYTHICE, es. f. *Herba, quae cum ex Scytharum solertia cognita*  
*fit, ab illis proprium nomen accepit. Plin. 25, 8 Inuenere herbas et vni-* 50  
*uersae gentes: Scythia primum eam, quae Scythice vocatur, circa*  
*Maecotin nascens, praedulcis. Idem 26, 5 Peucedani succus pecto-*  
*ris doloribus, et acorum subuenit, et ideo antidotis miscetur, tussi*  
*daucum: Item Scythica herba. Vid. 27, 1.*

SCYTHON, onis. m. [Σκύθων] *Nomen viri, nescio cuius, quem* 55  
*Poetae fabulantur pro suo arbitrio modo in feminam sese commutasse, mo-*  
*do rursus in virilem formam rediisse. Ouid. Met. 4, 280 Quid loquar,*  
*ut quondam naturae iure nouato Ambiguus fuerit modo vir, modo*  
*femina Scython.*

SCYTHOPŌLIS, is. f. [σκυθόπολις] *Vrbs in Decapolitana Sy.* 60  
*riae regione, nomen habens a Scythis in eam deductis, quum antea a Li-*  
*berii patris nutrice ibi sepulta Nysa diceretur Plin. 5, 18. Sed Scytopo-*  
*lis, non aspiratum, Libyae oppidum est, ut ex Polyhistoris sententia tra-*  
*dit Stephanus, Σκυθόπολις.*

SCYTHOTAVRI, orum. m. Pl. [Σκυθόταυροι] *Populi Scy-* 65  
*thiae Tauricae regionis iuga incolentes, qui ut Solinus refert c. 20 pro*  
*hostiis aduenas caedunt. Meminit horum et Plinius 4, 12.*

SCYZINVM, Vinum, cuius (cum ex herba fieret) obliterated ratio  
 est Plin. 14, 16.

## S E

SE. [?] *Pronomen Accusatiui casus, a Sui, vid. SVI. ¶ 2*  
*Se, pro δια Graeca Praepositione, separatiua est: ut Separo, Seduco.*  
*Est etiam abnegatiua, ut Securus, Sine cura. Praeterea seorsum fit*  
*Aduerbium a se, ut a de deorsum. Haec Priscianus 14 in fine.* 75  
 ¶ 3 *Etiam separatis vocibus Se dicebant veteres pro Sine. Cic. de Leg-*  
*gib. 2, 60 c. 24 Ast im cum illo sepelire vrereue, se fraude esto. Ver-*  
*ba sunt legis XII Tabularum, ut et illa apud Gellium 20, 1 Tertiis*  
*nundinis partes secanto. Si plus minusue secuerint, se fraude esto.*  
*Sic enim legendum, non Sine, quod vulgo Gelliani habent codices. Porro*  
*in primo exemplo Im Accusatiuus est antiquus pro Eum, a Nominatiuo* 80  
*Is. ¶ 4 Se, Particula, interdum valet Dimidium: ut in*  
*Selibra, Semodio, Semuncia. Illuc respiciebant, qui Se a Semis vo-*  
*cabant profectum apud Priscian. 14 extr.* 85

## S E B

SEBASTE, es. f. [Σεβαστή] *Vrbs Iudaeae, ante Samaria dicta,*  
*quam Herodes in honorem Augusti Sebasten i. Augustam appellauit. Au-*  
*ctor Strabo 16. Meminit Plin. 5, 13.* 90

SEBASTENI, orum. m. Pl. *Samaritani a Sebastia, id est, Augu-*  
*sta ciuitate Iudaeae extremae. Eorum meminit Iurisconsultus Scaeuola*  
*in tit. De annuis legatis in P.*

SEBENNYTVS, [Σεβέννυτος] *Stephano, Vrbs in Aegypto, ubi*  
*et palus et amnis sunt cognomines. Vnde praefectura quoque Sebenny-* 95  
*tica Σεβεννύτος νόμος, et Sebennyticum Nili ostium Σεβεννυτικόν στόμα,*  
*vocari constat, quod in duo alia diuiditur, scilicet in Saiticum et Mande-*  
*sium: Herodotus l. 2 Non nisi in Sebennytico Aegypti nomo charta,*  
*i. papyrus nascitur Plin. 13, 11 f. 21.*

SEBETHOS, i. m. [Σεβήθος] *Fons apud Neapolim, cuius aqua* 100  
*vicatim decurrens, omnes fere usus Neapolitanis praestat. Stat. Silu. 1, 2, 263*  
*— Et pulchra tumeat Sebethos alumna. Tabella marmorea Neapoli in mu-*  
*rorum fundamentis reperta, quae habet, P. MEVIUS EVTY-*  
*CHVS AEDICVLAM RESTITVIT SEBETHO.*

SEBETHIS, idis. f. [Σεβηθίς] *Virg. Aen. 7, 734* 105

Nec tu carminibus nostris indictus abibis  
Oebale, quem generasse Telon Sebethide Nympha  
Fertur.

*Item Adiectiue.* Columel. 10, 134 Doctaque Parthenope Sebethide  
5 rosca lympha, etc.

SEBĪNVS, [Σηβίβος] Lacus, quem facit fluuius Lollius apud  
Sarnicum, vallis Calepinæ oppidum. Plin. 3, 19.

SEBVM, i. n. [σέβω] vid. SEVVM. Vnde,

SEBO, Ære. Columel. 2, 22 Feriis autem ritus maiorum etiam  
10 illa permittit, far pinsere, faces incidere, candelas sebare: legitur  
et Seuare.

## S E C

15 SECĀLE, is. n. *Frugis genus, quod, auctore Ruellio, Galli detrita  
una litera Seclam (Seigle) vocant.* Plin. 18, 16 Id autem quod secale  
atque farrago appellatur, occari tantum desiderat. Secale Taurini sub  
Alpibus Asiam vocant, deterrimum, et tantum ad arcendum famem  
vtile: focunda, sed gracili stipula, nigritia triste, sed pondere  
20 præcipuum. Admiscetur huic far, vt mitiget amaritudinem eius, et  
tamen sic quoque ingratiſſimum ventri est. Nascitur qualicumque fo-  
lo, cum centesimo grano ipsumque pro laetamine est. *Hæc Pli-  
nius. Vid. Ponted. ad Colum. 2, 9, 14 ubi hordeum hexastichum  
esse Secale, ostendit: cum Germanorum Korn s. Roggen conue-*

25 *nire ibi notauit.*

SECAMENTVM, SECARIVS, vid. SECO, Ære.

SECĒDO, si, sium, Ære. [ἀναχωρέω, ἀποχωρέω] *Seorsum ire, vel  
Seorsum venire; Retrocedere.* Trabes pondere commoto secessere  
Stat. Theb. 12, 436. A lusu secedere Propert. 1, 10, 9. A cor-

30 *pore sensus secedent* Catull. Argon. l. 62, 189. *Secessit ab vrbe  
XVII millibus passuum villa Plinii* Epist. 2, 17, 2. *Secedere de  
via* Plaut. Curc. 2, 3, 2. *Secede huc* Idem Capt. 2, 1, 23. *De-*

*inde secessi deliberandi causa* Plin. Epist. 5, 1, 6. *Secedere et se-*  
cernere se a bonis Cic. in Catil. 1, 32 l. extr. *Est in primis ciuilibus*

35 *discordiæ verbum, vt cum in sacrum montem Romani ciues secesserunt*  
Liu. 7, 40. *Idem 27, 17 Eadem causa — relicto Asdrubale,*  
*secedendi in imminenteis castris eius tumulos, etc.* *Secedunt, qui*

*ad tempus, vel perpetuo in otium et secretum se conferunt.* *In hortos*  
vacuum secedere Ouid. Trist. 4, 8, 27. *Ad stilum secedere*

40 *Quinctil. 1, 12, 12. Secedentem (ex vrbe in patriam Martialem)*  
viatico profectus eram Plin. Epist. 2, 21, 2. *Nec secedere nec*  
*studere me patiuntur negotia amicorum* Idem 8, 9. *Sic 1, 9, 3.*

*2, 11, l. 3, 7, 6. 5, 15, l. 7, 16, 2. Sed Sen. Epist. 117 pr. An-*  
tequam incipio secedere, et in aliam partem considere. *Translatum*

45 *a discessionibus quæ fiebant in Senatusconsultis.*

SECESSIO, ðnis. f. [παράχωρησις, μεταχώρησις] Cic. pro Mu-  
raen. 49 c. 24 Etenim te inquirere videbant tristem ipsum: moestos  
amicos, obuersationes, testificationes, seductiones testium, secessio-

50 *nem subscriptorum animaduertebant.* Cic. pro Ligar. 10 *Secessio-*  
*nem tu illam existimauisti Caesar initio, non bellum.* *Ciuilibus*  
*nampe discordiæ vox est, vt de verbo Secedo obseruauimus.* Liu. 7, 40

*Nondum erant tam fortes ad sanguinem ciuilem, nec præter externa*  
*nouerant bella: vltimaque rabies secessio ab suis habebatur.* *Et*

*deinde 41 Cautum est, ne fraudi secessio esset.* *Indiscretim Seditio-*

55 *nis et Seccessionis verba adhibet.* Caes. B. C. 1, 20 *Milites secessionem*  
*faciunt.* Tacit. Ann. 16, 22 *Seccessionem iam id, et partes, et si*  
*idem multi audeant, bellum esse dictabat.* ¶ 2 *Seccessio-*

*nes, Narrationes dicebant Paullus Festi ex eo fonte, vnde est In-*  
*sece, v. v.*

60 SECESSVS, ðs. m. [ἀναχώρησις] *Proprie loci appellatio est, quem*  
*remotiorum, vel otio aptum sic indicant, siue ad tempus, illo utaris, siue*  
*plane ciuilibus negotiis in perpetuum renuncies: tum ipse ille vitæ otio-*

*siæ et priuatiæ tenor etc.* *Exempla rem declarabunt.* *Simpliciter Sinum*  
*secretiorum notat* Virg. Aen. 1, 163 *Est in secessu longo locus.* *Se-*

65 *cessus anium* Plin. 10, 29. *Magna ei præmia et secessus amoenos*  
*promittit* Tac. Ann. 14, 62, 4. *i. agros, villas, in quas secedat, si velit.*  
*Sic SECRETA.* Conf. Suet. Ner. c. 33. *Sed Carmina se-*

*cessum scribentis et otia quaerunt* Ouid. Tr. 1, 1, 41. *Vita me-*  
*liore magis in secessu fruare, quam in promptu* Tertull. de Pallio c. 5.

70 *De vita a negotiis auticis forensibusque vacua,* *Seccessus Apolloniæ Au-*  
*gusti* Suet. in Vita c. 94. *Rhodium Tiberii* Tac. Ann. 4, 15, 2.  
Plin. Epist. 2, 13, 5 *Ille meus in vrbe, ille in secessu contubernalis.*  
*Et Epist. 3, 15, 1 Petis vt libellos tuos in secessu legam.* *Sic 2, 17,*

*29. 3, 5, 14. 6, 10, l. 6, 31, 2. 7, 9, l. 8, 1, 3. 9, 10, 2. Se-*  
75 *cessu tegere nomen ingens, pares virtutes* Plin. 9, 13, 3. *Quando*  
*secessus mei non desidiæ nomen, sed tranquillitatis accipient* Pin. Epist.

*2, 23, 4. Sic 6, 4, 2. Ex Seccessibus ad honores meos adu-*  
*currit* Plin. Epist. 2, 1, 8. *Seccessum repetere et scribere aliquid*  
Plin. Epist. 1, 13, 7. *Idem ibid. 1, 3 Quin te in alto isto pingui-*

80 *que secessu studiis adseris?* *In seccessibus agere, i. Morari* Vlp. in  
l. *Quid tamen §. Si arbiter iusserit D. de recept. arbit.* ¶ 2  
*Peculiaris sunt ista: In Seccessu studiorum excurrit Cicero Quinctil.*

*10, 5, 16. i. declamauit, carmine lusit, dialogos scripsit.* *Moras, et se-*  
*cessum, et silentium quaeret* Quinctil. 10, 7, 2. *de eo, qui ex tempore*

85 *dicere debet potius.*

SECENA, vid. SCENA n. 4.

SEEPISTA, vid. SECEPITA.

SECERNO, crēui, crētum, Ære. [κρίνω, ἐκκρίνω] *Diuidere; sepa-*  
*rare, vt ea, quæ cribri ope separantur.* Cic. de Amicit. 95 *Secerni au-*

90 *tem blandus amicus a vero, et internosci tam potest adhibita diligen-*  
*tia, quam omnia fucata insimulata a sinceris atque veris.* *Add.*  
*Idem Catil. 1 extr. Dedit natura beluis et sensum, vt secerne-*

*rent pestifera a salutaribus* Cic. N. D. 2 c. 47. *Sic de Fin. 4, 63*  
*Itaque illa non dico me expetere, sed legere: nec optare, sed su-*

95 *mere: contraria autem non fugere, sed quasi secernere.* *Varro*  
*de R. R. 2, 2 Arietes quibus sis vsurus ad foeturam, bimestri tempore*  
*ante secernendum et largius pabulo explendum.* *Aliquem populo*  
*secernere, eximium facere* Hor. Carm. 1, 1, 32. *E grege secernere*  
*Liu. 35, 14. i. excipere.* *Facultatem dicendi a maiore, ac magis*

100 *expetenda vitæ laude secernunt* Quinctil. 2, 15. *Iniquum secer-*  
*nere iusto* Hor. Serm. 1, 3, 113. *Cato c. 10 Pilum feminarium.*  
*vnun, qui nucleos secernat, h. e. Quo nucleos a putaminibus separet:*  
*de fabis.* *Publica priuatis secernere* Hor. de Arte Poët. 397.  
*Res apertas a dubiis secernere* Lucret. 4, 469. *Voluptatem a*

105 *bono secernere* Cic. de Fin. 2, . . . *Est ratio secernendi, seor-*  
*sumque*

sumque viuendi Lucret. 2, 472. Hor. Epod. 16, 63 Iuppiter illa  
piae secreuit litora genti: *destinauit, et seposuit.*

SECRETVS, a, um. Partic. [*ἐκκεκρυμμένος, κρυπτός*] *Separatus.*  
Cic. de Nat. Deor. 2, 55 Habent igitur suam sphaeram stellae inerran-  
tes ab aetherea coniunctione secretam et liberam. Pars ab igne  
secreta Iustin. 2, 1, 15. Secreta a voluptate humanarum quaedam  
simulacra virtutum Cic. de Fin. 2, 110 c. 33. Seiunctum et secre-  
tum ab inani Lucret. 1, 432. Secretum et extra vulgarem vsum  
positum Quinctil. 9, 3. Nec singillatim possunt secreta videre Lu-  
cret. 4, 87. Consultant secretae, *i. Seorsum* Plaut. Bacch. 5, 2, 35. 10  
Firmabat domi secretus animum aduersus suprema Tacit. Ann. 15, 59.  
¶ 2 *Substantia*: Aure secreta diuisos fridere susurros Hor. Serm.  
2, 8, 78. Colloquium secretum Aur. Vict. de Viris Illust. Secre-  
tos vitare Congressus Tac. 14, 3, 1. Cubilia secreta Ouid. Fast.  
1, 427. Domus secreta Virg. Aen. 2, 299. Epistolae secretae 15  
et familiares Quinctil. 1, 1 p. 22. Iter secretum vitae Hor. Epist. 1,  
18, 103. Interpretatio Linguae secretioris, quas Graeci *γλώσσας*  
vocant Quinct. 1, 1 p. 23. Cic. de Legib. 2 Loco publico privato-  
ne, celebri an secreto, aliena ciuitate an tua, in castris an foro dicas,  
interest plurimum. Loca secreta petere Hor. de Arte Poët. 298. 20  
*Sed ad Secretum iudicium respicit* Ouid. ex Ponto 4, 9, 46 Haec (*mens*)  
modo te populo reddentem iura videbit, Et se secretis finget adesse  
locis. Secretiora Germaniae Tac. Germ. 41, 1. Libertus ex secre-  
tioribus Ministeriis Idem Agric. 40, 2. Pabulationes secretif-  
simae, *Longissime remotae* Col. 9, 4 pr. Questus secreti Tac. Ann. 3, 17. 25  
Studia secreta Quinctil. 2, 18. *Superl.* Inuadit etiam secretissimos  
Tumultus Sen. Epist. 92 pr.

SECRETVM, i. n. *Pro Secessu.* Plin. Epist. 3, 1 Quam pul-  
chrum illud, quam dulce secretum, quantum ibi antiquitatis. Ca-  
ptare secretum Sueton. Oth. c. 10. Crebra cum amicis secreta Ha-  
bere Tacit. Ann. 13, 18, 3. Desiderare secretum Sueton. c. 10. 30  
Secretum Petenti dedit, denegauit Idem Tib. c. 26 *extr.* et Calig. c. 23.  
Petito secreto futura aperit Tac. Histor. 2, 4, 3. Venire in secreta  
Ouid. Met. 13, 555. Sumere secretum Sueton. Domit. c. 13. Stilus  
secreto gaudet Quinctil. 10, 7, 16. Et 10, 3, 30 Quare in turba, 35  
itinere, conuiuio etiam faciat sibi cogitatio secretum. *Sed paullo*  
*ante s. 27* Est tamen lucubratio, quoties ad eam integri et refecti ve-  
nimus, optimum secreti genus. Sed silentium, et secessus, et vndi-  
que liber animus etc. Secretum agens Suet. Tib. c. 60. *i. solus.*  
*quod c. 40 dixerat* Secreti licentiam naetus. Animus etiam secretum 40  
suum sanctius faciat Sen. Epist. 11. Primus ac Varus crebris nuni-  
ciis salutem et pecuniam et secreta Campaniae offerre Vitellio Tac.  
H. 3, 63, 4. ¶ 2 Foecundiora nemora lucosque, sicut  
orientis secretis, ita et occidentis insulis terrisque inesse crediderim  
Tac. Germ. 45, 9. *Vid. SECESSVS.* Secretum, [*ἀπόκρητον*] 45  
*pro re secreta, et separata, quam apud nos tacitam seruamus*: Quinct.  
11, 1, 30 Profert enim mores plerumque oratio, et animi secreta dete-  
git. Ouid. Met. 2, 556 Et legem dederat sua ne secreta viderent.  
Mentis secreta ore confuso exferit Senec. Herc. Oet. f. 4. Est  
mihi libertas tecum secreta loquendi Ouid. Met. 9, 558. Occule- 50  
re secretum Senec. Hippol. f. 7. ¶ 3 Secretum iudicis  
vel iudiciale ponitur pro loco iudicii etiam in clara luceposito, sed nempe  
gradibus, ut tribunal, vel cancellis etiam separato et a turba munito.  
*Vid. Ammian. Marcellin. 15, 7 p. 97 Gron. it. l. 14 C. de testibus.*  
*Hesych. ἀκρυπτον συνέδριον. Glossae Nomicae ἀκρυπτον δικασήριον. Consi-* 55  
*derari etiam potest* Calliod. Var. 11, 6. Hinc dicti quidam ministri  
a Secretis l. 5 C. qui militare possunt *extr.* Sed alia sunt Secreta iudi-  
ciorum Vlpiani l. 41 pr. ad L. Aquiliam, nempe testamenti tabulae ante  
tempus publicatae. *Legetur, spero, non ita multo post inter opuscula*  
*nostra libellus, quo Secreta, Secretaria, et Secretarii quatenus huc per-* 60  
*tinent, illustrantur.* ¶ 4 *Obseruat.* Ad secreta ventris  
secedere Aur. Victor Epit. c. 62. *honestia periphrasis.* Aliter Stat.  
Theb. 2, 606 Nullum vulnus vitae in secreta receptum, *i. parti vitali*  
*illatum.* Rursus aliter, Quorum voluminum pauca admodum stu-  
diosi attingunt propter secretum materiae Plin. praef. p. 3 lin. 36 65  
*Hard. i. res vulgo ignotas.*

SECRETIO, ōnis. f. [*ἀπόκρησις*] Cic. Tusc. 1, 71 c. 29 Est enim  
interitus quasi discessus et secretio, ac diremtus earum partium, quae  
ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Secretio rerum na-  
tura iunctarum Diomed. 2 p. 431. 70

SECRETO. Adu. [*ἰδία, κατ' ἰδίαν*] *Sine arbitris.* Cic. Att. 7, 8  
Vna Formias venimus, et ab hora octaua ad vesperum secreto collo-  
cuti sumus. Idem Fam. 7, 25 Secreto hoc audi, tecum habeto, ne  
Apellae quidem liberto tuo dixeris. *Item* Verr. 4, 100 Ex his  
quaeritur secreto in curia, quid esset actum. Ambulare Sen. Epist. 75  
10. *i. solum.* Loqui cum aliquo secreto Hor. Serm. 1, 9, 67. Secreto  
narrare. Cic. Fam. 8, 1 Inter paucos quos tu nosti, palam secreto  
narrantur. Secreto rogare Plin. Epist. 3, 1. Secreto occi-  
dere filium Quinctil. 9, 2. Secreto ab aliis coquere consilia Liu.  
3. *Compar.* Secretius, [*ἰδιώτερον*] *Separatius.* Columel. 11, 2 80  
His diebus commode instruuntur horti, de quibus suo loco dicam se-  
cretius. Iustin. 21, 4, 3 Vt secretius senatum et sine arbitro inter-  
ficeret. *Conf.* Sen. Quaest. Nat. 5, 4.

SECRĒTE. Adu. Tertull. de Orat. 1. et de Pallio 4.

SECRĒTIM. Adu. Ammian. 29, 1. 85

SECRETARIVM, i. n. *Locus, in quo Secreta iudiciorum, i. in*  
*quo Iudex siue Praefectus ipse Praetorio, f. Rector Prouinciae, ius dicit,*  
*conuenitque adeo quod ad rem pertinet, cum tribunali, et cum auditorio:*  
*pro quo Constantini aetate, ut ipsum Secreti nomen adhiberi videtur coe-*  
*pisse.* Ipse Imp. Constantinus l. 1 C. Th. de Officio Rect. Prouinc. 90  
Non sit venale iudicis velum, non ingressus redempti, non infame li-  
citationibus Secretarium. Sic Imp. Valentinianus et Valens l. 2  
C. Theod. Iudex non in secessu domus — sed apertis Secretarii  
foribus intro vocatis omnibus, aut pro tribunali locatus, et civiles et  
criminales controuersias audiat. Hinc Secretaria publica vocantur l. 95  
vlt. C. Th. de denunciatis et edit. rescripti, etc. Sed et alii ita lo-  
quuntur. Lactant. de Mortib. c. 15 p. 119 Ne cui (*Christiano*) ius di-  
ceretur, arae in Secretariis ac pro tribunali positae, vt litigatores prius  
sacrificarent, atque ita causas suas dicerent. Tib. Donat. ad  
Aen. 1, 505 Tum foribus diuae, haec adscriptis, Quomodo est iudi- 100  
ciorum omnium consuetudo. Ducuntur iudices vsque ad fores Secreta-  
rii. Sulpic. Seu. Dial. 3, 4, 2 S. Martinus tendit ad Praetorium  
Auitiani comitis, et 8, 2 Secretarium eius ingreditur. Calliod.  
Var. 11, 26 Cornicularium ita commendat, Praefuit cornibus Secretarii  
Praetoriani, vnde ei est nomen deriuatum. ¶ 2 Sunt et 105  
alia Secretaria. Apul. de Mundo p. 64, 39 Ignes, qui terrae Secreta-

riis continentur, praetereuntes aquas vaporant. *Et Florid. 17 p. 358, 20* Auibus haec secretaria magis congruerint. *Hic sunt loca Secreta, i. seposita et occulta.* ¶ *3 Ecclesiarum Secretaria varii usus ad nos non valde pertinent. Vid. Voss. de Vitiis sermon. 3, 48.*  
 5 *Sauaro ad Sidon. 5, 17 p. 531. Vales. ad Ammian. 15, 7 p. 97 et copiosissime Ducangius h. v. Nobis hic satis est Sulpic. Seu. Dial. 2, 1 ubi B. Martinus Secretarium ingressus, cum solus, ut erat illi consuetudo, resideret (hanc enim sibi etiam in ecclesia solitudinem permittit Clericis libertate praestabat) cum quidem in alio Secretario Presbyteri federent, vel salutationibus vacantes, vel audiendis negotiis occupati — Illud non praeteribo, quod in Secretario sedens nunquam Cathedra vsus est.*

SECRETARIUS, i. m. qui a secretis Latinius dicitur, quae appellatio a Graecis conseruata est. *Vid. Cangius Gloss. 15 Gr. Ἀρρητήριος. Secretarius igitur, (quod hodie nomen omnium eorum est, qui interioribus actibus in omni genere imperiorum et magistratum adhibentur, eosque in literas redigunt, vel curant redigi) non habet auctorem antiquum. Citatur Gregor. M. Epist. 19 ad Natalem Episcopum Salonitanum, Tom. 2 p. 503 D. edit. Benedict. 20 Sed verba ita habent, Gesta quae nobis in Concilii vestri confecta Secretario direxisti etc. Secretarium locus est concilii. Primus ergo, qui adhuc se obtulerit, auctor est Io. Sarisber. Policr. 2, 24 pr. Nec mea, inquit astrorum Secretarius, interest, h. e. astrologus. Hinc tamen colligas, notam fuisse hodiernam appellandi rationem.*

25 SECERPO, ēre. De tertio libro locum secerptum his literis inferam Augustin. Ep. 128 ad Hieronymum. *Idem fere quod decerptum.*

SECEPITA, vel SECEPISTA, ae. f. Culter ferreus oblongus manubrio eburneo, rotundo, solido, vincto ad capulum auro argenteoque, fixis clavis aeneis, aere Cyprio, quo flamines et Flaminicae 30 virgines Pontificesque ad sacrificia utebantur: a secando dicta. Haec Paullus Festi: eadem Seru. ad Aen. 4, 262, Sueton. in Tiber. c. 25 Nam et inter Pontifices sacrificanti simul pro secepita plumbeum cultrum subiiciendum curauit. Paullus Festi, Secepitam alii Securim, alii Dolabram aeneam, alii Cultellum putant.

35 SECESSIO, SECESSVS, vid. SECEDO.

SECIUM, Libum est, quod secepita secabatur, Festus.  
 SECIVS. Adū. Videtur idem esse quod SEQUIVS, [Vet. Gloss. Sequius ἑκείων] a quo non magis differt, quam cocus a coquo. Cum 40 igitur sequior sit deterior, minus perfectus aut bonus: secius idem erit, quod deterius vel minus: id quod exempla ostendent. Varro ap. Non. 2, 746 Non modo absens quidquam de te sequius cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem. Liu. 2, 37 Inuitus quod sequius sit de 45 meis ciuibus loquor. Colum. 3, 4, 3 Id enim quasi caput et columen est impensarum, quoniam in eo consistit, melius an sequius terrae mandauerit paterfamilias pecuniam. Charif. 2 p. 195 Secius pro minus Afran. Repudiato, Perdit ingens imbecillitas tua me, quo secius me colligam. Sequius Idem in eodem, Sin id quod non spero, ratio talis sequius ceciderit. In primis vero eum non iungitur, ut non minus. Virg. Georg. 3, 367 Interea toto non secius 50 aequore ningit. Et Aen. 7, 781 Filius ardentis haud secius aequore campi Exerebat equos: Seruius, non segnius patre: non quasi per se secius sit segnius: verum hoc in loco substitui potest. Interim pro secius saepe segnius esse in libris, obseruant viri docti, v. g. Heins. ad Ouid. Met. 2, 809 Felicisque bonis non secius vritur Herfes, Quam cum etc. quod videtur ex altera scriptione sequius ortum esse. Virg. Aen. 9, 441 Instat non secius, ac rotat enses Fulmineum. Etiam hic illa confusio obseruata viris doctis. Aen. 5, 862 Currit iter tutum non secius aequore classis. Sic pro nihilominus Ter. Andr. 3, 2, 27 si. Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hic. DA Sed nihilo secius mox puerum deferent huc ante ostium. Et Substant. Plaut. 60 Menaech. 5, 7, 57 Haec nihilo mihi esse videntur secius, quam somnia. Sed Aduerbialiter Lucret. 6, 314 Nec quod frigida vis sit ferri, hoc secius illa femina concurrunt calidi fulgoris ad ictum. Caes. B. C. 3, 26, 3 Neque vero ille ob eam causam conatu desistebat, sed labore et perseverantia nautarum se vim tempestatis superare posse sperabat, praeteruectosque Dyrrhachium magna vi venti, nihilo secius sequebatur. Saepius ita Nepos, ut 1, 2, 3. 9, 2, 4. 25, 22, 3. Loca Poetarum plura dedit Heins. ad Ouid. Met. 2, 809. Conf. infra SEQUIOR.

70 ¶ 2 Cognationem cum hoc Comparatiuo habere videtur Secus, non secus: sed repugnat modus primae Syllabae, quae in sequior, sequius, secius semper longa est, breuis in Secus: quod seorsim ideo tractamus. Conf. praesertim n. 3.

SECLVDO, si, sum, ēre. [ἐκκλείω] Seorsum claudere. Cic. Tusc. 1, 72 c. 30 Nam qui se humanis vitiis contaminassent, et se totos libidibus dedidissent, etc. iis deuium quoddam iter esse seclusum a concilio deorum. Propert. 1, 20, 29 Ille sub extrema pendens secluditur ala. Intus ale, et similes inter seclude puellas Stat. Achill. 1, 359. Thetis ad Lycomedem de suo Achille. Nemus seclusum in valle reducta Virg. Aen. 6, 704. A conspectu parentum ac liberum, denique a libero spiritu et communi luce seclusum Cic. Verr. 80 5, 23 c. 9. Virg. Aen. 1, 561 Soluite corde metum Teuceri, secludite curas. Plaut. Rud. 1, 4, 1 Quid magis in rem est meam, quam corpore vitam secludam? i. Quam ut me occidam?

85 SECLVSVS, a, um. Virg. Aen. 6, 703 — videt Aeneas in valle reducta Seclusum Nemus, i. Separatum. Seclusa sacra dicebantur, quae Graeci μυσήρια, appellant, Festus.

SECLVSORIVM, l. n. [ἐκκλειστήριον] In quo aliquid secluditur. Varro de R. R. 3, 5, 5 Quum opus sunt ex hoc auariorum, ut sumantur idoneae, excluduntur in minusculum auarium, quod est coniunctum cum maiore ostio et lumine illustriore, quod seclvsorium appellant.

90 SECO, secui, seclum, āre. [τέμνω, πρὸς] Idem fere quod scindere, diuidere. Cic. Timaeo 21 c. 7 Atque ita permittum illud, ex quo haec secuit, iam omne consumserat. Columel. 2, 11 Quum secueris autem herbam medicam, saepius eam rigato. In frustra secare 95 Virg. Aen. 1, 212. Infinite secare atque diuidere, vid. INFINITVS. Aequora vltima secare fuga Virg. Aen. 5, 28. Proprie dictum: nam infima pars nauis, carina secat, scindit, diuidit mare: inde ad omnem transitum refertur. Aequora secare aerata naue Virg. Aen. 10, 166. Aethera pennis secare Idem Georg. 1, 100 408. Secuit sub nubibus Arcum Id. Aen. 5, 658. Campos salis aere secare, Secare mare nauibus aeratis Id. Aen. 10, 214. Capillos secare Martial. 5, 49. Congeriem dispositam Deus secuit Ouid. Met. 1, 33. Corpora secant hirsuti vepres Virg. Georg. 3, 444. Crinem secare Virg. Aen. 4, 704. Culta pinguis secat fluius Idem ibid. 8, 63. Quid esset in LL. XII tabularum secare 105 Debi-



*Debitorem, disputatur.* Gell. 20, 1. et Quinctil. 3, 6, 84. *mibi persuadent, re ipsa permissum fuisse creditoribus, secare in partes ipsum corpus debitoris: sed nunquam eo deuentum: qualia etiam in Germanorum legibus veteribus fuisse accepimus.* Herbas secare Virg. Georg. 3, 126. Marmora secanda Hor. Carm. 2, 18, 17. Ouid. in Ibin 275 Sic aliquis sua membra fecet, Saturnus ut illas Subsecuit partes, unde creatus erat. Pabulum secare Caes. Bell. Gall. 7, 14. Plantas teneras secat glacies Virg. Ecl. 10, 49. Terga secare verberare in torto Tibul. 1, 9, 22. Martial. 12, 57 Dicet, quot aera verberent manus vrbis, Cum secta Colcho Luna vapulat rhombo. Varices secare alicui Cic. Tusc. 2, 35 c. 15. Ventos secare Virg. Aen. 4, 257. conf. Stat. Theb. 8, 717. Virg. Aen. 6, 899 Ille Viam secat ad naues: Gr. *ῥήμειν ὁδόν.* Hinc velut diuersae secari coeperunt Viae Quinctil. 3, 1, 14. *Dausqu. ad Basil. Seleuc. interpretatur, per compendium ire. conf. Drakenb. ad Sil. 2, 86.* ¶ 2 Obsl. 15 Virg. Aen. 10, 107 Quae cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem. Vbi Seruius: Secat, Sequitur, tenet, habet: ut, Ille viam secat ad naues. Unde et Sectas dicimus, Habitus animorum, et instituta philosophica circa disciplinam, vid. quae monemus voce S E C T O R. Magnae lites secantur bono viro iudice, i. dirimuntur Hor. Ep. 1, 16, 42. Ridiculum acri Fortius ac melius magnas plerumque secat res Id. Sat. 1, 10, 14. Exfors secandi cos Id. de Arte Poët. 305.

SECANS, antis. Part. Fluuius pinguis culta secans Virg. Aen. 8, 63. add. ibid. 7, 717. Vndae vada nota secantes Ouid. Met. 1, 370.

SECTVS, a, um. Part. [*σεκτισμένος*] Cic. Tusc. 2, 53 At vero C. Marius rusticus vir, sed plane vir, quum secaretur, ut supra dixi, principio vetuit se alligari, nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus. Annus sectus dimidiatus Proserpinae, dimidio anno apud maritum, altera parte apud matrem commorantis Stat. Theb. 8, 64. Capilli secti Ouid. Met. 3, 506. Compita secta in multas vias Ouid. Amor. 3, 1, 18. Corpus sectum Hor. Carm. 4, 4, 61. Diuisio scrupulose in partes secta Quinctil. 4, 5. Herbae sectae Hor. Serm. 2, 4, 67. Virg. Georg. 2, 278 Arboribus positus secto via limite quadret. Pellis secta, lorum Ouid. Fast. 2, 51. Vnguis sectus Hor. Epist. 1, 1, 104.

¶ 2 Sectius, instar Comparatiui, refert Gell. 18, 9 ex Plauti, ut videtur, Men. 5, 7, 57. Sed ibi secius est: factius autem Trin. 2, 3, 6. Vid. Parei Lex. Crit. p. 1132.

SECATVRVS, a, um. [*σεκτιζων*] Pro Secturus. Columel. 5, 9, 2 Supra quam ramum secaturus es.

SECAMENTVM, i. n. [*σεκίμω*] Quod secando diuiditur. Plin. 16, 10 l. 18 Piceae ad fissiles scandulas cupasque, et pauca alia secamenta, sc. commendantur.

SECARIVS, a, um. Adi. In quo secamenta vel segmenta ponuntur. Cato c. 11 Villicum habere oportet, sportas secarias tres, molas asinarias tres, trufatiles unas. Sed Vetus exemplar habet Faecarius.

SECTIO, ōnis. f. [*σεκτιών, τομή σώματος, διαιρέσις* Gloss. Lat. Gr.] Plin. 25, 13 Bibitur mandragora et contra serpentes, et ante sectiones, punctionesque, ne sentiantur. In infinitum sectio Quinctil. 1, 10, 49. est inter argumenta Geometrica: nempe utrum quod extensum est infinita velut progressionem diuidi possit? an ad atomos veniatur denique? Diuidi sectionibus Vitruu. 2, 2. ¶ 2 Sectiones a veteribus appellatas, quas Narrationes dicimus affirmat Gell. 18, 9.

¶ 3 Sectio, venditio bonorum publica, inde ut videtur, dicta, quod quae quis vniuersa emisset, v. g. bona proscripsi ab Imperatore, ea singulatim venderet, qua ratione secari illa bona videbantur. Sic distrahendi verbo vtuntur Icti. Cic. Philipp. 2, 64 c. 26 Expectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tam demens, tam diis hominibusque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inuentus est nemo praeter Antonium, praesertim quum tot essent circa hastam illam, qui alia omnia auderent. Cic. de Inuent. 1, 85 c. 45 Hoc commode reprehenditur, si dici possit ex hostibus equus esse captus, cuius praedae sectio non veniret, i. ubi quis pro se quod rapuisset retineret, non collata in unum praeda, et diuendita deinde a quaestore. Interdum nempe sectio sunt ipsae res, quae diuenduntur et distrahuntur. Tac. Hist. 1, 90 Reliquias sectionum Neronianarum nondum in fiscum conuersas reuocatis ab exilio concessit. Caes. Bell. Gall. 2, 33 Postridie eius diei refractis portis quum iam defenderet nemo, atque inromissis militibus nostris, sectionem eius oppidi vniuersam Caesar vendidit, i. Bona oppidi vendidit sub hasta. Sectionibus et cognituris vberius compendium nactus Sueton. Vit. c. 2. Paetus quidam, exercendis apud aerarium sectionibus famosus Tac. Ann. 13, 23. De qualibet venditione sub hasta. Aerario exhausto, cum largitiones nullas haberet, neque iudici prouincialibus aut senatui aliquid vellet, instrumenta regii cultus, facta in foro D. Traiani sectione distraxit Eutrop. 8, 6. ¶ 4 Sectio, i. Caesura, vid. h. v. sub CAEDO.

SECTOR, ōris. m. [*σεκτιών, πείσις*] Qui secat. Asconius: Sectores dicti sunt, qui spem lucri sui secuti, bona condemnatorum semel auctionabantur, proque his pecunias pensabant singulis (i. omnibus) ac in posterum pro compendio suo singula quaeque pecunia populo vendituri. conf. ibid. p. 84. Unde a Cicerone Philipp. 2, 65 Antonius, Sector Pompeii appellatur, quoniam in substatione bona Cn. Pompeii redemerat. Idem pro Rosc. Amer. 80 c. 29 Nescimus per ista tempora eosdem fere sectores fuisse collorum et bonorum? Nempe, qui bona proscriptorum emerant, eorum erat curare, ne ea aliquando veteres domini possent repetere. Cic. pro Rosc. Amer. 80 c. 29 Nonne cogitas, te a sectoribus huc adductum esse? Et Philipp. 2, 39 Et eius viri nomine me insectari audes, cuius me amicum, te sectorem esse fateare. Idem Fam. 15, 19 Sullam sectorem vocat, ubi Io. Fr. Gronovius Sectorem ita, ut a nobis hic factum, describit. Ad hunc Sullam pertinet locus, quem mox ponimus voce SECTRIX. Vbi que hasta et sector, et inquieta vrbis auctionibus Tac. H. 1, 20, 4. de reuocatis donationibus Neronianis. Populus sui fauoris sector Lucan. 1, 178. i. Venditur, siue auctionator suffragiorum comitialium. Voluit Annibal contra fiduciam imitari; subiecitque argentarias Urbis tabernas; nec sector inuentus est Flor. 2, 6, 48. Sector Zonarius, de quo vid. ZONARIVS. ¶ 2 Qui emit bona damnati aut proscripsi, sectione vendenda. Cic. Verr. 1, 52 c. 20 pr. Quid tum hos de te iudicatuos arbitratus es, cum viderent, te iam non contra accusatorem tuum, sed contra quaestorem sectoremque pugnare. Signa e domo sua sustulerat Verres, ne illa se repetundarum damnato, cum reliqua re familiari sua redigerentur a quaestore in publicum, et a sectore emta venderentur. Ad hunc locum Asconius, Sectorem dicit aestimatorum redemptoremque bonorum damnati atque proscripsi,

105

qui spem sectans lucri sui, id est secutus spem aestimationis suae, bona omnia auctione vendit, et simul infert pecuniam vel aerario vel focis. Deriuat ergo sectorem et sectionem a sequendo, s. sectando: sed ab his secutor et secutio, vel sectator et sectatio esset potius. Malim a secando s. distrabendo deriuari haec nomina: vel si omnino a sequendo; cogitandum tamen, etiam verbo secare hanc notionem videri inesse, vid. Seruiana obseruatio, quam damus voce SECO n. 2. Add. Cic. Verr. 1, 61 c. 23 extr.

SECTRIX, icis. f. Plin. 36, 15 Vnde enim illi vitricus Sulla, et Metella mater, proscriptionum sectrix?

SECTVRA, ae. f. [τμήσις] Idem quod Sectio. Varr. L. L. 4, 23 p. 29, 28 Scutum a sectura, vt secutum, quod minute confectum sit tabellis. Plin. 17, 17 Vt sectura inferior ponatur semper, vid. Idem 37, 8. Caes. Bell. Gall. 3, 21 Illi alias eruptione tentata,

alias cuniculis ad aggerem vineasque actis, cuius rei longe peritissimi sunt Aquitani, propterea quod multis locis apud eos aerariae secturae sunt. Videtur, pro Fodinis accipere, ubi secant et persequuntur vias aeris.

SECTILIS, e. Adi. [τμήσις] Quod sectum est, aut secari solet. vt Sectile porrum Iuuenal. Sat. 3, 293. Plin. 16, 39 de quibusdam arboribus, Ad fabrorum intestina opera Medulla sectilis. Ebur sectile Ouid. de Medicamine faciei v. 10. Plin. 16, 43 Magna autem et glutini ratio, propter ea quae sectilibus laminis, ac in alio genere operiuntur. Id. 16, 43 de lignis, Durabilia ac sectilia, quae modice humida. Ibid. Dat et alnus tuber sectile, sicut cedrus acerque. Sunt etiam Lapidis sectiles Plin. 36, 22. Sueton. in Iul. c. 46 Multi enim prodiderunt in expeditionibus tessellata et sectilia pavimenta circumtulisse. Vitruu. 7, 1 Ad regulam et libellam exacta pavimenta struantur siue sectilibus seu tessellis. Per Sectilia intelligimus Sectas paruas marmoreas crustas in variis interdum colores.

SECTIVVS, a, um. Adi. Idem. vt, Sectiuum porrum, quod folia eius saepius secantur, vt profundius crescat Columel. 11, 3. Apud Martialem titulus est, Porri sectiui 13, 18. Plin. 19, 10 Sectiui duo genera. add. Idem ibid. c. 6 et 31, 11. Columel. 12, 47. Pallad. Febr. t. 24.

SECABILIS, e. Adi. Lactant. de Ira Dei 10 Diuidua et secabilia sunt. Auson. Ecl. 1, 7 Secabile segmen.

SECALIS, is. n. Frumenti genus, vid. supra s. l.

SECAMEN, inis. n. Sidon.

SECULA, ae. f. Instrumentum rusticum. Varro de L. L. 4,

31 p. 33, 32 Seculae falces, a secando.

SEGMENTUM, inis. n. Quidquid ab aliquo refecatur: a secando, quasi Secmen dictum, C in G mutato. Plin. 13, 12 s. 23 Segminibus vtrinque amputatis. Harduin. refegminibus. Gell. 10, 15

Vnguium Dialis et capilli segmina subter arborem felicem terra operiuntur.

SEGMENTVM, i. n. [ἀποκόμματα Onomast. Vet.] Plin. 36, 6 Crassior arena laxioribus segmentis terit, et plus erodit marmoris. Plin. 6, 33 extr. Plora sunt autem haec segmenta mundi, quae nostri circulos appellauere, Graeci parallelos. Idem, Quod superest terrarum, tribus assignatur segmentis.

¶ 2 Segmentum, Ornamentum colli quod monile vocatur, secundum Seru. Aen. 1, 658. sic dictum, quod ex segmentis fieri consuevit, id est ex bracteolis argenteis, aureisque. Val. Max. 5, 2, 1 In Coriolani mentione, Senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornauit. Sanxit namque, etc. Permisit quoque his purpurea veste, et aureis vti segmentis. Muliebria haud dubie ornamenta sunt. Iuuen. Sat. 2, 124 Segmenta et longos habitus, et flammea sunit. Vet. Schol. fimbria s. intelligit. Sunt qui interpretantur Fasciolas, quae in vestis extrema parte assutae, tum

60 etaeque ornamento sint indumentis muliebribus, vel quibus noua nupta amictatur. Nihil puto definiti potest, praeter hoc fuisse ornatum ex minute sectis taeniis, panniculis, laminisque constantem, quo deliciares et fastigii alicuius mulieres, non item humiliores, nisi dissimulatae forte humilitatem, uterentur. Ouid. Am. 3, 169 Quid, de veste loquar?

65 nec vos, segmenta, requiro: Nec quae bis Tyrio murice, lana, rubra conf. Auson. Mosell. v. 119. Ferrar. de Re Vest. 3, 17. Salmas. ad Vopisc. Aurel. c. 46.

SEGMENTATVS, a, um. Plautus . . . Quam pulchre segmentatam vestem. Velamina sacri pontificis, Quae segmentatus

70 mediis altaribus adstat Arator in Act. Apost. c. 16. i. variis laciniis et segmentis distinctam. Martial. 6, 74 in descriptione hominis senectutem dissimulare ac tegere studentis, Caluam tripilem segmentatus vnguento, i. cum tres modo pili supersunt in calua potius quam capite, vnguento paulum tenaci, nigri, puto coloris illito, et setis vel pectine in

75 formam qualemcunque pilorum diuiso, et sic segmentatus aut fimbriatus potius quam comatus aut capillatus. Sed cum Scizontes quarta sede iambum postulent ordinarie; semitatus aliis magis placet, semitactus, in quantum tangere est illinere, Scaligero. Iuuen. Sat. 6, 89 Et segmentatis dormisset paruula cunis, Vet. Schol. Segmenta dixit vittam

80 pendentem vestibus intextam auro. Itaque fascias etiam interpretatur Grangaenus. Sed nec damnare ausim, qui dicunt segmentatis, i. Vermiculato emblemate pictis, vel praesegminibus, id est tenuissimis ligneis ramentis, ac versicoloribus depictis. Paginae Tulliano segmentatae auro Symmach. 3, 12.

85 SECORDIA, SECORS, vid. SOGORS.

SECRETARIVM, SECRETARIVS, SECRETO, SECRETVS, vid. SECERNO.

SECTA, SECTARIVS, SECTATOR, vid. SEQVOR.

SECTILIS, SECTIO, SECTOR, SECTVS, vid. SECO.

90 SECTOR, ari. vid. SEQVOR.

SECVBO, ui, itum, are. [ἀνοχορῶ] Separatim siue seorsum curbare, diciturque de coniugibus et amantibus, cum non utuntur concubitu. Propert. 2, 25, 5 Miles depositis annosus secubat armis. Liu. 39,

10 Per iocum adolescens vetat eam mirari, si per aliquot noctes secubasset. Sueton. in Tiber. c. 7 Cum Iulia primo concorditer et amore mutuo vixit: mox diffedit, et aliquanto grauius, vt etiam perpetuo secubaret. Secubans angusto Apul. Met. 2. In vacuo

100 toro secubare Ouid. Amor. 3, 9, 34. conf. Tibull. 1, 3, 24. Catul. 60, 105 Non tuus leuis in mala Deditus vir adultera Probra turpia persequens, A tuis teneris volet Secubare papillis.

SECVBIVS, us. m. [ἀνοχορῆσις] vt, Catul. Argon. 379 Anxia nec mater discordis moesta puellae Secubitu. Tristes secubitus ferre Ouid. Amor. 3, 10, 43.

SECVBATIO, onis. f. Solin. c. 39.

105

SECUBITO, Ære. Frequent. Lucil. apud Non. 4, 397 Si secubitet, sic quoque a me, quae roget, non impetret.

SECVLA, vid. supra in SECO.

SECVLVM, siue per Sync. SECLVM, f. quod Graecorum usus *αἰών*, et numi atque lapides suadent, SAECVLVM vel SAECLVM, i. n. [*αἰών*] Pro Certo annorum ambitu usurpari solet. Videtur idem Latinis significare, quod *γενεά*, vel *αἰών* generatio vel aeuum: siue a sequendo sequiculum sit, b. e. successio quaedam, suboles, vel soboles: siue, quod Varroni placet, feniculum a senum aetate. De modo s. numero annorum, quo pro diuersis institutis gentium contineretur saeculum, vid. Censorin. de Die nat. 17. et quae ibi Lindebr. Romanis fere placuit spatium centum annorum. Varr. de L. L. 5, 2 p. 46, 4 Saeculum spatium annorum centum vocarunt, dictum a sene, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarunt. Et 4, 1 p. 6, 13 Tertium saeculum non videt eum hominem, quem vidit primum. Liu. 1, 18 scribit, Numam Pompilium ante Pythagoram ducentis ferme annis fuisse. De eadem re Cic. de Orat. 2, 154 c. 37 Ex quo etiam quidam Numam Pompilium regem nostrum fuisse Pythagoraeum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras: quo etiam maior vir habendus est, quum illam sapientiam constituendae ciuitatis, duobus prope saeculis ante cognouit, quam eam Graeci natam esse senserunt, vid. SAECVLARES Ludi. Nempe hoc circiter longissimum est spatium vitae humanae. Hoc vero spatio dimensos esse saecula priscos, narrat Censorinus l. c. In vnaquaque ciuitate quae sint naturalia saecula, rituales Etruscorum libri videntur docere: in quibus scriptum fertur, initia sic poni saeculorum. Quo die vrbes atque ciuitates constituerentur, de his, qui eo die nati (i. in vita) essent, eum, qui diutissime vixisset, die mortis suae primi saeculi modulum finire: eoque die qui essent reliqui in ciuitate, de his rursus eius mortem, qui longissimam aetatem egisset, finem esse saeculi secundi: sic deinceps tempus reliquorum terminari. Illud certe hinc etiam colligitur, saeculi nomine spatium vitae humanae designari. Seruius in illud Virg. Aen. 8, 508 Sed mihi sera gelu, saeculisque effoeta senectus. Notandum, inquit, dicta saecula etiam in vno homine, secundum eos, qui dicunt saeculum triginta annos habere. Nam alii volunt centum et decem: alii mille annis putant saeculum contineri. Haec ille. Caeterum Saeculum, mille annos habere frustra probatur ex nugaci versu Plaut. Milit. 4, 2, 87 Quin mille annorum perpetuo viuunt, ab saeculo ad saeculum: potius hoc dicit, multa saecula aliorum viuendo illos complecti. Milenarium saeculum in numis Philippi Aug. ad ludos saeculares illius millesimo vrbs Romae anno celebratos respicit. Pro tempore vitae Apul. Met. 11 p. 242, 26 Pric. Cum spatium saeculi tui permensus ad inferos demearis. Sic Scalig. interpretatur Manil. 2, 584 de Pylade et Oreste, Lis vna fuit per saecula mortis, i. toto vitae illorum tempore. Sed Huertius de omnibus saeculis interpretatur, quasi id nunquam usu venerit. Cic. Verr. 3, 21 Verres tot annis atque adeo saeculis inuentus est, qui haec non commutarit, sed euerterit: per tot hominum generationes s. successiones, non vult finire tempus. Cic. Verr. 4, 122 Parietes, quorum ornatus tot saecula manserat. Idem Acad. 4, 15 Nihilne tot saeculis, summis ingeniis, maximis studiis explicatum putamus? Cic. de Clar. Orat. 74 Atque vtinam exstarent illa carmina, quae Multis saeculis ante suam aetatem in epulis esse cantitata a singulis conuiujs, etc. Idem Fam. 11, 14 In multa saecula videbamus Remp. liberatam. Add. in Catilin. 2, 11. Saeculis multis ante gymnasia inuenta sunt, quam in his philosophi garrere coeperunt Cic. de Orat. 2, 21 c. 5. Idem Verr. 4, 73 Aliquot saeculis post P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem cepit. Idem de Vniuers. 1 Quum aliquot saecula in Italia viguisset. Crescat opus totisque exspectent saecula ripis Stat. Theb. 11, 592. Magnus ab integro saeculorum nascitur ordo Virg. Ecl. 4, 5. Proximo saeculo Pisistratum Themistocles insecutus est Cic. Bruto 41. 60 Sempiternis saeculorum aetatibus non immutari Cic. de Nat. Deor. 2, 53. Vitae vestrae tot saecula aguntur Ouid. Met. 3, 444. Proinde licet quotuis viuendo condere saecula Lucret. 3, 1103. Multaque viuendo vitalia vincere saecula Lucret. 1, 203. ¶ 2 Pro hominibus vna viuentibus, praesertim in quantum mores et studia illorum laudamus vel vituperamus. Saepe ita Plinius Consul, ut Epist. 10, 1 et saepe in Panegyrico saeculum Imperatoris Traiani, i. homines, quales sub tali Imperatore esse deceret. Ita 4, 15, 8 Saeculum ferax bonis artibus. Et 5, 17, 6 Fauco enim saeculo, ne sit sterile et effectum, etc. Cic. in Parad. 6 Etiam ipse fortasse in huius saeculi errore verfor. Id. Philipp. 9, 13 Huius saeculi insolentia. Aereum saeculum, vid. AES. Serere arbores quae alteri saeculo profint Cic. de Sen. 24. Asperatum positum mitescent saecula bellis Virg. Aen. 1, 295. Aurea saecula, vid. AVRVM. it. AETAS, AVREA. Euerso succurrere saeculo Virg. Georg. 1, 501. Focunda culpa saecula Hor. Carm. 3, 6, 17. Impia saecula Virg. Georg. 1, 467. O saeculum Insipiens et Inficetum Catull. 41, 9. Pronum in omnia mala et in luxuriam fluens saeculum Flor. 4, 12, 65. Rude saeculum Quinct. 2, 5. Martial. 10, 19 ait scribi a Plinio Hoc, quod saecula posterique possint Arpinis quoque comparare chartis. Tac. Germ. 19 verba faciens de eorum in puniendis adulterijs seueritate: Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere et corrumpi, saeculum vocatur. ¶ 3 Saeculum, siue Saeculum, saepius Lucretius usurpat pro Genere, sobole, multitudine: Sic 3, 980 Materies opus est, vt crescant postera saecula: quae tamen omnia te vita perfuncta sequentur. Et 3, 629 Priora saecula scriptorum, i. scriptores priores. Et 2, 77 Animantum saecula in breui spatio mutantur. Serpentina saecula 6, 766. Bucera saecula Lucret. 5, 864. vid. BV-CERVS in BOS. Desiperent homines, saperent fera saecula ferarum Lucret. 3, 753. Et muliebre oritur patrio de semine saeculum Idem 4, 1221. Et genus humanum parit omnia saecula ferarum Id. 2, 994. Vt propagando possit prociudere saecula Idem 5, 848. Efficit vt cupide generatim saecula propagent Idem 1, 21. Saecula leonum Lucret. 5, 861. Hinc audacissime Arnob. 7 p. 230 explicat Aerumnas, prima in gurgulionibus capita, qua deicere cibos et referre natura est ruminantibus saeculis, i. animalibus ruminantibus. Etiam animae in quantum sibi succedunt, et ex *αἰών* s. inferis in lucem veniunt. Claudian. de Raptu Prof. 2, 311 Cunctaque praecipiti stipantur Saecula cursu Insignem visura nurum, i. animae omnium saeculorum apud inferos, suo tempore ad superos nascendo venturae. Stat. Theb. 11, 592 de inferis, Totisque exspectent saecula ripis. Claudian. in Rufin. 2, 473 Huc post emeritam mortalia saecula vitam deveniunt. Vtroque loco animae defunctorum notantur. Etiam de generibus rerum inanimatarum Lucret. 2, 1112

Nam sua cuique locis ex omnibus omnia plagis

Corpora distribuuntur, et ad sua Saecula recedunt:

Humor ad humorem; terreno corpore terra

Crescit, et ignem ignes producunt, aetheraque aether.

Saecula sunt aetates, generationes, genera.

¶ 4. Ex illa ratione, quam n. 2 explicauimus est, quod Saeculum Christiani scriptores ponunt, ut Graeci αἰῶνα pro hac vita naturali et civili, tum pro hominibus, in quantum non ad alteram vitam videntur respicere; sed spes ac metus suos hac mortali vita terminare. Sic Digredi saeculo, educi saeculo Tertull. i. mori.

Demorari in saeculo Zeno Veron. Serm. de S. Arcadio, in fine. Inquietum saeculi pelagus

Caesarius Arelat. Homil. 18. Salum saeculi Ruric. Epist. 2, 12. conf. Prudent. Perist. Hymn. 3 extr. et Cathem. 5, 109. Paullin. Nolan. ad Nicet. v. 173.

Petit a me in saeculo iudicium, cum ego ipse

Christi iudicium expectem Optatus Mileu. l. 1. Pompa saeculi

Tertull. Nonnunquam strictiore significatione de gentilibus adhibetur.

Videmus etiam saeculi exempla Tertull. Exhort. ad Cast. c. 13. add. Hieron. adu. Iouin. 3, 26 seq.

Sic, saeculo mori, de monachis.

SECVLARIS, vel SAECVLARIS, e. Epitheton in primis Ludorum saecularium, de quibus Censorin. 17 Romanorum saecula quidam ludis saecularibus putant distingui; cui rei fides si certa est, modus Romani saeculi est incertus: temporum enim interualla, quibus ludi isti debeant referri, non modo quanta fuerint retro ignoratur: sed ne quanta quidem esse debeant, scitur, etc.

Est enim locus bene longus et classicus: cui si adiungas Carmen saeculare Horatii,

¶ 25 quod Epodis subici solet (quod aliis quibusdam eius Poetae carminibus coniunctis ingeniose amplificatum Sanadonius dedit) itemque locum insignem Zosimi 2, 1-6 qui carmen etiam Sibyllinum posuit, cuius praescripto celebrati dicuntur: habebis velut fundum praecipuum eorum, quae ab O.

Panuinio, Pet. Tassinio, Turrettino, a me etiam Gesnero, et aliis saecularibus libellis de annis ludisque saecularibus disputata sunt. Multa illorum in Numis Augusti, Domitiani, Seueri, Philippi memoria: ipsum etiam nomen SAECVLARES LVDI, vel SAECVLARIA SACRA.

Plin. 7, 48 Minus miror Stephanionem — vtrisque saecularibus ludis saltasse, et diui Augusti, et quos Claudius Caesar Consulatu suo IV fecit, quando LXIII non amplius aevi interfuere. Finiamus verbis Censorini, postquam recensuit ludos, Hinc animaduertere licet, neque post centum annos, vt hi referrentur ludi statum esse, neque post centum decem.

¶ 2 Auctores Christiani vtuntur, vt saeculo.

Viri saeculares Tertull. de Corona c. 7. Codices saeculares, i. Profani Hieron. Epist. 22, 13. Feminae saeculares Tertull. Exhort. ad Cast. c. 13. i. gentiles. Militia saecularis Vinc. Lirin.

SECVM. [μῆρ' εἰς] Dictione composita ex Ablatiuo Se, Pronominis Sui: et Praepositione Cum, quasi dicas Cum se Cic. Att. 8, 22.

Carinis aliquid secum aduchere Virg. Aen. 2, 179. Habeat secum

Virg. Aen. 4, 29.

SECVNCIVS, vid. SESQVINCIVS.

SECVNDVS, a, um. Adi. [δευτερος] Quod sequitur primum: et tam numerum, quam ordinem denotat.

Si te secundo lumine hic offendero Poeta apud Cic. Att. 7, 26. i. sequenti. Plaut. Poenul. 1, 2, 118 Primum prima salua sis, et secunda tu secundo salue in pretio.

Cic. in Orat. 50 c. 15 Quoniam id secundum erat de tribus. Prima sequentem, honestum est in secundis tertiisque consistere Idem in Orat. c. 1. conf. Quintil. 12, 11. Nep. 16, 4, 3. Secundus alicui re quapiam Virg. Aen. 11, 441. Nulli virtute secundus Sil. 7, 55.

Forma nulli secunda Ouid. Amor. 1, 8, 25. Secundus a rege Hirt. Bell. Alex. 66. Cic. de Finib. 3, 32 c. 16 Nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem, sed eos, qui in aliquo honore sunt: quorum ordo proxime accedit vt secundus sit ad regium principatum.

Auctoritatis secundae Plin. 35, 6. Secundum Genus Hominum Flor. 3, 20, 1. i. serui. Heres secundus, vid. HERES. Cic. pro Caecin. 23 Maxime fuit optandum Caecinnae, recuperatores, vt controuersiae nihil haberet: secundo loco, vt ne cum tam improbo homine: tertio, vt cum tam stulto haberet.

Locus in dicendo secundus: Cic. Att. 2, 8 Et ille secundus in dicendo habet auctoritatem paene principis, et voluntate non minus deuinctam beneficio COS. conf. ibid. 1, 13. Cic. Att. 14, 6 Haec ad te scripsi apposita secunda Mensa. Idem Fam. 16, 21 In lacinia seruantem ex mensa secunda femina. Virg. Georg. 2, 101 Non ego te diis, et mensis accepta secundis Transferim Rhodia. conf. Nep. 17, 8, 4. Notae secundae vites. h. e. Bonitatis et praestantiae Columel. 3, 2. Panis secundus, idem qui Secundarius Hor. Epist. 2, 1, 123 — viuit filiquis, et pane secundo.

Partes tractare secundas, Tragoediae scilicet. Hor. Epist. 1, 18, 14. conf. Suet. Calig. c. 57. it. Torrent. ad Horat. l. c. Cic. Diuinat. Verr. 48 c. 15 Vt in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium, quum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, nullum submittere, vt ille princeps quam maxime excellat. conf. Ascon. in Diu. Cic. p. 34. Vid. PARS. Interdum reticetur Substantiuum. Plin. 7, 12 Eiusdem familiae Scipioni post eum cognomen Salutio mimus dedit: sicut Spinter secundarum, tertiarumque Pamphilus, collegio Lentuli et Metelli COS. Secundas agere, pro Assentiri alicui et paene assentari. Senec. de Ira 3, 8 Caelium oratorem fuisse iracundissimum constat: cum quo coenabat in cubiculo lectae patientiae cliens: sed difficile erat illi in crapulam coniecto rixam eius, cum quo edebat, effugere. Optimum iudicauit, quidquid dixisset sequi, et secundas agere. Non tulit Caelius assentientem, sed exclamauit, Dic aliquid contra, vt duo simus. Secunda Sortis ingenia Sen. ep. 52. Id. de Benef. 5, 25 Moneri velle et posse secunda Virtus est, nempe cum prima sit non indigere monitore. Plura ad b. l. similia Gronou.

¶ 2 Secundus, pro Paulo minore Hor. Carm. 1, 12, 18 de Ioue,

Vnde i. e. ex quo nil maius generatur ipso,

Nec viget quidquam simile, aut secundum:

Proximos illi tamen occupauit

Pallas honores.

Aliter et magis proprie Eumen. Paneg. 4, 14, 3 Fronto Romanae eloquentiae non secundum sed alterum decus, vid. ALTER n. 5.

Nempe apud Horatium secundus ex etymo suo est, qui sequitur et sine interuallo adhaeret, cum aliquis esse possit Proximus e longo, sed proximus interuallo: Eumenio secundus post alterum est, alter diuersus quidem, sed par. Animal pulcherrimum et diis secundum Sen. ep. 92 de homine. Ad similitudinem fortunae et fati pertinet illud, Infelix fidei, miseraeque secunda Sagunto Perilia Sil. 12, 431.

¶ 3 Secundus, Beneuolus et fauens, item laetus et facilis. Translatio a vento secundo, nauis

*navis cursum adiuuante, et nautis optabili: quare etiam Amnem et Auram et Flumen etc. huc retulimus. Felix nauigatio, si ventus sequatur, et a puppi impellat nauem.* Si quid secundi euenisset Nep. 7, 8, 4. Cic. Q. Frat. 2, 1 Multa feci verba de toto furore latrocinioque P. Clodii: tanquam reum accusaui multis et secundis Admurmurationibus cuncti Senatus. **A**ctiones secundae Quinctil. 4, 1. Amni secundo pars caetera defluit Virg. Aen. 8, 549. Amni secundo missus defluit aries Virg. Georg. 3, 447. Defluit, Cum aqua scilicet. Seruius. Amor summe secundus Lucret. 4, 1135. **A**uibus secundis, de auguribus Liu. 6, 12. **A**ura secunda, *Grata, adspirans, prospera* Plin. 10, 8, 32. **S**ecunda vis Aquae Sen. Q. Nat. 3, 26. Liu. 6, 40 **O**mniane semper quae magistratus ille dicet, secundis Auribus: quae ab nostrum aliquo dicentur, aduersis accipietis? **A**uspicia secunda Hor. Carm. 4, 14, 16. — **S**ecundissima Suet. Galba c. 9. **C**lamor secundus Virg. Aen. 5, 591. **I**ta instruxit aciem, vt Romanis aduersus haec omnia obuertis quasi secundum Caelum tenens, vento, pulvere, sole pugnaret Flor. 2, 6, 16 *de Hannibale.* Virg. Aen. 1, 160 **F**leat equos, curruque volans dat lora secundo. i. e. *inquit* Seruius, Obsequenti Troianis. **E**t tractus est sermo a sequentibus seruis, i. e. pedisequis secundis. **V**nde et Secundam fortunam dicimus: quod secundum nos est, i. e. prope nos. *Vide, an simplicius sit dicere etiam hic translationem esse a nauigatione.* **S**ic Curfus secundos dare Virg. Aen. 3, 460. **D**i faciles, et in amore secundi. Ouid. Epist. 18, 3. **E**xistimatio secunda, *h. e. Fama prospera* Suet. in Claud. Caes. c. 7. **E**xitus secundi Hor. Carm. 4, 14, 38. **F**ama secunda, *Felix, prospera* Liu. 27, 10 **F**lumen secundum Tacit. Hist. 5, 23. **F**lumine secundo remis augetur curfus euntis. Ouid. ex Pont. 4, 15, 27. Cic. Verr. 1, 38 **S**i nulla religionem fors habebit, nullam societatem coniunctio secundae dubiaeque fortunae, nullam auctoritatem mores atque instituta maiorum. **F**ortuna aduersa, et **S**ecunda, *contraria* Virg. Aen. 9, 282. Nep. 9, 5, 1. et 20, 1, 2. Gell. 7, 3. **L**aboribus secundis creuit Romana pubes, *i. Prosperis* Horat. Carm. 4, 4, 45. **L**eges secundissimae plebi, aduersae nobilitati Liu. 8, 12. **M**are secundum Liu. 29, 7. Tacit. Ann. 15, 34 **P**rouidum potius, et secundis numinibus euenit. **O**mine secundo ire Hor. Carm. 3, 11, 50. **O**ratio secunda, *Grata, plausibilis* Sallust. in Iugurth. 65. **P**lausuque volat fremituque secundo Virg. Aen. 5, 338. Cic. Tusc. 2, 4. **E**st enim Philosophia paucis contenta Iudicibus, multitudinem consulte ipsa fugiens, eique ipsi et suspecta et inuisa: vt vel si quis vniuersam velit vituperare, secundo id Populo facere possit. *conf.* Flor. 3, 15, 3. **T**acit. Hist. 4, 79 **S**ecundum Praelium fecit. **R**es secundae, *Prosperae, ex animo succedentes.* **D**ictae (vt ait Festus) non a numero, sed quia vt velimus sequantur. **R**es aduersae, secundae Nep. 7, 6, 2. **S**ecundae Res sapientum animos fatigant Sallust. Catil. c. 11. Cic. de Amicit. 22. **N**am et secundas res splendidiores facit amicitia, et aduersas partiens, communicansque leuiore. Ter. Andr. 5, 6, 11 **A**ge, me in tuis secundis rebus respice. Hor. Epist. 1, 10, 30 **Q**uem res plus nimio delectauere secundae, Mutatae quatient. Ter. Heaut. 2, 2, 1. **S**i mihi secundae Res de amore meo essent, iamdudum scio venissent. Hor. Epist. 1, 10, 9. Virg. Aen. 8, 90. **E**rgo iter incoeptum celerant rumore secundo. *Vid. R V M O R.* **E**tesiae et austri anniuersarii Sole secundo stant Nigid. ap. Gell. 2, 22: *i. Soleos sequitur.* *Vid. Salmas. Exercit. Plin. p. 890.* **S**quama secunda Nigid. *de piscibus, quae nihil offendit.* *conf. Rutgerf. Var. Lect. 3, 16.* **C**ausa iubet melior Superos sperare secundos Lucan. 7, 49. **T**empestas secunda Tacit. in Vita Agric. 38. **T**empora secunda Horat. Carm. 4, 9, 35. **S**apienter cogitant; qui Temporibus secundis casus aduersos reformidant A. ad Herenn. 4 c. 17. **P**laut. Merc. 5, 2, 34 **H**ic Ventus nunc secundus est, cape modo verforiam. Cic. Att. 2, 16 **Q**uid si etiam Caesarem, cuius nunc Venti valde sunt secundi, reddo meliorem? *per translationem.* **I**dem de Nat. Deor. 3, 83 c. 34 **I**sque quum secundissimo Vento cursum teneret, ridens, Videtisne, inquit, amici, quam bona a diis immortalibus nauigatio sacrilegis detur? **V**erba secunda loqui alicui Ouid. A. A. 1, 584. **V**ictoria Nep. 16, 5, 4. *quae a nobis stat, in nostram partem inclinata est.* **V**ela intendere ventis secundis Virg. Aen. 3, 683. **V**erba irae secunda, *pro Apta et congruentia.* Liu. 2. **V**ires secundae Virg. Aen. 2, 617. **C**aesar Bell. Ciuil. 2, 17 **T**anta ac tam secunda in Caesarem Voluntas prouinciae reperiebatur. Cic. Fam. 13, 19 **P**ansam nostrum secunda Voluntate hominum paludatum ex vrbe exisse cum ipsius causa gaudeo, tum inehere etiam omnium nostrum. *conf.* Id. Att. 1, 17. **C**ompar. Suet. in Iul. cap. 2. **R**eliqua militia secundoire fama fuit. *i. Felicior et magis prospera seu meliore.* **S**ecundoire praelio Caes. B. G. 2, 9. **S**ecundoires res concedere Caes. Bell. Gall. 1, 14. **S**uperl. Hirt. Bell. Alex. c. 11 **P**raelium secundissimum. **R**es secundissimae Cic. Off. 1 c. 26. **O**mnia secundissima nobis accidisse videntur Caes. ap. Cic. Att. 10, 8. **¶** 4 **S**ecundus, *Cognomen apud Romanos, v. g. in Pliniis.*

**S**ECVNDVM. [*ναρξ, μετά, ἕγγυς*] **P**raepositio *Accusatiuo casui feruens, pro iuxta siue Prope.* Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 12 **D**uo vulnera accepisse, vnum in stomacho, alterum in capite secundum aurem. **P**laut. Rud. 1, 2, 60 **Q**uid illuc est Scepario hominum secundum litus? **P**ompeius in Cic. Att. 8, 19 (12) **E**t si secundum mare ad me ire coepisset, confestim in Samnium ad me venturum. **P**ascant secundum flumina Virg. Georg. 3, 143. **¶** 2 **S**ecundum, *Post.* **P**laut. Capt. 2, 1, 42 **N**am secundum patrem tu es pater proximus. Cic. Offic. 2, 11 c. 3 **P**roxime autem et secundum deos, homines hominibus maxime vtilis esse possunt. Liu. 28. **S**ecundum haec Scribon. 193. Liu. 32, 33. **S**ecundum reiectionem Scribon. 183. *i. post vomitum.* Cic. Verr. 3, 114 **A**ppellat heredem L. Annium, qui erat institutus secundum filiam. Cic. de Orat. 1, 264. *f. extr.* **H**oc facilius nobis expones ea, quae abs te de officiis, praeceptisque oratoris quaesita sunt: sed opinor secundum hunc diem: satis enim multa a nobis hodie dicta sunt. **S**ecundum hanc orationem iubet corpus cruci adfigi Petron. 112. **S**ecundum fratrem illis plurimum tribuebat Cic. Acad. 4. **S**ecundum ea quaero, seruarisne in eo fidem, *i. Postea, vel Praeter haec* Cic. in Vatin. 15. **I**dem Pro. Act. in Verr. 33. **T**ua ratio est, vt secundum binos ludos mihi respondere incipias: mea, vt ante primos ludos comperendinem. **S**ecundum te nihil est mihi amicus solitudine Cic. Att. 12, 15. **¶** 3 **S**ecundum, *Pro. vt, Secundum te litem do, i. Pro te: Secundum me iudica, i. Pro me. vid.* Cic. pro Rosc. Com. c. 1. **S**uet. in Claud. Caes. c. 15 **A**bsentibus secundum praesentes dabat. Cic. Verr. 2, 41 **V**tatur instituto suo, ne cogat ante horam decimam de absente secundum praesentem iudicare. **V**lpianus, **E**t post edictum secundum praesentem iudicabitur, ac si praesens esset. **E**x tabella pronunciaisse creditur, secundum eos se sentire, qui vera pro-

posuissent Suet. Claud. c. 15. Secundum causam multa disputare

Cic. Att. 4, 2. Idem Att. 4, 2 Nuntiat iam populo, Pontifices secundum se decreuisse.

Secundum Buthrotios iudicauit Cic. Att. 16, 18.

Principia belli secundum Flavianos Tac. Hist. 3, 7, 1. Cic. de Divin. 1, 126 c. 24

Quumque solidam inuenisset, statuissetque tollere: ei secundum quietem visam esse lunonem: praedicere ne id faceret.

Secundum quod possibile est Paullus in l. i. D. De fundo dotal. Ter. Eun. 5, 9, 60

Postquam eis mores ostendi tuos, et collaudavi secundum facta et virtutes tuas, impetraui. Liu. 30, 31

Dii testes sunt: qui et illius belli exitum secundum ius fasque dederunt. Quae consules decreuerunt secundum Caesaris decreta Cic. Att. 16, 16.

Secundum arbitrium tuum Cic. Verr. 5, 163. Sententiam secundum Plo-

tium dicere Cic. pro Flacc. c. 21. Secundum vota Parthorum perire

Hor. Epod. 7, 9. Sallust. in Iugurth. Secundum ea, vti deliberetis,

SECUNDO. Adu. [*δευτερον*] vid. Charif. 1 p. 92. it. p. 195. Cæ-

cero... Semel hominem allocutus fueram: an secundo mihi redeundum esset, ignorabam. Equidem primum, vt honore dignus essem, laboraui: Secundo, vt existimarer Cic. pro Planc. c. 20.

SECUNDOVM. Adu. Idem. Varro apud Non. 2, 621. Est obscuritas in Aduerbiis, vt puta, secundo factus est, consul, et, secundum fuit consul. Secundo autem ad ordinem pertinet, Secundum ad numerum Augustin. de Grammatica, in Aduerbio.

SECUNDE. Adu. Idem. Cato ap. Gell. 7, 3.

SECUNDAE, arum. f. pl. [*δευτερα*] Membrana illa, qua partus ob-

volutus utero prodit, quae et SECUNDA vocatur. Dictae secundae, quod nascentem infantem sequuntur. Vsque ad eas, quas Secundas vocant, quod velamentum infantis intus fuit Cels. 7, 29 sub f. Haerentes Secundas trahere Scribon. 169. Si Secundae a partu non sequuntur Apul. de Herb. 92, 10. Plin. 20, 9

Brassicae succus contra ardorem febrium et stomachi vitia, vtilissime imponitur, et ad secundas. Idem 20, 13

Feminarum etiam purgationes, secundasque, etiam emortuos partus, vt Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota. Conf. Sen. Ep. 92 supra in RECEPTACVLVM Plin. 27, 8.

SECUNDARIVS, a, um. Adi. [*δευτεριος*] quasi Secundi ordinis.

vt, Panis secundarius Suet. in August. c. 76. Plin. 18, 9 Praeterea floris semodium, et cibarii, quod secundarium vocant, sextarios quatuor, fursuris sextarios quatuor. Sic, Secundarium minium, apud eundem 337. Secundarium Mel, Oleum, Passum Colum. 12 c. 11. 39. 52. Cic. de Clar. Orat. 244 c. 69

Quod idem faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius. i. Secundae, et a Crasso proximae Classis. Sed legendum Secundarum intell. partium actor. Vid. Gronou. Obs. ad Scriptt. eccles. c. ult. p. 287 sq. Cic. de Inuent. 2, 24

In hoc autem loco, caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit, alii nemini causam fuisse faciendi: secundarium, si tantam, aut tam idoneam

45 nemini.

SECUNDANVS, a, um. Adi. Plin. 3, 4. In mediterraneo coloniae Arelate sextanorum, Bliterae septimanorum, Arausio secundanorum. b. e. Sextae, septimae, et secundae legionis vel cohortis militum, Liu. 34, 46. Dum repetunt enixe signum, priores secundani se porta eiecere. Secundani, Secundae legionis milites Liu. 34, 15.

SECUNDICERIVS, sic enim, non Secundocerius, aut Sericerius, legendum est in Codice Iustiniani 12, 7. in Rub. Est autem Secundicerius, Secundarius; sicut Primicerius, Primarius: i. Secundum gradum inter Notarios vocat Ammian. Marc. 29 pr. Sunt primi inter Spectabiles. Vid. l. Scrinii omnibus C. §. Scrinii, de palatinis. De his Cangi- gius in Gloss. et Iac. Gothofred. ad l. 21 C. Th. de petitionib.

SECUNDILLA, mulieris nomen apud Solin. c. 5 Licet plerique definiant, nullum posse excedere longitudinem pedum septem, quod intra mensuram istam Hercules fuerit, deprehensum est Romanis temporibus sub Diuo Augusto Pusionem, et Secundillam denos pedes et apulius habuisse proceritatis, quorum reliquiae adhuc in conditorio Sallustianorum videntur. vid. PVSIO.

SECUNDO, are. [*επισεισισω*] Prosperum reddere. Proprie de vento cum secundus est s. a puppe venit. Propert. 3, 21, 14

Iam liquidum nautis aura secundat iter. Virg. Aen. 7, 259. Di nostra incepta secundent. Aura blanda secundat aquas Ouid. Epist. 13, 136. Visus secundare, et omen leuare Virg. Aen. 3, 36. Deus secundet votum nostrum Senec. Herc. fur. 645. Secundare, In melius conueterere, vel obsequi, vt ait Donatus Ter. Adelph. 5, 9, 37 Haec reprehendere et corrigere me, et secundare in loco. Sed hodie Bentleyo etiam auctore, legunt Obsecundare. Tempus ei rei secundat Plaut. Rud. 4, 2, 3.

SECUNDANS, antis. Partic. [*επισεισισων*] vt, Vento secundante Tacit. Ann. 2, 24, 4.

SECUNDATVS, us. m. Locus secundus. Tertull. de Anima 27

Alteri primatum damus, alteri secundatum.

SECUNDATIO, onis. f. Augustin.

SECUNDATOR, oris. m. Hieron.

SECUNDOVM v. p. supra.

SECVRIDACA, ae. f. Herbae nomen, quae circumligendo se enecat lentem, legitur Plin. 18, 17 f. 44, 3 quam Graecia similitudine peleciton vocant. MSS. ap. Harduin. securiclata. Quod iam Turnebo placuerat. Add. 27, 5 f. 18.

SECVRIS, is. f. [*πτελεξυς*] Instrumentum ad secandum ligna, ad caedendas hostias, bellicum etiam, cognatum Bipenni: certe vtriusque in iisdem rebus et actionibus mentio: quod ostendit Drakenb. ad Sil. 16, 264. Nempe Bipennis est securis habens vtrinque aciem, vt s. l. dictum. Telum est in illo Virg. Aen. 11, 656

Aerata quatiens Tarpeia securim. Instrumentum summi supplicii, capitis amputandi, Cic. Verr. 1, 7

Agunt cum praecipitem poenae ciuium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit. Acies securium Cic. Verr. 5 c. 43 extr. Amazonia securi obarmat mos dextras Hor. Od. 4, 4, 19. Securis illa tum simplex, tum anceps s. bipennis, frequens in monumentis, quae videri possunt apud Petium de Amazonibus. Anceps securis Ouid. Met. 8, 397

Ex utraque parte incidens, vtrinque acuta, verbo Bipennis. Curuae secures Virg. Aen. 7, 184. Ex adamante facta securis Ouid. Fast. 3, 805. Hebetes secures Iuuen. Sat. 8, 137. Impacta securis caedit rotas bigarum Iuuen. Sat. 10, 59. Laurigerae secures Claud. Conf. Hon. 4, 14. Pacificae secures

Lucan. 7, 64. Rara securis eo fertur, i. Eo raro venitur caedendorum lignorum gratia Hor. Serm. 1, 7, 27. Ad sacrificia pertinet Virg. Aen. 2, 223

Quales mugitus fugit cum faucibus aram Taurus, et incertam excussit ceruice securim. Ouid. Tr. 4, 2, 5 Candidaque adducta collum percussa securi victima. Haec est Sacrifica securis

105 Ouid. Met. 12, 249 Veluti qui candida tauri Rumpere sacrificia molitur

*molitur colla securi.* Saeuae secures Virg. Aen. 6, 819. Thermodontiaca, *i. Amazonia* Claudian. de Raptu Prof. 2, 66. Valida securis Virg. Aen. 11, 696. *conf.* Colum. 4, 25. Horat. Od. 3, 23, 12. et Sat. 1, 1, 99. Caedere securi Virg. Georg. 3, 364. Cic. in Pison. 83 c. 34. Quum miser ille securibus hospitis sui ceruices subiicere gestiret. 5 Infigere securim, *vel iniicere, dicuntur, qui uehementer laedunt, impediuntque, se ipsos in primis.* Cic. pro Muraen. 48 c. 24 pr. Sed tamen, Serui, quam te securim putas iniicisse petitioni tuae, quum tu populum Rom. in eum metum adduxisti, vt pertimesceret, etc. *Atque paulo superius:* Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuae, non 10 tacente me maxima. *Item* pro Planc. 70 c. 29 Grauiorem potuerunt Reip. infigere securim. *Idem* Q. Frat. 2, 10 Tenediorum igitur libertas, securi Tenedia praecisa est. Percutere caput securi Cic. in Pis. c. 34. Secures, magistratum insigne, fascibus inferebantur. Liu. 24, 9 Consul admonuit cum securibus sibi fasces praeferrari. Idem 15 2, 18 Creato Dictatore primum Romae, postquam praeferrari secures viderunt, magnus plebem metus incessit. Hor. Carm. 3, 2, 19 Nec sumit, aut ponit secures Arbitrio popularis aurae. Sil. 11, 62 Aequatumque decus, geminasque videre secures volunt Campani, *h. e. alterum Consulem Capua sumi.* 20

SECVRICVLA, ae. f. Dimin. [*πελεκύιον*] Plin. 18, 19 Securiculum in stiuua pendere oportet, qua intercitantur radices. Securicula ancipes, *i. anceps, bipennis* Plaut. Rud. 4, 4, 114. Fecerunt sibi rastra securiculas, *uenerem* Arnob. 2 p. 56. ¶ 2 Securicula, est genus deuinciendi et compingendi sigilla, a similitudine dictum, quod talis figura re- 25


praesentet



Triangulum illud truncatum securicula vocatur.

Vitruu. 4, 7 Eaque traves compactiles ponuntur, — et ita sint compactae subscudibus et securiculis etc. Subscus est *velut geminata* 30 securicula, *habetque bipennis quandam similitudinem, qua iunguntur*

duae traves vel tabulae hoc modo



A securicula di-

cuntur Securiculati vel Securiclati cardines. 35

SECVRICVLATVS, *vel contracte*, SECVRICLATVS, a, um. Securiculis compactus. Vitruu. 10, 15 p. 224 Securiclati cardines. *Conf.* SECVRIDACA. 40

SECVRIFER, a, um. Adi. [*πελεκυφόρος*] Qui fert securim: vt Pyracmon securifer Ouid. Met. 12, 460.

SECVRIGER, a, um. Aliud Adi. [*πελεκυφόρος*] Idem. Ceteruac securigeræ Valer. Argon. 5, 137. Dextra securigera Sil. 16, 48. Puellae securigeræ, *Amazones* Ouid. Epist. 4, 117. *add.* 45 Sen. Agam. v. 214.

SECVRVS, a, um. Adi. [*ἀσφαλής, ἀδείης, ἀκίνδυνος, ἀμεινός,*] Qui sine cura est, et nihil metuit, *vel quod causas non habet metuendi, vel propter leuitatem animi.* Quid distet a tuto vulgaris versiculus indicat, Ne sit securus, qui non est tutus ab hoste. Plin. Epist. 3, 14 Vides, 50 quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis finis obnoxii: nec est quod quisquam possit esse securus, quia sit remissus ac mitis. Securus a metu somnus Plin. 79, 9. Securac ab Annibale res Liu. 24, 19. Securus ab Afflatu Plin. 12, 1. Securius Ab hostibus Liu. 9, 22. Nunquam apud vos verba feci aut pro vobis sollicitior 55 aut pro me securior Tac. Hist. 4, 58 pr. Securus de bello Liu. 36, 41. Cic. Fam. 10, 24 Si Africanæ legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddemus. Aether terris securior ne foret, Affectasse ferunt regnum caeleste gigantes Ouid. Met. 1, 151. Aevum securum agere Lucret. 6, 57. *de Dis.* Sic Illum et securi circum-

spexere fragorem Elysi Stat. Theb. 8, 14. Cic. Att. 12, 52 De lingua Latina securi es animi, dices, qui talia scribis. Damno securo ruit porticus, *cum nihil praeter damnum iam adfert domino, qui paulo ante ruinam excefferat* Martial. 1, 83. Dies securos ire tibi non finit puella Tibull. 3, 4, 54. Domus securae ac patentes Plin. in Pa- 65 neg. 62, 7. *quae nullam vim aut insidias metuunt.* Sed c. 51, 1 Stant securae domus a ruina propter moles transuectas. Gentes securae mollia peragebant otia Ouid. Met. 1, 100. *al. mentes.* Otia secura agere Virg. Georg. 3, 376. Somnos securos rumpere Lucan. 3, 25. Testamentum securum Plin. in Paneg. 34 *cui non est metus a tyranno* 70 *vel delatore.* Virtus secura Lucan. 3, 25. ¶ 2 Saepe cum Genituo rei iungitur. Quintil. de Tautologia loquens 8, 3, 51

Haec enim quanquam non magnopere summis auctoribus vitata, interim vitium videri potest, in quod saepe etiam incidit Cicero, securus tam paruae obseruationis. *i. Negligens et contemptor.* Lucan. 1, 212 *de* 75 *Leone loquens,* Per ferrum tanti securus vulneris exit. Amorum securus Virg. Aen. 10, 329. Tacit. Hist. 1, 86 Non modo iacientia, et plana vrbis loca, sed secura huiusmodi casuum impleuit. Coniugii secura Valer. Argon. 8, 206. Damni secura libido Claud. in Eutrop. 2, 52. Decoris securus Tacit. Hist. 3, . . . Famae 80 securus, *Sine cura comparandae laudis* Ouid. Trist. 1, 1, 49. Fortunae secura virtus Claud. de Conf. Mall. Theod. 1, 2. Futuri secura Ouid. Met. 6, 137. Odii securus, *non timens odium* Tacit. in Vit. Agric. 43. Poenae securus Hor. Epist. 2, 2, 17. Potentiae securus Tacit. Ann. 3, 28, 3. Tripolim, contusis bellicosissimis gentibus, securissimam 85 reddidit Spartian. in Seuero c. 18. Veniae securus Lucan. 8, 784. Securissimus apud Sidon. Epist. 8, 12. Tertull. de Anima c. 50. et August. Retract. 1, 13. *add.* Quintil. Decl. 267. *sec. Borrich. Vindic. p. 320. Alibrariis confundi solent Securus et Secretus: vid. Drakenb. ad* Sil. 11, 326. 90

SECVRRE. Adu. Paterc. 2, 129, 4 Secure aliquid continere. Iustin. 5, 9, 10 Securius pugnare pro aliena domo. Securius diuites erimus, si scierimus, quam non sit graue pauperes esse Sen. Ep. 18. Haec fenestra subiaccens mare, longius quidem, sed securius intuetur Plin. Ep. 2, 17, 6. *conf.* Pallad. 3, 9. 95

SECVRITAS, atis. f. [*ἀσφάλεια, ἀδεία, ἀφροντισία*] Curae et anxietati opponitur: estque animus malorum impendentium cura vacans. Plin. 9, 47 Certissima est securitas vidisse planos pisces: quia nunquam sunt, vbi maleficae bestiae. Cic. de Fin. 5, 23 Democriti autem securitas, quae est animi tanquam tranquillitas, quam appellant *ἐνδουμίων.* 100 Idem Tusc. 5, 42 c. 14 Qui autem illam maxime, optatam et expeditam securitatem (securitatem autem nunc appello vacuitatem aegritudinis, in qua vita beata posita est) habere quisquam potest, cui aut adsit, aut adesse possit multitudo malorum? *conf.* Id. de N. D. 1 c. 20. Infelix securitas, *cum nihil amplius metuit, qui nihil iam potest perdere* 105

Quinctil. Prooem. 6. Inhumana securitas Tacit. Hist. 3, 83. Publica Id. Agr. 3, 1. Tanta temporum securitas est, vt etc. Plin. Paneg. c. 50. Compositus in securitatem Tac. Ann. 3. . . . Consequi securitatem Vlpian. in l. Si seruus communis D. de noxalib. action. Parere

5 securitatem Quinctil. 2, 2. Me securitatem omnium quieti meae Practulisse Nerua ap. Plin. Ep. 10, 66. Cic. Fam. 15, 5. extr. Vale, et nos dilige: et instituto itinere securitatem, diligentiamque sociis et Reipub. praesta. al. feueritatem. Vt tranquillitas animi adsit, et securitas Cic. Off. 1, 69. Plur. Somno ac securitatibus iam dudum vinum profuit Plin. 23, 1.

10 ¶ 2 Securitates pro apochis. Cum videretur omnibus securitatibus esse vehementior imperatoris assertio Symmach. Ep. 10, 43. Susceptorum vilium more securitates accipiens pro illatis Ammian. 17, 10.

SECVS. n. Nomen indeclin. Nomin. et Accusatiuo casu, Graeco more, ab antiquioribus praesertim positum, pro Genere vel Sexu. Sifenna ap. 15 Non. 3, 193 Tum in muro virile ac muliebre secus populi multitudine omni collocata. Sallustius ap. Macrob. 2, 9 (al. 3, 13) At Metellus in vltiorem Hispaniam post annum regressus, magna gloria concurrentibus vtrinque virile et muliebre secus, per vias et tecta omnium visebatur. Varro apud Gell. 3, 10 Post deinde quarta hebdomade (a conceptu) quod eius virile secus futurum est, caput et spina, quae est in dorso informatur. Sempron. Asellus ap. Gell. 2, 13 Eum, quem virile secus tum in eo tempore habebat, produci iussit. Amator antiquitatis Arnob. 5 p. 174 extr. Baubo — partem illam corporis, per quam secus femineum et subolem proderet, et nomen solet acquirere genti etc.

25 Auson. Epigr. 70 Corruptit totum qui puerile secus. Et Technop. p. 487 Nota et paruorum curis, muliebre secus, strix. Et Eidyll. 11, 8 Vesta, Ceres, et Iuno, secus muliebre, sorores. Sed etiam Liu. 26, 47 pr. Liberatorum capitum virile secus ad decem millia capta. Multa disputantur a viris doctis ad h. l. quis Casus sit secus: nihil videtur melius, quam statuere, ubi Nominatiuo locus non sit, esse Accusatiuum Graecum s. synecdochicum. Plaut. Rud. 1, 2, 19 Filiolam ego vnam habui, eam vnam perdidit. Virile secus (liberum s. natum) nunquam vllum habui.

SECVS. [Vet. Gloss. πλησίον] Praepositio antiqua, pro qua posterioribus placuit Secundum. Ennius ap. Lactant. 1, 11, 34 Iupiter imperium Neptuno dat maris, vt insulis, et omnibus, quae secus mare essent locis regnaret: quam lectionem tætur post alios Bunem. Cato R. R. 21, 2 Dextra sinistra foramina, vtrinque secus laminas — Cupam — vtrinque secus imbricibus ferreis quatuor desues. — Supra

40 imbrices extrinsecus cupam pertundito — pertusum ferrum vtrunque secus, qua clauis eat. — Intrinsecus cupam — facito. In his, casum an regat secus, non apparet satis. At secus esse iuxta, tum per se, tum in compositione, satis, puto, apparet. Solin. 64 Arcent sane afflatum noxium colles, quae salubri apricitate vndique secus obiecti

45 prohibent auras pestilentes. Sempron. Asellio apud Charis. 2 p. 195 Ne possent aut stationes facere hoc secus: quod ipse interpretatur non multo post. Puto ad verbum esse iuxta hoc: sed etiam iuxta interdum vim habet eandem quam post. Plin. 24, 15 de chamaeleuce, Nascitur secus fluuios. Ita antiquae edit. postea mutatum in secundum. Vulg. Int. 50 Psal. 1 Tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Ipse Quinctil. 8, 2, 20 Conductus est caecus secus viam stare. Quidquid sit in hac γῆσι s. dictione ἀδιανόητων s. occulti sensus, illud quidem non habet dubium, secus viam esse idem, quod secundum vel iuxta viam. Viderit igitur Charisius de seuerâ illa edictione sua 1 p. 61 med. Caeterum

55 id, quod vulgus vsurpat, Secus illum sedi, hoc est, secundum illum, et nouum et sordidum est. Itaque illum refutarunt Pincier. Parerg. 4, 1 Vauassor in Antibarb. h. v.

SECVS. [Vet. Gl. ἔκτος] Adu. aliter, vt etiam interpretatur Charis. 2 p. 195 et ponit exempla Secus si vnquam quidquam feci, carnificem cedo. Plautus in Caeco, Nihil feci secus, quam me decet. Cato

60 de consul. Secus acetatem agerem, quam illi egissent. Haec ille. Plaut. Epid. 2, 2, 94 Vbi erit eruta, vt aliquo ex vrbe amoueas: nisi quid tua secus sententia est. Cic. Brut. 229 Nemo dicit secus. Plautus Casin. prol. 46 Educauit magna industria, quasi esset ex se nata, non multo secus. Id. Aul. 3, 2, 22 Quid diximus tibi secus quam velles. Cic.

65 Att. 6, 2 Mihi erit maximae curae, ne quid fiat secus, quam volumus, quamque oportet. Plaut. Capt. 2, 2, 23 Nec mihi secus erat, quam si essem familiaris filius. Cic. pro Murraen. 10, 4 Non secus ac si meus frater esses. Id. de Orat. 2, 24 Non dixi secus ac sentiebam. Virg.

70 Aen. 3, 236 Haud secus ac iussi faciunt. Cic. de Orat. 3, 117 c. 30 Sed paullo secus a me atque ab illo partita ac distributa. Et de Nat. Deor. 2, . . . Quoniam coepi secus agere, atque initio dixeram. Liu. 2, 30 Volsci haud secus, quam si in insidias incidissent, turbati vertunt terga. Et sine si 8, 8 Triarii sub vexillis confidebant, hastas subrecta cus-

75 spide in terra fixas, haud secus quam vallo septa inhorreret acies, tenentes. Componitur etiam cum longe, multo. Cic. de Orat. 2 c. 90 Ista esse concedam, quae sunt longe secus. Et pro Milon. c. 10 Milo sit obuiam Clodio ante fundum eius hora fere vndecima, aut non multo secus. Et Epist. 9, 11 Id ego suspicari coepi ex tuis literis, hoc ipsum

80 esse, aut non multo secus. ¶ 2 Interdum propter disiu-  
ctionem et oppositionem idem videtur esse, quod minus recte, male, deterius. Cic. in Pison. 68 c. 28 Recte an secus, nihil ad nos. Plin. Epist. 7, 17 Recte an secus, nihil ad me Sed Pan. 44 Pauci adeo ingenio valent, vt non turpe honestumque prout bene ac secus cessit, expetant fugiantque: vbi

85 ac illud in aut mutandum, certatim suadent viri docti. Vid. praef. Arntzenius. Cic. de Fin. 3, 44 c. 13 Nobis aliter videtur: recte secusne, postea (scil. videbimus). Cic. de Fin. 4, 59 c. 21 Non esse in his partem maximam positam aut beate aut secus viuendi. Liu. 7, 6 Perinde vt eueniret res, ita communicatos honores pro bene aut secus consulto

90 habitura. Et 10, 19 Vt omnis rei bene aut secus gestae decus dedecusque ad L. Volumnium sit delegatum. Sueton. Tib. c. 2 Multa multorum Claudiorum egregie merita: multa etiam secus admissa in rempubl. exstant. Al. secus it. Sequius. Cic. pro Rab. Post. 1 Cui bene processerit, multum illum prouidisse, cui secus, nihil sensisse dicamus. In

95 talibus secus pro aliter potest accipi, vt ex ipsa comparatione intelligatur demum illud male, minus recte, aut simile quiddam. ¶ 3 Sed nondum oblatum est exemplum, quale iam desiderabat Vauassor Antibarb. h. v. ubi ita ponatur, male an secus, praeue an secus, aut ex eo genere quodcumque, unde intelligamus, istuc reciprocum esse, et secus nihil sua

100 natura significare, quam aliud. Porro pro illo secus etiam secius vel sequius esse in libris Suetonii Tib. c. 2, modo obseruauimus: vt suspicio sit, ipsum secus, unde sit sequior et sequius, vel secius, iam vitium, aut defectum certe, significare. Ponamus iam exempla, ubi expressa duntaxat comparatio vel disiu-  
ctio non est. Sallust. Iug. 20, 5 Prius tamen omnia  
105 pati decreuit, quam bellum sumere, quia tentatum antea secus cesserat.



*Etiam sic MS. habet secius.* Cic. Fam. 3, 6 De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris non nihil loci dedisse. *Sed hic locus ad priorem classem reuocari potest, si addas, quae praecedunt, Ego, ut me tibi amicissimum esse et aequi et iniqui intelligant, curabo.* *Sed nihil tale est* Tac. An. 2, 50 Interrogatus a consule, quid de his censeret, quae de matre eius locuta secus argueretur. Et 2, 80 Nec Piso, quamquam coepta secus cadebant, omisit tutissima e praesentibus. *Nec illa comparatio locum habet* Liu. 8, 33 M. Furium — non solum in praesentia moderatum irae esse, ne quid de collega secus populo aut senatui scriberet. Apul. Apol. p. 329, 12 *edebatur, Dicat hic pius filius, quid in eo tempore secus agentem vel loquentem matrem suam propter insaniam viderit.* *Sed Elmenb. sequius. Pricaeus p. 97 Secus ille quidem retinuit: sed in annotatione secius vel sequius substituendum, suasisit: eoque alias uti Apuleium, ostendit.* *Caeterum Cic. Att. 1, 19 extr. Q. frater purgat se multum per literas, et affirmat, nihil a se cuiquam de te secus esse dictum. In omnibus quidem, quae hoc paragrapho posuimus, secus s. sequius locum habere apparet.*

SECVSSES, Populi sunt in Alpibus Plin. 3, 20.

## S E D

SED. [ *ἔλλα, ἀτάρ, ἀντάρ* ] Coniunctio aduersatiua: aliquando Transitum significat ad mentionem alterius rei, *inquit Donatus ad Ter. Phorm. 1, 4, 38 Sed quis hic est senex, quem video in vltima platea?* Ter. Andr. 3, 1, 4 Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum. Et paulo post, Sed hic Pamphilus. s. quid dicit? M: firmavit fidem. Idem 3, 2, 45 Haud scio an quae dixit, sint vera omnia, sed parui pendo. Virg. Ecl. 9, 55 *Cum dixisset Moeris, Nunc oblita mihi tot carmina — addit, Sed tamen ista satis referet tibi saepe Menalca.* Ter. Andr. 2, 1, 12. Tu si hic sis, aliter sentias. B. age age, ut lubet. C. Sed Pamphilum video. Donatus in Captiuum vocat hoc sed, pro Atque. Idem sed mane, quasi Incipientis, demonstrantisque aliquid noui se inuenisse. Ter. Andr. 4, 1, 59 At iam hoc opus est. D. hem sed mane: concrepuit a Glycerio ostium. Donat. Sed quid hoc! non Interrogantis, sed Mirantis et non intelligentis est, Donat. ad Ter. Andr. 4, 5, 2. Sed videon' ego Philotion? Sic solet (*inquit Donatus*) dubitari aduenientibus ipsis, quos post multum temporis interuallum vident Ter. Hec. 1, 2, 6. Sed, *interdum auget, Vid. Certus homo, in CERTVS. Plaut. Rud. 2, 5; 15 Sed autem, quid si hanc hinc abstulerit quispiam sacram urnam Veneris?* Cic. Acad. 1, 35 Zeno igitur nullo modo is erat, qui ut Theophrastus, neruos virtutis inciderit, sed contra qui, etc. *Transitum facit, Sed de perceptione haecenus Cic. Acad. 4, 17. Concedit, quod ante negabatur Cic. Acad. 4, 75 Idem mihi quidem non videtur: sed dissoluerit sane, certe tam multa non collegisset, quae nos fallerent probabilitate magna. Idem pro Lig. 35 Sed ierit ad bellum, dissenserit non a te solum, verum etiam a fratribus. Plaut. Curc. 1, 3, 19 Sed enim nequeo durare, quin herum aculem meum. al. Enimvero, eadem Significatione. Cic. Att. 6, 1 Sed enim οἰκονομία si perturbator est, tibi assignato. Omnis spes Danaum ac coepti fiducia belli Palladis auxiliis semper stetit: impius ex quo Tydides sed enim etc. Virg. Aen. 2, 162. add. Id. Aen. 5, 395. Gell. 1, 11. Cic. pro Caes. 60. Sed reuertat ad crimen: sed enim haec facta illius, etc. al. Etenim. Sed enim vir egregie doctus et veterum aemulator meminerat Apul. Apol. p. 294. Elmenb. add. ib. p. 325. Liu. 45, 19 Sed enimvero quum detestabilis altera res et proxima periciduo sit, quid ad deliberationem dubii superesse? frequens eius usus post negatiuas. Cic. Verr. 3, 67 Sunt homines Siculi non contemnendi, si per nostros magistratus liceat, sed homines et satis fortes, et satis plane frugi ac sobrii. Cic. Att. 1, 15 (18) Non odio adductus alicuius, sed animo corrigendae et sanandae ciuitatis. Magna eius in me, non dico officia, sed merita Id. Fam. 11, 17. Cic. Acad. 4, 66. Sed non de me, ut dixi, sed de sapiente quaeritur. Idem de Orat. 2, 299 Sed non de praestanti quadam et eximia, sed prope de vulgari et communi prudentia disputo. Sed vellem non solum, etc. sed etiam, etc. Cic. Fam. 1, 9. vid. NON. Non modo dignitas nulla erat, sed etiam summa deformitas Cic. Fam. 16, 6. conf. NON MODO. Cic. pro Rabir. perd. reo 13 Non modo huius libertatis mansuetudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem aut Numae Pompilii, sed Tarquinii, vid. NON n. 3. Sed siue est ars, siue artis quaedam similitudo, non est quidem ea negligenda, verum intelligendum, etc. Cic. de Orat. 1, 109. Id. Verr. 5 c. 6 O praeclarum imperatorem, nec iam cum M. Aquilio fortissimo viro, sed vero cum Paullis, Scipionibus, Mariis conferendum. Curt. 3, 6, 10 Rex, inquit, semper quidem spiritus meus ex te pependit: Sed nunc vero (al. vere) arbitror sacro et venerabiliore trahitur. Verba sunt Philippi medici ad Alexandrum. Cic. de Nat. Deor. 1, 110 c. 35 Tuus autem deus non digito vno redundat, Sed capite, collo, ceruicibus, poplitibus, manibus. Idem Fam. 1, 6 Non interfuit modo, sed praefuit. Cic. pro Milon. 62 c. 23 Obliti estis Iudices recenti illo nuntio necis Clodianae, non modo inimicorum Milonis sermones et opiniones, Sed nonnullorum imperitorum. Idem in Pison. 64 Senatus odit te, quod eum tu facere iure concedis, afflictorem et proditorem non modo dignitatis atque auctoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui. Sed, in obiectione ponitur, et in anthyphora. Cic. Philip. 12, 26 Sed effugi insidias, perrupi Apenninum: nempe in Antonii congressum, colloquiumque veniendum est. i. Vcrum esto, ut effugerim, vel effugiam, etc. Alias responsioni ad obiectionem subiicitur, s. ad illud, quo alter contra nos uti poterat. Cic. Verr. 3, 109 In quo etiam erat aliquis quaestus, Sed honestus atque concessus. Iuuenal. 15, 94 Vascones (haec fama est) alimentis talibus (carnis humanae) Produxere animas: Sed res diuersa, sed illic Fortunae inuidia est. Sedulo faciam: sed fortuna fortes: quare conare quaeso Cic. de Fin. 3 c. 4. Sed, inchoatum sensum et longo tractu productum, aut interpellatum interiectione, et distractum reuocat et continuat. Hor. Serm. 1, 1, 27 Sed tamen amoto quaeramus seria ludo. Cic. Tusc. 2, 3 Etenim si orationes, quas nos multitudinis iudicio probari volebamus: (popularis est enim illa facultas, et effectus eloquentiae audientium approbatio). Sed si reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, nisi quod se imitari posse confiderent, quemque et sperandi sibi, eundem et benedicendi finem proponerent, — quid futurum putamus, cum adiutore populo, quo utebantur antea, nunc minime nos uti posse videamus? Sedere ad mensam humiliorum est, aut liberorum, cum apud parentes sunt Lips. ad illud Tac. An. 13, 16 Mos habebatur, principum liberos cum caeteris idem aetatis nobilibus sedentes vesci in adpectu propinquorum, propria et parcior mensa. Sed pro Quinetiam Plin. 7, 30 Sed et nostrorum gloriam percenseamus, vid. Gesner. ad Colum. 12, 44, 7. Burm. ad*

Grat. v. 48. ¶ 4 *Obs.* Charif. i p. 87 pr. *Sed* particula d terminata est litera. *Sedum* enim antiqui pro *Sed* ponebant, de iutaque nouissima parte, literam tamen immutare non voluerunt, veluti *Sat* pro *Satis*, etc.

SEDATE, SEDATIO, SEDATVS, vid. SEDO, ÆRE.

5 SEDĒCIM, vel SEXDECIM. n. *Indecl.* Ter. Eun. 3, 3, 20. Annos nata est sedecim Liu. 37 extr. Sexdecim elephantum. Decem et sex Cic. pro Cluent. c. 27.

SEDECIES. Adu. Plin. 6, 29 Sedecies centena millia passuum. Quamuis sedecies denis et mille peractis, Annus præterea iam tibi nonus eat Rutil. Itin. 1, 135.

SEDECENNIS, c. Adi. Aufon. Epitaph. Heroum tit. 32 In tumulum sedecennis matronae.

SEDEO, sedī, sessum, ÆRE. [*ἕμαι, κάθημαι, ἕζομαι, καθέζομαι*] *Proprie habitus quidam medius inter stationem et cubationem hoc verbo notatur, cum corporis moles non pedibus, sed illi, quae hinc sedes vocatur, inmittitur.* Plaut. Capt. prol. 12 Si non, vbi sedeas, locus est: at est vbi ambules Virg. Ecl. 10, 71.

Dum sedet, et gracili fuscillam texit hibisco. *Ante repertam accumbendi rationem sedebant etiam in epulis, vid. Ouid. Fast. 6, 305 seq.*

Ad aliquem sedere Ouid. de Arte Am. 1, 421. Cic. Verr. 5, 106 c. 41 Atque cum vident Sedere ad latus praetoris, et ad aurem familiariter, vt solitus erat, insufurrare. *Metaphora quidem est, sed unde constructionem propriam discamus, Cic. pro Rosc. Amer. 51 c. 18* Cum apud maiores nostros summi viri, clarissimi que homines, qui omni tempore ad gubernacula Reip. sedere debebant, tamen in agris quoque aliquantum operae temporisque consumserint. Cic. pro Rabir. Post. 10 c. 5

20 Modò vos iisdem in A. Gabinium Iudices sedistis. *conf. Id. pro Cluent. 105 c. 38. it. de N. D. 3, 74 c. 30 pr.* In subselliis, sella, rheda sedere Plaut. Poen. prol. 5. Cic. Att. 4, 9 Maloque in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum sella curuli. Idem

30 pro Milon. 55 Quum alter verheretur in rheda penulatus, vna federet vxor. In proximo Senatu sedere Plin. 16, 4. Cic. Verr. 5, 27 Vt cum nemo vnquam in equo sedentem videret. Mart. 5, 39 Vno credis equo posse sedere duos? Liu. 1, 34 Ibi ei carpento sedenti cum vxore,

35 aquila suspensis demissa leniter alis pileum aufert. *Subauditur Praepositio In. Cels. 4, 19. In hoc autem affectu corporis, neque ambulatione, neque frictione opus est: vehiculo sedisse, vel magis etiam equo prodest.* Post aliquem sedere: A tergo alicuius sedere Hor. Carm. 3, 1, 40 Sedere super Quinctil. 2, 4. Plin. 35, 4 Nemeam sedentem supra leonem, palmigeram ipsam, etc. Super arma Virg. Aen. 1, 299. Nube sedens Idem

40 Aen. 8, 640. Patria Sede sedens Virg. Aen. 7, 193. Altis sedibus sedere Ouid. Met. 6, 73. Gremio tuo sedi Ouid. Epist. 8, 94. Humo sedere Idem Met. 4, 261. Sella curuli sedere Liu. 29, 37. *Aues etiam pedibus nixae tamen Sedere dicuntur Virg. Aen. 12, 864 Nocte sedens, serum canit importuna per umbras. Sedere in ouis est incubare Plin. 9, 51.*

45 ¶ 2 *Metaphoras habet varias.* Quinctil. 11, 3 Vox clara, pura, secans aëra, auribus sedens. Ouid. f. Sabin. Epist. 3, 23 Nondum Tyndaridis nomen mihi federat aure, i. Nondum audieram ita, vt meminisssem. Stat. Theb. 12, 114 Vnum Polynicis amati. Nomen in ore sedet. i. Nil aliud loquitur quam, etc. Animo sedet fixum, immotumque, Sic statui Virg. Aen. 4, 15. Id in Animo fideliter sedet Sen. Ep. 2. In ingenio alicuius sedere, Haerere in memoria alicui Ouid. Epist. 2, 76. Sedere, de locis depressis usurpatur, vt, In radice magnae peninsulae sedens Lysimachia Pomp. Mela 2, 2. Hic trepidas Artes et vix nouitate sedentes, Vidit Grat. Cynege. v. 217. Mediisque sedent conualibus arua Lucan. 3, 380. Per vdos alba sedet campos Sil. 8, 508. Add. Id. 12, 162. *similiter de ruinis, collapsis, etc.* Nondum rogi ille deorum federat Stat. Silu. 5, 3, 200. Sedent nives Plin. 17, 2. Flumina federunt viso Iouis nutu Stat. Theb. 9, 115. Longe grauior Poena sedeat coniugis focero mei Sen. Med. v. 746.

60 Martial. 1, 90 Adeone penitus sedit hic tibi morbus, Vt saepe in aurem Cinna Caesarem laudes. Sedere vestis dicitur, quae apta est Quinctil. 11. vlt. Nam et ita sedet melius toga, et continetur. Sarcinaque haec animo non sedet apta meo Ouid. Heroid. 4, 24. Plin. in Pa-neg. 10, 6 Quum abunde expertus esset, quam bene humeris tuis Sederet imperium. Sedere, aliquando cunctationem cessationemque denotat; Ars sedendi Sil. 8, 13 de Fabio Cunctatore. Virg. Aen. 12, 15 Sedeant, spectentque Latini. Sedit, qui timuit, ne non succederet Hor. Epist. 1, 17, 37. vid. Ter. Adel. 4, 5, 38. Cic. Fam. 16, 7 His ventis istinc navigatur, qui si essent, nos Corcyrae non federemus. An potest vlla esse excusatio, non dicam male sentienti, sed sedenti dormienti, cunctanti in maximo reip. motu consuli? Cic. in Pis. c. 5. Totos dies sedere in villa Cic. Att. 12, 43 (44) *conf. Sen. Ep. 8. Continenter sedere Catul. 35, 6. Principis angusta Caprearum in rupe sedentis Iuuenal. 10, 93. conf. h. l. Schol.* Sedere, de miseris lugentibusque, etc. v. Burm. ad Quinctil.

75 Decl. 17 p. 335. Sedere, pro Placere, Datiuo conuincitur Virg. Aen. 5, 418 Idque pio sedet Aeneae, probat auctor Acestes. Idem Aen. 2, 660 Et sedet hoc animo. Versanti subito vix haec sententia sedit Virg. Aen. 11, 546. Sic Sedet iudicium Sen. Epist. 46. Plin. 2, 7 f. 5 Sedere coepit sententia haec pariterque et eruditum vulgus, et rude in eam cursu vadit. Seditque sententia, quoquo modo rebellandum Flor. 2, 15, 9 Cum bellum federet, de belli fine tractatum est ib. n. 4. Haec vbi sedere Sil. 15, 352. i. decreta sunt. ¶ 3 Sedere, Figi, firmari, haerere, Flor. 4, 2 Egregia virtus Scaevae centurionis emicuit, cuius in scuto centum atque viginti tela sedere. De hoc sic ait Caesar Bell. Ciuil. 3.

85 53 Scutoque ad eum relato Scaevae centurionis, inuenta sunt in eo foramina CCXXX. Sic de libra Tib. 4, 1, 41 Nec tamen hinc aut hinc tibi laus maiorue minorue: Iusta pari premitur veluti cum pondere libra, Prona nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa.

90 ¶ 4 Sedere, vox militaris pro Castra habere. Liu. 22. . . . Poenis sedentibus ad Trebiam. Idem 2, 12 Sedendoque expugnaturum se urbem spem Porfenna habebat. Valer. Max. 7, 4, 5 Apud moenia armatum sedendo. Quamuis fortissima pubes Hic sedeat castris Lucan. 2, 473. *conf. Heins. et Drakenb. ad Sil. 12, 64. Plaut. Amph. 2, 1, 52 Ordine omne, vt quid quid actum est, dum apud hostes sedimus, edissertauit. Sedere dicuntur iudices, cum sui copiam faciunt et cognitionibus vacant: horum sunt vel sellae curules, Praetorum nempe et maiorum omnium magistratum, vel subsellia. Cic. pro Cluent. 105 c. 38 Sedissent iudices in C. Fabricium Liu. 3, 46. Ne eius rei causa sedisse videretur. Plin. 10. Epist. 8. Vbi cum sedissem cogniturus. Sedeo miserimus pater iudex inter duos filios Liu. 40, 8. *conf. Apul. Apol. p. 286. Sic potestatem aliquam significat in illo Virg. Aen. 1, 60 Celsa sedet Aeolus arce: i. e. Curat, vt ait Seruius. Idem Seruius ad illud Aen. 9, 4. Turnus sacra-ta valle sedebat: pluscula de huius verbi usu disputat: Sedebat, ut Asper dicit, erat: quae clausula antiqua est, et de usu remota. Secundum Plau-**

105

Plautum in Mostellaria . . . Sedere, est consilium capere, qui inducit fer-  
vum dicentem, Sine iuxta aram fedeam, et dabo meliora consilia. Sed  
secundum augures, est Augurium captare: nam post designatas caeli  
partes, a sedentibus captantur auguria: quod et supra ipse ostendit la-  
tenter, inducens Picum solum sedentem: ut, (7, 187) Paruaque sedebat  
Succinctus trabea. Concludit sedebat significare, Aut erat, aut consilia capie-  
bat, aut augurabatur. Caeterum quod erat dicit Grammaticus, illud vole-  
bat puto morabatur. De Fragmento Plauti suspicor, fuisse illud partem  
scenae ultimae, ubi in aram confugerat, tanquam in asylum, Tranio. Sede-  
re autem supplicum est, ut καθίζεσθαι apud Graecos, cui contrarium est ἀνα-  
σπῆσαι ἱέρας, de quo Waff. ad Thucyd. 1, 133. Nep. Pausan. l. 4, 4  
Quem cum supplicem dei videret in ara sedentem. Add. Plaut. Rud.  
2, 3, 56 et 3, 4, 2. Virg. Aen. 2, 525. ¶ 5 Sedere est ven-  
trem exonerare. Marcell. Empir. c. 29 Qui propter perfriktionem af-  
fidue sedere cupiunt, et nihil deiciunt. ¶ 6 Gerundia. 15

Iam laudata est Ars sedendi, i. Cunctatio Sil. 8, 13. Ouid. Met.  
2, 820 de Aglauro, At illi Surgere conanti partes quascunque seden-  
do Flectimur, ignava nequeunt gravitate moveri. Supinum, Afin. ad  
Cic. Fam. 10, 32 Herennium Gallum histrionem summo ludorum die  
annulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxit. Vos in aram  
abite sessum Plaut. Rud. 3, 4, 2.

SEDEOR, ēri. Pass. Gell. 2, 2 In domestica re atque vita fedetur.  
Quum ab equario suo alias etiam molliter sederetur bucephalus Solin.  
c. 57.

SEDENS, entis. Partic. Martial. 10, 48 Sedens lactuca legitur, quae  
et Sessilis etiam dicitur. Cic. de Amicit. . . . Prope limina tecti sedens  
ianitor Ouid. Fast. 1, 137. Aduersus sedens Catul. 49, 2.

SESSIVRS, a, um. Partic. [ἔδρασιμους] Hor. de Arte Poët. 154.  
Si plausoris eges aulaea manentis, et usque Sessuri, donec cantor, vos  
plaudite, dicat.

SĒDES, is. f. [ἔδρα, καθίζω, ἴσθνος, ἴσθος] In qua sedemus. Sed  
ut sedendi verbum, ita sedis quoque appellatio, patet latius, et quemcun-  
que etiam habitationis, commorationisve locum denotat. Tac. A. 4, 16 Vt  
glisceret dignatio sacerdotum — decretum — quoties Augusta thea-  
trum introisset, ut sedes inter Vestalium consideret. Sedes aurea 35

in curia et pro tribunali inter ea refert Suetonius Caes. c. 76, quae ille hu-  
mano fastigio ampliora decerni sibi passus est. Plin. Paneg. 52 Horum  
vnum si praestitisset alius, illi iamdudum radiatum caput, et media in-  
ter deos sedes, auro staret, aut ebore. De ephippio Bucephalus nemi-  
nem alium, quam Alexandrum recepit in sedem Plin. 8, 42 f. 64. Lo- 40

care in sede sacra Virg. Aen. 2, 525. Caesar . . . Crescente enim po-  
puli multitudine, mutare sedes statuerunt. Cic. Tusc. 1, 19 c. 9 Alii  
in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum. Aetherae sedes  
Ouid. Met. 15, 449. Augusta sedes, vid. AVGVSTVS. Bea- 45

tae sedes Virg. Aen. 6, 639. Celsa sedes Pers. Sat. 1, 7. Dulcis 45  
sedes Stat. Silu. 1, 1, 40. Exiguam sedem pariturae terra negavit  
Latonae Ouid. Met. 6, 187. Horrida sedes inuisi Taenari, i. inferi

Imae sedes Erebi Virg. Georg. 4, 471. In-  
fausta sedes Sen. Thyest. 1. Inferna Ouid. Met. 4, 433. Infi-  
da instabilisque, vid. INFIDVS. Laetae sedes Elysiūm. Hor. Carm. 50

1, 10, 17. Maligna sedes Stat. Silu. 4, 3, 45. Moribunda sedes  
Pisauri, urbs pestilens Catull. 79, 3. Nemoralis sedes Ouid.  
Amor. 2, 6, 57. Optatae sedes Elysiūm Virg. Aen. 6, 203. Patria

sedes, thronus Virg. Aen. 7, 193. Peregrina ac sordida sedes Lucan.  
5, 9. Placidiae sepulcrum Virg. 6, 371. Quietae sedes, habitatio, 55  
patria Virg. Aen. 1, 209. Sanctae sedes deum Lucret. 5, 147. Se-  
creta Virg. Aen. 2, 568. Solida Ouid. Met. 2, 147. Cic. pro

Marcel. 29 Sedem quidem stabilem, et domicilium certum non habe-  
bit. Superae sedes, Caelum Ouid. Fast. 3, 324. Siderea sedes  
Virg. Aen. 10, 3. Tenebrosa sedes Ouid. Met. 5, 359. Verēn- 60

dae sedes Lucan. 5, 123. Pro fundamento s. basi: Sequitur, ut cito inter-  
cidant, quia sine fundamento et sede creata sunt Sen. Qu. Nat. c. 1. Deus  
haec fortasse benigna reducet in sedem vice Hor. Epod. 13, 8. Remp. in  
sede sua sistere Suet. August. c. 28. ¶ 2 Verba: Capere se-

dem, vid. CAPIO. Commouere sedibus, vid. COMMOVO. 65  
Considerare in sedibus Cic. de Orat. 1, 29. Conuellerē ex suis sedi-  
bus, vid. CONVELLO. Deserere sedem Virg. Aen. 3, 190. De-

stituere sedem Claud. de Bell. Get. 509. Exuere aliquem sedibus  
Tacit. Ann. 13, 39. Figere sedem alicubi Iuuen. Sat. 3, 2. Ha-  
bere sedem Caes. Bell. Gall. 1, 44. Habent sedem affectus in prooemio 70

atque epilogo Quinct. 6, 1, 51. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil.  
24 c. 10 Dii deaeque mortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem  
Capitolii in saxo Incolitis constitutam. Lucidas Inire sedes Hor.

Carm. 3, 3, 33. Labefactare animam sedibus Lucret. 6, 798. Mu-  
tare sedem, vid. MVTO. Ponere sedes, condere urbem Virg. Aen. 75

3, 8. Praebere sedem et domicilium Cic. de Prouinc. Conf. 34.  
Reponere in sedem suam ossa Cels. 8, 10. Reuisere suas sedes  
Virg. Aen. 1, 419. Succedere sedibus alicuius Virg. Aen. 4, 10.

Tenere sedem Iouis Optimi Max. pro Vincere, siue captam obtinere Ta-  
cit. Hist. 3, 72. Transferet regnum a sede Lauini Virg. Aen. 1, 80

275. ¶ 3 Obseruatt. Cic. contra Rull. 2, 96. Coloni  
Capuae in domicilio superbiae atque in sedibus luxuriae collocati.  
Idem pro Arch. 9 At domicilium Romae non habuitis, qui tot annis an-  
te ciuitatem datam, sedem omnium rerum et fortunarum suarum Ro-  
mae collocavit. Fulvia Sedem belli Praeneste ceperat Vell. 2, 74, 3. 85

Tacit. Hist. 3, 8, 1 Quaesitum inde, quae sedes bello legeretur. Oppi-  
dum, quod sedem bello delegerat Suet. Galba c. 10. Sedes, Statio  
militum Veget. 3, 4. Qui in sedibus otiose delicateque vixerunt, armorum  
exercitia declinant. Sedes, aliquando pro tota ea parte corporis

accipitur, super qua sedentes inimitur. Plin. 24, 7 Lacrima sedis vitiis 90  
prodest, ne quid sicari, excalcifieriue opus sit. Procidencia sedis, vid.  
PROCIDO. Plin. 21, 20 ad finem Testes vero, ut sedem procidu-  
am, quaeque ibi sint vitia, etc.

SEDECVLA, vel SEDICVLA, ae. f. Dimin. [ἔδρασιον] Parua se-  
des. Cic. Att. 4, 10 Sic literis sustentor et recreor, maloque in illa tua  
sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum sel-  
la curuli. Valla 1, 5 mauult Sedicula.

SEDICVLVM, i. n. Sedile. Festus. Sed Varro de L. L. 7, 30 p. 94,  
38 Cum debuerit esse (per analogiam) ut a cubatione cubiculum, sic a  
sessione Sediculum non est. 100

SEDILE, is. n. [ἔδρασιον] Super quod sedemus. Plin. Epist. 5, 6. Sunt  
locis pluribus disposita sedilia e marmore. Sedile auium Varr. de  
R. R. 3, 5. Sedilia viuo saxo Virg. Aen. 1, 167. Complere sedilia  
Claud. in Eutrop. 1, 470. Fusi per dura sedilia nautae Virg. Aen.

5, 837. Facta de viuo saxo sedilia Ouid. Met. 5, 317. Releua- 100

re membra fedili Ouid. Met. 8, 639. Spissa fedilia Hor. de Arte Poët. 205. Vitrea fedilia Virg. Georg. 4, 350. add. Cels. 1, 3. Sen. Ep. 70. Hygin. Astrol. 4, 6.

SEDIMEN, inis. n. Cael. Aurel. Tard. 5, 4. *Id quod fundum petit.*

SEDIMENTVM, i. n. Plin. 36, 10 extr. Inundationibus Tiberis Sedimento molis facto (*i. mole subsidente*) quamquam ad altitudinem impositi oneris in terram quoque dicantur acta fundamenta.

SEDLARIVM, i. n. Sedularia sunt, ut interpretatur Antonius Augustinus Emendat. 1, 4 p. 42 quae in rhedo sedenti subiiciebantur. Paullus in l. Instrumenti 4 De supellectile legata, Rhedae et Sedularia supellectili adnumerari solent. Male reposuerant Sellularia, et Seliquastra.

SEDVM, ab Sedendo, inquit Varr. de L. L. 4, 28 p. 32, 5. Ab Sedendo appellantur Sedes, Sedile, Sedum (*al. Solium*) Sella, Seliquastrum. ¶ 2 Veteres posuere Sedum pro Sed. vid.

15 SED. n. 4.

SEDENTARIVS, a, um. Adj. [*ἴσθησις*] Quod sedendo fit. Apul. Met. 1 pr. De equo in pedes desilio, Vt etiam fatigationem sedentariam incessus vegetatione discuterem Plin. in Paneg. 76. Caeteri quidem defixi et attoniti ipsam illam mutam ac sedentariam assentiendi necessitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? Opera sedentaria, quae sedendo fit Columel. 12, 3, 8. ¶ 2 Sedentarii, qui sedendo opus faciunt Plaut. Aul. 3, 5, 39 Calceolarii, sedentarii, futores.

SESSIO, ōnis. f. [*ἴσθησις*] Sedendi actus, locus. Cic. de Orat. 2, 20 Num tandem aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus haec ipsa, ubi inambulamus, et palaestra, et tot locis sessiones, gymnasiorum et Graecarum disputationum memoriam quodammodo commouent? Sessiones quaedam contra naturam sunt Cic. de Fin. 5 c. 12. Idem de Nat. Deor. 1, 94 Accubatio, inclinatio, sessio. Sic Off. 1, 129 c. 35 Status, incessus, sessio, accubatio. In his locis matres familiarum cum lanificiis habent sessiones Vitr. 6, 10. Sessio, pro Mora, et cunctatione, ut SEDERE n. 2.

Nam Sedere quandoque valet Nihil agere, tempus otiose terere Cic. Att. 14, 14 Illam sessionem Capitolinam mihi non placuisse, tu testis es. Reprehendit Brutum et Cassium, qui illo ipso primo die, post Caesarem interfectum, senatum in Capitolium non vocarint, sed otiosi tempus consumserint. Dies sessionum sunt, in quibus ius dicitur. Vox apud Ictos frequens. Vlpian. L. 36 Dig. t. 4. l. 19. et L. 38 t. 15 l. 1. ¶ 2 Cael. Aurel. Chron. 4, 3, 50 p. 511 Retenta (defluxio incendiōsa) Sessionis in locis, quam Graeci hedram vocant longaeonem exurit.

SESSIVNCVLA, ae. f. Iucundus confessus amicorum. Cic. de Finib. 5, 56 c. 20 Circulos aliquos et sessivunculas confectari. Sic post Scal. Grut. etiam Dauis. Ante erat Semicirculos.

SESSVS, ūs, m. Apul. Flor. 3 p. 553 Locum sessui impertiunt. De sessu in terram eliditur Marcell. et Faust. libello Precum ad Imp. p. 39. Af. ad Cic. Fam. 10, 32 Herennium in XIV sessum deduxit. Balbus, et ita equitem esse iussit histrionem. Est alias quoque spectaculorum vox. Plaut. Poen. prol. 10 Nimia est stultitia sessum (*in theatro*) impransum incedere. Et v. 20 Neu designator — sessum ducat. Rurjus Cic. de N. D. 3, 74 c. 30 in simulatione iudicii, Veniamus in forum. Sessum ite, precor. Quid? ut iudicetur, qui tabularium incenderit.

SESSOR, ōris. m. [*ἴσθησις*] Hor. Epist. 2, 2, 130 In vacuo laetus sessor, Plausorque theatro. Sessores veteres ex vrbe eiecit, i. Habitatores Nep. 5, 2, 5. Vna ducentos irrumare sessores Catull. 37, 8. Sessorem recusare Sen. de Conf. 12.

SESSORIVM, i. n. Sella baiulatoria. Petron. Fragm. 77 Viperac huius sessorium. vid. Reines. ad b. l. p. 119. Quolibet sessorio leniter moveri Cael. Aurelian. Acut. 1, 11.

SESSITO, āre. Frequent. [*καθίστασις*] Cic. de Clar. Orat. 59 c. 15 Eius autem Cethegum medullam fuisse vult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit i. Saepius sedisse. Ipsa sessitandi regio Apul. de Dogm. Plat. p. 62. i. podex.

SESSIBVLLVM, i. n. [*ἴσθησις*] Super quod sedemus et quiescimus. Plaut. Poen. 1, 2, 56 Qui tibi oleant stabulum, statum, sellam et sessibulum merum. Prae metu latronum nulla sessibula, ac ne sufficientem supellectilem parare nobis licet Apul. Met. 1 p. 112 (Pric. p. 17.)

SESSILIS, e. Adj. [*ἴσθησις*] Quod sedet, vel sedere videtur. Plin. 15, 15 f. 16 de piris. Incerta nominum causa est barbaricis venereisque, quae colorata dicunt: regis, quae minimo pediculo sessilia: patriciis, voconiis, viridibus, oblongisque. Tergum sessile, Latum, in quo quis possit sedere Ouid. Met. 12, 401. de Cyllaro Centauro dixit. Sessilis lactuca, quae et Sedens dicitur; h. e. Quae ita bumi proiecta est, ut sedere videatur, neque sursum erecta esse, aut in sublime ascendere Martial. 3, 49, 8. Maluae Pallad. Octob. t. 10. Obba, v. v. Verrucac. . . .

SESSIMONIVM, i. n. Vbi simulacra reponuntur. Vitruu. praef. 7. In deorum sessimonio.

SESSICIVS, a, um. Sidon. . . .

SESSIVS, a, um. Tertull. de Spect. c. 8. Columnae Circi Sessias Deas sustinent, a Sementationibus dictas.

SESSIVVS, a, um. Sext. Placit. Illinitum in sessiua mulieris. i. sedem, partem qua sedetur.

SEDIGITVS, i. m. [*Σεδίγυρος*] dictus est Volcatius, illustris Poeta, a sex digitis. Plin. 1, 43 Digniti quibusdam in manibus seni: C. Horatii ex patricia genere filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi: Volcatium Sedigitum, illustrem in Poetica.

SEDITIO, ōnis. f. [*σάσις, διάσασσις, ἀκαταστάσις*] Est morbus rei publicae, cum ciuium pars negat obsequium regibus aut magistratibus. A Se, id est, seorsum, et Itio. De eadem ratione interposito, qua in prodeco, prodesse, redeo. etc. Et fuit fortasse verbum Sedire eiusdem significationis, cuius Secedere etc. Non. 1, 96 Seditionis proprietas a M. Tullio manifestata est in libro de Rep. 6

Eaque diffensione ciuium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur. Add. Isid. 5, 26. Virg. Aen. 1, 153

Ac veluti magno in populo quum saepe coorta est

Seditio, saeuitque animis ignobile vulgus:

Iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat.

De diffensione coniugali: Filiam dare in seditiōnem atque incertās nuptias Ter. Andr. 5, 1, 11. conf. Plaut. Amph. 1, 2, 16 Vulgat. Act. 15, 2. Comica lasciuia Seditiōnem facit lien, dixit Plaut. Merc. 1, 2, 14. i. intumescit et inflatur cum dolore. Incurtio seditiōnis, vid. INCURRO. Adulta seditio, vid. A DOLEO. Clamosa Claud. de Bell. Get. 467.

Recens Ouid. Met. 12, 61. Turbida seditio Idem Met. 9, 426. ¶ 2 Verborum formulae: Abstinere seditiōibus, Afferre seditiōnes, Agitare seditiōibus plebem, v. ff. 11. Ardent seditiōnes Liu. 6. Colere seditiōnes, vid. COLO. Commota seditio

105 Cic. Att. 2, 1. Comprimere seditiōnem Tacit. Ann. 1, 69, 5. Concire

cire seditionem, *vid.* CONCIEO. Concitare seditionem et discordiam Cic. pro Muraen. 89 c. 39. Conferre seditionem, *vid.* CONFERO. Conflare seditionem *vid.* CONFLO. Desflagante paulatim seditione Tacit. Hist. 2, 29. Patere. 2, 81 Subita deinde exercitus seditione, partim seueritate, partim liberalitate principis Discussa est. Exstinguere seditionem Liu. 6. Cic. Fam. 10, 32 Singulae quaedam cohortes seditionem Fecerunt. Idem ad Brut. 2 Quod scribis de seditione, quia facta est in legione quarta de Catoniis (quod dicam, in bonam partem accipies) magis mihi probatur militum seueritas, quam tua. Glifcente seditione Liu. 6, 14. Tacit. Ann. 1, 16 Quum Pannonicas legiones seditione Incessit. Inducere seditionem in ciuitatem, *vid.* INDUCO. Induere seditionem, *i. facere* Tacit. Ann. 2, 15 *pr.* Lenire seditionem Liu. 6, 16. Oritur seditio Caes. Bell. Gall. 7, 28. Redintegratur seditio Tacit. Hist. 4, 34. Restincta seditio est Cic. de Legib. 3, 24. Sedata militum seditio ab Appio Cic. Att. 5, 14. Sustinere seditionem Liu. Dec. 4. Prope seditionem ventum Tacit. Hist. 3, 21. Iuxta seditionem ventum Idem Germ. 6. Maris seditio Stat. Theb. 9, 142.

SEDITIONOSVS, a, um. Adi. [*σασιώδης, σασιώης*] Qui seditionem facit vel amat. Seditiosus ac turbulentus ciuis Cic. de Orat. 2 c. 11. Id. Cic. Verr. 1, 37 Malus ciuis improbus Consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit. Idem de Legib. 3, 44 Initis seditiosus Tribunis pl. Seditiosa vita, et tumultuosa Cic. de Inuent. 1, 4. Seditiosis Vocibus regem increpare Curt. 9, 4, 17. Add. Id. 10, 2, 12. Comparat. Eius seditiosior fuit concio Afcen. in Cic. pro Mil. p. 200. Superl. Val. Max. 3, 8, 3. Tacit. Ann. 1, 44, 3. et Hist. 2, 66, 6.

SEDITIONOSE. Adu. [*σασιώδως*] Cic. pro Cluent. 2 Altera autem, quae procul a iudicio remota est, quae concionibus seditiose concitatis accommodata est, quam tranquilliss, moderatisque iudiciis. Africanus a C. Carbone trib. pl. seditiose interrogatus Cic. pro Mil. c. 3. Seditiosius agere Tac. Hist. 5, 12, 3. Cic. Att. 2, 21 Multa quum seditiosissime diceret, vocem exprimere non potuit.

SEDITIONOSITAS, *satis. f.* Tribuniciae potestatis, *ap.* Flor. 3, 13 *lemma nescio quam antiquum.*

SEDITIONOR, *ari.* *σασιώζω* Gloss. Gr. Lat.

SEDITIONARIVS, *i. m.* *δημηγόρης* Gloss. Gr. Lat.

SEDO, *äre.* [*παύω, καταπαύω, κατατέλλω, καταβιβάζω, κοιμίζω, ἐρητύω*] Mitigare, placare, lenire, exstinguere, pro diuersitate nominum, quibus iungitur: *desinare facere aliquid vel simpliciter, vel qua molestum est.* Sallust. Catil. 15 *fin.* Namque animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari potuit, ita conscientia mentem excitatam vexabat, *i. ad tranquillitatem redigi.* Cic. pro Flacc. 53 Remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent Arrogantiam. Cic. in Catil. 2, 28 c. 13 Atque haec omnia sic agentur, Quirites, vt res maximae minimo motu: pericula summa nullo tumultu: Bellum intestinum ac domesticum post hominum memoriam crudelissimum et maximum, me vno togato duce et imperatore sedetur. Cic. de Legib. 1, 54 c. 20 Hoc dico, Controuersiam totam istam posse sedari. Discordias Cic. Philipp. 1, 1. Dolorem, *f. dolores* Scribon. 53. 40. 90. Flamma per incensas citius sedetur aristas Propert. 3, 19, 5. Fletus Propert. 2, 16, 31. Ieiunia carne Ouid. Met. 15, 83. Impetus sedatur Scribon. 20. *scil. morbi.* Incendia Ouid. de Rem. Amor. 117. Cic. Verr. 2, 1 Quod vnum ad inuidiam vestri ordinis, infamiamque iudiciorum sedandam maxime pertinebat, id non humano consilio, sed prope diuinitus datum atque oblatum vobis summo Reipub. tempore videtur. Iram Plaut. Merc. 5, 4, 1. Lassitudinem Idem Bacch. 1, 1, 75. Nep. 18, 9, 6. Lites Cic. Verr. 5, 132. Mentis commotas Plin. 20, 13. Metum sedat dies Sen. Thyest. 8. Miseras Plaut. Poen. 5, 4, 93. Motus animi Cic. Tusc. 3. et de Orat. 1 c. 46. Pauorem Liu. 1. Questus Sen. Herc. Oet. f. 14. Sitim Lucret. 4, 848. Tempestatem Cic. Verr. 3. Tumultum Caes. Bell. Ciuil. 3, 106. Vulnera, *Cohibere dolorem* Stat. Silu. 2, 1, 208. *Passive f. intransit.* Cn. Gellius apud A. Gell. 18, 12 Postquam tempestat sedauit, Atherbal taurum immolauit. *Plane passive* Cic. de Legib. 3, 24 At aliquando incenditur, et quidem saepe sedatur *ins.* populus a tribunis pl.

SEDATVS, a, um. Part. [*ἡρέμης, πεποιημένος*] Amnes sedati Virg. Aen. 9, 30. Animo sedatiore scribere Cic. Att. 8, 3. Bellum Nep. 14, 8, 6. Corde sedato respondere Virg. Aen. 12, 18. Cupidinem sedatum *in sua dote numerat Alcumena* Plaut. Amph. 2, 2, 210. Curae sedatae Stat. Theb. 12, 514. Hor. Epist. 1, 18, 90. Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi, Sedatum teleres. Cic. in Orat. 176 Est enim, vt in transferendis, faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior. Pectus sedatum Virg. Aen. 9, 740 et Sil. 11, 261. Cic. pro Cluent. 103 c. 37 Paulo sedatiore tempore est accusatus, quam Iunius, sed eadem fere lege, et crimine. Venti sedati Ouid. Met. 15, 349. Sedatissima voce vti Auct. ad Heren. 3, 24 c. 14.

SEDATE. Adu. [*ἡρεμῶς*] Placide. Cic. Tusc. 2, 58 c. 20 Non constanter et sedate ferēs? Sic in Orat. 92 c. 27 Cuius oratio cum sedate placideque loquitur, etc. Exercitu sedatius procedente Ammian. 25, 2.

SEDAMEN, *inis. n.* Sedandi remedium. Sen. Hippol. v. 1183 Omors amoris vna sedamen mali.

SEDATIO, *ōnis. f.* [*ἡρεμῆσις*] Cic. de Finib. 1 c. 19 Sice physica fortitudo sumitur contra mortis timorem, et constantia contra metum religionis, et sedatio animi omnium rerum occultarum ignoratione sublata. Cic. Tusc. 3, 65 c. 27 Vt apud Homerum quotidianae nece interitusque multorum sedationem moerendi afferunt. Perturbationum sedatio Cic. Off. 1, 93 c. 27.

SEDATOR, *ōris. m.* Arnob. 3 p. 115 Sedator militaris infaniae.

SEDVCO, *xi, etum, äre.* [*ἀπάγω*] Seorsum ducere ab aliis, quasi de rebus aliquibus locuturus. Ter. Hec. 1, 2, 69 Post Pamphilus me solum seduxit foras. Ibid. 4, 1, 7 Vxor vbi me ad filiam ire sensit, seduxit foras. Cic. Att. 5, 21 Quum haec disseruissem, seducit me Scaptius. Seuerē seducere Cic. Fam. 1, 9 *extr. scil. ad colloquendum familiariter de rebus arcanis. conf. ib. 10, 28 pr. c. not. Manut.* Manu blanda seduxit eum Ouid. Met. 2, 691. Castra seducere, *separare, in duas partes diuidere* Ouid. Met. 13, 611. Seducit terras hic breuis vnda duas Ouid. Heroid. 19, 14. *de Helleponto.* Quippe vbi non liceat vacuos seducere ocellos Propert. 1, 9, 27. Mors seducit artus anima Virg. Aen. 4, 385. Cic. Tusc. 1, 75 Quum a negotio omni seuocamus animum, quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus, secum esse cogimus, maximeque corpore seducimus? Legitur alibi Abducimus. 2 Seducere, *per translationem significat Deoipere, corrumpere: sed non apud antiquos.* Laudatur quidem Cic. Att. 10, 15 *extr.* Me vero adiuuant iis in angustiis seductum. Sed locus non obscurus modo, sed corruptus.

*Qui habent hanc vocem, seductos habent, non seductum. Victorius coniebat, Sed DI istos! quod receptum est a posterioribus: Clerico, Sed tu istos! Ter. Andr. 4, 1, 20 Etiam nunc me seducere istis dictis postulas. Verum recentes modo seducere habent Færno teste, antiqui ducere: quod etiam carminis ratio postulat: de sensu non est dubium. Male etiam quidam libri Quinctil. 7, 2, 24 habent, Quod ipsum me fecisse seductum iuuenili cupiditate gloriae fateor: ultima syllaba ex fecisse applicata etiam ad verbum sequens. Exultat ergo a bona Latinitate: eo frequentius apud Christianos scriptores est pro Corruptere vel In vitia ducere. v. g. Tertull. adu. Marc. 2, 8*

10 Angelus qui seduxit.

SEDUCTVS, a, um. Part. [*ἀπαχθῆς*] *Seorsum ductus, discretus. Cassaque seducto stipite flamma perit Ouid. Rem. A. v. 446. Quae nisi seductis nequeas committere diuis Pers. 2, 4. v. Casaub. ad h. l. p. 177. Liu. 30, 5 Singulos deinde separatim, Laelium ac Masinissam, seductos obtestatur, vt quantum nox prouidentiae adimat; tantum diligenti expleant cura. Sic Suetonius in Claud. Caes. c. 37. Recessus seducti, sinus secreti Ouid. Met. 13, 902. Terrae seductae, separatae, seiunctae Ouid. Met. 4, 622. Sen. Epist. 118 (117) Si proprium habent quiddam et a corporibus seductum. Comp. A turba seductior Pers. 6, 42.*

15 SEDUCTIO, ōnis. f. [*ἀπαγωγή*] Cic. pro Muraen. 49 c. 24 Moestos amicos, obseruationes, testificationes, seductiones testium, successionem subscriptorum animaduertebant. Mors est corporis animaeque seductio Laetant. 2, 12. ¶ 2 Corruptio apud scriptores ecclesiasticos. Tertull. adu. Marc. 2, 2 Adam confessus est seductionem.

20 SEDUCTVS, ūs. m. pro Secessu. Senec. de Tranquil. vitae c. 3. Sic hominum quorum maximae in seductu actiones sunt, etc.

25 SEDUCTOR, ōris. m. [*ἀπατητής, πλάνας, ἀνδροποδιστής*] Gloss. Vet. Lat. Gr. conf. Commod. Instruēt. 70.

SEDUCTRIX, icis. f. Tertull. adu. Marc. 2, 2.

30 SEDUCTILIS, e. Adi. [*ἐνεξυπαύτητος* Onomast. Vet.] August. Conf. 2, 3 Seducebat me, quia seductilis erat. Ergo vbi mortiferum seductilis Eua venenum Auribus accipiens cladi consensit iniquae Alc. Auit. 2, 166.

SEDUCIBILIS, e. Adi. Mulieres, quae habent timorem dei et non sunt seducibiles Vet. Interpr. Iren. 1, 9.

35 SEDVCVLVM, i. n. quasi Sudaculum, Flagelli genus est, quod vapulantes sudare faciat, dictum. Festus.

SEDVLARIVM, vid. SEDEO.

SEDVLVS, f. SEDOLVS, a, um. Adi. [*ἀλεγεινός, ἐπισπερχής, σπαδαῖος*] Qui ex animo et bona fide, sedolo, h. e. sine dolo, instanterque intentus est alicui rei. Potest hic Aduerbium Sedulo i. Sedolo antiquius fuisse. Quamquam securus plane eadem velut moneta percussus est. Probant fere hanc etymologiam veteres. vid. SEDVLO; et Acron ad illud Hor. Epist. 1, 13,

5 Ne studio nostri pecces, odiumque libellis Sedulus importes opera vehementer minister. Cic. de Clar. Orat. 176 c. 47. Eloquentes enim videbare, non sedulos velle conquirere. Anus sedula Tibul. 1, 3, 84. Apis Ouid. Met. 13, 928. Turba sedula Ouid. Rem. Amor. 182.

40 SEDVLITAS, ātis. f. [*σπουδή, περιεργία*] Instans et fidele officium, et diligentia, assiduitas. Sulla sedulitatem mali Poetae duxit aliquo tamen praemio dignam Cic. pro Arch. c. 110. Id. pro Caecin. 14 Quis igitur?

50 Ille quem supra deformavi, voluntarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua, sed ficto officio, simulataque sedulitate coniunctus, magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fidei. Idem Att. 11. Quae si non essent sedulitate effectae, et benevolentia tua, liceret mihi abire in solitudines aliquas. Non sentitur sedulitate labor Ouid. Fast. 4,

55 434. Sedulitas autem stulte quem diligit, vrget Hor. Epist. 2, 1, 260. Apta sedulitas Ouid. Met. 10, 409. Arguta sedulitas Cic. Fam. 8, 1. Nimis verbosa. Blanda sedulitas Ouid. de Arte Am. 2, 334. Mundae sedulitatis anus Ouid. Fast. 3, 668. Officiosa sedulitas Hor. Epist. 1, 7, 8. Senilis sedulitas Sil. 7, 186. Placere sedulitate

60 Ouid. de Arte Am. 1, 384.

SEDVLE. Adu. [*ἀσπερχῶς*] Idem quod Sedulo. Columel. 9, 9 Semper quidem custos sedule circumire debet aluearia. conf. Prudent. in Vinc. 407 c. n. Heinfl.

65 SEDVLO. Adu. [*ἀδόλως, ἀκιδόλως, σπαδαῖως, καρτερικῶς, προσεδουκῶς* Gloss.] Ex animo et sine dolo, instanter, inquit Donatus. Ad Adolph. 3, 3, 59. conf. Non. 1, 171. Nihil credis, quod ego dico sedulo Plaut. Capt. 4, 2, 106. Idem Aul. 1, 2, 35. Nam nunc, quum celo sedulo omnes ne sciant, omnes videntur scire. Ter. Phorm. 2, 4, 13 Ego sedulo hunc dixisse credo. i. e. Simpliciter, inquit Donatus. Hic etymologica illa ratio pulchre conuenit. Sic etiam Cic. pro Cluent. 58 c. 21 Hoc quamquam sedulo faciebat, tamen interdum non defendere, sed praevanicari accusationi videbatur. Sed diligentiam et intentionem notat Ter. Hec. 4, 2, 2 Etsi ea dissimulas sedulo. Sic fingit causas, vt det sedulo Ter. Eun. 1, 2, 50. Idem Eun. 2, 3, 70 Obsecro hercle Parmeno, fac vt potiar. P. 75 faciam sedulo, ac dabo operam, adiuuabo. Plaut. Men. 5, 7, 20 Propterea heri imperium exsequor, bene et sedulo serui. Cic. de Finib. 3, 13 Sedulo inquam faciam, sed fortuna fortis. Id ago sedulo Ter. Andr. 3, 5, 8. Fit sedulo Ter. Adolph. 3, 3, 59.

80 SEDVM, i. n. [*ἀΐζωον*] Herba, quae Semperuiuum dicitur, a semper uiuendo. Maius memorat Plin. 25, 13. Idem 18, 17 Democritus succo herbae, quae appellatur aizoon in tegulis nascens, tabulisue, Latine vero sedum aut digitellum, medicata seri iubet omnia semina. Columel. 2, 9 Id ne fiat, remedio est mistus succus herbae, quam rustici sedum appellant. Add. Id. 11, 3 et 10, 356. Plin. 26, 11. Varr. L. L. 4, 28 Festus: Sedum, alii Sadum appellant herbam, quam Opilius Aurelius Sefunium vocari ait, eamque in tegulis seri.

85 SEDVNI, Populi in Alpibus, quos commemorat Plin. 3, 20.

## S E G

90 SEGĒS, ētis. f. [*λήιον, καρποί, γεννήματα* Vet. Gloss.] Sata, stirpes eorum seminum, ex quibus conficitur panis, nondum demessas Varro L. L. 4, 4 p. 11, 17 Seges ab satu, id est semine. Plin. 18, 17 Si in articulum seges ire coeperit, runcare remedium est, ne herbae vincant. Et paullo post, Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba duntaxat. Virg. Aen. 2,

95 304 In segetem veluti cum flamma furentibus austris Incidit. Cic. Tusc. 5, 91 c. 31 Atenim, qua in vita est aliquid mali, ea beata esse non potest. Ne seges quidem igitur spicis vberibus et crebris, si auenam vsquam (sic recte post alios Dauis. pro vulg. ipsam) videris: nec mercatura quaestuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. Luxuries segetum Virg. Georg. 1, 112. Rapinae praematurae segetum Lucan. 7, 98. Aegra seges negabat victum Virg. Aen. 3, 142. Altae segetes Virg. Georg. 3,

100 198 Ouid. Met. 2, 213 Materiemque suo praebet seges Arida damno, de incendio Phaethonte. Cana Ouid. Met. 10, 655. Dura Tibul. 2, 3, 65.

105 Fertiliior seges est alienis semper in agris Ouid. de Arte Am. 1, 351.

Grauida Virg. Georg. 1, 319. Immatura Sil. 15, 536. Virg. Aen. 7, 808 Illa vel intactae segetis per summa volaret Gramina, nec teneras curfu laessisset aristas. Virg. Georg. 1 pr. Quid faciat Laetas segetes, etc. Opimae segetes Hor. Carm. 1, 31, 4. Tenerae segetes Ouid. Fast. 4, 923. ¶ 2 Verborum formulae: Cingenda est altis sepiibus ista seges Ouid. de Arte Am. 3, 562. Quid faciat lactas segetes Virg. Georg. 1, 1. Facit mora validas segetes Ouid. Rem. Amor. 84. Ferret iste segetes, iste serendus ager Ouid. de Arte Am. 2, 668. Fluetuat adulta leni Zephyro seges Sen. Herc. fur. f. 9. Indui segetibus dicitur terra, vid. INDVO. Intereunt segetes Virg. Georg. 1, 152. Metere segetem Sil. 16, 616. Obducunt herbae segetem Virg. Georg. 2, 2, 411. Occare segetes Horat. Epist. 2, 2, 167. Pectinare segetem, vid. PECTINO in PECTEN. Praetendere sepe segeti Virg. Georg. 1, 270. Nisi tamen hic ager potius intelligi debet. Proculcare crescentes segetes Ouid. Met. 8, 290. Resecanda falce seges Ouid. Epist. 1, 53. Runcare segetes Varro de R. R. 1, 30. Senescit seges nimio imbore Stat. Silu. 5, 1, 147. Sternuntur segetes Ouid. Met. 1, 272. Surgentium sine fruge segetum marcor Sen. N. Q. 3, 27. Surgit matura seges Senec. Thyest. f. 5. Veniunt hic segetes, illic felicius vuae Virg. Georg. 1, 54. Vrit campum seges lini Virg. Georg. 1, 77. Obs. Seges, de leguminibus Columel. 2, 14 Quod praedictorum leguminum segetibus satiscit. ¶ 3 Frequenter etiam pro agri ea parte accipitur, quae frugum causa confertur: confertur, inquam, aopisus, ut non finiamus, destinatusne tantum sit seminibus accipiendis, an paratus iam una alteraque aratione; an iam habeat semina, eaque latentia, adulta, matura; an ea iam demessa sint. Varro, ut solet, occasiones diuinare bene male appellationum, non fines ponere significationibus, de R. R. 1, 29, 1 Seges, inquit, dicitur, quod aratum factum est: aruum, quod aratum nec satum est. Haec lectio Victoriana, i. optimis ab auctoribus accepta est. Hoc autem dicit, Segetis nomen cum a Serendo ductum sit, et aratum significat, i. fundum, solum, quod aratum cum est, semen accipit, et satum i. ipsum semen in agro alitum ex agro eductum, verbo et agrum et fructum, interdum simul sumta, interdum sola: cum contra ea aruum de solo arato potius dicatur, quam de prouentu. Qui segetem dicunt sementis quaecumque relationem includunt; qui aruum, bis arandi modo notio obuersatur. Nec aliter accipiendus est Festus, Seges dicitur ea pars agri, quae arata et confita est, a serendo videlicet. Iam exempla videamus, vbi seges ager est. Cic. Tusc. 2, 13 c. 5 Nam vt agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur, falsumque illud Attii, (damus locum ex Mureti praecleara emendatione recepta etiam Dauisio) Probae etsi in segetem sunt deteriore datae fruges, tamen ipsae suapte natura enitent. Seges ager est seminibus accipiendis paratus. Agrum dum paratur sementi, intelligit Virg. Georg. 1, 47 Illa seges demum votis respondet avari Agricola bis quae solem, bis frigora sensit. Id. Georg. 4, 129 Nec Cereri opportuna seges, nec commoda Baccho: non accessum solum bubus aratoribus, non aptum vineae. Non. 4, 427 Segetem terram interpretatur laudatque M. Tull. Hortensio, Vt enim segetes agricolae subigunt aratris multo ante quam serant: item, post alios, Accium: cuius de versibus cogitata Vossii ad Fragm. Tragg. p. 172 et Iulii Pontederæ Epist. 10 p. 126 videri possunt: nobis hoc satis hic est, In segetem ibi cieri vel rusticos, vel boues, vt terras profcindant, etc. Citat porro Nonius eiusdem Accii hoc, Quod beneficium haut sterili in segete rex te obfesse (obseuisse) intelligis. Sunt ibi plura. Cic. Verr. 3, 20 c. 8 Lex acutissime et diligentissime scripta, quae omnibus custodiis subiectum aratorem decumano tradit, Vt neque in segetibus (cum fruges adhuc in agro stant vel iacent) neque in areis (vbi defectae trisurantur) neque in horreis, neque in amouendo, neque in asportando frumento, grano vno possit arator sine maxima poena defraudare decumanum. Cato 29 Stercus diuidito sic: Partem dimidiam in segetem, vbi pabulum seras, inuehito. Cato 36 Quae segetem stercoreant. Stercus columbinum spargere oportet in pratum, vel in hortum, vel in segetem. Et 37 Hordeum, foenum Graecum, eruum, haec omnia segetem (agrum frumentis postea conferendum) exsugunt, et omnia, quae velluntur. Nucleos in segetem ne indideris. — Ex segete euellito ebulum, cicutam etc. Et 38 extr. Virgas et sarmenta, quae tibi vsioni supererunt, in segete comburito: vbi eas combufferis, ibi papauer serito. Varro R. R. 1, 6, 5 Segetes meliores existimantur esse campestris, vineae collinae, siluae montanae. Plinius 1, 23, 5 Segetes frumentarias vocat. 1, 37, 4 Ad alia faciendi scrobes — ad alia arandum, aut fodiendum, vt si segetes instituas. Et 1, 50, 1 Stramenta relinquunt defecta in segete, Et mox Stramenta stantia in segete relinquit. de messe facienda sermo est. Sunt plura, quae ad 1, 29, 1 collegit Pontedera, qui diligenter hanc segetis significationem illustravit, quod fecerat inter alios etiam Salmas. ad Solin. p. 259, b C. et satis copiose Brouckhus. ad Tib. 4, 1, 172 Tondeturque seges maturus annua partus, vt tondetur caput (secundum) crines. Addimus et Vet. Gloss. Seges ἀγορα, segetibus ἀγορα. ¶ 4 Quid si in illo Catonis oraculo de R. R. 5, 4 et Plin. 18, 24 f. 55 segetem ne defrudet: intelligatur seges ipsum id, quod seritur, s. semen? Certe Gaecis est ἀπτερυγῶν τῶν σπέρματος, vt monui ad Catonem. Sed qui de semine furatur, eodem segetem i. agrum conferendum defraudat. vid. DEFRVDO et DEFRVGO. Plin. 18, 11. Segetes, quae interquieuerunt, fundunt rosam odoratiorem satiuæ: adeo terra non cessat parere. Focundae segetis semina Lucan. 6, 521. Cic. in Orat. 48 Segetes focundae et vberes, non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus. ¶ 5 Metaphora consueta est multitudo rerum eiusdem generis, Clipeata seges virorum Ouid. Met. 3, 110. Ferrea seges strictis horret mucronibus Virg. Aen. 12, 663. Claudian. de Hystrice 11 Stat corpore toto Silua minax, iaculisque rigens in praelia crescit Picturata seges. Stimulorum seges Plaut. Aul. 1, 1, 6 Coniucium feruile, in cuius tergo multi stimuli aut virgae haerere soleant. Telorum ferrea seges Virg. Aen. 3, 45. Virum seges horruit densis hastis Virg. Georg. 2, 142. de fratribus Cadmeis e dentibus draconis tanquam e semine enatis. De iisdem, Virorum segetes seminibus iactis adulesse Ouid. Epist. 6, 31. Alia metaphora, in quantum seges ager est. Cic. pro Milon. 36 c. 13 Quid enim odisset Clodium Milo segetem ac materiam suae gloriae. ¶ SEGETALIS, e. Apul. de Herb. 78 Gladiolus segetalis, i. in segete crescens.

SEGESTA, vel SEGETIA, ac. f. [Σεγῆσα] Deae nomen. Plin. 18, 2 Seiam a serendo, Segetem a segetibus appellabant: quarum simulacra in Circo videmus. Macrobius Saturn. 1, 16 Segetiam vocat. Augustinus Civitatis diuinae 4, 8 Sata, inquit, frumenta quamdiu sub terra essent, praepositam voluerunt habere deam Seiam. Quum vero iam essent super terram, et segetem facerent, deam Segetiam. Frumentis vero collectis atque conditis, vt tuto seruarentur, deam Tutilinam praeposuerunt. Potest etiam hoc nomen cum Segetre deduci a segerendo: vid. Voss. Etymol. p. 462. DEAE SEGETIAE est in numo Saloninae Augustae: 105

quem ingeniose, ut sibi videbatur, interpretatus est Hard. ad Plin. l. c. Decuriones Eduae Augustae Edicto Senatus Egnatio Gallieno Egregiis Triumphis Insignem Arcum Erexere. Hinc discite, qui nescitis, ingenium viri. ¶ 2 Segesta, quae nunc appellatur, Oppidum in Sicilia est, quod videtur Aeneas condidisse praeposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominavit, sed praeposita est ei s littera, ne obscuro nomine appellaretur, ut factum est in Maleuento, quod Beneuentum dictum est, et in Epidamno, quod usurpant Dyrrachium. Haec Festus. Vid. Plin. 3, 5 et 8. Cic. Verr. 4, 72 Segesta est oppidum peruetus in Sicilia, quod ab Aenea fugiente a Troia — conditum esse demonstrant, etc. Sunt ibi plura.

SEGESTANVS, a, um. Adi. [Σεγέστανος] Qui Segestam incolit. Cic. Verr. 4, 72 Segestani non solum perpetua societate, etc.

SEGESTENSIS, e. Aliud Adi. Cic. Verr. 3, 83 Multo etiam impudentius in decumis Segestensium versatus est.

SEGESTRE, is, n. vel SEGESTRVM, i, n. [Σεγέστρα, σέγαστρον Vet. Gl.] Quo aliquid inuoluitur. Varr. de L. L. 4, 35 p. 39, 38 de lectis agens. Quod inuoluebant, quod fere stramenta erant e segete, segestria appellabant, ut etiam nunc in castris: nisi forte a Graecis: nam σέγαστρον lectica. Festus, Δέξιος Graeci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus segestria. Varr. ap. Nonium Marcellum 1, 35 Lecticam quo inuoluebant, segestria appellabant al. segestra. Paenula, si quaeris canteriu', feruu' segestre Vtior mihi quam sapiens Lucil. ap. Non. 14, 13. Conf. SEGESTA. Plin. 13, 12 de chartarum generibus, Nam imporetica inutilis scribendo, inuolucris chartarum segestriumque usum praebet, et ideo a mercatoribus cognominata. Suet. Aug. c. 83 Augustum refert exercendi corporis causa deambulasse segestro, et lodicula inuolutum. Al. Sestertio. Vid. Casaub. ad b. l. Scalig. ad Fest. et in Coniect. ad Varr. p. 65. Voff. Etymol.

SEGETIA, vid. SEGESTA Dea.

SEGMENTARIIVS, SEGMENTATIVS, SEGMENTVM, vid. SECO.

SEGNESCO, ère. Caes. Aurel. Acut. 2, 18, 110 Segnescentibus spuitis, i. parcius fluentibus.

SEGNIS, e. Adi. [Σεγνός, κούριος δὲ ὁ ἀδρανής καὶ ἀργός Vet. Gl.] Tardus et ignavus; cuius contrarium Ardens, qui festinans, et acuto ingenio est. Segnis est se sine igne. Vid. Scalig. Comment. ad Aetnam, Brouckb. ad Tibull. 2, 1, 20. Burmann. ad Nemes. Cynege. v. 212. Virg. Aen. 3, 513 Haud segnis strato surgit Palinurus, et omnes Explorat ventos. Cic. Att. 8, 13 Ego si cui adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro. Segnes opp. promptis ap. Caes. B. C. 1, 3. Haud illo segnior ibat

Virg. Aen. 4, 150. Heu, Meliboe, iaces letali frigore segnis Nemesian. Ecl. 1, 49. Ad credendum segnis Liu. 24, 13 extr. Cic. pro Font. 7 c. 3. Segniores ad imperandum Posthac caeteri sint, quum videant eos oppugnari, quibus oppressis Populi Roman. imperiis, incolume esse non possit. Segnis et iacens Quintil. 1, 3. Acta segnia, ignava

Quid. Met. 12, 500. Animus segnis Plin. 11, 52. Anni segnes, In quibus nihil praeclari gestum est Ouid. ad Liuiam 449. Campus segnis situ durefcit Virg. Georg. 1, 72. Carduus segnis horret in aruis, qui retardare solet, quibus adhaerescit, ut lappa Virg. Georg. 1, 151.

Cic. de Legib. 2, 45 Terrae cultum segniorum suspicor fore, si ad eam tuendam ferroque subiiciendam, superstitionibus aliquid accesserit. Dextra non segnis dare vulnera, h. e. Ad vulnera inferenda Quid. Trist. 5, 7, 19. Discordia non segnior domi Liu. 2, 43 ad etymon alludè videtur. Cum igni comparari solet discordia. Epistola non segnis,

lenta mors Stat. Silu. 4, 4, 1. Exitus segnis Stat. Silu. 5, 3, 258. Indoles segnis Tacit. Ann. 12, 26. Iter lucis non segne Valer. Argon. 1, 788. Mens segnis ad laetitiam Ouid. ex Pont. 3, 4, 50. Liu. 25, 8 Suspecta esse iam segnis mora eius desierat. Moras segnes rumpere Virg. Georg. 3, 42. Mors segnis Liu. 40, 4. Otium segne

Quid. ex Pont. 1, 5, 43. Pes segnis Hor. Carm. 3, 12, 8. Pugna segnior Liu. 3. Radii Nemes. Cynege. v. 212. i. qui faciunt segnes. Sopor segnis Lucan. 5, 689. ¶ 2 Obs. Segnis, cum Genitiuo. Tac. Ann. 16, 14 Inquietus animo, et occasione haud segnis. Superl. Lana segnissimi corporis excrementum Apul. Apol. 1 p. 310. Segne, adverbialiter. Nihil differendum, nec agendum segne, ratus Ammian. 21, 10 pr.

SEGNITIES, èi: vel SEGNITIA, ae. f. [σεγνότης, σεγνίτια] Tarditas ac negligentia ad agendum, inquit, Donatus: quod, ut ait Festus, fit sine nitendo quid utile et honestum: cui quidem etymologiae longe praeferrimus alteram, q. d. se igni, sine igne. Plaut. Trin. 3, 3, 67 In huiusmodi negotio diem sermone terere, segnities mera est. Ter. Andr. 1, 3, 1

Enimuero Daue nihil loci est segnitiae, neque socordiae. Cic. de Fin. 1, 5 c. 2 Rudem enim esse omnino in nostris Poëtis aut inertissimae segnitiae est, aut fastidii delicatissimi. Pro stupiditate, vecordia, ap. Suet. Claud. c. 5. conf. Plaut. Trin. 3, 3, 67. Mela 1, 5. Colum. 9, 5. Cic. de Orat. 185 Et quoniam de imprudentia dixi, castigemus etiam segnitiam hominum atque inertiam. Sera segnities Virg. Aen. 2, 374. i. tarda, sero agens quod opus est. Immunda segnities, vid. IMMUNDVS. Segnities verbi Quintil. Decl. 12, 11 p. 252. quod atrocitati rei significandae impar est. Plin. . . Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum segnities. i. Sterilitas. Sic translatum ex Perotto. Forte ex memoria citavit quod est 18, 5

Segnitiam priores domini pro emtore esse arbitrantur. Nihil est damnosius deserto agro.

SEGNITAS, antiquis pro Segnitia. Acc. Aenead. apud Non. 2, 808. Eo nunc quod eorum segnitate ardet focus. Vid. Nonium, si plura desideras. Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitatem hominum atque inertiam Cic. de Orat. 1 c. 41. Sed al. Segnitiam.

SEGNITER. Adu. [σεγνίως] Liu. 2, 58 Segniter, otiose, negligenter, contumaciter, omnia agere, nec pudor, nec metus coërcebat. Plin. 14, 22 Nec segniter vita in eo elaboravit Virg. Aen. 9, 441. Mitis et iniuriam segniter laturus Tac. Hist. 2, 71, 3. Positi artus segniter Stat. Silu. 4, 106. Segnius oppugnare Liu. 40, 27. Segnius irritant animos demissa per aures Hor. de Arte Poët. 180. Ire non segnius sagitta Scythica Ouid. Met. 10, 588. Nihil segnius Nepos 14, 3, 5. Liu. 7, 18. Sallust. Jug. c. 75. Curt. 4, 6, 25. Multis auctorum in locis Heinss. pro non segnius emendat non fecius: vid. ad Ouid. Met. 2, 809. Segnissime torpere Cassiod. Edict. 1, 35.

SEGNE, pro Segniter ex Ammian. 21, 10. dedimus in SEGNIS.

SEGNIPES, èdis. c. [σεγνίπους] Qui tarde incedit. Iuuen. Sat. 8, 66 Tritoque trahunt ephredia collo Segnipedes.

SEGREGO, ère. [ἀφροσίζω ἑκφυλάω] Ab aliorum numero, vel societate et grege separare. Ter. Andr. 1, 5, 56 Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deferas: de coniugio promisso. Segregare e senatu aliquem Plaut. Mostel. 5, 1, 9. Ab agmine semet segregare Stat. Theb. 12, 184. Se-

iungi et segregari Lucret. 1, 453. Segregare ab se culpam vel suspiciones Plaut. Trin. 1, 2, 42. Cic. pro Arch. 4 c. 2 Quod si mihi a vobis



bis tribui, concedique sentiam, perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, quum sit ciuis, a numero ciuium, verum etiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse. Virtutem segregare a summo bono Cic. de Fin. 3, 30. Pugnam segregare Liu. 1, 25

*Seorsim congregari cum singulis.* Sermonem segregare, non loqui, loqui desinere Plaut. Milit. 3, 1, 61. Idem Poen. 1, 2, 136. Segrega sermonem: taedet. *b. e. Tace.* Seque gregari, pro Segregarique apud Lucret. 1, 453 Dissidio potis est seiungi, seque gregari.

SEGREGATVS, a, um. Part. Vita sola relicta, comitatu pulcherrimo segregata Cic. Tusc. 5 c. 28.

SEGRĒGIS, an SEGREX? Nondum enim prima positio inuenta est, remotus a grege separatus, solitarius, soliuagus. Sen. de Benef. 4, 18 Quaecumque vaga nascuntur, et actura vitam segregem, armata sunt: hominem — nudum et infirmum societas munit. Heliam fragore ab omni remotum ac segregem Prudent. Cathem. 7, 28. Segrege regno Id. Hamart. v. 66. *i. separato. conf. ibid. 803.* Ciuitates situ segreges Sidon. Epist. 9, 3. *Audacter* Sen. Hippol. 1208 Qui noua natum nece Segregem sparsi per agros. *i. discriptum a monstro.*

SEGRĒGVS, a, um. Aufon. Parent. Carm. 9. Ipse tuo viuens segregus arbitrio.

SEGREGĀTIM. Adu. Prudent. in praef. Hamart. v. 39. Et segregatim numen aeternum colens. *Add. Cod. Theod. l. 16 t. 3.*

SEGREGATIO, ōnis. f. Tertull. de Amin. 42.

SEGREGATOR, ōris. m. Idem.

SEGVLLVM, i. n. Plin. 33, 4 f. 21 Aurum qui quaerunt, ante omnia segullum tollunt, ita vocatur indicium. Alueus hic est, arenaeque lavantur, atque ex eo, quod refedit, coniectura capitur. *Secundum haec Segullum putabimus esse fossam, vel egestam huiusmodi lauandi causa, ut appareat habeatne aliquid diuitis metalli.*

## S E I

SEIA, et Segeſta, *Dearum apud veteres nomina, de quibus sic Plinius 18, 2 Seiamque a ferendo, Segeſtam a segetibus appellabant, quarum simulacra in circo videmus. vid. SEGESTA.*

SEIA Gens Romae, unde ductum

SEIANVS Aeliorum quorundam cognomen. *Nobilissimus ille Tiberii amicus, de quo praeter Tacitum Sueton. Tiber. c. 48, 61 et 62. Iuuen. Sat. 10, 66 — Seianus ducitur vnco Spectandus.*

Seianus equus a primo possessore Cn. Seio dictus, cuius domini omnes infelices. *Historiam copiose narrat ex Gabio Basso et Iulio Modesto, Gell. 3, 9 Claudii narrationem, Hinc prouerbium de hominibus calamitosus ortum, dicique solitum: Ille homo habet equum Seianum.* Eadem sententia est illius quoque veteris prouerbii, quod ita dictum accepimus, *Aurum Tholosanum, etc. Talem agrum fingit Stasimus ille Plautinus Trin. 2, 4, 132 Neque vnquam quisquam est, quous ille ager fuit, Quin pessime ei res vorterit, quouiam fuit. Alii exulatum abierunt, alii emortui: Alii se suspendere. Hem! nunc hic, cuius est Vt ad incitas redactus, etc.*

SEIVGI, siue SEIVGES. in. pl. [*ἰξίπποι*] dicuntur Equi seni ad unum currum iuncti. Apuleius in Floridis 3 Vni cui omnes prouinciae, 50 quadriuges et seiuges currus ubi gentium ponere gratulantur. Plin. 34, 5 Scrum hoc, et in his non nisi a diuo Augusto seiuges, sicut et elephantum. Sed

Seiuges gentes ad vnum morem coniugare Solin. c. 10 *i. separatas.* SEIVGĀTVS, a, um. Idem quod seiunctus. Verbum SEIVGO dicitur esse apud Solinum. Cic. de Diuin. 1, 70 c. 32 Humani autem animi eam partem, quae sensum, quae motum, quae appetitum habeat: non esse ab actione corporis seiugatam. Si spiritus corpore semel fuerit seiugatus Apul. Met. 6 p. 180.

SEIVGATIO, ōnis. f. Augustin.

SEIVNGO, nxi, nctum, ěre. [*διωχωρίζω*] Disiungere, seorsum ponere, separare. Cic. Fam. 1, 9 Tibi autem multo notior atque illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni quo seiuncti fuimus, et vna et Romae fuissimus. Dissidio perniciali seiungi Lucret. 1, 453. Seiungendus ab Antonio Cic. Att. 15, 12 *extr.* Fortunam nemo ab inconstantia et temeritate seiunget Cic. N. D. 3 c. 24. Dummodo ista tua priuata sit calamitas et a reip. periculo seiungatur Cic. Catil. 1 c. 9 Id. Acad. 1, 7 c. 2 Quid sit illud verum et simplex bonum, quod non possit ab honestate seiungi. A spe pariendarum voluptatum seiungi non potest Cic. de Finib. 1, 33.

SEIVNCTVS, a, um. Partic. [*διεζευγμένος*] Propert. 2, 16, 23 Dolor seiunctus abest corpore Lucret. 2, 18. Etsi seiunctum a re proposita sit Nep. 16, 3, 1. Nullam seiunctam sibi ab eo vult esse fortunam Nep. 25, 10, 5. Seiunctum et secretum a corpore Lucret. 1, 432. Semota, et seiuncta a rebus nostris Lucret. 1, 59.

SEIVNCTIO, ōnis. f. [*διάζευξις*] Cic. de Orat. 3, 201 c. 53 Propositoque quid sis dicturus, et ab eo quod est dictum seiunctio, et reditus ad propositum, et iteratio, et rationis apta conclusio.

SEIVNCTIM. Adu. Multa cauernoſo seiunctim carcere grana Strabo Gall. de cucurbita.

## S E L

SELAS, ātis. n. [*σέλας*] Selas Graeci vocant incensi aëris lucem Apul. de Mundo p. 63. *conf. Sen. Qu. Nat. 1, 15.*

SELAGO, inis. f. Herba Sabinæ similis. Legitur sine ferro dextra manu per tunicam, qua sinistra exiuit, velut a furante, candida veste vestito, pureque lotis nudis pedibus, sacro facto prius quam legatur, pane vinoque. Fertur in mappa noua. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidae Gallorum, et contra omnia oculorum vitia funum eius prodesse Plin. 24, 11. f. 62.

SELECTIO, SELECTVS, vid. SELIGO.

SELENION *ita* SELENOGONON, i. n. [*σελήνιον, σελνόγονον*] herba, Poconia *alias dicta*, Apul. de Herb. 64.

SELENITES, ae. m. [*σεληνίτης*] Gemma in Arabia nascens, ex candido translucens melleo fulgore imaginem Lunae continens, reddensque in dies singulos crescentis minuentisque numero Plin. 37, 10. 95 Solin. c. 40.

SELENITIVM, i. n. Hederae genus, cuius est minor acinus, sparsior racemus Plin. 16, 34.

SELENSIVM, i. n. praecipuum genus tritici. Plin. 18, 7.

SELEVCIA, ae. f. [*Σελυκεια*] Multarum urbium nomen a Seleucis vel conditarum, vel appellatarum certe. Nobilis praesertim prima Syriae ad Orontem.

SELEVCIANVS, a, um. Adi. Cic. Att. 4, 18 Perspice aequitatem animi mei, et ludum, et contemtionem Seleucianae prouinciae. Macedoniam intelligit I. F. Gronouius a Seleuco Nicatore, victore Lyſimachi dictam.

**SELEVCIDES**, Aues vocantur, quarum aduentum ab Ioue precibus impetrant Cassii montis incolae, fruges eorum locustis vastantibus. Nec vnde veniant, quoue abeant, compertum, nunquam conspēctis, nisi cum praesidio earum indigetur. Haec Plin. 10, 27.

**SELEVCVS**, i. m. [Σέλευκος] *Vnus ex principibus amicis Alexandri, qui post Alexandri mortem primus in Syria regnavit. Cuius deinde nomine vsi posteri SELEVCIDAE, cognominibus Callinici, Cerauni, Philopatoris distincti, quemadmodum ipse generis conditor Nicator a victoriis dictus est. Vid. Iustin. 13, 4. 15, 4 etc.* ¶ 2 *Cisbaeroedi nomen apud Iuuen. Sat. 10, 211.*

**SELĪBRA**, ae. f. [ἡμιλίτρον] *Dimidia libra. Plin. 14, 16 Malobathri felibris in musti congios duos additis. Liu. 5, 74 Selibra farris. Gell. 7, 18 Darent argenti pondo libram scilicet et selibrā. Fari-nae Cato R. R. c. 84. Add. Colum. 12, 5. Suet. de Grammat. c. 11. Fit autem felibra e Semi libra, per syncopen: et primam contra naturam originis breuem habet. Certe sic Martial. 5, 20 Saturnaliciae ligulam misisse felibrae. Et 4, 46 Et turis, piperisque tres felibrae. Argenti libram mittebas: facta selibra est Martial. 10, 57.*

**SELICASTRUM, SELIQVASTRUM, SILIQVASTRUM**, (his enim modis scriptum inuenitur) i. n. [διφρος, καδέσρα] *Sedile angustius, arbitror, et vilius: idque ex diminutiua et vilitatem indicante terminatione colligo. Festus, Seliquastra antiqui generis, appellantur D littera in L conuersa, vt etiam in sella factum est, et subsellio, et solio, quae non minus a sedendo dicta sunt. Ipse Varro de L. L. 4, 28 p. 32, 6 Ab sedendo appellantur Sedes, Sedile, Sedum (forte Solium) Sellae, Seliquastrum. (Sciopp. Siliquastrum). Arnob. adu. Gentes 2 p. 59 Quid arquata si Sellula, acus, strigilis, pollubrum, filiquastrum, trulla, Caucicula. Paullus L. 4 D. de supellect. leg. Rhedae et Seliquastra supellectili adnumerari solent. Sic Haloander ex Cod. Norico. Sed Florentina lectio Sedularia. Aliquoties vsus est Hyginus in Poët. Astron. Nempe 2, 10 de Cassiopeia, pro quo factio inter sidera, sedens in filiquastro constituta est: quae propter impietatem, vertente se mundo, resupinato capite ferri videtur. A filiqua hic deriuat Schefferus, et a Selicastro distinguit, intelligitque instrumentum cauum, cui poenae causa, vt granum in filiqua inclusa sit Cassiopeia. Sed Graeci διφρον et καδέσραν vocant; picturae antiquae reclamant; satis poenae est, quod resupinato capite fertur. Sedile appellat Hyginus reliquis locis, 2, 9 Cassiopeia sedens in filiquastro collocata est, cuius sedilis, et ipsius Cassiopeiae pedes positi in ipsa circumductione circuli — Capite cum sedili resupina ferri perspicitur. Add. 4, 6 ubi itidem sedile vocatur. Hoc, puto, manet, esse Sedile non honoris, sed necessitatis. Vetus pictura in scholiaste Germanici alligatam facit ad iugum post sellam constitutum, ex duabus furcis et transuersario sigillo constans.*

**SELĪGO**, ēgi, ēctum, ēre. [ἀποκαίω] *Seorsum legere, secernere. Cic. in Orat. 103 c. 29 Quae exempla selegissem, nisi vel nota esse arbitrarer, vel posse eligere qui quaererent. Idem in Orat. 47 c. 15. Nec vtetur vero imprudenter hac copia, sed omnia expendet et seliget. Et de Finib. 3, 23 c. 6 Sed hoc quasi vltimum, quale nos summum in vita bonum dicimus: illud autem vt feriat, quasi seligendum, non expetendum. Ouid. Amor. 3, 11, 49 — tu selige tantum.*

**SELECTVS**, a, um. Partic. vt, Selectae, breuesque sententiae *Epicuri, quas appellabis xypias δόξας Cic. de Nat. Deor. 1, 85 c. 30. Pe-ctora selecta, patres Ouid. Fast. 5, 71. Selecti Di quidam dicebantur. August. de C. D. 7, 1 Fieri potest, vt saltem Deos selectos atque praecipuos, quos Varro volumine complexus est vltimo — quisquam colendos — opinetur. Qua in re non dico, quod facilius ait Tertul-lianus fortasse quam verius, si Di seliguntur vt bulbi, vtique caeteri improbi iudicantur. — Sed animaduertendum potius, quinam isti sint, et ad quam rem selecti videantur. Deinde c. 2 Hos certe deos selectos Varro vnus libri contextione commendat, Ianum, Iouem, Saturnum, Genium, Mercurium, Apollinem, Martem, Vulcanum, Neptunum, Solem, Orcum, Liberum patrem, Tellurem, Cererem, Iunonem, Lunam, Dianam, Mineruam, Venerem, Vestam: in quibus omnibus ferme viginti duodecim mares, octo sunt feminae etc. Sunt enim phylacula. Selecti iudices, triplici ratione dicuntur, prima a Praetore lecti omnes in decurias iudicum. Ita accipit Cic. pro Cluent. 121 c. 43 Deinde Praetores tantum vrbanī, qui iurati debent optinimum quemque in selectos iudices referre. Ita Hor. Serm. 1, 4, 123 Habes auctorem, quo facias hoc, Vnum ex iudicibus selectis obiciebat. Huc referas Cic. Verr. 2, 32 c. 13 Caeterarum rerum selecti iudices ex ciuium Romanorum conuentu proponi solent. De omni genere iudicum, quorum copia in prouincia haberi potest, agitur. Deinde Alcon. Padian. in Act. 1 in Verr. c. 6 Selectos iudices illos vocat, qui facta rei actione ab ipsis litigatoribus selecti fuerant. Denique euersa rep. Selecti iudices dicti, qui Senatorii ordinis erant, vt iudices peculiariter, qui equestris. Docet hoc Plin. 35, 2 Decuriae quoque ipsae pluribus discretis nominibus fuisse: Tribunorum aeris (ex plebe) et Selectorum, et Iudicum. Triplicem illam rationem huius appellationis declarauit recte et erudite Io. To. Krebsius, quem laudauimus voce IVDIX.*

**SELECTIO**, ōnis. f. [ἀποκαίσις] *Cic. de Finibus 2, 43 c. 13 Dum enim in vna virtute sic omnia esse voluerunt, vt eam rerum selectione exspoliarent: nec ei quidquam aut vnde oriretur, darent, aut vbi niteretur. Idem de Legib. 3, 32 c. 10 Selectio vitiorum.*

**SELINON**, i. n. [σέλινον] *a Graecis appellatur herba notissima, quam Latini Apium nominant. Inde fiunt composita Petroselinon, Hipposelinon. vid. Dioscor. 2, 206. Apul. de Herb. c. 8. Selinon hydacion Id. c. 106 et 118 et l. c.*

**SELINOEIDES**, is. [σελινοειδής] *Brassicae genus crispum, Selino, id est apio, simile. Plin. 20, 9 In tres species diuisere eam (de Brassica loquitur) Graeci antiquissimi Crispam, quam Selinoidea vocauerunt a similitudine apii foliorum, stomacho vtilem, aluum modice mollientem. vide Cat. de R. R. 157, 1. ubi nomen σελινοειδής a quibusdam inseritur. Sed nimis variatur.*

**SELINVS**, untis. f. vt inquit Seruius, Ciuitas iuxta Lilybaeum, abundans palmis, quibus vestuntur, et apio ad Virg. Aen. 3, 705 Teque datis linquo ventis palmosa Selinis, Et vada dura lego saxis Lilybaea caecis. Palmis onusta Selinus Sil. 14, 199. Add. Lucan. 8, 260.

¶ 2 **Selinus**, [Σελινός] *Duorum fluiuiorum nomen in Asia, qui in mare influentes Dianae Ephesiae templum vtrinque complectuntur Plin. 5, 29.*

**SELINVSIVS**, a, um. [Σελινώσις] *attributum; vt, Terra Selinusia, quae a Galeno 9 simplicium Medic. inter Medicamenta ophthalmica ponitur. Plin. 35, 16.*

**SELINVSIVS**, est Lacus post Caystri offia ex pelago refusus. Strabo Lib. 14.

SELINOPHYLLON, i. n. *Herba, al. callitrichon.* Apul. de Herb. c. 47.

SELAQVASTRUM, i. n. *Vid. supra SELICASTRUM.*

SELLA, ae. f. [*ἑδράνα, δίφρος, φορῶνα*] *quasi Seda, a sedendo. vid. modo dicta in SELICASTRUM. it. Seru. in Virg. Ecl. 1, 2. Plaut. Curcul. 2, 3, 32. Vide ut expalluit, datin' isti fellam, vbi assidat cito? Cic. de Divin. 1, 104 c. 46. Vt in eius sella requiesceret. Cato cap. 10. Scabillia tria, fellas quatuor, folia duo, etc. Duabus fellis federe, prouerb. vid. Sen. Controu. 3, 18. Erat apud Romanos magistratus Aedilis, et Praetoris sedes, qua per urbem ius dicentes comportabantur. Graeci autem ἑδράνα dicunt fellam. Cic. Verr. 3, 119. Quod vos oblitos esse non arbitror, quae multitudo, qui ordo ad Pisonis fellam isto Praetore solitus sit conuenire. In eundem 5, 135. Iam antea in sella sedens Praetor, quum prouinciam Siciliam obtineret. conf. Id. Verr. 1 c. 47. Aurea sella Propert. 4, 11, 28. Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno et Minerua in fellas ad coenam inuitantur Val. Max. 2, 1, 2. Curulis sella Quinctil. 6, 3. vid. CURVLIS. Gestatoria sella, vid. Gestatorius in GERO. Sella, ad exonerandum ventrem apta Scribonius Largus 193. Qui id biberint primum ab ore sanguinem exspuunt, deinde ex stomacho cruorem reiciunt, postea per fellas abundantius eundem deiciunt. Desiderare ad fellam Id. 227. vid. ASSELLO. Sella pertusa Cato 157, 11. Hae Sellae familiaricae. In sterquilinio quidam fellas familiaricas ponunt Varro R. R. 1, 14. Vid. Scalig. Erant et publicae, ut Patroclianae ap. Martial. 12, 78. dictae forte ab illo sordido Patrocle, de quo Aristophanes Pluto 84. Sellae etiam Ephippia Veget. Mulom. 1, 56, 34. Add. 4, 6, 2.*

SELLARIS, e. Gestatio Cael. Aurelian. Tard. 1, 4.

SELLARIA, ae. f. [*ἑδράνα*] *Loca, in quibus sedes disponi solebant. Plin. 34, 8 f. 19. Violentia Neronis in urbem conuecta, et in sellariis domus aureae disposita. Sueton. in Tiber. c. 43. Secessu vero Capreensi etiam sellariam excogitauit, sedem arcanarum libidinum. add. Plin. 36, 15 f. 24, 5. ubi Harduinus, Quorum agri quoque minorem modum obtinuerunt, quam Sellaria istorum. Al. Cellaria.*

SELLARIUS, i. m. Gloss. Gr. Lat. *διφροφόρος.*

SELLARIUS, a, um. Adi. Sellaria iumenta Veg. Mulom. 1, 56, 34. quae fellas, ephippia, clitellas, portant. Meretrices sellariae, quae sedentes in fellis emtores captabant. Vnde Iuuen. Sat. 3, 13. Et dubitas alta Chionem deducere sella.

SELLARIOLVS, a, um. Dimin. [*ἑδραϊός*] Martial. 5, 71. In sellariolis vagus popinis. In quibus desident homines ignaui ad libidinem et luxum.

SELLISTERNIVM, i. n. [*σελλάστρον* Gloss. Gr. Lat.] *Caerimonia publica, quae cum lectisternio, conuenit, v. v. DI enim accumbunt, his lecti sternuntur: assident Deae, in fellis. Festus ait, Solla sternere dicuntur, qui sellisternium habent. al. follisternium.*

SELLVLA, ae. f. Arquata sellula Arnob. 2 p. 59. In domum vxoris sellula defertur Tac. Hist. 3, 85, 1.

SELLVLARIUS, a, um. Adi. [*ἑδραϊός*] *ut, Sellularii opifices, qui sedendo opus faciunt, quos Liuius 8, 20 scribit militiae minime aptos. Artes Apul. Flor. p. 346. Artifices Id. ib. 2 p. 351. Quaestus Gell. 3, 1. add. Elmenhorst. ad Arnob. p. 117.*

SELLAE, Oppidum est Epiri, cuius incolae SELLANI dicuntur. Lucan. 3, 179. Quercusque silentes Chaonio veteres liquerunt vertice Sellae.

## S E M

SEMAMIVS, a, um. Semaxii Christiani vocabantur, quod ad stipitem dimidii axis reuincti exurerentur Tertull. Apol. 50. Vid. SARMENTICIVS; et Cael. Rhodig. Lect. Antiq. 10, 9.

SEMBELLA, ae. f. [*ἡμιλίτρον*] *Quod sit libellae dimidium, inquit Varro de L. L. 4. Idem quod Semis assis.*

SEMEL, Adu. [*ἕναξ, ἐφάπαξ*] *Est principium Aduerbiarum numerandi, Semel, bis, ter etc. Plaut. Capt. 3, 5, 99. Satis sum semel deceptus. Ter. Heaut. 1, 2, 34. Vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala, necesse est Clitipho consilia consequi consimilia. Cic. Verr. 7, 63. Verum hoc erat, si ille semel vetus archipirata securi percussus esset, pecuniam illam non haberes. Semel in vita risit Crassus Cic. de Fin. 5 c. 30. Plin. 12, 14. Tus meti semel anno solebat. Cic. pro Cluent. 49. Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, ut re semel atque iterum praecudicatus, condemnatus in iudicium venerit. Add. Id. pro Font. c. 8. Iustin. 1, 10, 21. Liu. 1, 19. Semel T. Manilio consule, post Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod nostrae aetati dii dederunt ut videremus. Semel, iterum, tertio Liu. 23, 9. Semel, cum a nutricis vberere, item, cum a sinu matris auferretur Suet. Tib. c. 6. Plin. 7, 48. Idem sella curuli semel ac vicies sedit, quoties nemo alius. Plin. 2, 35. Scintillam e stella cadere — Dein quum in caelum se reciperet, lampadem factam, semel vnquam proditur, Cn. Octauio, C. Scribonio COSS. i. Semel ab omni tempore. Semel, inquit Asconius, vicinum est ad Paene nunquam. Ut vero semel attingam primordia rerum Marius Victor Genes. 1, 43. i. tandem. Cic. Verr. 1, 5. Semel ait se in vita pertinuisset, tum quum primum a me reus factus sit. Quasi dicat, Fere nunquam. Simile est quod semel in vita risisse Crassum scribit Lucilius. Semel, Omnino et prorsus, ita ut iterum obtineri non necesse sit. Cic. pro Deiot. 9. Cum facile exorari, Caesar, tum semel exorari soles. Plin. 7, 34. Vir optimus semel a condito aeuo iudicatus est Scipio Nasica a iurato Senatu. Ibid. 35. Pudicissima femina semel matronarum sententia iudicata est, Sulpicia Patereuli filia. Quinct. 9 ult. Denique ut semel finiam, sic fere componendum, quomodo pronuntian- dum erit. Et 11, 1. Et ut semel omnia complectar, id est, ut in summa dicam, semel, ut postea non oporteat quid addi. Et 1, 2, 24. Nec de hoc semel decretum erat: tricesimus dies reddebat victo certaminis potestatem. Virg. Aen. 11, 417. Qui, ne quid tale videret, Procubuit moriens, et humum semel ore momordit. Ouid. Epist. 5, 103. — Nulla reparabilis arte Laesa pudicitia est, deperit illa semel. Lucan. 9, 578. — Dixitque semel nascentibus auctor. Quidquid scire licet. conf. Bentley. ad Hor. Sat. 2, 8, 24. Burm. ad Quinct. 1, 2 p. 30. et Declam. 6, 2 p. 129.*

SEMELLE, ae. et es. f. [*Σεμέλη*] *Filia Cadmi, regis Thebarum, ex qua Iupiter Bacchum genuit: vide fabulam totam Ouid. Met. 3, 260 sqq. Hor. Carm. 1, 19, 2. Thebanae Semeles puer. i. Bacchus. Proles Semeles Tibul. 3, 4, 45.*

SEMELEIVS, a, um. Adi. [*Σεμελήιος*] *Bacchi epitheton. ut, Thyoneus Semelcius Hor. Carm. 1, 17, 23. Proles Semeleia Ouid. Met. 5, 329.*

SEMEN, inis. n. [*σπέρμα, γόνος, γονή, σπέρμα*] *a Sero, quasi Scri-*

men, ortum aliquid in corpore naturali et inde decerptum, unde simile nascitur: complectitur enim et grana illa, et surculos, et quidquid ab alio decerptum propagationi seruit, et principium genendi est, ut loquitur Varro R. R. 1, 40 pr. qui alias de L. L. 4, 4 p. 11, 17 finit, quod non plane id, quod inde. Nimirum Varro de R. R. 1, 39 et 40 quatuor genera seminum persequitur: naturale illud, quod matura corpora gignere solent, cum in plantis (1, 39, 3) quae transferuntur e terra in terram, viuiradices; quae ex arbore demta demittuntur in humum, (ut taleae oleaginae) quae inferuntur ex arboribus in arbores, (Surculi, oculi f. gemmae). Plin. 17, 10 Semen angustius accipit. Aut semine proueniunt arbores aut plantis radicis, aut propagine, aut auulsione, aut surculo, aut infuso et confecto arboris trunco. Videamus primum de semine illo naturali, quod granis fere constat. Columel. 1, 7 Et caetera pecora male pascunt, nec industrie terram vertunt, longeque plus imputant seminis iacti, quam quod feuerint. Pingua semina Hor. Epod. 16, 55. Abire in semen Plin. 21, 11. Committere semina fulcis Virg. Georg. 1, 223. Degenerant semina etiam lectissima Colum. 3, 10, 17. Iam in semine est herba Scribon. 60. Differere semina in areolas Columel. 11, 2, 30 Data semina rudi humo Ouid. Met. 5, 646. Erucere rostro semina Ouid. Met. 15, 112. Exire in semen Plin. 19, 6. Terra semen sparsum Excipit Cic. de Senect. c. 15. Iactare semen, Ingerere semen solo, Mandare semina terrae, vid. hb. vv. Mittere rude semen in ignotam humum Ouid. Trist. 3, 8, 2. Mollit humus semina valido praetincta veneno Ouid. Met. 7, 123. de dentibus serpentis, quos Cadmus seminauerat. Perceptum semen Ouid. Met. 11, 144. Permisso semine constant omnia Lucet. 2, 585. Reddere semen Plin. 16, 26. Spargere semina per arua Ouid. Epist. 12, 45. Spargere semina frustra Quintil. 2, 9. Turgescere semen in agris prima Ceres docuit Ouid. Amor. 3, 10, 11. Versata Cerealia semina terra Ouid. Rem. Amor. 173. Vitiata semina Ouid. Met. 5, 480. ¶ 2 Semina, ut ex dictis intelligitur, dicuntur etiam de virgultis et surculis. Virg. Georg. 2, 354 Seminibus positis superest deducere terram Saepius. Ibid. 2, 14 Pars autem posito surgunt de semine: ut altae Castaneae. Columel. de Arboribus, 3, 2 Si compluribus vindemiis eundem tenorem seruauerint, ex eiusmodi vitibus lecta semina multum bonumque vinum praebent. Ibid. cap. 1 Semina appellat surculos depactos, qui quum radices egerunt, in vineam transferuntur. Idem 5, 10 Arbores et semina cum radicibus Autumno serito. Oleagineum semen, vid. OLEAGINEVS in OLEA. Ordinaria semina, vid. ORDINARIVS in ORDO. Columel. de Arboribus 20 Quum semina depones, dextra sinistraque vsque in imum scrobem fasciculos samentorum brachii humani crassitudine demittito. Columel. penult. Surculos sic inserito, ut semipede, nec amplius de arbore extent: supra deinde muscum imposito, et ita ligato, ne pluuia dilabatur. Quosdam tamen magis delectat in trunco arboris locum seminibus ferra facere, insectasque partes tenui scalpello leuare, atque ita surculos aptare. Paulo post, Surculos vtraque parte derafos demittito, sic ut librum feminis libro arboris aequalem facias. conf. Plin. 17, 14 s. 23. et 21 s. 35. ¶ 3 Sed latius etiam patet, et varie adhibetur. Quaeritur argenti semen, nunc aurea vena Corn. Seuer. in Aetna 270. Flammae abstrusa semina in venis silicis Virg. Aen. 6, 6. Boeth. Conf. Phil. 3 Met. 11 Haeret profecto semen introrsum veri, Quod excitatur ventilante doctrina. Semina limus habet virides generantia ranae, Ouid. Met. 15, 375. Colum. 8, 16 piscium sobolem hoc vocabulo appellat. Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt, quae si bonus cultor excipit, similia originis prodeunt, et paria his, ex quibus orta sunt, surgunt Sen. Ep. 73 extr. Cic. Philipp. 2, 55 c. 23 Ut igitur in seminibus causa est arborum et stirpium, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti. Cic. Att. 7, 2 Veni igitur quaeso, ne tamen semen vrbani-tatis vna cum Rep. intereat. Idem de Fin. 5, 18 c. 7 Quorum similia sunt prima in animis, quasi virtutum igniculi et semina. Nequitiae semina languidiora Ouid. Amor. 3, 4, 10. Probationum semina spargere Quintil. 4, 2. Sceleris semen conuicium seruile, Plaut. Rud. 2, 2, 21. ¶ 4 Semen pro Genere. Virtus, quae propria est Romani generis et feminis Cic. Phil. 4 c. 5. Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac feminis Cic. Agr. 2 c. 35. Sueton. in Calig. c. 25 Nec vlllo firmiore indicio sui feminis esse credebat, quam feritatis. Aetherium semen Virg. Aen. 7, 281. Concepta semina Ouid. Fast. 4, 771. Caelesti sumus omnes semine nati Lucret. 2, 990. Diffona partu semina Claud. in Eutrop. 2, 42. Diuinum semen Ouid. Met. 1, 78. Generoso semine implere vterum Ouid. Met. 9, 280. al. Germine. Impia semina ferre vtero Ouid. Met. 10, 470. Sil. 13, 30 Inclyta namque Semina ab Oenei ductoris stirpe trahebat. Mortale semen Ouid. Met. 3, 105. Virile semen Lucret. 4, 1203. de humore genitali. Sic Veterino semine partum genus Lucret. 5, 863. ¶ 5 Semina quoque vocantur illa minuta corpuscula s. elementa s. atomi, mundi eiusque partium principia. Vid. Lucret. 1, 54 et passim. Barth. ad Cl. Mamert. p. 228. ¶ 6 Semen etiam est Genus quoddam frumenti, quod a Graecis ζελα dicitur. Plin. 18, 8 s. 19 Qui Zea vtuntur, non habent far. Est et haec Italiae, in Campania maxime, Semenque appellatur. — Amylum quoque ex ea fit. Ouid. Med. Fac. 65 Semen Tuscum vocat. Vid. ZEA.

SEMINIVM, i. n. Non puto a Semine distare, nisi quod Semen latissime patet, ut ostendimus; feminium ad generationem et subolem animalium videtur pertinere. Certe Varro Seminium non nisi pecoris dixit. Sic 2, 1, 14 Quo sint seminio pecudes quaerendum. Hoc nomine enim asini Arcadici etc. Et 2, 3, 3 De seminio caprarum dico eadem, quae Atticus in ouibus. Hoc aliter ouium semen tardius esse etc. i. progeniem. Et 2, 6, 1 Ego de asinis potissimum dicam, quod sum Reatinus, vbi optimi et maximi fiunt, e quo seminio ego hic procreavi pullos, et ipsis Arcadibus vendidi aliquoties. Denique 3, 9, 6 de gallis gallinaceis, Nec tamen sequendum in seminio legendo Tanagricos ac Medicos etc. Lucret. 3, 764 Si non certa suo cum semine seminioque Vis animi pariter crescit cum corpore quoque. Genitale feminium Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 11. Puerperia Morum dissimili seminio concepta Id. Apul. ib. 2 p. 27. Iterum Lucret. 3, 742. Denique cur acris violentia triste leonum Seminium sequitur. Plaut. Mil. 4, 2, 68 Dixi hoc tibi dudum, et nunc dico, nisi huic verri affertur merces, non, hic suo seminio quamque proculenam impartiturus est. Et Lucretius 3, 746 Haec aliquo sine seminio grauiore coorta est. Add. Varro R. R. 2, 6 pr. Seminium, Seminis lucrum adfertur tanquam Plaut. Rud. . . Venundatur merces non hoc suo seminio. Sed nihil esse videtur.

SEMINALIS, c. Adi. [σπέρματος] Quod ad semen pertinet. Membrum

brum Priap. 25. Seminalia absolute intell. membra Tertull. adu. Marc. 1, 13. Columel. II, 2 Viciae pabularis modios septem vel octo, viciae feminalis modios quinque vel sex. Vid. Macrob. Saturn. 2 ult. Perque caelum, perque terram, perque pontum subditum Peruium sui tenoreni feminali tramite Imbuit (Venus) iussitque mundum nosse nascendi vias Peruig. Ven. Add. Augustin. de Gen. ad Lit. 9, 17.

SEMINARIUM, i. n. [Φυτεῖριον] Locus subactus, in quo femina aut vitium aut arborum panguntur: ut quum ad certum modum excreuerint, in vinetum, vel arbuſtum, vel pomarium transferantur. Columel. de Arboribus pr. Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debet: ſic enim ſciat cuius generis vitem poſiturus ſit. Idem 5, 6 Operam dabit, ne emortuis arboribus rareſcat, ac primam quamque ſenio aut tempeſtate afflictam ſummoueat, et inuicem nouellam ſobolem ſubſtituat. Id autem facile conſequi poterit, ſi vltorum ſeminarium paratum habuerit. De ſeminarium transferre plantas Colum. 3, 15. Quod ſi quis ex ſeminarium ſtirpitis arborem tranſtulerit l. 3 §. 4 D. Arbor. furtim caef. conf. l. 9 §. 6 D. de vſufr. et quemadm. Varro de R. R. 3, 16 Quidam thymum contundunt in pila, et diluunt in aqua tepida: ea conſpergunt omnia ſeminarium conſita apium cauſa. Idem 1, 29 In primo interuallo inter Fauonium et Aequinoctium vernum haec fieri oportet, Seminarium omne genus vt ferantur, putari in primis, circum vites ablaqueari, etc. Cato 46 Seminarium ad hunc modum facito: Locum quam optimum et opertiſſimum et ſtercoroſiſſimum poteris, et quam ſimillimum genus terrae eae, vbi ſemina poſiturus eris, et vti ne nimis longe ſemina ex ſeminarium ferantur, cum locum bipalio vortito, delapidato, circumque ſepito bene, et in ordine ſerito, in ſesquipedem quoquo verſum taleam demittito, opprimitoque pede: ſi parum deprimere poteris, malleo aut mateola adigito: digitum ſupra terram facito ſemina emineant: ſimoque bubulo ſummam taleam oblinito, ſignumque apud taleam apponito, crebroque ſarrito. Si voles cito ſemina creſcant, ad eundem modum alia ſemina ſerito.

§ 2 Metaphor. Dicturi laudes principis, habetis velut ſeminarium, vnde orationum veſtrarum iugera complectis Auſon. in Grat. Act. Hilaritatis ſeminarium, vinum Varr. ap. Non. 1, 115 Et in malam partem, Cic. in Catil. 2, 23 c. 10 Qui niſi exeunt, niſi per eunt, etiam ſi Catilina perierit, ſcitote hoc in Repub. ſeminarium Catilinarium futurum. Omnium ſimulationum architectus, omnium Malorum ſeminarium Apul. Apol. p. 32. Rurſus Cic. in Piſon. 67 Ex illo fonte et ſeminarium triumphorum, quum arida folia laureae retuliſſes, quum ea abiecta ad portam reliquiſti, tum tu ipſe de te ſententiam tuliſſe videris, tum iudicium pronuntiauiſti. Cic. Off. 1, 54 c. 17 Id autem eſt principium vrbiſ et quaſi ſeminarium Reip. Bellatrix illam viris armisque nobilem Hiſpaniam, illam ſeminarium hoſtilis exercitus, illam Hannibalis eruditricem Flor. 2, 6, 38. Cohors velut ſeminarium ducum Curt. 8, 6, 6.

SEMINIFLVS, a, um. S. Bernhard.

SEMINIVERBIUS, i. m. [σπέρμολόγος] Quid vult ſeminiuerbius hic dicere? Vulg. Act. Apoſt. 17, 18. Sarisber. 7, 19 Apoſtolus dictus eſt Seminiuerbius.

SEMENTIS, is. f. [σπορά] Ipſa Satio, ſeu Seminatio, ſed praecipue frugum et leguminum. Plin. 18, 14 Sunt qui properent, atque ita pronuntient, feſtinatam ſementem ſaepe decipere, ſerotinam ſemper. Columel. II, 2, 54 Quibus magna ſementis praeparatur. Caef. Bell. Gall. 1, 3 Sementes quam maximas facere, vt in itinere copia frumenti ſuppeteret. Vos dare perpetuos teneris ſementibus auctus Ouid. Faſt. 1, 679. Vt ſementem feceris, ita et metes Cic. de Orat. 2 c. 65. Idem Att. 4, 7 In agro Sabino ſementem fieri proſcriptionis, Senatores multos eſſe Romae, nos quoque audieramus. de Caefare. Columel. 2, 9 Prima ſementis rarius ſerere permittit: nouiſſima ſpiſſius poſtulat. Sementis, pro Segete. Gell. 2, 29 In ſementes forte conſederat tempeſtiuiores. Sementis, Semen ipſum iam terrae mandatum. Columel. 2, 8 Nam quod ſiccio loco ingeſtum, et innocatum eſt, perinde ac ſi repositum in horreo non corrumpitur: at vbi venit imber, multorum dierum ſementis vno die ſurgit. Sementim, in Accuſatiuo Columel. 2, 10. Cato ſaepe 27 Sementim facito ita. Cic. de Nat. Deor. 3, 75 c. 30 Hanc igitur tantam a diis immortalibus arbitramur malorum ſementim eſſe factam. Sementi in Ablatiuo. Columel. 2, 9 Media fere ſementi, etc. Sic ibidem 10 et 12 Peracta ſementi.

SEMENTICA frumenta, quae afferuntur ex Plin. 18, 17 nihili eſſe puto. Sementiua enim ſunt in optimis quibusque.

SEMENTIFER, era, erum. Virg. in Ciri 477 Sementifera Seriphos. Al. Serpentiſera. Sic legit Taubm. cum Scalig.

SEMENTINVS, et, quod magis probabile, SEMENTIVVS (quae nec ſignificatione diſtant, et in libris perpetuo fere miſcentur) a, um. Ad. Relationem ad Sementim indicat, vt Pira Caton. 7, 3 et Varr. R. R. 1, 59, 3 quae tempore Sementis matura eſſent, vt putant. Sed Plin. 15, 15 inter ea referre videtur, quorum appellationis cauſa incerta ſit. Sementiua frumenta, triticum, hordeum, faba, napus, rapa Plin. 18, 7. Nihil autem eſt celebrius feriis Sementiuis, de quibus more ſuo Ouid. Faſt. 1, 658 ſqq. vbi lectionem per v multis adſtruit Heinf. Ter quater euolvi ſignant tempore faſtos, Nec Sementiua eſt vlla reperta dies. Nempe indiſtinctae ſunt hae feriae, Seminibus iactis eſt vbi fetus ager. Sed legendus eſt totus ille locus inter pulcherrimos huius operis. Feſtus, Sementiuae feriae fuerant inſtitutae, quaſi ex iis fruges grandefcere poſſint. Varro de L. L. 5, 3 p. 49, 17 Sementiuae feriae dies is, qui a Pontificibus dictus, appellatur a Semente, quod ſationis cauſa ſuſceptae. Id. de R. R. 1, 2, 1 Sementiuis feriis in aedem Telluris veneram. Paulo poſt, Num feriae ſementiuae otioſos vos huc adduxerunt? Tertull. de Ieiun. 4 ex Genef. 1, 29 Ecce dedi vobis omne foenum ſementium, ſeminans ſemen quod eſt ſuper terram, et omne lignum, quod habet in ſemet ipſo fructum ſeminis ſementiui vobis erit in eſcam.

SEMENTO, are. [σπέρματιζω] Semen producere Plin. 18, 28 f. 67 Eſt enim in primis inutile naſci herbas ſementaturas. Modo non legendum ſit, Semen daturas.

SEMENTATIO, onis. f. Tertull. de Spectac. cap. 18.

SEMINO, are. [σπείρω, φυτεύω] Semen terrae mandare. Columel. 2, 9 Seminari debet hordeum poſt Aequinoctium. Seminatur autem hordeum, et ſeminatur ager, ſicut adſpergitur humor et adſpergitur humore veſtis. Idem 2, 4 Neque in lira, ſed ſub ſulco talis ager ſeminandus eſt. Et 2, 8 Ne ſeminarentur agri, niſi cum terra pluuiis maduiſſet. Virg. Aen. 6, 206 Quale ſolet ſiluis brumali frigore viſcum Fronde virere noua, quod non ſua ſeminat arbor. Seminare marem, Generare Columel. 6, 24. de tauris. Plaut. Amph. 1, 2, 10

19 Alter decumo post mense nascetur puer, quam feminatus. Venit malus et rapit, quod feminatum est Vulg. Matth. 13, 19.

SEMINANS,antis. Part. Exiit feminans ad feminandum Vulgat. Marc. 4, 3. Seminanti iustitiam merces fidelis Prouerb. 11, 18.

SEMINATIO, ōnis. f. [σπορά] Varro de R. R. 2, 6 Ad feminatorem onagrū idoneus, quod e fero sit mansuetus facile, et e mansuetō ferus nunquam. Adde Tertull. adu. Marc. 5, 10.

SEMINATOR, ōris. m. [σπορεὺς] Cic. de Nat. Deor. 2, 86 Omnium autem rerum, quae natura administrantur, feminator et fator, et parens, vt ita dicam, atque educator et altor est mundus, omniaque sicut membra et partes suas nutricatur et continet. Metaphor. Cic. de Nat. Deor. 3, 66 c. 26 Qui est versus omnium feminator malorum.

SEMINATRIX, icis. f. Sarisber. Epist. 61.

SEMINOSVS, a, um. Adi. Seminibus abundans. Auctor Priap. n. 15. Nec feminosas ad cucurbitas quemquam, Ad ocimumue, cucumeresue humi fusos Venire credo, fessilesue lactucas.

SEMESTRIS, e. Adi. [ἡξάμηνος] Quod est sex mensium. Tribunatus semestris Plin. Epist. 3, 4, 2. Plin. Histor. Nat. 10, 25 Temporum magna differentia aulibus: perennes, vt columbae: semestres, vt hirundines: trimestres, vt turdi et turtures: et quae quum foetum eduxere, abeunt, vt galguli, vpupae. Aurum Iuuenal. 7, 89 est Tribunatus, de quo modo vidimus locum Plinii: nempe ius annulli aurei ab illo tribunatu.

Censura annua ac semestris Liu. 4, 24. Dictatura semestris Idem 9, 34. Infans semestris Idem 21, 62. Cic. Att. 10, 8 Sed tamen ea pone ante oculos, iam intelligere id regnum vix semestre esse posse. Vitam semestrem excedere Plin. 8, 39. Semestria D. Marci, in libris Ciuilis iuris, sic accipienda sunt, quae in semestribus consiliis constituta ab eo, et rescripta erant.

Augustum quoque semestria sibi consilia instituisse Suetonius c. 35. scribit. vid. Dionem 53. L. 46. ff. De pactis L. vlt. De seruis exportan. l. 12 de acquir. heredit. §. Item Diuus de Excusat. tutorum, libro 1 Institutionum Ciuilium.

SEMESTRIVM, i. n. Dimidia mensis pars Columel. 11, 2.

SEMENSTRVVM, i. n. ἡξαμηνίδιον Gloss. Gr. Lat. Idem.

SEMESVS, a, um. Adi. [ἡμισθῶτος] Semicomestum. Eadem enim forma dicitur qua Ambesum et Comesum. Sueton. Tiber. c. 34 Sollemnibus ipse coenis pridiana saepe ac semesa opsonia apposuit. Virg. Aen. 8, 297 Ossa super recubans antro semesa cruento. Frustra lardi

semesa Hor. Serm. 2, 6, 85. Membra semesa Sil. 6, 338. Praeda semesa Virg. Aen. 3, 244. Pisces semesi Hor. Serm. 1, 3, 81.

SEMET. [ἑαυτὸν] Pronomen Accusatiui, vel Ablatiui casus, a Sui- met Genitiuo. Sueton. de Claris Grammat. . . . Ab semet nomi- natus. Vict. de Viris Illust. . . . Mox a Sulla Pergami oppressus, corrupto exercitu desertus, semet occidit. Liu. 2, 12 Timonem

sciscitari vter Porsena esset, ne ignorando regem semet ipse aperiret quis esset. Nonnulli semet eodem illo pugione interemerunt Sueton. Caes. c. 88 extr. conf. Sallust. Catil. c. 44. Semet ipsi Numidas appellauere Sallust. Iugurth. c. 18. Auaritia semet ipsa praecipitavit Idem ibid. c. 41. add. Curt. 6, 11, 37.

SEMETRVM, i. n. Quod est sine mensura. Diffona semetra Prudent. Ppsychom. 829.

SEMIACERBVS, SEMIANIMIS, et caetera a Semis, sive Semi composita, vid. SEMIS.

SEMIGRO, are. [ἀποκτῆω] Scorsum Migro. Cic. pro Cael. 18 c. 7 Reprehendistis, a patre quod semigrarit: quod quidem iam in hac aetate minime reprehendendum est, qui quum ex Reipub. causa iam esset, mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam victoriam consecutus, et per aetatem magistratus petere posset: non modo permit- tente patre, sed etiam suadente ab eo semigravit.

SEMINARIVM, SEMINIVM, SEMINO, vid. SEMEN.

SEMIRAMIS, is et idis. f. Accus. Semiramis vel Semiramidem: [Σεμίραμις] Assyriorum regina, Nini regis uxor, quae mortuo viro res praeclaras gessit, quas breuiter comprehensas legere licet apud Iustin. 1, 2. Iuuen. Sat. 2, 108 Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe. Propert. 3, 11, 21 Persarum statuit Babylona Semi- ramis urbem, etc.

SEMIRAMIVS, a, um. Adi. [Σεμιράμιος] Claud. Conf. Prob. et Olyb. 162 Nostra Semiramae timeant insignia turres. Sanguine Semi- ramio cretus Ouid. Met. 5, 85.

SEMIS, vel SEMI. Indecl. [ἡμισος] Dimidium significat: quo extra compositionem raro vtuntur. A Graeco deducitur ἡμι, et s habet pro adspiratione Graeca. Duum, trium semis Scribon. 177. vid. Vitruu. 4, 1. Duorum semis pedum altitudo Pallad. Ian. t. 10. Alta

vno pede semis area Idem ibid. t. 15. Semis, Semodius, Semuncia: ex Graeco trahuntur, sicut et alia nonnulla, quae s literam pro adspiratione eorum habent, vt ἑπτά, Septem: ὕλη, Silua: sic ista ab eo, quod illi dicunt ἡμισον, declinata sunt. Festus Paulli.

SEMIACERBVS, a, um. Vuae Pallad. Aug. 13.

SEMVS, a, um. Idem. Semum ἡμίκενον Gloss. Vet. Semum mihi opusculum videbatur, si non inde aliquid in codiculo haberetur Eugen. Praef. ad Dracont. vid. Barth. Adu. 55, 11.

SEMESTRIS it. SEMESVS modo dedimus.

SEMIADAPERTVS, a, um. Ouid. Amor. 1, 6, 4 — Aditu fac ianua paruo Obliquum capiat semiadaperta latus. al. semadoperta.

SEMIADOPERTVLVS, a, um. Semiadopertuli oculi Apul. Met. 3.

SEMIAGRESTIS, e. Aur. Vict. in Diocl. c. 39 Maximianum quanquam semiagrestem, imperatorem iubet.

SEMIAMBUSTVS, a, um. Adi. Sil. 2, 681 Semiambusta iacet nullo discrimine passim, Infelix obiens permisto funere turba. Semiambustum cadaver Sueton. Calig. c. 59.

SEMIAMICTVS, a, um. Apul. Met. 1 p. 104. et 7 p. 193.

SEMIAMPVTATVS, a, um. Baculum ramulis semiamputatīs nodosum Apul. Met. 1 p. 104.

SEMIANIMIS, e. et SEMIANIMVS, a, um. [ἡμίκενος, ἡμίκενος Gloss. Lat. Gr.] qui dimidiam modo animam propter terrorem, vulnus, etc. habere videtur. Aur. Vict. de Viris Illust. 39 Ipse cum trecentis pugnans cecidit, et postea ab Attilio semianimis inuentus et sanatus, magno postea terrori hostibus fuit. Liu. 3, 57 Vbi tollentes corpus semianime virginis. Idem 28, 23 Quum turbam feminarum, puerorumque imbellem, inermem ciues sui caederent, et in succensum rogam semianima pleraque iniicerent corpora, etc. Hic

cum semianimis de templo elatus esset Nep. 4, 5, 2. Media pro-

cubuit domo semianimis Ouid. Trist. 1, 3, 92. Cic. de Diuin. 1, 106 c. 47.

Arboris e trunco serpentis faucia morstu,  
Subigit ipsa feris transfigens vnguibus anguem  
Semianimum, et varia grauius ceruice micantem.

Ex Ennio. *de aquila. Secundum versum metro reddere diuersa ratione conantur critici.* Artus semianimes Ouid. Met. 14, 209. Clamor semianimis Stat. Theb. 8, 598. Corpore semianimo languida membra Lucret. 6, 1266. Cruor semianimus Stat. Theb. 10, 477. Equi semianimes voluntur Virg. Aen. 11, 635. Heram semianimem attollere terra Lucan. 8, 66.

SEMIANNVS, a, um. Mart. Capell. 6 p. 194 Nox semiannua. SEMIAPER TVS, a, um. Adi. [*ἡμισάνακτος*] Liu. 26, 39 Paucos ex multis trepida fuga incendentes, semiapertis portarum foribus in urbem compulit.

SEMIASSIS, *vid.* SEMISSIS. SEMIASSVS, a, um. Adi. [*ἡμίοντος*] Cic. Tusc. 1, 106 c. 44 Heu reliquias semiassi regis denudatis ossibus. *Ex Poëta.*

SEMIATRATVS, a, um. Ipsum liberti semiatrati exsequantur Varr. *ap.* Non. 2, 298. *Non plane atrati, s. lugubria induti.* *Add.* Turneb. *Adu.* 28, 12.

SEMIBARBARVS, a, um. Adi. Quosdam e semibarbaris Gallorum recepit in curiam Sueton. Caes. c. 76. Leges Romanis moresque constituit, qui consuetudine praeliorum iam latrones ac semibarbari putabantur Eutrop. 1, 2 *de Numa.*

SEMICAECVS, a, um. Io. de Ian. in Cathol. SEMICANVS, a, um. Adi. Comae semicanæ Apul. Met. 9 p. 231. *conf.* Idem 8 p. 212.

SEMICANALICVLVS, i. m. Vitruu. 4, 3. SEMIBOS, *δ*uis. c. [*ἡμίβωτος*] Ouid. Trist. 4, 7, 18 Centimanumque Gygen, semibouemque virum. Idem A. A. 2, 24 Semibouemque virum, semiuirumque bouem, *i. de Minotauro.*

SEMICAPER, pri. m. Ouid. Fast. 5, 101 Semicaper coleris fucinctis Faune Lupercis. Deus semicaper Idem *ibid.* 4, 752. Pan semicaper Idem Met. 14, 515.

SEMICINGO, *ἔ*re. *Ex dimidia parte cingo.* Lugdunensis Aquitanicam prouinciam semicingit Aethicus in Cosinogr. de Gallia.

SEMICINCTIVM, i. n. [*ἡμιζώνιον* Vet. Gloss. *ὑπόζωμα*] Isid. 19, 33 Cinctus est lata Zona, et minus lata semicinctium, et vtrisque minima, cingulum. *Sub lemmate* Semicinctium. Martial. 14, 153 Det tunicam diues: ego te praecingere possum, Essem si locuples munus vtrumque darem. *Sic* Suspendio vitam finire constitui: et iam semicinctio, stanti ad parietem, sponte me iunxeram, ceruicesque nodo condebam Petron. c. 95. *conf.* Gonsal. p. 152 *Burm.* Apul. de Herb. c. 100. *coll.* Cat. R. R. c. 159. *c. not.* Gesner. *Casaub.* ad Vopisc. Aurelian. c. 48.

SEMICIPIVM, i. n. [*ἡμισκύλιον* Gloss. Lat. Gr. SEMICIRCVLVS, i. m. [*ἡμικύκλος*] Dimidius circulus. Columel. 5, 2. Cic. de Fin. 5, 56 c. 20 Quumque non habeant ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, et semicirculos consecrari. *conf.* Celf. 7, 26. *Interpretantur* Semicirculos *confessus* quosdam in exedris semicircularibus. *Et sane* Hemicyclium, quod idem est, sic usurpauit Cicero. *Interim libri quidam habent* Sessiuiculas.

SEMICIRCVLARIS, e. Adi. [*ἡμικύκλιος*] Colum. 5, 2 Semicircularis agri forma. *in lemmate.*

SEMICIRCVIATVS, a, um. Adi. Celf. 7, 26, 2 *extr.* Ferramentum fecit rectum in summam partem labrosam, in imam semicirculatum acutumque.

SEMICLAVSVS, a, um. Adi. Semiclauso ore balbutiens Apul. Met. 10 p. 243.

SEMICLVSVS, a, um. Adi. *Inscr.* Fabrett. p. 230. SEMICOCTVS, a, um. Adi. [*ἡμιπέφθος*] Plin. 18, 11 Ex tritico candidissima atque grandissima eligunt grana, et semicocta in ollis. Columel. 8, 5 *pr.* Semicoctum ordinem. *Et* Plin. 22, 25 Semicocta aqua.

SEMICOMBVSTVS, a, um. Prudent. Roman. v. 859 Alunt oliuo semicombustas faces.

SEMICONFECTVS, a, um. Sementem semiconfecto cespiti iniicere Sidon. Epist. 6, 10. *i. non recte subacto, scamma habenti.*

SEMICONSPICVVS, a, um. Apul. Met. 3 p. 130 Nonnulli per fenestras semiconspicui.

SEMICORPORALIS, e. Adi. Firmic. 2, 12 Aries est signum in caelo masculinum, semicorporale, oculis languidis, erraticum. Aries ut Taurus non totam animalium sui nominis formam habent; sed Protomas modo repraesentant, dimidiam partem anteriorem; hoc vocat Firmicus Semicorporale.

SEMICORPOREVS, a, um. Adi. Firmic. 2, 12 Cancer signum est in caelo femininum, mobile, semicorporeum, irrationale. Rursus *ibid.* Libra signum est in caelo masculinum, mobile, semicorporeum, rationale.

SEMICREMVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 12, 287 Semicremoque nouat repetitum stipite vulnus, *i. qui dimidia ex parte crematus erat.*

SEMICREMATVS, a, um. Adi. [*ἡμιρέματος*] ut, Membra semicremata Ouid. *In Ibin* v. 634. *Et* Martial. 11, 55 Turaque de medio semicremata rogo.

SEMICRVDVS, a, um. Adi. [*ἡμίρωμος*] Columel. 6, 26 (25) Si iam tali vitio laborant, lupini semicrudi conteruntur, et offae salviati more faucibus ingeruntur. *Caro* Flor. 2, 18, 12. *Exta* Sueton. Aug. c. 1. *Stat.* Silu. 4, 9, 48 Quid si cum bene mane semicrudus illatam tibi dixero salutem? *Cibo nondum plane per somnum concocto.* *Etiam pro illatam placet* illotam vel illutam.

SEMICVBITALIS, e. Adi. Liu. 42, 65 Bipalme spiculum hastili semicubitali infixum.

SEMICVPA, ae. f. Conuicium scurrile. Ammian. 28, 4.

SEMIDEVS, a, um. Adi. [*ἡμίθεος*] ut, Canes semidei. Lu. can. 8, 831 Nos in templa tuam Romana accepimus Isin, Semideosque canes. *Anubim intelligit.* Manes Lucan. 9, 7. Ouid. *in Ibin* v. 80 Nos quoque plebs superum Fauni, Satyrique, Laesque Fluminaque, et Nymphae, semideumque genus. Hoc tibi semidei munus tribuere Parentes Stat. Theb. 9, 376. Reges semidei Stat. Achil. 2, 362.

SEMIDEA, ae. f. Aufonius Gripho v. 21 Tres volucres, tres semideae, tres femipuellae.

SEMIDIES, ei. m. Semidiemque duosque dies Aufon. Eclog. de ratione dierum v. 5.

SEMIDIGITALIS, e. Adi. Vitruu. 10, 22 Terebratur foramen semidigitale, etc.

SEMIDOCIVS, a, um. Adi. [ἡμιμαθής] Cic. de Orat. 2, 177 c. 42 Haec ut et properans et apud doctos et semidoctos ipse percurro, ut aliquando ad illa maiora veniamus. Plaut. Afin. 1, 3, 34 Culpa tua isthaec, quae discipulum semidoctum abs te femoues.

SEMIEBRIVS, a, um. Petron.

SEMIERMIS, vel SEMERMIS, e. Adi. [ἡμιερμος] Partim tantum armatus. Liu. 25, 19 Haud dubia res est, quippe inter Annibalem ducem et centurionem, exercitusque, alterum vincendo veteranum, alterum novum totum, et magna ex parte etiam tumultuarium et semiermem. Semermes ac palantes trucidati sunt Tac. Ann. 3, 39, 3.

Liu. 22, 50 Binis in castris quum multitudo semiernis sine ducibus esset, etc. Dicitur et Semermis ut 30, 28 Ex agrestium semerni turba.

SEMERMVS. Tac. Ann. 1, 68, 4. et 3, 45, 3.

SEMIFACTVS, a, um. Adi. [ἡμιπρακτος] ut, Opera semifacta Tacit. Ann. 15, 7, 3. Portae semifactae Hirt. Bell. Afric. c. 83.

SEMIFASTIGIVM, i. n. Vitruu. 7, 5.

SEMIFER, vel SEMIFERVS, era, erum. Adi. [ἡμιθήριος] Centaurorum et similibus monstrorum epitheton. Ouid. Met. 2, 633 Semifer interea diuinae stirpis alumno Laetus erat. de Chirone Centauro. conf. Stat. Theb. 9, 220. Plin. 8, 57 Semiferum et ipsum animal, cui

viuaria in doliis idem qui apris instituit. Caput semiferum Panis Lucret. 4, 591. Est enim Semicaper Pan. Corpus semiferum Valer. Argon. 6, 51. Cic. de Nat. Deor. 2, 121 ex Arato, Tum gelidum

valido de pectore frigus anhelans Corpore semifero magno Capricornus in orbe. Fremitus virorum semiferi Valer. Argon. 6, 233. Lupi semiferi Idem ibid. 1, 455. Pectus semiferum Virg. Aen. 10, 212.

Species hominum semiferae Lucret. 2, 701.

SEMIFORMIS, e. Adi. [ἡμιμορφος] Columel. 4, 25 Cui superpolita semiformis lunae species, securis dicitur, de falce vinitoria. Id. 8, 5 Pullique semiformes interimuntur, ante quam totis partibus suis consummentur.

SEMIFVLTVS, a, um. Adi. [ἡμισήρικτος] Martial. 5, 14 Subfelloque semifultus extremo, etc.

SEMIFVMANS, antis. Sidon. Epist. 1, 7 Qui adhuc in eo semifumantem praefecturae nuper extortae dignitatem venerabatur.

SEMIFVNIVM, i. n. Cato R. R. c. 135.

SEMIGERMANVS, a, um. Adi. [ἡμιγασηνητος] Liu. 21, 38 Vtique quum quae ad Apenninum ferant obsepta gentibus semigermanis fuissent.

SEMIGRAECVS, a, um. Adi. [ἡμιελλην] Varro de R. R. 2, 1 Vt semigraecis pastoribus dicam Graece. Semigraeca ciuitas Flor. 1, 18, 6.

SEMIGRAECE. Adu. Lucil. ap. Vel. Longum de Orthogr. in lit. S.

SEMIGRAVIS, e. Adi. [ἡμιγαρς] Liu. 25, 24 Quia magna pars in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraues potabant.

SEMIHIANS, antis. Catull. 61, 220 Semihiente labello. Labiae semihiantes Apul. Miles. 10 p. 252. Vox semihians Id. 5 p. 166.

SEMIHIVLCVS, a, um. Adi. Gell. 19, 11 Dum semihulco suo, etc. Semihulco vel Semihulco pronuntiandum metri causa.

SEMIHOMO, inis. c. [ἡμιάνθρωπος] Columel. 10, 19 Quamuis semihominis vesano granine foeta Mandragorae pariat flores, moestamque cicutam. Cacus semihomo Virg. Aen. 8, 194. Nafamones semihomines Sil. 11, 36. Artus semihominum patulis qui

faucibus attri Ferrent Alcim. Auit. 4, 99.

SEMIHORA, ae. f. [ἡμιώρα] Cic. pro Rabir. perd. reo 6 c. 2 Nunc quoniam Tite Labiene diligentiae meae, temporis angustiis obstitisti, meque ex comparato et constituto spatio defensionis, in semihorae curriculum coegisti, parebitur, et quod iniquissimum est accusatoris conditioni, et quod miserrimum inimici potestati. Adde Plin. 28, 29. Ammian. 17, 13. et 18, 8. Cels. 3, 21.

SEMIIEIVNIVM, i. n. Stationum semiieiunia interponentes Tertull. Adu. Psych. c. 13.

SEMIIVGERVM, i. n. [ἡμιπλεθρον] Columel. 5, 1 At Galli candetum appellant in arcis vrbis, spatium centum pedum, in agrestibus autem pedum CL; quod aratores candetum nominant: semiugerum quoque arepennem vocant. Idem 4, 18 Vel in semiu-

gera omnibus modis dirimatur.

SEMIINANIS, vel SEMINANIS, e. Adi. Plin. 2, 18 Itaque in quadrato folis diuidua est, in triquetro feminani ambitur orbe, impletur autem in aduerso. de Luna.

SEMIINTĒGER, gra, grum. Adi. Ammian. 20, 11 (Valef. c. 5)

Pauca quae semiintegra sunt relicta.

SEMILACER, era, erum. Adi. [ἡμιλάκρος] Ouid. Met. 7, 344 Ille cruore fluens, subito tamen alleuat artus, Semilacerque toro tentat confurgere.

SEMILATER. Pl. Semilateres Vitruu. 2, 3.

SEMILAVTVS, a, um. Adi. Semilauta crura Catull. 55, 2.

SEMILIBER, era, erum. Adi. [ἡμιελεύθερος] Cic. Att. 13, 31 Obsecro abiiciamus ista, et semiliberi saltem simus. conf. Senec. de Breu. Vit. c. 5.

SEMILIBRA, ae. f. Adipis ceruini semilibra Apul. de Herb. c. 99.

SEMILIXA, ae. m. [ἡμισκενοφόρος] Liu. 30, 28 Sed illi primum non Annium Umbrum semilixam, nominis etiam abominandi ducem, sed Decium Iubellium Tribunum militum secuti sunt.

SEMILIXVLA, ae. Varro L. L. 4, 22 p. 27, 37 Lixulas et semilixulas videtur vocare panificii genus magis inconditum quam circuli, quos ibid. describit.

SEMIMADIDVS, a, um. Adi. [ἡμιμάδιος] Columel. 2, 4 Ne lutosus ager tractetur, neue exiguis nimbis semimadidus.

SEMIMARINVS, a, um. Adi. [ἡμιμαρίσιος] Lucret. 5, 890 Aut rapidis canibus succinctas semimarinis Corporibus Scyllas. Tanquam canes, Scyllam circumlatrantes, sine partim pisces, partim terrena animalia.

SEMIMAS, aris. m. [ἡμιμάση] Castratus, euiratus. Varro de R. R. 3, 9, 3. et Columel. 8, 2, 3 Capi semimares: Quid. Fast. 1, 588 Semimaris flammis viscera libat ouis. i. veruecis. it. Androgyni. Liu. 31, 12 Ante omnia abominati semimares, iussique in mare extemplo deportari.

Ouid. Met. 4, 381 de Hermaphrodito, Ergo ubi se liquidas, quo vir descenderat, vndas Semimarem fecisse videt, etc. conf. Colum. 8, 2.

SEMIMASCVLVS, i. m. Bercynthia Attin castrando semimasculum fecit Fulgent. Mythol. 3, 5.

SEMIMATVRVS, a, um. Adi. Pallad. Iun. 12 Hordeum semimaturum.

SEMIMEDVS, i. m. Mixto genere fuit, semimedus et semipersa Apol. Apol. p. 289.

SEMI-



**SEMIMETOPHA**, orum. n. [*ἡμιμετώπια*] Ornamenti genus, quod loco dimidiatarum Metoparum adhibetur. Memorat Vitruu. 4, 3 p. 67 in genere Dorico.

**SEMIMITHRA**, ae. f. Apud Vlpian. l. 25 §. 10 Dig. de auro, arg. et mundo, *Tanquam Dimidium mitrae est: minor quaedam Mitra, ut Semincinctium.*

**SEMIMORTVVS**, a, um. Adi. [*ἡμιθανής*] ut, Membra semimortua Catul. ad Licin. l. 47 (51) 14. *conf.* Petron. c. 108. Apul. Met. 1.

**SEMINEC**, (*Si tamen exstat talis Nominatiuus*) ÷cis. [*ἡμινέκως*] *Semimortuus, parum adhuc viuens post acceptum vulnus.* Liu. 29, 2

Tandem postquam ii, qui circa regem feminecem restantem, deinde pilo terrae affixum pugnabant, obruti telis occubuerunt. Idem 23, 15 Seminecem cum ad Cannas in aceruo caesorum corporum inventum, curatumque benigne etiam cum donis Annibal domum remiserat. Semineces cum expirantibus voluntur Tac. Histor. 3, 28, 4.

Artus femineces Ouid. Met. 1, 228. Corpora feminecum Paullin. Petrocor. 5, 800. Oculi femineces Albinou. ad Liuiam 394.

**SEMINDVVS**, a, um. Adi. [*ἡμιγύμνος*] Liu. 9, 6 Primi Consul. prope feminudi sub iugum missi, tum ut quisque gradu proximus erat, ita ignominiae obiectus. Idem 31, 35 Ita nec eques regius equiti par erat, infuetus ad stabilem pugnam, nec pedes concursator, et vagus, et prope feminudus, genere armorum veliti Romano parmam gladiumque habenti. *conf.* Idem 24, 40.

**SEMIOBOLVS**, i. m. Semioboli duplum est obolus Fann. de Pond. v. 8.

**SEMIORVTVS**, a, um. Adi. Dolium semiobrutum Apul. Met. 9 post pr.

**SEMIONVSTVS**, a, um. Adi. Naues semionustae Priscian. p. 909.

**SEMIORBIS**, is. m. Semicirculus. Senec. Quaest. Nat. 1, 8 In femiorbe nihil prohibet adspici totam pilam. Ostendere semi orbem Ammian. 20, 4.

**SEMIPAGANVS**, a, um. Adi. [*ἡμιπαγήνης*] Persius in prologo v. 6 — Ipse semipaganus Ad sacra vatium carmen afferro nostrum. *conf.* Sarisber. prol. libri 6. *vid.* PAGANVS in PAGVS.

**SEMIPALLIDVS**, a, um. Adi. Semipallidae oliuae Zeno Veron.

**SEMIPATENS**, entis. Semipatentibus iacere vestibulis Sidon. Epist. 7, 6.

**SEMIPATER**, a, tris. m. *Laudatur* Ouid. Fast. 6, 214 *Quaerebam nonas Sancto, Fidione referrem, An tibi semipater: tunc mihi Sanctus ait, etc. Sed leg. Semo Pater.*

**SEMIPEACTVS**, a, um. Adi. Semiperactus homo Paullin. Nol. Natal. 7 v. 305. *i. non integris membris natus.*

**SEMIPEREMTVS**, a, um. Adi. Semiperemta illic iugera Tertull. 45 (f Cyprian.) in Sodom. c. 4.

**SEMIPEFECTVS**, a, um. Adi. *ut, Opera semiperfecta* Sueton. Calig. c. 21. *Sententia semiperfecta* Ambros. Off. 2, 3 pr. *Vir-tutes semiperfectae* Apul. Dogm. Plat. 2 p. 17.

**SEMIPERSA**, ae. m. Apul. Apol. p. 289.

**SEMIPES**, edis. m. [*ἡμίπεδος*] Semipedis spatio Pallad. 4, 1. Interuallum facito semipedem latum Cato R. R. c. 121. Verticuli spinae ipsius *beluae* latitudinem semipedem sunt supergressi Solin. c. 47. al. 34. Columel. 3, 19 Paullo minor dodrante, longior vtique semipede. Plin. 12, 19 Varro de R. R. 3, 8 Infimum ordinem oportet abesse a terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, a summo ad cameram ad semipedem. Altae semipedem aperturae Vitruu. 5, 5.

**SEMIPEDALIS**, e. Adi. [*ἡμιποδίαλος*] *Quod medi pedis longitudinem habet.* Plin. 13, 4 Semipedales ramorum relinquentes truncos. Idem 36, 25 *Materia crassitudine semipedali ad regulam et libellam exigitur.* Interuallum Plin. 19, 8.

**SEMIPEDANEVS**, a, um. *Idem.* Columel. 4, 1 *Abunde est, semipedaneam confitis resolutam vitibus terram subiicere.* Arreclaria semipedanea Vitruu. 10, 19.

**SEMIPHALARICA**, ae. f. *Inter Tela recensetur* Gell. 10, 75.

**SEMIPISCINA**, ae. f. Varro R. R. 1, 13.

**SEMIPLACENTINVS**, a, um. Adi. [*ἡμιπλακεντινος*] *Conuicij instar dictum a Cic. in Pison. 14* Quum esses interrogatus, quid sentires de Consulatu meo, grauis auctor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, et non Caesonius semiplacentinus Caluentius, respondes, altero ad frontem, etc. *Nempe Placentia nondum eo tempore municipium.*

**SEMIPLĒNVVS**, a, um. Adi. [*ἡμιπλέως*] Liu. 25, 30 *Qui improviso adorti semiplenas stationes, et adaperas fores portae.* Legio Vell. 2, 80, 1. et 112, 2. Cic. Verr. 5, 62 c. 25 *Semiplenae naues.* Et Columel. 5, 5 *Semiplenae seroces.* *conf.* Idem 9, 15. Pallad. Febr. t. 32.

**SEMIPLĒNE**. Adu. *Idem.* Sidon. Epist. 4, 22 *Practerita infructuose, praesentia semiplene dicuntur.*

**SEMIPLTVS**, a, um. *Semiplota crura* Catull. 5, 2. *i. breuia, obfuscula.* *Sed post Scalig. legitur semilauta, vid. PLAVTVS, f. PLOTVS.*

**SEMIPLTVTA**, orum. n. Pl. Latinis Soleae dimidiatae, quibus utebantur in venando. Fest. *vid.* Turneb. *Aduersf.* 19, 19.

**SEMIPELLA**, ae. f. de Harpyiis, Aufon. Gripho v. 21 *Tres volucres, tres semideae, tres semipuellae.*

**SEMIPELLATVS**, a, um. Accusatores semipullati Sidon. Ep. 1, 7.

**SEMIPLVSVS**, a, um. Semipulsus onere graui Censorin. Fragm. c. 14.

**SEMIPLVTVS**, a, um. Adi. [*ἡμιπλάτευτος*] *ut, Virg. Ecl. 2, 70* Semiputata tibi frondosa vitis in vltimo est.

**SEMIQVINARIVS**, a, um. Adi. [*πενδημιμερης*] *Semiquinaria diuisio est, quum in scandendo post duo et dimidium pedes, f. post quintum semipedem, vox finita est, ut Arma virumque cano. Semiseptenaria autem, quum post tres primos pedes syllaba similiter relinquitur dictionem terminans: ut Arma virumque cano Troiae.*

**SEMIRASVS**, a, um. Adi. Apuleius Met. 9 p. 222 *de seruis in pistrino* Frontes literati, et capillum semirasi, et pedes annulati. Catull. 60, 5 *A semiraso tonderetur vltore.*

**SEMIREDVCTVS**, a, um. Adi. [*ἡμιαναχθεῖς*] Ouid. de Arte Am. 2, 614 *Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponit, Protegitur laeuam semireducta manu, i. Semicontracta.*

**SEMIREFECTVS**, a, um. Adi. [*ἡμιανασκεύαστος*] *ut, Classis semirefecta.* Ouid. Epist. 7, 176 *Et focij requiem poscunt: la-niataque classis Postulat exiguas semirefecta moras.*

- SEMIREMEX, migis. Semiremex Herculis Ser. Sammon. *ap.* Seru. ad Aen. 5, 116.
- SEMIROSVS, a, um. Adi. Semirofus panis Apul. Met. 6 p. 202.
- SEMIROTVNDVM. Apul. Met. 5 p. 160, 7 Vifo proximo femirotundo. *Intelligit Hemicyclium f. Sigma, Stibadium, in quo accumbitur cibi capiendi causa.* Apul. Met. 11 p. 260 In ipso subterraneo femirotundo. *b. e. Hemisphaerio.*
- SEMI RVPTVS, a, um. Adi. Semiruptis moenibus Dict. Cret. 5, 11 *sec. Dacer. al. semirutis.*
- SEMI RVTVS, a, um. Adi. [*ἡμιβαλῆς*] *Quasi Semidirutus.* Liu. 32, 17 Purgato loco qui strage femirutis muri cumulus erat. *Et lib. 28, 44 Semiruta castella.* Plus negotii fuit cum femiruta Carthagine quam integra Flor. 2, 15, 13. *Conf. Freinsbem. in Ind. Flori.* Liu. 26, 32 Quum ubi femirutam ac spoliatam patriam respexerit, ingrediens Romam, etc. Lucan. 1, 24 At nunc femirutis pendent quod moenia tectis. *Add. Liu. 10, 4.* Vultus femirutis Stat. Silu. 5, 3, 104. *Conf. Barth. ad Rutil. Itin. 1, 226 p. 96.*
- SEMISAVCIVS, a, um. Adi. Semisauciam versare et iactare voluntatem Augustin. Conf. 8, 8.
- SEMISENEX, *vel* SEMISENEVS. *antique.* [*ἡμισῆρων*] *Laudatur* Plaut. Milit. 3, 1, 54 O lepidum semiseneum, nae si quas memorat, virtutes habet. *Quaedam exemplaria Semiseneum legunt. Alii Senicem, in his Gronou.*
- SEMISEPVLTVS, a, um. Adi. [*ἡμισαφῆς*] *Vt,* Ouid. Epist. 1, 55 Semisepulta virum curuis feriuntur aratris *Ossa: ruinas oculis herba domos.*
- SEMISERMO, onis. m. Hieron. Epist. 1, 37 et 43. *i. dimidiatus sermo.*
- SEMISICCVS, a, um. Adi. Talli adhuc semisicci Pallad. Febr. t. 24.
- SEMISICILICVS, i. m. *Quod ap. Pallad. Nou. 22, 3 legi iubet Hermol. Barbarus in Gloss. Plin. ubi vulgo semicicilicus, vid. Voss. Etymol. p. 470. Bald. Lex. Vitruu. p. 114.*
- SEMISOMNVS, a, um. Adi. [*ἡμισῶνος*] *Fere adhuc dormiens, vixdum experrectus satis.* Plaut. Curc. 1, 2, 22 Vini pollens lepidus Liber: qui screanti tibi ficcae, semisomnae potionem affert. *Semisomnus sopor, ubi nempe neque dormire excitatus, neque vigilare ebrius poterat Caelius ap. Quinctil. 4, 2, 124. Add. Apul. Met. 1 p. 109 (Pric. p. 11.) Cic. Fam. 7, 1 Quum illi interea, qui te istuc reliquerunt, spectarent communes mimos semisomni, i. vix somnum tenentes praetadio.* Liu. 40, 15 E conuiuio et comestatione prope semisomnus raptus sum ad causam parricidii dicendam. Tacit. Ann. 1, 51 Sine vulnere milites, qui semisomnos, inermes, aut palantes caeciderant. *conf. Liu. 30, 5 extr.*
- SEMISOMNIS, e. Adi. *Idem.* Cic. Verr. 5, 94 Confirmant ipsi se, cum is etiam tum semisomnis stuperet, arma capiunt. Turpis, qui alto sole semisomnis iacet Sen. Epist. 122 *pr.* Liu. 37, 20 Sparfos per negligentiam et semisomnes prope adorti sunt.
- SEMISONANS, antis. Adi. *Vt, Literae semisonantes Apul. de Mundo p. 66 quae vulgo Semiuocales.*
- SEMISONARIVS, i. m. *Interpretantur qui crotalia sonitat, quae veluti medii tintinnabuli formam gerit.* Plaut. Aul. 3, 5, 42 Sarcinatores petunt, seropharii adstant, semisonarii. *Semisonarii Gronou.*
- SEMISOPITVS, a, um. Adi. [*ἡμισοπίτης*] Liu. 25, 39 Pars semisopitos hostes caedunt. *Gronouius ex MSS. restituit Semisomnos.* Ouid. Amor. 1, 14, 20 *Purpureo iacuit semisopita toro. Sed Heinjuss matris gratia legit Semisupina. Sic itidem ap. Ouid. Heroid. 10, 10.*
- SEMISOPORVS, a, um. Adi. *Idem.* Sidon. Carm. 11, 60 Semisopora leui scalpebat lumina penna.
- SEMISPATHA, ae. f. et SEMISPATHIVM, i. n. [*ἡμισπάθηον*] *Brevior ensis; quasi dimidiata spatia.* Veget. 2, 15 et 19. *Isidor. 18, 16.*
- SEMISVPINVS, a, um. Adi. [*ἡμισόπινος*] Martial. 6, 35 Ampullis potas semisupinus aquam. *Ouid. de Arte Am. 3, 788 Quum iacet in dextrum semisupina latus. Conf. modo SEMISOPITVS.*
- SEMITACTVS, a, um. Adi. Martial. 6, 74. *al. Semitatus. Vid. SEGMENTATVS sub SECO.*
- SEMITECTVS, a, um. Adi. *Vt, Capuli semitecti Apul. Met. 4 p. 150, 26. Conf. Arnob. 6 p. 299. Ammian. 19, 11. Dubia est lectio ap. Sen. de Vita Beata c. 25.*
- SEMITONIVM, i. n. Macrobi. in Somn. Scip. 2, 1 Sonum tono minorem veteres semitonium vocitare noluerunt.
- SEMITRACTATVS, a, um. Adi. Semittractata materia Tertull. de Fuga in Persec. *in pr.*
- SEMITREPIDVS. Apul. Met. 7 p. 191.
- SEMITRITVS, a, um. Adi. [*ἡμιτριβῆς*] Columel. 1, 6 Huic autem nubilarium applicari debet, maximeque in Italia propter instantiam caeli, quo collocata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit. *Conf. Pallad. 1 t. 36.*
- SEMIVIETVS, a, um. Adi. *Mollis, fere consumtus.* Columel. 12, 16 Alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis semiuetas uvas contegunt, et ita in amphoras recondunt.
- SEMIVIR, iri. m. [*ἡμιάνηρ*] *De centauro.* Ouid. Epist. 9, 141 Semiuir occubuit vi, Lerniferoque veneno Nessus. Semibouemque virum, semiuirumque bouem Ouid. A. A. 2, 24. *de Effeminato.* Phryx semiuir Virg. Aen. 12, 99. *de Parride.* Semiuiri poterant qualia ferre Phryges Martial. 9, 21. *de sacerdotibus Cybeles.* Liu. 33, 28 Errare ut ait homines, qui tam atrocem caedem pertinere ad illos semiuiros crederent. *Virg. Aen. 4, 215 Et nunc ille Paris cum semiuiro comitatu.* Ouid. Met. 4, 386 Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semiuir, et tactis subito mollescat in vndis. *Chorus semiuir Sil. 17, 20. de sacerdotibus Cybeles.*
- SEMIVIRIDIS, e. Adi. [*ἡμιχλωρος, ἡμιβαλῆς*] *Vet. Gl.*
- SEMIVIVVS, a, um. Adi. [*ἡμισῶος*] Cic. in Pison. 31 Qui non admurmuratione, sed voce et clamore abiecti hominis et semiuiri, etc. *Idem Verr. 1, 45 Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, Populi Romani focium atque amicum, fumo excruciatum, semiuirum reliquit. Semiuirum recreare studuit Nep. 18, 4, 4. Cic. pro Sext. 126 c. 59 Et quum erat reclamatum semiuiris mercenariorum vocibus, etc.*
- SEMIVOLVCRI9, e. Adi. Triclinium semiuolucrum puellarum Symmach. 1, 47. *i. Sirenum.*
- SEMIVNCIA *vel* SEMVNCA, ae. f. [*ἡμισυγκία*] Perf. Sat. 5, 121 — Sed nullo ture litabis, Haereat in stultis brevis ut semuncia recti. *Auri Cic. Verr. 4 c. 25. unde annulus conficitur. Id. pro Caecin. 17 Facit haerem ex deunce et semuncia Caecinnam.* Columel. 5, 1 Pars vicesima quarta, pedes mille ducentos. hoc est

semuncia, in qua sunt scrupula duodecim. *Conf. Colum. 6, 38. Ca-*  
*to R. R. c. 10. Frontin. de Aquaed. passim.*

SEMUNCIALIS, e. Adj. [*ἡμισυνοῦκος*] Plin. 33, 3 Mox lege  
 Papiriana semunciales asses facti. Solin. 56 Vniones semunciales.

SEMUNCIARIUS, a, um. Adj. [*ἡμισυνοῦκος*] Idem. Liu. 7, 5  
 27 Semunciarium tantum ex vniciario foenus factum.

SEMIUSTVS vel SEMVSTVS, a, um. Adj. Liu. 22, 44 Se  
 populare incendium priore Consulatu semiustum effugisse. *Vid. AM-*  
*BVSTVS n. 2. Cadauer semiustum Suet. Domit. c. 17. Ca-*  
*stra semusta Sil. 17, 104. Semusta Fax Ouid. Fast. 4, 167. Pau-*  
*ca tectorum Vestigia lacera et semiusta Tac. Ann. 15, 40, 4.*

SEMIUSTVLANDVS, a, um. Adj. [*ἡμισυπτερος*] Suet. in Ti-  
 ber. c. 75 Corpus vt moueri a Mifeno coepit, conclamantibus plerisque  
 Atellam potius deferendum, et in amphitheatro semiustulandum, Ro-  
 mam per milites deportatum est, crematumque publico funere.

SEMIUSTVLATVS, a, um. Adj. [*ἡμισυπτερος*] Cic. pro Milon.  
 34 c. 13 Tu P. Clodii cruentum cadauer eiecisti domo, tu in publi-  
 cum eiecisti, tu spoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione,  
 infelicissimis lignis semiustulatum, nocturnis canibus dilaniandum re-  
 liquisti. Corpus Prudent. Peristeph. 2, 348. Nauicularius  
 Varro ap. Non. 4, 76. *de fulmine tacto.*

SEMVSTVS vel SEMIVSTVS, a, um. Adj. [*ἡμισυαυρος*] *Vt,*  
 Corpus semustum fulmine Virg. Aen. 3, 578. Membra semusta  
 Lucan. 9, 3. *legitur Semiusta. Fax semusta Ouid. Fast. 4, 167.*  
 Robora semusta Lucan. 8, 745. *al. Semiusta.*

SEMIVVLVS. Martian. Cap. 1 p. 5.

SEMISSIS, is. m. [*ἡμισυ*] Idem quod Semias, i. as dimidius, vel  
 dimidiatus adeo: in primis ubi de numis sermo est. *Nominatiuum non*  
*puto exstare, siue ille Semis fuerit, pro Semias, siue similis Genitiuo.*  
 Cic. Att. 15, 29 Sed sicubi inciderit, de Tulliano semisse M. Axianum  
 adhibebis, vt scribis. *Hic de parte dimidia cuiuscunque summae in-*  
*telligi potest, hereditatis, pretii rei venditae, aeris alieni etc. De Se-*  
*missibus aureorum dignus qui hic quoque legatur locus Lampridii Alex-*  
*andro 39 Vectigalia publica in id contraxit, vt qui decem aureos sub*  
*Heliogabalo praestiterant, tertiam partem aurei praestarent, hoc est*  
*tricesimam partem. Tuncque primum semisses aureorum formati*  
*sunt: tunc etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset,*  
*tremisses (i. trices) : dicente Alexandro etiam quartarios (quadrantes)*  
*futuros, quod minus non posset, quos quidem iam formatos in*  
*moneta detinuit, exspectans, vt si vectigal contrahere potuisset, et eos*  
*ederet. Sed quum non potuisset, per publicas necessitates, conflare*  
*eos iussit, et tremisses tantum, solidosque formari. Formas binarias*  
*(binorum assium etc.) ternarias, quaternarias, et denarias etiam atque*  
*amplius vsque ad bilibres quoque et centenarias, quas Heliogabalis*  
*inuenerat, resolui praecepit, neque in vsu cuiusquam versari. atque*  
*ex eo iis materiae nomen inditum est: quum diceret plus largiendi*  
*hanc esse imperatori causam, si quum multos solidos minores dare*  
*posset, dans decem vel amplius vna forma, triginta et quinquaginta*  
*et centum dare cogereretur. Ergo Semissis est pars dimidia, binarius al-*  
*terum tantum. Cic. pro Sext. 55 c. 25 Sed ab vno gladiatore in-*  
*numerabilia alia noua conscriberentur: vt remissis semissibus et tri-*  
*entibus, quinta prope pars vectigalium tolleretur. Soluebantur in mo-*  
*dios frumenti semissis et quadrans, qui dextantem efficiunt: sed numus*  
*dextans nullus erat, vt qui dextantem deberet, necessario semissem dare*  
*et quadrantem cogereretur. Hos semisses et quadrantes cum remitteret po-*  
*pulo Clodius, in eam rem quinta fere pars Populi Rom. impensa est, i. ve-*  
*ctigalia quinta parte minuta sunt. Cic. Fam. 5, 10 Simius, non*  
*semissis homo, contra me arma tulit, et eum bello cepi. Semissis est*  
*Genitiuus, vt dicitur homo nullius pretii. Vsuras dicitur semissis, quo-*  
*ties de centum numis numus semis usurae nomine in singulos menses per-*  
*cipitur: qui sunt in annos sex integri. vid. AS n. 1. it. VSVRA.*  
 Cic. Fam. 5, 6 Omnino semissibus magna copia est: i. qui semisses  
 usuras soluere vult, et alioqui bonum nomen habetur, qui inuenire mutuam  
 potest pecuniam, quantam vult. Plin. 14, 4 Vsuras semissibus ciui-  
 lis et modica est. Scaeuol. in l. Qui semisses D. de vsur. et fructib. 65  
 Qui semisses vsuras promiserat, etc. Est etiam hoc nomine instru-  
 mentum veterinarium, cuius AS videtur Cyclus: de quo Cyclo Veget.  
 Mulom. 2, 5, 3. et 2, 6, 11. Vritur ad mensuram semissis Veg.  
 3, 41, 3. Et 2, 11, 4 Semisse inuris cauterio. Hinc est Semissare.

SEMISSALIS, e. Adj. Modestin. in l. Septitia D. de pollicitat. Se-  
 ptitia certamen patriae suae pollicendo, sub hac conditione pollicita  
 est, vt fors apud eam remaneret, et ipsa vsuras semissales ad praemia  
 certantium exsolueret. *Termini semissales memorantur apud Fron-*  
*tin. de Colonia p. 113 pr. Goes. in Var. Lect. et p. 131 med. Colonia*  
*Spoletina — terminis lapideis longis, quos semissales vocant, an-*  
*ad semissem perticae refertur?*  
 SEMISSO, are. Veget. de Re Vet. 1, 26, 4 Semissantur pedes  
 equorum, i. semisse cauterio, de quo modo dictum, post venae sectionem  
 inuruntur. *Add. 1, 38, 9.*

SEMISSARIUS, a, um. Adj. Florentinus in l. Legatum 116 De  
 legat. 1 A coherede vero semissario duobus extraneis concurrentibus  
 non amplius tertia parte. i. qui est heres ex Semisse.

SEMITOGIVM, i. n. Breuis et quasi dimidiata toga, a quo Se-  
 mitogatus, *ἡμισυβεννος.*

SEMIvocALIS, e. Adj. [*ἡμισυφωνος* Gloss. Gr. Lat.] *Literarum*  
*quarundam appellatio, quod proxime ad Vocalem sono accedant: quarum*  
*numero sex sunt, vel septem. Priscian. 1 p. 540 med. Sunt septem semi-*  
*vocales, quae ita proferuntur, vt inchoent ab e litera, et desinant in*  
*naturalem sonum, vt ef, el, em, en, er, es. Sed ix ab i inchoat etc.*  
 Mutae autem a se incipientes, et in e Vocalem desinentes, exceptis k  
 et q. Martian. Capella 1 p. 54 sex memorat, demto x. Lepide,  
 vt solet, ad rem rusticam transfert illam rationem Grammaticorum 1, 17  
 Alii in tres partes (diuidunt) instrumenti genus — Vocale, in quo  
 sunt serui; semiuocale, in quo sunt boues; mutum, in quo  
 sunt plaustra.

SEMIvocABILIS, e. Adj. Idem. Vet. Interpr. Irenaei 1, 10  
 Literae inloquibiles nouem: octo semiuocabiles.

SEMIzonARIUS, i. m. *Qui semizonia, siue semicinctia conficit.*  
 Plaut. Aul. 3, 5, 42 Strophiarum adstant, semizonarii, etc. *Alii legunt*  
 Semifonarii.

SEMITA, ae. f. [*τρίβος, ἄρπυγος*] *Quasi Semiiter, arcta via.*  
 Martial. 7, 60 Iussisti tenues, Germanice, crescere vicos, Et modo quae  
 fuerat semita, facta via est. De via in semitam degredi Plaut. Caf.  
 3, 5, 40. Idem Caf. 1, 33 Post id locorum, quando ad villam vener-  
 ris, dabitur tibi amphora vna, et vna semita, fons vnus, i. via assigna-

*bitur una, qua eas, redeas. Nam Meursiana emendatio femina, i. hēmina, licet condones illi de quantitate, ad sensum profecto non est necessaria.* Caes. Bell. Gall. 7, 27. Angustissimae semitae Cic. Agrar. 2 c. 35.

Cedere semita Sen. Epist. 64. Ferri semitis Quincil. 5, 14.

5 Cic. Verr. 2, 57 c. 23 Attendite, iam intelligetis, hanc pecuniam qua via modo visa est exire ab isto, eadem semita reuertisse. Qua et eadem aduerbialiter ponuntur. Pecunia exiit via, publice, aperte; rediit semita clanculum, sine strepitu. Rara per occultos ducebat semita calles Virg. Aen. 9, 383. Hinc metaph. Semita certe tranquillae

10 per virtutem patet vnica Vitae Iuuenal. 10, 363. Imitatur Hor. Epist. 1, 18, 103 An secretum iter, et fallentis semitae vitae? Respiciunt ad Graecum illud *λάθε βιώσας*.

reueriti, metaphorice dicitur a Plauto Casin. . . Nunc pol ego deorum in rectam redii semitam. Spumea subsequitur fugientis semita clauī Valer. Argon. 2, 430. i. Vestigium gubernaculi nauis abeuntis.

15 Praecedit enim, iam remi rapuere ratem, iam flumina portant. Velox semita Lunae, pigra Saturni, i. Curfus, vel motus Claud. Paneg. Stilic. 2, 438. Semitae sunt in urbe, qui Limites etiam dicuntur. Inde

20 SEMITĀLIS, e. Adj. Semitales dii, Semitarum praefides. Auctor Iambici, de Sabino in Catalectis p. 89 Neque vlla vota semitalibus Deis Sibi esse facta.

SEMITARIVS, a, um. Adj. Qui semitas percurrit. Catull. ad Contubernales f. 35, 15 Omnes pufilli et semitarii moechi, qui vulgaria

25 scorta et in semitis prostituta sectantur. Conf. Turneb. Adu. 13, 19.

SEMĪTO, āre. Eo modo dictum, quo Limitare, b. e. Semita, quae est Limite angustior via distinguere. Plin. 17, 22 f. 35, 7 Vineas limitari decumano XVIII pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum

30 transitus, aliisque transuersis limitibus denum pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit, totidem pedum cardine quot decumano limitari. Semper vero quintanis semitari, hoc est, vt quinto quoque palo singulae iugo paginae includantur. Sic vetustae editiones et MSS. quod male, a Gelenio arbitror, mutatum in feminari nullo sensu, quantumuis laboret Harduinus.

35 SEMITĀTVS, a, um. Adj. Diuisus in semitas. Martial. 6, 74 Caluam trifilem semitatus vnguento. Alii legunt Segmentatus v. v. sub SECO.

SEMĪTĀTIM. Adu. Titinnius apud Sospatrum 2 p. 194 Fugī atque effugi semitatim. Vid. Turneb. Adu. 3, 20.

40 SEMĪVĪVVS, SEMĪVSTVS, et caetera a Semis composita, vid. in SEMIS.

SEMNESERTEVS f. SENNESERTEVS, i. m. Rex Aegypti quo regnante Pythagoras nauigauit in Aegyptum. Plin. 36, 9 Is autem obeliscus, quem Diuus Augustus in circo magno statuit, excisus

45 est a rege Semneserteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit, centum viginti quinque pedum, et dōdrantis, praeter basim eiusdem lapidis. Is vero, qui est in campo Martio, nouem pedibus minor, a Sesostride. Inscripti ambo rerum naturae interpretationem Aegyptiorum opera Philosophiae continent.

50 SEMNĪON, i. n. Herba a potentiae maiestate appellata, alias Theombrotion, Pauonis picturis similis, odore eximio. Hanc a Persarum regibus comedi, aut bibi contra omnia corporum incommoda, instabilitatemque mentis commemorant. Ista Plin. 24, 17.

SEMĪODĪVM, i. n. *ἡμιμόδιον* Gloss. Lat. Gr.

55 SEMO, onis. et SEMONES, um. m. Pl. Fulgentius Expof. Serm. ant. II Semones dici voluerunt deos, quos nec caelo adscriberent ob meriti paupertatem, sicut sunt Priapus, Epona; Vertumnus: nec terrenos eos deputare vellent pro gratiae remuneratione, sicut

60 Varro in Mysticor. lib. ait, Semoneque inferius derelicto Deum pennato attollam orationis eloquio. Haec illē. Censere bona consecranda Semoni Sanco Liu. 8, 20. Vid. Ouid. Fast. 6, 213. Vid. SANCVS.

SEMĪODĪVS, i. m. [*ἡμιμόδιος*] Quasi Semimodius. Iuuen. Sat. 14, 67 Et tamen vno Semodio scobis haec emundat seruulus vnus.

65 Columel. 2, II extr. Martial. 7, 52 Semodiusque fabae cum vimine picenarum. Plin. 18, 9 Praeterea floris semodium. Conf. Cato R. R. c. 10 et 40 et 162. Colum. 7, 5. Pallad. 1, 26.

SEMĪODĪĀLIS, e. Adj. Semodium continens. Vt, Olla femodialis Marcell. Emp. 16. Placenta femodialis Cato de R. R. 76 extr.

70 SEMŌVEO, ōui, ōtum, ēre. [*ἀποκινέω*] Scorsum mouere. Plaut. Afin. 1, 3, 74 Culpa tua isthaec, quae discipulum semidoctum abs te femoues. Alii legunt Amoues. Ter. Andr. 1, 5, 51 Accessi: vos

75 femotae: nos soli. Cic. de Arusp. Resp. 26 c. 12 Itaque qui antea voce praeconis a liberis femouebantur, tuis ludis non voce, sed manu liberos segregabant. A contemplatu mali femoueo me

80 Ouid. Trist. 5, 7, 66. Alii legunt Submoueo. Cic. Acad. 1, 34 Nam Strato eius auditor, quamquam fuit acri ingenio, tamen ab ea disciplina omnino femouendus est. Idem de Orat. 3 c. 5 Neque res lumen habere possunt, si Verba femoueris. Voluptas est igitur femouenda, non solum vt recta sequamini, sed etiam vt loqui de-

85 ceat frugaliter Cic. de Fin. 2, 39.

SEMŌTVS, a, um. Partic. [*ἀποκινηθεὶς*] Vt, A curis femotus Lucret. 1, 46. Arcana femotae Dictionis A. Dial. de Orat. c. 2.

90 Sententiis femotis Cic. de Fin. 2, 44. Compar. Lactant. 5, 15 Nihil a sapientis ratione femotius.

SEMŌTE. Adu. Separatim. Plin. Valer. 3, 4 Terere femote.

95 SEMPER. Adu. Temporis. [*ἀεί, αἰεί, εἰσεί, διαπαντός*] Ter. Andr. 4, 5, 27 Recte ego semper fugi has nuptias. Cic. Tusc. 1, 53 c. 23 pr. Quod semper mouetur, id aeternum est. Idem Off. 1, 31 Ea quum tempore commutantur, commutatur officium, et non semper est idem. Apul. Flor. p. 357, 7 Vti laudes benefacti tui

— vbiq̄ gentium semper annorum repraesentet. ¶ 2 Cum nominibus Adiectiuis pariter et Substantiuis interdum ita iungitur, vt vnā dictionem efficere videatur: et scribitur etiam a quibusdam

100 Semperflorens, Semperlenitas. Sed cum totum illud de continuandis vel distinguendis vocibus recentioris sit instituti, nihil equidem definiam, non magis quam in ius iurandum, res publica etc. Lucret. 1, 124 Vnde sibi exortum semper florentis Homeri Commemorat speciem. Imitatur Ouid. Met. 7, 702. Ter. Andr. 1, 2, 4 Mirabor hoc si sic abiret: et heri semper-lenitas verebar quorsum eaderet. Vna dictione, ait Donatus. Sic Semperiuuenis. Prudent. Hamart. v. 630. Ita Inter dulcia vinum est, quod Graeci *ἀεγλεινος* vocant, hoc est, sempermustum Plin. 14, 9. Sospes eas semper-

105 que parens Quid. Fast. 4, 519. Numquid luna desuiit redintegrare

grare se ipsam atque in veteres formas nouellarum semperrestituitione traducere. Arnob. 1 p. 2.

SEMPERFLORIVM, i. n. Herba semper viridis atque vigena Apul. de Herb. c. 123.

SEMPERVIVA, ae. f. vel SEMPERVIVVM, i. n. [*αειζων*] 5  
Herba. Plin. 25, 13 Aizoi duo genera, Maius in fistilibus vasculis feritur. Et paullo post, Alterum minusculum quod erithales vocant, alii tritales, quia ter floreat, alii chrysothales; aliqui isoetes: sed aizoum vtrumque, quoniam vireat semper, aliqui semperuium. Maius cubiti altitudinem excedit, crassitudine plus quam pollicari. 10  
Conf. Pallad. 1, 35. Apul. de Herb. c. 123.

SEMPERVIVVS, a, um. Adi. Deus, et Sapiencia vera, Spiritus et sanctus, res semperuiua Prudent. Hamart. v. 164. Sed

SEMPITERNVS, a, um. Adi. [*αίδιος*] Perpetuus, semper durans. Quod semper mouetur, id sempiternum est Cic. Tusc. 1, 53 c. 15  
23 pr. Plaut. Merc. 2, 3, 2 Homo me inferior nullus est, aequo opinor, neque aduorsa cui plura sint sempiterna. Ter. Andr. 5, 5, 3. Gloriae sempiternae per aliquem commendari: Cic. Fam. 5, 12 Neque autem ego sum ita demens, vt me sempiternae gloriae per eum commendari velim, Potencia sempiterna Tacit. Ann. 3, 30. Ra- 20  
tio perfecta et sempiterna Cic. Acad. 4.

SEMPITERNVM, Adu. Quod tibi sempiternum salutare sit Plaut. Aul. 2, 1, 26.

SEMPITERNE, Adu. antiquum, pro Semper. Pacuuius Medo, Populoque vt Medium sempiterne sospitent Nonius 2, 778. Amoe- 25  
nitas sempiterne virentis paradisi Augustin. Conf. 9, 3. Conf. Cl. Mamert. de Statu An. 1, 3.

SEMPITERNO, Adu. Ego mihi monumenta haec sempiterno posui Cato ap. Charif. 2 p. 194. Solinus 53 At iuxta Ilium Memnonis stat sepulcrum, ad quod sempiterno ex Aethiopia cateruatim 30  
aues aduolant, quas Ilienses Memnonias vocant. Idem 48 Tenacibus foliis sempiterno inumbrantur. Add. Vitr. 9, 4.

SEMPITERNITAS, atis. f. Apul. in Trismegisto p. 94 Mundus stabili sempiternitate viuendi circumuallatus. Add. Cl. Mamert. 35  
de Statu An. 1, 3. et 2, 1.

SEMPRONIVS, i. m. [*Σεμπρόνιος*] Gentis Rom. nomen. V. g. illi fratres nobilissimi, Caius et Tiberius Gracchi, qui perierunt propter leges nimium populares: item ille, de quo Pomponius De origine iuris, l. Necessarium, Sempronius quem Pop. Rom. *σοφόν* appellauit: nec quisquam ante eum hoc nomine cognominatus est. Leges Sem- 40  
proniae Cic. Verr. 5, 162. Horrea Sempronia, qui locus dicitur, in eo fuerunt lege Gracchi, ad custodiam frumenti publici. Festus.

SEMPRONIANVS, a, um. Adi. Vt, Sempronianum senatusconsultum Cic. Fam. 12, 29.

SEMVRIVM, i. n. Campus Romae propinquus, quem legarat Po- 45  
pulo Rom. Laurentia. Cic. Philipp. 6, 14 Quis est iste ordo? multi fuerunt multis in legionibus per tot annos: his quoque diuisit Semurium. Macrobi. Saturn. 1, 10 Post excessum suum Pop. Romano agros Thuracem, Semurium, Lincerium, et Solnoium reliquisse scribit. Hinc 50

SEMVRIVS, a, um. Adi. Martial. 9, 49 Campis diues Apollo Semurinis, quam lectionem probat Turnebus 31, 3. Sed editur sic Myrinis.

SEMVVS, vid. SEMI.

## S E N

SENA, ae. f. In Britannico mari insula, Osifnicis aduersa litoribus, Gallici numinis oraculo insignis est, cuius antistites perpetua virginitate sanctae numero nouem esse traduntur: Gallicenas vocant, 60  
putantque ingeniis singularibus praeditas maria ac ventos concitare carminibus, seque in quae velint animalia vertere, sanare quae apud alios insanabilia sunt, scire ventura et praedicare, sed non nisi deditas nauigantibus, et in id tantum, vt se consulerent profectis. Haec Pomponius Mela 3, 6. Turnebus in notis ad Plutarchum de Oraculo- 65  
rum defectu, non Gallicaenas, aut, Gallicenas, legi debere statuit: sed Galli Senas aut Zenas, distinctis verbis. Add. Voss. ad h. l.

SENA, ae. f. [*Σαινά*] Vrbs Hetruriae. Profertur etiam Senae, Senarum, vid. Plin. 3, 5.

SENENSIS, e. Adi. Vt, Colonia Senensis Plin. 3, 14. Praelium 70  
Senense Cic. de Clar. Orat. 73. Alii legunt Senonense.

SENACVLVM, i. n. [*βουλευτήριον*] Vbi Senatores consultandi gratia consistebant. Antea senatus assiduam stationem eo loci peragebat, qui hodie quoque senaculum appellatur Val. Max. 2, 2, 6. Nempe 75  
vt coenaculum est locus, vbi coenatur, ita Senatorum locus est Senaculum. Varro de L. L. 4, 32 p. 37, 27 Senaculum vocatum, vbi Senatus, aut vbi Seniores consistenter, dictum vt *γερουσία* apud Graecos. Haec de ratione nominis. Sed in his, quae proxime praecedunt, locum signat, qui proprie ita dictus videtur, et de eo agere puto Valerium, Senaculum supra Graecostasin, vbi aedes Concordiae et basilica Opimia. 80  
Liu. 41, 27 (32) memorat porticum ab aede Saturni in Capitolium ad Senaculum, ac super id curiam. Fuit ergo in Capitolio etiam Senaculum, fuit supra id Curia. Silent, vt queritur ad h. l. Dukerus, qui de vrbe scripsere. Sed Senatum in Capitolio habitum cum Philippicam 14 haberet Cicero, videtur indicari c. 3 Quaeque esset facturus in hac vrbe, nisi eum hic ipse Iupiter ab hoc templo atque moenibus repulisset. Hic ipse inquam, non hinc, vt legendum vidit Ferrarius, vt demonstra- 85  
ret manu statuam. Caeterum si Varronem, Liuium, Valerium Maximum audiamus, Senaculum fuit diuersum ab ipso Senatus sollempniter habendi loco, locus vbi consistenter potius et sermones inter se agerent, 90  
quam vbi considerent, et sententias rogati dicerent. Verum Festus: Senacula tria fuisse Romae, in quibus Senatus haberi solitus sit, memoriae prodidit Nicostratus in libro, qui inscribitur, De Senatu habendo. Vnum vbi nunc est Aedes Concordiae inter Capitolium et forum, in quo solebant Magistratus D. T. (duntaxat interprete Scali- 95  
gero) cum senioribus deliberare. Alterum ad portam Capenam. Tertium citra aedem Bellonae, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere volebant, Senatus dabatur. Haec Festus. Senaculum, de mulierum senatu Elagabali: vid. Lamprid. c. 4. Vopisc. in Aurel. c. 49. Barth. ad Stat. Theb. 5 p. 63 seq. 100

SENARIVS, vid. SEX.

SENATOR, oris. in. [*βουλευτής, σενάτωρ*] Vlpian. D. de Senatoribus l. Nuptae, dici senatores ait, qui a Patriciis et Consularibus vsque ad omnes viros illustres descendunt, quia hi soli in senatu dicere sententiam possunt. Appellatiue sunt ab actate prouecta, quod ta- 105

- les in principio in senatum electi fuere. Festus: Senatores a Senectute dici satis constat, quos initio Romulus elegit centum: quorum consilio Remp. administraret. Itaque etiam Patres appellati sunt, et nunt quum Senatores adesse iubentur, quibusque in senatu sententiam dicere licet: quia hi, qui post lustrum conditum ex iunioribus magistratum cepere, et in senatu sententiam dicunt, et non vocantur senatores, antequam in senioribus sint censi. *Haec ille.* Cic. de Senect. 56 c. 16 In agris tum erant senatores, id est, senes. *Al. iidem senes. Sententia eadem.* Cic. de Legib. 3, 40 c. 18 *Senatori tria iussa sunt, Vt adsit; nam gravitatem res habet, quum frequens ordo est, Vt loco dicat: id est rogatus. Vt modo: ne sit infinitus.* Cic. Phil. 1, 12 c. 5 De supplicationibus referebatur: quo in genere Senatores deesse non solent: coguntur enim non pignoribus, sed eorum, quorum de honore agitur, gratia. *De numero Senatorum Romanorum, Vid. Carol. Sigon. de Antiq. Iure Ciu. 2, 2. et Bernegg. ad Suet. Aug. c. 35.* Allegere senatorem Suet. Caes. c. 80. ¶ 2 *Senator est etiam cognomen M. Aurelii Cassiodori vel Cassiodorii.*
- SENATORIVS, a, um. Adi. [*βουλευτικός*] Cic. Verr. 1, 4 Socios, leges, Remp. senatorio consilio maxime posse defendi. Aetas senatoria Tacit. Ann. 15, 28, 4. Decuria senatoria Cic. Verr. 2, 79. Dignitas Suet. Claud. c. 24. Iudicia senatoria Cic. pro Cluent. 61. *it. Act. 1 in Verr. c. 3.* Lex senatoria Cic. pro Rabir. Post. 17. Literae senatoriae Idem Off. 2, 3. Munera senatoria Cic. Tusc. 1, 1. Ordo senatorius Cic. pro Cluent. Idem pro Flacc. 43. *Et in Verr. Act. 1 c. 3.* Suet. Aug. c. 35. Vir Ordinis senatorii Vell. 2, 19, 5. Potentia senatoria Cic. Att. 2, 24. Senatorii Seninis homo Sidon. Ep. 1, 6. Sententiae Cic. Fam. 1, 9 *pr.*
- SENATVS, ūs et i. m. [*σύγκλητος, βελή, γερουσία*] *Tam Locum, in quem Senatores conueniunt, quam ipsos Senatores, significat.* Vt consilium Reip. penes senes esset, qui ex auctoritate, patres; ob aetatem, Senatus appellabantur Flor. 1, 1, 15. Cic. de Arusp. Resp. 158 Senatus princeps salutis mentisque publicae. Idem Fam. 4, 1 *Atque ipse ad te antea scripsissem, te frustra in Senatum siue potius in conuentum senatorum esse venturum.* *Et de Legib. 3, 18 Nam ita se res habet, Senatus dominus publici consilii, etc.* *Item in Catil. 1, 2 Hic tamen viuit: viuit? immo in Senatum venit publici consilii particeps.* In Senatu deorum summae esse auctoritatis primaeque sententiae Lactant. 1, 10. *De ordine rogandi sententias, vid. ROGO n. 5.* *Reliqua de Senatu et Senatus consultis, prope infinita pertinent ad scriptores antiquitatum, tum caeterarum, tum iuris Rom. Senatus nomen, ut Consulibus non communicabatur cum municipiis et coloniis. Et tamen S. P. Q. L. in Gruteriano Indice explicatur a Scaligero Senatus Populusque Lanuuius, citaturque p. CCCI. XX, 2. Sed fallunt numeri. Princeps senatus, vid. PRINCEPS.* Senatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda Cic. Q. Frat. 2, 8. *conf. Cacl. ad Cic. Fam. 8, 5.* Propert. 4, 1, 11 Curia praetexto quae nunc nitet alta senatu, Pellitos habuit rustica corda patres. Praetexto *i. praetextato.* Stat. Silu. 2, 7, 47 *Et doctos equites, et eloquente Cantu purpureum trahes senatum.* Sanctus senatus Virg. Aen. 1, 430. Senatus ordo ille Sanctissimus Quinctil. Decl. 329 p. 669. Floreat, et claro cingatur Roma senatu Claud. Conf. Prob. et Olyb. 19. Cogere senatum dicuntur Consules *i. senatores in consilium conuocare.* Cic. Fam. 5, 2 Recordare caetera, quam cito senatum illo die facta sortitione coegerim. *Et de Fin. 3, 7 Quippe qui ne reprehensionem quidem vulgi reformidans, in ipsa curia soleret legere, dum senatus cogerebatur.* *de Catone.* Consulere Senatum proprium opus Consulibus Gell. 14, 7 Cn. Pompeius Consul primum—designatus—quoniam per militiae tempora senatus habendi consulendique—expers—fuit, M. Varronem rogauit, ut commentarium faceret *εἰσαγωγικόν (introduitorium)*—ex quo disceret, quid facere dicereque deberet, cum Senatum consuleret. *Deinde satis copiose argumentum eius commentarii enarrat, eaque ratione plura de illo genere antiquitatis docet, videndum omnino est totum illud caput bene longum.* Cic. Fam. 10, 12 Senatus est continuo conuocatus, frequensque conuenit propter famam atque expectationem tuarum literarum. Id. Fam. 10, 28 Nam quum Senatum ad XIII Cal. Ianuar. Tribunipl. vocauissent, deque alia re referrent, totam Remp. cum complexus, etc. Cic. Verr. 2, 122 Quum haberent inter se controuersias de senatu Cooptando: leges a senatu nostro petiuerunt. Cic. . . . Tum in ipsum discessum senatus incidisse credo meas literas. Dare senatum alicui, *facere illi copiam adeundi senatus, et ibi agendi, quod opus sit.* Vid. Liu. 30, 40.
- Cic. Q. Frat. 2, 13 Eodem igitur die Tyriis est senatus datus frequens. *conf. Nep. 23, 7, 6.* Senatus idibus Martiis in Pompeii curiam edictus est Sueton. Caes. c. 80, *Add. Liu. 3, 38 extr.* Cic. Fam. 8, 5 Marcellus idem illud de prouinciis vrget: neque adhuc frequentem Senatum Efficere potuit. Expulsus senatus Lucan. 5, 270. Cic. Off. 3, 3 Nostrum autem otium negotii inopia, nec requiescendi studio constitutum est. Exstincto enim Senatu, deletisque iudiciis, quid est, quod dignum nobis aut in curia aut in foro agere possimus? Cic. Fam. 1, 4 Senatus haberi ante Calend. Feb. per legem Pupiam, id quod scis, non potest. Idem Q. Frat. 2 Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non potuit. Legere senatum, *vid. LEGO, legis.* Lectio senatus Suet. in Aug. c. 54. Lectus senatus Ouid. de Arte Am. 1, 463. Cic. Fam. 13, 54 Hoc autem tempore cum Caesar in senatum legit: quem ordinem ille ista possessione amissa tueri vix potest: *i. Senatorem fecit. Sed Fam. 6, 18 Cum qui hodie haruspicinam facerent, in Senatu Romae legentur.* Cic. Q. Frat. 2, 1 Sed fecit humaniter Licinius, quod ad me, misso senatu vesperi venit. Idem de Amicit. 12 Quum senatu dimisso domum reductus ad vesperam est a Patribus Conscriptis. Mouere senatu, *et Ex senatu eiicere idem est.* Aur. Vict. de Viris Illust. 47 L. Flavianum Consularem senatu mouit. Cic. pro Domo 123 c. 47. Atqui C. Atinius patrum memoria, bona Q. Metelli, qui eum ex Senatu Censor eiecerat (*reiecerat est a librariis, ultimam in Censor repetentibus*) aui tui Q. Metelle, et tui P. Seruili, et proauit tui P. Scipio, consecrauit; foculo posito in Rostris, adhibitoque tibicine, *vid. MOVEO.* Id. pro Cluent. c. 43. Regere consiliis senatum Quinctil. 2, 16. Cic. Fam. 10, 28 Senatum iam languentem et defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque reuocauit. Cic. Fam. 1, 2 Eo die senatus erat futurus. Idem Fam. 12, 25 Eo die non fuit Senatus, neque postero. Venire in senatum, *pro Senatore fieri* Cic. pro L. Flacc. 42 c. 18 Temni vsque ad illam aetatem in Senatum venire non potuit. Ibid. 43 Pari felicitate vna legatus Nicomedes, qui neque in senatum vlla conditione peruenire potuit, et furti, et pro socio damnatus est. *Comica lasciuia* Plaut. Epid. 1, 2, 56 Iam Senatum conuocabo in corde consiliarium. *b. e. Consulam apud me, quid agendum sit. Sic de conuentu nugantium etc.* Plaut. Mil. 2, 6, 109 et 111. ¶ 2 Senatum pro sedilibus senatoriis posuisse Suet. Claud. c. 25 *Casaub. et Torrent. volunt: sed praesertim, de confessu ipso senatorum in orchestra interpretari, quod ad rem ipsam nihil*

*nihil differt*, In orchestram senatumque descendit Suet. Ner. c. 12. ¶ 3 *Obs. Genit. senati: ut Beneficio senati Cic. Diuina. Verr. c. 5. Senati decretum Sallust. Catil. 30, 3, 36, 5. Id. Jugurth. c. 40 et in Fragm. c. 30. Senati dux Cic. Ep. ad Brut. 2. Conf. Quinctil. 1, 6 p. 78 Burm. Sic Senati consultum mox videbimus.*

SENATVS CONSULTVM, i. n. vel, si maius separatim, Senatus consultum [*δὲγμα τῆς συγκλήτης*] Senatus sententia vniuersi, in quantum nec intercessione tribunicia impedita, nec aliam ob causam vitata est: nam alterutrum si accideret, Senatus auctoritas vocabatur. Senatus decretum a Consulto Aelius Gallus sic distinguit, ut id dicat particulam quandam esse senatusconsulti: ut cum prouincia alicui decernitur, quod tamen ipsum senatusconsulti est. Festus. Pompon. l. 2 de O. I. §. 9 Deinde quia difficile plebs conuenire coepit, — in tanta turba hominum: necessitas ipsa curam rei publicae ad Senatum deduxit. Ita coepit Senatus se interponere, et quidquid constituisset, obseruabatur: idque ius appellabatur Senatusconsultum. Vid. *viri docti ad h. l. praesertim Rupertus c. 10. Nos formulas praecipuas interpretamur: ut hanc, Per discessionem facere SCtum (sic enim scribi, supra monuimus) dicitur magistratus, cum non perrogat sententias singulorum, sed statim per ipsam discessionem explorat, vid. DISCESSIO. Cic. Phil. 3, 24 c. 9 Fugere festinans Senatusconsultum de supplicatione per discessionem fecit, cum id factum esset antea nunquam.*

*Nempe otiose ornare suis sententiis solebant imperatorem, cui supplicationem decernerent. Hic nihil aliud, quam discessione in hanc vel illam partem significata cuiusque Senatoris sententia. Gell. 3, 18 pr. Cum SCtum per discessionem fiebat, nonne vniuersi Senatores sententiam pedibus ferebant? Add. 14, 7 qui locus classicus est. Flavius Vopiscus de Aureliano c. 20 Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in sententiam euntibus, plerisque verbo consentientibus, conditum est senatusconsultum. Cic. de Diuin. 1, 59 Ut audiuisset in monumento Marii de tuo reditu magnificentissimum illud senatusconsultum esse factum. Caes. B. C. 1, 5 Decurritur ad illud extremum atque vltimum SC. quo, nisi paene in ipso urbis incendio atque desperatione omnium salutis, latorum audacia, nunquam ante discessum est, Dent operam Consules, Praetores, tribuni plebis, quiue pro consulibus sunt ad urbem, ne quid Resp. detrimenti capiat. Hoc est illud SC. quo armatus Cicero potuit Catilinariam coniurationem opprimere: de quo Sall. Catil. 29 Itaque quod plerumque in atroci negotio solet, Senatus decreuit, darent operam COSS. ne quid Resp. detrimenti caperet. Ea potestas per Senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum parere, bellum gerere, coercere omni-*

*bus modis socios atque ciues: domi militiaeque imperium atque iudicium summum habere; aliter, sine populi iussu, nulli earum rerum consultius est. Vid. omnino Cic. Catil. 1, 3 seq. ubi post enumerata similia exempla addit, Habemus enim huiusmodi Senatusconsultum, veruntamen inclusum in tabulis, tanquam in vagina repositum: qui locus firmat opinionem viri docti, putantis, hoc genus SCtorum fuisse etiam illud Tacitum, de quo ponemus quaedam ex Capitolin. Gord. Sen. 12 p. 95 Hack. Hunc morem apud veteres necessitates publicae repperunt, ut si forte aliqua vis ab hostibus immineret, quae vel cogeret humilia captare consilia, vel aliqua constituere, quae non prius oporteret dici quam effici, vel si nollent ad amicos aliqua permanere, Senatusconsultum tacitum fieret: ita, ut non scribae, non ferui publici, non censuales illis actibus interessent; senatores exciperent, Senatores omnium officia censualium scribarumque completerent, ne quid forte proderetur. De ratione SCta facien. i locus classicus Gell. 14, 7. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere Plin. 8, 17.*

Honorificum senatusconsultum Cic. Verr. 2, . . . Senatusconsultum facere contra aliquem Cic. de Arusp. Resp. 8 c. 5. Formulae ICtorum exstant plures, ut in Caelii ad Cicronem Epist. 8, 8. Cic. Phil. 9 extr. Phil. 10 extr. Phil. 11, 29 c. 12. Phil. 14 extr. quae cum multis aliis excerpit et repraesentauit in opere de formulis Pop. Rom. Brissonius. 60 Inter ea, quae ex tabulis antiquis eruta sunt, nobilissimum est illud de Bacchanalibus, cuius summam exhibet Liu. 39, 19 formula autem ipsa in tabula aenea exstat in Museo Caesareo Vindobon. unde denuo edidit et Commentario illustrauit Matthaeus Aegyptius: retulit autem in septimum Liuii sui volumen Drakenborchius. Praescriptio Senatusconsulti quae esset, diximus f. l.

¶ 2 *Obs. Senaticonsultum est Cic. Fam. 2, 7 extr. it. 5, 2 extr. it. 8, 8. Sallust. Catil. 42, 3. Cortius dedit, Q. Metellus Celer Praetor ex Senaticonsultu: ut Plin. 3, 20 extr. Sed interdictum id vetere consultu Patrum. (f. Non. 8, 10.)*

SENATVRIO, ire. Totus, ut nunc est, senaturit Caelius ad Cic. Fam. 8, 4. Sic belle Lambinus: *esset enim Senaturire Senatorem spirare etc. Sed al. Scaturit.*

SENECA, Annaeorum cognomen, in quibus duo praeter caeteros nobiles M. Annaeus rhetor, cuius Controuersiae, Suasoriae, etc. exstant: alter L. Annaeus Philosophus, Neronis praeceptor. De Tragoediarum auctore disputatur. Princeps eruditionis vocatur a Plin. 14, 4. Philosophum intelligit, ut quicumque simpliciter Senecam dicunt. Et docti Senecae ter numeranda domus Martial. 4, 40. Facundi Senecae potens amicus Martial. 7, 44. Duosque Senecas vnicumque Lucanum Facunda loquitur Corduba Martial. 1, 62. Quinctil. 10, 1, 125 iudicium de illo exstat notatu dignissimum. Sed haec alterius sunt loci.

SENECIA, ae. f. dicunt esse labium piscis, vel rubrum sub aure, unde prouerb. Manducare senecias: Hieron. in Ezech. praef. extr. Sed in edit. Clement. ita editur, Sed vereor, ne illud eis eueniat, quod Graece significantius dicitur, ut vocentur *Φαγολοιδόροι*, quod est manducantes Sennas.

SENECIO, ὄνις, f. [*ἰριγέρον*] Plin. 25, 13 f. 106 Erigeron nostris vocatur senecio. Et paullo post, Herba est trixaginis specie et mollitia, cauliculis subrubicundis, nascitur et in tegulis et in muris. Nomen hoc Graeci dederunt, quia Vere canescit. Caput eius numerosa diuiditur lanugine (qualis est spinae) inter diuisuras exeunte. Vid. Isidor. 17, 9. Apul. de Herb. c. 75. ¶ 2 *Est et Cognomen Romanum, ut, Claudius Senecio, Tullius Senecio, etc. quorum meminit Tacitus. Et sic Herennius Senecio apud Plin. Epist. 3, 11.*

SENECTA, SENECTVS, SENESCO, vid. SENEX.

SENEX, is. [*γέρων, γεραιός, πρεσβύς, πρεσβύτης*] omn. gen. secundum Priscianum 3 p. 602. Cic. pro Cael. 38 Huic tristi ac decrepito seni responderet Caelius. Et pro Sext. 24 Imbecillus senex. Idem de Senect. 20 c. 10 Nec enim vnquam sum assensus illi veteri, laudatoque prouerbio, quod monet mature fieri senem, si diu velis esse senex. Quot annis opus sit ad hoc, ut aliquis Senex dicatur, non facie est dicere, ut in toto illo genere nimirum, multus, diues, nobilis, doctus, etc. Censorin. tamen c. 14 ex Varrone, In quarto (gradu ab anno XLV) ad vsque LX annum, seniores esse vocatos, quod tunc primum senescere corpus incipiat. Inde vsque finem vitae vnus cuiusque, quintum gradum factum, in quo qui es-

105

- sent, Senes appellatos, quod eaetate corpus senioſiam laboraret. Sed Annibal apud Liu. 30, 30 Se dicit Senem in patriam reuertentem, unde puer profectus fit: qui paulo post c. 37 Nouem, inquit, annorum a vobis profectus, post trigefimum ſextum annum rediit. Habemus ergo ſenem, qui ex Varronis diſciplina vir Senior eſſe incipiebat. Minor uno alteroque anno Traianus, cum imperium ſuſciperet, Senex ad imperium veniſſe dicitur Tacito imperatori apud Vopiſc. 8 extr. Cic. de Sen. 38 c. 11 Ut adoleſcentem, in quo eſt ſenile aliquid; ſic ſenem, in quo eſt adoleſcentis aliquid, probo: quod qui ſequitur, corpore eſſe ſenex poterit, animo nunquam erit. Ingenio ſenex Plaut. Mil. 3, 1, 37. Varro de L. L. 6, 3 p. 70 extr. Genere feminino bis poſuit, Ridiculum eſt, cum te Caſcam tua dicit amica — ipſa ſenex puerum, etc. Totum damus, voce CASCVS. Citat illud in hanc rem etiam Prifcian. 3 p. 602. Etiam Catull. 9, 4 Fratresque vnanimis, ſenemque matrem MSS. Vaticanis, vbi anum reſpoſuere alii. Vid. Brouckh. ad Tib. 1, 7, 88 Hanc animo gaudente vident — Tot mala ferre ſenem: vbi Adiectiuum eſſe docet, vid. mox n. 2.
- ¶ 2 Cum ſubſtantiuæ ponitur, varia habet epitheta, ut Acheronticus ſenex, vietus, decrepituſ Plaut. Merc. 2, 2, 20. Anheli Virg. Georg. 2, 135. Annofus Ouid. de Arte Am. 1, 14. Aprici ſenes Perf. Sat. 5, 179 h. e. Sole gaudentes, ſiue Qui liberent apricantur. Comici ſenes, vid. Comicus, in COMOEDIA. Delirus Hor. Serm. 2, 5, 71. Grandæuus Lucan. 3, 518. Inualidus Virg. Aen. 12, 132. Iuſtus Ouid. Epift. 1, 29. Longæuus Virg. Aen. 5, 715. Maturus Hor. in Arte Poët. 115. Miſerabilis Quinçtil. 4, 1. Odiſofus Ouid. de Rem. Amor. 461. Parcus Hor. Carm. 2, 8, 20. Priſcus Ouid. Met. 10, 646. Rugoſi paſſique ſenes Lucil. apud Nonium 1, 38. Sanctus Claud. in pr. Conf. Stilich. 2, 71. Siccus Hor. Serm. 2, 3, 261. Verendus Claud. in pr. Conf. Stilich. 2, 433. Tibull. 1, 9, 50 In Veteres eſto dura, puella, ſenes. Vietus, vid. VIEO.
- ¶ 3 Reuera eſſe Adiectiuum iam monuimus, laudato Brouckhuſio ad Tib. 1, 7, 88. Iam videamus exempla: Autumnus ſenex Martial. Epigr. 3, 58, 7. Ceruus Lucret. 3, 614. Dies ſenex Plaut. Stich. 5, 1, 8. i. Iam ad occaſum perductus. Ouid. Amor. 1, 9, 4 Turpe ſenex Miles, turpe ſenilis amor. Memoria. Certe tres MSS. et ed. vet. Cic. pro Sext. 21 c. 9 ita legunt, Et quia valet apud nos clarorum hominum et ſenex (al. bene) de rep. meritorum memoria. Oppidum vetus et ſenex Plaut. Bacchid. 4, 4, 60. conf. Pſeud. 2, 1, 13. et 1, 4, 19. Huc etiam retulerim illa, quæ ſupra poſuimus, Senex animo, corpore, ingenio. Senes propter auctoritatem appellantur homines ſcriptoresue eximit clariffimique, e. c. Lucilius ab Horat. Sat. 2, 1, 34. v. Interpp. ad h. l. Barth. ad Stat. Silu. p. 90. Drakenborch. ad Sil. 1, 564. Vid. n. 5.
- ¶ 4 Comparat. etiam adiectiuæ non nunquam ponitur: Aeu ſenioris miratrix fama Sen. Hippol. 742. Anni Seniores Ouid. Met. 15, 470. Cic. in Brut. c. 43. Exſtat in eam legem ſenior (ita dicam) quam illa ætas ferebat, oratio, quam putares a maiore natu ſcriptam, non ab adoleſcente. Vid. mox Vis Senior. Senioreſſe interdum eum, qui nondum fit ſenex, ſed ad eam ætatem paulatim accedat, ex Cenſorino paulo ante oſtendimus. Sed valde ſenem ſignificat Ouid. Met. 12, 182 Tum ſenior, quamuis obſtet mihi longa vetuſtas. Quinçtil. 3, 1, 14 de Iſocrate, Eoque iam ſeniore, octauum enim et nonageſimum impleuit annum. Cic. de Legib. 3, 9 Sed vero intelligi ſic oportet et hæc, et alia iuſſa ac vetita populorum, vim non habere ad recte facta vocandi, et a peccatis auocandi: quæ vis non modo ſenior eſt quam ætas populorum et ciuitatum, ſed qualis illius caelum atque terras tuentis et regentis Dei.
- ¶ 5 Auctoritatis ab arte, a ſapientia, nomen eſt Senior non minus quam Senex: ut Stat. Silu. 1, 1, 102 Atticus ſenior i. Phidias. Et Silu. 1, 3, 94 Gargettius, Epicurus. Et Achill. 2, 382 Theſſalus, Chiron. conf. Sil. 2, 143. Sic Seniores, pro Senatu: Liu. 34, 60 Scriptum erat: Ariſtonein priuatim ad neminem, publice ad Seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuiſſe. Add. Varro L. L. 4, 32 p. 37, 29 Senaculum vocatum, vbi Senatus, aut vbi ſeniores conſiſterent. Etiam Diocletianus et Maximianus Imperatores in numis Seniores vocantur, i. Auguſti, reſpectu Caſarum, iuniorum. Vid. Spanhem. Diſſ. 12 p. 513. Sed paulatim plane neglecta illa relatione Senior dominum ſignificare toti Europæ coepit, Sennor Hispanis, Gallis Seigneur, Signore Italis etc. vid. Genart. Stat. Lect. 1, 10.
- ¶ 6 Antiqui declinabant etiam Senex Senecit. Plaut. Mil. 3, 1, 54 Olepidum Senicem. Idem Ciſtellaria apud Prifcian. 3 p. 616 pr. Datores belliſſimi negotioli Senicis (an Seneces?) ſoletis eſſe. Adfertur etiam ex Lucilio apud Non. 2, 229 Nec nos ſeneces putare. Sed pulchre Mercer. p. 98, 22 et Douza Fragm. Lucil. p. 56 Ex nimbo auſtellos nec noſſe nec eſſe putare.
- ¶ 7 Senior et Genitor confundi a librariis, dictum in GENITOR. SENECTA, æ. f. [γενοντική ηλικία] Senectus, ſenilis ætas. Sidicamus, ſenectæ, aut addendum ætas, aut intelligendum, Seru. ad Aen. 11. vid. SENECTVS, a, um. Virg. Aen. 6, 114 Vires vltra fortemque ſenectæ. Plin. 16, 27 Eſt etiamnum ætatis differentia. Amygdala enim et pirus in ſenectæ fertiliffimæ, vt glandiferæ, et quoddam genus ficorum. Cura fertilitatem adducit, fertilitas ſenectam Plin. 16, 29. Non illud Culpa ſenectæ Stat. Silu. 1, 4, 52. Amara ſenectæ pondera Ouid. Met. 9, 436. Annofa ſenectæ Idem Met. 7, 237. Curua Ouid. de Arte Am. 670. Extrema Catull. Argon. 62, 217. Frigens Sil. 5, 570. Grauis Ouid. Met. 7, 299. Infirmæ Tibull. 1, 4, 31. Longæ ſenectæ extrema tempora Ouid. Met. 6, 37. Neſtorea ſenectæ Stat. Silu. 1, 3, 110. Occiduae ſenectæ decliue iter Ouid. Met. 15, 227. Orba ſenectæ luminibus Plin. 9, 22. vid. ORBVS.
- 85 Rugoſa ſenectæ Tibull. 3, 5, 16. Sacra ſenectæ Iuuen. Sat. 13, 59. Tarda ſenectæ Ouid. Trift. 4, 8, 23. Sen. Herc. fur. 9. Tardante ſenectæ gelidus ſanguis Virg. Aen. 5, 395. Lenior, et melior ſis accedente ſenectæ Horat. Epift. 2, 1, 11. Confectus longa ſenectæ Ouid. Met. 6, 37. Finire ſenectam morbis Lucan. 5, 282. Trahere inopem ſenectam Ouid. Met. 7, 2. Venturam diſcite iam nunc ſentire ſenectam Propert. 4, 12, 93. Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ Ouid. de Arte Am. 3, 59. Add. Virg. Georg. 1, 186 et Aen. 10, 182. 11, 165. etc. Obſ. Senectæ dies laudatur ex Plin. 2 extr. quod etiam nos in Dies aſſuſſimus. Vid. SENECTVS, a, um. Sed ita hodie editur, ita olim editum. De Dionyſodoro Senectæ diem obiit in patria: pro in ſenectæ, vt Plin. 7, 18 Naturam feciſſe conſuetudinem, et ſenectæ caruiſſe potu.
- ¶ 2 Senectæ, Serpentium vernatio, ſiue Corium illud, quod verno tempore exuunt. Plin. 20, 23 Foeniculum nobilitauere ſerpentes, guſtatu, vt diximus, ſenectam exuendo, oculorumque aciem ſucco eius reſciendo. Idem 28, 100 II Alii cum ſenectæ ſerpentium et aceto includunt lanas, ante aqua calida collutas. Add. Senectus n. 3.
- SENECTVS, ūtis. f. [γῆνευς] Idem. Ter. Phorm. 4, 1, 9 Senectus ipſa eſt morbus. Cic. in Topic. 32 Senectus eſt occaſus vitæ. Balba ſenectus Hor. Epift. 1, 21, 18. Cana Ouid. Epift. 14, 109. Cariola Ouid. Amor. 1, 12, 29. Cruda ac viridis Tacit. in Vita Agric. 29. De-



- Deferta Sen. Herc. fur. 13. Effoeta saeculis Virg. Aen. 8, 708. Exfan-  
 guis Lucan. 1, 343. Exhausta Stat. Silu. 3, 3, 156. Infesta, vid.  
 INFESTVS. Longa Hor. Carm. 2, 16, 30. Longa et ceruina  
 Iuuen. Sat. 14, 251. Loquax, vid. LOQVOR. Placida Hor.  
 in Carm. saec. 46. Prouecta Tacit. Ann. 1, 4. Queribunda 5  
 Sil. 13, 583. Sera Sen. Herc. fur. f. 11. Tarda Hor. Serm. 2, 2, 88.  
 Tranquilla Hor. Serm. 2, 1, 58. Tristis Virg. Georg. 3, 67. Tur-  
 pis Virg. Georg. 3, 96. Viuax Sen. Herc. fur. 11. Cic. de  
 Senect. 25 Hoc enim onere (quod mihi tecum commune est) aut iam vr-  
 gentis aut certe aduentantis senectutis, et te et me ipsum leuari volo. 10  
 ¶ 2 Verba: Cic. de Senect. 4 c. 2 Quo in genere in primis est senec-  
 tus, quam vt Adipiscantur, omnes optant, eandem accusant adepti.  
 Adiuuat senectus iners baculo gradum Sen. Herc. fur. f. 9. Confe-  
 ctus senectute Cic. de Finib. 5, 32 c. 11. Confitus sum senectu-  
 te: onustum gero corpus, vt aetas mala merx mala est Plaut. Men. 5, 15  
 3, 4. Degere turpem senectutem Hor. Carm. 1, 31, 20. Cic.  
 Fam. 1, 9 Quod quum offendisset populum Atheniensem prope iam De-  
 sipientem senectute, etc. Exarat frontem rugis vetus senectus Hor.  
 Epod. 8, 4. Cic. in Orat. 169 c. 50 Habet autem vt in aetatibus aucto-  
 ritatem senectus, sic in exemplis antiquitas. Obrepat non intelle- 20  
 cta senectus Iuuen. Sat. 9, 129. Venit aegra senectus tremulo gradu  
 Ouid. Met. 14, 143. Viuere ad summam senectutem Cic. de Clar. Orat.  
 179 c. 48. Et Philipp. 8, 31 Quum esset summa senectute et perdita va-  
 letudine. ¶ 3 Per Metonymiam Senectus pro austeritate et  
 tristitia, quae obicitur Senibus. Horat. Epod. 13, 7 Dumque virent 25  
 genua Et decet, obducta soluiatur fronte senectus. Senectus orati-  
 onis, Maturitas, grauitas. Cic. de Clar. Orat. 8 c. 2 Quumque oratio  
 iam nostra canesceret, haberetque suam quandam maturitatem et quasi  
 senectutem. Plena literatae senectutis oratio Cic. de Clar. Orat.  
 265 c. 76. Senectus, Pellis quam verno tempore serpentes exuunt, quae 30  
 et Vernatio dicitur. Vnde Senectutem exuere dicuntur. vid. Plin. 9,  
 30 extr. f. 49. Idem 29, 5 Membrana siue senectus anguium, vernatio-  
 ne exuta, cum cancro masculino trita. Vid. SENECTA, it. ANGVIS n. 3.  
 SENECTVS, a, um. Participium a seneco: Priscian. 9 p. 869.  
 Voss. de Anal. p. 202. Lucret. 3, 773 Quidue foras sibi vult membris exire 35  
 senectis? Vis animi. Aetas senecta Plaut. Aul. 2, 2, 75. Idem Trin. 1, 2,  
 5 Hic ille est, senecta aetate, qui factus est puer. Lucret. 5, 884. Post  
 vbi equum validae vires aetate senecta, Membraque deficiunt, etc.  
 Conf. Id. 4, 844 et 894. Ergo cum substantiue ponitur Senecta, ellipsis est.  
 Corpus senectum Sallust. apud Prisc. 10 p. 887. Dies senecta, vid. modo 40  
 SENECTVS. n. i. Infirmitas Apul. Met. 7. Conf. Colu. not. p. 90.  
 SENIUM, i. n. [σενίον] Idem quod Senectus f. Senecta. Stat. Theb.  
 4, 96 Ceulubricus alta Anguis humo verni blanda ad spiramina  
 solis Erigitur liber senio, et squalentibus annis Exutus. De-  
 posita enim pelle dicuntur serpentes in iuuentutem redire. Herba 45  
 quaedam dicitur Mathios, quam cum comederint, senium deponunt  
 aetatis. Lactantius ad b. l. Hinc senecta et senectus de ipsa pelle.  
 Curuata senio Membra Tac. Ann. 1, 34, 3. Mens senio fluxa  
 Idem Ann. 6, 38. Deforme senium Sen. Hippol. v. 823.  
 Stat. Silu. 3, 5, 13 Senium patria componere terra, in patria mori 50  
 Senem. ¶ 2 Pro aetate ac periodo Plin. 7, 43 Annum alii  
 vnum aestate determinabant, et alterum hieme — quidam Lunae Se-  
 nio, vt Aegyptii: itaque apud eos aliqui et singula millia annorum vixisse  
 produntur. ¶ 3 Vt Senectus f. Senium antiquis  
 mala aetas dicta; sic contra Senium pro miseria, taedio, etc. Non. 1, 1 55  
 buc laudat e Titinnio, Quot pestis, senia, et iurgia sefemet diebus emi-  
 grarunt. Accii, Mors amici subigit, quae mihi est senium multo acer-  
 rimum. Pomponii, Huic seni senium et metum. Lucilii, febris, seni-  
 um, vomitum, pus. Turpillii, Quia enim odio ac senio mihi nuptiae.  
 Pacuuii, Metus, egestas, moeror, senium, exiliumque et senectus. Nae- 60  
 vii, senium fonticum, vt morbum nempe. Hinc, Festus, Senium a senili  
 acerbitate, et vitiis dictum posuit Caecil. in Himnide, Sine (inquit)  
 suam senectutem ducat, utique ad senium forbitio. Sic Morum senium  
 triste et adspectu graue Sen. Hippol. v. 912. Torpescere senio rerum  
 Sil. 16, 14. Surge et inhumanae senium Depone Camenae Horat. 65  
 Epist. 1, 18, 47. Emori senio Gell. de legibus. Senium ad conuicium re-  
 tulit Ter. Eun. 2, 3, 10 pro Improbato et moroso sene; Vt illum di, de-  
 aequae senium perdant, qui me hodie reinvoratus est. Lucil. At quidem  
 te senium, atque insulse sophista. Senium, pro Tristitia et squal-  
 ore, Cic. pro Milon. 20 c. 8 Luget Senatus, moeret Equester ordo, tota ci- 70  
 vitas confecta senio est, squalent municipia, afflictae coloniae.  
 SENICA, ae. m. Senex, teste Nonio 1, 59 Pompon. Praecon. poster.  
 Sed me exercet senica nequam, neque illo quid faciam scio. Obsoletum.  
 SENICVLVS, i. m. Demonstratio seniculum in angulo sedentem Apul.  
 Met. 1 p. 113. 75  
 SENEIO, ui, ere. [σενίω] Senem fieri. Catul. 4, 26 de Phaselo, Quiete  
 recondita senet. Auus, municipalibus magisteriis contentus, abundan-  
 te patrimonio, tranquillissime senuit Suet. Aug. c. 2.  
 SENEIO, ere. [σενίω, κατασενίω] Senem fieri. Plin. 7, 42  
 Feminas gigni celerius, quam mares, sicut celerius senescere. Sene- 80  
 scimus, effugit aetas Auson. Epigr. 13 pr. Acuo et macie senescere  
 Lucret. 1, 326. Ouid. Fast. 6, 771 Tempora labuntur, tacitisque sene-  
 scimus annis. Metaphor. Liu. 29, 3 Annibalem ipsum iam et fama se-  
 scere, et viribus. Amor senescet Ouid. de Arte Am. 3, 594. Casus  
 in salem senescens Plin. 11, 42. Ciuitas otio senescit, Torpescit otio 85  
 Liu. 1, 22 Idem 35, 12 Ne cunctando senescerent consilia, i. mora vana  
 fierent. Ne desiderio matrum senescant agni Varro R. R. 2, 2, 17. i. tabe-  
 scant. Equus senescens Hor. Epist. 1, 1, 8. Fama senescens Tacit.  
 Hist. 2, 24, 1. Liu. 27, 20. Forma, nisi admittas, nullo exercente  
 senescit Ouid. Amor. 1, 8, 53. Vrbium imperiorumque nunc floret Fortu- 90  
 na nunc senescit Vell. 2, 11, 3. Add. Sen. Ep. 91. Humus lassae se-  
 nescit Ouid. ex Pont. 1, 4, 14. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 19 Et ea duo  
 tempora, quorum alterum Hiemi senescendi adiunctum est, alterum  
 aestati. Cic. de Orat. 2, 7 Vel mehercule etiam vt laudem eorum  
 iam prope senescentem, quantum possem ab obliuione hominum, atque 95  
 a silentio vindicarem. Add. Id. Tusc. 2 c. 2 Leges senescunt. i. euilescunt,  
 vid. Iuret. ad Symm. Ep. 2, 13. Varr. de R. R. 1, 37. Quaedam facienda in  
 agris potius crescente luna, quam senescente. conf. Plin. 2, 9 pr. Lucret. 3, 447  
 Crescere sentimus, pariterque senescere mentem. Cic. Fam. 7, 26,  
 3 Sed visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa 100  
 fortasse iam senescentis Morbi remissio profuisse. Opes Nep. 7, 5, 3.  
 Pugna senescit Liu. 5, 21. Rumores senescunt Tacit. Ann. 2, 77.  
 Seges alta imbre nimio senescit Stat. Silu. 5, 1, 147. Studium cum  
 spe senescit Vell. 1, 17, 7. Virtus paullatim euicta senescit Sil. 3,  
 581 Vicia senescunt, maturescunt virtutes Liu. 3. 105

SENECENS, entis. Partic. Plin. Epist. 8, 12 *Literarum senescenti-um reductor ac reformator.* *Add. plura exempla in SENESCO.*

SENECENDVS, a, um. Saeculum dictum a sene, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarunt Varro L. L. 5, 2 p. 46, 6.

5 SENILIS, e. Adi. [*γεροντικός, γερσσιος, προσβυτικός*] *Quod ad senem pertinet: vt, Senilis statua Cic. Verr. 2, 87. Animus senilis Claud. in Conf. Prob. et Olyb. 174. Annis senilibus fessius Ouid. Met. 7, 163. Corpus senile Plin. 34, 18. Cic. Tusc. 1, 7 Vt enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit, sic haec mihi nunc senilis est Declamatio: intellig. scribere de philosophia.* Vtile Doctrinis praebere senilibus aures Mantuan. Ecl. 9, 33. Genae seniles Ouid. Met. 8, 210. Guttur senile Hor. Epod. 3, 2. Hiems senilis tremulo venit horrida passu, i. *Senectus hiemi similis* Ouid. Met. 15, 212. Cic. pro Sext. c. 52 *Te sororis filius Postumius adolescens grauis senili iudicio notauit, quum in magno, etc.* Cic. de Diuin. 3, 30 *Is autem Tages, vt in libris Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. conf. Id. ibid. 2 c. 23. Ruga senilis Ouid. Trist. 3, 7, 34. et Fast. 5, 58.*

20 SENILITER, Adit. [*γεροντικός*] *vt, Tremere seniliter* Quintil. 1, 11.

SENIDENI, vid. SENI.

SENI, ae, a. SENIO, vid. SEX.

SENIPE, edis. Hic dum senipedem stulum polibat Sidon. Carm. 23, 131. *de Menandro, versibus senariis s. sex pedum scribente.*

25 SENITES, ae, m. *Gemma apud Aegyptios.* Plin. 37, 9. *Harduin. leg. tenites.*

SENIUM, vid. SENEX.

30 SENOGALLIA, ae, f. [*Σενογαλλία*] *Italiae urbs, Pomponius Mela 2, 4 Senogallia maritima ad Aterni fluminis ostia. Senogallia autem est dicta a Senonibus Gallis, qui eam condiderunt. Vid. Sil. 8.*

SENONES, um, m. pl. [*Σένονας*] *Populi Galliae Lugdunensis, vt, scribit Plin. 4, 17, qui olim urbem Romam incenderunt, et Capitolium obsederunt. Hos Furius Camillus aggressus cecidit. Senonas Gallos Verrius ait (apud Festum) existimari, appellari, quia noui venerunt ex* 35 *Transalpina regione, ac primum appellatos ζένας, postea Senonas. Sil. 4, 160 Sociata examina densant Infandi Senones. Motus Senonum Lucan. 1, 254. Et Senonum furias Latiae sensere cohortes Stat. Silu. 5, 3, 198.*

SENSIBILE, SENSIM, SENSUS, etc. vid. SENTIO.

40 SENTA, vel Fenta in quibusdam libris vocatur, quae in melioribus Fatua Fauna est Lactant. 1, 22, 9. et Epit. 22, 1.

SENTENTIA, SENTENTIOSVS, vid. SENTIO.

SENTIA, quaedam Dea, quae Sententias inspirando hoc nomen meruit apud August. C. D. 4, 11.

45 SENTINA, ae, f. [*άντλία πλοῖς* Gloss. Lat. Gr.] *Pars nauis inferior: in quam, quidquid est humoris, defluit, corruptamque male olet: vel ipse potius humor ille foetidus. Plin. 10, 70 s. 90 Sentinam nauium odorem procul fugiunt pisces. Iuuen. Sat. 6, 99 Si iubeat coniunx, durum est conscendere nauim: Tunc sentina grauis, tunc summus vertitur aër. Conscitari sentinae vitis Caes. Bell. Ciuil. 3, 28. Modo dixerat nausea confectos. Sentina, per translationem, sceleratorum hominum multitudo. Cic. Cat. 1, 12 c. 5 Exhaurietur ex vrbe tuorum comitum magna et perniciofa sentina reipublicae. Cic. in Catil. 2, 7 c. 4 O fortunatam Rempub. si quidem hanc sentinam huius urbis eiecerit, vno mehercle Catilina exhausto, releuata mihi et recreata Resp. videtur. Idem de Lege Agr. 69 Hoc enim verbo est vsus, quasi de aliqua sentina, ac non de optimorum ciuium genere loqueretur. Alia metaph. Sentina pro loco infimo in Repub. Cic. Fam. 9, 15 Sedebamus enim in puppi, et clauum tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus: ubi nempe constituti humillimi quique antlia exhauriunt aquam.*

60 SENTINO, are. Satagere: dictum a Sentina nauis, quam quis vt aqua liberet, euacuare contendit. Caecilius in Aethrione, Cum Mercurio capit consilium, postquam sentinat satis. Est itaque sentinare, Periculum subtilitate vitare. Festus. Sentinatur nauis in pelago Augustin. 65 Serm. c. 34, 13. Senex sentinando deputatus Paullin. Nol. Epist. 49 de naufragio, ad Marcarium, c. 1. Complorantibus nostris omnibus atque sentinantibus dies quidem tandem illuxit Gell. 19, 1. Sic legi vult Scaliger ad Festum. Sed Gron. in sentina satis agentibus.

70 SENTINATOR, oris, m. *Qui sentinam exhaurit.* Paullin. Nolan. Epist. 49, 12 *Quid huic quaeso obfuit seni persona sentinatoris, et in nautis vilissima.*

SENTINOSVS, a, um, Adi. *Sordibus plenus.* Cato apud Non. 2, 645 *Naues putidae et sentinosae. Vetus et sentinosum nauigium Ambros. Orat. de obitu fratris.*

75 SENTINACVLVM, i, n. *Instrumentum ad sentinam exhauriendam comparatum, Antlia.* Paullin. Nol. Epist. 49 c. 3.

SENTINVS, Deus apud Augustinum de Ciuitat. Dei, 7, 2 *qui sensus puerperio largiri crederetur.*

80 SENTIO, si, sum, ire. [*αιδάνομαι*] *Sensu percipere, sic tamen, vt frequenti metaphora etiam sensu carentibus tribuatur, cum qualemcumque mutationem subeunt. Plaut. Curc. 1, 2, 69 Sentio sonitum. Alnos cauatas sentire fluuii Virg. Georg. 1, 136. Cariem sentit eares Plin. 12, 7. b. e. Efficitur cariosa. Clauem sensit ianua Tibul. 2, 4, 31. Dolorem lateris sentire Scribon. 94. Liu. 25, 13 Fa-* 85 *mem Campani sentiebant, quia sementem eos facere prohibuerant Rom. exercitus. Ne ignem quidem admotum sensisset Petron. c. 79. Labor non sentitur sedulitate, Vehemens studium laborem fallit Ouid. Fast. 4, 434. Laetitiam toto pectore sentire Idem Met. 10, 443. Medicinam sentire, pro melius habere post medicinam,*

90 *apud Celsum 3, 21. vid. Rhod. ad Scribon. 113. Sic Plin. 22, 25 Quae cibum non sentiunt. Et 29, 5 Vermiculo qui lytta vocatur, exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Lucret. 1, 299 Tum porro varios rerum sentimus odores. Teredinem sentire dicitur herba, caro, aut res alia, vid. TEREDO. Vetustatem* 95 *non sentire Plin. 11, 42. i. Non senescere. 2 Sentire, intelligere, iudicare. Ter. Andr. 1, 2, 2 Si sensero hodie quidquam in his te nuptiis fallaciae conari. add. Id. ib. 1, 1, 136. Idem Adelph. 3, 3, 8 Si me senserit eum quaeritare, nunquam dicet carnufex. Cic. Fam. 1, 5 Te videre et sentire eandem fidem esse hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis literis intellexi. Quanto esset ornamento sibi, sentiebat Nep. 10, 2, 1. Commendari se verecundia oris adeo sentiebat, vt etc. Suet. Domit. c. 18. i. delectabatur. Ouid. Met. 2, 545 Sensit adulterium Phoebeius, vtque latentem, etc. Thraces, postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt Nep. 7, 9 pr. Cum sentiret antidotis praemunitam Suet. Ner.* 105

c. 34. Plerique censebant, posse prius ad angustias perueniri, quam sentirentur Caes. B. C. 1, 67. *i. animaduverteretur, ipsos in propinquo esse.* Villicus sentit te dominum Hor. Epist. 2, 2, 160. Cic. de Amicit. 10 Sed hoc primum sentio, nisi in bonis, amicitiam esse non posse. Recte sentire Quinctil. 2, 15. Cic. de Amicit. . . . Haecenus mihi videor de amicitia quod sentirem, potuisse dicere. Idem Off. 1, 149 Bene de Republica sentientes ac bene meritos, aut merentes, aliquo honore aut imperio affectos, obseruare et colere debemus. Cic. de Amicit. 81 c. 23 De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt. Plaut. Rud. 4, 4, 56 Omnia ego facile patior, dum hic hinc a me sentiat: *i. a meis partibus sit, mihi faueat.* Sic Gell. 5, 10 Si iudices pro causa mea fenserint. Ter. Andr. 2, 1, 26 Sponsam hic tuam amat. P. nae iste haud mecum sentit. Cic. de Inuent. 1, 6 Nam neque cum iis sentimus, qui civilem scientiam eloquentia non putant indigere. Caes. Bell. Ciuil. 2, 32 Quid enim irati grauius de vobis sentire possent, quam vt eos prodatis, qui se nobis omnia debere iudicant: et in eorum potestatem veniat, qui se per vos perisse putant? *i. grauius in vos statuere.* Male sentire de aliquo Quinctil. 2, 2. Plaut. Trin. 3, 2, 13 Scio ego et sentio ipse, quid agam, neque a me officium migrat. Ibid. 2, 3, 29. Ter. Eun. 1, 1, 21 Sine modo, mori me malim: sentiet qui vir siem. Mature sentire, vid. MATVRVS. Cic. de Fin. 1, 55 Nam corpore nihil nisi praesens, et quod adest sentire possumus: animo autem et praeterita et futura.

SENTIENS, entis. Part. Vis quaedam sentiens atque diuina, quae toto confusa mundo sit Cic. de Diuinat. 2 c. 15. Libertatem ridens sentiensque accepi Quinctil. Decl. 9, 20 p. 209. Fratrem non sentiente iniuriam Petron. c. 79. add. id. c. 22. Sentiente eius valetudine Scribon. 113. Vid supra SENTIRE medicinam.

SENSVS, a, um. Partic. *pass.* Cic. de Orat. 3, 165 Non vt dictum est in eo genere intelligitur, sed vt sensum est. Legitur et Sensus apud Frontin. de Colon. p. 333 Sensiti sunt, pro fenserunt aut censuerunt.

SENSVRVS, a, um. Partic. [*αιδηςσόμενος*] Ouid. Met. 13, 287 Est animus certe vestros sensurus honores.

SENTISCO, ère. Meditatumum. [*αιδίσκομαι*] Lucret. 3, 394 Quam primordia sentiscant concussa animai. Idem 4, 587 Et genus agricolum late sentiscere, quum Pan Vncio saepe labro calamos percurrit hiantes.

SENSVS, ùs. m. [*αιδηςσος*, vñs Gloss. Lat. Gr. *αιδηςσος*] Quo sentimus: aequè late patet ac verbum sentio. Vnde dicimus quinque esse sensus, Tactum, Gustum, Visum, Odoratum, Auditum. Plin. 10, 69 Ex sensibus ante caetera homini tactus, deinde gustus: reliquis superatur a multis, Aquilae clarius cernunt, vultures sagacius odorantur, liquidius audiunt talpae obrutae terra, tam denso atque surdo naturae elemento. Cic. de Nat. Deor. 2, 145 Gustatus praeclare septus est: ore enim continetur, et ad vsum apte, et ad incolumitatis custodiam: omnisque sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarum. Huc pertinet Sen. Epist. 124 Queritur, vtrum sensu an intellectu comprehendatur bonum, vid. SENSIBILIS. Cassa sensu simulacra Lucret. 4, 127. Cic. Verr. 1 c. 18 Non dubito quin, tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio vnquam fuit religionis, nunc tamen in metu periculoque tuo, tuorum tibi scelerum veniat in mentem. Accensi sensus, *incitati, vegetati, anima et vitalitate donati* Lucret. 2, 958. Acerimus sensus, Integer sensus, vid. *h. v.* Claud. de Conf. Mall. Theod. 193 ad Iustitiam, Nitidis quisquis te sensibus hausit, *i. pura mente combibit.*

Abstulit timor mihi omnem sensum Ouid. Met. 14, 177. Accendere sensus, vid. ACCENDO. Quinctil. 6, 1 Non enim audire iudex videtur aliena mala desidentes, sed sensum ac vocem auribus Accipere miserorum. Cic. Verr. 7 (5) c. 46 An vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus et moeror pari sensu doloris Afficit? Affluit corpus sensu Lucret. 3, 685. Amittere sensum humanitatis, vid. AMITTO.

Auerrere sensus infandos non sani pectoris. Sen. Herc. fur. 1. 11. Auerrere sanos sensus alicuius sacris magicis Virg. Ecl. 8, 67. Seruius: Auerrere, A sanitate mutare: aut Auerrere ait, pro Conuertere, vt sit mutata Praepositio. Aufertur sensus partis Scribon. 11. Cic. in Orat. 109 Detrahit praeterea actionis dolorem, Aufert humanum sensum actoris. Sensus est, Iudiciis non conuenit concinna et composita oratio, quoniam non patitur, vt orator indignetur, conqueratur, supplicet, doleat, illacrimet: quae res ab humano sensu proueniunt. Dum enim in numeris et concinnitate occupatus est, affectus illi grauiores euanescent. Ita neque actor ipse mouetur, neque alios mouet, secundum illud Hor. Arte Poët. 102 Si vis me flere, dolendum est Primum ipsi tibi. Carere omni sensu Scribon. 181. Cesserunt attonito pectore sensus Lucan. 5, 760. Credere sensibus Lucret. 4, 437. Deducere sensum membrum Lucret. 3, 534. Deperdere vitalem sensum membratim Lucret. 3, 526. Deponere sensum Cic. Fam. 1, 8. Fruatur mens iucundo sensu. *i. Iucunditate, et delectatione* Lucret. 2, 19. Fugiant sensus et consilium cum re Ouid. ex Pont. 4, 12, 48. Haurire sensibus Iustitiam Claud. de Conf. Mall. Theod. 193. Impellunt sensum vox et sonitus Lucret. 4, 530. *i. laceffunt, commouent.* Inest sensus formicis *i. ratio, intelligentia*, Plin. 7, 15. Intendere sensus ad res percipiendas, vid. INTENDO. Labefactantur sensus Lucret. 4, 437. Laedere sensus Lucret. 2, 429. Obstruere sensus, vid. OBSTRVO.

Orbare sensibus Cic. Acad. 4, 61. Pellere sensum, *Mouere*, Lucret. 4, 528. Plin. Epist. 1, 10 Neque enim ego, vt multi, inuideo aliis bonum, quo ipse careo: sed contra. sensum quemdam voluptatemque percipio, si ea, quae mihi denegantur, amicis video superesse. Praebere sensum et materiam malis Ouid. ex Pont. 4, 16, 50. Reconstatur sensus, *i. Resuscitatur* Lucret. 4, 925. Reducere sensum, *Redire ad se* Claud. in Eutrop. 2, 518. Reddere vitalem sensum Lucret. 2, 889. Redire paulatim in sensus Lucret. 3, 504. Titillare sensus Lucret. 2, 429. Idem 3, 536 At locus ille tamen quo copia tanta animai Cogitur in sensu debet maiore Videri.

Sensus, *cogitatio, vis cogitandi, tum qua ad intellectum refertur, tum qua in volendo inest, nec solum in genere cogitationem, sed etiam singulares, et indiuiduas (si ita licet dicere) cogitationes, etiam quatenus verbis expressae sunt.* Cic. Acad. 1, 41 Quod autem erat sensu comprehensum, id ipsum sensum appellabat. Quinctil. 8, 5 pr. Sententiam veteres quod animo sensissent vocauerunt. Id cum est apud oratores frequentissimum, tum etiam in vsu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam et iuraturi ex animi nostri sententia, et gratulantes ex sententia dicimus. Non raro tamen et sic loquuti sunt, vt sensa sua di-

105

- cerent: nam sensus, corporis videbantur. Sed consuetudo iam tenuit, ut mente concepta, sensus vocaremus: lumina autem, praecipueque in clausulis posita, sententias. Quapropter edulcare conuenit vitam, Curasque acerbis sensibus gubernare Matius ap. Gell. 15, 25 *i. cogitationibus*. Laudatur, falso, arbitrator, Plin. . . Nihil enim tam ridiculum, quam verborum sonitus inanis sine sensu ac scientia. De eadem quidem re Cic. de Orat. 1, 51 c. 12 Quid est enim tam furiosum, quam verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis, nulla subiecta sententia, nec scientia. Ter. Adel. 4, 1, 17 Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchre calleo. *i. Quid ille sentiat.* Ex Animi sensu Cic. pro Rosc. Amer. c. 44. Egregia dicta circa eundem fere sensum Sen. Ep. 7. Ambiguitas turbare potest sensum Quintil. 8, 2 p. 675 *Burm.* Sensus testamenti Phaedr. 4, 4, 19. Versuum Gell. 7, 2. *conf. Cellar. Cur. Post. p. 89.* Manus est ministra sensus *i. Voluntatis, seu Animi.* Literis enim exprimit quod habemus in animo Ouid. Epist. 18, 24. Arcanus sensus, *vid. ARCANVS.* Communis sensus, quo sentimus, cogitamus, intelligimus, quae politici consuetudine homines sentiunt etc. Quintil. 1, 2, 20 Sensus ipsum, qui communis dicitur, ubi discet, quum se a congressu, qui non hominibus solum, sed multis quoque animalibus naturalis est, segregarit? Cic. de Orat. 2 c. 16 Sensus hominum communis, *vid. Quintil. 8. Pr. 25.* Hoc primum philosophia promittit, sensum communem, humanitatem, et congregationem Sen. Ep. 5. Phaerdrus 1, 8, 3 Hoc illis dictum est, quibus honorem et gloriam, Fortuna tribuit, sensum communem abstulit. Carere communi sensu Hor. Seru. 1, 3, 68. *de stupidis et imperitis dictum est.* Rarus enim ferme sensus communis in illa Fortuna Iuuenal. 8, 73. *i. ciuilitas s. popularitas, sec. Casaubon.* Verum Cic. pro Plancio c. 14 Communis ille sensus in aliis fortasse latuit. *b. e. alii fortasse dissimularunt, quid sentirent, quomodo affecti animo essent.* Cic. de Arusp. Resp. c. 9 Domesticus natiuusque sensus gentis ac terrae videtur *supra deus* quandam notare, qua suae quisque patriae, sua cuique patria ad rem gerendam aptior, commodiorque videtur. Cic. Fam. 1, 9. Idemque memineram nobis priuatis vsque ad Caesarem et Bibulum Consules, cum sententiae nostrae magnum in senatu pondus haberent, vnum fere sensum fuisse bonorum omnium. Nemo est mihi tam Consentientibus sensibus Cic. Att. 4, 16. Erat eodem, quo Alcibiades, sensu Nep. 6, 5, 3. Vulgatissimi sensus Quintil. 2, 4, 28 *Sententiae vulgares.* Sed ad ingeniose cogitata pertinent ista: Ipse pater sensus, ipsi stupere magistri Stat. Silu. 2, 1, 119. Sensibus celebris, verbis rudis Vell. 2, 9, 5. *conf. Barth. Adu. 44, 26. 16, 26 et 30.* Id. ad Stat. Theb. p. 51. Pro sententia periodo absoluta, Ridendi, qui velut leges prooemiis omnibus dederunt, ut intra quatuor sensus terminarentur Quintil. 4, 1 p. 312. Aperire alicui sensus suos Nep. 10, 8, 2. *i. cogitata.* Cic. Verr. 3 c. 18 Non mehercule criminis augendi causa dicam Iudices, sed quem accepi ipse oculis, animoque sensum, hunc vere apud vos, et ut potero, planissime exponam. Conuertere se ad sensum alterius, *vid. CONVERTO.* Expromit varios sensus animus Lucret. 2, 886. Fateri alicui suos sensus Oid. Epist. 21, 204. Gerere sensus abditos, *vid. ABDITVS, in ABDO.* Iudico de meo sensu, *vid. IUDICO.* Orta a falso sensu oratio Lucret. 4, 485. Ostendere sensum suum, Plaut. Most. 5, 1, 22. Remota a sensibus nostris natura deum Lucret. 5, 149. Suffugere sensum res dicitur, quam sensu percipere non possumus Lucret. 4, 361.
- 55 **SENSVM, i. n.** *Vix legitur, nisi in numeno Plurali.* Cic. de Orat. 1, 32 c. 8 Hoc enim vno praestamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos, et quod exprimere dicendo sensa possumus. Ibid. 3, 52 c. 14 Sensa mentis et consilia sic verbis explicat. *Vid. paullo ante; SENSVS n. 3 ex Quintil. 8, 5 pr.* Cic. de Orat. 1, 32 c. 8 Et quod
- 60 exprimere dicendo sensa possumus. Quo loco vitur Non. 5, 41. Sensus, *inquit, sunt, qui sentiunt: Sensa, quae sentiuntur.* **SENSICVLVS, i. m.** [*σενικύλιον*] Dimin. a Sensus. Quintil. 8, 5, 14 Inde minuti, corruptique sensiculi, et extra rem petiti: *i. Sententiae, cogitationes.*
- 65 **SENSIM, Adu.** [*σένιμον*] Paullatim, quia ea maxime sensum faciunt, quae morantur, quasi cum meditatione et sensu. Plin. in Paneg. 23, 2 Gracius tamen quod sensim et placide, et quantum respectantium turba pateretur, incederes. Cic. Off. 1, 120 Magis decere censent sapientes amicitiam sensim dissuere, quam repente praecidere. Liu. 2,
- 70 45 Non iam sensim, ut ante, per centurionum principes postulant, sed passim omnes clamoribus agunt. Cic. Verr. 3, 158 Quibus rebus non sensim atque moderate ad istius amicitiam arreplerat, sed breui tempore totum hominem, totamque eius praeturam possederat. Sensim et modice crescere Plin. 5, 9. Sensim ad moites succedit
- 75 Liu. 1, 27. Sensim progredi Cic. de Fin. 5, 41 c. 15. Sensim erit pedetentimque mutatio Facienda Cic. Off. 1 c. 33. Recedere Quintil. 11, 3, 127. *add. ib. 167.* Reprehendi Nep. 25, 9, 7.
- 80 **SENSĀTVS, a, um.** [*σενεχθής* Gloss. Gr. Lat.] Sensu non communi modo, sed acutiore velut et ampliore praeditus. Firmic. 3, 10 Sensatos quidem et intelligentes, et quorum dicta et rationes ab omnibus comprobentur. Idem 5, 12 Mars homines faciet sensatos, callidos, astutos. *conf. Vulgat. Sirac. 7, 27.*
- 85 **SENSIBILIS, e. Adi.** [*αισθητός*] Quod sentit, et Quod sentitur. Apul. Trismeg. ad Asclep. p. 97 Mundus, qui dicitur sensibilis, receptaculum est omnium sensibilium specierum. Id. ib. p. 87 Sensibilia sensibilibus annexa sunt. Vitruu. 5, 3 Vox est Spiritus fluens et aëris ictu sensibilis auditui. Sen. Epist. 124 pr. Quae ritur vtrum sensu an intellectu comprehendatur bonum? — Quicumque voluptatem in summo ponunt, sensibile iudicant bonum: nos contra intelligibile, qui illud animo damus. *Vtitur et Solin. 49. Hinc Insensibilis.*
- 90 **SENSIBILĪTER, Adu.** Arnob. 7 p. 234 Nec odor sensibiliter commouere eos potest aura nidoris alicuius.
- 95 **SENSIBILITAS, atis. f. Sensus significatio.** Nonio 12, 30 Sensibilitatis eius non leuis ratio est. *conf. Id. 2, 800 Vbi Sententiam sensibilitatem ipse interpretatur.*
- SENSĪLIS, e. Adi.** [*αισθητός*] Idem quod Sensibile, quod sensui subiectum est. Lucret. 2, 887 Ex insensibilibus ne credas sensibile gigni. *i. Corpus sensum habens. add. ib. 901.*
- SENSIFICO, are.** Rupes sensificare tonis potuit Harmonie, cum
- 100 respectu ad Orphea, Mart. Capella 9 p. 308.
- SENSIFĪCVS, a, um. Adi.** [*αισθηματοποιός*] Quod sensus causam praestat. Macrobi. Saturn. 7, 9 Spiramentum sensificum ad sua quaeque loca naturali lege ducentes. *add. Mart. Capella 2 p. 43.*
- SENSĪFER, era, erum. Aliud Adi.** [*αισθηματοφόρος*] Lucret. 3,
- 105 273 Ideo conclusa mouebunt Sensiferos motus. *i. Motus, qui faciunt sensus.*

*sensus.* Lucret. 937 Longe ab sensiferis primordia motibus errant.  
Add. ib. 223 et 241.

SENSILOQVVS, a, um. Non. 2, 898.

SENSVALIS, e. Adi. *Sensu praeditus.* Tertull. de Anim. 43 pr. Stoici somnum resolutionem sensualis vigoris affirmant. Aedem sibi ipse Deus mente in hominis condidit Viuam, serenam, sensualem, stabilem Prudent. in Romano v. 346. Conf. Tertull. adu. Hermog. c. 45. Cael. Aurel. Tard. 5, 1.

SENSVALITER. Adu. Coli Sarisber. 5, 3.

SENSVALITAS, aris. f. Tertull. de Animi. 17 pr. Plato irrationalem pronuncians sensualitatem. conf. ib. c. 38 extr.

SENTENTIA, ae. f. [*γνώμη, δίκαιος, δόγμα, ἀπόφασις, βέλημα*] i. Quod animus sentit, s. in quantum intellectus vocatur, ut sit Iudicium vel certum, vel opinio: siue comprehensa etiam voluntate, ut sit consilium, vel de re nostra, vel de publica, in senatu prolatum, in animo retentum: etiam votum et desiderium et propositum etc. Plaut. Pseud. 1, 3, 145 Haec mea sententia est, ut hinc porro quid agas, consulas. Cic. Off. 3, 116 Cum his, velis equisque (ut dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. Ter. Phorm. 2, 2, 21 Alere nolunt hominem edacem, et sapiunt mea quidem sententia. Cic. pro Rosc. Amer. 88 c. 31 Postremo Iudices, id quod ad rem mea sententia maxime pertinet, vtrum inimicus potius, an filius? Ter. Adel. 3, 5, 5 Sin aliter de hac re est eius sententia. Idem Andr. 1, 3, 2 Quantum intellexi senis sententiam de nuptiis. Testis mearum centimanus Gyges sententiarum Hor. Carm. 3, 4, 69.

Benignior sententia Vlpian. 1. Per seruum ff. de vsu et habitatione. Discors sententia Stat. Theb. 12, 173. Diuina futuri sententia Hor. in Arte Poët. 219. Domestica et Forensis lepide opponuntur sibi, ut Vestitus, v. v. Dubia est sententia nobis Ouid. ex Pont. 3, 4, 87. Exquisita sententia Tacit. Ann. 12, 23. Fallax hominum sententia Ouid. Fast. 5, 191. Idem Met. 13, 318 non haec sententia tantum Fida, sed et felix quum sit, facit esse fidelem. Leui sententia puer, vid. LEVIS. Libera sententia Quinctil. 2, 8. Melior sententia menti Virg. Aen. 2, 35. Molles sententiae, vid. MOLLIS. Muliebris sententia, vid. MULIER. Nulla sit hac potior sententia Hor. Epod. 16, 17. Populares sententiae Quinctil. 5, 13. Praecipites vel obscurae sententiae Quinctil. 5, 2. Saluber- rima sententia, vid. SALVER, in SALVS. Salutaris sententia Liu. 6. Sancta sententia Lucret. 3, 372. Velox sententia Lucan. ad Pison.

¶ 3 Verborum formulae: Absesse a sententia Cic. de Orat. 1, 255. Liu. 36, 12 Haec sententia accepta est, i. probata: de consulentibus et censentibus sermo est. Adducere in sententiam Cic. Fam. 2, . . . Liu. 36, 11. Virg. Aen. 9, 220. Nec mea iam mutata loco sententia Cedit. Cic. Philipp. 1, 7 Cum hominis amplissima fortuna, auctoritate, gratia, Flu- ctuantem sententiam confirmassem, etc. Constat animo sententia Virg. Aen. 5, 748. Tacit. Ann. 14, 49 Non ideo aut Consules muta- vere relationem, aut Thrasea Decessit sententia (quam dixerat in Sen- natu). Deducere de sententia Cic. de Clar. Orat. 97. Deii- cere de sententia Idem Tusc. 2, 28. Depellere de sententia Cic. Fam. 1, . . . Desistere sententia, vel de sententia Idem de Fin. 1, 50 63. Destinare sententiam Cic. Tusc. 2. Detertere de sen- tentia Id. de Diuin. 2, 81. Detrudere de sententia Cic. Fam. 14, . . . Dicere sententiam de re aliqua Quinctil. 1, 10. Cic. de Legib. 3, 42 Quod vero actoris esse iubeo fraudem, id totum Dixi ex Crassi sapientissimi hominis sententia. Discedere a sententia Caes. Bell. Ciuil. 1, 2. Discrepat sententia Hor. in Arte Poët. 219. Dissidet et variat sententia Ouid. Met. 15, 648. Cic. Fam. 1, 2 Itaque quum sententia prima Bibuli pronunciata esset, ut tres legati Regem reducerent, etc. Postulatum est, ut Bibuli sententia Diuideretur. Qua- tenus de religione dicebat, ei rei Bibulo assensum est De tribus le- gatis, frequentes ierunt in alia omnia. *Sensus hic est: Quum Bibulus sententia sua duas res complexus esset, de religione, et de tribus legatis: postulatum est, ut eius sententia diuideretur. i. Ut singulis de rebus sepa- ratim referretur. Ac de religione quatenus dixit, ut scilicet ne contra Sibyllinos libros decerneretur, qui Regem Aegyptium cum exercitu reduci vetarent: assensum est. Caput illud, de tribus legatis, Qui Regem redu- cerent, improbatum, vid. DIVIDO.* Ducere in sententiam Cic. de Inuent. 1, . . . Idem Fam. 1, 4 Quum in senatu pulcherrime sta- remus, quod iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei Fregeramus. Habuit sententiam hanc oratio Cic. Verr. 4, 70 138. Iligari sententiam verbis, Inclinat sententia, vid. bh. vv. Verbis Includa est voti sententia compos Hor. in Arte Poët. 76. Plaut. Mil. 2, 1, 51 Ego quoniam Inspeci mulieris sententiam, cepi tabellas, etc. Intelligere sententiam alicuius, vid. INTEL- LIGO. Ire in sententiam Cic. Fam. 1, 2. Loqui in ean- dem sententiam, Manere in sententia, Manent in sententia philosophorum, Mouere aliquem de sententia, Mutare sententiam, Nata est sententia, vid. bh. vv. Numerantur sententiae, non ponderantur Plin. Epist. 2, 12. Ornare aliquem sententiis, vid. h. v. Ostendere sententiam suam, vid. OSTENDO. Ter. Heaut. 2, 1, 7 Non ut meus, qui mihi per alium Ostendit suam sen- tentiam. Sil. 7, 223 Stat Pensata diu belli sententia. Peragere sententiam suam alicui, vid. PERAGO. Perducere ad sententiam Cic. Att. 16, 8. Perseuerare, Perstare in sententia, vid. bh. vv. Quinctil. 3, 1 Non tamen post tot ac tantos scriptores pigebit meam quibusdam locis Posuisse sententiam. Plaut. Epid. 3, 4, 80 Quid nunc qui in tantis positus sum sententiis, eumne ego sinam impune? qui au- ctor tot sententiarum et decretorum sum, quibus nomen meum pro more prae- scriptum est. Repudiare sententiam Cic. Philipp. 6, 3. Sallust. Cat. 52 At M. Porcius Cato Rogatus sententiam, huiuscemodi orationem habuit. Quinctil. 3, 8 Et primum, aut propter ipsam rem, de qua sententiae Rogan- tur, consultabitur, aut, etc. Plaut. Cist. 2, 1, 32 Scis iamdudum omnem me- am sententiam. Ter. Phorm. 5, 9, 54 Immo ut iam Scias meam sententiam. Sequi sententiam Cic. Philip. 6, 3. Sic Stat sententia Ouid. Met. 1, 243. Cic. de Legib. 3, 33 Nam ego in ista Sum sententia, qua te fuisse semper scio. Esse in eadem sententia Cic. Fam. 16, 3. Idem de Fin. 2, . . . Ut facile intelligi possit, eos, qui aliquid sibi videri dicant, non ipsos in ea sententia Esse, sed audire velle contraria. Liu. 1, 8 Eorum ma- gis sententiae Sum, qui, etc. Plaut. Trin. 3, 2, 90 Ego amicus nun- quam tibi ero alio pacto: sic sententia Est. i. Ita statui in animo. Haec sententia Est mihi cordi Sil. 16, 649. Virg. Aen. 1, 586 Nate dea, quae nunc animo sententia Surgit? i. Oritur. Tenere vel reti- nere sententiam Cic. de Fato 29. Traducere ad sententiam Idem pro Cluent. 144. Variant sententiae, vid. VARIVS. Virg. Aen. 1, 241 Quae te genitor sententia Vertit? Idem Aen. 10, 7 Caelicolae

magni, quianam sententia vobis Versa retro? ¶ 4 Sententia, pro Voto. Sic Nepos 7, 7, 1 Minus ex sententia rem gessit.

Ter. Adel. 3, 4, 57 Pisces ex sententia nactus sum. Cic. Acad. 4, 148 c. 31

Quid enim conscendens nauem sapiens, num comprehensum animo habet atque perceptum se ex sententia nauigaturum? Hinc ille cauillator

apud Gell. 4, 20 illudens Censoris adiurationi, vt tu ex animi tui sententia, vxorem habes? respondit, Habeo equidem vxorem, sed non

hercle ex animi mei sententia: negat vxorem sibi talem esse, qualem optet, cum vere, et vt rem se habere sentiat (hoc enim est ex animi sententia in

tali formula) censori respondere iussus esset. Quinctil. 8, 5, 1 Nam et

iuraturi ex animi nostri sententia, et gratulantes ex sententia dicimus, vid. Brisson. de Form. 8, 9 p. 689.

¶ 5 Peculiariter in iudiciis locum et quasi domicilium habet Sententia, tribuiturque tum singulis iudicibus et assessoribus, tum Praesidi, cum is, quod maiori parti visum est,

tanquam legem, quae litem dirimat, aut causam, ex parte certe, finiat, pronunciat. Dicere sententiam, inquit Paullus ff. De arbitris aestimatur is, qui ea mente id pronuntiat, vt secundum hoc discedere eos, qui litigant, a tota controuersia velit. Quinctil. 5, 13 Apud iudices quidem

secundum leges dicturos sententiam, de confessis praecipere ridiculum est.

Candida sententia, Qua quis absolvitur. Alludit ad calculos. Ouid. Met. 15, 47.

Absolui omnibus sententiis, vid. b. v. Papinian. in l. Iudicatae. §. fin. D. De except. rei iud. Si debitor de dominio rei, quam pignori dedit, non admonito creditore causam egit, et Contrariam sententiam Acceperit: creditor, etc. Vlpian. in l. i. D. De feriis et dilationibus. Sed si praetor sententiam Dixerit, praesentibus illis, et sponte litigantibus: sententia valebit. Sin vero quum abesse perseuerauerint, sententiam protulerit, etiam absentibus illis: consequens erit dicere, sententiam nullius esse momenti. Citra igitur appellationem sententia infirmabitur. Dicere sententiam Quinctil. 1, 10.

Idem 2, 15, 6 Facies aliqua miserabilis, vel formae pulchritudo dicitur sententiam. i. efficit, vt iudex hanc vel illam sententiam ferat. Ferre sententiam de re aliqua Quinctil. 3, 6.

Tristis sententia Lata est, Condemnatus est Ouid. Met. 15, 43. Pars vtraque sententias Habet Sen. Ep. 102. i. Suffragia. Inclinantur eo sententiae, vid. INCLINO.

¶ Tacit. Hist. 4, 9 Quum Perrogarent sententias Consules, Vulcatius Tertulinus, etc. Omnibus sententiis Cic. Fam. 12, 10. Idem Q. Frat. 2, 4 Omnibus sententiis absolutus est. Et Verr. 4, 100. Papin in l. 29 Iudicatae in prin. D. de excep. rei iud. Nec in seruitutem videtur peti post rem pro libertate iudicatum, nondum ex causa fideicommissi manumissus: sed Praetoris oportet in ea re sententiam Seruari, quam pro parte victi praestare non potest.

¶ 6 De intellectu et significatione verborum, vid. mox SENTENTIOSE. Lucret. 4, 565 Ergo fit, sonitum vt possis sentire: neque hilum Internoscere verborum sententia quae sit. Nisi ei tu signa doloris tui verbis, sententiis, voce etc.

ostenderis Cic. de Orat. 2 c. 45. Hor. Serm. 1, 10, 8 Est breuitate opus, vt currat sententia: neu se Impediat verbis lassas onerantibus aures.

Speciatim ¶ 7 Sententia, Lumen orationis dicitur, quod in clausulis praesertim breuiter collectum est, vt Ter. Andr. 1, 1, 41 Obsequium amicos, veritas odium parit, vid. paullo ante, SENSVS.

Auctor ad Herenn. 4, . . . Sententia est oratio sumpta de vita, quae aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breuiter ostendit, hoc modo, Difficile est primum virtutem reuereri, qui semper secunda fortunam sit vsus. Inde dictae sunt sententiae, quod similes sunt consiliis et decretis Quinctil. 8, 5 locus classicus est. Vid. Cic. Fam. 10, 16 et 19.

Acutae Crebraeque Cic. de Orat. 2 c. 8. Gell. 9, 16 Sententia est v. g. illa, Si placet lex, redde: si non placet, redde. Grandes sententiae Quinctil. 2, 11. Otiosae sententiae, vid. OTIOSVS, in OTIVM.

Ducere sententias ex quaestionibus Quinctil. 4, 1. Idem 2, 12 Sententiae quoque ipsae, quas solas petunt, magis eminent. Et 4, 3 Ne sententia quidem velut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere dissuaserim.

SENTENTIOLA, ae. f. Dimin. contemptus. [γνωμιδιον] Cic. Philipp. 3, 21 c. 9 At in rebus tristissimis quantos excitat risus? sententias edicti cuiusdam memoriae mandauit, quas videtur ille peracutas

putare. Quinctil. 5, 13, 37. 9, 2, 98. 11, 1, 52. 12, 10, 73. Gell. 9, 16 et 17, 12.

SENTENTIALITER, Adu. Macrob. Saturn. 5, 6. Sententialiter proferri. Tertull. de Carne Christ. c. 18. Sententialiter et definitiue pronunciare.

SENTENTIOSVS, a, um. Adi. [γνωμολογικός, αποφθραγματικός] Quod sententiis abundat, et dictis quibusdam breuiter et argute collectis. Cic. de Clar. Orat. 325 c. 95 Genera autem Asiaticae dictionis duo sunt. Vnum sententiosum et argutum, sententiis non tam grauibus et seueris, quam concinnis et venustis.

SENTENTIOSE, Adu. [γνωμολογικώς] Cic. de Orat. 2, 268 c. 71 Saepe etiam sententiose ridicula dicuntur. Idem in Orat. 236 c. ult. Res autem se sic habet (vt breuissime dicam quod sentio) compositae et apte, sine sententiis dicere, infania est: sententiose autem sine verborum et ordine et modo, infantia.

SENTIFICO, are. Sensu instruere. Claud. Mamert. de Statu Anim. 1, 17 Vniuersum corpus mouere et sentificare. Nec alia pars animae sentificat oculum, et alia viuificat digitum Id. 3, 2.

SENTIS, is. m. [σέντα] Spina. Nomen inde uolunt, quod a tangentibus quamprimum sentiat. Plaut. Caf. 3, 6, 1 Vide fur, vt sentis sub signum ducas. C. Qui vero sentes? O. quia quod tetigere, illico rapiunt: si eas ereptum, illico scindunt. Idem Capt. 1, 2, 79 Asper meus victus sane est. E. sentesne esitas? Virg. Aen. 2, 379

Improuisum aspris veluti, qui sentibus anguem Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit

Attollentem iras, et caerulea colla tumentem.

Densi complebant vndique sentes Virg. Aen. 9, 382. Ouid. Met. 2, 799 Pectusque manu ferrugine tincta Tangit, et hamatis praecordia sentibus implet. Incultisque rubens pendebit sentibus uua Virg. Ecl. 4, 39. Secant crura sentes Ouid. Met. 1, 529. Liberantur arua sentibus, qui aestiuo tempore per Cuniculae ortum recisi, plerumque intereunt radicitus Columel. 6, 3. Sentis canis, describitur Columel. 11, 3, 4 Modum altitudinis et latitudinis eorum (sulcorum, quibus sepes ferantur) abunde est esse bipedaneum, sed eos vacuos perhiemare patiemur, praeparatis feminibus, quibus obserantur: ea sunt vastissimarum spinarum, maximeque rubi, et paliuri, et eius quam Graeci vocant κηρόσατον, nos sentem canis appellamus.

SENTIX, icis. Idem. Senticem habet Apuleius de Herb. 87.

SENTICOSVS, a, um. Adi. [σένταϊδης] Sentibus plenum, spinosum et asperum. Afran. apud Festum, Quam senticosa verba pertorquet turba. Conf. Apul. Flor. 4 p. 361. et Mart. Capell. 2 p. 59.

SENTOSVS, a, um. Fulgent. Mythol. prolog. Paullin. 6, 310.

SENTICĒTVM. i. n. [ἀκανθών] *Locus, in quo sentes sunt.* Plaut. Capt. 4, 2, 80 Non enim es in senticeto, eo non sentis. *conf.* Apul. Flor. 2 p. 348.

SENTVS, a, um. Adi. [λαίσιος, δαυός, ἐυράδης] *Horridus, inquit* 5 Donatus: quasi spinosus, Laceras vestes habens. Ter. Eun. 2, 2, 5 Video sentum, squallidum, aegrum, pannis annisque oblitum. Loca senta situ Virg. Aen. 6, 462. *vid. Seru.* Extirpamus enim sentos de pectore vepres Prudent. adu. Symmach. 2, 1039.

SEORSVM. Adu. [χωρίς] *Separatim; a Se et vorsum.* Plaut. 10 Epid. 3, 3, 2 In aediculam seorsum isthaec eat iube. Liu. 22, 52 In castra hostes acceperunt: traditio in custodiam omnes sunt, sed seorsum ciues, focique.

Seorsum a patre si filiusfamilias habitat Caius in l. ex maleficio. §. penult. D. de actionibus et obligationibus. Seorsum a domino rationem habere Pompon. in l. 4. in princ. D. de pecul. Cic. Fam. 8, 9 Hoc vehementius laboro nunc, quod seorsum a Collega puto mihi omnia paranda. Ter. Adel. 5, 9, 14 Omnibus gratiam habeo, et seorsum tibi praeterea Demea. Plaut. Capt. 3, 5, 52. Sed malene id factum arbitrare? AB. pessime. T. at ego aio, recte: qui abs te seorsum sentio. *b. e. Aliud sentio, quam tu.*

SEORSVS. *Idem quod Seorsum, antique.* Plaut. Rud. 5, 2, 27 Praeterea centum minae Philippicae in pasceolo seorsum. Lucret. 4, 497 Seorsus item sapor oris habet vim: seorsus odores, Nascuntur, seorsum sonitus, etc. *Vbi notanda Synizesis, qua E primae syllabae dissimulatur.*

SEORSYS, a, um. Adi. *Separatus.* Auson. Eidyll. 17, 5 — seorsis Obfistunt studiis Nunc quia, quae potui, videor tractasse seorsa Terentian. Maur. de Carm. Iamb. extr. p. 2439 *extr.* Id. p. 2398 *post med.* Sed duae sient Seorsae Syllabae per se breues. *Et p. 2404 extr.* Nec dabit per se seorsam ac residuam etc.

## S E P

SEPA, ae. f. Lacerti genus Plin. 32, 4.

SEPAR, äris. Adi. *Separatur.* Flacc. 5, 58 Offaque nec tumulo 35 nec separe contegat vna. Tu separe coetu Stat. Theb. 4, 482. Duo in Bocotia flumina, natura separi Solin. c. 12. *i. diuersa.* Est ratio separ, ait, ac diuersum genus Phaedr. 1, 31, 7. *Sed in plerisque Codd. legitur, Est ratio separata; Burm. statio separata.*

SEPARO, äre. [ἀφρίζω, ἀπορίνω, χωρίζω] *Diuidere, distrahere; a Se et Paro Compositum.* Plin. 13, 17 Mox separant lauando, et siccata tundunt. A perpetuis suis historiis ea, quae dixi, bella separaverunt Cic. Fam. 5, 12. A domina separari Ouid. Amor. 1, 4, 60.

Cic. Acad. 4, 141 Quoniam vera a falsis nullo discrimine separantur. Ab studio sapientiae disciplinam hanc (*medendi*) separauit Cels. praef. 45 Cogitatione magis quam re ab aliquo separari Cic. Off. 1 c. 27. Idem de Inuent. 1 c. 74 Separatum quiddam est extra assumptionem approbatio. Duo maria pertenui discrimine separantur Cic. Agr. 2 c. 32. Lato non separor aequore Ouid. Heroid. 18, 173.

SEPARĀTVS, a, um. Partic. [πεχωρισμένος] Cic. Tusc. 4, 34 50 c. 15 Quando igitur virtus est affectio animi, etc. et virtus ipsa per se sua sponte separata etiam vtilitate laudabilis. Idem Att. 14, 18 Ista vero, quae tu contexi vis, aliud quoddam separatum volumen expectant. Separatis in iugis Horat. Od. 2, 19, 18. *Compar. intellectus separatio* Tertull. de Anima c. 18. Origo inferior et ordo separatio 55 Augustin. de Immort. animae c. 6.

SEPARĀTIM. Adu. [χωρίς] Caes. Bell. Gall. 7, 36 At Vercingetorix, castris pro oppido in monte positis, mediocribus circum se interuallis separatim singularum ciuitatum copias collocauerat. Quae separatim quisque de eo, apud se dixerit Caes. B. G. 1, 19. Se- 60 paratim pueri, senes mulieresque Caes. B. G. 1, 29. Cic. de Finib. 3, 44 c. 13 Etenim si valere et saepe et magis expetendum sit, quam sapere solum: neque tamen si vtrumque sit aestimatione dignum, pluris sit coniunctum, quam sapere ipsum separatim. *Legitur et Coniunctum et Separatum.* Cic. Fam. 13, 12 Videor mihi quum separatim de pro-

65 bitate eius et moribus dicturus fuisssem, si prius causam, cur eam tantopere diligerem, tibi exposuisssem, in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate scripssisse. Ibid. 15, 2 Alia epistola communiter tibi commendauit ligatos Arpinatum, vt potui diligentissime, ac separatim Q. Fufidium, quocum mihi omnes necessitudines sunt, diligentius 70 commendo. Cic. Fam. 2, 16 Nihil accidet ei separatim a reliquis ciuibus.

SEPARATE. Adu. *Compar.* Cic. de Inuent. 2, 156 c. 51 *extr.* Quaedam separatius ad finem adiungentur.

SEPARATIO, önis. f. [διαχωρισμός Gloss. Lat. Gr.] Cic. de Inuent. 2, 55 c. 18 Facti ab illa definitione separatio. Gell. 2, 8 Separatio animi et corporis. *Adde Quinctil. 7, 1 et 9, 3. et Columel. 3, 21. Frontin. de Colon. p. 335.*

SEPARĀTVS, üs. m. Apul. Flor. p. 350.

SEPARĀTOR, öris. m. [χωριστής, διαχωριστής Gloss. Lat. Gr.] Tertull. de Praescript. 30 Factum separatum ostendit separatorem. 80

SEPARĀTRIX, icis. f. Augustin. de Trin. 11, 10 Voluntas coniunctrix ac separatrix huiuscemodii rerum.

SEPARĀTĪVVS, a, um. Adi. διαζευκτικός Gloss. Gr. Lat.

SEPARĀBĪLIS, e. Adi. Cic. Tusc. 1, 21 c. 10 A corpore separabilem esse. 85

SEPĒLIO, sepeliui, sepultum, ire. [θάπτω, ἐνταφιάζω:] *Humo iniecta contegere, in sepulcrum inferre, tumulo mandare mortuum.* Nec tumulum curo: sepelit natura relictos Maecenas ap. Sen. Ep. 92 *extr.* Cic. de Legib. 2, 75 c. 23 Hominem mortuum inquit lex in XII Tab. in vrbe ne sepelito, neue vrto. *Et paullo post, Non qui vratur se-* 90 *peliri, sed qui humetur.* Plin. 17, 54 Sepultus intelligitur quoquo modo conditus: humatus vero, humo tectus. *conf. Cuper. Obs. 1, 7. vbi ostendit sepelire, sepulcrum etc. ad omnem rationem et ritum funeris condendi pertinere.* Sepelire dolorem, per translationem, pro Deponere, abolere Cic. Tusc. 2, 43 c. 13. Amittenda igitur fortitudo 95 est, aut sepeliendus dolor. Illic si qua meum sepelissent fata dolorem Propert. 1, 17, 19. Cuncta tuus sepeliuit amor Propert. 3, 15, 9. Plaut. Most. 5, 2, 20 Vbi somnum sepeliui omnem, atque obdormiui crapulam. Se vino et epulis sepelire Sen. Epist. 12.

SEPVLTVS, a, um. Partic. [ἐνταφείς] Cic. in Pison. 10 Haec 100 sunt ö carnifex in gremio sepulta Consulatus tui. Bella sepulta, *vid. BELLVM.* Templis et auro sepultus Lucan. 8, 859. Custos sepultus, Cerberus sopitus Virg. Aen. 6, 424. Lucret. 1, 134 Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus, Ceruicem inflexam posuit. Inuadunt urbem somno, vinoque sepultam Virg. Aen. 2, 265. *Et 105*

- stupeant multo corda sepulta mero Ouid. de Rem. Amor. 806. Affi-  
 duo lingua sepulta mero Propert. 3, 11, 56. Sepultus sum, pro Perii.  
 Ter. Phorm. 5, 7, 50 Lemni habuit aliam. C. nullus sum. P. ex qua  
 filiam suscepit, et eam clam educat. C. sepultus sum. Vbi Donatus,  
 5 *αὐξήσις*, plus est enim quam Nullus sum. Cic. pro Lege Manil.  
 30 c. 11 Quod Bellum exspectatione Pompeii attenuatum atque immi-  
 nutum est, aduentu sublato ac sepultum. *Add.* Vell. 2, 90, 1. Catul.  
 66, 94 Tecum vna tota est nostra sepulta domus. Fama sepulta Ouid.  
 Epist. 7, 92. Inertia sepulta Hor. Carm. 4, 9, 29. *conf.* *Burm.* ad  
 10 Petron. Fragm. p. 676. Tacit. Hist. 3, 35 Caeterum asidere se-  
 pultae vrbs ruinis noxia tabo humus haud permittit. *De vrbe excisa.*  
 Sepelitur pro Sepultus, Cato vsus est, teste Prisciano p. 909.  
 SEPULTO, āre. Venant. Fortunat. l. 8 hymno de gaudiis  
 vitae aet.  
 15 SEPULTURA, ae. f. [*ταφὴ, ἐνταφιασμὸς*] Funus et exsequias  
 proprie denotat. Cic. Philipp. 1, 5 Qui illam insepultam sepultu-  
 ram refecerat i. illegitima, quae id nomen non mereretur. Gr *τάφος*  
*ἄταφος.* Et de Legib. 2, 65 Nec de mortui laude, nisi in publicis  
 sepulturis, nec ab alio, nisi qui publice ad eam rem constitutus esset,  
 20 dici licebat. *Aliquando Sepulcrum significat.* Sulpic. ad Cic. Fam.  
 4, 12 At Atheniensibus locum sepulturae intra urbem vt darent, im-  
 petrare non potui. *Sed pro sepeliendi actu et ritu* Cic. de Legib.  
 2, 56 c. 22 Antiquissimum sepulturae genus id fuisse videtur, quo apud  
 Xenophontem Cyrus vitur. Redditur enim terrae corpus, et ita lo-  
 25 catum ac situm, quasi operimento matris obducitur: eodemque ritu  
 — regem nostrum Numam conditum accepimus: gentemque Corne-  
 liam vsque ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse vsam. C.  
 Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla victor —  
 Quod haud scio an timens suo corpori posse accidere, primus e patri-  
 30 ciis Corneliis igni voluit cremari etc. Cic. Tusc. 1, 102 Cuius hoc  
 dicto admoncor, vt aliquid etiam de humatione et sepultura dicen-  
 dum existimem. Otium sine literis mors est, et viui hominis se-  
 pultura Sen. Ep. 82. Honorem sepulturae decernere Cic. Phil. 9  
 c. 6. Tribuere Suet. Aug. c. 17. Mos sepulturae Lucret. 6,  
 35 1276. Afficere sepultura, *vid.* AFFICIO. Fata sepulturae Pro-  
 pert. 2, 28, 26. Martian. in l. Diui fratres. D. de relig. et sumt.  
 funer. Diui fratres edicto admonuerunt, ne iustae sepulturae tradi-  
 tum, id est terra conditum, corpus inquietetur.  
 SEPULTURARIUS, a, um. Fines sepulchrorum siue cinerarii  
 40 Aucr. de Limit. p. 296 *Goef.*  
 SEPULTOR, ōris. m. *Qui sepelit.* August. de Trin. 4, 3. Se-  
 pultores corporis mortui. Si libitinaris, quos Graece *νεκροθάπτας*,  
 id est, mortuorum sepultores vocant etc. l. 59, 8 D. de institor. act. Ciui-  
 lium turbinum sepultor, *Octavianus Caesar dicitur* Tertull. de Anima c. 46.  
 45 SEPULTORIVS, a, um. Adi. *ἑπιταφιαστικός* Gloss. Gr. Lat.  
 SEPULCHRUM, vel SEPULCRVM, i. n. [*τάφος, τύμβος,*  
*σῆμα, θήκη*] *Locus, in quo corpus, ossaque mortuorum corporum recon-*  
*duntur. Dicitur a Sepeliendo; vt Simulacrum et Lauacrum a Simu-*  
*lando et Lauando. Adspiratio in Sepulchro iam veteribus Gellii*  
 50 *usitata* 2, 3. *vid.* LACHRYMA. *Itaque Sepulcrum probamus, damnare*  
*non audemus Sepulchrum. Ad sepulcrum mortuo dicere iocum Plaut.*  
*Bacch. 3, 4, 21. Clausum sepulcrum Ouid. Met. 15, 389. Com-*  
*mune sepulcrum rerum terra Lucret. 5, 260. L. 5 D. de religiof.*  
 55 *Familiaria sepulcra dicuntur, quae quis sibi familiaeque suae consti-*  
*tuit. L. 5 et 6 D. de relig. Hereditaria autem, quae quis sibi*  
*heredibusque suis constituit: vel quod paterfamilias iure heredita-*  
*rio acquisiuit. Inane sepulcrum Ouid. Met. 6, 658. Patrium*  
*sepulcrum Idem Met. 15, 405. Adsterni sepulchro, vid. ASTER-*  
 60 *NO. Condere corpus sepulchro Ouid. Met. 8, 234. Condere ani-*  
*mam sepulchro Virg. Aen. 3, 67. Donare cinerem sepulchro Stat.*  
*Silu. 3, 3, 216. Effossis mirabitur ossa sepulchris Virg. Georg. 1, 498.*  
*Excire animas sepulchris, vid. EXCIO. Latere post magna sepul-*  
*cra Hor. Serm. 1, 8, 36. Reddere corpus sepulchro Virg. Aen. 2,*  
 65 *542. Neue merere meo subscribi causa sepulchro Ouid. Met. 9, 561.*  
 70 *Sepulcri appellatione, Omnis sepulturae locus continetur, vt ait Vi-*  
*pianus De sepulchro violato, l. Praetor ait. Idem de Religiosis et sumt.*  
*fun. l. Locum, Sepulcrum est, vbi corpus ossaque hominis condita sunt.*  
*Cic. Philipp. 9, 17 Vtique locum sepulchro in campo Esquilino C. Pan-*  
*fa Consul, seu quo alio in loco videtur, pedes triginta quaque versus*  
 75 *designet, quo Seruius Sulpicius inferatur. Quod sepulcrum ipsius, li-*  
*berorum, posterorumque eius sit, vti quod optimo iure sepulcrum pu-*  
*blice datum est. Idem de Senect. 21 c. 7 Nec sepulcra legens ve-*  
*reor (quod aiunt) ne perdam memoriam. Hoc miserae plebi*  
*stabat commune sepulcrum Hor. Serm. 1, 8, 10. vid. Barth. ad Stat.*  
 80 *Theb. p. 1189. Sacra fuisse Romanis iura sepulchrorum, constat*  
*eamque bonam partem fuisse iuris Pontificii. Tabulae XII. multa de ea*  
*re: et qui eas illustrarunt etc. Nos antiquitatem hic non tractamus.*  
*Sed satis habemus loca quaedam indicare, unde recta loquendi ratio peti*  
*possit. In primis huc pertinet Cic. de Legib. 2, 55 c. 22 sqq. Iam*  
 85 *tanta religio est sepulchrorum, vt extra sacra et gentem inferri fas ne-*  
*gent esse. — Neque necesse est edisseri a nobis — quo tem-*  
*pore incipiat sepulcrum esse, et religione teneatur. — Siti dicun-*  
*tur ii, qui conditi sunt: nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam*  
*iusta facta, et corpus incensum est. — Priusquam in eos iniecta*  
 90 *gleba est, locus ille, vbi crematum est corpus, nihil habet religio-*  
*nis. Sed debent totum locum studiosi inspicere. In agri venditio-*  
*ne: qui venderet, sibi tantum agri excipiebat, quantum adeundo se-*  
*pulchro satis esset: Cic. pro Rosc. Amer. 24 Cui de tanto patrimonio*  
*ne iter quidem ad sepulcrum patrium relictum est. hac autem ipsa*  
 95 *de re Pomponius iurisconsultus l. 5 de sepulchro violato: Dominis*  
*fundorum, in quibus sepulcra fecerint, etiam post venditos fundos ad-*  
*eundorum sepulchrorum ius est. Sed totus ille titulus Digestorum, qui*  
*est 47, 12 huc pertinet: Ponimus modo ex edicto praetoris l. 3 ista: Si*  
*quis in sepulchro dolo malo habitauerit, aedificiumue aliud, quam quod*  
 99 *sepulchri causa factum sit, habuerit; in eum, si quis eo nomine agere vo-*  
*let, — iudicium dabo.*  
 SEPULCRALIS, e. Adi. [*ἐνταφιαστικός*] *Quod ad sepulcrum pertinet: vt,*  
 Arae sepulchrales Ouid. Met. 8, 480. Fauillae Prudent. adu. Symm.  
 1, 97. Fax sepulchralis Ouid. Epist. 2, 120. Honor Sedul. in  
 00 Ioh. c. 11.  
 SEPULCRETVM, i. n. *Locus, vbi multa sunt sepulcra.* Catul. 60, 1  
 Vxor Meneni, saepe quam in sepulcretis Vidistis ipso rapere e  
 rogo coenam.  
 SEPELIBILIS, e. Adi. [*ἐνταφιαστικός*] *Quod sepeliri debet.* Plaut. Cist.  
 05, 1, 64 Indidem, vnde oritur facito vt facias stultitiam sepelibilem:  
 quod



*quod statim explicatur, In latebras abscondas pectore penitissimo: Tuam stultitiam sola facito, vt scias sine aliis arbitris.*

**SEPEs**, pēdis. Sepedes populi Apul. Met. 6 p. 177. *i. formicae, sex pedibus ingredientes.*

**SĒPES**, is. vel **SEPS**, sepis. f. [*Σεπυμός*] Quae obiecta inter agrorum diuisiones, vel hortos, aut circum posita cuicumque fundo, introitum prohibet. Septum, Sepes, Sepimentum vix distant, vide locum Varronis R. R. 1, 14 quem damus in **SEPTVM**. Cic. de Nat. Deor. 1, 120 Praetereo Samothraciam eaque, quae Lemni nocturno aditu occulta coluntur siluestribus sepibus densa Columel. 10, 27 Talis humus vel parietibus vel sepibus hirtis Claudatur, neu sit pecori, neu peruia furi Virg. Ecl. 8, 37 Sepibus in nostris paruam te roscida mala (Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem. Longae sepes Ouid. Fast. 3, 267. Portarum sepe receptum Ouid. Trist. 4, 1, 81. Opaca sepes, vid. **OPACVS**. Sinistrae sepes Ouid. Fast. 2, 501. *Al. Nubes sinistrae. Structiles sepes, vid. VIUA SEPES. Texendae sepes Virg. Georg. 2, 371. Virgea sepes Columel. 11, 3. Id. 11, 3 Vetusissimi auctores viuam sepem structili praetulerunt. Cingenda est altis sepibus ista seges Ouid. A. A. 3, 562. Praetendere sepem segeti Virg. Georg. 1, 270. Seps legitur apud Plin. 20, 11 et Solin. 30. Bucolico sepes dixit Maro: cur Cicero seps? Aufon. in Monosyll. Seps pro serpente, vid. infra.*

**SEPICVLA**, ae. f. Apul. Met. 8 p. 2, 10. (Pric. p. 167.)

**SEPIO**, sepīui, sepītum, vel sepsi, septum, ire. [*Σεπιών, περιουδομήν*] dictum a Sepibus, quae obiectae iter cludunt, inquit Nonius 1, 193. Cic. de Nat. Deor. 2, 142 Quae primum oculos membranis tenuissimis vestiuit et sepsit, quas primum perlucidas fecit, vt per eas cerni posset. Ibid. 143 Latent praeterea vtiliter, excelsis vndique partibus sepuntur. Mare praesidiis classium sepserat Vell. 2, 51, 1. Cic. Fam. 15, 4 Vallo et fossa circumdedi: sex castellis, castrisque maximis sepsi. Acribus namque custodiis domum et vias sepserat Liua Tacit. Ann. 1, 5. Urbem muris Nep. 2, 7, 4. conf. Nep. 10, 9, 1. Abitus sepire, vid. **ABITVS** in **ABEO**. At Venus obscuro gradientes aere sepsit Virg. Aen. 1, 415. Vbi eum locum omnem cogitatione sepsis Idem de Orat. 2 c. 34. Id. Att. 3, 23 Neque enim vlla est lex, quae non ipsa se sepiat difficultate abrogationis. Cic. de Orat. 3, 156 Quando quidem iste circumuestit dictis, sepiat sedulo: *ne adiri possit ad intelligentiam.*

**SEPTVS**, a, um. Partic. [*σεπταμύτος*] Stat. Silu. 1, 1, 32 Ipse autem puro celsum caput aere septus. A gentibus belligeris septus Ouid. Trist. 3, 11, 13. Liu. 1, 28 Ad haec Albana pubes inermis ab armatis septa in variis voluntatibus, communi tamen metu cogente, silentium tenet. Aggere septus Sil. 16, 2. Armis septus Virg. Aen. 1, 508. Plin. in Paneg. 49 Frustra se terrore succinxerit, qui septus caritate non fuerit. Armis enim arma irritantur. Cic. in Parad. 2 Non denique animus ipse, qui tot virtutum praesidio, tantoque Comitatu virtutis septus. *In quibusdam exemplaribus desiderantur haec verba, Virtutis septus. Fossa et Vallo septus Cic. Att. 9, 12. Fraude locorum septi Sil. 7, 279. Deus septus ingenti quodam et inexplicabili Muro Sen. de Benef. 4, 19. Nebula septus Virg. Aen. 1, 443. Cic. de Finib. 1, 51 Quod si qui satis Opibus hominum sibi contra conscientiam septi esse, et muniti videntur, deorum tamen numera horrent, etc. Praesidiis philosophiae septus Cic. Fam. 16, 23. Nullis Praesidiis septi multis afficiuntur iniuriis Cic. Off. 2 c. 11. Auri fati magnum pondus Saxo quadrato septum, in Capitolio sacrauit. Liu. 17, 15. Loca septa Lucret. 6, 87.*

**SEPTVM**, i. n. [*Σεπύμα*] Idem quod Sepes: nisi quod latius patet, et ipsa quoque loca quomodocumque ab accessu munita significat. Inde Stabula, Ouilia, Bubilia, Caprilia, et id genus reliqua, Septa nuncupantur. Virg. Ecl. 1, 34 Quamuis multa meis exiret victima septis. Quin Lucret. 1, 490 Transit enim fulmen caeli per septa domorum. Conf. Id. 6, 227 et 859. Cels. praef. lib. 1 et 5, 26 et 8, 3. In Martio campo loca inclusa, in quibus stans Pop. Rom. suffragia ferre consueuerat, septa dici meruerunt, vt Ouilia v. v. Comitii in campo, cum ille vi in septa irruisset Cic. pro Mil. c. 15 extr. Cum videris forum multitudine ciuium refertum, et septa concursu omnis frequentiae plena Sen. de Ira c. 7. Mart. 9, 60 In septis Mamurra diu, multumque vagatus, Hic vbi Roma suas aurea vexat opes. conf. Stat. Silu. 4, 6, 2. 65 Includere populum septis Ouid. Fast. 1, 53 *i. comitia habere.* Varro de R. R. 1, 1 Intra septa villae habeat aquam. Apud eundem inscriptio f. lemma est, De fundo et septis 1, 14. Septum, Sepes et Sepimentum, idem significare apparet ex Varr. de R. R. 1, 14 pr. Nunc de septis, quae tutandi causa fundi, aut partis fiant videamus, Earum tutelarum genera IV: vnum naturale, alterum agreste, tertium militare, quartum fabrilis. Horum vnumquodque species habet plures. Primum naturale sepimentum, quod obseri solet virgultis, aut spinis, quod habet radices, etc. Secunda sepes est ex agresti ligno, sed non viuit — Tertium militare sepimentum est fossa, et terreus agger — Hoc genus sepes fieri secundum vias publicas solent — Quartum fabrilis Sepimentum est maceria, etc. Septa pro Obicibus et claustris, quibus vitur ad impetus fluuiorum coercendos, accipiunt Iurisconsulti. Vlpianus D. de riuis l. prima, Septa sunt, quae ad incile opponuntur, aquae deriuandae compellendaeue ex flumine causa, siue ea lignea sunt siue lapidea, siue ex alia qualibet materia ad continendam transmittendamque aquam excogitata.

**SEPTIMEN**, inis. n. Apul. Flor. p. 340.

**SEPIMENTVM**, i. n. [*Σεπύμος, Σεπύμός*] Id omne dicitur, quo aliquid sepiatur. Varro de R. R. 1, 14 Primum naturale sepimentum quod obseri solet virgultis, aut spinis, quod habet radices viucae sepis. Cic. de Legib. 1, 62 c. 24 Atque haec omnia quasi sepimento aliquo vallabit, differendi ratione veri et falsi, iudicandi scientia.

**SEPTIO**, ōnis. f. Actio sepiendi. Vitruu. 5, 12 Locus, qui in ea septione finitus fuerit. Structurarum septiones Id. 6, 11. add. Id. 5, 12 iterum. Item Murus Vopisc. Aurel. 22 Quae ad septiones atque vrbis statum pertinent.

**SEPTATVS**, a, um. Mart. Capel. 2 p. 46 Culmen septatum.

**SEPTVOSE**. Adu. a Sepio, i. Obscure. [*ἀσαφής*] Lilius Antiopa, Ita septuose dictio abs te datur, quod consecutam sapiens aegre contulit Non. 2, 777. conf. in **SEPIO** laudatum Cic. de Orat. 3, 156.

**SEPIA**, ae. f. [*σπηια*] Loligo. Genus piscis atrum cruorem ex se fundens, cum deprehendi metuit, quo piscatoribus iter veluti sepiat et occludit. Pers. Sat. 3, 13 Nigra quod infusa vanaescat sepiat lymphæ. Plin. 9, 29 Sepiarum generis mares varii et nigriores, constantiaequae maioris. Percussae tridente feminae auxiliantur, at femina icto mare fugit. Ambo autem vbi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infusata aqua absconduntur. Cic. de Nat. Deor. 2, 127 c. 50 Aliae fuga se, aliae occultatione tutantur, atramenti effusione sepiat, torpore torpedines. conf. Colum. 6, 17 et 33. Apic. 2, 1, 5, 2, 4, 9. Tertull. adu. Marc. 2, 20, 10. Furua sepiat Aufon. Epist. 4, 74. *i. atramentum.*

SEPIOLA, ae. f. Dimin. [σημίδιον] Plaut. Casin. 2, 8, 57 Emito sepio-  
las lepidas, lolligunculas ordeias. Add. Seren. Sammon. p. 6.

SEPIATICVM, i. n. Redde quod sepiatricum debes Fulgent. . .

SEPIO, vid. SEPE S.

SEPLASIA, ae. f. [Σηπλασία] fuit Forum Capuae, in quo unguentarii  
negotiabantur, cuius deliciis fractam fuisse Punicam ferociam, testatur  
Valer. Max. 9, 1 extern. 1. Cic. de Lege Agr. 2, 93 c. 34. Iam vero qui metus  
erat tunicatorum illorum? et in Albana, et Seplasia, concursatio, etc.  
Plin. 33 extr. Demetrium a tota Seplasia accusatum apud COSS. i. ab  
10 omnibus pigmentariis et pharmacopolis. Plin. 34, 11 f. 25 Nunc quoties  
incidere in libellos, componere ex his volentes aliqua, hoc est impen-  
dio miserorum experiri commentaria, credunt Seplasiae omnia fraudi-  
bus corrumpenti, iam quidem facta emplastra et collyria mercantur, ta-  
besque mercium aut fraus Seplasiae sic exteritur. Sic Hard. b. e. per im-  
15 peritos medicos officinae pigmentariorum corruptis et adulteratis mercibus sic  
liberantur. Al. sic legunt, factaque iam pridem emplastra est collyria mer-  
cantur. Idem 16, 10 Et inde fraus Seplasiae. Add. Cic. in Pis. c. 11  
Seplasia hercule te ut primum adspexit, Campanum Consulem repudia-  
vit. Et mox At fuit — in cessus saltem Seplasia dignus et Capua.  
20 Vid. Alcon. ad h. l. et pro Sext. c. 8. Aufon. Epigr. 123. Petron. c. 76.  
Vinet. ad Aufon. l. c. Scheffer. in Petron. Fragm. p. 157.

SEPLASIVM, i. n. Idem. Varr. apud Non. 3, 234 Doti dato insu-  
lam Chium, agrum Caecubum, Seplasia Capuae, macellum Romuli.

SEPLASIARIVM, i. n. Idem. [μυροπώλιον Gloss. Lat. Gr.] Seplasia-  
25 ria quidam legunt ap. Petron. c. 76. ubi alii Seplasia.

SEPLASIARIVS, i. m. Unguentarius. Lamprid. Heliog. 30 Pinxit  
se, ut seplasiarium. al. Finxit. In Glossis Philoxeni et Cyrilli exponitur  
καυτοπώλης, i. Qui omnia vendit, i. res omnis generis.

SEPONO, posui, positum, etc. [ἀποτίθημι] Seorsum ponere. Cic. Att.  
30 11, 22 Sed equidem venire nunc nil posse, sed seponi et occultari possunt, ut  
extra ruinam sint eam, quae impendet. Curas seposuisse graues Ouid.  
Met. 3, 318. De mille Sagittis Vnam seposuit Ouid. Met. 5, 380. Cic.  
de Orat. 1, 22 c. 6 Graeci seposuerunt a caeteris dictionibus eam partem  
dicendi, quae, etc. Cic. Att. 15, . . Quodque ex istis fructuosis rebus

35 receptum est, id ego ad illud sanum sepositum putabam. Liu. 6,  
37 Seponendum extra certamen alterum Consulatum, ad quem plebi sit  
aditus. Liu. 1, 53 Captiuam pecuniam in aedificationem eius templi  
seposuit. Diuitiae sepositae Stat. Silu. 2, 2, 150. Cic. in Orat.

40 143 Alteros enim respondentem audire sat erat, ut ii, qui docerent, nul-  
lum sibi ad eam rem Tempus ipsi seponerent; sed eodem tempore et  
discensibus satisfacerent, et consulentibus. Cic. de Orat. 3 c. 22  
extr. Nec vllum vnquam habuisse sepositum tempus ad discendum.

Phaedr. 4, 4, 21 Seponit moechae vestem, mundum muliebrem, etc.

Onus tutum coniugii seponere, i. Vxorem in loco tuto Lucan. 5, 724.  
45 Scimus inurbanum lepido seponere dicto, i. discernere Hor. Arte Poët.  
273. Cic. Verr. 4, 23 Quod celari oportuerat, habebant seposi-  
tum ac reconditum. Idem de Diuin. 2, 112 Quamobrem Sibyllam  
quidem sepositam et conditam habeamus, ut id, quod proditum est a  
maioribus, etc. Fontis sepositi aquam quaerere Propert. 1, 20, 24.

50 Seponi etiam dicuntur, qui ut odiosi et graues remouentur, et quasi relegantur.  
Sueton. Aug. c. 65 Agrippam ob ingenium sordidum ac ferox  
abdicaui seposuitque Surrentum. Tacit. Hist. 1, 13, 5 Mox suspen-  
sum in prouinciam Lusitaniae specie legationis seposuit. Sepositus  
per eos dies C Dolabella in coloniam Aquinatem Tac. Hist. 1, 88, 1.

55 SEPOSITVS, a, um. Pro Remoto, qui in longinquis habitat finibus.  
Martial. 2, 3 Quae tam seposita est, quae gens tam barbara Caesar,  
Ex qua spectator non sit in vrba tua? Mare sepositum Sen. Med. 339.  
Sepositae vestes, quae non sunt quotidiani usus Tibul. 2, 5, 8.

SEPOSITIO, onis. f. Si decesserit ante sepositionem Vlpian. l. 2 §.  
60 2 D. de pollicitat.

SEPS, sepis; pro Sepe, f. g. vid. SEPE S.

SEPS, sepis. c. [σῆψ] Paruus serpens, ex cuius ictu membra percussa  
putrescunt: a σῆπω putrefacio. Nam quidquid momorderit, resoluitur in  
putredinem. Lucan. 9, 723 Ossaue dissoluit cum corpore tabificus

65 seps. Seps insueta subit Prudent. in Symmach. 1 praef. v. 74.

SEPTICVS, a, um. [σηπτικός] Corrosiuus vulgo dicitur a medicis,  
ad verbum putrefactorium dicas. Sunt enim medicamenta σηπτικά, quae  
corruptionem putredini similem inducunt partibus, quibus applicantur.  
Plin. 28, 9 Quin et sanguis equorum septicam vini habet. Et 34, 18

70 Summa eius dos septica. Add. 28, 38. 21, 23. 27, 12. Cell. 5, 19, 18  
Quaedam sunt emplastra exedentia, quae σηπτικά Graeci vocant. Et 7,  
21, 1 Si omentum super vinculum illinitur medicamentis, quae exedunt,  
nec erodunt, σηπτικά Graeci vocant. Ita Almelou. Wed. Vulp. sed  
Aldus Quae sic exedunt ne erodant, σηπτικά Graeci vocant. Viderint

75 medici. Passim certe erodentia et corrosiua dicunt Medici.

SEPE id est SEIPSE, Ciceronem dixisse in libris de republica, obser-  
uat Seneca Ep. 108. Locum damus in REAPSE.

SEPTA, orum, vid. SEPIO in SEPS.

SEPTAS, adis. f. pro ἑπτάς, ap. veteres Latinos, teste Mocrub. in  
80 Somn. Scip. 1, 6. Septenarius, hebdomas.

SEPTEM, Numerale nomen, indecl. VII. Graeci ἑπτά dicunt, Lati-  
ni spiritum asperum in S mutant. Obloquitur numeris septem discrimi-  
mina vocum Virg. Aen. 6, 646. Qui septem appellantur, eos, qui  
ista subtilius quaerunt, in numero sapientium non habent Cic. de  
85 Amic. 7 c. 2.

SEPTEMBER, bris. m. [Μαιμακτηριών] Mensis dictus est, quod sit  
septimus in ordine a Martio, qui olim primus fuit. Cic. Att. 1, 1 Mense  
Septembri. Aliquando sumitur adiectiue: ut, Kalendis septembri-  
bus Cic. Fam. 14, 22. Hor. Epist. 1, 16, 16 Haec latebrae dulces, etiam (si  
90 credis) amoenae Incolumen tibi me praestant Septembribus horis.

SEPTEMDECIM, Nomen indecl. XVII. Liu. 38, 33 Septemdecim  
interfecti sunt. Septemdecim populi Siciliae Cic. Verr. 5 c. 47. Per  
tribus septemdecim Id. Agrar. 2 c. 7. Notandum est scribi etiam diui-  
sim Septem et decem.

95 SEPTEMFLOVVS, a, um. Adi. [ἑπτάβλοος] Quod septem alueis, vi-  
vis, aut fontibus fluit. ut, Ouid. Met. 15, 753 Perque papyriferi septeni-  
flua flumina Nili Victrices egisse rates.

SEPTEMGEMINVS, a, um. Aliud Adi. [ἑπταπλῆς] ut, Roma Stat.  
Silu. 1, 2, 191. Septemgemino Roma iugo Stat. Silu. 4, 1, 6. Catul. ad  
100 Furium f. 11, 8. Virg. Aen. 6, 801 Et septemgemini turbant trepi-  
da ostia Nili.

SEPTEMESTRIS, e. Censorinus II Partus septemestris. Se-  
ptemestres infantes Censorin. c. 8.

SEPTEMNERVIA, vel SEPTENERVA, ae. f. Apul. de Herb. c. 1.

105 SEPTEMPEDALIS, e. [ἑπταποδιαῖος] Longum septem pedes. Plaut.  
Curc.

Curc. 3, 1, 61 Ibi nunc statuiam vult dare auream solidam faciendam ex auro Philippeo, quae fiet septempedalis.

SEPTEMPLIX, icis. Adj. [ἑπταπλῆς] In septem partes diuisum, ut Virg. Aen. 12, 925 Et clipei extremos septemplicis orbes Per medium fridens transit fenuur. Ouid. Met. 13, 2 Surgit ad hos clipei dominus septemplicis Ajax. Ister septemplex Ouid. Trist. 2, 189. Nilus septemplex Ouid. Met. 5, 187.

SEPTENVIR, iri. m. [ἑπταῖρος] ea forma dictum, qua Triumuir; Septemuirorum officium erat facere sacrificium epulare, et Septemuiri epulorum nominabantur, vid. Cic. de Orat. 3 c. 19. Plin. Epist. 2, 11 et 10, 8. Cic. Att. 15, 25 Caius Antonius noluitne fieri septemuir? Idem Philip. 5, 21 Iudicandumque nullos Septemuiros fuisse.

SEPTENVIRĀLIS, e. Adj. [ἑπταῖρος] Liu. 24, 45 Vt proditio pro septemuirali iudicio esset, semperque aliud sentiret, infidus socius, vanus hostis, etc.

SEPTENVIRĀTVS, ūs. m. [ἑπταρχία] Septemuirorum dignitas. Cic. Philip. 2, 99 c. 38 Eundem in septemuiratu nonne destituisse? interuenit enim. Vid. Plin. Epist. 10, 8.

SEPTENDĒCIM, vid. supra SEPTEMDECIM.

SEPTENNIS, vel SEPTVENNIS, e. Adj. [ἑπτεῖρης] Quod est septem annorum. Plaut. Bacch. 3, 3, 36 At nunc prius quam est septuennis. Idem Men. prol. 24 Postquam iam pueri septuennes sunt, etc. Sic enim legitur in multis exemplaribus. Conf. Idem Men. 9, 57. Sed Poen. Prol. 66 Puer septennis surripitur Carthagine.

SEPTENNIVM, i. n. Interuallum septem annorum. Prudent. Te-trast. Vet. Test. 6.

SEPTENTRIO, ōnis. m. [Ἀρκτος] Septentriones sunt septem stel-lae polo nostro vicinae, ex quibus quasi iuncti triones figurantur. Scribit Varro de L. L. 6, 4 Triones rusticorum vocabulo boues vocari, quasi te-riones, hoc est, arandae terrae ac colendae idonei. Vel ideo magis hae se-ptem stellae Triones appellatae sunt, quoniam ita sitae sunt, vt ternae quaeque stellae proximae inter se trigona, id est triquetram figuram constituant, quam recentiores vocant triangulum. Ex septem siquidem stellis duae pariles vno in loco videntur, quae pro bobus ac-cipiuntur: reliquae figurae plaustrum figuram designant. Itaque et pro-ximum huius sidus, bubulcus, id est bootes appellatur, qui more bu-bulci curram sequitur. Hoc sidus a figura, quia simile plaustrum vide-tur, antiqui Graecorum ἄμαξαν id est plaustrum dixerunt: nostri a bo-bus iunctis, Septentriones appellarunt, vid. Gellium 2, 21. Add. Fest. it. Seru. ad Virg. Aen. 1, 748. Plaga, quae ad septentriones spectat Plin. 17, 23. Liu. 26, 45 Acer Septentrio ortus, etc. Sic Plinius 2, 47 A Septentrionibus Septentrio spirat. Add. Apul. de Mundo p. 63. De Sidere Plaut. Amph. 1, 1, 117 Nam neque se Septentriones quoquam in caelo commouent. Regio caeli, quae sub septentrionibus est, Augustus ap. Plin. 2, 25. Ventus aquilo a septentrionibus oriens Nep. 1, 1, 5. Conf. Varro in Catalect. Plin. 2, 68. Caes. Bell. Gall. 7, 83 Erat a Septentrionibus collis. Cic. de Nat. Deor. 2, 50 Inflexens au-tem Sol cursum tum ad Septentriones, tum ad Meridiem, aestates et hi-emes efficit. Talis Hyperboreo Septem subiecta trioni Virg. Georg. 3, 381 per Tmesin. Pro ipso Polo Septentrionali, Plin. 6, 22 Siderum in nauigando nulla observatio, Septentrio non cernitur. Vertex caeli, qui septentrio vocatur Id. 2, 68. Add. Id. 15, 25. Quarta caeli regio est septentrio Ampel. de Mundo. Add. Sen. Q. N. 5, 16. Vitruv. 9, 6 et 7 Gell. 2, 22 pr. Cic. Att. 9, 4 Ex ea die fuere Septentriones venti: na-ues quibus usus non est, omnes aut praecidisse aut incendisse dicunt.

SEPTENTRIONALIS, e. Adj. [Ἀρκτικός] ut, Septentrionalis ven-tus, a Septentrione flans Plin. 9, 17. Septentrionalis pars terrae Iustin. 2, 1, 15. Boreas Apul. de Mundo p. 57.

SEPTENTRIONARIUS, a, um. Ventus qui a Septentrione flat quem Graeci Ἀναρκτηίαν vocant. De hoc Gellius 2, 22.

SEPTĒNVS, a, um. Adj. distribut. [ἀνά ἑπτὰ] Cic. in Somn. Scip. 60 3 (c. 2) Quum aetas tua septenos octies Solis anfractus reditusque con-uerterit. Idem Verr. 2, 122 Sic Plin. 7, 25 Epistolae septenae. Add. Liu. 5, 30. Colum. 3, 3. Plin. 23, 16. Fistula dispar cannis septenis Ouid. Met. 2, 683. Virg. Aen. 6, 21 Tum pendere poe-nas Cecropidae iussi (miserum) septena quotannis Corpora natorum: stat ductis fortibus vrna. Propert. 2, 16, 23 Non quia septenas noctes seiuncta cubaris. Portae septenae Stat. Theb. 3, 39. Volumina anguis traxit septena Virg. Aen. 5, 85.

SEPTENARIUS, a, um. Adj. distribut. [ἑπταδινός] Septenarius numerus Macrobi. Somn. Scip. 1, 6. Cic. Tusc. 106 c. 44 Non intelligo quid metuat, quum tam bonos septenarios versus, septem pedum fundat ad tibiam. Martial. 4, 46

Piceno quoque venit a cliente  
Parcae cistula non capax oliuae,  
Et crasso figuli polita caeno  
Septenaria synthesis Sagunti:

vel Septenorum vasorum velut systema, vel tot vasa, quae septies mutari poterant pro vario mensae ornatu.

SEPTIANVS, a, um. Adj. ut, Septiana mala Columel. 5, 10, 19 po-tius Sestiana sunt v. v.

SEPTICEPS, cipitis, vid. BICEPSOS.

SEPTICOLLIS. [ἑπτακόλιος] urbs Roma, quod septem colles ha-beat, Palatinum, Quirinale, Auentinum, Coelium, Viminale, Ex-quilium, et Ianicularem. Quum fundaret arcem septicollem Romulus Prudent. Perist. 10, 413.

SEPTIES. Adj. [ἑπτὰς] Plin. 16, 40 Septies restituto templo. Cic. Philipp. 2, 93 Vbi est septies millies sestertium, quod in tabulis quae sunt ad Opis, patebat. conf. Liu. 28, 6. Lamprid. Commodus c. 11.

SEPTICVS, vid. SEPS.

SEPTIFARIAM. Adj. ut Multifariam. Santra de Ver-borum antiquitate. In quod volumen vnum nos lectitauimus, et post-ea inuenimus septifariam diuisum Nonius 2, 779.

SEPTIFLVS, a, um. Adj. Olim legebatur ap. Petron. c. 133 ubi nunc ex emendatione Turnebi Adj. 26, 6 vestifluus.

SEPTIFOLIUM, i. n. Apul. de Herb. c. 116.

SEPTIFORIS, e. Adj. Habens septem foramina Sidon. Epist. 2, 12. Septiforem vultum rationis sensibus aptans Alcim. Auit. 1, 83.

SEPTIFORMIS, e. Adj. Septiformis spiritus gratia Ambros. in Luc. 11, 26. Tu septiformis munere Hymno vet. Eccl. Isidor. Orig. 7, 3.

SEPTIMVS, a, um. Adj. [ἑβδομος] Numerus ordinalis. Plin. 7, 52 Vt tamen in septimum et quinquagesimum atque centesimum vi-tae duraret annum. Plaut. Pseud. 2, 2, 3 Aedes esse septimas a porta. Aestas Virg. Aen. 1, 759.

SEPTIMUM. Adj. [ἑβδομῶνος] Cic. de Nat. Deor. 3, 81 c. 32 Cur enim Marius tam feliciter septimum Consul domi suae senex est mortuus?

SEPTIMĀNA, ae. f. Vox apud recentiores haud infrequens, ut

C. Theod. l. 5 de Spectac. it. Vulgat. Bibl. Interpr. *sed veteribus ignota; qui pro ea usurparunt Hebdomas vel Hebdomada.* Vid. Voss. de Vit. L. L. 1, 3.

SEPTIMANVS, a, um. Adi. *Septemestris.* Arnob. 3 p. 105 Prae-  
5 propero partu septimanae foeturae. ¶ a Miles septimae legionis Plin. 3, 4.

SEPTIMANIA, ae. f. *Locus, quem Septimani occuparunt.* Sidon. Epist. 3, 1. *conf. Scal. Lect. Auson. 1, 24.*

SEPTIMATRVS, ūs. m. Festus dies Mineruae septimus ab Id. Martii. *vid. Varr. de L. L. 5, 2. Fest. et Paul. in Quinquatrus.*

SEPTIMIVS. [Σεπτίμιος] Romanae gentis nomen, unde Imperator Septimius Seuerus. *A quo*

SEPTIMILLVS. Dimin. Septimii. Catul. de Acme f. 45, 13 Sic, inquit, mea vita Septimille, Huic vni domino vsque seruiamus.

SEPTIMVLEIVS, i. m. C. *Gracchi intersector, tametsi antea familiaris.* Isauro repensum caput Gracchi ad Opimum tulit, plumboque in os addito, parricidio Reipublicam etiam circumscriptis Plin. 33, 3.

SEPTIMONTIVM, i. n. Varro de L. L. 5, 3 p. 49, 7 Dies, inquit, Septimontium nominatus ab his septem montibus, in quibus sita vrbs est: feriae non populi, sed montanorum, quos a paganis distinguit etiam Cicero. *Vid. PAGVS. Hoc etiam testatur Festus auctorem citans Antistium Labeonem. In mensem Decembrem incidisse Septimontium, ipse Ordo Varronis indicat.*

20 Tertull. de Idol. c. 10 Etiam strenae captandae, et Septimontium, et brumae, et carae cognationis honoraria exigenda omina: quae et ipsa suadent Decembrem, ut et Sueton. quem mox laudamus in SEPTIMONTALIS: itemque Columella ibidem laudatus, ut qui statim Brumae mentionem iniiciat. Sic Pallad. Dec. 1 Et Faba circa Septimontium feri potest. Nam post exactam brumam male seminantur. Plutarchus in Problemat. Roman.

30 Quid est, quod Septimontio vehiculis iunctis vti cauebant, et nunc etiam qui vetera non contemnunt, cauent? Septimontium vero diem festum agunt Romani, quod quum septimus collis vrbi attributus est, septicollis Roma facta est. An, ut quidam Latini accipiunt, quod vrbs nondum suis partibus penitus coniuncta erat? An, hoc quidem ad Dionysium non est? Magna vero re effecta, constituta ciuitate, quod urbem iam augeri, et quasi ulterius progredi desuisse existimarent, cum se ipsos, tum vero iumenta, quibus fuerant vsi, quiete affecerunt, et communis festi otio frui voluerunt? An quod cum omnes dies festos ciuium praesentia ornari ac celebrari semper voluerunt, tum illum praecipue, qui propter ciuitatis habitationem ageretur? Quapropter ne urbem, cuius dies festus ageretur, relinquerent, eo die vehiculis vti permissum non est.

SEPTIMONTALIS, e. Adi. Columel. 2, 10, 8 de fabis loquens, Media fementi feri, et pars vltima debet, quae septimontialis fatio dicitur. Suetonius in Domitiano c. 4 Septimontiali sacrorum quidem die, senatui, equitique panariis, plebei sportellis cum opsonio distributis, initium vescendi primus fecit, etc.

SEPTIMONTIVS, i. m. Deus, ap. Tertull. ad Nation. 2, 15.

SEPTINGENTI, ae, a. DCC. [ἑπτακόσιοι] Plin. 35, 2 Et M. Varro benignissimo inuento infertis voluminum suorum foecunditati, nominibus tantum septingentorum illustrium. Liu. 23, 20. Anni septingenti Gell. 20, 1.

SEPTINGENTESIMVS, a, um. Adi. [ἑπτακοσιοστός] Septies centesimus. Liu. 1 in prooemio, Res est praeterea et immensi operis, ut quae supra septingentesimum annum repetatur.

SEPTINGENTIES. Adu. Plin. 36, 15. et Lamprid. in Commod. 11.

SEPTINGENI, ae, a. DCC. Plin. 33, 3 Auri vnciae in septingenas et quinquagenas bracteas. *conf. Lampr. Commod. 10.*

SEPTINGENARIVS, a, um. Adi. *Quod septingentorum numerum complectitur,* [ὁ ἑπτακοσιαῖος, ἑπτακοσιαπλῆς] ut, Septingentarius grex Varro de R. R. 2, 10. In quo septingentae sunt oues.

SEPTIPES, ēdis. Septem pedes longus. Spernit senipodem stilum Thalia, Ex quo septipedes videt patronos Sidon. Carm. 13, 19. *Add. Id. Carm. Epist. 8, 9. Conf. Casaub. ad Suet. Tib. c. 68 ubi ostendit, qui septimum pedem implerent, enormes paene pro gigantibus habitos.*

SEPTIZONIUM, i. n. Aedificium septem Zonarum siue praecinctorum, totidem contignationibus sibi inuicem impositis, quarum ut quaeque superior est, ita est contractior. Videtur duplex fuisse minimum Romae, unum vetus, de quo Sueton. Tit. c. 2 Natus est — prope Septizonium. Ammian. Marcell. 15, 7 Plebs excita — vini causando inopiam ad Septizonium cum conuenisset, celebrem locum, vbi operis ambitiosi Nymphem Marcus condidit imperator. Septizonium nouum sub Palatio a Severo conditum. Spartian. c. 19 Opera publica praecipua eius exstant, Septizonium, et thermae Seuerianae.

75 Multa disputant de his antiquariis.

SEPTVAGINTA. Indecl. LXX. [ἑβδομήκοντα] Cic. Verr. 3, 121 c. 52 Vnus ager Agyrinensis centum septuaginta aratoribus inanius quum sit, vos coniecturam totius provinciae non facietis? Sullus pedum longus septuaginta Columel. de Arbor. c. 4.

SEPTVAGESIMVS, a, um. Cic. de Diuin. 1, 46 c. 23 Cyrus ad septuagesimum peruenit, cum XL annos natus regnare coepisset. Post septuagesimum octauum annum Aur. Victor. Epit. c. 7.

SEPTVAGENVS, a, um. Adi. Distrib. [ἀνὰ ἑβδομήκοντα] Plin. 26, 10 Septuageno coitu durare libidinem contactu herbae cuiusdam, etc. Columel. 5, 2 Hoc in se multiplicato, septuagies septuageni fiunt quatuor millia et noningenti.

SEPTVAGIES. Adu. [ἑβδομηκοντάκις] Vid. proxime praecedens exemplum.

SEPTVAGENARIVS, a, um. Adi. Annos septuaginta natus. l. 5. Dig. de Iure immun. §. 7. Antequam septuagenarius fieret.

SEPTVNXX, uncis. m [ἑπτάχκιον] Pars assis, quae septem duodecimas  $\frac{7}{12}$  continet, id enim est septem vncias: Sequiturque naturam assis, ac de omnibus illis dicitur, quae in duodecim partes diuisa possunt intelligi. Ad iugerum refertur Columel. 5, 1 Pars dimidia et vna

95 duodecima, pedes sexdecim millia et octingentos, hoc est septunx, in quo sunt scrupula CLXVIII. Liu. 5, 24 Triumuirique ad id creati terna iugera et septunces viritim diuiserant. Septuncis auri in singulos pretium conuenit Liu. 23, 19. Septuncem bibere, vid. BIBO.

De hoc Martial. 3, 82, Septunce multo deinde perditus stertit.

SEPTVNICIALIS, e. Adi. [ἑπταχκιοῖος] Sed Septuncialis fatio? Columel. 2, 10, 58. nihil est, vid. SEPTIMONTALIS.

SEPTVPLVS, a, um. Adi. [ἑπταπλάσιος Gloss. Cyrilli.] Vulg. Interpr. Prou. 6, 31 Septuplum reddet fur. *conf. Id. Genes. 4, 24. Hieron. Epist. 1, 8.*

SEPVLCRM, SEPVLTVRA, vid. SEPTELIO.  
SEPVM, vid. SEVVM.

**SEPATIVS**, a, um. Adi. [*σεπτιβος*] Quod ex sepo est: ut Candelae sepatiae. Aul. Gell. Tota domus completur taedis, lucernis, cereis, sepatiis, et caeteris nocturni luminis instrumentis. Quidam legunt Sebatiis.

## S E Q

**SEQVACITAS**, vid. **SEQVOR**.

**SEQVANA**, ae. m. [*Σηκνάνα*] Fluvius Belgarum in Gallia, iuxta quem habitantes, Sequanici dicti sunt: et Sequani Caes. B. G. 1, 1 Gallos (Celtas) a Belgis Matrona et Sequana diuidit. Plin. 4, 17 l. 31 A Scaldi ad Sequanam Belgica. Ab eo ad Germanam Celtica eademque Lugdunensis. Sidon. Paneg. Maior. 208 Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana, Ledus.

**SEQVANICVS**, a, um. Adi. Martial. 4, 19 Hanc tibi Sequanicae, pinguem textricis alumnam.

**SEQVANSVS**, a, um. Adi. Lucan. 1, 425 Optima gens flexis in gyrum Sequana frenis. Plin. 14, 1 sub fin. Aruerno Sequanoque, et Heluico generibus non pridem illustrata. de vitium generibus.

**SEQVAX**, **SEQVELA**, vid. **SEQVOR**.

**SEQVESTER**, is, et e. vel **SEQVESTRIS**, e. et **SEQVE-TER**, tra, trum. [*μωσθηστος, προσωμωστος*] dicitur (inquit Modestinus de Verb. signific. ...) Apud quem plures eandem rem, de qua controversia est, deposuerunt. Dicitur a Sequendo, ut vult Gell. 20, 10 Quod eius, qui electus sit, vtraque pars fidem sequatur. Plaut. Rud. 4, 3, 65 Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum, cuius haec res arbitrato fiat. Idem Merc. 4, 3, 36 Inmo sic sequestro mihi data est. Carne sequestra paulisper Prudent. Hamart. v. 911.

Hic (*Christus*) sequester Dei atque hominum Tertull. de Resurr. Carn. c. 51. conf. Buchner. ad Prudent. de Natali Dom. v. 6 p. 25. Pace sequestra, dixit Virg. Aen. 11, 133 Inducias intelligens, quod sit media inter bellum praeteritum et futurum. Seruius. conf. Stat. Theb. 2, 425 cum not. Barth. p. 499 seqq. Add. Theb. 7, 542. Pacis sequester, Mediator Sil. 6, 347. Lucan. 10, 472. Reddendo

naues, quasi sequestros futuros ordinandae pacis Frontin. Strateg. 1, 4, 13. Sequestrem vocat Asconius in Cic. p. 59. Apud quem pecunia deponitur: *Budseus, Corruptendarum tribuum conductorem.*

Cic. Verr. 2, 108 c. 44 Qui tabulas tenet? qui scribit? qui monet? qui proximus est? is est Caius Clodius, qui in Sicilia sequester istius, interpret, confector negotiorum, prope Collega Timarchidi, numerabatur. Idem pro M. Cael. 16 c. 7 Quod haud scio an de ambitu, et de criminibus istis sodalium ac sequestrium quoniam huc incidi, similiter respondendum putem. Idem pro Cluent. 25 c. 8 Quo sequestre in illo indice corrumpendo dicebatur esse usus. Et Act. 1

in Verr. 36 c. 12 Adulter, impudicus, sequester, conuicium est, non accusatio Cic. pro Coel. c. 13 pr. Hinc extensa latius significatione, Sequestres et confocii in quibusdam malis Firmic. Astr. 3, 13. Sequestres

animum libidinum ministri Id. 6, 31. Hinc Apul. Met. 6 p. 187 Aspis virginalis fugae sequester, i. adiutor et socius. ¶ 2

Sequester, apud Quinctilianum, pro eo, qui a litigatore doctus, docet patronum, 12, 8 Quo modo autem sequester ille et media litium manus, et quidam interpret impendit aequo animo laborem in alienas actiones, quum dicitur ipse non sit? ¶ 3 Fortunam

Sequestrem viri docti Tacito reddunt pro Equestri An. 3, 71 quae deponitam apud se felicitatem, incolumitatemque tueatur. Multa etiam de hac voce Nic. Heinsf. ad Ouid. Fast. 1, 287.

**SEQVESTRA**, ae. f. Fidei Pacis Stat. Theb. 7, 542. Anus quaedam, stupri sequestra Apul. Met. 9 p. 224.

**SEQVESTRARIVS**, a, um. Adi. ut, Sequestraria actio, quae aduersus sequestrem datur. l. 12 D. Depositi §. cum sequestre. Cum sequestre (inquit Pomponius) recte agatur depositi sequestraria actio. Sequestraria Seium conuenire potes l. 9 §. 3 D. de dolo malo.

**SEQVESTRATIO**, ōnis. f. est Rei controuersae quaedam depositio. Est autem duplex, Voluntaria, quando partium consensu deponitur res litigiosa. Et haec semper potest fieri ante iudicium, vel pendente iudicio. l. 1. in principio D. depositi. l. Si soluturus. D. de solutionib. Quaedam vero est Contentiosa, seu ut nonnulli vocant, Necessaria sequestratio, quae per iudicem decernitur causa cognita, etiam inuitis utrisque litigatoribus, aut altero eorum petente. Vid. tit. C. de prohib. sequestrat. Sequestratio ecclesiae Ambros. de Spiritu S. 1, 1.

**SEQVESTRATOR**, ōris. m. Symmach. Epist. 8, 54.

**SEQVESTRATORIUM**, i. n. Locus, ubi aliquid deponitur. Tertull. de Resurr. Carnis 52 Sequestratorium seminibus terra est illic deponendis et inde recipiendis.

**SEQVESTRVM**, i. n. Idem fere quod Sequestratio. Paullus lib. 9. Ad Edictum, Proprie (inquit) in sequestro est depositum, quod a pluribus in solidum certa conditione custodiendum reddendumque traditur. l. 6. Depos. vel contr. Et omissa Praepositione Cato de Ptolemaeo contra Thermum, Per deos immortales, nolite vos sequestro ponere: apud Gellium 20, 10. Sequestro mihi data est Plaut. Merc. 4, 3, 36.

Aut ad arbitrum reditur aut sequestro ponitur Plaut. Rud. 3, 3, 79.

**SEQVESTRO**, āre. Deponere. Prudent. Hymn. Exeq. 127 Hominis tibi membra sequestro. Corpora medicata monumentis et Mausoleis sequestrantur Tertull. de Resurr. Carn. c. 26. add. Id. adu. Valent. c. 25. Vir ab infamia sequestrandus Sidon. Epist. 1, 11. i. femouendus.

**SEQVESTRATVS**, a, um. Macrob. Saturn. 7, 11. Sequestrata verecundia. i. Seposita. Ammian. 20, 7 Sequestrata ira. Sequestratae sollicitudines bellicae Id. 18, 1.

**SEQVESTRATIM**. Adu. Separatim. Cassiodor. Varr. 11, 1 Quaeratis forsitan sequestratim Principis bona.

**SEQUIOR**, us. Deterior. Vlp. in l. 8 Cum hi. §. 11 Sed et personarum. D. de transact. Sed et personarum contemplatio habenda est, hoc est, cuius vitae sint hi, quibus alimenta relicta sunt: vtrum frugi vitae, et qui alias sufficere sibi possint: an sequioris, qui de alimentis pendeant. Defendit hanc lectionem Cuiac. Obs. 1, 3 ab emendare volentibus in segnioris aut nequioris. Apul. Met. 7 p. 191, 8

Sumta veste muliebri florida — et in sequiorem sexum insertus atque absconditus etc. Et 10 p. 249, 38 Mandauit vxori suae — ut si sexus sequioris edidisset fetum, protinus quod esset editum necaretur.

Ammian. Marc. 18, 6 p. 215 Gron. Ut si Persae frustra habitum reddissent ad sua, Ducis noui virtuti facinus assignaretur egregium: si fortuna sequior ingruisset, Vrsicinus reus proditor reip. deferretur. Laudatur etiam Iuret. ad Symmach. 10, 49. ¶ 2 Sequius

n. cum multo frequentius per C scriptum inueniatur, damus in SECIVS.

**SEQVOR**, sequutus, vel ut plerumque scribitur, secutus sum, sequi.

- [*ἔπομαι, ἀκολουθεῖν, ὀπηδεῖν, ὁμαρτεῖν,*] *Comitari ita, ut posterior sis, altero quem sequeris praecedente: deinde facere, quod alius vel faciendo vel iubendo, suadendo etc. praecipit, ut et imitationem complectatur, et obsequium. Denique significat aliquid petere tanquam finem sibi propositum,*
- 5 *tanquam feram, quam capere velis.* Ter. Andr. 1, 1, 101 *Funus* interim procedit, sequimur, ad sepulcrum venimus. Varro de R. R. 1, 47 *Nam aridae factae herbae rixantur, ac celerius rumpuntur, quam sequuntur.* Cic. Off. 1, 110 *Neque enim attinet repugnare naturae, nec quidquam sequi, quod assequi non queas.* Perque niues
- 10 *Alium perque horrida castra secuta est* Virg. Ecl. 10, 23 *de amica. conf. Gronou. ad Liu. 28, 18.* A tergo sequi Virg. Aen. 1, 190. *Amicum sequi, Facere quod amico placet, quod ipse facit.* Cic. de Amicit. 43 *Quare talis improborum consensus non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est:*
- 15 *ut ne quis concessum putet, amicum bellum patriae inferentem sequi.* Plaut. Merc. 4, 6, 5 *Quidquid complacitum, id sequuntur, tanquam finem.* Cic. de Finib. 2, 39 c. 13 *Huius ego nunc auctoritatem sequens, idem faciam, vid. AVCTORITAS.* Auspiciam, vid. MOX
- 20 *Secum sequi. Campum sequi, i. frequenter adire* Sil. 2, 87 *ubi multa similia Drakenb.* Ex noto fictum Carmen sequar Hor. A. P. 240 *tanquam finem, quem efficere studeam.* Cibum sequitur somnus tempore, et tanquam causam Lucret. 4, 951. Compendia temporis sequi Columel. 9, 4. *studere brevi tempore efficere.* Cogitationes laetus euentus sequatur Plin. Epist. 10, 9. Consilia alicuius sequi
- 25 *Vell. Paterc. 2, 72, 3.* Consuetudinem sequi Plin. Epist. 2, 6. *Disciplinam Philosophorum sequi* Cic. Acad. 4, 7. *Discordia vadit, hanc Bellona sequitur* Virg. Aen. 8, 703. *Ducem Agamemnonem secuti bello duo filii Aesculapii* Cels. 1 praef. Caes. Bell. Civil. 3, 102 *Quicumque Ex fuga Pompeium sequerentur, atque in insulam venissent, oppido ac portu recepti erant. i. Quicumque fugerent, et sequerentur Pompeium.* Famam sequi Hor. in Arte Poet. 119. *ea scribere, quae fama perhibet.* Sed aliter Virg. Ecl. 6, 71 *Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam Fama secuta est — Dulichias vexasse rates.* Nempe ut umbra corpus sequitur, sic fama ea, quae gesta sunt.
- 35 *Scyllam sequitur fama, vexasse: cum Scyllae mentio sit, hoc additur etc.* Fames sequuta est Plin. 7, 3. Feras sequi Ouid. Met. 2, 498. Caes. Bell. Gall. 5, 2 *Ex qua Mandubratius adolescens Caesaris fidem sequutus, ad eum in continentem Galliam venerat. i. promissionibus illius fretus.* Conf. ibid. c. 54. Et Bell. Gall. 4, 21.
- 40 *Cic. de Diuin. 2, 17 Quod fidem sequutus amicitiamque Populi Romani functus sit officio.* Fidem ergo alterius sequi, est amicum illi esse, quem fidelem putes. Contra Fortunam suam sequi Liu. 22, 27. *adiungere se felicibus.* Quinctil. 12, 11, 4 *Neque enim minores cum, cum id fecerit Fructus studiorum sequentur.* Gratiam Caesaris
- 45 *Caes. Bell. Civil. 1 pr.* Imperium; vid. mox Sectam sequi. *Intervallo magno sequi aliquem* Caes. Bell. Gall. 1, 32. Cic. ad Brut. 8 *Optimus enim quisque vir, et civis maxime sequitur tuum iudicium, tibi que omnes fortes viri nauare operam et studium volunt.* Lites sequi Ter. Adel. 2, 2, 40. *facere litium causa, quae alias nolis.*
- 50 *Vt Magistrum sequi* Plin. Epist. 5, 15. *imitari, sectari audiendi causa etc.* Matrimonium diuitis sequi Idem ibid. 8, 18. Virg. Aen. 3, 188 *Cedamus Phoebis, et moniti Meliora sequamur, ut scopum.* Cic. pro Muraen. 19 *Seruius hic nobiscum hanc urbanam Militiam respondendi, scribendi, cauendi, plenam sollicitudinis ac stomachi sequutus est.* Ab hoc genere sequendi sectae nomen. Mores, vid. Studia sequi. Cic. Off. 1, 22 *In hoc Naturam ducem debemus sequi, et communes utilitates in medium afferre.* Idem de Legib. 1, 56 *Sed certe ita res se habent, ut ex natura vivere, summum bonum sit, id est, vita modica et apta virtute perfrui, aut Naturam sequi, aut eius quasi lege vivere, id est, nihil quantum in ipso est praetermittere, quo minus ea, quae natura postulet, consequatur.* Nomen alicuius Cic. Fam. 13, 35. *i. assumere, eo uti ut suo.* Necessitas militandi sequitur vos, quam fugitis Liu. 3, 68. Nos sequitur non nisi necessarius librorum numerus Scribon. Ep. fin. *i. habemus ad man-*
- 65 *num.* Obscuritas sequitur hoc male imitantes Quinctil. 8, 3, 82. *tanquam effectus causam.* Cic. de Finib. 2, 68 *Tamen ea faciatis, e quibus appareat, non voluptatem vos, sed Officium sequi, ut finem.* Sic Idem Off. 1, 35 *Sed credo illos secutos Opportunitatem loci, maxime ne possit aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari.*
- 70 *Ordinem vitae sequi* Plin. 12 prooem. Otiose sequi, vid. OTIOSVS, in OTIVM. Pedibus sequi Liu. 34, 7. Poena damnatum sequitur Caes. Bell. Gall. 1, 4. Pone sequi Claud. in prim. Conf. Stil. 2, 453. Promissa sequi Liu. 24, 20. ut Fidem. Cic. pro Quint. 94 *Non vsque eo tamen, ut in capite fortunisque hominum honestissimorum dominantur hi, qui relicta bonorum virorum disciplina, et Quaestum et Sumtum Gallonii sequi maluerunt.* Extremam Rationem belli sequens Caes. B. C. 3, 44. *i. persequens.* Ratione sequi voluptatem Cic. de Finib. 1, 17. Sectam, Imperium, Auspiciamque alicuius sequi Liu. 29, 27. Caes. Bell. Civil. 1, 2
- 80 *Inuiti et coacti Scipionis sententiam sequuntur.* Cic. de Finib. 2, 55 *Vnde si secutus esset eorum sententiam, qui honesta et recta emolumentis omnibus et commodis anteponerent, numum nullum attigisset.* Sponte sequi Quinctil. 5, 10. Cic. de Amicit. 76 *Disparis enim Mores disparia Studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias.* Idem de Amicit. 101 *Amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quaesita: quae tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus sis sequutus.* Verba praeviam rem haud inuita sequentur Hor. Art. Poet. 311. Vid. Burm. ad Quinct. Decl. 13, 17 p. 292. Cic. pro Caecin. 49 *Nonne si Verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est, cum detrudi, cui manus afferantur? i. interpretari formulam ex vi verborum.* Vestigiis sequi hostem Liu. 9, 45. Voce aliquem sequi Virg. Aen. 9, 17. ¶ 2 *Observationem peculiarem merentur ista: Sequitur, absolute positum pro conueniens, utile est, item pro facile est, putant viri docti* Ouid. Her. 4, 9 *Qua licet, et sequitur, pudor est miscendus amori.* Sed retrahendus est *Nominatius Pudor.* Pudor sequitur velut inuentem, aut vocantem. Saepe ita Quinctilianus, v. g. 2, 14, 1 *Non omnia nos ducentes a Graeco sequuntur, sicuti ne illos quidem, quoties suis utique verbis signare nostra voluerunt.* Et 8, 6, 24 *Refert autem in quantum dictus tropus oratorem sequatur, i. in quantum adhiberi se patiatur.* Et 10, 2, 26 *In tanta rei difficultate vnum intuentem vix aliqua pars sequitur.* Vid. p. a. Verba sequuntur. Caeterum absolute s. intellectu Pronomine demonstratiuo, interdum ponitur, omnino interdum sequitur. Pona-
- 105 *mus primo alterumque exemplum, ubi exprimitur:* Cic. Acad. 4, 78 *Illud*

Illud certe opinione et perceptione sublata sequitur, omnium assentionum retentio. Hoc tuum officium cum mihi gratissimum esse dicam, sequitur illud, ut te existimare velim etc. Cic. Fam. 3, 5, 4. *Alias Pronomen intelligitur*: Sequitur videre (*illud, ut videamus*) de eo, quod veteres constituerunt Paull. in l. Si feruum §. sequitur ff. de verbor. obligat. Cic. de Finib. 2, 24 Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Idem de Fato 18 Nec si omne enunciatum verum aut falsum est, sequitur illico, esse causas immutabiles et aeternas. Sequo in actiua forma etiam dixisse veteres, testis est Priscianus 8 p. 799. unde et Insequo de quo f. l. Vid. Gell. 18, 9.

SEQUENS, entis. Partic. Annus sequens Caes. Bell. Gall. 8, 50. Anni sequentes Quinctil. 1, 1. Annona Stat. Silu. 4, 9, 17. Curator l. 7 §. 2 D. de curat. furios. Oculi sequentum Virg. Aen. 6, 200. Panis sequens Lamprid. in Alexandro Seu. c. 37. i. secundarius. Africanus sequens Plin. 7, 44 et 59. i. minor f. iunior. Vid. Quinctil. 4, 5, 13 et 17. it. 4, 3, 9. Sequens est ab eadem origine, e qua Secundus.

SEQUENTIA, ae. f. Multiplicatio in amplioribus modulis seruire sequentiae suae regulam debet Frontin. de Aquaed. p. 233. Add. Iustinian. de iur. dic. rat. §. 1.

SECVTVS vel SECVTVS, a, um. Partic. Plin. 13, 22 ad finem, Nero Caesar claritatem ei dedit initio imperii nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens sibi cum ture ceraque, et sequuto die contra famam cutem sinceram circumferens. de Thapsia. Amicitiae causa Caesarem secuti Caes. B. G. 1, 39. Heluetii cum omnibus suis carris secuti Idem B. G. 1, 24. Add. Pallad. Aug. 4, 8.

SECVENDVS, a, um. Partic. Pass. Tryphonius in l. penult. D. de curatoribus furioso dandis, Per omnia iudicium testatoris sequendum est. Vlpian. in l. Item videndum D. de petitione hereditatis, Octaeni sententia sequenda esse videtur. ¶ 2 Ex Sequendus, i. qui sequi debet, sequiturque adeo, f. sequendus, ortum videtur numerales Secundus. v. v.

SECVTIO, vel SECVTIO, onis. f. Gell. 18, 9 Secta et secutio consuetudine loquendi differunt. Secutio Dei appetitus beatitatis est: consecutio autem, ipsa beatitas Augustin. de morib. eccl. Cathol. c. 11 pr.

SECVTOR, vel SECVTOR, oris. m. [*ἀκόλαστος* Gloss. Lat. Gr.] Acerrimum relinquens vxori sequotorem, securam dirigit perfectionem Apul. Met 9 p. 224. i. obseruatorem. Add. Idem l. 4 p. 148 Elm. Gladiatorum quoddam genus Secutores dicti. Idem 18, 55

Secutor est ab insequendo retiarium dictus. Gestabat enim cuspidem et massam plumbeam, quae aduersarii iaculum impediret, ut antequam ille feriret recte, iste superaret. Ista armatura sacrata erat Vulcani: Ignis enim semper insequitur, ideoque cum retiario componebatur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt. Conf. MIRMILLO et RETIARIVS. Iuuen. Sat. 8, 209 Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni Vulnere, cum Graccho iustus pugnare sequitor. Sunt plura in l. c. Iuuenalis, quae ad totam rem declarandam pertinent. Altius impresso dum palpitat ense secutor Prudent. adu. Symm. 2, 1100. Suet. in Calig. c. 30 Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine villo, totidem sequotoribus succubuerant, quum occidi iuberentur, vnus resumta fuscina, omnes victores interemit. Conf. P. Victor. ad Cic. Att. 7, 14 p. 716. Lips. Saturn. 2, 7.

SECVTVLEIA, ae. f. Quae virum sectatur. Petron. 81 Tanquam mulier secutuleia vnus noctis pactu omnia vendidit.

SECVELA, ae. f. [*ἀκολουθία*] Scaeuola in l. 93 Si duo rei ff. §. 3 de solut. Vt vbi ea obligationi, quae sequelae obtinet locum, principalis accedit, confusa sit obligatio: quoties vero duae sint principales, etc. Vlpian. l. 14 D. §. 15 de furtis, Item si iumenta tibi commodauero, quorum sequela erat equuleus. Est igitur Sequela appendix, accessorium. Pro ipsa re, quae ex alia naturaliter oritur, eamque adeo sequitur, Lactant. de Opific. Dei 4 Mors sequela morborum est. Immortalitas, non sequela naturae, sed merces praemiumque virtutis est Lactant. 7, 5. Conf. Tertull. de Patient. c. 5.

SECVAX, aëis. Adi. [*ἀκολοθητικός*] Quod facile sequitur. Plin. Paneg. 45 Flexibiles quameunque in partem ducimur a principe, atque ut ita dicam, sequaces sumus. Vid. Plin. 11, 37. Bitumen sequax, Lentum, et quod attactum digitos sequitur, picis vel visci more Plin. 7, 5. Capreae sequaces, i. e. Persecutrices, ut ait Seruius. Vineza enim sequuntur, et eis plurimum nocent, Virg. Georg. 2, 374. Currae sequaces Lucret. 2, 47. Nam neque Decedit aerata triremi, et Post equitem sedet atra cura Hor. Od. 3, 1, 35. Virg. Aen. 8, 432

— Sonitumque metumque Miscebant operi, flammisque sequacibus iras. h. c. Persequutricibus. Seruius. Furni sequaces Virg. Georg. 4, 230. Hederac sequaces, quae repunt ad alias arbores et se applicant Perf. in Prol. 6. Lanac sequaces Martial. 13, 57. in nendo. Latio dare terga sequaci, Latinis persecuentibus Virg. Aen. 10, 365. Malum sequax, de scabie Grat. Cyneg. v. 410. Materia sequax, pro Inhaerente Plin. 11, 2. Mores sequaces, Qui sequuntur cuiusque naturam Lucret. 3, 316. Oculi sequaces Stat. Theb. 3, 500. Calpurn. Ecl. 1, 31 Oculoque sequaci Quam primum nobis diuinum perlege carmen. Telum sequax Sil. 15, 723. quo persequimur hostem. Vndae sequaces, i. e. Persecutrices, Seruius ad Virg. Aen. 5, 193. Compar. Plin. 36, 26 Nec est alianunc materia sequacior, aut etiam picturae accommodatior, tractabilior, quae facilius accipiat figuras omnes. De vitro et similibus loquitur.

SECVACITER, Adu. Arnob. 2 p. 49 Concludere acutissime syllogismos, ordinare sequaciter inductiones suas. Rursus lib. eodem, p. 75 extr. Non enim si negemus muscas, scarabeos, et cimices omnipotentis esse opus regis: sequaciter postulandum a nobis est, ut quis ea fecerit dicamus. Vulgo dicunt Consequenter Dialectici.

SECVACITAS, atis. f. Sidon. Epist. 4, 11 Pigra sequacitas. Saltuosa scribarum Sidon. Ep. 9, 9.

SECTOR, ari. Frequent. [*ἀσπερίω, ἀσπερίζω*] Sectari dicitur, qui aliquem sequitur quacunque causa frequenter. Cic. Verr. 4, 148 c. 66 Qui illic eiusmodi est, ut cum pueri sectentur, ut omnes, quum loqui coeperit, irrideant. Idem in eund. 2, 169 Is praetorem circum omnia fora sectaretur. Et pro Muraen. 70 c. 34 Sectari aliquem totos dies. Aliquem pennis sectari Ouid. de Arte Am. 2, 57. Foecundi leporis sapiens sectabitur armos Hor. Serm. 2, 4, 44. Levia sectantem nerui deficiunt Hor. in Arte Poët. 26. i. Eneruatos versus scribit, qui dat operam, ut scribat delicatos et molles. Aratrum sectari Tibull. 2, 3, 17. Plaut. Milit. 2, 2, 27 Respondit se se-

- ctari simiam. Ter. in Prol. Phorm. 6 Adolescentulum ceruam videre, fugere, et sectari canes. Virg. Ecl. 3, 75 Si, dum tu sectaris apros, ego retia seruo. Leporem sectari Hor. Serm. 2, 2, 106. *Speciatim ad disciplinam omnem pertinet v. g.* Ter. Eun. 2, 2, 31 Ibi homo coepit me obsecrare, vt sibi liceret discere id de me. Sectari iussi, Si potis est, tanquam Philosophorum habent disciplinae ex ipsis Vocabula, parasiti itidem vt Gnathonici vocentur. Sectabar eum discendi gratia Gell. 13, 17. Add. Idem 6, 6.
- SECTO, are. *Actiue apud antiquos, teste Prisciano l. 8 p. 799 unde* Sector Passiue, apud Varr. de R. R. 2, 9 Velle se a cane sectari.
- SECTATIO, onis. f. Tertull. ad Vxor. 1, 6 Homines etiam boni sectationibus perdere, dicitur *Satanas, i. dum bona sectantur.*
- SECTATOR, oris. m. [*ἀκόλαστος, αἰρετικός*] Qui sectatur, *speciatim, qui honoris, et suffragiorum parandorum causa Candidatum ducit, comitatur, affectatur.* Lex Fabia de numero sectatorum Cic. pro Mur. 70 c. 34. Cato ibid. Quid opus est, inquit, sectatoribus. Plin. 18, 28 Hoc postea Sestius e Romanis sapientiae sectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Gell. 1, 3 Sectatores Philosophiae. Philosophorum Idem 1, 9. Eloquentiae Idem 19, 5 pr. Conf. INSECTOR.
- SECTANS, antis. Part. Spem sectans lucri Ascon. Ped. in Verr. de Praet. Urb. p. 84.
- SECTANTIA, ae. f. Erroris sui vitare sectantiam Virg. apud Barth. Adu. 14, 3.
- SECTATVS, us. m. In sectatu auaritia Sarisb. 5, 15.
- SECTATRIX, icis. f. Apul.
- SEQUIPEDA, ae. c. Sequipeda canis Sarisber. 1, 13. Sequipedarum comitatu stipari Idem 3, 6. Idem quod Pedisequa.
- SECTA, ae. f. [*αἰρεσις*] *Disciplina, aut institutum quodcumque, in quantum pluribus commune est, et ab imitatione alicuius proficiscitur.* Saepe de Philosophorum familiis, vt Cic. Bruto 120 c. 31 Quo magis tuum, Brute, iudicium probo, qui eorum, id est ex vetere Academia Philosophorum, sectam secutus es. Quinctil. 1, 10, 15 Et eius sectae, quae aliis seuerissima, aliis asperrima videtur, principes in hac fuisse sententia. Idem 5, 7, 33 Secta Epicuri. Et 12, 2, 23 Quaestio exoritur, quae secta conferre plurimum eloquentiae possit. Et vniuersim de studio Philosophiae 12, 2, 6 Qua propter haec exhortatio mea non eo pertinet, vt esse oratorem Philosophum velim, quando non alia vitae secta longius a ciuilibus officiis, atque ab omni munere oratoris recessit. Nempe Secta est institutum et propositum. Sic Placeat tibi semper haec secta Plin. Paneg. c. 85. Cic. pro Cael. 40 Qui hanc sectam rationemque vitae re magis quam verbis secuti sumus. Conf. Plin. Paneg. c. 45. Quos (latrones) ad istam sectam paupertatis necessitas adegit Apul. Met. 4. Rursus in bonam partem Sectam vocant Christiani suum institutum. Christi Prud. in Romano v. 125. Christiana Tertull. Apol. c. 40. Dei Idem ibid. c. 39. Conf. ibid. c. 46 cum notis Heraldii. Inmota Catonis secta Lucan. 2, 381. Exsequi sectam alicuius Catull. de Berecint. f. 61, 15. Cic. de Nat. Deor. 2, 57 Omnis natura artificiosa est, quod habet quasi viam quandam et sectam, quam sequatur. Hostes omnes iudicati, qui M. Antonii sectam secuti sunt Cic. ad Brut. Ep. 3. Idem Verr. 5, 180 c. 70 extr. Horum nos hominum sectam atque instituta persequimur. Qui meam sectam, imperium, auspiciamque sequuntur Liu. 29, 27. Colum. 2, 2, 21 Quare antiquissimi fere omnes formam huius operis conscripsere, quam velut sectam legemque in profcindendis agris sequuntur agricolae. Sic vet. editt. A Victorio inde editur scita.
- SECTARIVS, a, um. Adj. Vt, Veruex sectarius, Qui gregem agnorum praecedens ducit, Festus. Plaut. Capt. 4, 2, 40 Qui Petroni nomen induit verueci sectario. Cato de R. R. 150 Porcos sectarios habent editt. vet. Sed a Victorio est Serarios, qui sero lactis ouilli pascentur.
- SECTACVLA, ae. f. [*αἰρεσίδιον*] Dimin. a Secta; quasi Sequela quaedam et propagatio. Auctor vnus laudatur Apuleius Met. 5 p. 80, 17 Colu. Occipiunt sciscitari, qualis ei maritus, et vnde natalium sectacula pro-eniret. Sed Elmenb. p. 165, 32 Secta cuius. Nihil certi: nec sanus locus.

## S E R

- 70 SER, [*σῆρ*] Graecis dicitur vermiculus apud Seres, qui Sericum procreat. Vid. Bayf. de Re vestiariar. 5. Salmas. ad Tertull. Pall. p. 247 sq. Item nominis Seres singulare. Sidon. Carm. 5, 43 Assyrius gemmas, Ser vellera, tura Sabaei. Vid. SERES.
- 75 SERA, ae. f. [*μοχλὸς δίψος* Gloss. Lat. Gr.] Instrumentum, quo clauduntur ostia: proprie vectis vel pessulus transversus valuae haerens, qui immitti postquam queat: elateres, clauis etc. accessoria sunt. Opposita ianua sulca sera Ouid. A. A. 2, 244. Excute poste seram, aliquoties ad Ianitorem Ouid. Am. 1, 6, 24 sq. Iuuen. Sat. 6, 346 Pone seram, cohibe, sed quis custodiet ipsos Custodes? Varro de L. L. 6, 6 p. 82 extr. Nec satis Resarrire (referare?) ab Serra (Sera?) dictum, id est aperire: hinc etiam Serac, quibus remotis fores panduntur. Asserere manum est admouere, quod ea quoque, quae in terram dimittuntur, feri dicuntur: vnde etiam serac appellantur, quia foribus admotae opponuntur, defixae postibus, quemadmodum ea, quae terrae inferuntur. Festus. Sera ergo postis defixa impedit, ne aperiri ianua queat. Transuersae Colum. 9, 1, 6. i. vectes per vacerras transmissi. Dura sera Tibul. 1, 2, 6. Rigidae serae Ouid. Fast. 1, 124. Mille domos claufere serae Ouid. Met. 8, 629. Primam indifferentem perperam statuit. Erythraeus Ind. in Virg. vid. Drakenb. ad Sil. 13, 252.
- 80 SERVLA, ae. f. Ignem Prometheus in serula detulit in terras Hygin. fab. 144. Sic nescio vnde ponitur. Sed est sine dubio ibi serula. Ergo nondum habet auctorem Serula.
- 95 SERANVS, an SERRANVS, i. m. [*Σερανός*] Romanum cognomen: v. g. Qu. Atilius Cincinnatus Seranus: cui quum suum agrum et araret et fereret, Dictatura ei a Populo Romano delata est. Vnde a ferendo Seranus appellatus est. Vid. SERRANVS. Conf. Plin. 18, 3. Sil. 6, 62. Seranus, Satira Varronis.
- 100 SERAPEVM, i. n. [*σαρᾶπειον*] Templum Serapidis Ammian. 22, 16.
- SERAPHIM. Vox est Hebraica Pluralis numeri, idem significans, quod Igniti, candentes, a verbo שרף saraph, succendo, vxo, exuro, comburo. Vt Numeri 21 Misit Dominus in populum hannaesim baseraphim, id est ignitos serpentes. Significat et certum ordinem Angelorum, generis



*neris tam Masculini quam Neutri.* Isaiae 6 Seraphim stabant subter illud. *Ibidem*, Et volauit ad me vnus de Seraphim. Diuus Hieronymus ad Furiam: Haec sunt duo Seraphim ter glorificantia Trinitatem.

SERAPIAS, ae. f. [*ἄραξις, ὀρχάνιος*] *Herba, quae et Orchis dicitur, quod (inquit Dioscorides) eius radix inter pauca sit utilis. Dicitur et Cynorchis, Latine Testiculus canis, quod nomen vulgus retinet. Aëtius et Paullus Aegineta Triorchin appellant, a tribus testiculis in radice dependentibus.* Plin. 26, 10.

SERAPINVS, vid. SERAPIS infra.

SERAPION. [*Σεραπίων*] *Pictor cognominatus Rhyparographus, Plin. 35, 10. ¶ 2 Medicamentum ap. Cels. 5, 28, 17 extr. Item Serapion, herba Serapias sic vocatur apud Apul. de Herb. 15.*

SERAPIS, idis. f. [*Σεραπίς*] *Serpens; Deus apud Aegyptios, similis ei, qui apud Graecos Pluto, quem colunt, qui Nilum inhabitant. Tacit. Hist. 4, 84 Monitu Serapidis Dei, quem dedita superstitionibus gens ante alios colit. Martial. 9, 30 Heu quae lingua filet? non illam mille catastrae Vincebant, nec quae turba Serapin amat. Mart.*

*Capella ausus est corripere penultimam, lib. 2 Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirin. Plin. 37, 5 Apion cognominatus Plistonices, paullo ante scriptum reliquit, esse etiam in labyrintho Aegypti colosum Serapin e smaragdo nouem cubitorum, vid. OSIRIS. Huius meminit Cic. de Nat. Deor. 3 c. 19. Idem de Diuin. 2, 123 c. 59 An Aesculapius, an Serapis potest nobis praescribere per somnium curationem valetudinis: Neptunus gubernantibus non potest etc.*

SERAPICVS, vel SERAPINVS, a, um. Adi. *Coena Serapica, i. Sumtuosa, vt Romanorum Pontificales Tertull. Apol. 39. Al. Serapiaca. Serapini Ammian. 28, 4 inter nomina corruptorum ex plebe Rom. hominum.*

SERAPTA *urbis Sidoniae nomen, quae nostris fere Sarepta vocatur. Hinc*

SERAPTENVVS, a, um. Adi. *Vini praesertim nobilis epitheton. Sidon. Carm. 17, 15 Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna, Quaeque Serapteno palmitis missa bibas. Sed Fulgent. Mythol. 2, 15 Indis assignat Seraptenum et Meroitanum. Vid. hic Munckerus, it. Sauro ad Sidon. l. c. et Rittershus. ad Corippum 3, 88. Reland. Palaestin. lib. 3 p. 985 sq.*

SERENA, ae. f. [*Σερανή*] *Vxor Stiliconis, socrus Honorii Imperatoris, qui Mariam filiam ipsius, uxorem duxit, cuius laudes eleganti carmine celebravit Claudianus. Docta Serena Claud. de concha 3.*

SERENVS, a, um. Adi. [*εὐδίας, αἰθρίας*] *Significat Tranquillum, sine nubibus, sine imbre, forte quod id maxime tempus sationi s. ferendo aptum sit. Plaut. Merc. 5, 2, 35 Hic Fauonius serenus est, hic Auster imbricus. Aestas serena Virg. Aen. 6, 707. Caelum serenum*

*Martial. 1, 170. — Serenius Idem 4, 64. Color serenus, Lucidus Plin. 9, 35. Sil. 15, 53 Sed current albusque dies horaeque serena, i. Vita felix et sine perturbatione. Hiemes serena Virg. Georg. 1, 100. Lumen serenum Lucret. 2, 149. Lux serena*

*Virg. Aen. 5, 105. Lux serena et tranquilla ex turbido die Liu. 1. Nubes serena, Siccae Virg. Georg. 1, 461. Nonius. Sidera serena Lucret. 4, 213. Tempestas serena Sueton. Vesp. c. 10. Venti sereni Ouid. Fast. 1, 681. Vnde serenus Ventus agat nubes*

*Virg. Georg. 1, 461. Ver serenum Idem Georg. 1, 340. ¶ 2 Ad alia transfertur, quae a tranquillitate, benignitate, felicitate laudare volunt. Animus serenus Ouid. Trist. 1, 1, 39. Doctrina serena Lucret. 2, 8. Cic. Tusc. 1, 31 c. 15 Nec vero eadem frons erat,*

*quae M. Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius, sed tranquilla et serena. Martial. 7, 11. Grauitate serena plenus vultus Lucan. ad Pison. 88. Ore sereno annuere Martial. 2, 24. Pectora facta serena Ouid. Trist. 1, 9, 40. Nubila nulla grauant*

*populum sub Rege sereno Fortunat. 3, 2. Lucret. 2, 1093 Nam (pro sancta deum tranquilla pectora pace Quae placidum degunt aeuum, vitamque serenam!) Vultu sereno fortis Hor. Carm. 1, 37, 26. — Serenior Apul. Met. 8 p. 204. Vultu ridet*

*fortuna sereno Ouid. Trist. 1, 4, 27. ¶ 3 Serenissimi, titulo Principes honorantur in utroque Codice, ap. Symmachum etc. Barthius Aduers. 143, 3. Serenissimo principi supplicare, dixit*

*Iustinianus in l. Imperialis beneuolentiae §. similis vero De nuptiis, Sed et si (inquit) non serenissimo principi supplicauerim, etc.*

SERENVM, i. n. [*αἰθρία, εὐδία* Gloss. Lat. Gr.] *Virg. Georg. 1, 394 Nec minus ex imbris foles, et aperta serena Prospicere. Blandisque salubre Ver zephyris, tepido mulcebat rura sereno Sil. 12, 4. Caligo in terras nitido resoluta sereno Sil. 5, 58. Sereno, Ablatiuus, pro Sereno tempore, cui Nubilo opponitur. Plin. 11, 24 Aranei sereno non texunt, nubilo texunt. Liu. 31, 12. Conf. Sen. 75*

*Nat. Quaest. 2, 18. Plin. 11, 24. Pallad. 1, 30. SERENE. Adu. Compar. ap. August. de Trin. 8, 9.*

SERENO, are. [*αἰθρίω*] *Serenum reddere, et clarum. Virg. Aen. 1, 259 Olli subridens hominum sator, atque deorum, Vultu quo caelum, tempestatesque serenat. Plin. 2, 6 de Sole, Atque etiam nubila humani animi serenat. Domum serenare largo igne, Laetificare, illustrare Stat. Achill. 1, 120. Aflatibus viuis ora serenat*

*Stat. Theb. 2, 57. Virg. Aen. 4, 477 Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat. Tristitia fronte serenare Sil. 11, 369. i. dissimulare.*

SERENATVS, a, um. Part. [*ἡθραιώμενος*] *Sil. 12, 637 Ecce serenato clarum iubar emicat axe. Serenata caeli temperie Ammian. 27 extr. Blandâ serenatum circumdant gaudia vultum Fortunat. 6, 4. Phoebus serenatus, pro Placato Sil. 5, 181.*

SERENATOR, oris. m. *Iouis cognomentum apud Apul. de Mundo p. 75.*

SERENITAS, atis. f. [*αἰθρία, εὐδία, γαλήνη* Gloss. Lat. Gr.] *Tranquillitas, claritas. Plin. 10, 67 Salamandra magnis imbribus proveniens, serenitate deficiens. Add. Idem 18, 35. Tempestatem subita serenitate discussit, ortus principis Curt. 10, 9, 5. Cic. de Diuin. 2, 94 c. 45 Haec igitur cum sit tum serenitas, tum perturbatio caeli, estne sanorum hominum hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere? quod certe non pertinet. Tranquilla serenitas est Liu. 2, 62. Idem 26, 11 Acies instructas tempestatum diremit: vbi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. Non nimis credere serenitati praesentis fortunae, prudentis hominis est Liu. 4, 2, 62. Plurali: Columel. 3, 1 extr. Vitis imbribus magis quam serenitatibus offenditur. ¶ 2 In titulis honorum: Sagittandi peritiam in serenitate tua Bersa miratur Veget. de re Milit. 3 epil. ad Imperatorem. Imp. Iustinianus Nou. 115 pr. Peruenit*

ad scientiam nostrae Serenitatis. Et c. 5 Sola est nostrae Serenitatis intentio. Quod l. 2 C. Th. de pactis et transact. Praefecto vrbis tribui videtur ab Imp. Valentiniano et Valente titulus Serenitas tua, emendandum vidit Iac. Gothofredus Sinceritas tua.

5 SERENIFER, Æra, Ærum. Adi. Auien. in Arati Phaenom. 989 Axe sereniferi descendit fol Aquilonis. Conf. Prognost. Arati v. 413.

SERES. [Σήρες] Scythiæ Asiaticæ populi, a quibus Sericum. Marcellinus 23, 6 Agunt ipsi quietius Seres, armorum semper et praeliorum expertes: vtique hominibus sedatis et placidis est otium voluptabile; nulli finitimorum molesti. Cæli apud eos iucunda salubrisque temperies: aëris facies munda, leniumque ventorum commodissimus flatus, et abunde silvæ subluclidæ: a quibus arborum fetus aquarum asperginibus crebris velut quaedam vellera mollientes, ex lanugine et liquore mistam subtilitatem tenerrimam pectunt: nentesque subtemina, conficiunt Sericum ad vsus antehac nobilium, nunc etiam infimorum sine vlla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi pacatoris vitæ cultores, vitant reliquorum mortalium coetus: quumque ad coëmenda fila, vel quaedam alia, transeunt flumen aduenæ, nulla sermonum vice, propositarum rerum pretia solis oculis aestimantur: et ita sunt abstinentes, vt apud se tradentes gignentia nihil ipsi comparent aduenticiuni. Haec ille veterem errorem secutus de origine Serici, et Plin. 6, 17 caeterosque, de quo hodie alia omnia constant. Vid. Salmas. ad Tertull. Pall. p. 241 sqq. Caeterum, de Singulari Ser, huius Seris, vid. f. l. Virg. Georg. 2, 121 Sub iuga iam Seres, iam Barbarus isset Araxes. Ad Seras aliquid petere, vid. AD. Colorati Seres Ouid. Amor. 1, 14, 6. Nobiles vellere Seres Sen. Thyest. f. 4.

SERICVS, a, um. Adi. [Σηρικὸς] Hor. Carm. 1, 29, 8 Doctus sagittas tendere Sericas Arcu paterno. h. e. Parthicas. Hostis Sericus Propert. 4, 3, 8. Carpenta Serica Idem 4, 8, 23. Vestes sericæ Plin. 21, 3. i. quas Seres texunt. ¶ 2 Saepè Subst. vel intellectu textum, ponitur. Serica variis textilibus Propert. 1, 14, 22. Isidor. 19, 27 Sericum dictum, quia id Seres primi miserunt. Vermiculi enim ibi nasci. perhibentur, a quibus haec circum arbores fila ducuntur. Vermes autem Gr. βόμβυκες nominantur. Plus itaque vidit Isidorus Ammiano, nondum tamen verum, quod Imperatoris Iustiniani saeculo plane innotuit in Rom. imperium translatis vermiculis. Vid. Salmas. ad Solin. c. 63. et ad Hist. Aug. it. ad Tertull. de Pall. Voss. de Idolol. 4, 90. Pallia serica Stat. Silu. 3, 4, 89. Pulvilli serici Hor. Epod. 8, 15. Quinctil. 12, 10, 47 Do tempori, ne crassa toga sit; non (do vs sit) serica. Lamprid. Heliog. 29 Ita vt sericam vestem donaret (de viris sermo est) quæ tunc et in raritate videbatur, et in honore.

SERICATVS, a, um. Adi. [σηρικὸφόρος Onomast. Vet.] Serica veste indutus. Suet. de Calig. c. 52 Armillatus in publicum processit, aliquando sericatus et cycladatus. Add. Sidon. Epist. 2, 13.

SERICARIVS, i. m. [σηρικὸπλόκος Onomast. Vet.] Textor sericorum. Iulius Firmicus Matheos 8, . . . refert sericarium, textorem nasci, qui habuerit horoscopum in 28 parte Arietis.

50 SERICOBAPTAE. m. Pl. i. Serico tincti, debentur librariis aut Alciati ingenio. Nam in libris melioribus l. 13 C. Th. et l. 10 C Iustin. de Murilegulis aut serica blatta est, aut SERICOBLATTA, id est sericum coloris purpurei. Vid. BLATTA, et Iac. Gothofr. ad l. c. Cod. Theod. Tom. 3 p. 541 sq. De Baptis autem Iuuenalis, quos huc aduocat Alciatus, etiam f. l. dictum.

SERESCO, Ære. [ξηραίνωμι Onomast. Vet.] aut a ξηρός est, aut ex Serenesco, per Syllabæ detraktionem curtatum, valet quidem ficcari. Lucret. 1, 307 Vestes — dispanfæ in sole ferescunt. Non. 2, 812 Serefcit positum pro ficcatur, quod serenitas sicca sit. Turn. 6, 14 Significare et hoc verbum potest. In serum abire mutarique, quæ tenuissima pars lactis est; vt si lac ferescere diceret, qua notione accipit in veste non potest; nisi si quis vt caseus exeunte sero ficcatur, sic exeunte humore ficcari vestem diceret: quam translationem vix probauerim. Probabile est a sero, priore correpta, serenum deductum, a quo et feresco: sed et serum casei est eius ficcatio, et tanquam serenum cum exit foras. Haec ille. Firmatur illud, quod ait ferescere esse, In serum abire, ex Plin. 11, 41 Omne autem (lac) igne spissatur, frigore ferescit. Sed deberi illud Serefcit ingenio Hermolai Barbari, obseruat Harduinus: cuius vid. Not. mai. 105. Interim nihil melius, et res est probabilis.

70 SERGESTVS, i. m. Aeneae nauta apud Virg. Aen. 4, 288. Et 5, 121 Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen. Nam a Sergesto Sergia familia fuit, a Cloanthe Cluentia. Seruius. Conf. Aen. 1, 514.

SERGIA, Romana gens et tribus, vid. TRIBVS.  
SERIA, æ. f. [οἰνοχηνία] Vas vinarium vel olearium fictile. Vfus seriarum etiam ad salsos carnes: vid. Plaut. Capt. 4, 4, 9. Liu. 24, 10 Seriae doliaque. Ter. Heaut. 3, 1, 51 Releui dolia omnia, omnes serias. Conf. Perf. Sat. 2, 11 de olla argenti plena. Amphorarum septenum seriae Colum. 12, 28, 1. Idem 12, 18, 4 Dolia quoque et seriae, caeteraque vasa ante quadragesimum vindemiae diem picanda sunt. Add. 12, 50, 14 coll. 17. unde testaceas fuisse, apparet. Add. Seriae oleariae Varro de R. R. 3, 2, 8. Conf. Cato R. R. c. 10 et 12 in torcularii instrum. Pallad. Mart. t. 10, 9. Arnob. 5 p. 168. l. 15 §. 6 ff. de Vsufr.

85 SERIOLA, æ. f. Dimin. [οἰνοχημάτων] Persius Sat. 4, 29 Seriolæ veteris metuens deradere limum. Add. Pallad. 4, 10, 9. Isidor. 20, 6.

SERICHATVM, i. n. Aromatis genus, quod in unguenta additur, Plin. 12, 22 f. 45. et 13, 2 quo loco a quibusdam legitur sarichatum. Quid sit, nescio an quis explicet.

90 SERIES, Æi. f. [ἐξήριος] Ordo et quasi quaedam rerum continuata progressio, a serendo, id est, ordinando dicta. Quinctil. 1, 5, 3 Vni verbo vitium saepius quam virtus inest. Licet enim aliquid dicamus proprium speciosum, sublime; nihil tamen horum, nisi in complexu loquendi serieque contingit. Valer. Max. Prooem. . . . Quis compos mentis domesticæ peregrinaeque historiae seriem felici superiorum stylo conditam, vel attentiore cura, vel praestantiore facundia traditurum se sperauerit? Vid. Plin. 7, 16 Seriem structurae atque magnitudinem linguae excipiunt dentes. Cic. de Diuin. 1, 125 c. 55 Fatum autem id appello, quod Graeci εἰμασμένην, id est ordinem seriemque causarum. Idem de Nat. Deor. 1, 9 c. 4 extr. Est enim admirabilis quaedam continuatio seriesque rerum, vt alia ex alia annexa, et omnes inter se aptae, colligataeque videantur. Cic. Partit. 37 Tanta series artis est: et sic inter se sunt pleraque connexa et apta, etc. Cic. Acad. 4, 21 Caetera series deinde sequitur maiora ne-  
95 ctehs, vt haec quæ quasi expletam rerum comprehensionem ample-  
100 ctuntur,

Etuntur, Si homo est, animal est, mortale, rationis particeps. Cic. de Legib. 1, 52 post argumentationem, qua ostendit, quid e propositione, quam arguit, sequatur, Videtisne, quanta series rerum sententiarumque sit? atque ut ex alio alia neantur? Atra series tuae vitae Ouid. in Ibin 64. Immenſa ſeries laborum Idem Epist. 9, 5. Inexplicabiles ſeries Quinctil. 5, 14. Innumerabilis annorum ſeries Hor. Carm. 3, 30, 4. Longiſſima ſeries rerum Virg. Aen. 1, 645. Longe porrecta viarum ſeries. Viae longo tractu ſternendae Stat. Silu. 3, 3, 102. Evoluere ſeriem fati Ouid. Met. 15, 152. Vidi quam ſeriem morantis aevi, Proneſtant tibi candidae ſores 10 Stat. Silu. 4, 3, 145.

SERIETAS a Serius v. v. post SERIO.

SERILLA. [Ἰσρικὰ πλοῖα] Verrius ap. Festum appellari putat Nauigia Iſtrica, ac Liburnica, quae lino ac ſparto condensantur, a conferendo et contexendo dicta; quia dicat Pacuvius in Niptris, Nec vlla ſubſcus cohibet compagem alvei, Sed ſuta lino et ſparteis ſerillibus. Quum περιφρασιῶς et ficto vocabulo vſus ſit, pro Funiculis, qui ſparto conferuntur. Haec ille. Nempe σπάρτον a σπείρω, id eſt ſero deducitur: hinc Funiculi ſpartei Graecis σπάρτα vocantur.

SERIO. Adu. vid. SERIVS, Adiectiuum.

SERIOLO, vid. supra SERIA.

SERIPHOS, i. f. [Σερίφος] Inſula vna ex Sporadibus in Aegaeo mari: quam notiore fecerunt ranae Seriphiae, quae illic non coaxant, orto inde adagio; Rana Seriphia, in mutos aut taciturnos. Plin. 8, 58 Mutae, inquit, etiamnum ſunt ranae in Seripho inſula. Iuuenal. 6, 564 de relegato, Cui vix in Cyclada mitti Contigit, et parua tandem caruiſſe Seripho. Durius ergo hic exilium. Humilis Seriphos Stat. Achill. 1, 205. Plana Seriphos Ouid. Met. 7, 465.

SERIPHIVS, a um. Adi. [Σερίφιος] Ut in illo Themistoclis, Neque enim vel tu, ſi Athenienſis eſſes, clarus exiſtiſſes: aut ego, ſi Seriphus eſſem, ignobilis. Tacit. Ann. 4, 21 Saxo Seriphio conſenuit in exilio.

SERIPHIVM, i. n. [σερίφιον] Genus abſinthii, quod et Marinum dicitur. Plin. 27, 7. et 32, 9. Apul. de Herb. c. 100.

SERIS, is. f. [σέρις] Genus cichorii. Vocant autem Latini Intybam, ſive intybum. Varro de R. R. 3, 10 Anſeres paſcunt in humidis locis, ubi pabulum ſerunt, quod aliquem fructum ferat, ſeruntque his herbam, quae vocatur ſeris, quod ea aqua taſta, etiam quum eſt arida, ſit viridis. Conf. Plin. 20, 8. Colum. 8, 14.

SERIVS, a, um. Adi. [σπυδαῖος] Quod cum aſſeueratione, et non per iocum dicitur, vel agitur. Accius. Vos nugas aſſeritis, nos ſeria loquimur. Nonius 1, 144 Serium, triſte, et quaſi ſine riſu, vel ſine ridiculo. Plaut. Poen. 2, 51. Ter. Eun. 3, 3, 7 Ait rem diuinam feciſſe, et rem ſeriam velle agere mecum. Plin.

in Paneg. 82 extr. Simul cogito, quum ſint iſta ludus, et auocamentum huius: illae ſeriae et intentae, et a quibus ſe in tale otium recipit, voluptates. Res in ſerium verſa eſt Curt. 5, 7, 10. Verba ſeria Tibull. 3, 7, 20. Vir Ammian. 26, 2. Add. Non. 1, 144.

Cic. Off. 1, 134 Ludo autem et ioco vti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno, et quietibus caeteris, tum cum grauib. ſeriisque rebus ſatiſfecerimus. Ibidem, Ac videat in primis quibus de rebus loquatur: ſi ſeriis, ſeueritatem adhibeat: ſi iocoſis leporem. Quinctil. 6, 4

Diſtorum vrbanorum alia ſeria, alia iocoſa, alia media. Cic. de Fin. 2, 85 c. 26 Ac quicum ioca et ſeria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optime, deinde etiam cum mediocri amico. Erasmus. Hor. de Arte Poët. 107 Triftia moeſtum Vultum verba decent; iratum plena minarum; Ludentem laſciua; ſeuerum ſeria dictu.

¶ 2 Seria Subſtant. Ouid. Faſt. 5, 341 Nulla coronata peraguntur ſeria fronte. Hor. Serm. 1, 1, 27 — Sed amoto quaeramur ſeria ludo. Seria ac iocos celebrare Liu. 1, 4. Laxare ſeria Perf. Sat. 5, 44. Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo Virg. Ecl. 7, 17. Vertere ſeria ludo Hor. de Arte Poët. 226. Seria ac iocos celebrare Liu. 1, 4. Per ſeria et ludum Curt. 9, 7, 16.

SERIO. Adu. [σπυδαῖος] Sine ioco. Plaut. Amph. 3, 3, 9 An id ioco dixiſti? equidem ſerio ac vero ratus. Vereor Naeu. apud Charif. 2 p. 165. Ter. Eun. 3, 3, 22 Miſit porro orare ut venirem ſerio. Cic. Att. 5, 15 Inde ad Taurum cogitabam, ut cum Mophragine ſignis collatis, ſi poſſem, decernerem. Vetus exemplar, Si poſſem, de ſeruo tuo decidere. Vid. Plin. 9, 35. Serio rem agere Liu. 4, 25. Dic mihi verum ſerio Plaut. Amph. 2, 2, 223. Add. Bacch. 1, 2, 42.

SERIETAS, atis. f. a Serius; Grauitas Aufon. Parent. 2, 6 Et grauitas comis, laetaque ſerietas. Sidon. 23, 440 Riſus ſerietas, dicacitas. Cum ſerietate dictare Idem Epist. 9, 3.

SERMO, onis. m. [λόγος] Oratio a compoſitis et contextis, conſertisque verbis. Varr. de L. L. 5, 7 p. 57, 7 Sermo eſt a ſerie — Sermo enim non poſſeſt in vno homine eſſe ſolo, ſed ubi oratio cum altero coniuncta. Ad cognationem cum verbo Serendi ibidem alludere videtur. Seruius in Virg. Aen. 4, 277 Sermo eſt conſertio orationis, et conſabulatio duorum vel plurium. Et in illud Virg. Aen. 6, 160 Multa inter ſeſe vario ſermone ſerebant: ſic ait, Hinc proprie dictus eſt Sermo, qui inter duos ſeritur et inter vtrumque agitur. Sed ſine reſpectu ad illam alternationem ſ. altercationem. Sermo conſtat ratione, vetuſtate, auctoritate, conſuetudine Quinctil. 1, 6 pr. Cic. de Senect. 28 Sed tamen decorus eſt ſermo ſenis, quietus et remiſſus. Ita Tractare aliquid Graeco ſermone vel Attico Cic. de Finib. 1, 1. Idem Fam. 1, 19 Hac me mente fuiſſe, et Senatus ex me te Coſ. audiuit, et tu in noſtris Sermonibus, colloquutionibusque ipſe vidiſti. Sermo et Oratio differunt. Eſt enim Sermo, locutio, qua communiter omnes vtuntur: Oratio vero proprie oratorum eſt. Cic. in Orat. 64 Mollis eſt oratio philoſophorum, et vmbatilis: nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil aſtutum. Itaque ſermo potius quam oratio dicitur. Quamquam omnis locutio oratio eſt, tamen vnus oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. Haec tenus Cicero. Auct. ad Her. 3, 23 c. 13 Sermo eſt oratio remiſſa, et finitima quotidianae locutioni. Opponit deinde Contentionem et Amplificationem. Mox Sermo diuiditur in partes quatuor, dignitatem, demonſtrationem, narrationem, iocationem: quae ſunt virtutes orationis remiſſioris. Indifferenter ad contentioſam orationem et illam remiſſam, Cic. de Aruſp. Reſp. 34 De Alexandrinis video eſſe ſermonem, quem ego non reſuto. Idem in Somn. Scip. 17 Quid autem intereſt ab iis, qui poſtea naſcentur, ſermonem fore de te. quum ab iis nullus fuerit qui ante nati ſunt? Cic. in Vatin. 3 Cum Albinouano ſermonem non modo de Seſtio accuſando, ſed nulla

- vnquam de re fuisse, paullo ante imprudens indicasti. Sermo mihi  
 omnis cum literis Idem Att. 12, 15 *extr.* Cic. Fam. 12, 16 Quum  
 mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere, *vid.* INIICIO.  
 Eccum tibi lupum in sermone: *b. e. de quo loquebamur, adest.* Plaut.  
 Stich. 4, 1, 71. Inprimis prouideamus, ne sermo vitium aliquod  
 indicet inesse moribus Cic. Off. 1 c. 37. Plaut. Trin. 1, 2, 62 Male  
 dicitur tibi vulgo in sermonibus. Cic. Att. 1, 13 Vsque eo vt  
 nostri isti comissatores coniurationis barbatuli iuuenes illum in ser-  
 monibus Cn. Ciceronem appellent. Hac vice sermonum roseis Au-  
 rora quadrigis Virg. Aen. 6, 535. Affluentia sermonis verbosa  
 Firmic. 8, 10. Caput et pes sermonis, *pro Principio et Fine* Plaut.  
 Afin. 3, 3, 139. Coniunctio sermonum Cic. Fam. 4, 16. Do-  
 ctus sermo vtriusque linguae Hor. Carm. 3, 8, 5. Honos ser-  
 monis Idem de Arte Poët. 69. Insolentia sermonis, *vid.* IN-  
 SOLENS. Litera sermonis fida ministra mei Ouid. Trist. 3, 7, 2.  
 Pudet, supra Modum sermonis attolli Quintil. 1, 2 *extr.* Parti-  
 ceptus sermonis Cic. de Orat. 3. ¶ 2 *Epitheta:* Accuratus  
 sermo, *vid.* ACCURATUS in ACCURO. Amari sermonis  
 homo Hor. Serm. 1, 7, 7. Quintil. 4, 1 Sermonem a persona  
 iudicis auersum, qui ἀποπροση dicitur, quidam in totum a prooemio  
 submouent. Benignus sermo Hor. Epist. 1, 5, 11. Blandus  
 sermo, Breuis sermo, *vid.* ff. 11. Comis sermo Tacit. Ann. 15, 48.  
 Communis sermo Quintil. 2, 10. Compositi sermones ad coar-  
 guendos qui contra disputant, a Graecis ἐλεγκτικοί vocantur: *Item*  
 Compositi ad praecipendum sermones, qui δογματικοί appellantur  
 Quintil. 2, 15. Concinnus sermo vtraque lingua Hor. Serm.  
 1, 10, 23. Credibilis sermo Ouid. de Arte Am. 1, 467. Curatus  
 sermo, *vid.* CURO. Dilucidus sermo Quintil. 5, 14. Di-  
 stinctus sermo Idem ibid. Doctissimus sermo Idem 1, 1. Fi-  
 deles sermones, *Quibus fides haberi debet* Catul. Argon. l. 62, 144.  
 Fortuiti sermones Tacit. Ann. 4, 68. Graecus sermo Quintil.  
 1, 1. Nep. 25, 4, 1. Quintil. 9, 4 Neque ignoro quosdam esse,  
 qui curam omnem compositionis excludant, atque illum Horridum  
 sermonem vt forte effluerit, modo magis naturalem, modo etiam  
 magis virilem esse contendant. Imperitus sermo Cic. in Orat. 23.  
 Inceptus sermo Virg. Aen. 6, 470. Iniqui sermones, *vid.* INI-  
 QVVS. Intentior sermo, *vid.* INTENTVS in INTENDO.  
 Intimus, *vid.* in INTRA. Iocosus Hor. Serm. 1, 10, 11. La-  
 tialis, *vid.* LATIVM. Latinus sermo Quintil. 1, 1. Nep.  
 25, 4, 1. Quintil. 5, 14 Argumenta sermone puro, et dilucido,  
 et distincto, caeterum minime lato, ornatoque putant esse dicenda.  
 Longinquus, Longus, Medius ambiguusque sermo, *vid.* hb. vv.  
 Cic. in Orat. 12 Solebant Academici de rebus omnibus in vtramque  
 partem disputare: atque ideo sermones eorum Cicero multiplices et  
 varios appellat. Cleanthis versus mihi in Nostrum sermonem mut-  
 tare permittitur Senec. Epist. 107. Obscoeni sermones Hor. Epist.  
 2, 1, 127. Otiosi sermones Quintil. 1, 12. Lucan. 3, 305 —  
 Duramque viri deflectere mentem Pacifico sermone parant, *etc.* Pa-  
 trinus sermo Lucret. 1, 832. Pedestris sermo, *Humilis, non magni-*  
 loquus Hor. de Arte Poët. 95. Perpetuus sermo Lucret. 4, 541.  
 Politi sermonis mella Claud. Conf. Mall. Theod. 251. Promtus  
 sermo Iuuenal. Sat. 3, 73. Purus, dilucidus, et distinctus sermo  
 Quintil. 5, 14. Purus et nihil se supra modum extollens sermo Id.  
 1, 9. Quotidianus et in quemcunque etiam indoctorum cadens  
 sermo Quintil. 4, 2. Cic. Fam. 1, 1. Rectus et secundum na-  
 turam enuntiatus sermo Quintil. 2, 5. et Cic. Fam. 1, 1. Romanus  
 sermo Quintil. 2, 14. Plin. Epist. 1, 9. Nemo me apud quem-  
 quam sinistris sermonibus carpit: neminem ipse reprehendo. Tri-  
 stis sermo Hor. Serm. 1, 10, 11. Truncus sermo Stat. Theb. 12, 479.  
 Vetus sermo Quintil. 1, 6. Vitiosus sermo Idem 1, 1. Vul-  
 garis sermo Idem 12, 10. Vulgati sermones Idem 3, 6.  
 ¶ 3 *Verba:* Abrumpere sermonem Virg. Aen. 4, 388. Abstinerere  
 sermonem de re aliqua, Abuti aliquo sermone pro mandatis, *vid.*  
 hb. vv. Accedere ad sermonem Cic. de Orat. 2. Accipere  
 sermonem ab ipsa rerum natura Quintil. 3, 2. Adiungere ad  
 sermonem Cic. Fam. 12, 16. Agere aliquid dignum sermone Hor.  
 Serm. 2, 3, 4. Arripere sermonem, *vid.* ARRIPIO. Auer-  
 tere se a sermone, *vid.* AVERTO. Captare sermonem Ouid.  
 Met. 3, 279. *vid.* CAPTO in CAPIO. Ter. Heaut. 2, 3, 1 In-  
 terca dum sermones Caedimus, illae sunt relictæ, *i. dum colloquimur,*  
*vid.* CAEDO. Cic. pro Cluent. 35 Id multo sermone Celebratur.  
 Cohaeret sermo, *vid.* COHAEREO. Commeant sermones Tac-  
 cit. Ann. 2, 28. Communicare sermones Cic. de Inuent. 2, 144.  
 Id. Off. 1, 136 Maximeque curandum est, vt eos, quibuscum sermonem  
 conferimus, et vereri et diligere videamur. *conf.* Idem ibid. 2 c. 11.  
 Conficere sermonem, Confundere sermones in vnum. Copulare  
 sermonem cum aliquo, *vid.* hb. vv. Crebrescit sermo Virg. Aen.  
 12, 222. Declament medio sermone disertum Ouid. de Arte Am.  
 2, 507. Deferre sermones ad aliquem Cic. Fam. 3, 8. Dies  
 deficiens sermoni Ouid. Trist. 5, 13, 28. Caes. Bell. Gall. 6, 12  
 Aditum sermonemque Defugiunt. Cic. de Orat. 1, 96 Insperanti  
 mihi, inquit, et Cottæ, sed valde optanti vtrique nostrum cecidit, vt  
 in istum sermonem Crasse Delaberemini. Detinuit sermone diem  
 Ouid. Met. 1, 683. Deuenire sermonem in alienas manus Cic.  
 Att. 1, 13. Dicitare in sermone Cic. Fam. 1, 9. Differre in  
 sermonibus, *Disipare vulgare,* Liu. 34, 49. Dispersus sine vilo  
 certo auctore sermo Quintil. 5, 1. Dissipatus sermo Cic. pro Flacc. 14.  
 Diuulgare sermonibus rem aliquam, *vid.* DIVVILGO. Datus  
 sermo per ciuitatem, *Diffusus, disseminatus* Liu. 2, 2. Cic. . . . Fam.  
 9, 3 Dabimus sermonem iis, qui nesciunt, nobis quocunque in loco  
 simus, eundem cultum, eundem victum esse: *i. occasionem sinistre de*  
*nobis loquendi et existimandi.* Dare aliquem testem sermoni Ouid.  
 Amor. 1, 8, 21. Cic. Brut. 21 Nempe igitur hinc tum Pomponii  
 Ductus est sermo, *i. occasio loquendi et disputandi.* Cic. . . . Cuius  
 frater germanus sermones iniquorum Effugere potuit. Emanat  
 sermo, *vid.* EMANO. Cic. ad Qu. Frat. 1, 2, 1 Sentire potuit,  
 Sermones iniquorum in suum potissimum nomen Erumpere. Ex-  
 citare sermonem Cic. Fam. 8, 10. Plaut. in Trin. 2, 2, 5 Nolo  
 ego cum improbis te viris, gnate mi, neque in via, neque in foro  
 vllum sermonem exsequi, *i. e. diutius, et velut dedita opera loqui.* Cic.  
 Qu. Frat. 1, 2, 1 Exhaustus est sermo hominum, *i. consumtus.* Idem  
 Att. 9, 18 Meumque sermonem Expressum statim mittam. Facere  
 sermonem, *vid.* FACIO. Ferre sermonibus Liu. 4, 5. Fluit  
 melius post pocula sermo Mantuan. Ecl. 9, 22. Fremebant su-  
 peri sermone vario Ouid. Met. 9, 418. Cic. de Senect. 30 Cyrus  
 quidem

quidem apud Xenophontem eo sermone quem Habuit moriens. Cic. de Amicit. 3 c. 1 Itaque tum Scaeuola, cum in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem Laelii de amicitia Habitum ab illo secum, et cum altero genero C. Fannio, M. F. paucis diebus post mortem Africani. Habuit primus annus de hac reprehensione plurimum sermonis Cic. Qu. Fratr. 1, 1. Habere sermonem per biduum Quintil. 1 proœm. Habere multum sermonem de aliquo, vid. MVLTVS. Tacit. Ann. 4. 68 Latiaris lacere fortuitos primum sermones. Iactis sermonibus irae intumescere Stat. Theb. 1, 411. Imbuere aures alicuius honestis sermonibus Tacit. Hist. 4, 7. Imitatus sermones hominis turdus, vid. IMITOR. Incidere nobis varii sermones Catul. 10, 5. Incidit sermo, etc. vid. INCIDO. Incidere in sermonem aliquem fortuito Cic. de Orat. 1, III c. 24. Incidere sermonem, Increbuit sermo, Inferre sermonem, vid. hb. vv. Iniicere sermonem, et iniicere in sermonem Cic. Fam. 12, 16. Insignare se familiariter in sermonem aliquem, vid. INSINVO. Instigare sermonibus alicuius, vid. INSTIGO. Instituire sermonem cum aliquo Cic. de Orat. 2, 296 c. 73. Intercipere medium sermonem, vid. h. v. Interesse sermoni Cic. Fam. 11. Labare sermone, Laceffere sermones, vid. hb. vv. Legere sermonem alterius, vid. LEGO, ère. Manat sermo Cic. pro Corn. Balbo . . . Mittere sermonem Idem de Orat. 3, . . . Mittere aliquem in fabulas et sermones Quintil. Declam. 14 p. 302 Burm. Moritur sermo, Moueri sermonibus alicuius, vid. hb. vv. Cic. . . . Denique etiam de sermonibus hominum nisi obmutuerint. Ordiri sermonem Cic. de Orat. 1, 98. Oritur sermo ab iis, vid. ORIOR. Oritur sermo de re aliqua Hor. Serm. 2, 6, 71. Percelebrata sermonibus res est Cic. pro Cael. 69 c. 29. Percrebuit omnium sermone, vid. PERCREBESCO. Perferre sermonem alicuius ad aliquem Cic. Fam. 1, 9. Perferuntur sermones, vid. PER- 30 FERRO. Perhibet se vel nobis nolentibus Latinus sermo Quintil. 1, 1. Peruagatus sermo Cic. pro Milon. 29. Probare aliquid largo sermone Lucret. 5, 156. Producere sermonem Cic. in Somn. Scip. 17. Profari medio viri sermone Sil. 6, 295. Ter. Eun. 3, 3, 10. Mihi sese dare, sermonem quaerere. Referfit aures 35 sermonibus catapulus ille Puteolanus, etc. Cic. pro Rabir. Post. 40 c. 14. Referre sermones aliquorum Id. Fam. 1, 9. Refrigeratus est sermo Idem ibid. 3, 8 pr. Relinquere verba imperfecta sermonis Ouid. Trist. 1, 3, 69. Virg. Aen. 4, 189 Haec (Fama) tum multiplici populos sermone replebat. Reprimere sermonem Cic. Fam. 3, 8. 40 Requiritur sermone amissos socios Virg. Aen. 1, 221. Restringere sermonem Cic. Att. 13, 10. Rumpere sermone silentia Ouid. Met. 1, 208. Scribere contra aliquem scito sermone et Attico Cic. de Nat. Deor. 1, 93. Sedare sermonem Idem Att. 13, 10. Serere 45 sermones, vid. SERO, seui. Serebant multa inter sese vario sermone Virg. Aen. 6, 160. Subire sermonem Cic. Att. 11, 6. Sum: ut, Cic. Philipp. 10, 14 c. 7 Erat enim in desiderio ciuitatis, in ore atque in sermone omnium. De Alexandrinis video sermonem Esse Idem de Resp. Arusp. c. 16 pr. Sermo Est omnibus Plaut. Pseud. 1, 5, 4. Cic. de Legib. 2, 41 Tamen quoniam mihi sermo Est apud 50 deos, nihil reticebo. Plurimus ei de honesto ac bono sermo Sit Quintil. 2, 2. Cic. Att. 7. 3 Sed haec coram: nam multi sermonis Sunt. Sermo Est eum reginam amare, etc. Plin. 35, 11. Multus Est sermo, me iudicium iam de causa publica fecisse Cic. Att. 7, 12. Suscipere sermonem Quintil. 2, 15. Sustinebit absens facilius hominum sermones Cic. Fam. 15, 14. Extendere noctem aestiuam benigno sermone Hor. Epist. 1, 5, 11. Trahere noctem vario sermone Virg. Aen. 1, 752. Vapulare sermonibus Cic. Att. 2, 14. Id. Verr. 4, 13 c. 7 In sermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret. Verberatae aures sermonibus Tacit. in Vita 60 Agric. 41. Cic. pro Milon. 33 c. . . An vero Iudices vos soli ignoratis? vos hospites in hac vrbe versamini, vestrae peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis sermone Versantur? Vitare sermonem Cic. Fam. 9, . . . Vsurpare sermonibus Idem pro M. Marcel. 5. Vtendumque plane sermone, vt numo, cui publica forma 65 est Quintil. 1, 6.

SERMUNCVLVS, i. m. Dimin. [λογιδιον] Plin. Epist. 5, 8 Vt sermunculis etiam, fabellisque ducantur. Cic. pro Deiot. 35 c. 12 Nonne intelligis Caesar, ex vrbani maleuolorum sermunculis, haec ab istis esse collecta? Idem Att. 13, 11 Sermunculum enim 70 omnem aut restrinxerit, aut sedarit.

SERMONALIS, e. Adi. Tertull. in Prax. c. 5 Non sermonalis, sed rationalis Deus.

SERMONOR, ari. Dep. Gell. 17, 2 Sermonari rusticius videtur, sed rectius: sermocinari crebrius est, sed corruptius. Annotat ista ad 75 locum Q. Claudii, Cum his confermonabatur.

SERMOCINOR, ari. Dep. [καδομιλέω] Loqui, colloqui. Plin. 10, 42 Super omnia humanas voces reddunt, psittaci quidem etiam sermocinantes. Cic. de Inuent. 2, 54 c. 17 Et quibus in rebus homines in consuetudine scribendi aut sermocinandi eo verbo vti soleant, considerabitur. Idem Verr. 1, 138 c. 52 Respondit illa, vt 80 meretrix, non inhumane: libenter ait se esse facturam, et se cum isto diligenter sermocinaturam: reuerti iubet. Cui sermocinari Latialiter cordi est Sidon. Epist. 4, 3. Diuersa censentes sermocinabamur Id. ibid. 2, 9. 85

SERMOCINANS, antis. Part. Dixit sermocinans vir apprime doctus Gell. 5, 21.

SERMOCINANTER. Adu. Sidon. Epist. 8, 6 Sermocinanter horas extrahere. i. sermocinando.

SERMOCINATIO, onis. f. Quintil. 9, 2 Sermones hominum assimilatos dicere διαλογος malunt, quam quod Latinorum quidam dixerunt sermocinationem. add. Aucr. ad Herenn. 4 c. 43 et 52. Macro- 90 b. Sat. 1, 6. Sermocinatio quidem leui de re, sed a Latinae Linguae studio non abhorrens Gell. 19, 8. Plato in alia sermocinatione scriptum reliquit Apul. Apol. 1 p. 290. Volumina percopiosus scaturientia sermocinationibus Sidon. Epist. 1, 1. 95

SERMOCINATOR, oris. m. unde

SERMOCINATRIX, icis. f. Quintil. 3, 4, 10 Plato adiecit προσμιλητικήν, quam sane permittamus dicere sermocinatricem. Ser- 100 mocinatrix inmodica aënis Apul. Met. 9 p. 224.

SERNIA, ae. f. scabies. unde

SERNIOSVS, a, um. Adi. Serniosos, quos nos petiginosos dicimus, et asperitatis vitio simili laborantes curare Theod. Priscian. 1, 12. conf. Reinesf. Var. Lect. 3, 11 p. 522.

SERO, ère. a Sera; Claudere. Laudatur Columel. 6, 38, 3 105

Feminae ferari et interdum iniuri solent. *Sed recte legitur Femina (luffraginofae mular) fecari — solent. Nondum ergo habet auctorem verbum simplex Sero: licet Referare non fit insolitum.*

- SERO**, ſerui, ſatum, ẽre. [*σέρω, φερύω*] *Seminare et plantare*  
**5** *ſignificat.* Columel. 11, 1, 29 *Vulgare illud de arborum poſitione ruſticis uſurpatum, Serere ne dubites, id villicus ad agri totum cultum referri iudicat. Nemp̄ eſt Catonianum illud praeceptum R. R. 3, 1 Prima adoleſcentia patrem familiae agrum conſerere ſtudere oportet.* Plin. 12, 3 *Qualiter omnia tranſitura longius, ſeri ar-*  
**10** *tiſſime, tranſferrique meminiffe conuenit.* Cic. Tuſc. 1, 32 c. 14 *Serit arbores, quae alteri ſaeculo profint. Et dubitant homines ſerere, atque impendere curam Virg. Georg. 2, 433. Manu ſerere Caef. Bell. Ciuil. 3, 44. Denſa ſerere Virg. Georg. 2, 27. Fru-*  
**15** *ges ſerere Tacit. Ann. 14, 38. Hordea campis ſerere Virg. Georg. 1, 210. Oculos uel oculo ſerere Cato R. R. 45, 3. Sed locus ualde dubius. Piſces ſerere Plin. 9, 17 f. 29. Vitem ſerere Columel. 3, 20.* ¶ 2 *Per tranſlationem eſt occaſionem rei praebere.* Liu. 21, 10 *Incufauerat bella ex bellis ſeri, ne pace vnquam frui plebs poſſet. Liu. 4, 5 Si haec impediẽt aliquis, ſerite ſermonibus, et multiplicata fama bella. Alia exemplaria habent, Ferte. Eſt liberale officium, ſerere Beneficium, vt metere poſſis fructum Auct. Orat. anteq. iret in Exil. Liu. 27, 12 Annibal turmatim per equites, peditumque iaculatores leuia Certamina ſerens, caſum vniuerſae pugnae non neceſſarium ducebat. Certamina ſerere cum aliquibus,*  
**25** *Mouere lites et diſſenſiones Liu. 2, 1. Idem 24, 31 Quae licentia Cretenſium eſſet rogitanter ſerendi Colloquia cum hoſte? Sic lib. 34. Crimina ſerere in Senatum Liu. 24, 23 extr. Curas Erycina ſerens in pectore Catull. 62, 72. Diſcordias ſerere Liu. 3, 40. Fabulam ſerere argumento Idem 7, 2. i. comoediam uel tragoediam co-*  
**30** *haerentis argumenti ſcribere. Sic 38, 56, 8 Alia tota ſerenda eſt fabula Gracchi orationi conueniens, et illi auctores ſequendi, i. aliter inſtituenda illa de Scipionis extremis rebus narratio. Lites ſerere Plaut. Poen. 3, 2, 10. Mentionem alicuius rei ſerere ad vulgus ſermonibus occultis Liu. 3, 43. Negotium ſerere Plaut. Moſt. 5, 1, 51.*  
**35** *Praelium ſerere, vt Conſerere Tacit. Hiſt. 5, 11. Rumores varios ſerere Virg. Aen. 12, 228. Sermonem ſerere, Locutio Plauto uſitata: et a ſerendo ſermonem declinatam eſſe, probabile eſt. Plaut. Mil. 3, 1, 106 Quae huius ſimiles ſermones ſerunt. Idem Aul. 4, 5, 7. Et Curc. 1, 3, 37 Quod quidem mihi pollutus virgis ſeruos ſermonem ſerat?*  
**40** *Sermonibus occultis ſerere aliquid Liu. 7, 39. Vulnera ſerere Lucret. 5, 1289. Seritur, Imperf. Plaut. Epid. 2, 2, 80 Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur: niſi ea quae vis, nolo. vid. METO, ẽre.* ¶ 3 *Sero, ſeui et Sero, ſerui conſundi ſolent a librariis: vid. ad Colum. 3, 4, 2 et 3. Item mox SERO, rui.*  
**45** **SERENS**, entis. Part. *Semina vidi equidem multos medicare ſerentes Virg. Georg. 1, 193. Ex aeternitate cauſa cauſam ſerens hoc erit effectura? Cic. de Fato c. 12.*  
**SERENDVS**, a, um. Partic. [*φερυτέος*] *vt, Arua ſerenda Tibul. 2, 3, 8.*  
**50** **SATVS**, a, um. Partic. Paſſ. [*πεφτυμένος*] *Plin. 12, 1 Satae platani regenerauerunt vitium. Frumenta ſata manu Virg. Georg. 3, 176. Meſſes ſatae Idem Ecl. 8, 99. Terrane aut ſata aut concreta videtur Cic. Tuſc. 1 c. 25. Satus, Genitus Virg. Aen. 2, 540 At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles. Satus An-*  
**55** *chiſa Virg. Aen. 7, 152. Sate ſanguine diuim Tros Anchifiade Idem Aen. 6, 125. Genitore Lucifero ſatus Ouid. Met. 11, 271. Cic. Tuſc. 1, 118 Non enim temere nec fortuito ſati et creati ſumus. Animi ſati et quaſi ſparſi Idem de Vniuerſ. 35. Aetas aurea ſata eſt prima Ouid. Met. 1, 89.*  
**60** **SATA**, ẽrum. n. Pl. *Pro ſegetibus. Quinẽtil. 8 Prooem. Et velut laeto gramine, ſata ſtrangulant. Virg. Georg. 1, 113 Quique ſatis largum caelo dimittitis imbrem. Dulce ſatis humor Idem Ecl. 3, 82. Dare ſtragem ſatis, et ruinas arboribus Virg. Aen. 12, 454. Sternit torrens ſata laeta Idem ibid. 2, 306. conf. Idem Georg. 1, 325.*  
**65** *Tollent animos ſata Idem Georg. 2, 350. Vrere ſata Id. ibid. 4, 331. add. Pallad. 1, 43. Varro R. R. 1, 45 et 47.*  
**SATVS**, ẽs. m. [*σπορά*] *Actus ſerendi. Plin. 17, 17. Quapropter de talearum ſatu nunc dicendum eſt, i. Plantatione. Cic. de Senect. 52. Quid ego vitium ortus, ſatus, incrementa commemorẽm?*  
**70** *Idem de Diuin. 1, 93 c. 42 Ob eandem cauſam multa inuſitata partim e caelo, alia ex terra oriebantur: quaedam etiam ex hominum pecudumue Conceptu et ſatu. Genitalis ſatus Lucret. 4, 1227. Cic. de Vniuerſ. 35 Oceanum, Salatiamque Caeli ſatu, terraeque conceptu generatos, editosque memoremus. Idem de Diuin. 2, 93 Herbam autem aſperam credo auium congeſtu, non Humano ſatu. Hercules Iouis ſatu editus Idem Off. 1, 118. A primo ſatu Id. de Fin. 5, 65 c. 23. Cic. Tuſc. 2, 13 Cultura autem animi Philoſophia eſt, quae extrahit vitia radicibus, et praeparat animos ad ſatus accipiendos. Idem de Finib. 5, 65 c. 23 Et ipſa caritas generis humani, quae nata*  
**80** *a Primo ſatu, quo a procreatoribus nati diliguntur. Plin. 13, 4 de palma, Et ab radice auulſae vitalis eſt ſatus, et ramorum tenerrimis. conf. Idem 16, 12. Cato R. R. c. 5. Accius ap. Non. 2, 806.*  
**SATIO**, ẽnis. f. [*σπορά*] *Idem quod Satus. Cic. de Vniuerſ. 35 Poſt autem eam ſationem, diis, vt ita dicam, iunioribus permittit, vt corpora mortalia effingerent. Idem Verr. 3, c. 17 Ne ſi tempus ſationis praeteriſſet, granum in provincia Sicilia nullum haberemus. Add. ibid. c. 47. Varro R. R. 1, 39 et 69. Pallad. 1, 6. 11, 1. 12, 1. Specimen ſationis Lucret. 5, 1360. Optima vinetis ſatio eſt quum, etc. Virg. Georg. 2, 319. conf. ibid. v. 215. Perpetua atque aequalis ſatio, vid. PERPETVVS. Iugera ſationum ſuarum pro-*  
**90** *ſiteri Cic. Verr. 3, 38. Tritici Columel. 2, 8. Vitis duorum generis Idem 3, 14. Haec melior eſt Vitibus ſatio Columel. de Arb. c. 3. Sationibus implere campos Senec. Epift. 60.*  
**SATIONALIS**, e. Adi. *Sationalia praedia Sarisber. 1, 4.*  
**95** **SATOR**, ẽris. m. [*σπορέως*] *Qui ſcrit, aut plantat. Varr. de R. R. 1, 45 Idque ita eſſe docent filueſtria, ad quae ſator non acceſſit. Columel. 3, 15 Satoris officium eſt primum, etc. ¶ 2 Sator caeleſtium, Creator, genitor Cic. Tuſc. 2, 21 Videte cunãti dii, tuque caeleſtium ſator, iace, obſecro, in me vim coruſcam fulminis.*  
**100** *Aeui Sil. 9, 306. i. Iupiter. Sator mundi, Ianus Martial. 10, 28. Omnium rerum ſator et ſeminator mundus Cic. de Nat. Deor. 2, 86 c. 34. Rerum Sil. 4, 432. i. Iupiter. Hominum ſator atque deorum Virg. Aen. 1, 258. Diuim ſator, Iupiter Propert. 4, 2, 55. Sator litis, per tranſlationem, Qui litem diſſeminat et*  
**105** *creat, vel litis cauſa eſt Liu. 21, 6. Turbarum Sil. 8, 259.*

SATARIVS, a, um. Quala fataria Cato c. 11.

SATORIVS, a, um. Adi. [σπορευτικός] Quod ad fatorem pertinet: ut Trimodiae fatoriae Columel. 2, 9. et 12, 50.

SATIVVS, a, um. Aliud Adi. [σπόειμος] Quod feritur: siue plantatur et excolitur: cui contrarium est Agrestis. Plin. 15, 7 Eadem ratio et in sativa myrto. Satiuum tempus, Sationi aptum Plin. 19, 8.

SESSIVS vel SESIVS, a, um. a ferendo. Columnae Sessias (deas) a fementationibus (dictas) sustinent Tertull. de Spectac. c. 8. vid. Harduin. ad Plin. 18, 2 no. mai. 1.

SERO, ferui, fertum, ère. [πλέκω] Texere, connectere, adiungere. Ac nescio, an multum differat ab altero, Sero, seui. Nam qui plantas ferit aut semina quaecumque, ille connectit, adiungit, tanquam matri aut nutrici, terrae, vel arbori adultae, etc. Si quid sit discriminis, illud non intelligitur, nisi in Praeterito, ubi seui et satus ad illud genus connexionis pertinent, cum manu sibi admouentur duo corpora, in quibus deinde ipsa natura coalitum et concretionem praestat: ferui et fertus autem tota sint ab arte. Neque tamen id ipsum sine exceptione est, si recte legitur Columel. 3, 4, 3 Non minore cura vitem conferat, et cum seruerit, summa fedulitate culturae feruiat. Et p. a. Is qui conferuerit. Sed variant codices. Interea ex dictis apparet, quaedam superius allata forte melius huc referri, v. g. Serere fabulam, Sermonem, etc.

SERTVS, a, um. Partic. [πλεκτός] Contextus, compositus. ut, Serti flores, Sertae coronae Lucan. 10, 164. Flores ferti et soluti Apul. Add. Seru. ad Aen. 1, 421.

SERTOR, vid. in suo loco.

SERTVM, i. n. et SERTA, ae. f. [σφάλαι, στέμματα Gloss. Vet.] Serta dicuntur Coronae; a Sertis, id est, digestis inuicem floribus frondibusque, ex quibus ab initio feri coronae solebant. Charisius 1 p. 83 Serta neutro genere dicuntur, ut Virg. Ecl. 6, 16 Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. Sed Propert. (2, 24, 37) feminine extulit, Quum tua praependent demissae in pocula fertae. Et Corn. Seuerus, Huc ades Aonia crinem circumdata ferta. Haec Charisius. Sed Propertii locus sic legebatur Quum tua praependent demissa in pocula ferta. Sed certatim ad Charisii mentem a viris doctis restitutus est. Serta Campanicam bene odoratam contundas Cato R. R. c. 107. conf. Seru. ad Aen. 1, 421. Burm. ad Sammon. 17 Lips. Ant. Lect. lib. 31 add. SERVIA. Plaut. Asin. 4, 1, 58 Tum si coronas, ferta, vnguenta iusserit ancillam ferre Veneri. Incendes odores, et fertis redimiri iubebis, et rosa Cic. Tusc. 3, 43. Delapsa capiti ferta Virg. Ecl. 6, 16. Fla-

ventia ferta Claud. de Rapt. Proserp. 3, 126. Florida Tibul. 1, 1, 12. Genialia Ouid. Met. 13, 929. Recentia Virg. Aen. 1, 421. Spices Ouid. Amor. 3, 9, 36. Stellantia ferta Claud. de Nupt. Honor. et Mar. 274. Textilibus fertis omne rubebat iter Martial. 6, 80.

Variis fertis florentia limina Virg. Aen. 4, 202. Tibul. 2, 4, 48 45 Annua constructo ferta dabit tumulo. Gerit myrtea ferta Idem 1, 3, 66. Innectunt odoratis tempora fertis Ouid. Trist. 5, 3, 3.

Intendere locum fertis, vid. INTENDO. Legere ferta Virg. Ecl. 10, 41. i. flores. Ponere laurea ferta in coma Ouid. Trist. 2, 172. Texere ferta Sen. Med. 10. Redimiti fertis Cic. 50

Catil. 2 c. 5. Vincit Hymen tempora fertis Ouid. Epist. 6, 44.

¶ 2 Serta, ae, vel Sertum adeo, an pro fune vel resti dicatur, videndum. Tibul. 2, 5, 97 Aut e veste sua tendunt umbracula fertis Vincita. Sed possunt hic fertae vel ferta esse series florum, fructuum, foliorum, quibus illa umbracula coronata sunt: nam addit, Coronatus stabit et ante calix. conf. Donat. ad Ter. Adolph. 4, 7, 37. Scalig. ad Varr. Coniectan. p. 240. Pallad. Iul. 6, 2 Quidam (ut vinum scillite faciant) velamina ipsa (folia, quibus pars extrema velatur) filo inserta suspendunt, ut — post XL dierum spatium ferta, quae appensa sunt, auferantur. Hic ferta sunt ipsa illa folia funiculo traiecta et suspensa. 60

Supereff Pallad. Mart. 10, 28 Mense Iunio, circa solstitium caprificandae sunt arbores fici, id est suspendendi grossi ex caprifico, lino velut ferta pertusi. conf. Gerner. ad h. l. Potest hic grammatica ratione ferta Ablatiuus esse. Sed non satis intelligitur, cur dicat lino velut ferta; cum lino notius sit quam ferta. Ergo Serta potius videtur Pluralis esse 65 a fertum. Grossi pertusi sicut ferta alia florum fructuumque, etc. Add. quae dicuntur voce SERRA ad locum Varron.

SERTO, ère. Sertat, σερταίνω Gloss. Vet.

SERTATVS, a, um. Caput regali maiestate sertatum Mart. Cap. 5 p. 136. vid. SERRATVS sub SERRA. 70

SERVIA Campana, vid. post SERTORIVS.

SERO. Adu. SEROTINVS, vid. SERVS.

SEROPTA, et SEROPTANVS, vid. SERAPT A.

SERPENS, vid. SERPO.

SERPASTRVM, i. n. Instrumentum, quod geniculis puerorum 75 ambulare discentium alligabatur, ne vari fierent, aut compernes. Varr. de L. L. 8, 5 Non sequitur ut stulte faciant, qui pueris in geniculis alligent serpastra, ut eorum deprauata corrigant crura, etc. Translate, Cic. Att. 7, 3 De serpastris cohortis meae nihil est quod doleas. Serpastrum interpretatur Turneb. 21, 7 Homines auarissimos et

sordidissimos Praetorum et Proconsulum comites, velut omnia radentes, asimiles vistris per humum serpentibus, et radentibus: iocoseque sic appellator, ad illa interim alludendo, serpastra, quae geniculis infantium adminicula iuandi gressus causa alligata adhibebantur, ne compernes fierent. Paul. Manut. explicat, Homines, qui nihil sublime cogitent, sed 85 humi serpent, pecuniae, qua nihil sordidius, addicti. Suspiciatur tamen legi posse, Cerberastris, quasi Cerberi imitatoribus, famelicis videlicet hominibus, et ad pecuniam, tanquam Cerberus ad offam latrantibus.

SERPILIVM, vid. SERPYLLVS.

SERPO, psi, tum, ère. [έρπω, έρπύζω] Repere, paullatim progredi. 90 Plin. 9, 13 Pinnis, quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum serpunt. Cic. de Finib. 5, 42 Serpere anguiculos. Vtque latens ima Vipera serpit humo Ouid. ex Pont. 3, 3, 102. de Liuore. Serpit draco subter supraque reuoluens sese Cic. de Nat. Deor. 2, 106. Serpere per humum dicitur herba Plin. 21, 16. Ad humum serpere 95 Ouid. Met. 15, 689. Humi serpere Hor. de Arte Poët. 28. ¶ 2 Metaph. habet frequentissimas de rebus, quarum occulti sed magni progressus et celeres. Ad alios etiam haec res serpit Vlpian. in l. Si quis pecuniam §. Quanquam D. Si quis omiffa causa. Cic. de Nat.

Deor. 5, 52 Ergo hoc aut in immensum serpet, aut nihil horum recipiemus, nec illa infinita ratio superstitionis probabitur. Serpit enim nescio quo modo per omnium vitam amicitia Cic. de Amicit. 88 c. 23. Ardor Id. Tusc. . . Cic. de Nat. Deor. 1, 98 c. 35

Etenim si semel Vellei suscipimus genus hoc argumenti, attende quo serpat. Cancer serpit latius Scribon. 62. 206. Cic. Diuin. 105

Verr. 1, 68 c. 22 Putant fore vti si paullatim haec Consuetudo serpere ac prodire coeperit, etc. Virg. Georg. 3, 469 Dira per incautum serpunt Contagia vulgus. Cura altius serpit Plin. 14, 11. *i. Augetur.*

Liu. 30, 6 Ignibusque in proxima tecta coniectis, effusa Flamma primo veluti sparsa pluribus locis reluxit: dein per continua serpens, vno repente omnia incendio hausit. Flammæ tacitæ serpunt in viscera Ouid. Rem. Amor. 105. Cic. de Amicit. 41 Serpit enim deinde res, quæ procliuius ad perniciem, quum semel coepit, labitur. Virg. Ecl. 8, 13 Atque hanc sine tempora circum Inter

10 vicires hederam tibi serpere lauros. Idem Verr. 2, 53 Quam facile serpat Iniuria, et consuetudo peccandi, quam non facile reprimatur, videte Iudices. Lacrimæ serpunt per vulnera Stat. Theb. 11, 608. Martial. 1, 79 Indignas premeret pestis quum tabida fauces, Inque ipsos vultus serperet atra Lues. Cic. Verr. 3, 53 Ita serpit illud insitum in natura Malum consuetudine peccandi libera, finem vt audaciæ statuere sibi non possit. Idem in Catil. 4, 6 c. 3 Latius opinione disseminatum est hoc malum: manauit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes, et obscure serpens multas iam prouincias occupauit. Murmur serpit per agmina Virg. Aen. 12, 239.

20 Rem serpere latius Liu. 28, 15. Cic. Att. 1, 10. Idem pro Muræ. 45 c. 21 extr. Iacet, diffidit, abiicit hastas: serpit hic Rumor. Cic. Att. 14, 16 Sustulisse mihi videtur simulationem desiderii, adhuc quæ serpebat in dies, et inueterata, verebar ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. Vlcera serpentina, Graeci herpetes vocant Plin.

25 34, 15. Celsus 5, 28, 3 de Theriotate, Atque id quoque malum serpit — Fitque ex his vlcus, quod ἔρπητα ἐσθιόμενον Graeci vocant, quia celeriter serpendo, penetrandoque vsque ad ossa, corpus vorat. Serpentina vlcera oris, quæ ἄφθας Graeci nominant. Cels. 2, 1 Vlcera serpere defierunt Sen. Epist. 8. Vlcus serpit alte atque late

30 Cels. 6, 18. ¶ 3 Pass. Solin. 35 Cum insula nullo serpatur angue.

SERPENS, entis. Part. [ἔρπων] Cic. de Senect. 52 c. 15 Quam serpentem multiplici lapsu et erratico, ferro amputans coercet ars agriculturalum ne siluescat sarmentis. de vite. Saecula serpentina ferarum

35 Lucret. 6, 766.

SERPENS, entis. c. Subst. [ὄφης] Generale nomen est animalium, quæ serpunt, i. mouent et trahunt corpus, citra vsum pedum. Plin. 8, 14 Nota est, in Punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo imperatore, balistis tormentisque, vt oppidum aliquod, expugnata serpens

40 CX X pedum longitudinis. Idem 8, 23 Nec pedibus pauendas tantum serpentes, sed et missili volare tormento. Adflatus, Ictus, et Morsus Serpentis Scribon. 165. Lapsus serpentum, vid. LABOR, èris. Oculi serpentium ignei Sen. Herc. Fur. 219. Pares serpentum spiræ Virg. Aen. 12, 848. Sen. de Ira 1, 16 de hoc ipso affectu, Primi eius iclus acres sunt, sicut serpentis, venena e cubili reptentium nocent; innoxii dentes sunt, cum illos frequens morsus exhaustit. Cels. 5, 27, 10 Illud ignorare non oportet, omnis serpentis iclum et ieiuniet ieiuno magis nocere, etc. Inmani corpore serpens Lucret. 5, 34. Atris ille malum virus serpentibus addit Virg. Georg. 1, 129. Humanoque cadit serpens Afflata veneno Lucan. 6, 491. Attollens minas serpens, vid. ATTOLLO. Caeruleus serpens Ouid. Met. 3, 38. Dira Idem ibid. 2, 551. Laetiferi serpentes Lucan. 9, 384. Lubrica Lucret. 4, 58. Minax vibrante lingua Id. 3, 658. Pigra Ouid. Amor. 2, 13, 13. Tumens Claud. Paneg. 6.

55 Imperauit, quam plurimas Venenatas serpentes viuas colligi Nep. 23, 10, 4. A serpente laesus Scribon. 170. — tutus 270. Serpentium, Genit. Plur. exstat ap. Nep. 23, 11, 5. Cels. 5, 27, 3. Vitruu. 8, 4. Iustin. 32, 4, 6. Plin. 11, 37 etc. ¶ 2 Serpentes, pro Pediculis, Plin. 7, 51 Morborum vero tam infinita est multitudo, vt Pherecydes Syrius copia serpentium ex corpore eius erumpente exspirauerit. Loquitur de Phthiriasi s. pediculari morbo, quo perisse Pherecydem constans Graecorum sermo est: qui cum ἐρπητα dicere et ἔρπας soleant pediculos, eorum imitatione serpentes vocauit Plinius, vid. Aelian. V. H. 4, 28. et 5, 2. Sic etiam Apul. Florid. 2 p. 352, 4 Infandi morbis putredine in serpentium scabiem solutam dicit. ¶ 3 De asterismo Vitruu. 9, 6.

SERPENTIGER, era, erum. Adi. [ὄφιοχρος] Ouid. Trist. 4, 7, 17 Sphingaque, et Harpyias serpentigerosque Gigantes. al. et Burm. Serpentina pedes.

70 SERPENTIGENAE, m. Plur. [ὄφιογενῆς] Ex serpentibus nati. Ouid. Met. 7, 212 Vos serpentigenis in se fera bella dedistis. De Cadmeis fratribus, e serpentis dentibus qui prognati fuerant.

SERPENTINVS, a, um. Adi. Iustin. 32, 4, 6 Omne serpentinum genus. al. Serpentinum. Serpentinum oris vlcus, ex Celso quod laudatur, videtur sumtum ex 2, 1 ad fin. Infantes tenerosque adhuc pueros serpentina (sic Ald. Steph. Almelou.) quæ ἄφθας Graeci nominant — exercent. Nondum ergo habet auctorem.

SERPENTARIA, ac. f. Herba, quæ vocatur et Viperina Apul. de Herba cap. 5.

80 SERPENTIFER, era, erum. Adi. Virg. in Ciri 477 Seriphus serpentifera. Sic enim legendum est cum Scaligero; non vt quidam Sementifera.

SERPENTIFORMIS, e. Adi. Vulg. Interpr. Irenæi 1, 34.

85 SERPENTIPES, edis. vid. SERPENTIGER.

SERPICŪLA, ae. f. Laudatur Propert. 4, 2, 40 Serpiculis medio puluere ferre rosam. Sed leg. Sirpiculis, vid. sub SCIRPVS.

SERPULA, a verbo Serpo; Serpens dicitur apud Festum Messalla, Serpula serpsit, serpens inrepsit.

SERPULLVS, i. m. vel SERPYLLVM, i. n. [ἔρπυλλον] Herba paruum foliorum. Plin. 20, 22 Serpyllum a serpendo putant dictum. Quod in siluestri euenit, in petris maxime. Satiuum non serpit, sed ad palmi altitudinem increscit. Pinguis voluntarium, et candidioribus foliis, et ramis aduersus serpentes efficax, maxime cenchrin. Varro de R. R. 1, 35, 2 A Fauonio vsque ad Arctum extortum recte serpyllum e seminario transferri: quod dictum ab eo, quod serpit. Virg. Ecl. 2, 10 Allia, serpyllumque herbas contundit olentes. Olentia serpylla Idem Georg. 4, 31. conf. Cels. 5, 11.

90 Colum. 6, 4. et 9, 4. 11, 3, 39. Apul. de Herb. c. 10. Quidam per i Latinum scribi malunt, vt Scribon. 1. 5. 165. Etiam pro litera Graeca u adhibent, vid. Cat. R. R. 37.

SERPULLIFER, a, um. Sidon. Epist. 8, 11 in carmine.

SERRA, ae. f. [σέρριον] Instrumentum dentatum, quo ligna et lapides secantur. Ouid. Met. 8, 243 de Perdice Daedali, discipulo, Ille



Ille etiam medio spinas in pisce notatas  
Traxit in exemplum, ferroque incidit acuto  
Perpetuos dentes, et ferrae reperit usum.

Symphos. Aenig. 160

Dentibus innumeris sum toto corpore plena,  
Frondicomam sobolem morsu depascor acuto,  
Mando tamen frustra, quia respuo praemia dentis.

Columel. 5, 6 Vno ictu arborem praecidi: si minus ferrae defecari.  
Martial. Epigr. 14, 143 Et pingues tunicas ferrae fecare potest. Co-  
lumbel. de Arborib. c. 9 Vitem ferrae praecidito, et plagam lacuato.

Taleas recidito. conf. Vitruu. 2, 5. Veget. de Re milit. 3, 19. La-  
ctant. 4, 11.

¶ 2 A similitudine pluribus rebus hoc nomen  
tributum est. A figura aciei militaris genus Serra est. De hac Ve-  
get. 3, 19 Item ferrae dicitur, quae ab strenuis directa ante frontem op-  
ponitur hostibus, ut turbata acies repararetur. Non satis intellexisse

rem videtur Festus, quo auctore Serra praeliari dicitur, cum assidue  
acceditur, recediturque, neque villo consistitur tempore. Cato de  
Re Milit. Siue forte opus sit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut tur-  
ribus, aut ferrae, uti adoriare. Quin Cuneus, globus, forceps, turris,  
ferrae, uniuersa a figura dicuntur.

¶ 3 Varr. de R. R. 3, 20  
6, 1 De Pauone libere licet dicas, quia discessit Fircellius, qui secus  
si quid diceres de iis, gentilitatis causa fortasse an tecum duceret fer-  
ram. Quidam explicant de Serra militari, Festi sensu accepta, cum  
subinde acceditur ad hostem et receditur. Turnebus 8, 7 existimat,

Varronem dicere, Fircellium Pauonem propter nomen commune et gentili-  
tatem, quae ei cum Pauonibus intercedebat, si quis de eis secus loqueretur,  
streperum et odiosum putaturum fuisse, neque libentius hominem eum audi-  
turum, quam stridentem et obstrepentem ferram, cuius argutia auribus mo-  
lestia est. Haec ille: qui nempe legat, fortasse ante eum ferram duceret.

Sed ex libris optimis restitutum cum sit, fortasse an tecum duceret fer-  
ram: nihil videtur melius, quam intelligere simpliciter altercetur, con-  
tenderet: cui non subit imago fabrorum duorum ferram vicibus ad se tra-  
hentium et repellentium? qua imagine usus etiam est ad illam naturae pug-  
nam Heracliticam (ἠρακλιτικὴν) declarandam Hippocrates de Dieta.

. . . Probat hanc interpretationem etiam Gronou. Obsf. 4, 5 p. 74 et  
emendat inde alium locum Varronis apud Non. 1, 95 Aes defraudasse co-  
ponem, coponam (pro bonam) luto obleuisse, cum portitore ferram  
duxe. i. duxisse, pro eo quod est in libris tum portitores erram duxe.

Certe ferram ducere cum alio in priore loco Varronis retinendum vide-  
tur, nec opus esse, ut cum Scaligero in Sertam mutetur, h. e. funem s.  
restim. Nam illam funis significationem non satis probatam esse, patet,  
puto, ex his, quae in SERTVM n. 2 disputauimus. Addimus locum Ter-  
tull. de Coron. 2 extr. et 3 pr. Nam si ideo dicitur Coronari licere,  
quia non prohibeat scriptura, aequae retorquebitur, ideo coronari non

licere, quia scriptura non iubeat — Sed quod non prohibetur  
vltro permissum est! Immo prohibetur, quod non vltro est permis-  
sum. Et quam diu per hanc lineam ferram reciprocabimus? Imago  
pulcherrima argumenti ancipitis et ἀντιπέπυτος, quod quisque ad se tra-  
hit.

¶ 4 Serra, Genus piscis marini, apud Plin. 32, 11.  
¶ 5 Tribulae rusticae genus est Serra. Vulg. Esa. 28, 27 Non enim in  
Serris triturbabitur git. Hieron. ad h. l. Cum metendi tempus ad-  
venerit, Gith et cuminum, quae infirmiora sunt semina, non rotis  
plaustrorum teruntur, quae in ferrarum similitudinem ferreae circum-  
aguntur et trahuntur super demessas segetes, sed virga excutiuntur et  
baculo, quae vulgo flagella dicuntur.

¶ 6 Serra, Tibe-  
rini fluvii cognomen. Seruius in illud Aen. 8, 63 Ego sum pleno, quem  
flumine cernis. Stringentem ripas, et pingua culta secantem, Caeru-  
leus Tiberis, caelo gratissimus amnis. Stringentem, inquit Radentem,  
imminentem. Nam hoc est Tiberini fluminis proprium, adeo ut ab  
antiquis Rumon dictus sit, quasi ripas ruminans et exedens: in sacris

etiam Serra dicebatur: unde ait nunc, Et pingua culta secantem: in  
aliqua etiam urbis parte Terentum dicitur, eo quod ripas terat. Ha-  
cenus Seruius.

SERRVLA, ae. f. Dimin. [πρωόνιον Onomast.] Columel. de  
Arbor. 6 Et si fieri potest, iuxta aliquem nodum ferrula defecato. Cic.  
pro Cluent. 180 c. 64 Quidam ex amicis Salliae recordatus est, se nuper  
in auctione quadam vidisse in rebus minutis aduncam ex omni parte  
dentium, et tortuosam vaenire serrulam, quae illud potuisse ita circum-  
secari videretur. Id serrula praecidendum est Cels. 7, 33. Ser-  
rulae manubriatae minores maioresque Pallad. 1, 43.

¶ 2 70  
De herba, quae alias Melilotos, v. v.

SERRO, are. [πρω, πριζω Gloss. Lat. Gr.] Serra secare. Materia  
ac pali dedolantur atque ferrantur Veget. de Re mil. 2, 25.

SERRANS, antis. Habens rostra ferrantia Vulg. Isf. 41, 15. i. serrata.

SERRATVS, a, um. [πριονωτός] Ad modum ferrae factus. Plin. 75  
11, 37 Dentium tria genera, Serrati, aut continui, aut exerti. Ser-  
rati pectinatim coeuntes, ne contrario occurso atterantur, ut serpen-  
tibus, piscibus, canibus. Continui, ut homini, equo. Exerti, apro,  
hippopotamo, elephantis. Serratum ferramentum Cels. 8, 3.

Serrato vexare Morsu Petron. c. 136. Serrato ambitu folia Plin. 80  
25, 6. Tacit. de Morib. German. 5, 7 Pecuniam probant vete-  
rem, et diu notam, serratos bigatosque. Qui essent Serrati, multum  
disputatum est. Maior pars eo inclinatur, ut fuerint numi, quorum mar-  
gines incisi essent lacunis quibusdam, unde serrae formam acciperent. Eas  
porro incisiones factas esse ad fraudem detegendam, si qua subaerati es-  
sent. Veniebat in mentem, an serrati sint potius dicendi, ab impressa fi-  
gura Serti s. coronae, quod genus in Augusti praesertim numis frequens  
est. Ita eadem plane ratione dicti fuerint ut bigati. Est locus Taciti  
unicus. Serram impressam nemo, credo, vidit. Serratura marginis mi-  
nuit pondus. Viderint, qui possunt.

SERRATIM, Adu. Folia ferratim scissa Apul. de Herb. c. 2.  
Ut margines serrae figuram habeant. Vitruu. 6, 11 Serratim construi.

SERRATVRA, ae. f. Actus ferrandi Pallad. 3, 17.

SERRABILIS, e. Adi. Quod ferrae facile secari potest. Plin.  
16, 43 Serrabilia ac scitilia, quae modice humida. Sic Harduinus. Gr. 95  
ἠρακλιτικὴ καὶ ἠρακλιτικὴ.

SERRACVM, i. n. Quod ferrae instar radit Sidon. Epist. 18, 4  
pr. Nulla ferraca, nulla effeda subuehendis oneribus. Sic Sauaro et  
Wower. Sed sunt certe ea, quae Sarraca vel Sorraca alias vocantur:  
plaustra nimirum s. currus.

SERRACVLVM, i. n. [Gloss. Vet. πηδάλιον, gubernaculum, cla-  
uus.] Hanc vocem reponunt Viri docti Vlpiano l. 29 §. 2 D. ad L. Aquil.  
Duce Cuiacio V. L. 9, 10. et 14, 13. Adde Labbei Obsf. ad Synopsin  
Basilic. p. 164. Duker. de Latinit. Ictorum p. 394. Bynkers-  
boeck Obseruatt. 4, 16.

**SERRAGO**, inis. f. *Ramenta, quae decidunt, cum quid ferra scinditur.* Plin. 37, 2 *Infestantur plurimis vitibus, scabro, ferragine. al. ferrugine.* Cacl. Aurel. Acut. 1, 4 *Cornu caprinum nigrum, sed ferrago eius alba.* Cum ceruini cornu ferragine adspersa Id. Tard. 4, 8.

5 **SERRARIUS**, i. m. *λιδωρσις* Gloss. Cyrilli.

**SERRATORIVS**, a, um. Ammian. 23, 4 *Serratoria machina.*

**SERRATRINA**, ae. f. Non. 1, 320. *videtur reddenda vox pro serratrina vel feratrina: et significare locum, ubi ferra secantur arbores.*

10 **SERRANVS**. *Attuliorum cognomen. Vel a Serendo dictum.* Virg. Aen. 6, 844 *Paruoque potentem Fabricium, vel te sulco Serrane ferentem?* vid. SERANVS, suo loco. **SERRAN**. est in numo.

**SERRATA**, ae. f. [*χαμαιδρος*] *Herba a serrata foliorum textura sic dicta.* Plin. 24, 15 *Chamaedrys herba est, quae Latine trisfago dicitur. Aliqui eam Chamaerepem, alii ferratam, etc. appellauerunt.*

15 **SERRATVLA**, ae. f. [*κέρρον*] *Herba.* Plin. 25, 8 f. 46 *Vettones in Hispania eam, quae Vettonica dicitur in Gallia, in Italia autem ferratula, a Graecis cestron, aut psychotrophon, ante cunctas laudatissima.*

20 **SERTOR**, oris. m. *Praenomen Aequicolarum, eoque appellatus est Sertor Resius, qui primus ius fetiale instituit. Fuit vero ita vocatus, qui per sationem natus est. Vtrumque dicit A. Epitomes de Nom. rat. sub Val. Max. p. 876 et 880 Torren.* Festus: *Sertorem quidam putant dictum a prendendo, quia cum cuiquam adferat manum, educendi eius gratia ex seruitute in libertatem, vocetur adsertor; cum*

25 *verisimilius sit dictum, quod sereret aliquid, ac potius adsertorem a serendo accepisse nomen, cum aliquem serat, petendo in libertatem eandem, qua ipse sit, id est iungat, quia fruges cum seruntur terrae iungit. Quod totum Verrius ἀπιδάμωσ introduces. Haec sic apud Festum. Verum hoc est, in hoc verbo sationis et coniunctionis notionem fere conuenire.*

30 **SERTORIVS**, i. m. *Nomen Romanum a Sertore ductum. Huius nominis celeberrimus fuit C. Sertorius, partium Marianarum una cum Cinna, qui Sulla redeunte e bello Mithridatico, urbeque potito, in Hispaniam aufugit, et longo bello cum superari non posset, per prodicionem perit. Vitam eius habemus a Plutarcho scriptam.* Lucan. 2, 549 *Quique*

35 *feros mouit Sertorius exul Iberos.*

**SERTVIA** Campana. [*μελιλωτον*] *Herba, quae Meliloton alias dicitur. Meliloti, quod a nobis fertula campana dicitur. Scribon. 258. Plin. 21, 9. Cels. 5, 11.*

**SERTVM**, vid. SERO, ferui.

40 **SERVIA**, ae. f. [*σέρουος*] *Sertum floribus.* Plin. 21, 2 *Tenuioribus utebantur antiqui strophia appellantes, unde nata strophiola. Quin et vocabulum ipsum tarde communicatum est, inter sacra tantum et bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus. Quum vero e floribus fierent ferta, a serendo seruiuae appellabantur: quod*

45 *apud Graecos quoque non adeo antiquitus placuit. Harduin. leg. sericue: Quid si? ferta fertaeue.*

**SERVILIA**, *Gens Romae, e qua v. g. M. Bruti mater, cuius meminit Sueton. Caef. c. 50. Lex Seruilia, Agraria, quae lata est a Seruilio Rullo, quam Cicero tribus orationibus oppugnauit, vid. Tacit. Ann. 12, 60.*

50 *Seruilius, Lacus appellabatur ab eo, qui eum faciendum curauerat in principio vici Ingari continens Basilicae Iuliae, in quo loco fuit effigies Hydrae posita a M. Agrippa. Haec Festus.*

**SERVILIANVS**, a, um. Adi. Tacit. Ann. 15, 55 *Horti Seruilianii.*

**SERVILIS**, **SERVILITER**, **SERVIO**, **SERVITIVM**, **SERVITVDO**, **SERVITVS**, vid. SERVVS, in SERVO, are.

55 **SERVIVS**, [*Σέρβιος*] *Praenomen, eius qui mortua matre in utero seruatus est A. Epitom. de Nominibus sub Val. Max. Rex Rom. Seruius Tullius praecipuus sanctorum legum fuit Tacit. Ann. 3, 26.*

60 **SERVIANVS**, a, um. Adi. *A nomine Seruius. v. g. Seruiana Actio* §. item *Seruiana. De Actionibus lib. 4. Institutt. ciuiliuum l. vlt.*

**SERVVM**, i. vid. SERVS, Adi.

**SERVO**, are. [*σέρω, τέρω, φυλάττω, τερικέρω*] *Retinere et tueri, atque adeo a malis vel praesentibus vel imminentibus liberare. Sed multo*

65 *latius patet, ut seruare dicamus de omni aduersione animi et attentione, siue illa effectum suum habeat, siue minus.* Plaut. Epid. 3, 2, 43 *Me quidem certo seruauit consiliis suis.* Cic. Att. 1, 12 *Clodium Appii filium credo te audisse cum veste muliebri deprehensum domi C. Caesaris, quum pro populo fieret, eumque per manus seruulae seruatam et educum.*

70 *Ope nostra seruare aliquem Ouid. Met. 7, 39. Inuitum qui seruat, idem facit occidenti Hor. in Arte Poet. 467. Haedos pascentes seruare Virg. Eclog. 3, 12. Ter. Heaut. 4, 4, 12 Dic me hic oppido esse inuitam, atque seruari, i. custodiri, ne aufugere possim.* Virg. Georg. 1, 335 *Hoc metuens, caeli menses et sidera serua, i. obserua.*

75 *Idem Aen. 6, 338 Qui Lybico nuper cursu dum sidera seruat Exciderat puppi. conf. Cic. in Vat. c. 6 et 7. Plaut. Amph. 1, 1, 157 Quid, si ego illum tractim tangam, ut dormiat? s. seruaueris: Nam continuas has tris noctes peruigilauit: i. beaueris, magno beneficio me affeceris.* Virg. Georg. 4, 383 *Centum quae filuas, centum quae flumina seruant, tanquam domicilium suum et habitationem videlicet. Sic fere Nemo natus in aedibus seruat Plaut. Most. 2, 2, 21.*

80 *Solus Sannio seruat domi Ter. Eun. 4, 7, 10. Virg. Aen. 7, 179 Curuam seruans sub imagine falcem: Sub imagine hac representatus Sabinus falcem seruat. i. tenet. Pro obseruare, custodire ne peccetur ponunt Poetae.* V. g. *Cura seruandi dominam penes*

85 *Bagoum Ouid. Amor. 2, 2, 1. Dare seruandam aliquam alicui Idem Met. 1, 624. Hei mihi, quod dominam, nec vir, nec femina seruas Idem Amor. 2, 3, 1. Vxor scelestam me omnibus seruat modis Plaut. Rud. 4, 1, 4. Ter. Eun. 5, 8, 19 O Iupiter, Serua obsecro haec nobis bona. Plaut. Rud. 2, 3, 52 Etiam qui*

90 *it lauatum in balineas, ibi quum sedulo sua vestimenta seruat, tamen furripiuntur. Cic. Fam. 14, 2 Te nunc mea Terentia sic vexari, sic iacere in lacrimis et sordibus: idque fieri mea culpa, qui caeteros seruauit, ut nos periremus! Idem Att. 8, 2 Non expulsi, sed euocati e patria, quam non seruandam ad reditum nostrum, sed diripiendam et inflammandam reliquimus. Idem Offic. 2, 75 Utinam, inquit, C. Pontius Sannius, ad illa tempora fortuna me seruasset.* § 2

*Seruare de caelo augurum est, vel magistratum, qui utuntur auguribus, si ipsi non sint, cum obseruant, ecquod signum auspicium se oblaturum sit. Cic. de Diu. 2. c. 35 Iam de caelo seruare non ipsos censes solitos, qui auspicabantur? nunc imperant pullario, ille renuntiat. Id. pro Domo 40 c. 15 Te interrogante augures responderunt, cum de caelo seruatum sit, cum populo agi non posse. Tibi M. Bibulus quacrenti, se de caelo seruasse, respondit. Id. Phil. 2, 81 c. 32 Quisquam ne diuinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui*

95 *de caelo seruare constituit? quod neque licet comitiis per leges, et si*

100 *quis*

quis seruauit, non habitis comitiis, sed prius quam habeantur, debet nuntiare. Cic. in Vatin. 16 c. 7 Tribunus pl. fuisti — collegas habuisti viros fortes nouem. Ex his tres erant, quas tu quotidie sciebas seruare de caelo, quos irridebas, quos priuatos esse dicebas. *Sermo hic etiam est de lege ferenda comitiis, quae impediunt collegae de caelo seruantes.* Etiam de Prou. Consul. 47 c. 19 Si illud iure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, (*hac sola ratione*) quia nemo de caelo seruauit, oblitine erant, tum, cum ille, qui id egerat (*Clodius*) plebeius est lege curiata factus, dici de caelo esse seruatum? (*ut modo vidimus ex pro Domo 40*) — Quare aut vobis statuendum est, legem Aeliam manere, legem Fufiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere: cum lex feratur, de caelo seruari, obnuntiarum, intercedi licere: — aut mihi concedant homines oportet etc. Sic etiam pro P. Sextio 129 c. 61 Est decretum in curia populi ipsius Romani — admonitu, ne quis de caelo seruaret, ne quis moram vllam afferret. Add. In Vatin. c. 6 et 7. Ad Att. 4, 3 Proscripsit (*Sestius, non Marcellinus*) se per omnes dies comitiales de caelo seruaturum. Gell. 13, 15 In edicto Consulium, quo edicunt, qui dies comitiis centuriatis futurus sit, scribitur ex veteri forma perpetua, ne quis magistratus minor de caelo seruasse vellet. Arnob. adu. Gentes 2 p. 91 Seruatis de caelo, aut otiosas facitis obnuntiationibus actiones? *His omnibus in locis adiuncta est notio illa impediendi comitia.* Cum vero, ut est apud Cic. Diuin. 1, 43 c. 18 Ioue tonante fulgurante comitia populi habere nefas fuerit: et, Comitiorum solum vitium sit fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auspiciam habent, si sinistrum esset: facile persuadeor, ad fulmina et tonitrua vel obseruanda vel ementienda in primis intentos fuisse, qui de caelo seruarent. Totum autem eo comparatum erat, ut actiones magistratum impedirentur, et quasi sufflaminarentur, dum metuendum esset, ne vetarent DI secundum illud vulgare, Conscientia dubia nihil esse agendum etc. Caeterum Poetae caelum seruare paullo laxius posuere, ut totam paene auspiciandi rationem videantur complexi. Sic Lucan. 1, 601 Et doctus volucres augur seruare sinistras, quae simpliciter auguris descriptio est. Sed de proprio Comitiorum negotio 5, 395 Nec caelum seruasse licet, tonat augure surdo (*h. e. dissimulante se audire*) Et laetae iurantur aues bubone sinistro. Rursus generale est illud 6, 429 Quis prodat aues, quis fulgura caeli feruet, et Assyria scrutetur sidera cura. Ouid. Tr. 1, 9, 50 Haec mihi non ouium fibrae, tonitrusue sinistri, Linguae seruatae pennae dixit auis: Augurium ratio est etc. Inseruare hoc sensu dixit Statius, ubi vid. Add. mox SERVATOR n. 2. Substantiua nomina reliqua ordine elementorum disposita: Amicitiam seruare Cic. de Amicit. 25 c. 7 extr. Amicos seruare et retinere Hor. Serm. 1, 1, 89. Amorem nati seruare Virg. Aen. 2, 789. Animi rectum seruare Hor. Serm. 2, 3, 201. Caelum seruare, vid. n. 2. Cic. de Fin. 4, 75 Ut, inquit, in fidibus pluribus, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum seruare possit, omnes aequae incontentae sint. Virg. Aen. 3, 319 Hectoris Andromache Pyrrhin' Connubia seruas? an adhuc Pyrrhi coniux es? Columel. 11, 5 Seruantque adhuc antiquorum Consuetudinem religiosiores agricolae. Vatinius ad Cic. Fam. 5, 9 Si tuam Consuetudinem in patrociniis tuendis seruas, P. Vatinius cliens aduenit. Qui Consulta patrum, qui leges, iuraque seruat Hor. Epist. 1, 16, 41. Cic. Tusc. 1, 72 c. 28 Tum in eodem orbe in duodecim partes distributo quinque ferri stellas, eodem cursu constantissime seruantes disparibus inter se motibus. Idem Att. 5, 17 Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas: itaque eo me seruauit i. scribere distuli. Fidem seruare, Praestare promissum Plaut. Mostel. 4, 3, 29. Ter. Andr. 1, 5, 45 Neque amor, neque pudor commoueat, neque commoueat, ut seruem fidem? Fidem seruare, et manere promissis Virg. Aen. 2, 161. Fidem seruare in eo, quod dixeris Ter. Hec. 3, 3, 42. Cic. in Vatin. 15 Secundum ea, quaero seruarisne in eo fidem. Fidem seruare de re aliqua Caes. Bell. Gall. 6, 35. Fidem veritatis seruare Quintil. 3, 8. Foedera seruare Ouid. Fast. 2, 159. Fructus seruandi Gratia hortis custodem imponere Nep. 5, 4, 1. Plaut. Rud. 2, 6, 40 Qui semper seruas Gloriam aritudinis. Institutum seruare Caes. Bell. Ciuil. 3, 75. Cic. Acad. 4, 123 In eodem tanta prudentia fuit in constituendis temperandisque ciuitatibus, tanta aequitas, ut hodie stet Asia Luculli Institutis seruandis, et quasi vestigiis persequendis. Integra omnia bonitati tuae DI seruauerunt Plin. Epist. 10, 2. Intus serua, vid. INTVS. Iura induciarum seruare Caes. Bell. Ciuil. 1, 85. Iusiurandum seruare Nepos, 17, 2, 5. Limen seruare Virg. Aen. 6, 402. Modum, h. e. Mensuram tenere et obseruare Columel. 8, 5. Morem ab antiquis traditum seruare Hor. Serm. 1, 4, 117. Muros tuto aggere seruare Virg. Aen. 9, 43. Hor. Epist. 1, 2, 69 Quo semel est imbuta recens seruabit Odorem Testa diu. Cic. Off. 1, 34 Sunt autem quaedam Officia etiam aduersus eos seruanda, a quibus iniuriam acceperis. Ordinem Liu. 26, 51. Ossa fracta seruare Scribon. 209. Otia intrepido vultu seruare Sil. 11, 230. de Decio, qui quum Annibalem sibi offensum intra moenia suscipi audiret, non solum non fugiebat, sed otiose in foro ambulabat. Pecudes seruare vallibus Ouid. de Arte Am. 1, 28. Promissum Plaut. Amph. 5, 3, 1. Cic. Off. 1, 51 Nec Promissa igitur seruanda sunt ea, quae sint iis, quibus promiseris, inutilia. Pudicitiam Virg. Georg. 2, 524. Retia seruo dum tu sectaris apros Virg. Ecl. 3, 75. Religionem seruare Nepos 13, 2, 5. Plin. 15, 3 Qui medium Temperamentum in hoc seruant, perticis decutiunt. Vices descriptas seruare, et operum labores Hor. in Arte Poet. 86. Vinum seruare in vetustatem Cato 114. Columel. 12, 28. Vulnere sine tumore emplastrum seruat Scribon. 212. Vulnus aeternum seruare sub pectore Virg. Aen. 1, 40. ¶ 4 Seruare suum, pro Recuparare dictum volunt. Sed si rem bene consideres, quae loca laudantur, in iis de his agitur, quae nondum plane nostra esse desierunt. Nempe citatur Vlpianus D. de fideiuss. et mandat. in l. si mandatu meo, x. Titio credideris: et cum Titio egeris, ego non liberabor. Sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod a Titio seruare non potueris. Modest. in l. si fideiussores D. eod. tit. Si fideiussores in id accepti sunt, quod a curatore seruari non possit, et post impletam legitimam aetatem tam ab ipso, quam ab haeredibus eius Solidum seruari potuerit. Cic. Fam. 5, 20 Sed ego putauit, esse viri boni, quum populus Suum seruaret, consulere fortunis tot vel amicorum vel ciuium. Idem Q. Frat. 3, 1 Calvus aiebat aqua demta, et eius aquae iure constituto, et seruitute illi fundo imposita, tamen nos pretium seruare posse, si vendere vellemus. SERVANS,antis. Partic. [τηρῶν] Lumina seruantia Ouid. Met. 1, 684. Curuam seruans falcem Virg. Aen. 7, 179. Solis occasum seruans Virg. Georg. 1, 402. Aequi seruantissimus Idem Aen. 2, 427. i. Obseruantissimus. 105

SERVĀTVS, a, um. *Aliud Partic.* [σεσωμῆτος] *ut*, Centum clauibus feruata vina Hor. Carm. 2, 14, 25. Seruatos ciues indicat huius

ope Ouid. Trist. 3, 1, 48. Sic numi Augusti habent coronam querneam, ciuicam, cui inscriptum, OB CIVIS SERVĀTOS. Seruatusque tuos, iu-  
5 uenis, seruauerat annos Ouid. Met. 8, 459. *de ramo, qui quamdiu dura-  
turus erat, tamdiu etiam victurus Meleager.* Amores ad finem seruati  
Ouid. Met. 11, 750. Odium seruatum perenni studio Sil. 1, 17.  
Vitam seruatum dote aliqua rependere Ouid. Met. 5, 15.

SERVATIO, onis. f. *Observantia, consuetudo.* Quam perpetuam  
10 seruationem meam quaedam necessitas rupit Plin. Epist. 10, 121, 1.

SERVĀTOR, ōris. m. [σωτήρ] *Qui seruat et liberat.* Hominum  
Seruator Plaut. Pseud. 3, 2, 84. Liu. 34, 50. Quorum agmen impera-  
tor secutus, persequentibus cunctis, seruatorem liberatoremque accla-  
mantibus, salutatis dimissisque eis, eadem qua venerat via, Elatiam  
15 rediit. Sen. Conf. ad Marc. 17 Et si fortasse tibi multi nascentur filii,  
esse ex illis aliquis tam seruator patriae, quam proditor poterit. Sen.  
de Benef. 2, 18 Si seruasti me (inuitum) non ideo seruator es. Se-  
nec. . . Nec seruatoris illum loco numerabo, sed foeneratoris, cui  
sciam reddendum quod accepi. Salutis alicuius seruator Ouid. ex  
20 Pont. 4, 15, 41. Ioui seruatori Inscr. Grut. p. 18 n. 6. *Medicis tribui  
solet: vid. Barth. ad Stat. Theb. 5 p. 19.* ¶ 2 *Pro observatore* Doctus ad  
haec fatur taciti seruator Olympi Lucan. 8, 171. *Vid. SERVARE de caelo.*

SERVĀTRIX, icis. f. [σώτριά] Ter. Hec. 5, 4, 15 O Bacchis, o  
mea Bacchis, seruatrix mea. Cic. de Fin. 5, 29 Non dubitemque dicere  
25 omnem naturam esse seruatricem sui, idque habere propositum quasi  
finem et extremum, se ut custodiat quam in optimo sui generis statu.  
Inscript. Gruteri p. 97 n. 7 PROSERPINAE SERVĀTRICI. Aqua  
seruatrix Prosp. Aquit. de Prouid. v. 557. *i. Baptismus.* Conf. Tertull.  
de Resurr. c. 12' Apul. de Philosophia p. 69.

SERVĀBĪLIS, e. Adj. [σώσιμος] *Res, quae potest seruari.* Ouid.  
30 Trist. 4, 5, 21. Et tutare caput nulli seruabile Plin. 14, 3 Duracina  
sine vllis vasis in vite seruabilis. Seruabilia Aurel. Acut. 1, 17 *i. obser-  
uando cognita.*

SERVACŪLVM, i. n. *pro Ancora vel pro scapha dici volunt, quasi*  
35 *σωτήριον.* Vlpianus l. 29 §. 1 D. ad leg. Aquil. Parui refert nauem im-  
mittendo, aut seruaculum ad nauem ducendo, an tua manu damnum  
dederis. *Vid. Turneb. Adu. 27, 31. Sed adde, quae diximus in SERRA-  
CVLVM sub SERRA.*

SERVĀTŌRĪVM, i. n. [Φυλακτήριον Gloss. Gr. Lat.] *Intell. Medica-*  
40 *mentum, quod vim seruandi, et muniendi contra morbos habet.*

SERVVS, i. m. [δῆλος, δεράπιον, λάτρης, οἰκῆτης] *Homo non liber, nec sui*  
*iuris, sed qui est in potestate et dominio peculiove alterius. Putant ab eo dictum,*  
*quod seruati in bello hostes, cum occidi possent, in dominium victoris transi-*  
*rent.* *Vid. Donat. ad Terent. Adel. 2, 1, 28. Quinctil. 5, 10, 67* Hic  
45 feruus, quem tibi vindicas, aut verna tuus est, aut emtus, aut dona-  
tus, aut testamento relictus, aut ex hoste captus, aut alienus. Id. 7, 3,  
26 Quaeretur, An addictus, quoniam lex seruire donec soluerit, iubet, ser-  
uus sit? Altera pars finit ita, Seruus est, qui est iure in seruitute.  
Altera, qui in seruitute est eo iure, quo seruus, aut, ut antiqui dixerunt,  
50 qui seruitutem seruit. — Seruus cum manu mittitur fit liberti-  
nus; addictus recepta libertate est ingenuus: seruus inuito domino  
libertatem non consequetur; addictus soluendo citra voluntatem do-  
mini consequetur: ad seruum nulla lex pertinet (*quae ius domini*  
*restringat, quo minus illo abuti possit suo arbitrio*) addictus legem  
55 habet, etc. Conf. 5, 10, 60. Homini seruo suos domitos habe-  
re oportet oculos et manus orationemque Plaut. Mil. 2, 6, 80.  
Ut serui suum volunt herum esse, ita est: Bonus cum probis est Plaut.  
Most. 4, 1, 16. Crede mihi, plures dominos serui comedere, quam can-  
es Varro ap. Non. 4, 328. Quot serui, tot hostes *proverb. ap. Fest.*  
60 Nec bellua tetrior vlla est, quam serui Rabies in libera colla furentis  
Claud. in Eutrop. 1, 183. Multorum dominus, plurium seruus Sen. Ep. 9.  
Libertorum libertus, seruorumque seruus Vell. 2, 73, 1. Cic. Verr. 3, 5  
Quum vero hoc nemini persuadere possis, te tam amentem fuisse, ut Apro-  
nium et Turpionem seruos homines, tuo, liberorumque tuorum periculo  
65 diuites fieri velles. Ad limina seruus, *vid. LIMEN.* Non bene crede  
mihi, seruo seruitur Amico Martial. 2, 31. Comicus seruus, *vid.*  
Comicus testis in TESTIS. Fallax seruus Ouid. Amor. 1, 15, 17  
Infidus seruus, Lautiores serui, *vid. bb. vv.* Mali serui lingua,  
pars pessima Iuuen. Sat. 9, 120. Mediastinus seruus, *vid. b. v.* Or-  
70 dinarius seruus, *Qui praestit alitis.* Iustinian. l. 2 C. de legatis. §. Si qui  
ancillas. Peculiaris, Peculiosus seruus, *vid. in PECVLIVM.* Perfidi  
serui Hor. Epod. 9, 10. Manumittere seruum, *vid. MANV-  
MITTO in MANVS.* Mercari seruum Hor. Epist. 1, 6,  
50. Libidinum seruus Plin. Epist. 8, 22 pr. Cic. Verr.  
75 4 c. 50 extr. Neque tam serui illi dominorum, quam tu libidinum,  
Ita disputabant Stoici, Omnes stultos. *i. omnes non Sapientes esse seruos.*  
*Vid. Cic. Parad. 6 ubi v. g. ita c. 1* Serui igitur omnes improbi. —  
Non ita dicunt eos esse seruos ut mancipia, quae sunt dominorum fa-  
cta nexu, aut aliquo iure ciuili: sed si Seruitus sit, sicut est, obedi-  
80 tia fracti animi et abiecti, et arbitrio carentis suo, quis neget omnes  
leues, omnes cupidos, omnes denique improbos esse seruos, etc. *Nam*  
*totum illud Paradoxon hoc pertinet. Vid. SERVIO n. 2. Metaph. Vicarius,*  
*Qui seruebat seruo ordinario, eiusque vices gerebat. Huc respicit Mar-*  
*tial. 2, 18, 7* Esse sat est seruum iam nolo vicarius esse. Seruorum  
85 genera omnia persequi longum est, et alterius instituti, quod diligenter ex-  
sequutus est Laur. Pignorius de Seruis commentario: ubi de familia  
(quam proprie Seruorum dici suo loco ostendimus) urbana et rustica et in-  
finitis illorum ministeriis et artibus, de vernis, fugitiuis, etc. ex omni ge-  
nere monumentorum disputatur, quae augere ex tot monumentis postea in  
90 lucem proditis non difficile fuerit. Quantum enim vel solum Columbari-  
um illud Liuiae a Gorio publicatum suppeditat? Specimen etiam peti  
potest, ex nostris collectaneis ad Praepositionem A vel AB n. 35. Inter  
nobiliores Medici, Chirurgi, Ocularii, Aliptae s. Iatraliptae, Vinctores,  
etc. Anagnostae, Comoedi, Symphoniaci; tum Coquorum omne genus  
95 Opsonatores, Structores, Carptores, etc. Porro Paedagogi, Grammati-  
ci, Capsarii, Scribae, Librarii, Notarii, Glutinatores. Item Nomen-  
clatores, Aectores, Arcarii, Procuratores, Rationales, Atrientes, Ostia-  
rii: Genus omne opificum, etc. Neque enim hoc agimus Sic Serui qui-  
dam sunt publici, quorum mentio v. g. Cic. Phil. 13, 26 c. 12. It. l.  
100 Non aliter. De adoption. in Pandectis, et aliis multis in iure Ciuili  
locis. De Priuatis: *vid. Lips. Elect. 1, 12 et ad Taciti Annal. 2 p. 95.*  
Burm. ad Petron. c. 97 p. 462 seq. Serui poenae sunt, ad operas seruiles,  
ut metalla, damnati, de quibus, *vid. ICTI, v. g. Paullus Sentent. 4, 8, 24.*  
Vlp. l. 1 D. de Sententiam passis, etc. Seruorum feriae, Idibus Augu-  
105 sti, Romae celebrabantur, quia eo die Rex Tullius filius ancillae aedem  
Dia-

**Dianae** dedicauerit in Auentino, cuius tutelae sint cerui, a quorum celeritate fugitiuos vocent feruos. Festus.

**SERVVS**, a, um. Adj. [*δσλέων*] ut, Cic. de Lege Agrar. 3, 9 c. 2 Optimo enim iure ea sunt profecto praedia, quae optima conditione sunt: libera meliore iure sunt quam serua. Serua, in quae etiam alii praeter dominum, aliquid iuris est, vid. **SERVITVS** n. 2. Lucan. 6, 162 O famuli turpes, seruum pecus. Aedes seruae Martianus in l. si binarum. D. de seruit. vrb. praed. Ouid. Amor. 1, 6, 26 Nec tibi perpetuo Serua bibatur aqua: optat ianitori seruo libertatem. Area serua Iulian. in l. Et qui duas D. de seruit. vrb. praed. Fundus seruus Vlp. in l. traditio §. 1 D. de acquir. rer. domin. Manus serua Ouid. Fast. 6, 558. Pectus seruum vitis Ouid. Rem. Amor. 54. Hor. Epist. 1, 19, 19 O imitatores, seruum pecus.

**SERVA**, ae. f. [*δσλη*] Ancilla. Vlp. in l. doli D. de seruo corrupto, Si seruus seruae dicitur, etc. Rursus in l. 1. in princip. eod. tit. Matre serua natus, de *Seruo Tullio* Florus 1, 6, 1.

**SERVVLVS**, i. m. Dimin. [*δσλάριον*] Seruulorum sordidulorum scorta Plaut. Poen. 1, 2, 58. Ter. Andr. 1, 1, 56 Obseruabam mane illorum seruulos venientes aut abeuntes. Cic. Off. 3, 89 Quaerit, si in mari iactura facienda sit, equine pretiosi potius iacturam faciat, an seruuli vilis. Idem Fin. 4, . . . At quid inter parentem et seruulum interfit, intelligi et potest et debet. Infelix seruulus Iuuen. Sat. 3, 253. ¶ 2 Seruuli tui sumus vox venustae humanitatis, qua utitur tenuior amicus, sed liber tamen, ad diuitem apud Quinctil. Decl. 301 p. 582 *Burm.*

**SERVULA**, ae. f. Dimin. [*δσραπνίδιον*] Cic. Att. 1, 12 Eumque per manus seruulae seruatum et educatum. Sic *Victor. al. Seprullae.*

**SERVICVLVS**, i. m. Tertull. de Idolol. c. 10.

**SERVILIS**, e. Adj. [*δσλίος, δσλικός, άνδραποδώδης*] Quod ad seruum pertinet. Cic. de Legib. 2, 60 Quae seruilis vinctura tollitur, omnisque circumpotatio. de *sepultura.* Hor. Sermon. 2, 7, 111 Qui praedia vendit, Nil seruire gulae parens habet? Animi seruiles alte tumescunt Claud. in Eutrop. 1, 177. Cic. pro Lege Manil. 28 Seruile nauale bellum, varia et diuersa genera et bellorum et hostium. Capita seruilia Liu. 27, 16. Cic. in Pison. 1 Non enim nos color iste seruilis, non pilosae genae, non dentes putridi deceperunt. Horror seruilis praecordia concutit Claud. de Bell. Get. 372. Indoles minime seruilis Liu. 1, 5. Iugum seruile Cic. Philip. 1 c. 2. Manus seruilis Hor. Epod. 4, 19. Modi seruiles Idem Sermon. 1, 8, 32. Officia seruilia facere Propert. 4, 10, 47. Supplicio seruili animaduertere Liu. 24, 14. Ver-nilitas seruilis Quinctil. 1, 11.

**SERVILE**. Adu. Fractos inglorius armos Supposuit, seruile gemens Claud. de B. Gild. v. 364.

**SERVILITER**. Adu. [*δσλικώς*] Seruorum more. Cic. Tusc. 2, 55 c. 23 Sed hoc quidem in dolore maxime est prouidendum, ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignaue, ne quid seruiliter muliebriterue faciamus. Conf. Petron. c. 117. Tac. Hist. 1, 36, 4. Sidon. Epist. 2, 1.

**SERVILICOLA**, ae. c. Miserac, coeno delibutae, seruilicolae Plaut. Poen. 1, 2, 53 de *scortis.*

**SERVITRITVS**, a, um. Stabulum Plaut. Perf. 3, 3, 13. Sed variat lectio. Conuicium in lenonem esse apparet.

**SERVITVS**, ūtis. f. [*δσλεία, εριθεία, λατρία*] Ipsa seruiendi vel seruorum conditio. Charis. 1 p. 54 Seruitium multitudo est seruorum, Seruitus conditio seruiendi. Est autem Seruitus vel priuata, et proprie sic dicta, mancipiorum: vel ciuilis, eorum qui a tyranno oppressi, vel sub regno nati non arbitrio suo, sed alieno imperio viuere ciuilem vitam coguntur. De hac Cic. Phil. 10, 19 c. 9 Si veteranorum nutu mentes huius ordinis (Senatus) gubernantur, optanda mors est, quae ciuibus Rom. semper fuit seruitute potior. Omnis est misera seruitus. Sed fuerit quaedam necessaria: equodnam principium putatis libertatis capessendae? Ter. Andr. 1, 1, 9 Ego postquam te enim, a paruulo, ut semper tibi Apud me iusta et clemens fuerit seruitus, Scis. Cic. Philipp. 2, 113 c. 44 Pax est tranquilla libertas: seruitus, postremum malorum omnium, non modo bello, sed morte etiam repellendum. Intolerantior Tacit. Ann. 3, 45. Muliebris Liu. 34, 7. Perfica seruitus Senec. de Benefic. 2, 2. Abducere, Abstrahere, Addicere, Adducere, Afferere in seruitutem, vid. *hb. vv.* Attineri velut vinculo seruitutis, quos Patroni vindicta non liberauerit Tac. An. 13, 27. Adstringere se ad seruitutem iuris Quinctil. 2, 16. In seruitutem Cadere de regno, graue est Sen. Theb. v. 598. Colere seruitutem, vid. *COLO.* Noua seruitus Crescit tibi Hor. Carm. 2, 8, 18. *i. noui amatores succrescunt.* In seruitutem pauperem ad ditem Dari, de *coniugio impari* Ter. Phorm. 4, 3, 48. Exuere seruitutem Liu. 34, 7. Habere in seruitute, vid. *IN* Praepositionem. Imponere, Iniungere seruitutem, Mittere vrbes in seruitutem. vid. *hb. vv.* Pati seruitutem Tacit. Hist. 1, 16. Cic. Phil. 6 c. 7. Reddere leuem seruitutem, vid. *LEVIS.* Retrahi merito ad seruitutem conuictos criminum Tac. Ann. 13, 26 *extr.* Seruire seruitutem Quinctil. 7, 3, 26. vid. **SERVVS**. ¶ 2 Seruitus est Ius agendi quidquam habendive in praedio alieno, ad sui praedii utilitatem, quod iure communi agere, habere non liceat. Est haec apud *ICtos materia amplissima, de qua inter alia agunt toto libro octauo Digestorum, qui est de Seruitutibus, quae sunt aut personarum (quibus debentur) ut vsus et vsusfructus, aut rerum (quibus debentur) ut seruitutes rusticorum praediorum et vrbano- rum.* Haec Marcian. l. 1 de Seruitutibus. Paullus l. 3 eod. Seruitutes praediorum aliae in solo, aliae in superficie consistunt. A Gaio l. 5 eod. Via, iter, actus, ductus aquae *huc referuntur.* Vlpian. l. 7 eod. Ius cloacae mittendae Seruitus est. L. 14 eod. Seruitus itineris ad Sepulcrum. Er §. 2 Publico loco interueniente (inter praedium dominans et seruiens) vel via publica, haustus Seruitus imponi potest, aquae ductus non potest. — Sacri et religiosi loci interuentus etiam itineris seruitutem impedit: Cum seruitus per ea loca nulli deberi potest. Pompon. l. 15. eod. §. 1 Seruitutum non ea natura est, ut aliquid faciat quis, (veluti viridaria tollat, aut amoeniorem prospectum praestet, aut in suo pingat) Sed ut aliquid patitur, aut non faciat. Sed Seruitutum vindictio est l. 1 §. 5. D. de arb. caed.

**SERVITIVM**, i. n. [*δσλεία*] tam Multitudinem significat seruorum, quam Seruiendi conditionem Charis. 1 p. 54. De hoc prius. Ter. Andr. 4, 1, 51 Ego Pamphile, hoc tibi pro seruitio debeo, quia vel quatenus seruus tuus sum. Acre seruitium Perf. Sat. 5, 127. Crudum Tacit. Ann. 1, 8. Durius seruitium Tacit. Ann. 11, 10. Graue seruitium Senec. Octau. f. 6. Molle Tac. Hist. 4, 57. Grauis Casus in seruitium de regno Salfust. Iug. c. 62. Nobile seruitium Stat. Silu. 1, 2, 109. Superbum seruitium, *i. sub domino superbo* Propert. 3, 17, 41. Datur triste seruitium Tibul. 2, 4, 1. Seruitio Enixae tulimus superbum dominum Virg. Aen. 3, 327. Exi-

re seruitio Virg. Ecl. 1, 41. Ferre seruitium Ouid. Amor. 1, 2, 18. Genitus in seruitio Plin. 7, 39. *i. In seruiti conditione.* Esse in seruitio Vlp. in l. Aediles §. ii. D. de Aedil. edict. Iugum seruitii ferre Stat. Silu. 3, 4, 34. Leuare aliquem longo seruitio Hor. Serm. 2, 5, 99. Premere seruitio Virg. Aen. 1, 288. Esse e seruitio alicuius Tacit. Ann. 1, 23. ¶ 2 Seruitium et frequentius Seruitia, in Plurali, dicuntur Serui ipsi. Cic. in Catil. 4, 13 c. 6 Hic ad euertenda fundamenta Reipublicae, Gallos accersit, seruitia concitauit, Catilinam euocauit. Idem Verr. 5, 9 c. 4 Et tamen coeptum esse in Sicilia moueri aliquot locis seruitium suspicor. et in Catil. 4, 4 c. 2 Solicitantur Allobroges, seruitia excitantur. Seruitia fugitiosque in numerum exercitus sui recipere Vell. 2, 73, 3. Add. Colum. 11, 1 pr. Infida seruitia, vid. INFIDVS. Seruitia recentiora, politioraque immenso pretio comparauit Suet. in Caes. c. 47. Ampliare seruitia, numerum seruorum augere Tacit. Hist. 2, 78.

SERVITVDO, inis. f. Idem. [*σέρος*] Liu. 24, 22 Seruitudinis indignitatisque homines expertos aduersus notum malum irritatos esse. Sed suspectum nomen Lipsio et aliis, qui varia machinantur. Habetur tamen etiam in MS. 39, 37 Vestrae enim illae deformes veluti cicatrices seruitudinis erant. Vbi al. Seruitutis. Festus, eritudo vt seruitudo. Vet. Gl. *Δσλεία* seruitus, seruitium, seruitudo.

SERVIO, iui, itum, ire. [*δσλείω*] Proprie seruorum est, quatenus sunt serui, in primis, dum imperata faciunt. Sed etiam seruire dicuntur toti populi, cum sub alieno, vel ciuitum suorum vnus, imperio sunt: denique Seruire dicitur rei, qui propter illam facit omnia. Plaut. Men. 5, 6, 17 Propterea heri imperium exsequor bene, et sedulo seruiu. Idem Truc. 1, 2, 25 Tibi seruiu, atque audiens sum imperii. Alcibiades Athenas victas Lacedaemoniis seruire, non poterat pati Nep. 7, 9, 4. Benigne seruire alicui Catul. ad Ianuam 65, 3. Fideliter seruire Propert. 3, 25, 3. De liberali etiam ministerio, Quo quisque est propior, seruitque fidelius aegro Ouid. Met. 7, 563. Ad mensae ministerium Seruire retulit, si sana lectio est Sen. de V. B. 17 Nec temere et vt libet, collocatur argentum, sed perite seruitur, et est aliquis scindendi opsonii magister? Sed haud paullo melius cum oratione Senecae conuenit struitur, quae Lipsii coniectura est. Cic. Att. 13, 49 extr. Est bellum — non omnibus seruire. Etsi mehercule, — magis mihi isti (amici Caesaris) seruiunt, si obseruare seruire est. Indicat se abuti verbo: nam de illo obsequio et obseruatione seruiendi verbo, ad personas relato, non solet vti, nec ipsi neque alius, puto, aetatis aureae. Ingrate seruire Ouid. de Arte Am. 2, 435. Seruire liberaliter Ter. Andr. 1, 1, 11. Vtiliter seruire Hor. Epist. 1, 16, 70. Puellae seruire Ouid. Amor. 2, 17, 1. Vni domino seruire Catul. de Septimio f. 43, 14. Mens mea tibi dedita seruit Tibul. 1, 2, 101. Seruiu apud te Plaut. Aul. 1, 1, 12. De illa Philosophorum seruitute Hor. Epist. 1, 10, 42 Sic qui pauperiem veritus — Seruiet aeternum, paruo quia nesciet vti. Hinc ¶ 2 Seruire alicui rei, propter illam facere omnia. Caes. Bell. Gall. 7, 34 Omnibus omissis rebus huic Bello seruiunt. Cic. de Fin. 1, 27 Haec igitur nobis explicanda sunt: sed si enodatus, vos ignoscetis: huius enim aetati, et huic non hoc primum fortasse audienti, seruire debemus. Diligentius Amicis famaeque seruiens Nep. 2, 1, 3. Cic. in Catil. 2, 8 Qui alias amabat turpissime, aliorum Amori flagitiosissime seruebat. Auribus alicuius seruire, blandiri Caes. Bell. Ciuil. 2, 27. Commodis alterius seruire Ter. in prol. Heaut. 50. et Hec. 3, 5, 45. Cic. Diu. in Verr. 1 c. 20 Etenim si probabilius est eorum causa, qui iniurias suas persequi volunt, qua in re Dolori suo, non Reipub. Commodis seruiunt. Culturae seruire Columel. 3, 4. Cic. de Amicit. 82 c. 22 Cum homines beneuolentia coniuncti, primum Cupiditatibus iis, quibus caeteri seruiunt, imperabunt, etc. Defensionem patriae seruire Plin. Epist. 2, 5. Domino vni seruire Catull. 45, 14. Cic. Att. 5, 11 Videntur mihi nosse nos, nostram causam, et conditionem professionis suae, plane seruiunt Existimationi suae. Cic. A. in Verr. 1, 29 Non solum effugiemus inquit hominem in quaerendo nimium diligentem, nimium seruientem populi Existimationi, M. Glabronem. Cic. Att. 5, 10 Persuasum est omnibus meis seruiendum esse Famae meae, belle adhuc. Et Nep. 2, 1, 3. Cic. Tusc. 5, 9 Alios Gloriam seruire, alios pecuniae, raros esse quosdam, qui caeteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur. Cic. Verr. 1, 5 Itaque mihi videor magnam, et maxime aegram et prope depositam Reip. partem suscepisse, neque in eo magis meae quam vestrae Laudi existimationique seruisse. Idem Fam. 14, 4 Sed certe quomodo se res habebit, illius misellae et Matrimonio et Famae seruiendum est. Cic. de Diuin. 1, 110 Sed vigilantes animi vitae Necessitatibus seruiunt, disiunguntque se a societate diuina vinculis corporis compediti. Cic. Act. in Verr. 124 Petitioni toto animo seruire propter iudicium non licebat. Cic. Tusc. 1, 35 Cum optimus quisque maxime posteritati seruiat, esse aliquid, cuius is post mortem sensum sit habiturus. Quaestui ac redditibus seruire Columel. 9, 1. Cic. pro Rosc. Amer. 43 Patres familias, qui liberos habent, praesertim homines istius ordinis ex municipiis rusticanis, nonne optatissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maxime seruire? vid. RES. Ter. Hec. 2, 1, 27 Rus habitatum abii, concedens vobis, et Rei seruiens int. familiari. Incertis Rumoribus Caes. B. G. 4, 5. Rumori seruire. Plaut. Trin. 3, 2, 14. Cic. ad Brut. 9 Ac mihi tum Brute Officio solum erat et Naturae: tibi nunc Populo et Scenae, vt dicitur seruiendum est, vid. SCENA. Cic. Att. 2, 1 An libertinis atque etiam seruis seruiamus? Plaut. Aul. 4, 1, 6 Nam qui amanti hero seruitutem seruit. Gell. 1, 1 Item cuius parentes alter amboue seruitutem seruiuerunt, vid. SERVITVS. Cic. Tusc. 3, 66 An est vllum Tempus, cui non ponendae curae aegritudinis causa seruiamus? vid. TEMPVS. Idem Att. 8, 3 Et quum sit necesse seruire Tempori, et non amittere tempus, quum sit durum. Cic. Q. Frat. 1. fin. Reliquum est, vt te orem, Valetudini tuae, si me et omnes tuos valere vis, diligentissime seruias. ¶ 3 Seruire dicuntur integro vel aliis partibus partes i. connexae esse, et rationem ad illa habere. De initiis orationis. Quinctil. 9, 4, 63 Non enim cohaerent aliis, nec praecedentibus seruiunt. Plin. Epist. 1, 3, 1 Subiectus et seruiens lacus. It. 5, 6, 23 Piscina quae fenestris seruit. Stat. Silu. 2, 2, 75 Seruit sua terra fenestris. ¶ 4 Obseruat. Grammat. Supin. Graiis seruitum matribus ibo Virg. Aen. 2, 786. Passiue Senec. de Tranquil. Anim. 09 Assuescamus ergo coenare posse sine populo, et seruis paucioribus serui. Imperf. Cic. Off. 1, 31 Primum vt ne cui noceatur, deinde vt communi utilitati seruiatur. Martial. 2, 32 Non bene (crede mihi) seruo seruitur amico. Seruibo et Seruiam in Futuro facit. Plaut. Men. 5, 9, 42 Tanquam si emeris me argento, liber seruibo tibi. Ter. Hec. 3, 5, 45 Matris seruibo commodis.

**SERVITŪRVS**, a, um. Partic. [*δσλεύων*] ut, Capitolia seruitura suo Canopo Ouid. Met. 15, 828.

**SERVIENTIA**, ae. f. Paupertatem et seruitutem tolerare Plaut. Rud. 4, 2, 13. i. seruitutem. Caeterum est ex coniectura Camerarii, quam receperit viri quidam docti. Al. Sententiam.

**SĒRVS**, a, um. Adj. [*ὄψιος, ὄψιμος, ὄψιρῆλεος*] Proprie ultimam partem diei significat, ut in titulo Satirae Varronis, Nescis quid serus vesper ferat. Deinde serum dicitur, quidquid tardius fit, quam solet, debet, expectatur, optatur, metuitur, etc. Plaut. . . . Quid tam sera aduenis? Cic. Fam. 2, 7 Sera gratulatio reprehendi non solet, praesertim si nulla negligentia praetermissa est. Martial. 1, 16 Sera nimis vita est crastina, vive hodie. Ouid. Met. 6, 30 Seris venit usus ab annis. Martial. 8, 39 ad Domitianum. Esse velis oro serus coniuua Tonantis, i. sero per mortem abire in caelum. Crepuscula sera Ouid. Met. 1, 219. Frondes serae, i. e. Sero cadentes Virg. Georg. 2, 403. Seru. Ira sera Stat. Theb. 5, 688. Virg. Georg. 1, 251 Sera rubens accendit lumina vesper. Sera igitur lumina, quae sero s. vespere accenduntur. Virg. Georg. 2, 521 Tarda venit, seris factura nepotibus umbram. de arbore. Nox sera Virg. Ecl. 8, 88 post vesperam ingruens. Pedes seros, serasque assumere pennas Ouid. Met. 15, 384. Poena tamen tacitis sera venit pedibus Tibull. 1, 10, 3. Posteritas sera Ouid. ex Pont. 1, 4, 24. Segnitiae sera, Quae seros, id est tardos, facit Virg. Aen. 2, 373. Spectator serus Martial. 1, 24. Serum est cauendi Tempus in mediis malis Sen. Thyeste v. 487. Vesper serus Virg. Georg. 1, 462. Vires serae ad aliquod agendum. Id. Aen. 8, 509. Virg. Georg. 4, 144 Ille etiam seras in verum distulit vltimos. Maiores interpretatur Seruius.

Nempe quas differre et transplantare vulgari agricolae serum visum esset. Mart. 4, 40 Nil facis, et serum est alium mihi quaerere regem intempestiuum, nimis tardum. Conf. Brouckbus. ad Tibull. 1, 9, 41. Seri studiorum Horatio Sat. 1, 10, 21 sunt indocti, qui sero discunt, aut didicerunt scilicet, neque sunt παιδομαδῆς, sed ὄψιμαδῆς. Quinctil. 1, 12, 9 Quare qui in sua quidque arte optime faciunt, παιδομαδῆς dicuntur. Virg. Aen. 5, 524 Seraque terrifici cecinerunt Omina vates, exitum diu post habitura. Idem 12, 864 de noctua, Serum canit importuna per umbras, i. vesperi: Aduerbialiter. Sic Virg. Georg. 4, 122 Nec sera comantem Narcissum, i. e. sero flores habentem, Seru.

¶ 2 Substantiue ὄψια, δῆλη, Extrema pars diei. Suet. in August. c. 17 In serum dimicatione protrahata, ut in naui victor pernoctauerit. i. In horam vespertinam. Liu. 7, 8 Castrorum oppugnatione quia serum erat diei, abstinere. Ibid. lib. 10. In serum, vid. IN. Iamque sero diei ex acie subducit legionem faciendis castris Tac. Ann. 2, 21, 5. Rem in serum trahere Liu. 32.

¶ 3 Compar. Columel. 2, 10 de Lente, Sationes eius duas seruamus: alteram maturam per mediam sementim, seriore alteram mense Februario. Conf. Id. 4, 23. Sic ad Lethaeas nisi Nestore serior vndas Non eat Martial. 7, 95. Aetas serior Tibul. 1, 4, 33. Hora serior Ouid. Epist. 19, 14. Id spe omnium serius fuit Liu. 2, 3 pr. Superl. Plin. 15, 15 Patriae nomina habent ferissima omnium Amerina. Serissimi successores Vell. 2, 31, 1.

¶ 4 De quantitate Syllubae prioris notandum, eam non ancipitem esse, ut Erythraeo visum est Indice Virgilii: sed in Adiectiuo semper longam, breuem semper in Substantiuo Sera pro pessulo. Erythraeus utebatur locis corruptis vel male intellectis: Vid. Drakenb. ad Sil. 13, 252.

**SERA**, ae. f. subint. hora. ἰσπῆρα, Sera, vespera, crepusculum Gloss. Vet.

**SERVUM**, i. n. [*ὄψιος*] Aqua lactis. Plin. 11, 41 Mirum, Barbaras gentes, quae lacte viuunt, ignorare aut spernere casei tot saeculis dotem, densantes id alioquin in acorem iucundum, et pingue butyrum: spuma id est lactis, concretiusque quam quod serum vocatur. Idem 28, 9 Quidam et ipsum serum iam multo potentissimum decoquunt ad tertias partes, et sub dio refrigerant. Virg. Georg. 3, 406 Acremque molossum Pasce sero pingui. Liquidum serum Ouid. Fast. 4, 770. ¶ 2 Sed detestabilis turpitudine est in Catull. 78 Emulso labra notata sero.

**SERO**. Adj. [*ὄψε*] Tarde, amissa opportunitate. Plaut. Trin. 2, 4<sup>a</sup> 14 Sero atque stulte. Cic. Fam. 2, 7 Longe enim absum, audio sero. 65 Idem Q. Frat. 3, 1, 4 Reddita etiam mihi est peruetus epistola, sed sero allata. Cic. Q. Frat. 1, 2 Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo: Sero est enim. Cic. pro Quint. 43 De rationibus et controuersis societatis vult iudicari: Sero, verum aliquando tamen concedamus. Quinctil. 3, 6, 49 Cum obiiceret Miloni accusator in argumentum factarum Clodio insidiarum, quod Bouillas ante horam nonam deuertisset, ut expectaret, dum Clodius e villa sua exiret, et identidem interrogaret, quo tempore Clodius occisus esset? respondit Cicero Sero. Nempe non modo vesperi, quod quaerebatur, sed tardius, quam res publica id exigeret. Caes. Bell. Gall. 5, 29 Contra ea Titurius sero facturos clamitabat. Nimis sero, vid. NIMIS. Sero Medicina paratur: Cum mala per longas conualuere moras Ouid. Rem. Amor. 91. Sero post tempus venis Plaut. Capt. 4, 2, 90. Proprie Cic. Att. 7, 20 Eo die venit sero alter Consul, i. vespere, ingruente nocte. Sero sapiunt Phryges: prouerbiu est natum a Troianis, qui decimo denique anno velle coeperant Helenam, quaeque cum ea erant rapta reddere Achiuis. Fest. Compar. [*ὄψιρῆρον*] Accius ap. Fest. Ne si forte paullo quam tu veniam serius. Add. Plin. 16, 26. Cic. de Orat. 3, 75 Ad mysteria biduo serius veneram. conf. Id. de Orat. 1 c. 23. Egredi serius Ouid. Met. 4, 105. Mittit serius quam constituerat Cic. Q. Frat. 3, 1, 3. Superl. [*ὄψιρῆτατα*] Plin. 17, 2 Tarentina ferissime legi. Caes. Bell. Civil. 3, 75 Vt quam ferissime eius profectio cognosceretur. conf. Plin. 15, 17.

**SEROTĪNVS**, a, um. Adj. [*ὄψιρῆς, ὄψιρῆτος*] Vespertinus, et generatim Tardus. Tempus serotinum Columel. 11, 2. Serotinae Ficus Colum. de Arb. c. 21. Quae post legitimum tempus, consuetumque caeteris pomis, vel tarde maturescunt: Idem 8, 5, 24 Item serotini pulli, qui a Solstitio nati, capere iustum incrementum non potuerunt. De quantitate penultimae lis inter doctos orta est. Vulgo corripitur,

Omnia cum tegeret nigrum chaos, altaque moles  
Desuper vrgeret informis corpora mundi,  
Et caliganti premeret serotina nocte Hilar. in Genesi v. 17.

At Iul. Scaligero de L. L. 4, 98 produci videtur; eadem ratione ac Vespertinus, Matutinus: Sed recte notat Vossius Scaligerum in errorem incidisse, Art. Gramm. 2, 23. Nam quae ab Aduerbiis ducuntur, unam eandemque sequuntur normam, scil. ut corripiant penultimam. sic a Diu Diutinus: a Perendie, Perendinus; et similiter a Sero, Serotinus. Sed quae a Nominibus sunt, eandem producunt, ut a Vesper, Vespertinus; a Collis, Collinus; ab Adulter, Adulterinus: et sic de caeteris.

SERITAS, ātis. f. Symmach. Epist. 3, 28 Define animum nostrum epistolarum feritate metiri.

SERESCO, vid. ordine alphabetico.

SERVVS, vid. SERVO.

## S E S

SES. In Compositione antiquis significabat Semis, ut mox videbimus Sestertium esse Semis tertium, ut duo sint integra, duo asses, sed tertium non integrum, verum semis tantum. Hinc Sesque, pro quo Sesqui fere malunt, idem est quod Semisque, ut mox videbimus in SESQVI. Sequente vocali V mutant interdum QV in C. Hinc Sesculysses, Sescuncia, Sescuplum, de quibus statim post SEECENAR. Vid. Gronou. de Pec. Vet. 1, 3 p. 15.

SESĀMA, ae. f. it. SESAMVM, i. n. [σῆσαμος] Genus frumenti Indici. Plin. 18, 10 Aestiuā frumenta diximus, sesamam, milium, panicum. Sesama ab Indis venit, et ex ea oleum conficiunt. Color eius candidus. Huic simile est in Asia, Graeciaque erysimum: idemque erat, nisi pinguius esset, quod apud nos vocant irionem, medicaminibus adnumerandum potius, quam frugibus. Plaut. in

Poen. 1, 2, 112 Nihil nisi laterculos, sesamum, papaueremque, triticum et frictas nucas. Mellitos verborum globulos et omnia dicta factaque quasi papauere et sesamo sparsa Petron. c. 1. Sesamum genere Neutro, et Sesama in Plurali saepius apud Columellam, ut 11, 2

Sesami sextarius. add. Plin. 15, 7. Cels. 5, 15 et 18 n. 27. Apul. de Herb. c. 49. Sesama a Columella 2, 7 inter Legumina recensentur. Idem 2, 10 Sesama, quae rigantur maturius, etc. ¶ 2

Sesamum [Σησάμων Steph.] Vrbs Paphlagoniae postea Amastris appellata Plin. 6, 2. Sesamus, Melae 1, 20.

SESAMĪNVS, a, um. Adi. [σῆσαμίνος] ut, Sesaminum oleum Plin. 23, 4. Idem 28, 11.

SESAMOĪDES, is. f. [σῆσαμοειδής] Herba a similitudine nomen accepit, grano amaro, folio minore. Nascitur in glareosis. Detrahit bilem in aqua potum. Semen illinitur igni sacro, discutit panos. Est etiamnum, aliud Sesamoides Anticyrae nascens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant: caetera simile erigeronti herbae. Haec Plin. 22, 25. conf. Id. 25, 5.

SESANIVM. Oppidum Cataduporum in Arabia regione Plin. 6, 29.

SEECENAR, aris. m. Liu. 41, 15 (19) Consul narrat, Bouis seecenaris, quem immolauisset, iecur defluxisse. i. Seecena, vel dolabra pontificali percussis: ut interpretatur Gutherius. Nempe fundum interpretationis huius habet Festum in Scena, apud quem legi etiam posse putat pro Sacena seecenam, vid. SCENA n. 4. Succenturiat etiam aliam emendationem, nempe Sagenaris pro Saginaris i. Saginati. Sed multo probabilius est cum Graeuio praef. ad Tom. 5 Thef. Ant. legere Seecenarii, i.

Seecenarii b. e. Seecentarum librarum, ad indicandam illius magnitudinem, augendumque miraculum. Nihil nouat Drakenb.

SEECENTI, vid. SEECENTI.

SEECVLYSSES, pro SESQVIVLYSSES, is. m. Varro utitur pro Astutissimo quasi unus Vlysses cum dimidio. vid. Plin. in Praef. et Turnebi Aduers. 17, 24.

SEECVNX, quasi SESQVIVNX, uncis. m. et SEECVN CIA, ae. f. [σησάμικιον] Vnciam significat et vnciae dimidium, vid. Scribon. 50. 60. 118. etc. Seecunx est Plin. 36, 25. Columel. 12, 57

Lasericis radice quod αἰλθρον Graeci vocant, seecuncem. Idem 5, 2 Quae summa efficit iugeri seecunciam, etc. add. Vlpian. l. 8 §. 8 D. de inoff. testam. Frontin. de Aquaed. 1 p. 231.

SEECVN CIĀ LIS, e. Adi. [σησάμικιαῖος] Plin. 13, 15 Tota crassitudine seecunciali, b. e. Vnius pollicis et dimidii.

SEECVPLEX, vid. SESQVIVPLEX.

SEECVPLVS, a, um. quod et SESQVIVPLVM it. SESQVIVPLEX et SEECVPLEX, ἐν ἡμισὺν μέρος Gloss. Vet. dicitur, Sesquialter, ut quum dicimus senarium sesquiplum esse quaternarii: continet enim eum totum, et insuper dimidiam eius partem. Sescuplam faciunt rationem nouem dies cum sex collati Censorin. de Die Nat. c. 11. Quinct.

9, 4, 47 in descriptione Paeonis, qui Sescuplex vel Sescuplus illi dicitur (variat enim lectio) — ex tribus breuibibus et longa, vel alio quoquo modo tempora tria ad duo relata Sescuplum faciunt. vid. SESQVI. Cic. Orat. 193 c. 57 Modus aut sesquipleus, aut duplex, aut par. Spatii ad solem sesquiplum Plin. 2, 22.

SESE. [ἑστὸν] Accusatiuus a Sui Pronomine v. v.

SESELIS, is. f. [σίσελι] Herba est, quam vulgo Saxifragam maiorem appellant. Cic. de Nat. Deor. 2, 127 c. 49 Ceraeque paullo ante partum perpurgant se quadam herbula, quae sefelis dicitur. Hoc idem Aristoteles confirmat, in libris de Natura animalium. et Plin. 8, 32. Sefeli Creticum Scribon. 121. Conf. Plin. 20, 5 et 25, 8.

SESOPIA. In Augurali et Saliari carmine appellantur, quae alias Etopia pro Sedilibus dicere habemus nunc adhuc in consuetudine. Haec Festus. Vid. ESOPIA.

SESOSTRIS. [Σεσώστρις] Rex Aegypti, qui regibus captiuis curru iunctis vectus triumphasse dicitur; conatus est nauigabilem alueum ex Rubro mari in Nilum producere, ut scribit Herod. 2. Valer. Argon. 5, 418 Quum prima Sesostris Intulerit Rex bella Getis. vid. Plin. 33, 3. Lucan. 10, 276. Aufon. Epist. 19, 19.

SESQVI. [ἡμισόλιον, τρίημι] Assen s. unum totum et semis significat. vid. SES. Cic. in Orat. 188 c. 50 Pes enim, qui adhibetur ad

numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis, aut aequalem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem: ita fit aequalis dactylus, duplus iambus, sesqui paeon. Ad h. l. ita Budaeus, Sesqui appellauit paeona, quia pes omnis paeon longa vna syllaba et breuibibus tribus constat, at longa syllaba in temporum metricorum ratione duas breues aequare dicitur. Ita fit, ut tres breues longam vnam dimidio superent. nam ternarius ad binarium relatus sesquialteram proportionem habet. Quomodo igitur dactylus aequalibus partibus constat, quia prima longa, duabus breuibibus aequalis est: sic paeon alteram partem dimidio maiorem habet. Iambus etiam altero tanto maiorem, hoc est duplam: breuis enim syllaba longa est dimidiata. Fortasse autem illa verba Ciceronis sic legerentur rectius, Aut altero tanto maiorem, aut sesqui: hoc sensu, ut pes altero tanto maior, in secunda sui parte sit duplus: qui autem non altero tanto, sed dimidio maior est, sit sesqui, ad priorem partem posteriore parte relata: non autem sesqui maior: quia sesquiplum minus est duplo. Conf. Scal. Art. Poët. 2, 26. in primis Gronou. de Pec. Vet. 1, 3.

SESQVIALTER, era, erum. Adi. [ἡμισόλιος] Idem significat, quod Sesqui ipsum, nempe totum unum cum dimidio, assen cum semisse.

105 Cic. de Vniuers. 21 c. 7 Vnam principio partem detraxit ex toto: se-



cundam autem primae partis duplam: deinde tertiam quae esset secundae sesquialtera, primae tripla. *Ibidem sunt* Interualla sesquialtera. Apul. Apol. p. 330, 26 Falsa audes et sesquialtera? *reprehendit Aemilianum, qui Sexagenariam dixerat pro quadragenaria. conf. Vitruv. 3, 1.*

SESQVICVLEARIS, e. Sesquiculare dolium. [*τριμημιολαῖος πῖδος*] Columel. 12, 18 Sunt autem fatis sesquicularibus doliis picis durae pondo vicena quina.

SESQVICYATHVS, Celf. 6, 7 Mellis sesquicyathus. *add. Id. 6, 18.*

SESQVIDIGITVS, l. m. Vitruu. 8, 6 Canalis altus sesquidigitum.

SESQVIDIGITALIS, e. Adi. Vitruu. 10, 22 Terebratur foramen sesquidigitale.

SESQVIHORA, ae. f. [*τριμημίωριον*] Plin. Epist. 4, 9 Egeram horis tribus et dimidia: supererat sesquihora.

SESQVIIVGERVM, i. n. [*τριμημίπλεθρον*] Plin. 18, 19 Iterari sesquiugerum.

SESQVILIBRA, ae. f. [*τριμημίλιτρον*] Columel. 12, 36. Scribon. 222 Sat erit autem rorismarini sesquilibrum in duas urnas multi adijcere. Plin. 14, 20 Pulegii vel falis sesquilibra.

SESQVIMENSIS, is. m. [*τριμημίμηνον*] Varr. de R. R. 1, 27 Eius cursus annalis primum fere circiter ternis mensibus ad fructus est diuisus in quatuor partes, et idem subtilius sesquimensibus in octo. Idem 3, 10, 7 Ad saginandum eligunt pullos circiter sesquimenses qui sunt natu.

SESQVIMODIVS, i. m. [*τριμημιμόδιος*] Varr. de R. R. 1, 42 Scribunt opus esse medicae sesquimodium. Cic. Verr. 3, 215 Nunquam tam grati hi sesquimodii Q. Hortensi fuissent. *add. Colum. 2, 13, 4.*

SESQVIOBOLVS, i. m. [*τριμημιόβολον*] Plin. 26, 8 Deiectione quod supernatat, reliquus succus purgat, vtraque parte sesquiboli in aqua mulsu.

SESQVIOCTAVVS, a, um. Adi. [*ἐπὶ ὀγδοός*] *Septimus cum dimidio.* Cic. de Vniuers. 21 c. 7 Sesquialteris autem interuallis, et sesquitertiis, et sesquioctauis, suntis ex his colligationibus, in primis interuallis sesquioctauis interuallo sesquitertia omnia explebat.

SESQVIOPĒRA, n. pl. [*τριμημίεργον*] Columel. 2, 13, 2 Occantur Sesquiopera, farruntur sesquiopera, iterum farruntur vna opera, et tertio vna, metuntur vna: summa fit operarum, octo vel septem.

SESQVIOPVS, cris. n. Ibi cum alii octonos lapides effodiunt, Nisi quotidianus sesquiopus confeceris Plaut. Capt. 3, 5, 66. *i. duodenos effoderis.*

SESQVIPES, edis. m. [*τριμημιπόδιον*] Varro de R. R. 1, 43 Cytisium feritur in terra bene subacta tanquam semen brassicae: inde differtur, et in sesquipedem ponitur. Sesquipedis altitudine Palad. 1, 34. Sesquipedis spatio distare Id. 3, 10. Martial. 8, 60 Summa Palatini poteras aequare Colossi, Si fieres breuior Claudia sesquipede.

SESQVIPEDĀLIS, e. Adi. [*τριμημιποδῖαιος*] Sesquipedalis crassitudo Plin. 16, 40. *it. Vitruv. 10, 21. Et apud Catonem 10 Sesquipedalis paries.*

Dentes sesquipedales Catul. 94, 5. Tegulae Vitruv. 5, 10. Tigna sesquipedalia Caes. Bell. Gall. 4, 17. *b. e. Pedis vnius et dimidiati: quod ad crassitudinem est referendum.*

Hinc Verba sesquipedalia Turnebus non tam intelligit. Longa et extensa, quam Turgida et inflata ac praetumida. *Ab architectis esse translationem sumtam, apud quos sunt Tigna sesquipedalia, materies crassior: ut loquitur non raro Vitruuius. Inde igitur Horatium explicandum cum ait,*

*in Arte Poët. 97 Proiicit ampullas et sesquipedalia verba. Ampullarum figura, quae tumidae sunt, huic congruit interpretationi. Sed cum in Ampullis iam sit illa tumoris notio, praestat sane, ipso non repugnante*

*Turnebo, sesquipedalia de longis accipere, qualia sunt dithyrambica. Ad longitudinem certe respicit illud Martial. 7, 13 Mentula cui nondum sesquipedalis erat.*

SESQVIPEDANEVS, a, um. Idem. Plin. 9, 27 Attollit e mari sesquipedanea fere cornua.

SESQVIPLĀGA, ae. f. Ille multum tremens, quum vix duobus ictibus caput amputauisset, saeuitiam apud Neronem iactauit, sesquiplaga interfectum a se dicendo Tac. Ann. 15, 67, 5.

SESQVIPLĀRIS, e. vel SESQVIPLARIVS, a, um. Adi. *ita vocatus est, Qui annonam vnam semis, nimirum in duo capita; vnam equitis, alteram colonis vel serui accipiebat.* Veget. 2, 7 Sesqui-plares vnam semis conuequebantur annonam. *Sic enim legitur in*

*membris, apud Scriuer. qui etiam ex Hygino Gromat. adfert Sesqui-plarios. Ita ἡμιόλιον annonam vel stipendium auctum dimidio vocat*

*Arrian. Tacit. 64. Inscriptio Romae in hortis Iustin.*

D. M.

TITO. AVRELIO.

SPERATO. EQ. SING.

TVRMA. AERELI.

SABINIANI. NATIONE.

RAETO. VIX. A. XXXVII.

MILITAVIT. A. XVIII.

AVRELIVS. QVINTVS.

DVPLICARIVS. HAERES.

ET. AVRELIVS. AVRIANVS.

SESQ. SECVNDVS. HAERES.

AMICO. OPTIMO. F. C.

*vid. Reinesf. Inscript. class. 8 n. 13.*

SESQVĪPLEX, *vid. paullo ante SESCVPPLVS.*

SESQVISĒNEX, *pro Plus quam anus. Restituit hoc nomen, Scaligero plaudente, Turnebus Epigrammati quod damus voce SENEX ex Varrone de L. L. 6, 3 p. 70. extr. cum secundum versum ita legat, Fili Petroni, sesquisenex puerum. Non modo senex s. anus est amica tua, quae te cascam vocat, sed plus quam senex, anus integra et iusta, cum tanta accessione vel annorum vel turpitudinis, quae paene adhuc vnam ducere possit.*

SESQVITERTIVS, a, um. Adi. [*ἐπίτριτος*] *Vid. SESQVIOCTAVVS.*

SESQVIVLYSSES, is. m. *pro Astutissimo et callidissimo in cuiusdam Satyrae titulo Varro posuerat. Turneb. Aduers. 17, 24. vid. SESCVLVSSES. Passim citat Nonius.*

SESQVIVNCIVS f. SESCVCNCIVS, *videtur restituendum Plaut. Epid. 5, 1, 11 In manibus gestant copulas secuncias. Leg. fescuncias. i. Sesquiunciam pedis latus, quibus me alligent ac caedant.*

SESSILIS, SESSIO, etc. *vid. SEDEO.*

SESSIMONIVM, i. n. *Est Templum et sedes, deduciturque a Sessu vel Sede; ut a Merce, Mercimonium. Vitruu. 7. in praef. Spectus habent in deorum sessimonio: id est in deorum aedificandis tem-*

*plis: et sedibus statuendis: ac fessimonium dici videtur, ut ἔδος Graece.*  
Turneb. Aduers. 2, 3. Nec aliud posteriores.

SESTERTIVS, a, um. proprie Adiectivum est, significans duo cum dimidio. Certe ita dictum videtur Sestertium bipalium, i. duos semis pedes altum. Colum. de Arb. 1, 5. Vid. quae ad b. l. disputauimus. Augustus apud Sueton. c. 83 exercitationis causa decurrebat Sestertio vel lodicula inuolutus. Haec constans omnium librorum lectio, quam glossa Perizoniano codici, apud Burm. adscripta interpretatur, Tela constructa ex duobus filis integris et dimidio. Sed haec et rara, et non satis certa.

¶ 2 Sollemni significatione Sestertius (numus) dicitur quarta pars denarii, quo tempore is decussis valebat, id est dupondius et Semissis. Haec Festus Paulli. Conf. ipsius Festi fragmentum, et ad illud Viri docti. Nempe in hac quoque significatione Sestertius, dicitur quasi Semis tertius, eo quod contineat in se asses duos et dimidiatum tertium. Vnde nota vetus pro sestertio ponebatur, III, scil. duae lineae et dimidia, qua utitur Harduinus in Plin. ut in MSS inuenit. Deinde hoc modo IIS, vel LLS, i. librae duae semis, quae tandem coaluit in HS notam hodie vulgatissimam. Sed audiamus etiam Priscian. de Ponder. p. 1347 Sestertius numus duarum semissis librarum, (notatur) per duas LL et Sex qua incipit Semis, perscriptas LLS: vnde Sestertius dicitur Semistertius: de quo Aruntius haec ait, Sestertius olim dupondius et Semis, quasi semistertius, quo tempore denarius decussis valebat: hoc est, post duo Sequens tertio loco est semis. Hoc quoque secundum Atticos et Ionas, qui ἡμισυ τρίτον dicebant, pro δύο ἡμισυ — Vnde et Herodotus etc.

Laudat nempe 1, 50 ubi τρία ἡμιτάλαντα sunt duo semis: et cum dixisset. Leonem aureum olim habuisse decem talenta, illum ait iam pendere ἑξήσομον ἡμιτάλαντον i. sex semis, et arguit perisse τέταρτον ἡμιτάλαντον, tria semis. Habet ibi plura Priscianus, quibus doctrinam illam firmet. Sic etiam Charisius lib. 1. p. 58 Sestertius

vnde appellatur, solet quaeri. Quod manifestum erit, si sciamus, apud antiquos denarium decem asses habuisse. Ideoque in rationibus faciendis denarium decussis x inductum notamus, (leg. decussis \* inducto vid. DENARIUS) cuius quarta pars, dupondius semis, sestertius dicitur, quod de tribus assibus semis deficiat. Denique et nota nihil aliud quam dupondium et semis H-s. ostendit. Varro de L. L. 4,

36 p. 42, 9 Dupondius enim et Semis antiquus Sestertius est. Est veteris consuetudinis, ut retro aera dicerentur, ita ut semistertius, semisquartus pronunciarent. Sestertius igitur ab Semistertius dictus. Iam de pretio Sestertii nihil melius, accuratius, quodue facilius cum hodiernae pecuniae rationibus comparetur, est sententia, post diligens examen recepta et dilucide proposita ab Eijfenschmidio, secundum quam Sestertius Romanus aequat pretio grossum imperialem, cuius generis x implent libram Turonensem, XX florenum imperii, XXX thalerum; mille itaque Sestertii aequantur centum libris Turonensibus s. florenis semuncialibus quinquaginta, s. uncialibus quos ipsos quoque Thaleros vocamus, (Ludovicos veteres argenteos) viginti quinque etc. Hinc nihil facilius, quam Sestertiorum summas mutare in libras Turonenses, cum v. g. 5000 HS sint 500 librae etc.

¶ 3 Porro illud obseruandum, Sestertium genere Neutro significare mille Sestertios: cuius rei haec est ratio. Denarius Romanus, ut suo loco diximus, aequiparatur vulgo Drachinae Atticae, licet tantillo maiori. Iam sicut μῶν s. libra Graeca, (minam dicunt Latini) habebat centum drachinas, sic libra pondo quod etiam simpliciter pondo effertur, tot habet denarios. Igitur Sestertium pondo s. pondus habet CCL Denarios, b. e. Sestertios mille. Sestertium proinde fuit summa, de qua Liu. 22, 23 Conuenerat inter Duces Romanos Poenumque, ut quae pars plus (captiuorum) reciperet quam daret, argenti pondo bina et Selibras in militem praestaret. Plutarchus in Fabio vocat δραχμαὶς πενήκοντα καὶ διακοσίας. Ut ergo Sestertius est denarius semistertius, ita Sestertium pondo.

Haec luculenter praefert: m demonstrauit Io. Fr. Gronouius de Pec. Vet. 1, 4. Denique illud obseruandum est, summas minores plerumque numeratas per Sestertios, licet nomen ipsum raro occurrat, sed figurae, quas diximus, in quibus millenarii vel per superpositam numeralibus notis lineam transuersam, vel per adiectum M exprimentur: cum vero eo creuit numerus, ut millies mille Sestertii, vel mille millia Sestertium, i. Sestertiorum, dicendum esset, maluerunt dicere decies, et centena millia, vel apponere, vel intelligere. vid. DECIES. Hoc deinde continuatum, ut dicerent vndecies, vicies, centies, millies etc.

¶ 4 Superest, ut exempla ponamus. Cic. pro C. Rabir. Post. 45 c. 17 Equis est, qui bona C. Rabirii Postumi numo sestertio sibi addici velit?

Gell. 3, 17 Aristotelem traditum libros paucos Speusippi — emisse talentis Atticis tribus: ea summa fit numi nostri HS duo et septuaginta millia. Cic. Verr. 3, 119 c. 50 Vt si quis villicus ex eo fundo, qui HS dena meritaasset, excisis arboribus ac venditis — domino XX millia numum pro X miserit. Plenus est exemplorum hic liber 3 in Verrem. Cum in soluta oratione sibi indulserint librarii per notas scribere, ponamus epigramma licet longiusculum Martial. 10, 75

Millia viginti quondam me Galla poposcit,  
Et fateor, magni non erat illa nimis.  
Annus abit, bis quina dabis Sestertia, dixit,  
Poscere plus visa est, quam prius, illa mihi.  
Iam duo poscenti post sextum millia mensem,  
Mille dabam numos: noluit accipere.  
Transferant binae forsitan trinaeue Kalendae,  
Aureolas vltro quatuor ipsa petit. (400 HS)  
Non dedimus: centum iussit ne mittere numos;  
Sed visa est nobis haec quoque summa grauis etc.

Hor. Epist. 2, 2, 33 Accipit et bis dena super sestertia numum. Intercepta decem quereris sestertia fraude. Iuuen. Sat. 13, 17.

¶ 5 Sestertium simpliciter et indefinite pro pecunia dicebat aetas sequior. Solin. c. 27 Denique basilisci reliquias amplo Sestertio Pergameni compararunt, i. magna vi pecuniae. Nihil enim aliud hic latere, monet Salmast. p. 263, bf.

SESTERTIOLVM, i. n. Dimin. Martial. 1, 59 suam alloquens mentulam: Sed sestertiolum donauit mentula Phoebos Bis decies, hoc da tu mihi, pluris emam.

SESTERTIARIVS, i. m. Pauper, qui nil nisi sestertium in censu habet. Sic Sestertiarium hominem interpretatur Scheffer. apud Petron. 45 ubi etiam Gladiatores Sestertiarii p. p. per contemptum dicuntur, ubi idem Schefferus intelligi ait, qui vno Sestertio i. mille numis sestertiis emi possint. Mihi videbatur simplicius, utrobique intelligere homines, quos sestertio numo vix dignos dicere vellet auctor.

SESTIVS, vid. SEXTIVS.  
SESTOS. [Σηστός] Vrbs in litore Thracio ad Hellepontum sita regione Abydi, Leandri et Herus amoribus nobilitata, apud Musaeum. Strabo

Strabo 13. Mela 2, 2.

Xerxes pontibus admouit Seston Abydo

Lucan. 2, 674.

SESTIAS, ādis. Patronym. Stat. Theb. 6, 547 Contra autem frustra sedet anxia turre supremis Sestias in scopulis, i. Hero.

SESTIACVS, a, um. Adi. Aufon. in Mosell. 287 Sestiacum pelagus. 5

## S E T

SETA, ae. f. [χαῖτα] *Pilus crassior, rigidiorque, atque erectus, qualem habent fues.* Quasi fetis labra mihi compungit barba Plaut. 10

Caes. 5, 2, 49. Cic. Tusc. 5, 62 c. 20 In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina aptum demitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus. Piscem tremula salientem ducere seta Martial. 1, 56.

Hirtae setae Ouid. Met. 13, 850. Idem ib. 8, 428 Protinus exuias rigidis horrentia fetis Terga dat. Cic. de Orat. 3, 220 Oculos autem natura nobis, vt equo et leoni fetas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit. conf. Virg. Aen. 7, 667.

Seta pro penicillo e fetis composito Vitr. 7, 9. Setis os hirtum musculis marinis Plin. 11, 37. Vellera hirsuta fetis Ouid. Fast. 2, 339. In obsita fetis Virg. Aen. 7, 790 conf. Ouid. Met. 1, 739.

SETVLA, ae. f. Dimin. Arnob. 7 p. 226 Vulsae ex hostiis setulae.

SETIGER, era, erum. Adi. [χαίροφóρος] *Quod fetas gerit.* Martial. 13, 93. Ouid. Met. 8, 376 de Apro, Vulnere fecissent, nisi fetiger inter opacas Nec iaculis isset, nec equo loca peruia siluas. Latus Val. Flacc. 3, 50. Pecus fetigerum Ouid. Met. 14, 289.

Sus fetigera Virg. Aen. 12, 170. Setigeros sues dixit Sil. 3, 23. Frons fetigera Stat. Theb. 8, 532.

SETOSVS, a, um. Adi. [χαίρῆας, χαίροάς] *Quod fetis abundat.* Plin. 8 c. 45 Tauris in adpectu generositas, torua fronte, auribus fetosis. Cels. 2, 8 Corpus tenue, maximeque lati pectoris, et fetosi. Aper fetosus Virg. Ecl. 7, 29. Pecus Colum. Prooem. Propert. 4, 1, 25 Verbera pellitus fetosa mouebat arator, i. Scuticas ex caprina pelle villosa. conf. Pallad. 2, 24.SETABIS, vel SAETABIS, is. [Σεταβίς Strabo. Σαιραβίς Ptolem.] *Fluuius est Hispaniae secundum Strabon. Ptolem. et Melam. 2, 6.*

2 Est et Oppidum Hispaniae lino tenuissimo et arte texendi maxime celebris. Plin. 19, 1 A Setabi tertia in Europa lino palma. Sil. 3, 373 Saetabis et telas Arabum spreuisse superba Et Pelusiaco filum componere lino.

SETABVS, a, um. Catull. ad Afin. f. 12, 14 Nam sudaria Setaba ex Hiberis, etc. Sed Voss. p. 35 probat Setabe vel Saetabe ex Ibera, ut sit ipsum urbis nomen.

SETANIA, ae. f. aut SETANIVM, i. n. *Mespilorum genus.* 45 vid. Plin. 15, 20. Non possunt militares pueri setanio educier Plaut. Truc. 5, 1, 16. conf. Muret. Var. Lect. 9, 13. Setania pro caepa Plin. 19, 6. Setanium, bulbi species Plin. 19, 5.SETIA, ae. f. [Σητία] *Vrbs Campaniae, ex cuius agro Setinum vinum commendatur Plin. 3, 5. Martial. 13, 112 Pendula pampineos quae spectat Setia campos, Exigua verulos misit ab vrbe cados.*

SETINVS, a, um. Plin. 3, 5 Agri Setini, vid. supra SETIA.

SETIGER, SETOSVS, vid. SETA.

## S E V

SEV. [ἤρος] *Disiunctiua Particula.* Cic. pro Quint. 31 c. 8 Quem admodum solent homines nobiles seu recte, seu perperam facere coeperunt, ita in vtroque excellunt, vt nemo nostro loco natus assequi posset. Quinctil. 8 Prooem. Figuras seu translationes mutuamur. Seu et Siue alternatim ponuntur, Ter. Andr. 1, 5, 59 Siue haec te solum semper fecit maximi, seu tibi morigera fuit in rebus omnibus. Virg. Ecl. 8, 6 Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timau, Siue oram Illyrici legis aequoris. conf. Idem Ecl. 10, 38. et Aen. 1, 222.

SEVACEVS, vid. SEBACEVS.

SEVECTVS, a, um. Laudatur, Propert. 3, 2, 21 Cur tua praescripto seuecta est pagina gyro? Seuecta dicitur esse Egressa, et seorsum vecta quam ire debebat. Sed olim editur Praescriptos euecta gyros.

SEVERVS, a, um. Adi. [σευρός, ἀνέυδοτος] *Significat excessum aliquem veri, secessionem a vero, sed non ad leuitatem et remissionem, verum ad duritiam et asperitatem: itaque non tantum iocoso, sed interdum etiam humano seuerus opponitur.* Plaut. Poen. 5, 3, 51 Opinor hercle hodie, quod ego dixi per iocum, id euenturum esse, et seuerum et serium. Ter. Heaut. 5, 3, 20 Sed ipse egreditur, quam seuerus: rem quum videas censeas. Virg. Aen. 8, 638 Romulidis, Tatioque seni, Curibusque seueris. in laude grauitatis. Cic. Act. 1 Verr. c. 10 L. Cassius ex familia tum ad caeteras res, tum ad iudicandum seuerissima. Id. Off. 3, 112 c. 31 Magnus vir in primis, et qui perindulgeris in patrem, idem Acerbe seuerus in filium. Virg. Georg. 3, 37 Inuidia infelix furias amnemque Seuerum Cocyti metuet. Quae apud inferos sunt seuera quod immutabilia, quod risus et voluptatis expertia. Vid. etiam n. 2. Agricolae seueri Lucret. 5, 1356. Plin. 11, 52 Addidit morum adpectus simili modo apud nos Trogus et ipse Auctor seuerissimus. Canities seuera Claud. de Rapt. Proserp. 1, 49. Comas seueras ligare fronde Stat. Achil. 1, 288. Compositio seuera Quinctil. 9, 4, 63 ad regulam exacta, puto, et quam nemo reprehendat. Eodem sensu mox ait, sed propria sunt, ideo seueriora. Ita nunc malim, quam, quod ad l. c. monui, seueriora esse eminentia magis, oculosque ferientia. Seuerum in tali re videtur castigatum esse, non exultans, non luxurians, etc. Vid. mox Vngues seueros, item locum Fabiani apud Senecam, quem damus voce SEVERE. Cic. Qu. Fratr. 3, 1 Annali pergratae literae tuae fuerunt, quod et curares de se diligenter, et tamen Consilio seuerissimo iuuares. Idem Verr. 1, 10 Cuius legis non modo a Pop. Rom. sed etiam ab vltimis nationibus iampridem seueri Custodes requiruntur. Eques seuerus Ouid. Amor. 3, 8, 56. Falernum seuerum Hor. Carn. 1, 27, 9 quod furiosos facit, certe rixosos: ita malim, quam cum Vet. Schol. interpretari austerum. Fidibus voces crevere seueris Hor. de Arte Poet. 216. quae antea modestiores erant. Frons seuera Ouid. Trist. 2, 241. Homo seuerus Cic. de Finib. 2. Hiems seuera Quinctil. Decl. 4, 14. Imperii seuerissimi vir Liu. 100 4, 26. Cic. Verr. 3, 121 Si ex prouincia tota centum septuaginta eiecisses, possesne seueris Iudicibus saluus esse. add. Idem pro Cluent. c. 20. Iuuenes seueri et luxuriosi opponuntur Quinctil. 11, 3, 74. Lex seuera Ouid. ex Pont. 3, 3, 37. Mons seuerus Virg. Aen. 7, 713. proprio nomine dicitur. Ouid. Epist. 18, 63 Non finit Endy-105

mion te pectoris esse feueri. Senes feueriores Catull. ad Lesbiam f. 5, 2. Silentia feuera noctis Lucret. 4, 462. *quae nihil violat, aut turbat.* Supercilium feuerum Ouid. Trist. 2, 309. Idem Amor. 2, 10, 16 Hostibus eueniat Vita feuera meis. Vngues fe-  
 5 veros effundit iunctura per laeue Perf. 1, 64. *Adeo expositum opus est, ut feuerus explorator ungue percurrens iuncturas, nihil depressum, lacunam nullam sentiat, vid. SEVERE.* Vultus feueros ad-  
 10 et Trin. 4, 1, 6. Pelage Lucret. 5, 36. Furiae, turba feuera Propert. 4, 11, 22. Vncus Hor. Od. 1, 35, 19.  
 SEVERITAS, ātis. f. [σεμνότης, ἀποτομία] *Ipsa feuerorum grauitas.* Cic. Verr. 5, 178 Quum iste vestra feueritate permotus, multa signa dederat, quamobrem responsurus non videretur, etc. Acu-  
 15 leus feueritatis, vid. ACVLEVS. Laetissimae vir feueritatis Pa-  
 terc. 2 sub finem. Cic. Fam. 9, 14 Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, vt summa feueritas Animaduersionis non modo non inuidiosa, sed etiam popularis esset. Disciplinae feueritas Quin-  
 20 ctil. 2, 2. Cic. de Finib. 3, 13 Ne blanditiis eius, illecebrisque im-  
 pediatur Disputandi feueritas. Emendationis nimia feueritas Quinctil. 2, 4. Exempli Cic. Verr. 5, 7. Idem ibid. 5, . . . Summae diligentiae summam Imperii feueritatem addidit. Male  
 25 audire perunque Iudicum nimia feueritas solet, nec vnquam in con-  
 vicium nisi asperae sententiae veniunt Quinctil. Decl. 300. Summa feueritas cum summa humanitate iungatur Cic. Fam. 12, 27. Sa-  
 lutaris feueritas vincat inanem speciem clementiae Cic. ad Brut. 2. Plin. 13, 3 In M. Ciceronis monumentis inuenitur, vnguenta gratiora  
 30 esse, quae terram, quam quae crocum sapiant: quando etiam corruptissimo in genere magis tamen iuuat quaedam ipsius vitii feueritas. Cic. Off. 1, 88 c. 25 Et tamen ita probanda est mansuetudo atque cle-  
 mentia, vt Adhibeatur Reip. causa feueritas: sine qua administrari ci-  
 uitas non potest. conf. Idem ibid. c. 37. Tacit. Agric. 19 Omnia scire, non omnia exsequi, paruis peccatis veniam, magnis feue-  
 35 ritatem Commodare. Contorquere tanquam machinatione quadam ad feueritatem iudices debet orator Cic. de Orat. 2, 72. Idem in Brut. 148 Crassius in summa comitate Habebat etiam feueritatis satis. Mitigare feueritatem Cic. Qu. Fratr. 1, 1. Reuocare ad feueritatem Idem Att. 1.

SEVERITVDO, inis. f. [σεμνότης] Idem. Plaut. Epid. 5, 1, 5 Quid illuc est, quod illi caperat frons feueritudine? Morum Apul. Met. 1 p. 113.

SEVERE. Adu. [σεμνός] *Grauitate, asperitate.* Diligenter feue-  
 45 reque domesticam disciplinam regere Sueton. Caes. c. 48. Cic. de Finib. 2, 60 Ita Grauitate et feueritate voluptatem secernit a bono. Id. Tusc. 3, 72 Video enim ab eo dici multa feueritate, multa praeclare. conf. Idem Off. 1 c. 37. Lites feueritate aestimatae Cic. pro Muraen. c. 20. Idem de Legib. 3, 34 Primum enim obsistitur, quum Agitur feueritate: deinde opprimi in bona causa est melius, quam male cedere. Seueritate ad accuratam exactamque diligentiam refertur in illo Papii Fabiani apud Sen. Controu. 9 p. 154 In hos ergo exitus varius ille fe-  
 50 catur lapis, vt tenui fronte parietem tegat: at quam iunctus feue-  
 re! in hos pavementum tessellatum, et infusum tectis aurum. Sic emendauit h. l. Casaubon. ad Sueton. Caes. c. 47. Vid. paullo ante Seuera Compositio, et Seueri Vngues. Seueritate acturi fru-  
 55 galitas, modestitas, Tacit. Ann. 4, 2, 2. — Matrimonia coecere Iu-  
 lthn. 3, 3, 8. — Increpare Gell. 19, 5. — Scribere ad suos Caes. B. C. 3, 25. — Ius dicere Sueton. Caes. c. 43. Cic. pro Rosc. Com. 44 c. 15 Nihil mihi detrahatur, quum illis exactae aetatis Seue-  
 60 rissime fructum quem meruerunt, retribuam.

SEVERITER. Aliud Adu. [ἀποτόμως] Idem. Titinnius apud Non. 11, 5 Seueriter hodie sermonem amica mecum contulit. conf. Idem Non. 11, 16. Apul. Met. 2 p. 126.

SEVERIANVS, a, um. Adi. a Seuero cognomine, Seueriana  
 65 pira a Seuero insitore dicta, Plin. 15, 15. ¶ 2 De Seue-  
 rianis Haereticis, matrimonio penitus abstinentium praedicantibus, Hiero-  
 nym. et Sophronius, vid. Isid. 8, 5.

SEVIR, iri. m. Dignitatis Nomen, quasi Sexuir; vt Duumuir, Decemuir. Sic dicebatur, qui alae vniuersae equitum praeeerat. Capitol. in  
 70 Anton. Philof. 6 Seuirum turmis equitum Romanorum iam consulium designatum creauit. Sex antiquitus erant Romanorum equitum decuriae, Rhamnenses, Tatienses, Luceres, primi omnes secundique: His qui praeeerant Seuirum videntur dicti Viris doctis. Sed serius illorum fit mentio, illa antiqua diuisione turmarum olim sublata. Disputandi occasionem  
 75 in primis dederunt Vett. Inscriptt. in quibus Plinius iunior SEVIR EQV. ROM. item SEVIR EQVITVM. . . . vocatur apud Gruter. p. 454 et 1028. Reinesius ad Inscriptt. Append. n. 21 p. 1023 urbanum fuisse magistrum autumat. Ac sane nihil aliud, quam Collegium sex virorum nomen indicat frequens in Inscripttionibus. Seuiros autem Au-  
 80 gustales, qualis fuit etiam Patronianus Trimalchio c. 30 Sacerdotes fuisse a Tiberio primum in honorem Augusti Romae creatos: ac deinde in coloniis et municipiis ad exemplum urbis institutos, quorum VI primi seuirum dicti, sumtque ex decurionibus, atque in Iuniores et Seniores distincti. Haec diligenter persecutus, est Norisius ad Cenotaph. Pisan. Diff. 1, 6 quem  
 85 laudat Burm. ad Petron. l. c.

SEVIRALIS, e. Adi. Ad seuiros spectans. Capitol. in Marc. 6 Ludi Seuirales. ¶ 2 Substant. P. Numerius Martianus Aftigitanus Seuiralis Inscriptt. Grut. p. 1.

SEVIRATVS, ūs. m. Dignitas, Seuirorum. Petron. 71  
 90 Huic Seuiratus absenti decretus est. Et Vet. Inscriptio apud Gruter. p. 400, 7 HIC PRO SEVIRATV IN REMP. DEDIT HS ∞ ∞.

SEVO. vid. infra SEVVM.

SEVOCO, āre. [ἀποκαλέω] *Seorsum, seu in alteram partem vocare.*  
 95 Seuocabo herum Plaut. Men. 5, 9, 25. add. Idem Poen. 4, 2, 98. Egressus triclinio cum maxime placitam seuocasset Sueton. Cal. c. 36. Seuocare singulos, hortarique Caes. B. G. 5, 6. add. Liu. 7, 6 extr. Plaut. Aul. 3, 6, 13 Quid tu te solus e Senatu seuocas? Ouid: Met. 2, 836 Seuocat hunc genitor, nec causam fassus amoris. Cic. pro Muraen. 15 Facit vt rursus plebs in Auentinum seuocanda esse vi-  
 100 deatur. Catull. ad Ortalum f. 63 (66) 2 Etsi me assiduo consecutum Cura dolore seuocat a doctis, Ortale, virginibus, i. a musis. Plaut. Merc. 2, 3, 45 Quid illud, quod ille a me solus se in consilium seuocat? Cic. Tusc. 1, 75 Quum a re familiari, quae est ministra et famula cor-  
 105 poris, quum a Repub., quum a negotio omni seuocamus Animum: Cic.

Cic. Tusc. I, 72 c. 30 Quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, seseque ab his semper seuocassent: essentque in corporibus humanis vitam imitati deorum. Cic. pro Quint. 13 Itaque hercule haud mediocriter de communi quidquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat. Idem de Diuin. I, 63 Quum ergo est somno seuocatus animus a societate et contagione corporis, etc.

SEVOCATVS, a, um. Seuocatum decore exornauit capillamento Petron. c. 110.

SEVOCATOR, ōris. m. ἀποχωριστής Gloss. Gr. Lat.

SEVVM, i. n. quod et SEBVM, vel SEPVM dicitur. [σέβω] Pinguedo ex animalium omentis detracta, et elota ac curata, ut in usum nostrum conuertatur: v. g. cum e seuo candelas concinnamus et componimus. Plin. 15, 15 Seuum ex omento pecudis. Idem 28, 9

Quae ratio adipis, eadem in his quae ruminant, seui est, aliis modis non minoris potentiae. conf. Idem 26, 6. et 29, 5. Cels. 5, 3. Pallad. 1, 17. Plaut. Capt. 2, 2, 31 Quid diuitiae? Suntne opimae? PH. Vnde excoquat seuum fenex. Alludit ad opimi propriam significationem, et obiter docet, seuum excoqui e partibus pinguioribus. Seuum candens Colum. 7, 5, 13. i. feruens. Caprinum et bubulinum Veg. Mulom. 5, 4, 8. Hircinum Idem 3, 1, 8. et 3, 4, 25. Etiam Sepum item Sipuni scribitur.

SEVALIS, vel SEBALIS, e. Adi. Fax sebalis Ammian. 18, 14.

SEVACEVS, vel SEBACEVS, a, um. Taedis, lucernis, cereis, sebaceis nocturni luminis instrumentis clarescunt tenebrae Apul. Met. 4 p. 77 Pric. qui Pricaeus cum Elmenhorstio, ex MSS. supplere iubent, sebaceis, et caeteris noct.

SEVOSVS, a, um. Adi. [σεωσός] Quod instar seui vngit. Plin. II, 37 Seuosa cornigeris medulla.

SEVO, āre. [σεωίζω] Seuum inducere. Columel. 2, 22 Feriis autem ritus maiorum etiā illa permittit, far pinsere, faces incidere, 30 candelas seuare. Legitur et Sebare.

## S E X

SEX. [ἑξ] Numerale Nomen indecl. cuius vis ita indicatur, VI, Sex 35 menses cum Antiocho fuit Cic. in Bruto c. 91. Bis sex Virg. Aen. 9, 272. Sex, numerus perfectus, ap. Vitruu. 3, 1. Sex suffragia appellantur in Equitum centuriis, quae sunt adiectae ei numero centuriarum, quas Priscus Tarquinius rex constituit. Festus. Sex Vestae sacerdotes constitutae sunt, ut populus pro sua quaque parte haberet ministram sacrorum, quia Ciuitas Romana in sex est distributa partes, in primos secundosque Titientes, Ramnenses, Luceres. Idem. Sex femis Scribon. 26. Sex septem, pro Sex septemue. Horat. Epist. 1, 1, 56 Si quadringentis sex septem millia desunt, Plebs eris.

SEXAGINTA. Indec. LX. [ἑξήκοντα] Sexies decem. Cic. 45 Verr. I, 125 Possum sexaginta decreta proferre, in quibus ego pecuniam non dicam intercessisse, ipsa decretorum nouitas, iniquitasque declarat. Sextarii Columel. 12, 51. Annos numerare Martial. 7, 8. Annos natus es Ter. Heaut. I, 1, 10.

SEXAGENARIVS, a, um. Natus LX annos. Sueton. Claud. 50 c. 23 An sexagenarius generare possit? conf. Lactant. I, 16. Obijt maior sexagenario Eutrop. 8, 3, 8. Sexagenarios de ponte deciebant, vid. DEPONTANI.

SEXAGENVS, a, um. Adi. distribut. [ἀνὰ ἑξήκοντα] Plin. 8, 40 Gerunt vtero sexagenis diebus. Liu. 8, 8 Ordo sexagenos milites, duo centuriones, vexillarium vnum habebat. Sexagena millia modiorum Cic. Verr. 5, 52. Sexagenos denarios plebi dedi Inscrip. Gruter. p. 231. Sexageni dies Plin. 10, 17. Bis sexagena partes Manil. 2, 324.

SEXAGESIMVS, a, um. Numerus ordinalis a Sexaginta. Quarto et sexagesimo anno Cic. de Clar. Orat. c. 94. Idem Att. 6, 1 extr. Die septingentesimo sexagesimo quinto. i. DCC. LX. V. Add. Idem Att. 5, 13. Gell. 15, 7. Intra sexagesimum diem Flor. 2, 2, 7. Sexagesima mensis Martial. 6, 70. et 4, 79.

SEXAGESIES. Adu. Mart. Capell. lib. 6.

SEXAGIES. Adu. [ἑξήκοντάκις] Idem. In ratione festeriaria intelliguntur centena millia numum. Cic. Philipp. 2, 45 c. 18 Orabar, ut te contra suum patrem, si festeriium sexagies peteret, defenderem. Add. Lampr. Comm. c. 12.

SEXANGVLVS, a, um. Adi. [ἑξαγώνιος] Quod habet sex angulos. Plin. II, 11 Apum sexangulae omnes cellae. add. Idem 37, 2. Quid. Met. 15, 382 Nonne vides, quos cera tegit sexangula foetus Melliferarum apum sine membris corpora nasci? Crystallus Solin. c. 25.

SEXANGVLATVS, a, um. Idem. Solinus cap. 46 Inuenit et iridem in mari Rubro, sicut crystallum sexangulatam, quae radiis icta folis, etc.

SEXATRVS, Sextus dies est a feriis, ut Triatrus, tertius. Festus. Vid. QVINQVATRVS, in QVINQVATRIA.

SEXCENTI, ac, a. [ἑξακόσιοι] Sexies centum: interdum indefinitum numerum notat, ut μύριοι. Cic. de Diuin. 2, 34 Sexcenta licet eiusmodi proferre. Ter. Phorm. 4, 3, 63 Sexcentas perinde potius scribito dicas. Vbi Donatus, Apud nos Sexcenta dicere pro Infinito numero, fere vsitatum est. Cic. pro Rosc. Amer. 90 Sexcenti sunt, qui interficarios et de beneficiis accusabant. Sexcenti muli Idem Fam. 7, 1. Add. Att. 6, 4. Sexcenta sunt, quae memorem, si sit otium Plaut. 85 Aul. 2, 4, 41. Proprie Equites sexcenti Curt. 6, 4, 2. Tantum Carthago habuit opum sexcentos fere annos Cic. apud Non. 12, 30. Obs. Legitur Post annos sexcentos Gell. 10, 16 ed. Steph. Paris. al. sexc.

SEXCENTĒNVS, a, um. Aliud Adi. [ἑξακοσιαπλῆσιος] Columel. 3, 5 Qui ducentos quadragenos pedes obtinent, sexcenteni malleoli pangendi sunt, i. Sexcenti unicuique. conf. Sueton. Claud. c. 32.

SEXCENTI, ac, a. Adi. [ἑξακόσιοι] Pro Sexcenteni. Cic. Verr. 5, 61 c. 25 Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere, certo pretio sexcentos numos nautarum missione constituere. al. sexcentenos. Vid. Columel. 3, 3, 2. Denarii Curt. 5, 1, 45. 95 Sexcenta millia numum Eumen. pro rest. Schol. c. II.

SEXCENTESIMVS, a, um. [ἑξακοσιασός] Plin. 8, 7 Anno vrbs sexcentesimo quinquagesimo quinto. Sic 14, 12. Sed Post annum amplius sexcentesimo Gell. 10, 16. ed. Steph. al. sexc.

SEXCENTIES. Adu. [ἑξακοσιαίς] Cic. Att. 4, 15 (16) Vt roforum laxaremus, et vsque ad atrium Libertatis explicaremus, contentissimus sexcenties H-S. conf. Lamprid. Comm. c. 15.

SEXCENTOPLAGVS, a, um. [ἑξακοσιαπληγός] Fictum a Plauto nomen in Capt. 3, 5, 68 Sexcentoplago nomen indetur tibi. b. e. Sexcentas plagas accipies.

SEXDECIES, vel SEDECIES. Adu. [ἐκκαιδεκάτης] Plin. 6, 29  
Sebosus ab Aegypti extremis sexdecies centena LXXV. M. passuum.

SEXDECIM, vel SEDĒCIM, indecl. XVI.

SEXENNIS, e. Adi. [ἑξαετίας] Sex annorum. Plaut. Poen. 4, 2, 80.

5 Inde surreptus fere sexennis. Add. ibid. 5, 2, 27. Plin. 8, 32.

SEXENNIVM, i. n. [ἑξαετία] Tempus sex annorum. Cic. de  
Divin. 1, 100 Quod quidem sexennio post Veios captos factum esse  
vidimus. Idem Att. 6, 1 Confeceram vt soluerent centesimis sex-

10 ennii ductis cum renouatione singulorum annorum. conf. Idem Phi-  
lipp. 5, 3. Plaut. Poen. prol. v. 67.

SEXIES. Adu. [ἑξάκις] Sex vicibus, vt vulgo dicunt. Liu. 4, 32  
Veientem hostem sexies victum pertimescant. Vid. Colum. 5, 2. Se-  
xies consul Vellei. 1, 15, 5.

15 SEXPRIMI, orum. Plur. i. Sex principes in senatu. Cic. de Nat.  
Deor. 3, 74 c. 30 L. Atenus chirographum Sexprimorum imitatus est.  
Ita plerique edunt. Sic Decemprimi f. Decaproti. v. v.

SEXTRANS, antis m. [ἑξημῶριον] Sexta pars assis. v. g. Nu-  
mus duas uncias valens. Plin. 33, 10 ad finem, Nam quod Agrippae  
Menenio sextantes aeris in funus contulit, honoris id, necessitatisque  
20 propter paupertatem Agrippae, non largitionis esse dixerim. Liu.  
2, 33 Extulit eum plebs sextantibus collocatis in capita. Pondo  
sextans Scribon. 4. 42. 47 et saepissime. Plin. 26, 11 Prodest et

25 vino myrteo fouere: mentae Sextans, viui sulphuris uncia. Sex-  
tans, Duorum cyathorum mensura, vid. SEXTARIUS. Sueton. in  
August. c. 77 Vini quoque natura parcissimus erat. Non amplius ter  
bibere eum solitum super coenam in castris apud Mutinam, Corn. Ne-  
pos tradit. Postea quoties largissime se inuitaret, senos sextantes  
non excessit: aut si excessisset, reiciebat. Senos sextantes pro Sex-

30 tario dixit, sed significare voluit, Senis haufibus sextarium tantum bi-  
bere eum solitum. Sextans agri, Pars sexta iugeri: vid. Varr. de  
R. R. 1, 10. et de L. L. 5, 36. Columel. 5, 1. Pars sexta, pedes  
quatuor millia et octingentos, hoc est sextans, in quo sunt scrupula  
XLVIII. conf. Vitruu. 3, 1. Sextans a veteribus interdum

35 scriptum est.

SEXTANTARIUS, a, um. Adi. [ἑξημῶριος] Quod sextantis  
habet pondus. Plin. 33, 3 s. 13 Librae autem pondus aeris imminu-  
tum bello Punico primo, quum impensis Respub. non sufficeret, con-  
stitutumque vt asses sextantario pondere ferirentur. Sextantarii  
40 asses (inquit Festus Pompeius) in vsu esse coeperunt ex eo tempore,  
quo propter bellum Punicum secundum, quod cum Hannibale gestum  
est, decreuerunt patres, vt ex Assibus, qui tum erant librarii, fierent  
sextantarii, per quos cum solui coeptum esset, et populus aere alieno  
liberaretur, et priuati, quibus debitum publice solui oportebat, non  
45 magno detrimento adficerentur. Septuennio quoque (anno) vsus  
est, vt priore numero: sed id non permansit in vsu, nec amplius pro-  
cessit in morem. Difficile est haec in concordiam reuocare cum Pliniano,  
vid. Antonii August. notas ad Festum.

SEXTANTALIS, e. Adi. Vitruu. 10, 6 Fusi sextantales: Sex-  
tantem pedis, i. duo digitos crassi. Sic materiam trientalem  
50 vocat, etc.

SEXTARIUS, i. m. [ἕξης] Sexta pars congii, quae mensura cau-  
tam liquidis quam aridis seruiebat. Capit autem sextarius cotylas binas,  
quae Latine Heminae dicuntur. Cum nomina bibebant, Sextarius  
instar Assis in XII uncias diuidebatur: vide, quae copiose dedimus in

55 BIBO. Hic tantum ponemus versus Rhemni 80 sq.  
Sextari cyathus pars est, quae est uncia librae:  
Nec non Oxybaphi similis fescuncia fiet.  
Sicilique tibi Mystro simulare licebit.

Cochlear extremum est, Scriplique imitabitur instar.

60 Continet ergo Sextarius XII Cyathos, VIII Oxybapha s. acetabula, My-  
stra XLVIII, Cochlearia CCLXXXVIII. conf. CONGIUS. Sex-  
tarius, aridorum mensura, Columel. 2, 9 de Panico et Milio verba fa-  
ciens, Nec impensa graui sationem cultoris onerant, quippe sextariis  
fere quatuor iugerum implent. Idem 12, 5 Salis sextarium sub-

65 terito. Paulo post, Quidam hordei tosti sextarios quatuor. Cato  
c. 105 Schoenum et calamum in pila contundito, quod fiet sextarium  
vnum, eodem in dolium infundito, vt odoratum fiet. Conf. Cels. 6, 7.  
Vitruu. 9, 3. Columel. 4, 8. 12, 16 et 51. Cic. Off. 2, 56

70 16 At ii, qui ab hoste obsidentur, si emere aquae sextarium  
cogerentur, hoc primo incredibile nobis videri. Sextarius olea-  
rius Cato c. 13. Sextarius vini Hor. Arte Poët. 74. Ducere sex-  
tarium, Ebibere, Iuuen. Sat. 6, 426. Lauare lanam sextario vini  
Scribon. 161.

SEXTARIOLVS, i. m. August. apud Sueton. in Vita Hor.

75 SEXTILIS, is. m. Dicebatur, qui nunc Augustus mensis, vid.  
Sueton. Aug. c. 31 quod sextus esset in ordine mensium a Martio. Hor.  
Epist. 1, 7, 2 Quinque dies tibi (pollicitus) me rure futurum, Sextilem  
totum mendax desideror. Mensis sextilis Idem ibid. 1, 11, 19.

SEXTILIVS, Nomen a Sexto deductum, vt Quinctilius a  
80 Quincto. Vnde Sextilia Vitelliorum mater Tac. Hist. 2, 64.

SEXTVLA, ae. f. Sexta pars unciae. Cic. pro Caecin. 18 c. 6  
Facit heredem ex deunce et femuncia Caecinam, ex duabus sextulis M.  
Fulcinium libertum superioris viri, Eburio sextulam adspersit. He-  
reditatem, i. assen in deuncem, femunciam, et tres sextulas diuisit. Ex  
85 quo liquet, sextulam tertiam esse partem femunciae, et unciae sextam.  
Duas sextulas dixit pro tertia parte unciae: quum tamen aliud vocabu-  
lum Latinum haberet, duellam scil. Nam duae sextulae duellam fa-  
ciunt, quae tertia pars est unciae, vid. Bud. in Assē. In M. v. v. a  
agri, Columel. 5, 1 Pars septuagesima secunda, pedes CCC hoc est  
90 sextula, in qua sunt scrupula quatuor.

SEXTVPLVS, a, um. ἑξαπλῆς Gloss. Cyrilli.

SEXTVPLEX, icis. Idem.

SEXTVS, a, um. Adi. [ἕκτος] Numerus ordinalis a Sex, vt, Sextus ab  
Hercule Vellei. Paterc. 1, 3, 3. Sexta olympiade Vellei. 1, 8, 4.  
95 conf. Plaut. Most. 4, 2, 41. Sexta decuma legio Tac. Ann. 1, 37, 4.  
Sexto decimo Calend. Ian. Colum. 11, 2. ¶ 2 Est etiam  
Praenomen, vt Quinctus, etc.

SEXTVM Consul, [ἑξάκις ὑπατος] vt Tertium Consul. Cic. in  
Pison. 20 c. 9 Qui C. illi Mario fortissimo viro et Consuli, et sextum  
100 Consuli, etc.

SEXTANVS, a, um. Plin. 5, 4 Sextani, scil. Milites,  
sextae Legionis.

SENI, ae, a. [ἀνώ ἐξ] Sex in distributione. Cic. Verr. 2, 22 Ab  
isto, et praeco qui voluit, istum ordinem pretio mercatus est, et pueri  
105 annorum senum septennumque denum, Senatorium nomen nundinati  
sunt.

sunt. Oua terna, fena Columel. 8, 11. Pondo fena Scribon. 142.  
 Senos viros singuli currus uehebant Curt. 8, 14, 3. Anni decies  
 feni, Sexaginta Ouid. Fast. 3, 163. Stipendia fena dena fa-  
 cere Tac. Ann. 1, 36, 4. Festus: Senis: crinibus nubentes  
 ornantur, quod is ornatus vetustissimus fuit. Quidam, quod eo  
 Vestales virgines ornentur, quarum castitatem uiris suis spondent illi-  
 batam fore a caeteris. Quae typo distinximus sunt ex coniectura sup-  
 pleta: feni crines sunt sex tertiae crinium uitta implexae. Sic Scal.  
 SENARIVS, a, um. Adi. [ἐξάς, ἐξάδιος] Quod constat sex re-  
 bus, ut Senarius numerus Cic. in Orat. c. 55. Senarii uersus, 10  
 qui et Senarioli dicti sunt a sex pedibus. Idem Tusc. 5, 64 c. 23  
 Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse in-  
 scriptos acceperam, qui declarabant, in summo sepulchro sphaeram  
 esse positam cum cylindro.

SENARIOLVS, i. m. Dimin. uid. SENARIVS. 15  
 SENIO, ōnis. m. Sex puncta in tesseriis et talis, uid. Casaub. ad  
 Sueton. Aug. c. 71 et ad illud Perf. Sat. 3, 48 — Quid dexter senio  
 ferret. Martial. 13, 1 Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.  
 SEXTIVS, Nomen Romanum, u. g. P. Sextius, qui in tri-  
 bunatu Ciceroni aduersus Clodium contractis armatis auxilio fuit, quo no-  
 mine in iudicium uocatus, defensus fuit a Cicerone in Oratione, quae exstat.  
 Quaedam exemplaria exhibent Sestium, sed minus recte, uid. Gruteri  
 nota in Inscriptionem huiusce Orationis. Sextius Caballus, Scurra  
 maximus, qui a calcitrato, Caballi cognomen adeptus est Martial. 1, 42.  
 Cic. pro Quint. 25 Tabula Sextia. 25

SEXTIANVS, a, um. Columel. 5, 10 Mala Sextiana. al.  
 Sestiana.

SEXVNGVLA, rapacis ancillae epitheton comicum Plaut.  
 Truc. 2, 2, 57.

SEXVS, ūs. m. [γένος, διαφορά τῶ ἀρρένων, καὶ τῶ θήλειος] Genus  
 illud, quo mares a feminis natura discreuit. Columel. 6, 24 Certis  
 signis comprehendere licet, quem sexum generauerit. Sexus a Graeco  
 dicitur ἕξις, quod est habitus: significatque naturam et habitum, au-  
 ctore Festo. Orbus virili sexu Afran. apud Fest. Pacuius ibid.  
 Triplicem virili sexu partum procreat. Aur. Vict. de Viris Illustr. 35  
 2 Ad quos quum utriusque sexus multitudo conuenisset, dato suis signo  
 uirgines raptae sunt. Sexum muliebri motu mentiri Columel. 1  
 Praef. uid. Arnob. 3 p. 104. Adolescens ambiguo sexu Liu. 27,  
 11. et 31, 12. Sequior Apul. Met. 10 p. 249. i. femineus. Plu-  
 raliter Lactant. 1, 16 extr. Ex duobus sexibus alter fortior, alter infir- 40  
 mior est. Peculiariter dici de Femineo sexu, notat Dan. Heins. ad  
 Sil. 3, 114. Sed non adfert nisi Vet. Gloss. ἡμι γυναικίον. Neutro  
 Gen. Plaut. Rud. 1, 2, 19 Virile sexus nunquam habui ullum. Sed  
 Gronou. secus. u. u. Affluxere auidi talium virile et muliebri  
 sexus Tacit. Ann. 4, 62. Add. Idem H. 5, 13, 5. Gronou. ad Liu. 45  
 26, 47. Veteres interdum pro Sexus dixere Secus, ubi uid.

SEXVĀLIS, e. Adi. Ad sexum spectans. Cael. Aurel. Acut. 3,  
 18, 184. Manibus sexualibus, i. Alterius feminae.  
 SEYA, uid. SEIA.

## S I

SI. [εἰ, ἂν ἐάν, ἢν, ἄνε, ἄνα] Coniunctio conditionalis: Sed  
 late accepto uocabulo conditionis, ut omnia etiam causarum genera com-  
 plectatur, tempus item, et omnem aliam circumstantiam, a qua euentus  
 aliquis quocumque modo pendere intelligitur. Quod ad constructionem 55  
 attinet, Indicatiuus modus adhibetur in re certa ac definita, Coniunctiuus  
 pendere conditionem, incertamque esse, indicat. Sed hic etiam notandum  
 tempora, in ro, fuero, dixero, uenero, male uulgo ad Coniunctiuum  
 referri; cum sint Futura exacta Indicatiui modi, etc. Iam po-  
 nentur exempla, quae inuenimus, quae exactius disponere iam non licet. 60  
 Incipiamus ab eo, quod de Futuro exacto diximus Cic. pro Cael. 49 c. 20  
 Si quae non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupidi-  
 tati, palamque se in meretricia uita collocauit, uirorum alienissimo-  
 rum conuiuio ubi instituerit, si hoc in urbe, si in hortis, si in Baia- 65  
 rum illa celebritate faciet, si denique ita se se geret, etc. Nou iungit  
 diuersos modos, Cic. in Catil. 1 c. 3 Si illustrantur, si erumpunt  
 omnia. Non dubitat, an illustrantur: sed quia illustrantur, suadet,  
 ut mutet Catilina mentem. Virg. Aen. 6, 119 Si potuit manes ar-  
 cessere coniugis Orpheus. Affirmat potuisse. Cic. Fam. 2, 6  
 Nunquam labere, si te audies: sperat auditurum. Sic ibid. 2, 17 Si 70  
 me audies, uitabis inimicitias: et posteritatis otio consulens. Cic.  
 pro Cluent. c. 26 Tum ei quadraginta millia, si esset absolutus Oppia-  
 nicus, pollicetur. Pendet conditio. Tamen Finitiuus, τοῖς ὁριστικοῖς,  
 id est Indicatiuus etiam iungitur, quum conditio, ita tamen, ut nexum  
 conditionis cum consequente suo certum indicet. Ter. Andr. 1, 3, 5 75  
 Si illum relinquo, eius uitae timeo: sin opitulus, huius minas.  
 Idem ibid. 2, 1, 24 Pamphile si id facis, hodie postremum me uides.  
 Idem Eun. 1, 1, 6 Si incipies, neque pericies nauiter. Virg.  
 Georg. 1, 219 At si triticeam in messē, robustaque farra Exercebis  
 humum. Bibe, si bibis Plaut. Stich. 5, 4, 28. Ite, si itis Id. 80  
 Poen. 5, 4, 67. Quin datis, si quid datis Idem Cas. 4, 1, 7. Si,  
 in principio orationis, Cic. pro Cael. pr. Si quis, iudices, forte  
 nunc adfit. — Ibid. . . . Si auctoritates patronorum in iudiciis  
 ualere, ab amplissimis uiris, etc. Pro Archia pr. Si quid est in  
 me ingenii, etc. Fiduciam Indicatiuus indicat, Si deus, si dea 85  
 es Cato de R. R. 139 Sic uerba concipito: Si deus, si dea es. Verba  
 in precibus Romanorum sollempnia: in quo ab Arnobio illuduntur merito,  
 Nam consueuisti in precibus, siue tu deus, siue tu dea, dicere: quae  
 dubitationis exceptio dare uos DIs sexum, diiunctione ex ipsa declarat.  
 Locus est lib. 3 p. 104. Illustrauit totum hoc ad Catois l. c. Meursius. 90  
 Add. Inscript. Fratrum Arual. apud Phil. a Turre. Antiquitt. Vet. Antii  
 p. 389 sq.  
 ¶ 2 In concessionibus, cum negatiuus ponitur.  
 Cic. Verr. 1, 152 Hic istius scelerata locatione nefarioque latrocinio  
 bonis patriis fortunisque omnibus spoliatus, uenit in iudicium: si  
 nihil aliud, saltem ut eum, cuius opera ipse multos annos est in for- 95  
 dibus, paullo tamen obsoletius uestitum uideret. Compendiaria lo-  
 cutio sumta a Graecis, teste Budaeo. Idem pro Cluent. 15 c. 6 Non  
 timuisse, si minus uini deorum, hominumque famam; at illam ipsam  
 noctem, facesque illas nuptiales? Et Fam. 2, 5 Propter ipsius excellentem  
 in eo genere uel gratiam uel diligentiam, nostram suffragationem si 100  
 minus potentem, at probatam tamen. Modestiae ἦθος est in illo  
 Cic. Att. 14, 19 Quae diligenter a me expressa acumen habent Antio-  
 chi, nitorem orationis nostrum, si modo is est aliquis in nobis. Si  
 non cum ellipsi Plin. Epist. 3, 6 Si adsunt amici, honestissimi ser-  
 mones explicantur: si non (adsunt) liber legitur. Plenius Caes. 105

- Bell. Civil. 1, 2 Vti ante certam diem Caesar exercitum dimittat: si non faciat, eum aduersus Rempubl. facturum videri. Cic. in Orat. 103 Nulla est enim vlllo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non fit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen.
- 5 Idem de Orat. 14 Alicui si nequaquam parem illius ingenio, at profro tamen studio meritam gratiam debitamque referamus. Idem in Orat. 98 Hoc vno perfecto magnus orator est, si non maximus.
- ¶ 3 Cic. Diu. in Verr. 56 c. 17 Iudicium dat statim, si pareret eam se et sua Veneris esse dixisse: iudicant Recuperatores id, quod necesse erat. Sic legendum viderunt viri docti ex Festo in dictione Paret, per R. liquidam, non Pateret, ut quidam libri. Plin. Epist. 3, 1 Liber legitur, interdum etiam praesentibus amicis, si tamen illi non gravantur. Cic. pro Rosc. Amer. 57 Sed si ego hos bene noui, literam illam, cui vos vsque eo inimici estis, ut etiam omnes eas oderitis, ita vehementer ad caput affingent: ut postea neminem alium, nisi fortunas vestras accusare possitis. Idem Acad. 4, 6 c. 2 Quod si quum fungi munere debeamus, non modo operam nostram nunquam a populari coetu remouemus etc. Sed de Quod si agimus in QVOD n. 3. Conditionem absurdam ponit Cic. pro Quint. 7 Qui communi studio, summis opibus Sext. Naeuium defendunt: si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius, quem velit, iniquo iudicio opprimere possit. Parenthesis blanda est Cic. Fam. 5, 11 De Dionysio, si me amas, confice. Ut et illa Cic. Acad. 1, 35 Eam quoque (si videtur) correctionem explicabo, sicut solebat Antiochus.
- 25 Idem Fam. 4, 2 Tu (si videbitur) ita censeo facias. Idem Verr. 2, 142 Neque enim si maxime statuatae deiectae essent, eas ego vobis possem iacentes ostendere. Si per commodum Reip. posset Liu. 31, . . . Si vlli rei sapiens assentietur vnquam, aliquando etiam opinabitur Cic. Acad. 4, 136. Idem Qu. Frat. 1, 2 Intelliges esse nihil a me, nisi orationis acerbiteriam et iracundiam, et si forte, raro literarum mislarum indigentiam reprehensam. Plane dubitare videri vult vtrum praeterea aliquid reprehenderit. Potentialium vim habet illud Ter. Andr. 4, 2, 12 Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines. Sed Ouid. de Arte Am. 1, 1 Si quis in hoc artem populo non nouit amandi. Cic. Offic. 1, 21 Eo si quis sibi plus aequo appetet, violauit ius humanae societatis. Ter. Eun. 5, 2, 26 Nam si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Vbi Donatus, Deest ET, ut sit, Et si. Si herus mihi es tu, atque ego me tuum esse seruum assinulo, tamen viso opus est Plaut. Capt. 2, 1, 28. Idem Merc. 4, 2, 4 Decem vocasset si ad coenam summos viros, nimium opsonauit. ¶ 4 Si, pro Cum, ut non conditionem, sed tempus significet. Hor. Epist. 1, 7, 10 Quod si bruma niues Albanis illinet agris. i. Cum bruma aduenerit. Vid. plura apud Lambinum in hunc locum. Si diis placet; proprium est exclamantis propter indignitatem alicuius rei, siue temeritatem, et indignantis, inquit Donatus ad Ter. Eun. 5, 3, 11 Vide ut otiosus sit, si diis placet. Cic. de Orat. 3 c. 24 n. 93 Etiam Latini, si diis placet, hoc biennio magistri dicendi existerunt. Idem Tusc. 5, 31 Qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, si diis placet, videtur semper sapiens beatus. Si est ut, Ter. Hec. 3, 5, 51 Si est ut velit reducere uxorem, licet. i. Si velit. Idem Phorm. 2, 1, 40 Si est, patruae, culpam ut Antipho in se admiserit, etc. pro, Si admisit, ut Donatus interpretatur. Vid. rursus Hec. 4, 1, 44. Si in causis precum vel adhortationum allegandis adhibetur. Sic dicimus, inquit
- 55 Donatus, quando praesertim aliquid, et tamen nolumus exprobrare. Ter. Andr. 1, 5, 57 Ne abs te hanc segetes, neu deseras, si te in germani fratris dilexi loco: siue haec te solum semper fecit maximi. Virg. Aen. 9, 406 Si qua tuis, etc. Idem ibid. 4, 317 Si bene quid de te merui. Virg. Georg. 1, 7 Liber et alma Ceres, vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem inuauit arista: Vbi Seru. Si, Siquidem: nam si confirmantis est. Idem Aen. 5, 798 Si concessa peto, si dant ea moenia Parcae. Add. Idem 6, 525. Cic. pro Arch. c. 12. et pro Domo c. 57. et Verr. 5 extr. Si, pro Postquam. Ter. Phorm. 1, 2, 69 Non si redisset pater ei veniam daret.
- 65 Virg. Aen. 5, 64 Praeterea si nona diem mortalibus alium Aurora extulerit. Si hoc ita fato datum erat Liu. 30, 30. Conf. Idem 1, 15. Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt Cato in Dist. 1. Si sapias, pro Si sapias, ait Donatus Ter. Eun. 1, 1, 31. Conf. Ibid. 4, 4, 54. Si redierit, pro Si rediit Ter. Adel. 4, 2, 11. Donat. Dicis, si facies inodo Plaut. Trinum. 5, 2, 63. Ter. Andr. 4, 5, 51 Ne me attingas scelesti: si pot Glycerio non omnia haec. Ante Si omissum moriar, aut similis imprecatio. Ter. Adel. 5, 8, 11 Si tu sis homo, hic faciat. Vbi Donatus: Si sis, pro Si esse volueris, et si credi homo volueris. Rursus idem, Si tu sis, non Si tu es, dixit:
- 75 quasi in eo se hominem sit Aeschinus probaturus. ¶ 5 Si, pro An positum Graecorum more. Liu. 33, 35 Percunctatus si consilium, non vtile solum, sed etiam salutare, admittere auribus posset, etc. Cic. de Orat. 2, 283 c. 70 Vide, Scaure, mortuus rapitur, Si potes esse possessor. i. an forte possis bonorum illius possessionem, nullo iure, ut
- 80 soles, adipisci. Ter. Heaut. 5, 1, 5 Abi — atque illa, si iam lauerit, nuntia. Hor. Epist. 1, 7, 39 Inspice si possum donata repone re laetus. Add. Idem Epist. 1, 2, 30. et 1, 6, 41. et 1, 17, 4. Ter. Heaut. 3, 4, 7 Visam si domi est. Vid. Columel. 8, 5. Te adeunt fere omnes, si quid velis Cic. Fam. 3, 9. Vid. Graeu. ad b. l.
- 85 Sed fatis incerta feror, si Iupiter vnam Esse velit Tyriis urbem Virg. Aen. 4, 110. Illi vadum fluminis Sicoris tentare, si transire possint Caes. B. C. 1, 83. Qui si in ea re sit error, communis existimatio est Liu. 4, 20 pr. Conf. Periz. Animadu. c. 7 p. 279. Et primo, si sit, circumspicit illic Ouid. Met. 11, 678. Add. Idem Heroid. 5,
- 90 93. Propert. 2, 29, 23. Frequentissime sic vtuntur Vulg. Bibl. interp. et Patres. Si, pro Vtinam. Virg. Aen. 6, 187 Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat neimore in tanto. Vbi Seru. Si, Aduerbium rogantis et optantis est per se plenum. ¶ 6 Si, aliquando subauditur. Dare denegarum: ibit ad illud illico,
- 95 Quo maxime apud te se valere sentiet Ter. Heaut. 3, 1, 78. Huic aliquis iuuenum dixisset amantia verba, Reddebat tales protinus illa sonos Ouid. Fast. 6, 113. Conf. Idem Rem. Am. v. 745. Qui vere rem aestimare velit Liu. 3, 19. i. si qui. Add. Priscian. 18, 3. Burm. ad Ouid. Am. 3, 2, 9. Id. et Vlit. ad Grat. Cynege. v. 60.
- 100 Longol. ad Plin. Epist. 10, 82, 2. Conf. Absque te esset, in ABSQVE. Hor. Serm. 1, 3, 17

— Decies centena dedisses,

Huic parco paucis contento quinque diebus

Nil erat in oculis.

105 SIN, SIQVA, SIQVANDO, SIQVIDEM, SIVE, vid. ff. II.

SIA-



**SIAGON**, ὄνις. n. [*σιαγών*] Mala s. maxilla Graecis est. Vitur etiam Cael. Aurel. Chron. 1, 1, 37 Tunc — buccarum vel temporum musculis, quos Siagonas appellant — dropacem apponemus. Et 1, 4, 90 Tum buccarum musculos, quos siagonas appellant etc.

**SIAGONITAE** musculi iidem Caelio Acut. 2, 10, 59 Musculorum, quibus buccae colligantur, conductio, quos appellant Siagonitas.

**SIBARIS**, vid. **SYBARIS**.

**SIBDE**, es. f. [*Σιβδη*] Cariae oppidum, Halicarnasso ab Alexandro Magno attributum Plin. 5, 29.

**SIBI**. [*σῖ*] Dativus a *Sui*. v. v.

**SIBILVS**, i. [*συγγυός, σῖζήμα*] In Singulari m. g. est, in Plurali m. et n. Est autem sonus oris, qui emissio spiritu appulsu compressis dentibus, et parum diductis labris fieri solet. Columel. 2, 3 Sibiloque allecari, quo libentius bibant. Sibilis contemptum indicare solebant in spectaculis et concionibus. Cic. apud Charif. 1 p. 61 Nunciabantur gladiatori sibili. Cic. pro Sext. 115 Ei vero, qui pendet rebus levissimis, qui rumore, et (vt ipsi loquuntur) favore populi tenetur et ducitur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est. Conscindere sibilis, vid. **CONSCINDO**. Cic. Att. 2, 18 Fusum clamoribus, et conuiciis, et sibilis confectantur. Idem pro Rosc. Com. 30 c. 11 Qui posteaquam e scena non modo sibilis, sed etiam conuicio explodebatur, etc. Lepide Caelius ad Cic. 8, 2 In theatrum Curionis Hortensius introiit — Hic tibi strepitus, fremitus, clamor tonitruum et rudentum sibilus (verbis Poetae in tempestate describenda vitur, ad motum popularem notandum) Hoc magis animadversum est, quod intactus a sibilo peruenerat Hortensius ad senectutem. Sed tum ita bene, vt in totam vitam cuius satis esset. Per sibilos explodere Ammian. 28, 4. Add. Sen. Ep. 56. Valer. Flacc. 3, 50. Liu. 25, 8 Vt quocumque noctis tempore sibilu diffuset signum, porta aperiretur. Edere sibilum Catull. 4, 12. Mittere horrenda sibila serpens dicitur Ouid. Met. 3, 38. Pastoria sibila Idem ibid. 13, 785. Lucan. 9, 634 — Angues Stridula fuderunt vibratis sibila linguis. Trepidantia sibila torsit draco Valer. Argon. 7, 525. Vibrata sibila faeuus linguis Sil. 3, 185. Conf. Idem 2, 99. Ouid. Met. 15, 684. Charif. p. 61. Sibilus poetice, pro *Venti flatu*. Virg. Ecl. 5, 82 Nam neque me tantum venientis sibilus Austri, etc.

**SIBYLVM**, i. n. Vt apud Serenum, Suaue sibilum. Auctor. Nonius 3, 200.

**SIBILVS**, a, um. Adi. Vt, Ora sibila, pro Sibilantia, inquit Seruius ad Virg. Aen. 2, 211. Colla sibila Virg. Georg. 3, 421. Add. Idem Aen. 5, 277. Toruae coma sibila frontis: i. *Sibilans* Val. Flacc. Argon. 3, 50.

**SIBILO**, are. [*συγγύω*] Sibilum emitte. Cic. Att. 2, 19 Populares isti iam etiam modestos homines sibilare docuerunt. Populus me sibilat: at mihi plaudo Ipse domi quoties numos contempior in arca Hor. Serm. 1, 1, 66. Ore sibilat draco Virg. Aen. 11, 754. Add. Idem ibid. 7, 447. Lampr. Comm. c. 1.

**SIBILĀTVS**, ūs. m. Cael. Aurel. Acut. 2, 27 Cum quodam vehementi sibilatu.

**SIBILĀTOR**, unde

**SIBILĀTRIX**, icis. f. Mart. Capell. 9 p. 307 Sibilatrix fistula.

**SIBINA**, vid. **SIBYNA**.

**SIBVS**. Sibus (inquit Festus) Callidus, vel acutus, vid. **PERSICVS** n. 6. Potest alicui in mentem venire, ab eadem origine diminutivae dictas esse Sibyllas. Et video, iam hoc factum ex Fabric. B. G. 1, 29, 9.

**SIBYLLA**, ae. f. [*Σιβυλλα*] Sensu appellatio est Virgo fatidica. Lactant. 1, 6, 7 M. Varro — in libris rerum diuinarum — Sibyllinos libros ait non fuisse vnus Sibyllae; sed appellari vno nomine Sibyllinos, quod omnes feminae vates Sibyllae sint a veteribus nuncupatae; vel ab vnus Delphidis nomine, vel a consiliis deorum enunciandis. *σιβης* enim deos, non *θεῶν*, et consilium non *βελήν*, sed *βυλήν* appellabant Aeolico genere sermonis. Itaque Sibyllam dictam esse quasi *θεοβέλην*. Caeterum Sibyllas decem numero fuisse: easque omnes enumeravit sub auctoribus etc. Persequitur eas deinde omnes Lactantius quoque, Verum non hoc agimus. Qui volunt cognoscere, quae de Sibyllis et libris Sibyllinis scripta sunt, omnia eos adire oportet Fabricium Bibl. Gr. 1, 29-33. Nos loquendi usum paucis illustramus. Quae Sibylla Cumaea vocatur Virg. Aen. 6, 98 ea v. 36 est Deiphobe Glauci Phoebi Triviaeque Sacerdos. Haec vaticinatur Aeneae Deo plena, haec illum ad inferos comitatur. Hanc eandem Erythraeam ait Seruius, et fabellam narrat ad 6, 321 ubi Longaeva sacerdos vocatur. Add. Ouid. Met. 14, 121 sqq. Insignis locus est Cic. de Diuin. 2, 110 c. 54 Sibyllae versus obseruamus, quos illa furens fuisse dicitur, quorum interpretis nuper falsa quaedam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum, quem reuera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salui esse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominem, in quod tempus est? Callide enim, qui illa composuit perfecit, vt, quodcumque accidisset, praedictum videretur, hominum et temporum definitione sublata. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, vt iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur. Deinde quae esset *ἀπορρηχίς* explicat. Vid. **ACROSTICHIS**. Quam ob rem Sibyllam quidem sepositam et conditam habeamus, vt id quod proditum est a maioribus, iniussu Senatus ne legantur quidem libri, valeantque ad deponendas potius, quam ad suscipiendas religiones: cum antistitibus agamus, et quiduis potius ex illis libris quam regem proferant etc. Caeterum narratio de Sibylla nouem libros offerente venales Tarquinio Superbo, quorum ille tres de sex crematis reliquos eodem pretio emerit, quod pro nouem vniuersis abnuerat, habetur Gell. 1, 19 qui ita finit, Libri tres in sacrarium conditi Sibyllini appellati. Ad eos, quasi ad oraculum, Quindecimviri adeunt, cum DI immortales publice consulendi sunt. Plin. 13, 13 Inter omnes conuenit, Sibyllam ad Tarquinium Superbum tres libros attulisse, ex quibus igni duo cremati ab ipsa, tertius cum Capitolio Sullanis temporibus. Liu. 38, 35 de Cn. Manlio Legati dicunt, Cupientem transire Taurum aegre omnium legatorum precibus, ne Carminibus Sibyllae praedictam superantibus terminos fatales cladem experiri vellet, retentum. Horrendae secreta Sibyllae Virg. Aen. 6, 10. Casta Sibylla Virg. Aen. 5, 735. Viuax Sibylla Ouid. Fast. 4, 875.

**SIBYLLĪNVS**, a, um. Adi. [*Σιβυλλινός*] Sibyllini libri, de quorum origine modo dictum in **SIBYLLA**. Exempla ubi ex Senatusconsulto sunt aditi, vid. Liu. 5, 13. 10, 7. 7, 27 etc. Cic. Verr. 4, 108

c. 49 Cum — magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur, aditum est ad libros Sibyllinos, in quibus inventum est etc. *Illud religio, de qua in primis Ciceronis epistolis, ad libros Sibyllinos pertinet.* Cic. de Arusp. Resp. 26 Ne hoc quidem in mentem tibi veniebat Sibyllino sacerdoti, haec sacra maiores nostros ex vestris libris expetisse? Sibyllinum sacerdotem vocat *Quindecimvium sacerdotum, cui ius erat, Sibyllinos libros aperire et proferre, si quando vaticinium aliquod petendum erat.* Versus Sibyllini Hor. in Carm. saec. 5.

SIBYNA, ae. f. [*σιβύνη*] Genus erat hastae Graecis. Festus Sibynam appellant Illyrici telum venabulo simile. Ennius, Illyrii restant sicis sibiisque fodentes. Sibyna accuratius. Apud Gellium 10, 25 Scibones vel Sibones in Sibynas mutarat Turn. Sed Gron. ex MS. Sibones restituit, putatque, utrumque verum forte esse. Conf. Tertull. adu. Marc. 3, 21. et 4, 1.

## S I C

SIC. Adu. affirmantis. [*σίς, ἴρω, ἴρος, ἴρωι, ἴρωϊνος, ταιρή, ἴδη, ἴδερως*] Convenientiam notat. Itaque affirmat, comparat, demonstrat etc. quod exempla ostendent. Ter. Phorm. 2, 2, 2 Itane patris ais conspectum veritum hinc abiisse? G. admodum. P. Phanium relictam solam? G. sic. Plaut. Amph. 3, 2, 20. Esse autem inimicos? A. sic est, vera praedico Ter. Andr. 2, 1, 2. Idem Adelph. 3, 4, 2

Proh di immortales facinus indignum: Geta quid narras? G. Sic est factum. Idem Andr. 3, 4, 9 Simulaui, vos ut pertentarem. D. quid ais? S. sic est res. Sic meritum est meum Ter. Heaut. 1, 1, 40. Cic. pro Rosc. Amer. 66 Sic res habet, iudices: magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. Comparat Virg. Aen. 2, 496 Non sic aggeribus ruptis quum spumeus annis Exiit. Ter. Eun. 3, 5, 16

Nostin' hanc quam amat frater? A. noui: nempe opinor Thaidem. C. istam ipsam. A. sic commemoreram. Vid. Plaut. Stich. 1, 2, 27. Cic. pro Quint. 77 c. 24 Sic cogitabam: cum contra dicturus esset Hortensius — fore, ut multis in rebus timore prolaberem. Ter. Phorm. 1, 2, 90 Ad precatorem ad eam credo, qui mihi sic oret: nunc omitte quaeso hunc, etc. Sic Andr. 1, 1, 83 Sic cogitabam, hic paruae consuetudinis causa, mortem huius tam fert familiariter, etc. Sic satis est frigida responsio ad eum, qui vehementer rem auget. Ter. Heaut. 3, 2, 12 Et quidem hercle forma luculentia. C. sic satis. Seni-

nile frigus pingitur. Etiam omittitur Satis. Cautum Marcellum, me sic: non tamen cautissimum Cic. Att. 15, 13. Conf. Corrad. ad h. l.

¶ 2 Cum aliquid ab altero petimus, id ut facilius impetremus, ea solemus illi precari et optare, quae scimus ei esse optatissima, addita Particula Sic. Hor. Carm. 1, 3, 1 Sic te diua potens Cypri.

Virg. Ecl. 9, 30 Sic tua Cyrnaeas fugiant examina taxos. Vid. plura apud Lambinum in Horatium v. g. Horat. Sat. 2, 3, 300 Stoice, post damnatum fit vendas omnia pluris! Quam me stultitiam — Infanire putas? rogar, ut se doceat. Sidon. Carm. 5, 600 Annue sic vestris respiret Byrsa tropaeis: Sic Parthus rectum fugiat. Imitatur

illud Tib. 2, 5 extr. Annue, Sic tibi sint intonsi, Phoebe, capilli: Sic tua perpetuo fit tibi casta soror. Sic, demonstrat, Ter. Eun. 3, 5, 54 Ego limis aspecto sic per stabellum clanculum, et simul alia circumspecto. Idem Phorm. 1, 2, 95 Quid ille paedagogus, qui citharistriam? quid rei gerit? G. sic tenuiter. D. non multum habet quod det fortasse. Ter. Phorm. 1, 2, 20 Cui tanta erat res, et supererat? G. desinas: sic est ingenium. Idem Andr. 1, 1, 35 Sic vita erat, facile omnes perferre, ac pati. Idem Phorm. 3, 2, 42 Itane tandem facere oportet? D. sic sum: si placeo, vivere. Sic sum, ut vides Plaut. Aul. 2, 4, 44. Cic. pro Rosc. Com. 29 Sic est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa aestimat. Idem pro Rosc. Amer. 84 Sic vita hominum est, etc. Quiduis melius est, quam sic esse, ut fumus Cic. Fam. 16, 12. Sic Crato est Ter. Andr. 5, 4, 16. i. talis. Sic ago, sic me decet Plaut. Poen. 2, 13. Sic ago, sic egere nostri Idem Epid. 3, 2, 4. Ter. Andr. 1, 2, 4 Mirabar hoc si sic abiret. Sic agam Ter. Adelph. 5, 2, 11. Virg. Aen. 1, 226 Iuppiter aethere summo Despiciens mare veliuolum — sic vertice caeli Constitit, dum hoc agit, hoc habitu. Plaut. Trinum. 3, 1, 42 Nihil sic celere est, nec volat. de amore. ¶ 3 Sic, Coniunctio illatiua videtur. Cic. Tusc. 4 c. 6 post enumerationem institutam, Sic quatuor perturbationes sunt, tres constantiae. Non multo ante in simili re dixerat, Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, et ex duobus opinatis malis: ita esse quatuor. Laudatur etiam Cic. . . . Sic tot simul virtutes continentiae, grauitatis, iustitiae, fidei defecerunt. Cic. Fam. 7, 17 Sic ei te commendauit, et tradidi, ut grauissime diligentissimeque potui. Sic ut quibus, quando, ut volumus, non licet Ter. Andr. 4, 6, 9. Catull. 21, 5 Nec sic, ut fit, in palimpsesto relata. Hor. Serm. 2, 8, 36 Tum parochi faciem nil sic metuentis ut acres Potiores, etc. Sic tamen ut. Vlp. in l. Si quis pecuniam D. Si quis omissa caus. Et maxime, si ob

uertenda iudicia id fecit, aduersus possessorem competere actionem: sic tamen, ut ibi quidem pecunia accepta repudiavit, etc. Virg. Aen. 4, 660 Sed moriamur, ait: sic, sic iuuat ire sub umbras. Vbi Seru. Quasi interrogatio et responsio, Et placet sic inultam perire? Placet. Plaut. Amph. 2, 2, 51 Sic salutas atque appellas, quasi dudum non videris. Cael. ad Cic. Fam. 8, 4 Ego tamen sic nihil exspecto, quomodo Paullum Consulem designatum primum sententiam dicentem. Virg. Aen. 6, 154 Sic demum lucos Stygios, regna inuisa viuus Adspicies. his conditionibus impietis.

SICINE vel SICCINE. Adu. interrogantis. [*σίω, ἴρω*] pro An sic? vel Sicne? Ter. Eun. 4, 7, 34 Ain' vero canis? ficcine agis? Ibid. 1, 2, 19. Cic. de Fin. 1, 34. Siccine lente iaces Pro-pert. 2, 15, 8.

SICVT, vid. f. l.

SICA, ae. f. [*μίσχαιρα* Gloss. Lat. Gr. it. *Ἰσπανικὸν ζῖφος ἐπισκαμπὲς* 95 ib.] Genus gladii breuioris, quasi Seca. Cic. in Catil. 3, 8 E quibus ille maximum ficarum numerum et gladiatorum extulit. Ibid. 2 c. 1 Non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur. Et de Nat. Deor. 3, 74 Tum haec quotidiana, ficcae, venena, peculatus, etc. Conf. Schol. Horat. Sat. 1, 4, 4. it. Torrent. ibid. Sicam sub

veste tegit Prudent. Psychom. v. 689.

SICILA vel SICVLA, ae. f. Dimin. [*ξικίλιον*] Plaut. Rud. 4, 4, 125 Post est sicula argenteola, et duae connexae manuculae. Al. Sicilicula: Siculae sunt Falces Varroni de L. L. 4, 31. Sane hoc nomine, quidquid secandi vim habet, venire videtur. Petulans est illud Catul. 68, 21 Languidior tenera cui pendens sicula beta.

H h h 2

SICĪ-

**SICILIS**, is. f. (aut forte **SICYLIX**; icis. f.) it. **SICILA**, ae. it. **SICILIVM**, a Sica omnia dicta videntur: significant quidem secandi et vulnerandi instrumenta. Festus f. Paullus potius, Sicilices hastarum spicula lata. Ennius, Incedit veles vulgo Sicilibus latis. *Alterutrum falsum videtur.* Syllabae modus in Sica suadet, versum Ennii recte habere: Si enim Sicilicibus legamus, primae duae corripiantur. Apud Gell. 10, 25 inter telorum nomina sunt etiam Siciles, quod ex MS. regio restituit Stephanus, cum ab Aldo inde legeretur Sicilices. Scatiger ad Festum ista notat: Glossarius, Sicila σμίλα, ἀρβήλιον. Sicilium ζυρόν σκοπέως. Sicila σμίλα χαρτοτόμος. Est autem vox magnae Graeciae. Eo nomine intelligebant, quidquid secandi vim habet: inde Sicilia dicta, quia ab Italia abscisa. Inde Sicilire prata secare. Salmast. ad Capitolin. Max. et Balbin. 17 p. 164 Hack. laudat etiam alias Glossas, ἀρβήλιον Ficilis, quod legendum Sicilis: it. Sipilus nouacula, ζυρόν, leg. Sicilus vel Sicilis. Itaque ipse etiam probat in versu Ennii Sicilibus. Et quid si Sicilis et Securis inter rusticos promiscue dicta initio, deinde distincta a Grammaticis?

**SICILICVLA**, ae. f. Diminut. Ut, Securicula a Securis, apud Plaut. Rud. 4, 4, 125 inter crepundia, ut enficulus, et securicula.

**SICILATVS** vel **SICELATVS**, i. Sicila f. Sicula armatus, legi vult Salmast. apud Iulium Capitolin. Max. et Balbin. 17 Nam quod nobis vita per vos reddita est, quam dimissis passim per prouincias Carnificibus Sicelatus latro sic petiit etc. pro vulgato quum sic elatus latro surrexit.

**SICILIO**, ire. quid esset, dicemus verbis Varronis R. R. 1, 49 post foenificiae praecepta, Quo facto ficilienda prata, id est falcibus confectanda, quae foenifeces praeterierunt, ac quasi herba tuberosum reliquerunt campum. A qua sectione arbitror dictum ficilire pratum. Colum. 2, 22, 3 inter ea, quae feriis facere licet, refert prata ficilire. Plin. 18, 28 l. 67 Praeterea quoties secta sint prata, ficiliri, hoc est, quae foenifeces praeterierunt, secari.

**SICILIMENTVM**, i. n. Quod ficilitur. Cato de R. R. 5 distinguit inter Foenum et Sicilimentum.

**SICARIVS**, i. m. [σφακτης, ἀνδροφόνος, σφαγέως, ληψης Gloss. Lat. Gr.] Qui sicam gerit maleficii alicuius gratia, et pro Interfectore accipitur. Cic. pro Rosc. Amer. 8 Ab his hoc postulare homines sicarios atque gladiatores, non modo ut supplicia vetent, etc. Idem pro eodem c. 14 Vetus videlicet sicarius, homo audax, et saepe in caede versatus. Nisi liberatores populi sint, — plus quam sicarios esse Cic. Phil. 2 c. 13. de Caesaris interfectores. Hor. Serm. 1, 4, 4. Sicarii appellantur a Sica, quae significat Ferreum cultrum. Auctor Iustin. 4 Instit. De public. iud. Sicarii per abusionem, qui caedem telo quocumque commiserint Quinctil. 10, 1, 12. Conf. tit. Pand. ad L. Corn. de ficar. Suet. Caes. c. 11. Immittere in forum sicarios, vid. IMMITTO.

**SICAMBRI**, ōrum. m. Pl. [Σικαμβροί] Populi Germaniae, Menapiis finitimi, ad utramque Rheni ripam habitantes. Hodie Geldrenses vel Cluenses volunt esse. Crinibus in nodum tortis venire Sicambri Martial. de Spectac. 3. Caede gaudentes Sicambri Hor. Carm. 4, 14, 51. Indomiti Sicambri Ouid. ad Liu. 17.

**SICAMBRIA**, ae. f. Regio Germaniae, quae hodie Geldria. Claud. in Eutrop. 1, 383 Militet ut nostris detonsa Sicambria campis.

**SICANI**. [Σικανói] Populi Hispani, a flumine Sicori dicti. Hi duce Siculo, exclusis Aboriginibus, Italiam tenuerunt: ipsique postea ab ipsis pulsi, quos ante pepulerant, insulam vicinam Italiae occupauerunt, et eam Sicaniam a suo nomine nuncupauerunt. Haec fere Seru. ad Aen. 8, 326.

**SICANIA**, ae. f. [Σικανία] Siciliae quaedam pars, in finibus Agrigentinis. Et annis in ea Sicanis olim fuit. Sed et insula tota, Sicania dicta est, a Briarei Cyclopi filio Sicano: vel a Sicanis populis Hispanis.

**SICANVS**, a, um. Adi. Siculus. Virgilius primam semper corripit, secundam producit: ut Aen. 5, 23 Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos. Idem Aen. 8, 328 Tunc manus Ausoniae, et gentes venire Sicanae. Contra Silius 14, 259 primam producit, secundam corripit, Caetera Elysaeis aderit gens Sicana votis. Horatius secutus est Virgilium, quoad utriusque Syllabae quantitatem, Epod. 17, 32 Nec Sicana feruida Furens in Aetna flamma. Fluctus Sicani Virg. Ecl. 10, 4. Sit licet et Saxo patientior ille Sicano Propert. 1, 16, 29.

**SICANIVS**, a, um. Aliud Adi. [Σικανός] Virgilius, quem secuti sunt alii, primam producit, secundam corripit, Aen. 3, 691 Sicano praetenta mari iacet insula. Arena Sicaniae Ouid. Met. 15, 279. Populi Sicani Lucan. 3, 177. Sinus Sicanius Virg. Aen. 3, 692. Vrbes Sicaniae Lucan. 3, 59.

**SICARIS**, vid. **SICORIS**.

**SICARIVS**, vid. **SICA**.

**SICCA**, ae. f. Vrbs Numidiae, Romanorum colonia, apud Plinium 5, 3.

**SICCANEVS**, **SICCATIO**, **SICCESCO**, vid. **SICCVS**.

**SICCINE**, vid. **SIC**.

**SICCVS**, a, um. Adi. [ξηρός, ἄνθος, ἀνχμηρός, ἄβροχος] Aridum et sine humore, inquit Nonius. Virg. Aen. 5, 180 Summa petit scopuli, siccaeque in rupe resedit. Egon? salua sim, quae sicca sim siti? Plaut. Curc. 1, 2, 24. Add. Ibid. v. 22. Agri sicci Hor. Serm. 2, 4, 15. Arena sicca Virg. Georg. 1, 389. Cibi siccissimi Cels. 1, 3. Corpora sicciora Plin. 34, 8. Fauces siccae fluminum Virg. Georg. 4, 427. Feruores sicci Ouid. Met. 1, 119. Herba siccissima Plin. 19, 40. Hiems sicca Ouid. Amor. 3, 6, 106. Litus siccum Virg. Aen. 3, 135. Loca siccissima Cato de R. R. c. 50. Colum. 11, 3 p. 389. Luna sicca Plin. 17, 9 eadem quae Catoni fitiens: vid. omnino Meurf. ad Cat. R. R. c. 29. Manus siccae Scribon. 180. Medicamentum siccum Id. 71. i. siccans. Mortarium siccum Idem 85. Ocelli sicci Propert. 1, 17, 11. Os siccum, vid. **OS**, oris. Pedibus siccis currit super aequora Ouid. Met. 14, 50. Pocula sicca Tibul. 3, 6, 18. Puluis siccus Ouid. Trist. 1, 4, 48. Rupes sicca Virg. Aen. 5, 180. Senex siccus Hor. Serm. 2, 3, 281. Sitis sicca Ouid. Trist. 4, 8, 26. Solum siccissimum Columel. 2, 18. Tempora sicca aestiui Canis Tibul. 1, 4, 6. Vua siccior Cels. 2, 18. In sicco, i. extra aquam Plin. 9, 8. Virg. Georg. 1, 363. Alueum tenuis in sicco aqua destituit Liu. 1, 4. Add. Curt. 9, 9, 22. Virg. Georg. 1, 363. Siccus, Sobrius. Hor. Carm. 1, 18, 3 Siccis omnia nam dura deus proposuit. b. e. Sobrius et ieiunus, vino abstinentibus. Plaut. Afin. 5, 2, 6 Praeter alios meum virum fui rata siccum, frugi, continentem, aman-

tem vxoris maxime. Cic. Acad. 2 Alius adultis, alius senibus, alius aegris, alius ficcis, alius vinolentis. Ibid. 4, 87 c. 27 Dormientium et vinolentorum et furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quam vigilantium, siccorum, sanorum. Conf. Idem Agrar. 1 c. 1.  
 5 Sicci et Vincti opponuntur, Hor. Epist. 1, 17, 12 Si prodesse tuis, paulloque benignius ipsum Te tractare voles, accedes ficcus ad vinctum. Vincti sunt, qui lautius victitant; Sicci, qui sumtibus parcunt, adeoque profunt suis. Ita ficcam et lautam opponit Plaut. Curc. 1, 2, 21. Petron. 37 de Fortunata, Prouidet omnia, et ubi non putes est: ficca, fobria, bonorum consiliorum. Modo haud absimili Sicci et Vuidi opponuntur ab Horat. Carm. 4, 5 extr.

Dicimus integro

Sicci mane die, dicimus vuidi

Cum Sol oceano subest.

15 Plautus in Pseudolo 1, 2, 51 Vino modo cupidae estis: Eo vos vestros panticesque adeo madefacitis, cum ego sim hic ficcus. Sicci sunt, qui nondum biberunt; Vuidi, qui adueniunt bene poti. Itaque ad actum, non ad habitum pertinet. Sic Plaut. Curcul. 1, 2, 22 Tibi qui sciant, ficcae, semisomnae affert potionem, i. sitiendi. Petron. 111 Sicca aliquot dierum abstinentia mulier. Nomen Sicca ad ipsum Veneris actum, et excretionem humoris obsceni refert Martial. 11, 82 Cum sene communem vexat Spado Dindymus Aeglen, Et iacet in medio ficca puella toro, non fuscitur in illa mutua libido. Contrarium est Vda puella Martial. 11, 17. Sic Burmannus Ouid. Her. 15, 25 134 de somnio amatorio, Vteriora pudet narrare, sed omnia fiunt, Et iuuat, et sine te non libet esse mihi, legit ficcae non licet, i. resoluor in plenam Venerem: Confert Art. Am. 2, 686 Odi quae praebet, quia fit praebere necesse Siccaque de lana cogitat ipsa sua. ¶ 3  
 30 Ad Pressum et castum orationis genus transfert Cicero de Clar. Orat. 202 c. 55 Nihil erat in eius oratione nisi sincerum, nihil nisi ficcum atque sanum. Eodem modo Quintil. 2, 4, 6 Audeat haec aetas plura et inueniat et inuentis gaudeat, sint licet illa non satis ficca et seuera. Siccus et sobrius orator Macrobi. Sat. 5, 1. Eloquentia Maronis ad omnium mores integra est, nunc breuis, nunc copiosa, nunc ficca, nunc florida Idem ibid. extr. Conf. Gell. 14, 1.

35 SICCE. Adu. [ξηρῶς] Columel. 6, 12 Maximeque datur opera, ne in aquam pedem mittat, et vt sicce stabuletur. Sicce dicere, per translationem, cuius excessus est Ieiune. Cic. de opt. gen. Orat. 12 c. 4 Id vero desinant dicere, qui subtiliter dicunt, eos solos Attice dicere, id est quasi sicce et integre: et ample, et ornate et copiose, cum eadem integritate Atticorum est.

SICCITAS, ātis. f. [αἰανῆς, ξηρότης, ἀβροχία, ἀρχμή, ἀρχμός] Humor absentia. Frequenter ad tempestatem refertur. Cic. Qu. Frat. 3, 1 Aquamque, quam ii ducebant non longe a villa, belle sane fluentem vidi, praesertim maxima ficcitate, vberioreque aliquanto sese collecturos esse dicebant. Aptissima infitis siccitas Plin. 17, 15. Arbores ficcitatibus exsuctae solidantur Vitruu. 2, 10. Conf. Cels. 2, 1. Plin. 15, 3. it. Col. 2, 4, 5. ¶ 2 Pars valetudinis et vigoris in humano corpore est Siccitas. Varro de Liberis educandis apud Non. 4, 426 Perfcae propter exercitationes pueriles modicas eam sunt consecuti corpore ficcitatem, vt neque spuerent, neque emungerentur, sufflatoue corpore essent. Ita Cic. de Senect. 34 c. 10 Nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto sit: summam esse in eo corporis ficcitatem. Adde ficcitatem, quae consequitur hanc continentiam in victu Cic. Tusc. 5 c. 34. Siccitas orationis Cic. de Nat. Deor. 2, 1.

45 SICCUS, āre. [ἀζω, αἰαίνω, ξηραίνω, ξηραιώω] Priuare humore. Columel. 2, 2 Si humidus erit, abundantia viginis ante sicceatur fossis. In sole siccare Plin. 12, 13. Colum. 12, 14. Calices ficcare Hor. Serm. 2, 6, 68. Capillos rorantes siccabat Ouid. Fast. 4, 141. Lucil. ap. Non. 4, 426 Quum stadio, in gymnasio, in duplici Corpus siccaffem pila. Cruores siccabat veste Virg. Aen. 4, 687. Lacrimas siccauerat ardor Ouid. Met. 8, 469. Conf. Idem ibid. 2, 2. Lumina humida siccabat impressa lana Propert. 3, 6, 65 17. Vbera ouis capreoli siccant Virg. Ecl. 2, 42. Vulnura siccabat lymphis Idem Aen. 10, 834. Conf. Id. ibid. 3, 95. Plin. 13, 7 Caesa statim stagnis mergitur (hoc est, eius siccare) et primo fudit, postea fluitare incipit: certoque fugit eam alienus humor, qui alias omnes rigat. de sicu Aegyptia.

55 SICCANS, antis. Part. Adspicit ficcantem sole capillos Ouid. Met. 11, 770. SICCĀTVS, a, um. Partic. [ξηρανθεῖς] Vt, Fontes siccati Ouid. Met. 13, 690. Modo siccata ouis Idem Amor. 3, 5, 14. Cadis ficcatis Hor. Od. 1, 35, 26. Add. Colum. 12, 15.  
 60 SICCĀTIO, ōnis. f. Plin. 34, 13 Additur et in emplastra, quibus lenis quaeritur refrigeratio et ficcatio. SICCĀMEN, inis. n. Idem. Isidor. SICCESCO, ēre. [αἰαίνωμαι] Columel. 12, 28 Foenum Graecum vetere vino macerato: deinde in sole exponito, aut in furno, vt siccescat. Nunquam siccescere oculos Cels. 7, 7, 15. Arbores siccescendo recipiunt in se diurnitatem Vitruu. 2, 9. Conf. Idem 2, 3 et 10.

65 SICCOCVLEVS, a, um. [ξηροφθαλμός] Plaut. Pseud. 1, 1, 75 Genus nostrum semper siccoculum fuit. Nomen videtur a Plauto fictum, pro eo, quod est ficcis oculis, id est nec lippis, nec lacrimosis. Dixerat, Pumiceos oculos habeo, non queo Lacrumam exorare, vt exspuant vnā modo.

70 SICCANEVS, a, um. Adi. [ἐξομασμένος] Cui contrarium est Irriguum et humidum. Quod est naturaliter ficcum, nulloque humore irriguum. Hortus irriguus, siccaneus Colum. 11, 3. Idem 2, 17 Eius prati animaduertimus duo genera: quorum alterum est sicca-neum, alterum riguum. Add. Ibid. 2. et 4, 30. Pascua rigua, siccanea Colum. 6, 27.

75 SICCĀNVS, a, um. Idem. Plin. 16, 17 de vltorum generibus, Italia Atinias vocat excelssimas, et ex iis siccanas praefert, quae non sint riguae. Al. Siccaneas. SICCĀBĪLIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Siccabile humoris, i. Siccans. Add. Reines. Var. Lect. p. 649.

80 SICCĀTĪVVS, a, um. Idem Acut. 4, 3 Malagma ficcatiuum. SICCĀTORĪVS, a, um. Th. Prisc. de Diaet. 10 Origanum est ficcatorium.

85 SICCĪFĪCVS, a, um. Adi. Macrobi. Saturn. 7, 16 Inest aeri vis quaedam remedialis et ficcifica. i. vt loquuntur Desiccatiua.

90 SICELION, [ψύλλιον] Herba, quae alio nomine Pulicarij dicitur, 105 a semine pulicis similitudinem referente, vid. Plin. 25, 11 ubi describitur.

SICEL,

**SICEL**, *ap. Petron. c. 14 legitur*, Sed praeter unum dupondium ficel, etc. Et sane Sicel, qui Latino sermone ficlus dicitur, Hebraeum nomen est, habens apud eos unciae pondus, etc. Vet. Bibl. Gloss. Sed apud Petronium legitur iam, Sed praeter unum dupondium ficilicumque. Vel, quod Burmannus recepit, quo cicer, etc. Videndus enim est locus inter corruptissimos unum, si quid pronunciare velis.

**SICELIS**, *vid. SICILIA.*

**SICENDVS**, *Lacus est Thessaliae, mutas habens ranas, quae tamen alio translatae coaxant, vocalesque fiunt Plin. 8, 58.*

**SICERA**, *ae. f. Omnis potus facticius inebrians, praeterquam ex vino. Ambros. de Helia et Ieiun. c. 15. Hieron. ad Nepotian. vid. Vulgat. Luc. 2, 15. Tertull. adu. Ppsych. c. 9 ex Leuit. 10, 9. Nempe Ebraicam vocem retinuerunt Graeci et Latini.*

**SICHAEVVS**, *i. m. [Σιχαῖος] Didonis maritus, qui et Siharbas dictus est, teste Servio apud Virg. Aen. 1, 347 Huic coniunx Sichaeus erat ditissimus agri Phoenicum, etc.*

**SICHAEVVS**, *a, um. Adi. Virg. Aen. 4, 552 Non servata fides cineri promissa Sichaeo.*

**SICHHEM**, [Σιχῆμ] *Filius Chanaan, qui civitatem sui nominis aedificavit in Phoenice, quae Sidon a Graecis appellata est.*

**SICILIA**, *ae. f. in antiquo Lexico exponitur σμίλα ἀρβήλιον, σμίλα χαρτοτόμος.*

**SICILIA**, *ae. f. [Σικελία] Insula maris Tyrrheni, quae vocatur et Trinacria; nempe ex eius figura, quod tria ἀκρᾶ habet s. promuntoria, unde et Triquetra vocatur. Vid. Ouid. Fast. 4, 420. Olim habitata est pars Italiae. Claudian. de Rapt. Proserp. 1, 140 Trinacria quondam Italiae pars una fuit; sed pontus et aestus Mutauere situm. Hinc et nomen quasi Sicilita, hoc est resecta, ut Scaliger coniecit ad Plaut. Rud. 4, 4, 125. Nam olim agro Brutio annexa, mox interfuso mari Siculo auulsa. Ob hoc Graeci Rhegio nomen dedere a ῥήγνυμι. Vid. Virg. Aen. 3, 414. Plin. 3, 8 Sicilia quondam agro Brutio cohaerens, mox, interfuso mari auulsa est. Siciliam Italiae, Cyprum Syriae, Euboeam Boeotiae, Euboeae Atalantem et Macrim, etc. creditum est, ut idem Plin. 2, 88 annotavit. Sicania etiam dicta est, v. v. Haec a principio, ut Iustinus scribit, Cycloperum patria fuit: quibus extinctis, Aeolus regnum insulae occupavit. Vid. Virg. Aen. 3, 569. Elegantissima est eius insulae descriptio apud Claudianum de Raptu Proserpinae 1, 140. Meminit et Lucret. 1, 718. Add. Silius Italicus 14. in primis Cic. in Verriis passim: peculiariter vero 2 pr.*

**SICELIS**, *idis. f. [Σικελίς] Patronym. forma Graeca. Virg. Ecl. 4, 1 Sicelides musae, paullo maiora canamus.*

**SICILIENSIS**, *e. Adi. possess. [Σικελιήσιος] Qui in Sicilia versatur. Cic. de Clar. Orat. 318 Interim me Quaestorem Siciliensis excepit annus, qui in Sicilia transigendus fuit. Cic. Verr. 5, 18 Punicis Siciliensibusque Bellis. Fretum Siciliense Cic. de Nat. Deor. 3, 24 c. 10 quod sitatus Siculum vocatur. Cic. Act. 1 in Verr. 24 Reperiebam fictos complures cum Pecunia Siciliensi a quodam Senatore ad equitem esse translato. Cic. Verr. 2, 17 c. 6. De istius Praetura Siciliensi non recuso, quin ita me audiatis: et titulus totius libri est de Praetura Siciliensi, i. quam in Sicilia gessit Verres. Quaestura mea Siciliensis Cic. Att. 13, 38. Idem Verr. 3, 22 Adspicite Iudices vultum hominis et adspicite, et ex ea contumacia, quam hic in perditis rebus retinet, illos eius Spiritus Sicilienses quos fuisse putetis, cogitate ac recordamini.*

**SICILISSO**, *are. [Σικελίζω] Sicula lingua loqui. Plaut. Men. 55 pro. 12 Hoc argumentum Graecissat, tamen non Atticissat, verum Sicilissat, alii Sicilissat.*

**SICVLVS**, *a, um. [Σικελιώτις] Qui e Sicilia est, vel incola vel indigena. Lasciui et dicaces Siculi Quintil. 6, 3. Hor. in Arte Poët. 463 Siculique Poëtae, Narrabo interitum, Empedoclis. Et Epist. 2, 1, 58 Plautus ad Exemplum Siculi properare Epicharmi. Dapes Siculae Hor. Carm. 3, 1, 18. i. delicatae. Montes Siculi Virg. Ecl. 2, 21. Regiones Siculae Virg. Aen. 1, 553. Tyranni Siculi Hor. Epist. 1, 2, 58. Mare Siculum purpureum Poeno sanguine Hor. Carm. 2, 12, 2.*

**SICILIMENTVM**, **SICILIO**, **SICILIS**, **SICILICES**, *vid. 65 in SICA.*

**SICILYCVM**, *i. n. vel SICILYCVS vel SICILYQVVS*, *i. m. [δίδραχμον] Est quarta pars unciae, atque adeo  $\frac{1}{8}$  assis: cumque semunciae vulgo quatuor drachmae assignentur, duae cedent Sicilico. Ad pedem accomodat Plin. 13 15 Tribus sicilicis infra quatuor pedes. Conf. Harduin. ad Plin. 31, 31. Vitruv. 10, 17. Priscian. p. 1348. Priscianus in libello de Ponderibus: Drachmam si gemines, aderit quem dicier audis Sicilicus. Volusius: Diuiditur uncia in quatuor sicilicos, id est quatuor quartas. Festus: Sicilicum dictum, quod semunciam fecet. Sed melius Scaliger a Siclo Ebraeorum derivat. Columel. 5, 1, 9 Sicilicum ingeri declarat. Est nempe pedum quadratorum 600 cum in asse, iugero, sint 28800. Sicilici lectorum quid sint, vid. SILICIVS. Est etiam inter Grammaticorum notas Sicilicus. Marius Victorin. Art. Gram. 1 p. 2468, 1 Quoties ante distinctum (i. finem periodi, ut praecedentia ostendunt) mora fuerit necessaria, inter duas literas ἀπλῆν auersam, id est Sicilicum ponite — in ima parte versus. Hic itaque describitur illud, quod nunc comma dicitur, cuius semiluna caua sui parte praecedentem literam spectans, signum est. Conuenit nota sicilici, in quantum pondus est, repraesentata etiam ab Eiferschmidio Tab II, 2 Hinc intelligi potest alius eiusdem Marii locus p. 2456, 12 Consonantes literas non geminabant, ut in his Annius — sed supra literam, quam geminari oportebat scilicet, Sicilicum imponebant, cuius figura haec est, quod erat signum geminandi, sicut apparet in multis adhuc veteribus ita scriptis libris. Post verba figura haec est lacunam aliquot literarum habet Putschiana editio, qua nihil opus esse videtur, cum semilunula, qua hodie incisum signamus, sit nota Sicilici.*

**SICIMINA**, *vid. SYCAMINVM.*

**SICINNIVS** *Dentatus, [Σικίννιος Δέντραιος] quibusdam est, qui aliis libris Siccus, vir fortissimus, de quo Plin. 7, 28 et 22, 5.*

**SICINNIVM**, *i. n. [σικίννιος, idos] Saltationis satyricae genus, de quo ex Graecis Meurs. Orchestra b. v. it. Reines. V. L. 1, 23. Gell. 20, 3 Quos Sicinnistas vulgus dicit, qui rectius locuti sunt, Sicinnistas litera N gemina dixerunt. Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quae nunc stantes canunt. Posuit hoc verbum L. Accius Poëta in Pragmaticis, appellarique Sicinnistas ait nebulofo nomine: credo propterea nebulofo, quod Sicinnium cur diceretur, ei obscurum esset. Hos Sicinnistas cum Siticinibus miscet Scal. Poët. 1, 18. Isid. Or. 6, 19 p. 970, 14 Cum vnus canit Graece monodia (μῦσος) Latine Sicinium dicitur. Deriuasse videtur a Se et cano.*

**SICINNISTA**. *Vid. quae modo in SICINNIVM dicta sunt.*

**SICLVVS**, i. m. [*τετραδραχμων*] *Hebraeorum numisma, quatuor drachmas Atticas valens, ut ait Iosephus Antiq. 3, 10. Vulg. Genes. 23, 16 et Exod. 30, 13 et de valore i. pondere, Eifenschmid.*

**SICORIS**, ita enim melius, quam **SICARIS**, is. m. [*Σικωρις*] Plin. 3, 3 *Fluuius Hispaniae, iuxta Ierdenses Lucan. 4, 14 Hesperios inter Sicoris non vltimus amnes.*

**SICRICA**, a ritu, quod Romano ritu feminae facientes sacrificium, ea capita velabant. *Verba sic laudant Varronis de L. L. 4, 29 p. 32, 25. Sed duas dictiones, Sic Rica, in unam contraxerunt.*

**SICVBI**: Adu. [*σικυβι, et σικυβη*] i. *Sialicubi. Ter. Eun. 3, 1, 4 Tum sicubi eum satietas hominum, aut negotii siquando odium ceperat, requiescere vbi volebat, quasi, etc. Virg. Georg. 3, 332. Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. Conf. Suet. Calig. c. 3. Val. Flacc. 4, 105.*

**SICVLA**. vid. **SICA**. **SICVLVS**, vid. **SICILIA**.

**SICVNDE**. Adu. [*σικυνδες*] *Si alicunde. Liu. 26, 38 Nec Consul Romanus tentandis vrbibus, sicunde spes aliqua se ostendisset, deorat. Cic. Att. 13, 30 Sicunde potes eruere qui, etc. Non mediocrem fore consternationem, sicunde hostis appareret Suet. Calig. c. 51.*

**SICVT**, **SICVTI**. [*σικυ, σικυε, καιδαι, καιδου, καιδουπερ*] *Aduerbia convenientiae et similitudinis. Plaut. Rud. 4, 2, 23 Sic faciam sicut consilium est, ad herum vt veniam. Ibid. 4, 4, 68 Quibuscum parua periiit Athenis, sicut dixi. Vid. Idem Bacch. 4, 4, 67. Quae epistola cum iam accubanti in conuiuio esset data, sicut erat, signatam in puluinum subiiciens Nep. 16, 3, 2. Eodem comitante, sicut erat, cruenta veste in Macedonum castra peruenit Curt. 8, 3, 9. Sicut erat, sparsis furiali caede capillis Profiluit Ouid. Met. 6, 657. Nonnullis occisis, sicut erant, cruenti, vbinam imperator esset, requirentes, perruperunt in triclinium vsque Suet. Oth. c. 8. Sicuti erat togatus Id. Claud. c. 34.*

**SICVTI** fuerat, denarrat Gell. 1, 23. *Conf. Geuart. ad Stat. Silu. 2 c. 7. Sicut est contundere Scribon. 75. i. simpliciter et per se, nulla re adiecta. Cic. de Orat. 2, 310 Reliquae duae sicuti sanguis in corporibus, sic illae in perpetuis orationibus fusae esse debebunt. Conf. ibid. c. 44 Sicut et Sicuti, interdum non res similes, sed diuersas et plane contrarias denotant: et Ita in secundo membro ponitur. Quinctil. 10, 1 Sed haec eloquendi praecepta, sicuti cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad vim dicendi valeant, nisi illis firma quaedam facilitas, quae apud Graecos ἔξῆς nominatur, accesserit. Idem 1, 3 Sed sicut firmiores in literis profectus alit aemulatio, ita incipientibus atque adhuc teneris iucundior eo ipso, etc. Cic. pro Lege Manil. 14 c. 9 Sinite hoc loco Quirites, sicut Poetae solent, qui res Romanas scribunt, praeterire me nostram calamitatem. Idem Acad. 1, 35 Eam quoque (si videretur) correctionem explicabo sicut Antiochus. Sicut tuum vis vnicum gnatum tuae superesse vitae Sospitem et superstitem, Ita te obtestor*

**SICVTI** Plaut. Afin. 1, 1, 1. *Cic. pro Rosc. Com. 30 Qui postea quam e scena non modo sibilis, sed etiam conuicio explodebatur, sicut in aram confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Quinctil. 10, 1 Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus. Sicuti iurgio laceratus foret Sallust. Catil. 31, 5. Vid. Cort. Proportionem indicat, Sicuti acies mouebatur, magis magisque appropinquare Sallust. Jug. 53, 1. Interdum simpliciter connectit. V. g. Quinctil. 1 Prooem. 27 Sed nonnunquam ita desunt, vt bona etiam ingenii studiique corrumpant, sicut et haec ipsa sine doctore perito, studio pertinaci, legendi, scribendi, dicendi multa et continua exercitatione per se nihil profunt. Plin. 7, 19 Ferunt Crassum, auum Crassi, in Parthis interemti nunquam risisse, ob id ἀγέλασος vocatum, sicut nec fesse multos.*

**SICYA**, ae. f. [*σικυα*] *Graeca vox est, Medicis Cucurbitam seu cucurbitulam significans, quae materiae exinanientiae in corporibus humanis aptissima est. Vfus est Horatius ex Lambini sententia, Epist. 2, 2, 53 Quae poterunt vnquam satis expurgare sicyae. Sensus est, quibus cucurbitis satis expurgari potero? quae cucurbitae sanguinem vitiosum ex universo meo corpore exhaurire poterunt, nisi melius putem dormire, quam versus scribere? Sed retinere posteri Cicutae. v. v. n. 2.*

**SICYNVS** [*Σικυννος*] *Insula est non procul a Creta, vna Sporadum, antea Oenoe dicta teste Plinio 4, 12.*

**SICYON**, onis. f. [*Σικυων*] *Vrbs vetus Achaiae, a qua Sicyonii: quorum vetustissimus rex Aegialeus terram illic late tenuit. Iuxta Sicyonem Afopus fluit, olea lauroque virens. Oliuifera Sicyon Ouid. in Ibin 317. Stat. Theb. 4, 50 Qui Drepani scopulos, et oliuiferae Sicyonia*

**SICYONIS** *Culta serunt. Sicyonem, fuisse officinarum omnium metallorum patriam Plin. 36, 4 scribit.*

**SICYONIVS**, a, um. *Virg. Georg. 2, 519 Venit hiems, teritur Sicyonia bacca trapetis. Sicyonia intellectu Subst. Calceamenta dicta sunt. Lucilius apud Festum, Et pedibus laeua Sicyonia demit honesta. Cic. de Orat. 1, 231 c. 54 Sed, inquit, vt si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles: Sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. Lucret. 4, 1118. — et pulchra in pedibus Sicyonia tident.*

**SICYONAGRION**, i. n. *Cucumis siluestris. Apul. de Herb. c. 113. Sunt duo verba σικυων αγριον.*

## S I D

**SIDA**, ae. siue **SIDE**, es. f. [*Σιδη*] *Pamphyliae vrbs teste Plinio 5, 27 et Pompon. Mela 1, 15 attribuit Lyciae.*

**SIDENVM**, Flumen quo alluitur oppidum Polemonium in Themiscyrena regione, ab Amiso CXX. M. pass. distans. *Inde*

**SIDENI**, populi. *Auctor Plin. 6, 4.*

**SIDERARI**, **SIDERATIO**, **SIDERATVS**, **SIDEREVS**, vid. **SIDVS**.

**SIDEROS**, σιδηρος, *Ferrum est Graecis. Hinc*

**SIDERITES**, ae. m. [*σιδηριτης*] *Lapidis appellatio, siue gemmae potius, quam inter adamantis genera refert Plin. 37, 4 Ferrei splendoris, pondere ante caeteros, sed natura dissimilis: nam et ictibus frangitur, et alio adamante perforari potest. Et 37, 10 Siderites ferro similis, litigio illata discordias facit: quaeque nascitur in Aethiopia Sideropocillos ex ea fit variantibus guttis. Add. Solin. 37. et Isid. 16, 14.*

**SIDERITIS**. [*σιδηριτης*] *Herbae nomen vulnerariae, s. ad vulnera ferro facta. Plin. 25, 5 de Achilleo herba, Aliqui et hanc panacem Heracleon, alii sideritin, et apud nos millefolium vocant, cubitali scapo, ramosam minutioribus quam foeniculi foliis vestitam ab imo. — Alii sideritin in maceris nascentem, cum teratur, foedi odoris. Conf. Apul. de Herbis 3, 26. 72. 81.*

**SIDERITESIS**, is. *Sic cognominatur heliotropion ab Apul. de 105 Herb. c. 49.*

**SIDERION** Heracleon, [*σιδήριον Ἡρακλεῖον*] Herba est ab Hercule inuenta, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, iuxta amnes et lacus, et omnia vulnera ferro illata efficacissime sanat. *Haec Plin. 25, 4. Laudat etiam 26, 14.*

**SIDEROPOECILOS**, Gemma, quae nascitur in Aethiopia, Sideropoecilos, ex Siderite fit, *b. e. Sideritae similis est, tanquam inde orta, tantum additis variantibus guttis Plin. 37, 10.*

**SIDICINVM**, [*Σιδικινόν*] Apulorum Dauniorum ciuitas mediterranea, quod et Teanum dicitur, teste Plinio 3, 5.

**SIDICINVS**, a, um. Adi. [*Σιδικινός*] *Vt, Sidicina bella Sil. 11, 176. Aequora Sidicina Virg. Aen. 7, 727. i. campi.*

**SIDO**, *sedī vel fidi, sessum, ère.* [*ἰζάνω, καταθέρομαι, ὑφίσταμαι*] *Deorsum tendere significat, et quidem sensim, ut qui Sedere volunt.* Virg. Aen. 6, 203 *de columbis, Sedibus optatis, gemina super arbore fidunt.* Plin. 6, 22 *Mare interest vadofum, senis non amplius altitudinis passibus, sed certis canalibus adeo profundum, ut nullae anchorae fidant.* Idem 2, 103 *Eiusdemque ponderis alia fidere, alia inuehi.* Et 10, 54 *de ouis, Et in aqua est experimentum, inane fluitat, itaque fidentia, hoc est plena, subiici volunt.* In aqua fidit Plin. 12, 25. *Sidere ad ima vasis Plin. ibidem. Nauis rostro percussa fidere coepit Nep. 12, 4, 2. Iam fidere limo nauigia Albinouan. ap. Sen. Suas. 1. Add. Tac. A. 1, 70, 1. Submersae federe rates Claudian. 4 Conf. Honor. 628. Prius caelum fidet inferius mari Hor. Epod. 5, 79. Sideo habet proprium Praeteritum, nempe Sidi, Columel. 12, 24, 2 Deinde patiemur picem confidere, et quum fiderit, aquam eliquabimus. Conf. Priscian. l. 10 p. 893. *Burm. ad Petron. c. 96 p. 458. Drakenb. ad Sil. 5, 3 dedit Siluarum anfractus caecis insiderat armis, et laudat, qui similia obseruarint.**

**SIDENS**, entis. Partic. *ut, Sidentia pessum corpora caesa Lucan. 3, 674. Metaphor. Aduersus vitia ciuitatis degenerantis et pessum sua mole sidentis Sen. de Const. Sap. c. 2. Sic Sidens fundamentum imperii, metaphoricòs dicitur a Plinio 15, 18.*

**SIDON**, [*Σιδών*] *Verbs Phoenices. Mela 1, 12 Adhuc opulenta Sidon, antequam a Persis caperetur maritimarum vrbiū maxima.*

**SIDONIVS**, a, um. [*Σιδώνιος*] *ut, Vestis Sidonia, i. Purpurea. Et licet DO syllabam correptam habeat, ut Virg. Aen. 4, 75 Sidoniasque ostentat opes, inuenitur tamen etiam producta, ut apud eundem Aen. 1, 613 Obstupuit primo adpectu Sidonia Dido. Sicut in primitiuo, Aen. 623 Teucrum memini Sidona venire. Stat. Theb. 10, 648 Sic Lydia coniux Amphitryoniaden exutum horrentia terga Perdere Sidonios humeris ridebat amictos. Virg. Aen. 4, 137 Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. Equus Sidonius Virg. Aen. 5, 575. Moenia Sidonia, Ouid. ex Pont. 1, 3, 77. Ostro Sidonio fulget Ouid. Trist. 4, 2, 27. Verbs Sidonia Virg. Aen. 1, 682.*

¶ 2 *Substant. Sidonii, ciues Sidonis. Vid. Iustin. 18, 3. Sidonia regio f. regnum Sidonis, ut Iustin. 11, 10, 8 Rex Sidoniae constitutus.*

**SIDONIS**, is. f. Patronym. *pro Gentili. [Σιδωνίς] Ouid. Fast. 5, 610 Sidoni sic fueras adspicienda Ioui. Et 618 Taurus init caelum, te, Sidoni, Iupiter implet. de Europa.*

**SIDVS**, èris. n. [*ἄστρον*] *Sidera sunt, quae in aliquod signum complurium stellarum compositione formantur: ut Aries, Taurus, Andromeda, Perseus, Corona, et quaecunq̄ variarum genera formarum in caelum recepta creduntur. Haec Macrobius in Somn. Scip. 1, 14. Vid. Plin. 2, 18. Virg. Georg. 1, 32. Anne nouum tardis fidus te mensibus addas, Qua locus Erigonem inter chelasque sequentes Panditur. Sidera, inquit Varro de L. L. 6, 2 p. 66, 18 quod quasi insidunt, atque ita significant aliquid in terris perurendo aliudue. Itaque Graecam certe nec originem nec literam agnouit Varro. Caeterum sit ista verbi proprietates, quam ex Macrobio posuimus. Interim exemplo docebunt, etiam singulas stellas, etiam planetas, cometasque, a Poëtis praesertim, appellari Sidera: ut nec eorum satis firma sit ratio, qui dicta volunt sidera a sidendo, quod fixa subsidant, nec moueantur. Regina siderum Luna Hor. Carm. Saec. 35. Plin. 2, 67 Sub eodem Sidere, i. Arctō, septentrionibus. Affixa mundo sidera Plin. 2, 8. Alta sidera Virg. Aen. 3, 619. Amicum fidus Hor. Epod. 10, 9. Aurea sidera Virg. Aen. 1, 496. al. Cingula. Candida sidera Lucret. 5, 1209. Conuexa sidera, vid. CONVEHO. Clarum fidus Tyn- daridae Hor. Carm. 4, 8, 31. i. Gemini. Claud. in Epithal. Pallad. 120 Violas — quibus ipse peperit Sirius, et teneras clementi Sidere fouit. Decidua Plin. 2, 8 Aliquem exstingui significant ex opinione vulgi, quam refellit, et causam phaenomeni reddit lepidam, Illa nimio alimento tracti humoris igneam vim abundantius cum reddunt, decidere creduntur, ut apud nos quoque id luminibus accensis liquore olei notamus accidere, vid. mox Volantia. Decretorium fidus, vid. DECRETVM. Feruidum fidus, Canicula Horat. Epod. 1, 27. Infana sidera Caprae tempestuosa Id. Carm. 3, 7, 6. Laetabile fidus Valer. Argon. 6, 606. Lugubre refulsit fidus Idem Argon. 8, 85. de eo, qui Cometen se videre putat. Lucida sidera Hor. Carm. 1, 3, 2 Gemini. Micentia sidera Catul. in Epithal. Mallii 59, 207. Niuosum fidus Pliadum Stat. Silu. 1, 3, 95. Palantia sidera Lucret. 2, 1030. Publica sidera, Quae omnes adspicere possunt Ouid. Epist. 18, 150. Radiantia sidera Idem Met. 7, 325. Sparsa mundo sidera Sen. Hippol. 961. Surgentia sidera Virg. Aen. 6, 850. Sublime fidus Arctos Sen. Herc. Fur. 7. Timendi sideris crinis Lucan. 1, 524. Vaga sidera caelo fulgens aurora fugat Sen. Octau. 1. Virg. Aen. 5, 528 Caelo ceu saepe re- fixa Transcurrunt crinemque Volantia sidera ducunt. de meteoro illo, quod stellas cadentes vocant. ¶ 2 Verba: Adire vsque ad sidera, vid. ADEO.*

¶ 2 *Verba: Adire vsque ad sidera, vid. ADEO. Non Apparet fidus amicum nocte atra Hor. Epod. 10, 9. Confici fidus, intelligimus tempestatibus Plin. 2, 41 pr. i. certum locum caeli et velut metam attingere, vid. CONFECTVS. Auc̄. de Bello Afr. 47 pr. Namque Vergiliarum signo confecto, circiter vigilia secunda noctis, nimbus cum saxea grandine subito est exortus ingens. Plin. 18, 28 ubi de Solstitio, Magnus hic anni cardo — decebatque hoc discrimen indubitatis notis signasse naturam. Quam ob rem eas manibus ipsis agricolarum ingessit, vertique iussit ipsa die folia, et esse confecti Sideris signum. Decidere vid. n. 1. Decidua. Ducunt volantia sidera crinem Virg. Aen. 5, 528. Ferit sidera clamor Virg. Aen. 2, 488. Ferire sidera vertice, Contingere caelum vertice, de felicibus et honoratis Hor. Carm. 1, 1, 36. Vid. statim Tangere. Ferre ad sidera nomen alicuius, Summis laudibus celebrare Virg. Ecl. 9, 29. Pallent sidera turbata vicino die Stat. Theb. 12, 406. Pascet dum sidera polus Virg. Aen. 1, 612. Suadent cadentia sidera somnos sub auroram Virg. Aen. 2, 9. Ouid. Met. 7, 61 Quo coniuge felix Et dis cara ferar, et sidera vertice Tangam: ut Ferire. Tegunt*

50  
55  
60  
65  
70  
75  
80  
85

95  
100  
105

- sidera latitantia nubes Ouid. Met. 10, 449. Sidera Testor Virg. Aen. 9, 429. Transcurrunt vid. n. 1. Volantia. Voluuntur sidera lapsu Virg. Aen. 4, 524. ¶ 3 In primis et per eminentiam Sol et Luna sic vocantur. Plin. 7, 60 Inclinato fidere supremam pronuntiauit. Idem 8, 1 Atque ita salutato fidere in siluas reuerti. Solin. 28 de elephantis, Siderum seruant disciplinam. Luna nitescentē gregatim amnes petunt, mox adpersi liquore solis exortum motibus, quibus possunt salutant. Plin. 8, 54 Defectum siderum pauent quadrupedes. Masculum sidus Sol Plin. 2, 100. Pro Sole Flor. 4, 3, 8. vid. Bernegg. ad Iustin. 15, 7, 10. Femininum ac molle sidus, Luna Plin. 2, 101. Torrentia agros sidera Hor. Carm. 3, 1, 32. Clarior fidere Idem Carm. 3, 1, 42. Pulchrior fidere Idem Carm. 3, 9, 21. Aethereoque recens exarsit fidere limus Ouid. Met. 1, 424. Sidera de Planetis Plin. 2, 6 Inter hanc terram, caelumque eodem spiritu pendent certis discreta spatiis septem sidera, quae ab incessu vocamus errantia, quum errent nulla minus illis. Aemulum solis et lunae sidus Veneris Plin. 2, 8. Salubre sidus Veneris hebet Lucan. 1, 657. ¶ 4 Cum Solis aperta vis iuuandi vel nocendi esset, similitudine quacumque ducti homines primo Lunae, tum aliis etiam sideribus, potestatem in res sibi subiectas tribuerunt: quin omnem caeli et aëris constitutionem, quam sideribus attribuerent nimirum, sideris nomine complectebantur: idque splendida translatione ad alias quoque rerum utilium vel noxiarum veluctus aut contagiones adeo traductum est. Apul. Met. 8 p. 204, 36 Sed Charite — velut graui tonitru, procellaque sideris, vel etiam ipsodiali fulmine percussa. Martial. 2, 86 Sidere percussa est subito tibi Zoile lingua. Et 7, 93 Hoc opus est, subito fias vt sidere mutus. Morbum, qui Sideratio vocatur intelligit. Loquacitas ventosa et enormis animos iuuenum velut pestilenti quodam sidere Affluit Petron. c. 2. Ferae gentes non telis magis quam suo caelo, suo sidere Armantur Plin. Paneg. c. 12. Diuersam aquarum temperiem vt patrios fontes patriumque sidus Ferre consueuisti Id. ib. c. 15. Virg. Georg. 1, 204. Praeterea tam sunt Arcturi sidera nobis Haedorumque dies seruandi, etc. Vbi Seruius: Arcturi, inquit, ortus et occasus tempestates grauissimas facit: vnde Sidera, i. e. Tempestates, vt Aen. 11, (260) — scit triste Mineruae Sidus, et Euboicae cautes. Haec ille. Sidere etiam tum instante brumali Ammian. 22, 13 extr. Add. Claud. in Eutrop. 2, 424. Plin. 9, 22 Autumnali sidere hiemato lacu, i. tempestate, quae pendere a sideribus putaretur. Virg. Aen. 12, 451 Qualis vbi ad terras abrupto sidere nimbus It mare per medium, i. subita tempestate. Hoc velut sidere belli Mota tempestas Flor. 2, 8, 8. Tribus, vt sic dixerim, sideribus Agitatum est facinus Flor. 3, 21, 3. Dextro sidere editus Stat. Silu. 3, 4, 63. Finiamus in loco Plin. 2, 8 Sidera, quae affixa diximus mundo, non illa, vt existimat vulgus, singulis attributa nobis, et clara diuitibus, minora pauperibus, obscura defectis, ac pro sorte cuiusque lucentia, adnumerata mortalibus: nec cum suo quaeque homine orta moriuntur (vti arbores cum illis, quae Hamadryades dicuntur) nec aliquem exstingui decidua significant. Non tanta caelo societas nobiscum est, vt nostro fato mortalis sit ille quoque siderum fulgor. ¶ 5 Alia Metaphora Gentis suae sidus, Decus et ornamentum Ouid. ex Pont. 3, 3, 2. Sidus, Vox blanditiae Suet. Calig. c. 13 Laetissimo obuiorum agmine incessit, super fausta nomina, sidus et pullum et puppum et alumnum appellantium. Hor. Epod. 17, 40 Tu pudica, tu proba Perambulabis astra, sidus aureum. Conf. Burman. ad Val. Flacc. 1, 19.
- 55 SIDEREVS, a, um. [ἀστεινός] Quod ex sidere est, vel cum sideribus coniunctum. Virg. Aen. 10, 3 Conciliumque vocat Diuum pater atque hominum rex Sideream in sedem, i. In astriferum circulum. Aestus sidereus, Calor solis Ouid. Met. 6, 341. Arx siderea, Caelum Idem Amor. 3, 10, 21. Canis sidereus Caniculā Ouid. Fast. 4, 941. Caelum sidereum Idem Met. 10, 140. Ignes siderei Ouid. Met. 1, 779. Lux siderea Idem Met. 4, 169. Polus sidereus Valer. Argon. 4, 643. Vultus siderei Stat. Achill. 2, 135. ¶ 2 Varie transfertur. Martial. 1, 2 Hic vbi sidereus propius videt astra colossus, i. altus, vt aërius. Virg. Aen. 3, 586 — nec lucidus aethra Siderea polus, vt stellae appareant. Sidereus Podo Ouid. ex Pont. 4 vlt. v. 6 de Poeta, i. diuinus, sublimis. Artus siderei Stat. Silu. 1, 2, 141. Veneris. Aues sidereae Iunonis Claud. in Eutrop. 2, 330.
- 70 SIDERĀLIS, e. Adi. [ἀστεινός] Quod ad sidus pertinet. Plin. 18, 24. Prius tamen sideralis difficultas subiicienda contemplationi est. Idem 7, 49 et 6, 26. Scientia sideralis Apul. Flor. p. 351. Omnem istam lucem mundi sideralis imis tartari et in vetustum chaos submergere nouit Apul. Met. 2 p. 116.
- 75 SIDEROR, āri. [ἀστροβόλιος] Onom. Lat. Gr.] Sidere afflari. Plin. 9, 16 Fluuiatiliū silurus Caniculae exortu sideratur, et alias fulgure sopitur, i. Obtorpescit. Conf. Wower. ad Petron. c. 2.
- 80 SIDERĀTVS, a, um. Partic. [ἀστροβόλιος] Plin. 28, 16 f. 63 Sideratis vrina pulli asinini, nardo admisto, perunctione prodesse dicitur. Sideratum iumentum Veg. Mulom. 2, 39 vbi tradit signa morbi et curationem. Signa ponit: Labia eius et maxillae, nec non etiam nares eius deprauantur in parte, ita vt vix cibaria dentibus illidat. Quae etiam humoribus plena reperies, et cum voluerit bibere, os vsque ad nares demerget in aquam, quia infirma sunt labia, quibus haustus attrahitur. Conf. SIDERATIO.
- 85 SIDERATIO, ōnis. f. [ἀστροβόλια, ἀστροβόλιος] Morbus est arborum afflatarum sidere, quocumque modo id acciderit. Plin. 17, 24 in morbis arborum, Sideratio tota caelo constat. Quapropter et grando in iis causis intelligi debet, et carbunculatio, quod pruinarum iniuria evenit. Haec enim verno tempore inuitatis et erumpere audentibus fatis mollibus insidens, adurit lactescentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. Proprium tamen siderationis est ab ortu canis siccitatum vapor, cum insitae ac nouellae arbores moriuntur, praecipue ficus et vites. — Siderationis genus est in his (vitibus) deflorescentibus roratio, aut cum acini, priusquam crescant, decoquantur in callum. Sideratio, Morbi genus, partem aliquam corporis percutientis subito, atque naturali motu priuantis: quod quum repentino quodam eueniat impetu, e caelo vi quadam sideris provenire putatur. Sideratione tentati vtrilibet Scribon. 101 quam ipse interpretatur resolutionem s. paralytin. Conf. Marcell. 20. Vid. PERCVSSVS sidere in
- 100 PERCVTIO. Quem morbum ἑφανάλισμὸν in equis dici ait, ac describit Apfyrtus Hippiatr. 2, 109 et cum hominum Epilepsia comparat, cum in versione Latina siderationem, nescio quam bene, aut quo auctore, facit Ruellius c. 106. ¶ 2 Sideratio, Siderum coniunctio. Iul. Firmic. 4, 13 Maximos sane ex tali sideratione pollicebuntur homines, i. Tali siderum coniunctione.



SIDERATICVS, a, um. *Adi. Sidere percussus. Iumenta sideratica Veget. de re Veterin. 3, 35.*

SIDEROSVS, a, um. *ἀστροπληξ, ἐπιπληκτικός Gloss. Lat. Gr.*

## S I F

5

SIFILO, Ære. Sifilare inquit Nonius 12, 49 (quod nos vilitatem verbi vitantes Sibilare dicimus, et est maledica vocis significatio, vel contumeliosa popularium, cum sifilationibus quis exploditur) a Graeco ducere originem inuenimus. Huius auctor est Homerus Iliad. E, 10 142 Ἄλλ' ὁ μὲν ὡς ἀπόλοιτο, θεὸς δὲ εἰ σιφλώσει. Haec Non. ad cuius locum respicere videtur Priscian. 1 p. 560 Sifilum quoque pro sifilum, teste Nonio Marcello de doctorum indagine (Sic inscribitur c. 12) dicebant.

## S I G

15

SIGALION, f. SIGALEON. [*σιγαλέων*] Harpocrates, *Silentii Deus, quem digito labellum comprimere finxerunt Aegyptii.* Aufonius Epist. 25, 27 Tu velut Oebatiis habites taciturnus Amyclis. Aut tua Sigalion Aegyptius oscula signet. Obnixum, Paulline, taces. 20

SIGEVUM, i. n. [*Σίγεον*] Troiae promontorium. Duo sunt Troiae promontoria, Rhoeteum et Sigeum, quod dictum est propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hospitio, simulauit abscissum, et inde contra Troiam per silentium venit, quod dicitur *σιγή*. Haecenus Seruius enarrans illud Virg. Aen. 2, 312 Sigea igni freta lata relucent. 25

SIGEVVS, a, um. *Adi. [Σίγεος] Vt, Litora Sigea Ouid. Fast. 4, 279.*

SIGEIVS, a, um. *Aliud Adi. [Σιγήιος] Vt, Tellus Sigeia Ouid. Epist. 1, 33. Litora Sigeia Idem Met. 13, 3.*

SIGILLVM, SIGILLO, etc. *vid. post SIGNVM.*

SIGILLATIM, *vid. SINGVLVS.* 30

SIGLVM, i. n. vel SIGLA, ae. f. et in Plurali SIGLA, vel SIGLAE, a Sigillo per contractionem; Notae sunt, quibus uti librarii in scribendo solebant. Iustinian. in Const. P. priore. §. Ne autem. Nec etenim per specialia sigla numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus. Et in constit. Omnem. §. Illud 35 autem. Nemo audeat eorum, qui libros conscribunt, sigla in his ponere, et per compendium ipsi legum interpretationi, vel compositioni maximum adferre discrimen. Idem in Const. Tanta. §. Hoc autem. verfic. Eandem. Eandem autem poenam falsitatis constituimus et aduersus eos, qui in posterum leges nostras per siglorum obscuritates ausi fuerint 40 conscribere: omnia enim, id est et nomina prudentium, et titulos, et librorum numeros per consequentias literarum volumus, non per sigla manifestari, ita vt qui, etc. Per siglorum captiones et compendiola aenigmata textum conscribere Iustinian. de Concept. Dig. 1 §. 13. Siglae autem sunt Literae singulares sine coagmentis syllabarum: vt cum literarum initio 45 scribi solet S. i. Salutem; vel S. P. D. Salutem plurimam dicit. Vid. Voss. de Arte Gramm. 1, 40.

SIGMA, ætis. n. [*σίγμα*] Coenatio vel lectus aut stibadium, quod septem caperet conuiuas, in similitudinem elementi Graecanici factum. Cuius antiqua figura non modo usitata illa Σ, sed etiam illa, quae tertiae 50 Latinae similis est C. Lampridius de Heliogabalo 25 Primus inuenit signa in terra sternere. Paulo post, Habuit et hanc consuetudinem, vt octo caluos rogaret ad coenam, item octo luscus, et item octo podagrosos, octo surdos, octo nigros, octo longos, et octo pingues, quum capi non possent vno signate, vt de his omnibus risus citaret. Vid. ad b. 55 l. Casaub. et Salmaf. Martial. 10, 48 Septem sigma capit: sex fumus, adde Lupum. Alto signate epulantur Pet. Chrysolog. Serm. 83.

SIGNANTER, SIGNATIO, etc. *vid. SIGNVM.*

SIGNIA, ae. Plin. 5, 29 Mons est, in cuius radicibus sita est Apamia. ¶ 2 Est item Latii oppidum Plin. 14, 6. Liu. 1, 56. 60

SIGNINVS, a, um. *Adi. [Σιγνίος] Vt, Signinum opus, quod confraetis tuisque testis addita calce conficiebatur.* Columel. 1, 6 Cuius solum terrenum prius quam consternatur perfossum, et amurca recenti non salsa madefactum, velut Signinum opus, pauculis condensatur. *vid.* Idem 8, 17. Cels. 4, 5 Potui quidem aptissimum est Vinum frigidum, 65 vel certe bene calidum meracum, potissimum Rheticum vel Allobrogicum, aliudue, quod et austerum, et refina conditum est: si id non est quam asperriimum: maximeque Signinum. Eadem quoque ratione Signina pira dicebantur. *vid.* Iuuen. Sat. 11, 73. Plin. 15, 15 Patriae nomina habent ferissima omnium Amerina, etc. et in iis Tarentina, Signina, 70 quae alii colore Testacea appellant. Signini, Incolae oppidi Signiae Plin. 3, 5.

SIGNIFER, SIGNIFIC O, etc. *vid. SIGNVM.*

SIGNVM, i. n. [*σημῖον, δείγμα, σῆμα, σημαία, σκοπός, σύμβολον, τεμμήσιον, χαρμητήρ*] est, unde aliud quid esse vel fuisse intelligitur: parua quaedam significatio, indicans totius rei qualitatem, inquit Donatus ad Ter. Andr. 5, 3, 7 Vide num eius color pudoris signum vsquam indicat? Quae adsolent, quaeque oportet Signa ad salutem esse *Salutis prognostica* Id. ib. 3, 2, 2. Morborum cau- 80

fae et signa Virg. Georg. 3, 440. Mortis signa Lucret. 6, 1180.

Clarum signum, *vid. CLARVS.* Dubia signa Virg. Georg. 4, 253.

Immutabilia Quintil. 5, 10. Infolubile signum Idem 5, 9. Ma- 85

gnum signum, *Argumentum, vid. MAGNVS.* Pastorale signum, 90

*vid. PASTOR.* Colligere aliquid signis Quintil. 3, 6. Compre- 85

hendere signis, *vid. COMPREHENDO.* Conuenerat id signum, 85

*vid. CONVENIO.* Dicam signa tibi, tu condita mente teneto 90

Virg. Aen. 3, 388. Dicere aliquid signo Ouid. Met. 15, 595. Dare 90

signa manifesta Id. ib. 5, 468. Dare signa, quamobrem Cic. Verr. 95

5, 178. Ouid. Met. 2, 450 Sed fileet, et laesi dat signa rubore pudoris. 90

Dare signum militibus Ter. Eun. 4, 7, 11. Caes. B. G. 3, 90

89 Tertiae aciei, totique exercitui imperat, ne iniussu suo concurre- 95

rent: se cum id fieri vellet, vexillo signum Daturum. Sic Silius 95

15, 475 Tacitum Dat tessera signum. Add. Heinsf. et Drakenb. ad Sil. 95

5, 199. Exspectant signum intenti Virg. Aen. 5, 137. signum quod 95

certaturis solet dari. Id. ibid. 8, 1 Vt belli signum Laurenti Tur- 95

nus ab arce extulit. Facere coniecturam ex signis Ter. Adel. 5, 95

3, 36. Loqui nutu et signis Ouid. Met. 4, 63. Signa doloris 95

vultu Ostendere Cic. de Orat. 2 c. 45. Ponere signa nouis prae- 95

ceptis Hor. Serm. 2, 4, 2. Sequentur certissima signa solem Virg. 95

Georg. 1, 439. Signi id erit, me, etc. Cic. pro Rosc. Amer. 100

Nonne id signi satis est? Ter. Hec. 2, 1, 39. ¶ 2 Annulus, 100

vel aliud instrumentum, quo ad obfignandum uti licet, quod hodie Sigil- 100

lum frequentius dicitur. Cic. pro Quint. 25 c. 6 Tabulae maximae 100

signis hominum nobilium consignantur. Adulterina signa, *vid.* 100

ADVLTER. Impressa signis pacta conuentaue custodire Senec. de 105

- Benef. 3, 15. Sub signo habere volumen epistolarum Cic. Att. 9, 10.  
*Affine est* Imprimere signum pecori Virg. Georg. 1, 263. *Itemque illud* Quintil. 6, 4. Tabernae autem erant circa forum, ac scutum illud signi Gratia positum. ¶ 3 Signa dicuntur Sculptae, siue fujae effigies animalium, et aliorum rerum. Plaut. Rud. 3, 3, 27 Hic in fano Veneris signum flentes amplexae tenent. Cic. de Cupidinis imagine aenea Verr. 4, 1 In auctione signum aeneum non magnum H.S. CXX millibus vaenire non vidimus? Ibid. 1, 48 c. 17 Delum venit: ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clam sustulit signa pulcherrima atque antiquissima, eaque in onerariam suam nauem conicienda curauit. Liu. 2, 41 Signum inde factum esse, et inscriptum, EX CASSIA FAMILIA DATVM. Aspera signis pocula, quae et Sigillata dicebantur, hoc est, signis hominum, Deorum etc. decorata et ornata Virg. Aen. 9, 263. Cimbriaque argento perfecta, atque aspera signis Idem ibid. 5, 267. Aenea signa Hor. Epist. 2, 1, 248. Daedala signa Lucret. 5, 1450. Nobile signum Ouid. de Arte Am. 3, 223. Cic. de Clar. Orat. 70 Quis non intelligit Canachi signa rigidiora esse, quam vt imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, sed tamen molliora quam Canachi. Nondum Myronis satis ad veritatem adducta, iam tamen quae non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiam Polyceleti, et iam plane perfecta. Rigidioribus opponit Molliora, quae intuentibus videntur mollia, i. mobilia, vnaque adeo. Sic Stabant et Parii lapides, spirantia signa Virg. Georg. 3, 34. Exsculpere signum Quintil. 2, 19. Factum de marmore signum Ouid. Met. 14, 313. Formatum e marmore Pario signum Idem Met. 3, 419. Sed etiam de textilibus s. acue pictis Idem ibid. 3, 112. Sic vbi tolluntur festis aulaea theatri, Surgere signa solent, primumque ostendere vultus. Add. n. 6. ¶ 4 Signum in Re militari figura sculpta vel textilis, acue picta, colore conspicua, quam respicere et sequi iubentur milites, quam deserere summa ignominia est. Signi vnus milites Liu. 25, 23 i. manipulus. Sic etiam Liu. 33, 1 et 9. Graeci hinc *σημαία* vocant manipulum. Lucan. 1, 7 Infestisque obuia signis, Signa: pares aquilas, ac pila minantia pilis, Cic. pro Font. 34 c. 16 pr. Ac infestis prope signis inferuntur Galli in Fonteium, et instant atque vrgent summo cum studio. Hor. Epist. 1, 19, 55 Cantabrica bella tulisti Sub duce, qui templis Parthorum signa adempta Romanis, et in victoriae memoriam ibi suspensa, refixit. Militaria signa Hor. Epod. 9, 15. Minantia pugnam signa Lucan. 6, 9. Abesse a signis, Attollere signa, vid. hb. vv. Amplexus signa et aquilas religione se tutabatur Tac. An. 1, 39. Sic Iure iurando Cautum apud signa Id. ibid. 15, 16. Cantunt signa vid. CANO, n. 5. Conferre signa Cic. Fam. 7, 3. Constituire signa Liu. de Bell. Pun. Conuellere, vid. Gronou. ad Liu. 3, 54. Conuenire ad signa iubentur milites, ad suos quique manipulos atque ordines Caes. Bell. Gall. 6, 1. Conuertere signa Liu. 4, 29. Defigunt vallo infelicia signa Sil. 8, 625. Dilabi a signis Liu. de Bell. Pun. Ducere legiones sub signis Cic. Att. 16, 8. Expedire signa Liu. de Bell. Pun. Habere signa, pro Constituire Idem ibid. Inferre signa Cic. Philipp. 5, 23. Nep. 14, 6, 5. i. inuadere hostem. Liu. 3, 70 Agrippa Consul — accepta signa a signiferis ipse inferre, quaedam iacere etiam in confertos hostes coepit. Nempe sic incitabantur milites ad fortiter inuadendum hostem, dum recuperare sua signa studebant. Vid. mox Proiecta signa. Militare sub signis Liu. de Bell. Pun. Aurea purpureo longe radiantia velo signa Micant Nemesian. Cynege. v. 84. Mouere signa Liu. de Bell. Pun. Signa in medios hostes vel intra vallum hostium Proiecta Liu. 3, 70 extr. Referens signa Camillus Virg. Aen. 6, 825. Revellere signa Lucan. 7, 77. Reuocare ad signa Liu. de Bell. Pun. Sequi signa Idem. ibid. Sublatis signis ad Caesarem se contulerunt Vell. 2, 61, 2. Tollere signa Liu. de Bell. Pun. His omnibus ad bene sperandum quasi signum aliquod sustulit Cic. pro Marc. c. 1. conf. Geuart. Lect. Papin. 4, 4. Vellere signa castris Virg. Georg. 4, 108. ¶ 5 Signum, pro Ostento et augurio Cic. de Diuin. 1, 77 Equus eius repente concidit: nec eam rem habuit religioni, obiecto signo vt peritis videbatur, ne committeret praelium. Prospira signa Ouid. Epist. 19, 152. ¶ 6 Signum, pro Sidere Id. Met. 13, 619 — Quum sol duodena peregit Signa. Haec Sidera duodecim velut *κατ' ἑξοχὴν* signa duodecim nominari solent. Orientia signa noctis Virg. Aen. 7, 138. Rabiosi tempora signi, Dies caniculares Hor. Serm. 1, 5, 126. Est igitur signum Sirius. Splendida signa, Astra Lucret. 4, 446. Vaga signa Ouid. Fast. 1, 310. Diffundere nox caelo signa parat Hor. Serm. 1, 5, 10. Speculari obitus signorum Virg. Georg. 1, 257. Ortus signorum suspicere Idem Ecl. 9, 46. conf. Cic. de Inu. 1 c. 34. Ouid. Fast. 5, 113 Nascitur Oleniae signum pluuiiale Capellae; Illa dati caelum praemia lactis habet. Proximo carmine Stellam vocarat, Prima mihi nocte videntur Stella est in cunis officiosa Iouis. Certe Hyginus Poet. Astr. 2, 13 de Auriga siue Heniocho sic ait, Habet praeterea stellam vnam in capite: in vtroque humero vnam, sed in sinistro clariorem, quae vocatur Capra. Idem quoque tradit Aratus, et eius interpretes Germanicus, In hoc signo, inquit, et Capra est, quam in humero portat, quae Lovem nutriuit. Et paullo post: Auriga stellas habet, in capite vnam, in singulis humeris singulas: sed ea est clarior, quae in sinistro humero est, et appellatur Capra. Sed Ouid. Fast. 5, 494 de Orione, Quorum si mediis Boeoton Oriona quaeris, Falsus eris: signi causa canda mihi. b. e. Canam, quis fuerit Orion, et qua causa locatus sit in caelo. Constat Orion, Hygino teste, stellis decem et septem. Rursus 724 de Canicula, Nocte sequente diem Canis Erigoneus exit; Est alio signi reddita causa loco. Est ergo signum Sidus. b. e. vel stella solitaria, vel figura ex pluribus stellis. ¶ 7 Signum nomen est apud Lamprid. Diadum. 4 Quamuis non multum adhorruerit ab illo signo Diademati nomen Diadumeni. Sic legi iubet pro Diadematis Salmasius, et similia Lampridii, Capitolini et Spartiani loca profert. ¶ 8 Signum (*σημαίον*) punctum Geometrarum. Martian. Capella 6 p. 228 Geometria loquitur de Arithmetica, Nam Monas eiusdem infecabilis procreatio numerorum est, nihique Signum vocatur, quod, vt pote incomprehensibile parte nulla discernitur. Sic et Augustin. de Quantit. animae c. 18 p. 304 (Tom. I edit. Benedd.) et distinguit a puncto, quod pro centro, i. e. medio circuli puncto ponit.
- 00 SIGILLVM, i. n. Dimin. [*σφραγίς, σημάριον*] Paruum signum. Cic. Verr. 4, 48 c. 22 Apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. Martial. 14, 182 titulus est, Sigillum Gibberii fictile. Sic lego pro Gibberii. Sigillum i. diploma Sigillo munitum, certe symbolum quodcunque, quo prolato cursu publico aliquis iuandus est, apud Laet. de Mort. Persec. 24. Virgula egrediens sigillum ostendit horas Vir. 9, 9. Aedifi-

Aedificiorum sigilla Plin. 36, 24. Ad sigillorum pedes iacere Prudent. in Rom. v. 151. Perparuula sigilla, vid. PERPARVULVS. Imprimere sigilla annulo, vid. IMPRIMO. Hor. Epist. 1, 20, 3 ad librum suum, Odisti claves, et grata sigilla pudico. Nempe obsignantur etiam ianuae cubiculorum, armaria etc.

SIGILLIÖLV M, i. n. Dimin. nouum a Sigillis: paruum signum, aut simulacrum, effigies, idolum. Arnob. 6 p. 197 Abstinete a risu cum pro Diis immortalibus sigilliolis hominum formis supplicatis humanis. Quinimmo Deos esse sigillaria ipsa creditis.

SIGILLO, Ære. [σφραγίζω, ἐπισφραγίζω] Sigillum alicui rei apponere. Vnde

SIGILLATVS, a, um. Partic. Scyphi sigillati dicuntur, emblematis et incrustamentis ornati. Cic. Verr. 4, 32 c. 14 Accurrit Venerius: iubet me scyphos sigillatos ad Praetorem statim afferre. i. In quibus erant sigilla: ut ibidem, Patella grandis cum sigillis ac simulacris deorum. Alias Sigillare, Claudere. Varr. apud Non. 2, 785

Contra, lex minus impia est, ne filii parentibus luce sigillent oculos. Sic legendum, non Suggillent, suadet interpretatio Nonii, obcludere. vid. Voss. de Vit. L. L. 4, 25. Salmaf. de Modo Vfur. p. 486. Cic. Att. 1, 10 Praeterea typos tibi mando, quos in tectorio atrio possim includere, et putealia sigillata duo. Alii legunt Sigilla. Eburneis lectis et plagis sigillatis Varro ap. Non. 4, 361.

SIGILLARIA, òrum et ium. n. pl. Paruae imagines fictiles. Arnob. aduers. gent. 6 p. 197 Quinimmo deos esse sigillaria ipsa censetis. Cum perinde faciant nationes, adoratis sigillaribus suis residendo Tertull. de Orat. c. 12.

¶ 2 Sigillaria, Viculus Romae, ubi sigilla vendebantur. Gell. 5, 4 Apud Sigillaria forte in libraria, ego et Iul. Paullus Poëta, vir memoria nostra doctissimus, confederamus. Idem 2, 3 Ostendisse mihi librum Aeneidos secundum mirandae vetustatis, emtum in Sigillariis xx aureis. Argenteum esedum ad sigillaria venale Suet. Claud. c. 16.

Lances de sigillaribus emtae Scaeuola l. penult. §. 1 D. de Legat. 3. Add. Auson. Eidyll. 13 Epist. ad Paullum. Turneb. Adu. 28, 28.

¶ 3 Sigillaria, Dies Festi Saturnalibus additi, ut testatur Macrobius Saturn. 1, 10 ad finem.

Et ibid. 11. extr. Pelasgos — coepisse — in Sacellum Ditis arae Saturni cohaerens oscilla quaedam pro suis capitibus ferre: ex illo traditum, ut — Sigilla arte fictili fingerentur, ac venalia pararentur, quae homines pro se atque suis piaculum pro Dite Saturno facerent. Haec Sigilla etiam muneri missitabant. In his sigilla, id est, parua signa missitabant amici, ut in Saturnalibus cereos. Sueton. in Claud. c. 5

Tiberius patruus petenti honores, Consularia ornamenta detulit. Sed instantius legitimos flagitanti, id solum codicillis rescripsit, quadraginta aureos in Saturnalia, et Sigillaria misisse ei.

¶ 4 Munuscula ipsa. Ego sum Felicio, cui solebas sigillaria afferre Sen. Ep. 12. Spartian. Anton. Carac. 1 Quae a parentibus gratia sigillariorum

acceperat, ea vel clientibus vel magistris sponte donauit. Etiam locus modo laudatus Suet. Claud. c. 5 ita potest accipi.

SIGILLARITIVS, a, um. Adi. Vopisc. in Aurel. extr. Saturnalia et sigillaritia frequenter amicis inopinantibus misit, et ipse ab his libenter accepit Spartian. in Adriano c. 17. subint. munera. Ita nonnulli emendant Spartian. Anton. Carac. 1 ubi legitur Sigillariorum.

SIGILLIARIVS, i. m. Inscript. Reines. class. 11. n. 89. FLAVARIO SIGILLIARIO; i. Confectori sigillarum, vel Sculptori. In Gloss. Gr. Lat. legitur Sigillarius.

SIGILLARIARIVS. Inscr. Fabrett. p. 243.

SIGILLIARIARIVS. ib. p. 177.

SIGNATIO, SIGNATOR, etc. vid. SIGNO.

SIGNIFER, Æra, Ærum. Adi. [ζωφόρος] Qui fert signum militare. Signifer legionis sextae signum ad eum transtulit Tac. A. 2, 81, 2.

Cohortis centurionibus occisis signiferoque interfecto Caes. B. G. 2, 25. Cic. Tusc. 4, 55 Et quidem ipsam illam iram Centurio habeat aut signifer, vel caeteri, de quibus dici non necesse est, ne rhetorum aperiatur mysteria. Idem de Diuin. 1, 77 Quo tempore quum signifer primi hastati signum non posset mouere loco. Qui

causae nostrae duces et quasi signiferi fuissent Cic. pro Planc. c. 30. conf. Id. pro Mil. c. 33. Ouid. Amor. 2, 12, 14 Ipse eques, ipse pedes signifer ipse sui. Saenus signifer Stat. Theb. 10, 555. Sed et Caelum signiferum Lucan. 7, 363. ut stelligerum. Puppis signifera Idem 3, 558. Polus signifer Id. 3, 254. Crater signifer,

Ornatus signis Valer. Argon. 1, 337. Signifer circulus Vitruu. 6, 1 et Plin. 2, 4 in quo XII signa sunt, qui Graece Zodiacus appellatur, ab effigie animalium, quae in eo sunt. Cic. de Nat. Deor. 2, 54 c. 20

Infra autem hanc stella Mercurii est, quae anno fere vertente, signiferum lustrat orbem. Idem de Diuin. 2, 89 c. 42 Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Graece ζωδιακός, dicitur, talem, ut eius orbis vnaquaeque pars alia alio modo moueat immutetque caelum, perinde ut quaeque stellae in his finitimisque partibus sint quoque tempore etc.

SIGNIFEX, Æcis. m. Signorum seu stutuarum fabricator, statuarivus. Arnob. lib. 6. aduers. gent. p. 199 Inter significes ille memoratus Phidias. Apul. Met. 2 p. 116 Egregius ille signifex. conf. Mart. Capella l. 2. Sidon. Epist. 6, 12.

SIGNO, Ære. [σημαίνω, σίζω, σημειάζω, τυκώ, χαράττω] Signum imprimere, vel quocumque modo addere. Virg. Georg. 3, 171 Et summo vestigia puluere signent rotae. Area signabitur nostro curru Ouid. de Art. Am. 1, 39. Cera signatur figuris Idem Met. 15, 169. Humum signare limite Ouid. Amor. 3, 8, 42. Martial. 9, 89 Iam signat meus annulus lagenam. i. obsignat. Sic signare tabulas Quintil. 5, 11, 32. Testamentum etc. Vid. Plin. Epist. 2, 20, 8 et 10. Moenia aratro signat Romulus Idem Fast. 4, 819. Nomina signata saxo, Epitaphium in saxo sculptum Idem Met. 8, 539. Saxum carmine signare Id. ib. 2, 326. Vas signare, ne vires euanescant Scribon. 269. i. obsignare, s. signo impresso munire. Argentum signare, monetæ verbum. Cic. Fam. 15, 29 Quum signaretur argentum Apolloniae, non possum dicere eum praefuisse, neque possum negare affuisse. Imago signatur titulo Ouid. Epist. 2, 73. Signare ex auro denarium Plin. 33, 3. Cic. Acad. 4, 71 Nihil ita signari in animis nostris a vero posse, quod non eodem modo possit a falso: de notionibus, tanquam Characteribus in animos nostros impressis. ¶ 2 Signare, Ostendere, signo indicare. Plaut. Cist. 4, 2, 28 Eccam locum signat, ubi ea excidit. Idem, Hic meretricem deperit, signat tamen se eam non amare. Oculis signare Virg. Aen. 12, 3. Diem signare honore celebri Ouid. Fast. 5, 474. Signare numeris praeceptum vetus, Versibus declarare, et exprimere Columel. 1, 3, 9. Carmine

105

- rem signare *Sepulcri saxo epitaphium inscribere* Virg. Aen. 3, 287. Verba Latina Graecis verbis signare Quinctil. 2, 14, 1. Vota signare est scripto ea comprehendere, ut exsiet memoria Plin. ad Traianum 10, 44 Sollemnia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, et suscepimus, Domine, pariter, et solvimus, precati deos, ut velint ea semper solui, semperque signari. Signare appellatione aliquid Quinctil. 4, 1, 2. Idem 6, 2, 20 Et ut proxime utriusque differentiam signem, illud comoediae, hoc tragoediae simile. Signare significat modo Scribere, modo Annulo signa imprimere, modo Pecora signis notare. Paullus apud Fest.
- SIGNANS**, antis. Partic. Cera Vitr. 9, 3. Stella signans vias Virgil. Aen. 2, 697. Gentes notis signantes corpora Plin. 6, 4. Vid. Quinctil. 5, 7, 3.
- SIGNANDVS**, a, um. Partic. [σιναντός] ut, iura signanda Propert. 3, 19, 5. quod hodie dicunt contractum scribere.
- SIGNĀTVS**, a, um. Partic. [σφραγιδεύς] Vlpianus, De rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt. l. Ad testium. Argentum signatum Quinctil. 5, 10, 62. 5, 14, 26. Signatas tabulas accipi oportet, et si linteo, quo tabulae involutae sunt, signa impressa fuerint. Epistola, Liber Nep. 16, 3, 2 et 6, 4, 2. Iuven. Sat. 14, 132 Differre in tempora Coenae. Alterius conchēm aestiuam cum parte lacerti Signatam i. in armario obfirmato inclusam. Limina Propert. 4, 1, 146. Signata saxo Nomina Ouid. Met. 8, 539. Pectus signatum sanguine Idem de Arte Am. 1, 384. Tabellis signatis mandare aliquid Tibull. 4, 7, 7. Cicatrix signata in stirpe Virg. Georg. 2, 13. Signatus, [δείξιμος] pro insigni aliquando captum a veteribus legitur: unde Signatam virginem dicebant, quasi Insignem virginitate, et integram, ut ait Non. 2, 783. Plaut. . . Negat se puellam signatam domum reuersuram Lucil. 29. Primum Chrysidem negat signatam reddere. Non. loc. cit. Pubertas signata manet Prudent. Apoth. v. 573. Signata sacra esse desierunt Varro ap. Non. 4, 431. add. Parei Lex. Crit. p. 1156. Compar. quid expressius et signatius in hanc causam Tertull. de Resurr. Carn. c. 13.
- SIGNĀTE**. Adu. Diserte ac dilucide, ut id signetur proprie, quo opus est. Macrob. Saturn. 6, 7 Qui proprie et signate locuti sunt. Eadem omnino verba sunt apud Gell. 2, 6. Compar. Forma hoc vocabulo signatius appellata Ammian. 22, 15. Non, quid signatius explicet, scrutatur Id. 23, 6 pr.
- SIGNĀTER**. Adu. Signanter et breuiter omnia indicare Auson. Gratiar. Act. Hieronym. adu. Iouin. 1, 7 extr. Signanter et proprie supra dixerat.
- SIGNATIO**, ōnis. f. Dial. de Orat. 16 Sed primum hoc roga-bo, quos vocetis antiquos, quam oratorum aetatem signatione ista determinetis. Furtiua Tertull. ad Vxor. 2, 9.
- SIGNĀTOR**, ōris. m. [σημάντωρ, σφραγιστής] Qui testamento signando adhibetur. Sallust. in Catil. 16 pr. Ex illis testes, signatoresque falsos commodare. Suet. in Tiber. c. 23 Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus nisi Senatorii ordinis. Cum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur Suet. Aug. c. 33. Conf. Iuuenal. 10, 335. Val. Max. 7, 7, 2. Sen. de Benef. 2, 23. Prudent. Cathem. 12, 87. Signator terrae lumen Manil. 5, 632 ubi plura id genus Scaliger. Sed ingeniose Bentleyus, Signabit terrae limen.
- SIGNĀTORIVS**, a, um. Adi. [σφραγιστικός Onomast.] Quod signat, seu quo ad signandum utimur. Paul. Iureconf. Annulus signatorius ornamentū appellatione non continetur l. 74 Dig. de verb. signif.
- SIGNĀTVRA**, ae. f. Suet. in Neron. c. 17 Cautum ut in testamentis primae duae cerae testatorum modo nomine inscripto, vacuae signaturis ostenderentur.
- SIGNACVLVM**, i. n. Signum. Tertull. Apol. c. 21 Signaculum corporis. Fidei Id. de Spect. c. 24. conf. Id. de Orat. c. 14. Scrutari dei signacula Prudent. Apoth. v. 294. conf. Id. Psychom. v. 360. et adu. Symm. 1, 568. Vlpian. Dig. l. 16. t. 3 l. 1 §. 36. Apul. Flor. 2 p. 346.
- SIGNARIVS**, i. m. ζωνιοποιός Gloss. Gr. Lat. Signifex.
- SIGNIFĀCIO**, ěre. pro Significare: Metianus l. 65 §. iij. D. ad SC. Trebel. Nam si auditus capaces sunt, vel interrogati nutu possint significare, velle se periculo suo hereditatem adire.
- SIGNIFĪCO**, āre. [σημαίνω, μνηύω] Signum facere, siue per signa notum facere, Demonstrare. Plaut. Truc. 4, 3, 14 Etenim sic istuc volo: ne inter vos significetis, ego ero paries, i. ne nutibus et signis aliis colloquamini. Cic. Verr. 3, 213 Hoc enim mihi significasse et annuisse visus est. Itaque hoc saepius dicendum, tibi que non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror Cic. Fam. 5, 13. Quod tu non dicendo mihi significasti Caelius sub Cic. Att. 10. i. obscure, ita ut subintelligi oportuerit. Add. Suet. Aug. c. 50. Cic. ad Brut. pr. Scribis mihi, mirari Ciceronem, quod nihil significem vnquam de suis actis. Res significanda per gestum Ouid. Trist. 5, 10, 36. Cic. pro Rosc. Amer. 97 c. 34 Quid haec tanta cita celeritas festinatioque significat? Idem Verr. 2 c. 60 Ex tua praetura primum nata est haec postulatio: qua quum vtuntur, hoc significant, atque adeo aperte ostendunt, sese ad statuas pecuniam metu ac malo coactos inuitissimos contulisse. Caes. Bell. Gall. 7, 3 Nam vbi maior atque illustrior incidit res, clare per agros, regionesque significant. al. clamore. Cic. pro Font. 29 de Pisone Frugi, Is igitur vir, quem ne inimicus quidem fatis in appellando significare poterat, nisi ante laudasset. Idem Att. 1, 11 Ac ne illud mirere, cur, quum ego antea tibi significarem per literas, me sperare illum in nostra potestate fore, nunc idem videar diffidere. Idem pro Rosc. Amer. 56 Anseribus cibaria publice locantur, et canes aluntur in Capitolio, ut significant, si fures venerint. ¶ 2 Significo patiendi verbum pro actiuo Significo posuisse veteres testis est Gell. 18, 12.
- SIGNIFĪCANS**, antis. Partic. [σημαίνων] Nomen aut verbum translatum proprio significantius est Quinctil. 8, 6. Idem 8, 1. Quo nihil inueniri potest significantius. Idem 4, 2 Verbis propriis et significantibus. Et 9, 2, 44 Dilucida et significans descriptio. Vocabulum significantissimum dixit Gellius 1, 15.
- SIGNIFICANTER**. Adu. [σημαντικώς] Quotidiano verbo fatis significanter vsus est Sen. Contr. 3, 10. Quinctil. 6, 3 Non parum significanter etiam illa in scholis 79 dixerimus. Dicere significanter atque ornate Quinctil. 1, 7. Idem 3, 6 Colligere tantum eadem, ac disponere paullo significantius. Acrius, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem Cic. Fam. 3, 12. Add. Gell. 1, 25 et 17, 2. Lactant. 6, 5 extr. Significantissime comprehendite Quinctil. Decl. 247.

**SIGNIFICANTIA**, ae. f. [*ἐμφασις*, *ἐννοια* Gloss. Vet.] *Vsi sunt frequenter scriptores ecclesiastici: ut Arnobius 4 sub init. it. p. 134 et 7 p. 230. Tertull. adu. Valent. c. 6. et de Resurr. Carn. c. 21. Lactant. 4, 26 n. 3 et 17. Varro ap. Non. 4, 384. conf. et Non. 4, 217. et 6, 91.*

**SIGNIFICATIVS**, a, um. Quae fato manent, quamvis significata, non vitantur Tac. Hist. 1, 18, 2. Duobus aduentibus eius significatis Tertull. Apolog. c. 21.

**SIGNIFICATIVM**, i. n. [*σημασία*, *δήλωσις* Gloss. Lat. Gr.] *conf. Arnob. 1 p. 3 extr.*

**SIGNIFICATIO**, ōnis. f. [*σημασία*, Gloss. Vet. *ἐμφασις*] *Indicatio, indicium. Auctor ad Herenn. 4 c. 53 Exclamatio est, quae conficit significationem doloris. Nutu significationeque Appellare Cic. Fam. 1, 9 fin. Dāre significationem Idem de Orat. 2, 153.*

*Ea quoque significatione Subtracta Tac. A. 1, 81, 3. Habere significationem Cic. Fam. 5, 7. Inueteravit aliena verbi significatio, vid. INVETERO.*

**Cic. de Amicit. 49** Quum autem contrahat virtus amicitiam, ut supra dixi, si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet et adiungat, id cum contigerit, amor exoritur necesse est. *Significatio aduentus Caes. Bell. Gall. 6, 28.*

**lacere significationes, vid. IACIO.** *Caes. Bell. Civil. 1, 86 Id vero militibus fuit pergratum et iucundum, ut ex ipsa significatione potuit cognosci. Statim sequitur, Et voce et manibus significare coeperunt.*

*Vno nuntio, atque vna literarum significatione, ciues Romanos necandos, trucidandosque denotavit Cic. pro Lege Manil. 7 c. 3. Idem Off. 1, 25*

*131 Ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Falsa atque aliena verbi significatio Gell. 1, 22 pr.*

*¶ 2 Auct. ad Herenn. 67 c. 53 Significatio est, quae plus in suspicione relinquit, quam positum est in oratione. Ea fit per exuberationem, ambiguum, consequentiam, abscissionem, similitudinem, quae deinde exsequitur.*

*Est ergo haec Significatio ea, quae Fabio vocari solet Emphasis, v. v. ¶ 3 Est etiam simpliciter Significatio, s. ἐπισημασία (quo utitur Cic. Att. 1, 16.) fauoris s. plausus declaratio.*

*Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 14 extr. Quoniam eius modi theatrum totius Asiae virtutibus est datum*

*— natura ita resonans, ut vsque Romam significationes vocesque referantur: contende quaeso, ut his rebus dignus fuisse videare. Liu. 31, 15 Deinde ex dignitate magis visum, scribere eum — quam praesentem aut referendis suis in ciuitatem beneficiis erubescere, aut significationibus acclamationibusque multitudinis, adsentatione inmodica pudorem onerantis.*

**SIGNIFICATIVVS**, a, um. *Vim significandi habens. Vlp. in l. Vbi in princ. D. de verb. obligat. Quo fit, ut boni appellatio non fit certae rei significatiua. Paulo post, Quae res efficit, ut ea appellatio certi significatiua fit. Conf. Gaius l. 232 ff. de verb. signif.*

**SIGNIFICATORIVS**, a, um. *Idem. Tertull. adu. Hermog. 45*

**32 Verbum significatorium.**

**SIGNIFICABILIS**, e. *Adi. Varro de L. L. 5, 7 Homo significabilem ore emittit vocem. i. Loquelam, qua res significatur.*

**SIGNIFICATIVS**, ūs. m. [*σημειώσις*] *Plin. 18, 25. Ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatus habent. conf. Vitr. 9, 7. 50*

*Plin. 2, 25 Acontiae iaculi modo vibrantur ocissimo significato. Et 18, 31 Vehementissimo significato. Astrorum cum significatibus spatia comprehendere Apul. Doctr. Plat. 1 p. 10. Vsu Grammatico, Verrius*

*Flaccus in libro de significato verborum Gell. 5, 16. Ve particula duplicem significatum, eundemque inter se diuersum capit Id. 5, 12.*

**SIGNIFICVS**, a, um. *Adi. Apul. de Deo Socrat. conf. Elmenhorst. not. p. 54.*

**SIGNILIS**, e. *i. Signatus, ap. Mart. Capell. 6 p. 193.*

**SIGNITĒNENS**, entis. *Ennius apud Varr. de Lingua Latina 4, 3 p. 9, 13 de Luna, Quae caua caeli signitēnentibus conficis bigis, 60*

*i. signa XII percurrentibus.*

## S I L

**SIL**, filis. n. *Genus pigmenti, terra luteum colorem, quemadmodum ochra reddens. Auson. Eidyll. 12 de Monosyllabis, Estne peregrini vox nominis, an Latii Sil? Plin. 13, 12 In argenti et auri metal-*

*lis nascuntur etiamnum pigmenta, sil et caeruleum. Sil proprie limus est. Optimum ex eo, quod Atticum vocatur. Ibid. 13 Sile pin-*

*gere primi instituere Polygnotus et Mycon. Attico duntaxat. Adde Vitruu. 7, 7 et 14. Plin. 13, 22. Conf. Lexicon Vitruu. et Phil-*

*land. ad 7, 7. Ex Vitr. 7, 11 et 14 colligitur, etiam ad purpureum colorem Sile usos. ¶ 2 Sil montanum, quod alias vocatur seseli*

*herba Apic. 3, 5. conf. Cels. 5, 21. Plin. 12, 26. 26, 7. 35, 6. Scribon. 126.*

**SILAGEVS**, a, um. *ut, Silacei cunei, ad colorem Vitruu. 7, 5. 75*

**SILACEVS**, a, um. *ut, Silacei cunei, ad colorem Vitruu. 7, 5. 75*

**SILA**, ae. f. *Mons est siluae Lucaniae. Virg. Aen. 12, 715 Ac veluti ingenti Sila, summoue Taburno. Sallust. de fugitiuis, In silua Sila fuerunt. Cic. in Bruto 85 Cum in silua Sila facta cae-*

*des esset. Sic editur hodie ex emendatione Turn. 11, 1 et 26, 12.*

**SILANVS**, i. m. *Tubus et fistula dicitur, e quibus erumpit aqua. Lucret. 6, 1263 Proque voluta Corpora silanos ad aquarum strata iace-*

*bant. Cels. 9, 18 Confert etiam aliquid ad somnum silanus iuxta cadens. Vid. etiam Hygin. Fab. 169. Festus, Tullios alii*

*dixerunt esse Silanos, alii riuos, alii vehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt (intell. proiectiones aquarum) Tiburi in Aniene etc. vid. TVLLIVS. Caeterum in Vet. Gl. Siluanus*

*νεῦρος, quod mouit viros doctos, ut Siluanum dici putarent signum vel sigillum Siluani aquam eiaculantis quacunq; parte corporis: quales perso-*

*nae sunt Martyae, Tullii, Chirones, Hermae, Atlantes; quod placuit in primis Cuiacio Obs. 2, 2 et 13, 3. Sed aliae glossae cum Silanum habeant, cum nihil varietur apud Lucretium, Celsum, Hyginum, tutius videtur ni-*

*hil mutare: pro qua sententia multus est Morgag. Epist. 1 in Celsum p. 15 sq. Tanto minus illud opus videtur, cum Silanus et Siluanus eadem persona esse possit: vel etiam Silanus ex Silano leuiter inflexus. Vid. SI-*

**LENVS.** *In hanc suspicionem adducit me series notarum et interpretationum in notis Tironis p. 171 Pan — Faunus — Satirus — Silinus (Silenus)*

*Silanus, Siluinus, Siluanus etc. De toto genere personarum aquas eiaculantium, vid. Viri docti ad Petron. 36 p. 151.*

**SILARVS**, vel **SILARIS**. m. [*Σίλαρος*] *Lucaniae amnis, cuius haec natura est, ut in eum non virgulta modo immersa, verum et folia lapidescant, alias salubris potus eius aquae Plin. 2, 103. Vid. Sil. 8, 583.*

*Virg. Georg. 3, 146 Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem, Plurimus Alburnum volitans, etc.*

**SILATVM**, i. n. *antiqui pro eo, quod nunc lentaculum dicitur*

mus, appellabant, quia ieiuni vinum Sili (herba) conditum ante meridiem absorbebant. Haec Festus.

SILAVS, ut nonnulli apud Plin. legunt 26, 8 Herba est in perennibus et glareosis riuus nascens Apii similitudine. *Hermolaus tamen in*

5 *Castigationibus Plinianis exemplaria corrupta ait, contenditque Lauer esse legendum: sumitque Lauer pro ea herba, quam vulgus Cressionem vocat. Officinae Berulam, Sium Dioscorides 2, 119.*

SILENI. m. pl. Populi sunt Indum accolentes auctore Plin. 6, 20.

SILENTIVM, vid. SILEO.

10 SILENVS, i. m. [Σίληνος] Bacchi nutricius, vel paedagogus. De quo Virg. Ecl. 6 quas Silenus inscribitur. Vid. Ouid. in fabula Midiae Met. 11, 90 sqq. Famulusque dei Silenus alumni Hor. de Arte Poët. 239.

Nyfigenae Sileni Catul. 63, 252 plurimum numero in comitatu Bacchi, i. Satyri Seniores. Pater Silenus Propert.

15 3, 3, 29. Vid. Perizon. ad Aelian. 3, 18. Silenus cum fistulis et tibiis, cauos effigiebant Graeci artifices, qui aperti honestas deorum imagines haberent, quali comparat Socratem Alcibiades in Platonis conuiuio ad fin. p. 333 sq. Nominat in eadem re Satyrum Marsyam, quasi Silenus generis nomen sit, speciei aut classis cuiusdam Satyrus, Marsyas autem indi-

20 vidui. Quid si illae fistulae atque tibiae occasionem dederit, ut salientibus adhiberetur nominatim Marsyas, quid si Silenus Aeolica Doricaue ratione in Silanum transit?

SILVNCVLVS, vid. sub SILEO.

25 SILEO, filii, ēre. [σιωπῶν, σιγῶν] Silere dicitur, qui nondum coepit loqui. Frequenter Praepositioni De adiungitur. Cic. Verr. 4, Me non solum filere de vestris monumentis oportebit, sed etiam lactari, etc. Plin. 16, 21 Idque mirum est, Graecis auctoribus proditum, apud nos postea fileri. Alium filere quod voles, primus file Sen. Hippol. v. 873.

30 ab s litera, quae nota silentii est. Paul. Muta filet virgo Ouid. Met. 10, 389. Facti culpam filere Ouid. Trist. 2, 208. Causa mala filenda est Id. ex Pont. 3, 1, 147. Ille nefastus erit per quem tria verba silentur Id. Fast. 1, 47. Et nunc omne stratum filet

35 aequor Virg. Ecl. 9, 57. Cic. pro Milon. 10 c. 4 Silent enim leges inter arma, nec se expectari iubent. Iura silent Ouid. ad Liu. 185. Leges bello filuere coactae Lucan. 1, 277. Loca late silent Virg. Aen. 9, 190. Nec caeterae nationes filebant subita per Pontum arma barbarum mancipium mouerat Tac. H. 3, 47 pr. Cic. Acad. 1, 2 c. 1 Silent enim diutius Musae Varronis quam solebant.

40 h. e. Nihil scribit, nihil edit Varro. Hirt. de Bell. Hispan. 3. Vnus ex nostris respondit, ut fileat verbum facere. Pro, Ne verbum faciat. Rarum. Silere dicuntur plantae, dum latent illorum flores vel germina, translatione ab auditu ad oculos facta. Colum. 4, 30, 6 Dum silent virgae, vid.

SILENS. Siletur, Imperf. Ter. Phorm. 5, 2, 13 De iurgio filetur. Cic. Fam. 11, 6 Nefas esse duxi, aut ita haberi Senatam, ut de tuis diuinis in Remp. meritis fileretur, aut, etc. Sileatur ille, apud

45 Plin. Epist. 8, 22 Quisquis ille, qualiscunque, fileatur: quem insignire, exempli nihil: non insignire, humanitatis plurimum refert. Plin. 12, in prooem. Nullum fileatur rerum naturae opus.

50 SILENS, entis. Partic. [σιγῶν] Ego abcessi filens Plaut. Epid. 2, 2, 53. Ouid. Fast. 5, 483 Mox etiam lemures animas dixere silentium, h. e. Mortuorum. Anni silentes, vid. ANNVVS. Coetus silentium Ouid. Met. 15, 66 de discipulis Pythagorae. Concilium silentium Virg. Aen. 6, 432. Sedes silentium Ouid. Met. 15, 772.

55 Vulgus silentium Senec. Med. f. 10. Aerarium filens et quietum Plin. Paneg. c. 36. Caelum filens, pro Tempore sereno Idem 18, 28. Dies filens a ventis Columel. 4, 29. Silens nondum emittens germen, ut in verbo vidimus. Columel. 12, 7, 1 Item ferulae cum coliculo silentes, quam tenerrimum florem pastinacae agrestis, vel fatiuae cum coliculis, silentem florem vitis albae, et asparagi, etc.

60 Luna filens, quando non apparet propter Solis propinquitatem, in interlunio, nobis non lucens. Plin. 16, 39 Inter omnes vero conuenit vtilissime in coitu eius sterni, quem diem alii interlunium, alii silentis lunae appellant. Add. 28, 7. Cato R. R. c. 29. 4, 1. 50, 1 et

65 Colum. 2, 10. Luci silentes Sil. 17, 22. Nox filens Virg. Aen. 4, 517. Sarmentum Colum. 4, 29, 1, nondum germinans. Idem 3, 19 Verumtamen praestat eligere sationi silentis vel certe placidi spiritus diem. Surculi silentes, Nondum germinantes. Columel. 11, 2, 26. - Venti silentes Idem 12, 25. Vineae silentes Idem

70 4, 27, 1. i. Nondum gemmantes. Vmbrae silentes Virg. Aen. 6, 264. add. ib. v. 432. Vnda filens Valer. Argon. 5, 522.

SILENTIVM, i. n. [σιγή, σιωπή] Status et velut actio silentis, virtus in silendo, taciturnitas. Plin. 10, 69 Silentium in mari piscantibus. Nullam difficiliorem quam silentii credo virtutem, adeoque

75 promptissimo sermone facile delinquimus Quintil. Decl. 19. Silentium noctis, pro Intempesta nocte; quam alii Concubium, alii Conticinium vocant. Liu. 5, 3 Eodem anno M. Caedicius ex plebe enuntiauit Tribunis, se in noua via, vbi nunc sacellum est, supra aedem Vestae vocem noctis silentio audisse clariorem humana. Conf. Id. 8,

80 23 c. not. Gron. Somni silentia Ouid. Fast. 4, 549. Acre silentium, et intentum, et cupidum vteriora audiendi Plin. Epist. 2, 10. vid. ACER, Adi. Alta silentia Ouid. Met. 1, 349. Virg. Aen. 10, 63. Alti et egregii silentii homo Hor. Serm. 2, 6, 58. Anica silentia tacitae lunae Virg. Aen. 2, 255. Vid. Silens Luna.

85 Caeca silentia Sil. 7, 350. Fideli silentio tuta merces est Hor. Carm. 3, 2, 25. Muta silentia noctis Ouid. Met. 7, 184. Rabiosa silentia Pers. Sat. 3, 81. Sacrum silentium Hor. Carm. 2, 13, 29. Seuera silentia noctis Lucret. 4, 462. Suspiciax silentium Tacit. Ann. 3, 11. Taciturna silentia Ouid. de Arte Am. 2, 505.

90 Tranquilla silentia noctis Stat. Theb. 1, 441. Vastum silentium Tacit. Hist. 3, 13. ¶ 2 Verba: Per silentium Adesse aequo animo Ter. Phorm. Prol. v. 81. Agere silentium de aliquo Quintil. 10, 1. Agere per silentium Ter. Heaut. Prol. v. 36. Agere alta silentia Ouid. Met. 1, 349. Animaduertere cum silentio

95 Ter. Eun. Prol. 44. Audire silentio, vid. AVDIO. Confiteri silentio Quintil. 4, 2. Continera suos silentio, vid. CONTINEO. Conuenisse silentio videtur, inter locatorem et conductorem. i. Tacite, quamuis diserte non sit verbis expressum. Iabolenus in l. Ea lege. D. locati. Dare silentium Ter. Hec. Prol. v. 55.

100 Descendere in silentium Quintil. 10, 3. Dissimulare aliquid silentio Idem 5, 13. Egredi castris silentio Caes. B. G. 7, 58. add. ib. c. 60. Facere silentium Quintil. 2, 5. Silentium Facere ib. 2, 5. i. efficere, ut alii fileant. conf. Liu. 2, 45. Curt. 10, 6, 3. Phaedr. 5, 5, 15. Facta tectis silentia Virg. Aen. 1, 734. Facere cere longa silentia Ouid. Fast. 1, 183. i. Tacere. Facere silentia maie-

K k k

maiestate manus Perf. Sat. 4, 7. Ferre aliquid silentio Cic. Tusc. 2, 46. Habere silentium Curt. 10, 7, 3. Ire per silentia Virg. Aen. 2, 255. Armati per urbem silentio in Auentinum perueniunt Liu. 3, 54. Per silentium haud modice Querendo grauior erat Tac. A. 15, 1, 15. Iubere silentia Lucan. 1, 298. Exigua est virtus praestare silentia rebus Ouid. de Arte Am. 2, 603. Praeterire silentio Cic. in Partit. 82. et Phil. 13 c. 6. Praeteruhi silentio Cic. Philip. 7. Hor. Epod. 5, 51 Diana quae silentium Regis. Ex ritu sacrorum dictum est, in quibus imperabatur a Praecone, ut qui aderant, linguam pascerent, id est tacerent, et linguis fauerent. Spectatricem igitur et arbitram magici sacri Lunam inuocat. Rumpere silentia sermone Ouid. Met. 1, 208. Rumpere alta silentia Virg. Aen. 10, 63. Rumpere taciturna silentia Lucret. 4, 587. Suadere silentia digito Ouid. Met. 9, 691. Silentium esse a. vid. A, Praep. Silentium est causarum et iuris Cic. Verr. 5, 31 quod fit in iustitia. Cic. Att. 5, 16 De Partho silentium est, sed tamen concisos equites nostros a barbaris nuntiabant ii, qui veniebant. Coram te altum nobis de illo silentium est Sen. ad Marc. c. 5. Tenere silentia cuncti Ouid. Met. 1, 206. Torquent illam furibunda silentia Stat. Theb. 10, 890. Transmittere aliquem silentio Tacit. Ann. 1, 13. Transire quidpiam silentio Quintil. 2, 3 pr. Cic. Att. 2, 19. Transigere vitam silentio, i. Otiose et obscure Sallust. Catil. pr. Venimus per silentium ad aetatis terminos Tacit. Agric. 3, 5. i. nulla re notabili gesta. Idem praeturae tenor et silentium Tac. Agric. 6, 5 modestia, tumultus et turbarum experts. Liu. 37, 38 Silentium deinde biduum fuit, neutris transgredientibus anneni. Intelligit, non fuisse ad certamen congressos. Studia fori et ciuiliu artium decus in silentium acta Tac. Agric. 39, 3. Augurale verbum est. Cic. de Divinat. 2 c. 34 Hic (in auspicio) apud maiores nostros adhibebatur peritus, nunc quilibet. Peritum autem esse necesse est eum, qui, Silentium quid sit, intelligat: id enim silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret. Hoc intelligere perfecti auguris est. Illi autem, qui in auspicio adhibetur, cum ita imperauit is, qui auspicatur, Dicit, si Silentium esse videbitur; nec suspicit, nec circumspicit: statim respondet, Silentium esse videri etc. Festus, voce Silentio surgere, Hoc est proprie silentium, omnis vitii in auspiciis vacuitas. Poterat aliquis suspicari, non recte intellexisse hoc silentium tribunos, vel ipsum adeo Liu. 8, 23 Nec tamen ab Dictatore comitia sunt habita, quia, vitione creatus esset? in disquisitionem venit: consulti augures vitionem videri dictatorem, pronunciauerunt. Eam rem tribuni suspectam infamemque criminando fecerunt. Nam neque facile fuisse id vitium nosci, cum consul oriens (i. surgens) nocte silentio diceret dictatorem — Cui non apparere, quod plebeius dictator sit, id vitium auguribus visum. Certe adtemporis rationem et silentium, quod a media nocte esse solet, videtur respici hic et 9, 38 Nocte silentio, ut mos est, L. Papirium Dictatorem dixit.

**SILENTIARIUS**, i. m. [*ἡσυχητοῦς* Gloss. Gr. Lat. it. *σιδαντιῶν*] est ministerii nomen in aula Constantinopolitana, de quo Icti ad Cod. Iustin. de Silentariis et Decurionibus eorum, et in primis Iac. Gothofr. ad l. vlt. C. Th. de Decurionibus et Silentariis. Breuiter excubias agebant ante subiculum Principis, cum vel in Consistorio ageret, vel cum Legatis tractaret: τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς ἐπιστάται ab Agathia dicti. Sed est res inferioris aevi et Byzantinis, i. Graecis fere propria. Videntur autem etiam in priuatis familiis fuisse Silentarii, lautioris conditionis serui, quibus interiora quaedam crederentur, et committerentur silenda. Saluian. de Gubernat. Dei 4 p. 96 Ad fugam seruos non miseriae tantum, sed etiam supplicia compellunt. Pauent quippe actores, pauent Silentarios, pauent Procuratores, prope ut inter istos omnes nullorum minus serui sint, quam dominorum suorum — Multi seruorum ad dominos suos fugiunt, dum conseruos timent.

**SILENTIOSVS**, a, um. Adi. Tacitus. Apul. Met. 11 p. 257 Opacae noctis silentiosa secreta.

**SILENTVS**, a, um. Adi. Gell. 19, 7 Loca silentia ex Laeuio antiquo Poeta.

**SILESCO**, 3re. [*σιωπέω*] Tacitum fieri. Ter. Adelph. 5, 2, 10 Nisi dum hae filescunt turbae i. Sedabitur hic tumultus. Deum domus Ioue dicente filescit Virg. Aen. 10, 101. Furor caeli filescit Catul. 47, 2.

**SILER**, 3ris. n. Frutex nonnunquam arborefcens. Virg. Georg. 2, 12 inter sponte nascentia, Vt molle filer, lentaeque genistae. Plin. 24, 10 Sileris folia illita fronti, capitis dolores sedant. conf. Cels. 5, 23. Colum. 10, 236.

**SILEX**, 3cis. c. [*πυρίτης*] Lapis durus, ex quo ignis excuti solet. Dicitur, quod de eo ignis saliat: vel quod latentem et velut silentem intra se ignem habeat, qui attritu aut percussu excitetur. Generis communis esse, docent Seru. ad Virg. Aen. 8, 232. Burm. ad Quintil. 1, 6 p. 72. Heins. ad Ouid. Met. 9, 275. et Trist. 4, 6, 14. Sed et ista: Ouid. Met. 7, 107 Aut vbi terrena filices fornace soluti.

Virg. Aen. 8, 233. Stabat acuta filix praecisis vndique saxis. E filice ignem Pyrodes inuenit Plin. 7, 9. Acutus filix Catul. 61, 5. Atra filix Virg. Aen. 6, 602. Durus filix Ouid. Met. 2, 706. Impenetrabilis filix ferro, vid. IMPENETRABILIS. Nuda filix Virg. Ecl. 1, 17. Numidicus filix, vid. NUMIDIA. Ordinarius filix, vid. ORDINARIUS in ORDO. Rigidi filices Ouid. Met. 9, 225. Validi filices Lucret. 1, 572. Excudere scintillam filicis Virg. Aen. 1, 178. Et filicis venis abstrusum excuderet ignem Idem Georg. 1, 135. Add. Id. Aen. 6, 471. Colum. 3, 11. Pallad. Ian. t. 13. Tenuantur filices ab vsu Ouid. de Arte Am. 3, 91. Stat tibi filix in corde Tibul. 1, 1, 64.

**SILICEVS**, a, um. Adi. [*πυριτηνός*] Quod est ex filice Cato de R. R. 18. Colum. 12, 46. Plin. 9, 47. Vitr. 7, 7. Impudicorum coetus fortem quoque et filicem virum emollit Sen. de Ira 3, 8. Saxa filicea Vitruu. 8, 3.

**SILICIO** aut **SILICEO**. Quis tam filicio? Laeu. ap. Gell. 19, 7. i. durus.

**SILICARIUS**, i. m. inter opifices refert Frontin. de Aquaeduct. 2 p. 256.

**SILICERNIVM**, i. n. [*νεκρικόν συμπόσιον*] Conuiuium est in Senem. Terent. Ad. 4, 2, 48 I sane ego te exercebo hodie ut dignus es, Silicernium. Ad hunc locum respiciens dicit Non. 1, 235 Silicernium pessime intelligentes ita posuisse Terentium putant, quod incuruitate filices cernat senex. Silicernium est proprie conuiuium funebre, quod senibus exhibetur. Varro Meleagris, Funus exsequialis laude ad sepulcrum antiquo more silicernium confecimus, id est *νεκρικόν*, quo pransi discedentes dicimus aliis alii Vale. Festus ait, esse Farciminis genus, quo familia in luctu a fletu purgatur: 109

quia cuius nomine instituebatur ea res, is iam solum (silicem al. filicem al.) cerneret. Caecil. Credidi me filicernium eius esse esurum. Donato ad l. c. est Coena, quae inferitur diis manibus: vel quod eam filentes cernant, i. e. umbrae possideant, vel quod qui haec inferant, cernant tantum, neque degustent. nam de his, quae libantur inferis, quisquis ederet vel biberit, funestatur: aut Senex erit filicernium, qui iam iamque silentibus cernendus sit. Seru. ad Aen. 5, 92 ubi de inferiis Anchisae, Leuiter gustauit serpens epulas superpositas, quae filicernium vocantur, quasi filicernium, super filicem positae: quae peractis sacris senibus dabantur, ut se cito morituros cognoscerent. In hoc ergo conuenit, fere Grammaticis, filicernium esse epulum sepulchrale proprie, deinde poni pro ipsis senibus.

¶ 2 Sed etiam, si audimus Fulgent. Expos. Serm. ant. 8 Silicernios, dici voluerunt Senes incuruos, quasi iam sepulchrorum suorum filices adspicientes. Vnde Cincius Alimentus Hist. de Gorg. Leont. scribit dicens, Qui dum iam filicernius sui finem temporis expectaret, etsi morti non potuit, tamen infirmitatibus insultauit. Cui ista non sufficiunt, Vossii Etymologicon adeat, ubi inueniet tum alia, tum etiam a filicea hernia, i. dura, instar filicis, dictos videri senes Philelpho, etc.

20 SILICIA, ae. Herba, de qua sic Plin. 24, 19 Nec foenograeco minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphos, alii buceras, alii aegoceras, quoniam corniculis semen est simile, nos siliciam. Add. Idem 18, 16 et 21. Non videtur differre a Siliqua, v. v.

25 SILICIVS, i. m. Plin. 16, 16 f. 27 Si magnitudinem mensarum caperet (de Mollusco agit) haud dubie praeferreretur cedro. Nunc intra pugillares, lectorumque filicios aut laminas raro vsu spectatur. Sic libri omnes, manuscripti etiam, apud Salmasium et Harduinum. Est, cui videtur legendum Sicilicos, a verbo Sicilio, quod a verbo Seco, derivatur. Sicilicos, autem interpretatur Segmenta et tessellas. Nonnulli legere malunt Silaceas laminaeas, i. Silis colore tinctas.

30 SILIGO, inis. f. [σιλίγγις] Frumenti genus, ex quo panis optimus fiebat. Columel. 2, 6, 1 Tritici genera complura — Secunda conditio est habenda siliginis, cuius species in pane praecipua (candor, ut videbimus) pondere deficitur. Et 2, 9, 13 de tritico, Granum autem rutilum, si cum diffusum est, eundem colorem interiore rem habet, integrum esse non dubitamus. Quod extrinsecus albidum; intus etiam conspicitur candidum, leue ac vanum intelligi debet. Nec nos tanquam optabilis agricolis fallat siligo. Nam hoc tritici vitium (deterius genus) est, et quamuis candore praestet, pondere tamen vincitur. — Omne triticum solo viginoso post tertiam sationem conuertitur in siliginem. Plin. 18, 8 f. 20, 1 Siliginem proprie dixerim tritici delicias. (etiam deliciae et delicati in vitio non nunquam) Candor est et sine virtute (nutriendi) et sine pondere, conueniens humidis tractibus. Et c. 9 E siligine lautissimus panis, pistrinarumque opera laudatissima. Et c. 10 Siligo nunquam maturascit pariter, etc. Ibi etiam de Siligine excepta, an excepticia, quae Laconica appellatur. Conf. ORYZA. Iuuenal. 8, 471 in fucandi consuetudinem inuebens

35 Sed quae mutatis inducitur atque fouetur  
Tot medicaminibus, coctaeque siliginis offas  
Accipit et madidae, facies dicitur, an vlcus?

50 SILIGINARIVS, i. m. Siliginis venditor, vel distributor. Vlpian. in l. Si quis Vxori §. Apud D. De Furtis. Siliginario quis dixerit, etc. conf. Infer. ap. Spon. Misc. Erud. Ant. p. 64.

55 SILIGINEVS, a, um. Adi. [σιλιγγίνης] Ex siligine factum. Plin. 18, 9 Siligineae farinae modius Gallicae XXII libras panis reddit. Furfures siliginei Scribon. c. 66. Siligineum panem pro Delicato sumit Seneca: unde Plebeio opponit, Epist. 120. Item Epist. 124 (123) Malum panem dicit: expecta, bonus fiet, etiam tenerum tibi et filigineum fames reddet. Varro Catone f. de liberis educandis apud Non. 2, 149 Vel maxime illic didici, et sitienti videri aquam mulsam, esurienti panem cibarium filigineum, et exercitato somnum suauem.

60 SILIQVA, ae. f. [κεράτιον, κερατίων καὶ κνάμικ καὶ φασήλα λόβος, καὶ ζυλόγλοκον. λόβος τῶν χειρόπων Gloss. Lat. Gr.] Folliculus seu integumentum, quo grana leguminum includuntur, et si quid leguminibus simile. Plin. 18, 12 de fabis, Nam filiquae, caulesque gratissimi sunt pabulo pecori. Hor. Epist. 2, 1, 123 Viuit filiquis, et pane secundo. Perf. Sat. 3, 55 Iuuentus — filiquis et grandi pasta polenta, carnibus abstinens. Quassans legumien filiqua Virg. Georg. 1, 74. vid. Seru. ad h. l. Idem ibid. 1, 195 Grandior ut foetus filiquis fallacibus esset, i. Quae fallere solent. Interdum enim leguminum folliculi maiores videntur, quam pro seminibus, quae continent. Nds oleris coma, nos filiqua Foeta legumine multimodo

70 Pauerit innocuis epulis Prudent. Cath. 3, 63. ¶ 2 Siliqua, Foenumgraecum: Columel. 2, 11 Foenumgraecum, quod filiquam vocant rustici, duo tempora sationum habet, quorum alterum est Septembris mensis (quum pabuli causa feritur) iisdem diebus quibus vicia circa Aequinoctium. Alterum autem mensis Ianuarii vltimo, vel primo Februarii, quum in messem feminatur. Idem 2, 2 Siliquae modii sex vel septem totidem operis obruuntur, metuntur vna. ¶ 3 Siliqua, Arbor, Latinis etiam filiqua Graeca, quod fructum fert filiqua obrectum fabae cuiusdam more. Columel. 5, 10 Siliquam Graecam, quam quidam ceration vocant, et persicum, ante brumam per Autumnum serito. Add. Idem de Arbor. 25. Pallad. de Insit. v. 117. Eadem de Rhodii post Salmasium sententia Syriaca filiqua Scribon. 121. Hin: Siliqua, Fructus dictae arboris lignosus, falcatus, digitali longitudine, latitudine pollicari, quatuor intus grana continens, qui ceration a cornu similitudine appellatur. Plin. 15, 24 pr. post Castaneorum mentionem, Haud procul abesse videantur et praedulces filiquae, nisi quod in iis cortex ipse manditur: digitorum hominis longitudo illis, et interim falcata, pollicari latitudine: quae definitio satis exprimit illum fructum, qui S. Iohannis panis inter nostros vocatur. ¶ 4 Siliqua alia arbor Plin. 13, 8 Similis his filiqua, quam Iones cerauniam vocant, trunco et ipsa fertilis, sed pomo filiquae, etc. Praecessit de ficu Aegyptia et Cypria. ¶ 5 Pro minimo pondere, Ponderum pars minima calculus est, qui constat ex granis ciceris duobus, et apud quosdam filiqua pensante, qui tribus granis hordei declaratur in pondere, etc. Vet. Auctor de Ponderib. apud Goef. Agrar. p. 322. conf.

75 CERATIVM. Semina sex alii filiquis latitantia curuis Attribuunt scrupulo Fann. de Ponderib. v. 10. Isid. 16, 24 Siliqua XXIVta pars solidi est, ab arboris femine vocabulum tenens. Ut ponderum nomina alia, ad rem pecuniariorum traductum hoc etiam nomen est, ut in auro significaret, quod dixit Isidorus, siue XII folles, licet non esset

80 numus peculiaris ita minutus: sed nempe vel in computationibus tantum

85

90

95

100

105

110

115

120

125

130



se utebantur, vel pensabant argento. Vid. copiose disputantem Gronou. de P. V. 4, 18 p. 389 sq. Hinc dictum Siliquaticum de quo mox.

SILICVLA, vel SILIQVLA, ac. f. Dimin. Varr. de R. R. 1, 23, 3 Lupinum cum necdum siliculam cepit.

SILIQVOR, ari. [κεράτεια ποῖω] Siliquas facere, quod de leguminibus dicitur. Plin. 17, 9 Inter omnes autem constat, nihil esse vtilius lupini segete prius quam siliquetur, aratro vel bidentibus versa, vid. Idem 18, 7.

SILIQVASTRVM, i. n. [κερατεια] Herba, quae et Piperitis dicitur, a piperis sapore. Plin. 19, 12 Panax piperis saporem reddit, magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto, vid. Idem 20, 17. Siliquastrum, vel potius Seliquastrum fella est, vid. SELICASTRVM.

SELIQVATICVM, i. n. [κερατισμός] Vestigal, quod in nundinis penditur fisco ob venditionem. Cuiac. Obser. 16, 23 Primus integram ea de re Theodosii et Valentiniani constitutionem protulit, relata postea ad nouellas alias. Breuiter in nundinis quibusque ex qualibet mercium negotiatione, fisco in singulos solidos venditor dimidiam siliquam, ac similiter emtor alteram dimidiam siliquam inferre iussit. vid. Cassiod. Var. 2, 4. et 30, 5, 31.

SILIVS, Nomen gentis Romanae, e qua C. Silius Cognomine Italicus, Poeta Consularis, cuius exstant libri XVII de Bello Punico. Martial. 9, 88 Silius Ausonio non semel ore potens.

SILLANION, vel SILANION. Statuarius. Plin. 34, 8 Silanion (sic Hard.) Appollodorum fecit, fictorem et ipsum, sed inter cunctos diligentissimum artis, et inimicum sui iudicem, crebro perfecta signa frangentem, dum satiari cupiditatem nequit artis, et ideo infanum cognominatum.

SILLI. [Σίλλοι] Genus carminis mordacis, quod plura cum Satira Rom. habere communia, affirmat Casaubon. de Rom. Satira 2, 3, p. 217 Cren. ubi plura fragmenta Sillorum Timonis referuntur. Res Graeca est, sed memorata etiam Gell. 3, 17 Timon amarulentus conscripsit librum maledicentissimum, qui Sillos inscribitur. Add. Voss. Instit. Poet. 2 p. 105.

SILLOGRAPHVS, i. m. [σilloγράφος] Sillorum scriptor. Ammian. Marc. 22, 16 p. 375 de Dydimio, Nonnunquam imperfecte Tullium reprehendit, Sillographos imitatus scriptores maledicos.

SILLYBVS, i. m. [σίλλυβος] Membranula, ex qua indices fiant; ut ait Cic. Att. 4, 4 in quem locum sic scribit Graeuus: Legendum est σίλλυβοι, non, ut quidam, σύλλυβοι. Dicuntur aliter πιπτάκια illi indices siue membranae, quibus inscribebantur nomina auctorum, et quae voluminibus adglutinabantur. σίλλυβοι et σίλλυβα sunt etiam Pelles, quas orae vestium adstuebant, ut ex Polluce, Hesychio, et Eustathio docuit Salmasius ad Historiam Augustam. Sicut autem pelles oris vestium adstuebantur, sic etiam pelliculae seu membranulae cum nominibus scriptorum et operum affigebantur tergis voluminum et codicum. Hinc etiam dicit Cic. Att. 4, 4 it. 5 et 8 Bibliothecam suam talibus sillybis illustratam et pictam fuisse ab his librariis. Nam et in illis sic legendum est, non Sittybis, ut libri prae se ferunt. Haec Graeuus. Probat hanc sententiam Christian. Gottl. Schwarzius Dissert. 2 de ornamentis librorum §. 22.

SILO, onis. m. Qui prominentia habet supercilia, a Sileno, quem hirsutis superciliis fuisse tradunt: ut auctor est Festus. Non. 1, 101 Silones superciliis pro minuentibus dicti, significatione manifesta. Varro, Nonne non vnum scribunt esse grandibus superciliis, silonem, quadratum, quod Silenus hirsutis superciliis fingeretur. Plaut. Rud. 2, 2, 11 Eccum recaluum, ac silonem senem statutum. Silonem quidam Naso repando hominem dicunt: quod Plinius sensisse videtur 11, 37 Certe a naso tracta ait cognomina Simorum, Silonum, vid. SILVS, it. SIMVS.

SILON, Insulam Indiae dicit esse Augustinus de Ciuit. Dei Quae ex eo caeteris terris praefertur, quod omnis arbor, quae in ea gignitur, nunquam foliis nudatur.

SILPHIVM, i. n. [σίλφιον] Idem quod Laserpitium, vid. LASER. Plin. 19, 3. et 22, 23. et 24, 11. Columel. 2, 10. et 6, 17. 2 Silphium, Regio Libyae, ab insula Plateae usque ad os Syrtium protensa, teste Herod. lib. 4.

SILVA, SILVANVS, SILVESTRIS, etc. vid. SYLVA.

SILVNCVLVS, Dimin. vel a Silone, ut latrunculus a latrone: vel a Sileno, ut a lagenae laguncula. Arnob. 3 p. 108 Capitones, Silunculos, Frontones, Labeones coniungit.

SILVRES, um. m. Plur. Britanniae populi, quos memorat Tac. Ann. 12, 32 Silurum colorati vultus, vid. Idem Agric. 11, 3. Silures autem Cambdenus statuit in Herefordia, Radnoriam, Brechiniam, Monumethiam et Glamorgiana. Silurum insulae Solin. c. 35.

SILVRVS, i. m. [σίλυρος] Piscis, de quo Plin. 9, 15 post thynnorum mentionem. Sunt et in quibusdam amnibus haud minores, silurus in Nilo, esox in Rheno — Silurus grassatur ubicunque est, omne animal appetens, equos natantes saepe demergens, praecipue in Moeno Germaniae amne protelis boum (damus lectorem Harduini) et in Danubio marris extrahitur, porculo marino simillimus. Et in Borysthenem memoratur praecipua magnitudo, nullis ossibus spinisue interstitis, carne praedulci. Conf. 5, 9. 19, 37. 32, 9. it. Apic. 9, 11. Iuuen. Sat. 4, 33 Vendere municipes fracta de merce siluros. add. Id. 14, 132. Nunc pecus aequoreum celebrare, magne Silure Auson. in Mosella v. 135. Amnes siluris piscibus abundantes Solin. c. vlt. f.

SILVS, i. m. [σίμνος Gloss. Lat. Gr.] Nafus fursum versum aduncus. Vnde, Galeae quoque a similitudine, Silae appellatae sunt. Haec Festus. Cic. de Nat. Deor. 1, 81 c. 29 Ecquos filos, flaccos, frontones, capitones, quae sunt in nobis? conf. Plin. 11, 37 quem dedimus in SILO: cum sint qui legant Silorum. Laudatur Sil. 10, 413 Et filus oculitur caecum in vestigia telum. Vbi Marsus Silum interpretatur Telum in terram infixum, habens aciem fursum versam. Sed Stilus sine dubio legendum et legitur.

SILYBON, Lata spina est, folia ferens Chamaeleonis albi. Haec recens cum sale oleoque cocta estur. Dioscorides 4, 154. Plin. 22, 22.

SILYS, Fluuius Europam ab Asia discriminans, quem notiore nomine Tanaim appellamus. Plin. 6, 7 Tanaim Scythae Sylin vocant.

SIMA, ae. f. a σιμὸς declinis. Membrum architectonium, quo ornantur Epistylia. Vitruu. 3, 3 Simae, quas Graeci ἐπιπέδιλα dicunt, 105

faciendae sunt altiores octava parte coronarum altitudinis. *Conf.*  
Idem 4, 3.

SIMAEETHVS, *vid.* SYMAETHVS.

SIMBELLA, *ae. f.* *melius* SEMBELLA. *quasi* Semilibella, *hoc*  
5 *est dimidia libella.* Varr. de L. L. 4, 36 p. 41, 13 Numi denarii de-  
cuma libella, quod libram pondo as valebat, et erat ex argento parua.  
Sembella, quod sit libellae dimidium, quod semis assis: *i. ita se habet*  
*sembella ad libellam, ut senis ad assem.* Ipse Varro 9, 3 p. 133, 36  
Cum dicimus eandem rationem habere assem ad semissem, quam habet  
10 in argento libella ad sembellam, quid sit analogum, ostendimus. *Vid.*  
*Gronou. de Pec. Vet. 3, 12 p. 203 sq.* Simbellam *ne plane damnemus*  
*facit* Sinciput, quod est ipsum quoque Semicaput.

SIMBRVINA stagna. Tacit. Ann. 14, 22 Nam quia discum-  
bentis *Neronis apud* Simbruina stagna, cui Sublaqueum nomen est icetae  
15 dapes mensaque disiecta erat.

SIMENVS, Caclator argenti *apud* Plin. 34, 8.

SIMIA, *ae. f.* et SIMIVS, *i. m.* [*πιδήμιος*] *Homium figuris*  
*proxima animalia, quae cauda carent, et in Libya nascuntur, vi. de simiis*  
Plin. 8, 54. 11, 44. Solin. c. 27. Ennius *apud* Cic. de Nat. Deor.  
20 1, 97 c. 35 Simia quam similis turpissima bestia nobis. *Dictae quod*  
*simiae sint, id est naribus depressis: vel quasi mimae, id est imitatrices.*  
Martial. 14, 202 Callidus enissas eludere simius hastas. Cic. de  
Divin. 1, 76 Simia quam rex Molossorum in deliciis habebat, et sortes  
25 ipsas, et caetera quae erant ad sortem parata disturbavit, et aliud alio  
dissipavit. Simulator humani oris simius Claud. in Eutrop. 1, 303.

¶ 2 *Conuicium in eos, quos dicere volunt similitudinem modo qualemcum-*  
*que hominis habere, homines non esse, nomine eo dignos.* Homo si-  
mius Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10, 3. Argentarius Cestii simius est  
Sen. Contr. 4, 26. Malui collegae me obligare, quam illius si-  
30 miae vultum subire Cael. ad Cic. Fam. 8, 12. Plin. Epist. 1, 5 In  
quo Rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat.  
Hor. Serm. 1, 10, 18 Simius iste Nil praeter Caluum et doctus can-  
tare Catullum.

SIMIOLVS, *i. m.* Dimin. [*πιδήμιον*] *Contemptus indicandi*  
35 *causa fictum.* Cic. Fam. 7, 2, 5 Hic simiolus animi causa, me, in quem  
inueheretur, delegerat.

SIMINIVS, *a, um.* Adi. Iulius Obsequens in lib. de Prodigis  
c. 103 C. Mario et C. Flacco COSS. in Lucanis duo agni equinis pe-  
dibus nati, alter siminino capite. *Al. semitrino: Heum. feminino.*  
40 *Herba siminina Apul. de Herb. c. 86. quae al. cynocephalon. al. pithecton.*

SIMILA Dea *legitur* Liu. 39, 12 Expromeret sibi quae in ludo  
Similae Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri. *Sed cum Si-*  
*mila dea nulla adhuc innotuerit, Stimula Augustini, de qua s. l. et ipsa*  
*non satis certa; videtur commodissimum legere Semelae, quam Bacchi*  
45 *matrem esse notum est. Sic etiam Schurzfleischius Vet. Schol. Iuuen.*  
2, 3 *ita restituit, Nam sacra Bacchanalia ex Scto damnata sunt, cum*  
probatum esset Senatui, honestissimas feminas, ad Semelae Deae lucum  
foede adulterari. *Pith. et Hennin. Stimulae.*

SIMILA, *ae. f.* [*σμιδαλις*] *Farina alba et flos, seu, deliciae fa-*  
50 *rynae triticeae.* Martial. 13, 10 Nec poteris similiae dotes numerare,  
nec usus. E tritico firmissima filigo, deinde simila Cels. 2, 18.  
*add. Idem 8, 5. Sidon. 8, 14.*

SIMILAGO, *inis. f.* [*σμιδαλις* Gloss. Vet. Lat. Gr.] Plin. 18, 8  
Aegyptus similaginem conficit e tritico suo. *add. ibid. c. 10. et 29, 4.*  
55 Cato R. R. 75. Additur excussus niuea similagine fursur Sammonic. c. 16.

SIMILAGINEVS, *a, um.* Adi. *ut, Panis similagineus apud*  
Senecam Epist. 119.

SIMILAX, *vid.* SMILAX.

SIMILIS, *e.* Adi. [*ὁμοιος*] *Habet hoc nomen cognationem cum*  
60 *Aduerbio Simul, et notat conuenientiam quorundam attributorum, quibus*  
*alias distingui res solent, excepta plerumque quantitate, cum possint res*  
*similes esse, quae non sint aequales, ut paruula imago magno exemplo, in-*  
*fans patri: sicut aequales esse possunt homines dissimillimi, aequalia pon-*  
*dera auri et plumbi: par autem magnum gradum nunc similitudinis, nunc*  
65 *aequalitatis videtur notare. Vid. Freinsb. ad Curt. 5, 5, 7. Similis*  
*ergo de quocumque gradu conuenientiae dicitur. Ter. in prol. Phorm.*  
32 *Ne simili utamur fortuna, atque vli sumus. Plaut. Mostel. 1,*  
2, 21 *Sibi quisque simile sumit. Simili poena commissa luere*  
Virg. Aen. 1, 136. Gustus nitri similis Scribon. 199. *intell.*

70 *gustui. Similis atque eadem, vid. IDEM. Magis similis,*  
*vid. MAGIS. Te similem, absolute tuam imaginem dicit, Gronou.*  
*ad Stat. Silu. 1, 6 p. 33 seqq. Similis, Genitiuo iunctum, ad morum,*  
*vel doctrinae, vel huiusmodi, imitationem refertur. Ter. Eun. 3, 2, 43*  
*Domini similis es. Idem ibid. 4 Deos esse similes tui putas? Cic.*

75 *Fau. 12, 22 Spes tamen vna est, aliquando Populum Romanum maio-*  
*rum similem fore. Similis, Datiuo iunctum, de forma, vel aetate,*  
*vel fortunis, aut aliis huiusmodi rebus. Virg. Aen. 1, 593 Os hume-*  
*rosque deo similis. Plinius, Effigie ac lineamentis corporis patri si-*  
*milis. Haec differentia Diomedis 1 p. 292 et 293 Sum similis tui, mo-*

80 *ribus; similis tibi, figura: non semper vera est: quia utrumque in-*  
*differenter reperitur. Cic. de Legib. 1, 29 Nihil est enim vnum vni,*  
*tam simile, tam par, quam omnes inter nosmetipsos sumus. Id.*  
*Verr. 5, 30 Sed non video, cur non potuerit patri similis esse filius.*  
*conf. Liu. 5, 28 pr. De figura in Genitiuo, Plaut. Men. 5, 9, 30*

85 *Nec aqua aquae, nec lacte lacti (crede mihi) vsquam similius, quam*  
*hic tui est, tuque huius. Cic. Tusc. 1, 81 Quaererem ex eo, cuius*  
*suorum similis fuisset Africani fratris nepos, facie patris: vita, iste*  
*omnium perditorum ira similis, ut esset facile teterrimus. Anhe-*  
*lanti similis Virg. Aen. 5, 254. Hinnuleo similis Hor. Carm.*

90 *1, 23, 1. Nimbo similes Virg. Aen. 5, 317. Primus ad extremum*  
*similis sibi Hor. in Arte Poët. 254. Saepius tamen per Genitiuum mores*  
*significamus, Ter. Adel. 3, 3, 57 Saluus sit filius: spero est similis*  
*maiorum suum. Cic. Acad. 4, 13 Quum aliquos ex antiquis claros*  
*viros proferunt, quos dicunt fuisse populares, ut eorum ipsi similes*

95 *esse videantur. Idem de Fin. 4, . . . Stoici autem, quod si-*  
*nem bonorum in vna virtute ponunt, similes sunt illorum,*  
Plin. 9, 8 *Tristis, et moerenti similis, ipse quoque (quod*  
*nemo dubitaret) desiderio exspiravit. Cic. Acad. 4, 99 Etenim is*  
*quoque, qui a vobis sapiens inducitur, multa sequitur probabilia, non*

100 *comprehensa, neque percepta, neque assensa, sed similia veri. Verique*  
*simile est Cels. 1 praef. Sed Quinctil. 6, 3 Vero similis dolor. Id.*  
3, 10 *Quod est vero similius. Add. Cic. Fam. 7, 2. Idem de Fin.*  
4, 31 *Nec si ille sapiens ad tortoris eculeum a Tyranno ire cogatur si-*  
*milem habeat vultum, ac si ampullam perdidisset. Liu. 6, 28 Si-*

105 *milem pauorem inde, fugamque fore, ac bello Gallico fuerat. Cic.*  
K k k 2 pro

pro Rabir. perd. reo 14 Et similis viri tu vlciferis patrii mortem, atque ille persequeretur fratris sui, si ista ratione agere voluisset? Idem de Fin. 5, 40 Itaque et similis erit finis boni atque antea fuerat. Conf. Caes. B. G. 2, 38. Forma haud dissimili In dominum Tac. Ann. 2, 39, 3. Puella vultu honesto in deae Iunonis speciem similis Apul. Met. 10 p. 253. Cic. Acad. 4, 118 Anaxagoras materiam infinitam, sed ex ea particulas similes inter se minutas, eas primum confusas, postea in ordinem adductas mente diuina. Idem pro Cluent. 40 c. 16 Homines inter se cum forma, tum moribus similes, municipum autem suorum dissimillimi. Cic. Fam. 1, 7 Simillimamque in re dissimili tui temporis nunc, et nostri quondam fuisse rationem. Similes sunt, vt si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant: ille autem clauum tenens sedeat in puppi quietus, etc. Cic. de Senect. 17 c. 6. ¶ 2 Obs. Simile est pro Similis positum ait Non. 3, 205 laudatque Titinnium Fulionib. Formicae pol per simile est rusticus homo. Nauium Militibus. Tu pueri pusilli simile es: Quia enim ad os fers, quidquid naclus es. Nempe Graecismus est, vt Triste lupus stabulis, etc. intelligitur παράγωμα, negotium. Peculiare est Simili drachma Sammon. v. 388. i. aequali pondere. Compar. Quinctil. 12, 10, 42 Poëtis similiores. Plin. 12, 17 Mastiche tertia in Ponto bituminis similior. Per omnia deis quam hominibus similior Vellei. 2, 130, 5. Ex vno puteo similior nunquam potest aqua aquae sumi, quam haec est atque ista hospita Plaut. Mil. 2, 6, 70. Superl. Cic. pro Marcel. c. 3 Haec qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum deo iudico. Furtis et fraude simillimus illi Ouid. Met. 13, 32. Amni puro simillimus Hor. Epist. 2, 2, 20. Buxo simillimus Ouid. Met. 11, 417. Arbos simillima lauro Virg. Georg. 2, 131. Flos violae simillimus Ouid. Met. 4, 268. Pallor simillimus buxo Idem ibid. 11, 417. Quies simillima morti placidae Virg. Aen. 6, 522. Substant. Similitudo, apud rhetoras, Simile vitiosum est, quod ex aliqua parte, dissimile est: it. Exornatio constat ex similibus Auct. ad Herenn. 2 c. 29. Add. Cic. de Finib. 4 c. 27. ¶ 3 Simile, [παράλληλον] Aduerbialiter positum. Cic. Acad. 4 c. 5 Simile vos quum perturbare, vt illi Remp. sic vos philosophiam bene iam constitutam velitis, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, etc. profertis. Sic Victor. et MSS. Sed at. Similiter. Superl. Cic. Tusc. 2, 54 c. 23 Simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum: remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere. Idem pro Lege Agr. 1, 13 c. 4 Hic tamen excipit Pompeium: simillime vt mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma eiciuntur, Glaucippus excipitur. Adulterantur vitro simillime Plin. 37, 7.

SIMILIGENVS, a, um. Admiscere sibi similigena Caes. Aurel. Acut. 2, 19. Vulgo Homogenea vocantur, s. similiaria.

SIMYLO, ãre. [ὁμοίω Onomast. Vet.] Referre aliquid, i. similem esse. Martial. 2, 35 Quum sint crura tibi, similent quae cornua Lunae, etc. Pisciculus, qui equum marinum similat Marc. Empir. c. 8. Sed, quod in ASSIMILO obseruauimus, fere malunt viri docti SIMVLO v. v.

SIMILITVDO, ñnis. f. [ὁμοιότης, ἐμφέρεσι] Rei similis forma. Cic. Off. 1, 56 c. 17 Nihil autem amabilius, nec copulatius quam morum similitudo bonorum. Species similitudinis Scribon. c. 199. Ad similitudinem, vid. AD Praepositionem. Similitudo periculi Cic. Verr. 5, 94 c. 36. i. simile periculum. Similitudo veri Plin. 34, 7. Abripere a parentis similitudine filium natura dicitur Cic. Verr. 3 c. 12. i. dissimilem reddere. Accedere ad similitudinem alicuius rei, Arripere alicuius similitudinem, vid. hb. vv. Similitudine veri capi Liu. 25, 16. Eludere similitudines Quinctil. 5, 13. de figura rhetorica. Ducere similitudinem Cic. in Orat. 9. vid. Formam alicuius facere, in FORMA. Habere similitudinem Inter se Idem Phil. 13 c. 13. Cic. Tusc. 2, 54 c. 23 Sunt enim quaedam animi similitudines cum corpore.

SIMILITAS, ãtis. f. [ὁμοιότης] Antiquum pro Similitudine. Caecil. apud Non. 2, 827 Vide quid ferat morum similitas. Ne caeterae easdem habeant inter se naturae rerum similitates Vitruu. 9, 9.

SIMILITER. Adu. [ὁμοίως, κατὰ ἴσην] Pariter, eodem modo. Cic. pro Rosc. Amer. 3 Ego etiam si omnia quae dicenda sunt, libere dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit. Idem de Nat. Deor. 3, 8 c. 3 Tu autem quid quaeris? similiter facis, ac si me roges, cur te duobus contuear oculis. Cic. Philipp. 1, 9 c. 4. Neque vero illum similiter atque ipse eram, commotum esse vidi. Idem Off. 1, 87 c. 25 Similiter facere eos, qui inter se contenderent, vter Remp. potius administraret, vt si nautae inter se certarent, quis eorum potissimum gubernaret. Plin. 11, 25 Similiter his et Scorpiones terrestres, vermiculos ouorum specie pariunt. Capibus similiter Scribon. 194. i. veluti capita. Compar. Scurra multo similis imitatus Phaedr. 5, 5, 34.

SIMITV. [ἄμα] pro Simul posuere veteres. Plaut. Stich. 1, 3, 94 Vt mecum simitu ires ad sese nunc domum. Sic Amphit. 2, 1, 137 Non enim ego cum vino simitu ebibi imperium tuum. Id. Trinum. 52, 1, 1 Multas res simitu in meo corde verso. conf. Idem Men. 5, 1, 45. et Merc. 1, 2, 8. et Truc. 1, 2, 6. Lucil. apud Non. 2, 814.

SIMIOLVS, SIMIVS, vid. SIMIA.

SIMO, ñnis. m. Simones. [σίμωνες] Iidem, qui et Simi dicti videntur, id est, qui nares habent pressas. Comicus senex est in Andria Terentii. Ex Graeca fabula Horat. A. P. 235 Audax Pythias, emuncto lucrata Simone talentum. Simones alios, v. g. Magum illum et haeresiarchum, commemorare, alius est operae. ¶ 2 Plin. 9, 8 l. 7 de Delphinis, Rostrum simum; qua de causa nomen Simonis, omnes miro modo agnoscunt maluntque ita appellari. Alias iam obseruauit, haec non videri ad viuum rescanda, quasi putauerit Plinius, a Delphinis intelligi, quid Simo significet; seque simos naribus esse; eamque pulchritudinem esse. Sic habent sua quaedam nomina animantes aliae, ad quorum pronuntiationem accurrere solent.

SIMO, ãre. Deprimere, antiquum. Lucil. apud Non. 2, 771 Simauit taxim ad naris delphinus vt olim. Sic emendat Turnebus, cum in Nonio legatur Simat. Moueri se dicit et sententia, et quod delphini simi sint, vnde et simonis nomine eos gaudere Plinius refert. Haec ille. Simauit etiam MSS. Mercer.

SIMÓIS, entis. m. [Σιμόεις] Fluuius, qui ex Ida monte Troiano defluens, iuxta Troiam labitur: et mari appropinquans, commiscetur Xantho, et in paludem cogitur. Deinde exit in mare iuxta Sigaeum

*promontorium.* Virg. Aen. 6, 88 Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra Defuerint. Lubricus Simois Hor. Epod. 13, 21. Phrygius Simois Virg. Aen. 1, 622.

SIMONIANI, *Simonis magi affectae* Isidor. Orig. 8, 5.

5 SIMONIDES, is. m. [*Σιμωνίδης*] *Ceus Poeta Melicus.* Cic. de Orat. 2, 351 Simonides Ceus primus artem memorandi inuenisse fertur. Vide ibidem plura. Conf. Quintil. 11, 2, 11 sq. Idem de illo, in quantum Iambicus Poeta fuit, iudicat 10, 1, 64. De Somnio illius memorabili Cic. de Diuin. 1, 56 c. 27. Plinius octauam chordam in lyra inuenisse scribit: Eustathius vero tres duplices literas, ζ, ψ, θ.

SIMONIDEVS, a, um. Adi. Catul. 38, 8 Moestius lacrimis Simonideis.

15 SIMPLEX, icis. Adi. [*ἀπλῆς, ἀφελής* Gloss. Lat. Gr.] *Vnum, neque ex pluribus conflatum; adeoque opponitur Duplici out multiplici; diciturque quasi Sine plica.* Ter. in Prol. Heaut. 6 Duplex quae ex argumento facta est simplici. Crinis simplex collectus in vnum nodum Ouid. Met. 8, 319. Simplex, *Verum et sincerum: cui*

20 *Falsum opponitur.* Cic. Fam. 11, 28 extr. Trebacio nostro magnas ago gratias, quod tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit: *Vbi plicae sunt in vestimento; charta etc. aliquid vitii delitefcere potest:*

animus simplex, *in quo nihil latet, nihil subdolum, corruptum, ne dissimulatum quidem etc.* Idem de Fin 2 c. 14 His initiis inducti omnia vera diligimus, id est fidelia, simplicia, constantia: tum vana, falsa, fallentia odimus, vt fraudem, periurium, malitiam, iniuriam.

25 O virum simplicem, qui nos nihil celat! Cic. in Orat. c. 69. Hor. Serm. 1, 3, 52 — At est truculentior, atque Plus aequo liber, simplex fortisque habeatur. *Vt sunt cognata virtutibus vitia, ita nonnunquam de stultis, luxuriosis, nepotibusque, et omnibus vitiis parum*

30 *calidis usurpatur, sec.* Sen. de Ira 2, 16 extr. Fuit prope ad stultitiam simplicissimus Aur. Victor Epit. c. 46 extr. In docendo simplicem esse Quintil. 2, 2, 5. *Virtus est.* Hinc e contrario

Duplex est dolosus. *Certe, quod supra ponere oblitus sum, ita interpreter cum Lambino et Torrentio, antiquoque ipso Scholiaste Vlyssæi duplicis*

35 *curfus per mare apud Hor. Od. 1, 6, 7 non simplicis, sed occulti. Ostendit Lambinus, διπλῆν ita poni a Graecis. Hoc sane simplicius est, et dignius Horatio, quam curfus duplices, (nam emendatio Betteiana re-*

40 *ducis nimium audax videtur) aut duplex Vlysses, i. geminus, cum allusione ad Messalam et Agrippam, quod Sanadono placet.* Munditiis simplex mulier Hor. Carm. 1, 5, 5. Aetas simplex Stat. Theb. 9, 878.

40 Martial. 10, 20 Tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis, Et praetextata cultus amicitia, *i. Puerilibus, ubi simulationi, ambitioni, fraudibus, nondum locus est.* Bonum simplex et verum Cic. Acad. 1, 7. Cibus simplex, *nullo condimento corruptus,* Martial. 4, 30. Plin.

45 Quintil. 6, 3, 18 Salsum igitur erit, quod non erit insulsum, velut quoddam simplex orationis condimentum. *Domus simplex et inficia fraudum* Stat. Silu. 3, 1, 32. *Homo simplex, apertus, nihil tectum, nihil simulatum habens* Cic. Acad. 4, 112. Idem de Nat. Deor.

50 2, 144 Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex et directum pateret. *Medicamenta simplicia* Scribon. 67. 10. 178. *Nobilitas* Ouid. Fast. 2, 225. *Natura simplex pollet vnus Dei Prudent.* in Romano v. 324. *Natura vocis simplex* Quintil. 1, 11. *Res simplex* Scribon. 19. *al. Simplex medicamentum.* *Rura simplicia* Plin. 12, 1. *Verba* Suet. Tib. c. 61. *Via mortis non*

55 *erat simplex* Virg. Georg. 3, 482. *Vtilitas simplex* Quintil. 2, 4. *Simplicia* Scribon. Ep. fm. *is. Comp. 72. i. medicamenta non composita.* *Compar.* Hor. Serm. 1, 3, 63 *Simplicior si quis, qualem me saepe libenter Obtulerim tibi Mecaenas.* Conf. Martial. 8, 80. *Quanto est simplicius, beneficium acceptum augere* Senec. de Benef. 2, 28 pr.

60 SIMPLICITAS, atis. f. [*ἀπλότης, ἀφέλευα*] *Virtutis fere nomen est illius, quae malam omnem dissimulationem, et occultationem sententiae nostrae excludit.* Martial. 10, 47 *Prudens simplicitas, pares amici.* Superest alterutra ex parte iudicium tuum: in quo mihi aequae iucunda erit simplicitas dissentientis quam comprobantis auctoritas Plin. Epist. 3, 4 extr. *Fabularum conuiualium simplicitas* Tacit. Ann. 6, 5, 3. *Inerat simplicitas et liberalitas: quae, nisi adsit modus, in exitium vertuntur* Tac. H. 3, 86, 3. *Conuictus* Plin. Ep. 6, 31. *Conf. b. l. Bucbn.* *Vir simplicitatis Generosissimae* Vell. 2, 125, 5. *Iocantium* Senec. de Benef. 3, 26. *Hanc simplicitati tuae veritatisque gratiam relaturi, vt te, quae vis, velle; quae non vis, nolle credamus* Plin. Paneg. c. 54. *Add. ibid. c. 4.* *Senec. de Tranqu. An. c. 15.* *Nuda simplicitas* Ouid. Amor. 1, 3, 14. *Vir in tantum bonus, in quantum Humana simplicitas intelligi potest* Vell. 2, 43, 4. *Rudis simplicitas* Ouid. de Arte Am. 3, 113. *Vera* Martial. 1, 39. *Gloriari simplicitate* Quintil. 5, 7.

SIMPLICITER. Adu. [*ἀπλῶς, ἀπλοικῶς, εἰσάπαξ, ἀπλῆ*] *Pure, aperte.* Cum simplici homine simpliciter Agerem Cic. Acad. 4 c. 35. Plin. Epist. 5, 3 *Amice et simpliciter reprehenderunt.* Idem Epist. 80 5, 2 *Recipies ergo epistolas steriles et simpliciter ingratas, b. e. ingenue fatentes, me nihil habere quod reponam.* Cic. in Topic. 84 *Quum autem quaeritur, quale id sit, aut simpliciter quaeritur, aut comparete.* Conf. Idem Acad. 1 c. 2. *Dicere simpliciter* Martial. 14, 215. *De causa pro mea consuetudine breuiter simpliciterque Dixi* Cic. pro Arch. extr. *Plin 8, 4 Elephas homine obuiio forte in solitudine, et simpliciter oberrante clemens placidusque etiam demonstrare viam traditur: i. sine consilio venandi.* *Simpliciter ad necessarios suos quisque Scripserat, vt sentiebāt* Curt. 7, 2, 36. *Add. ib. p. p.* *Sis ebria simpliciter* Martial. 1, 88. *i. Sine dissimulandi conatu.* Cic. Off. 1, 92 *Haec praescripta seruantem, licet grauitate, magnifice, animoseque viuere, atque etiam simpliciter, fideliter, et vitae hominum amice.* *Multum interest simpliciter viuas an negligenter* Sen. de Ira 2, 16. *Sequi docentes simplicius* Quintil. 2, 12. *Simpliciter, quasi dicas Generaliter, sine alia adiectione aut interpretatione.* *Paullus in l. Lecta D. Si cert. petat. Pactum autem, quod subiectum esset, quidam dicebat ad fortis solutionem tantum pertinere, non etiam ad usurarum, quae priore parte simpliciter in stipulationem venissent.* *Vlpian. in l. Ab hostibus §. vlt. D. ex quib. caus. maior. etc.* *Compar.* *Simplicius et antiquius permutatione mercium vtuntur* Tacit. Germ. 5, 6. *Add. Quintil. 1, 3. Gell. 4, 19. Curt. 8, 14, 46.* *Ego ac tu simplicissime inter nos hodie loquimur* Tac. H. 1, 15, 7.

SIMPLICITVS. [*ἀπλῶς*] *Antiquum, pro Simpliciter.* Plaut. Mercat. *Sed eam simpliciter dicam, si opera est auribus ap Non.* 2, 825. *In fabula quae exstat 2, 2, 15 Dicam, si videam, tibi esse operam aut otium.*

**SIMPLICIO**, āre. Lapis subter vel testa ponenda est, vt radicem non simpliciter, sed repercussa respergat Pallad. 2 to 16. *Conf. Barth. Adu. 38, 4.*

**SIMPLVS**, a, um. Adi. [ἀπλῆς] *Vnicus, vel singularis.* Plaut. Mostel. 2, 2, 73 Scelestae hae sunt aedes, simpla est habitatio. Varr. de R. R. 2, 10 Aut si mancipio non datur, dupla promitti: aut si ita pacti, simpla. ¶ 2 *Substant.* Liu. 29, 15 Simplum impere; quod duplicato militum numero aut vectigalium opponitur. Plaut. Poen. 5, 6, 25 Obsecro te, vt liceat simplum soluere. *Conf. Prud. Hymn. 14, 878.*

**SIMPLARIVS**, a, um. Simplariae venditiones sunt, pro quibus necesse venditor non habet de dupla emtori repromittere, quarum meminit Ulpianus in l. Emtori D. de euictionibus. Ita enim simplariae venditiones a Pomponio dicuntur, vt simplariae actiones, duplariae, et quadruplariae dicebantur, quae in simplum, duplum, quadruplum dabantur. *Add. l. 48 §. vlt. ff. de aedil. ed. Eadem ratione armaturae simplares, duplaresque a Vegetio dicuntur, de Re militari 2, 7 quas qui gestabant, singulas et duplas consequebantur annonas. Et a Modesto, De vocabulis rei militaris, Torquarii simplares, duplaresque.*

**SIMPLVDIARIVS**, a, um. Festus, Simpludiarum funera sunt, quibus adhibentur D. T. (*i. Scaligero interprete, duntaxat*) ludi corbitoresque. Quidam ea dixerunt esse, quibus neutrum genus interesset ludorum: nam indiciua sunt, quibus adhibentur non ludi modo, sed etiam desultores, quae sunt amplissima. Dicuntur ergo quasi simpli ludiarum, quod simpli ludii adhiberentur. Nempeludi legendum videtur, *i. ludii.* *Conf. Scalig. Lect. Auf. 1, 28 p. 81. Kirchm. de Fun. Rom. 1, 4 p. 31 et 37.*

**SIMPŪLO** vel **SIMPVLO**, ōnis. m. Simpolones dicuntur Conuiuiae: nam et Amicus sponfi, qui cum eo per conuiuia ambulat, Simplator dicitur. Sutruius in comoedia Piscatoria, Summates viri simpolones facti sunt ganei. Est autem Ganeum Taberna. *Haec Fulgent. de Prisco Serm. n. 49. Hinc*

**SIMPVLĀTOR**, ōris. m. Amicus sponfi assiduus cum eo in conuino Isid. Gloss.

**SIMPVLĀTRIX**, icis. f. Mulier rebus diuinis dedita. Festus, voce Simplum: *vbi e Schol. Iuuenal. 6, 342 Simpuuatrix.*

**SIMPVLVM**, siue **SIMPVVIVM**, i. n. [Vet. Gloss. Simpulum, κίναδος] *Vasis nomen ad liquida usurpati in sacris. Magnos in hoc Simpulo fluctus mouerunt critici, tum quod ad descriptionem, tum quantum ad etymologiam. Scribitur enim Sympinum, Sympullum et Sympuuium, vt vult Hadr. Iun. Animaduersor. 2, 10. Nos orthographiam posuimus, quae editoribus fere placuit: de etymo nihil legi, quod praefere audeam Scaligerianae sententiae, Coniect. in Varr. p. 54 ab Ebraeo Sephel שפול, epenibesi eadem qua Ambubaiae, Camphora, Sambuca ex Oriente derivantur. Sed ponamus potius auctoritates huius nominis. Varro igitur*

*de L. L. 4, 26 p. 31, 23 Quo vinum dabant, vt minutatim funderent, a guttis Guttum appellabant: et quo fumebant minutatim, a fumendo (nempel Sumere est bibere) Simpulum nominauerunt. In huiusce locum in conuiuio e Graecia successit Epichysis (ad fundendum) et Cyathus (ad fumendum s. bibendum) in sacrificiis remansit Guttum et Simpulum. Hoc itaque apparet, Simpulum esse paruulum vasculum ad fumendum, bibendumue aut libandum adeo vinum. Paruum satis ostendit iocus Cic. de Legib. 3, 36 c. 16 Et auus quidem noster, singulari virtute in hoc municipio, quoad vixit, restitit M. Gratidius, cuius in matrimonio*

*fororem auam nostram habebat, ferenti legem Tabellariam. Excitabat enim fluctus in simpulo, vt dicitur, Gratidius, quos post filius eius Marius in Aegeo excitauit mari. In parua re turbauit pater: totam Rempubl. filius concussit. Festus, Vas paruulum, non dissimile cyatho; quo vinum in sacrificiis libabatur: vnde et Mulieres diuinis rebus deditae, Simpulatrices dicuntur. Simpulo et catino fictili sacri-*

*ficare Apul. Apol. p. 285, 41. Plin. 35, 12 l. 46 In sacris quidem etiam inter has opes non murrhinis, crystallinisue, sed fictilibus prohibatur simpuiis. Cic. de Harusp. 23 c. 11 Si aedilis verbo aut simpulo aberrauit, ludi sunt non rite facti. Respicit ad b. l. Arnob. adu. gent. 4 p. 148 Si per imprudentiae lapsus aut in verbo quispiam aut simpuiio deerrarit etc. MS. Sympuiio, quod fauet Sympinio Iunii. Idem 7 p. 235 Date quaeſo immortalibus DIs bibant, Scyphos, brias, pateras, simpluiaque depromite. Ap. Non. 15, 12*

*Varro, Non vides ipsos deos, si quando volunt gustare vinum derepere ad hominum fana, et tamen tum ipsi illi Libero simpuiio vinitari. Forte inuitari verum est, hoc sensu, ab ipso illo Libero s. Baccho inuitari minuto illo poculo, non amphoris, aut maioribus certe poculis. Iuuenal. 6, 342*

*Et quis tunc hominum contemtor numinis, aut quis Simpuuium ridere Numae nigrumque catinum, Et Vaticano fragiles de monte patellas, Ausus erat?*

*Vet. Schol. Vas sacrificiis aptum, in quo Pontifices lauare (leg. libare) solebant. — Simpuuatrix illa dicitur, quae porrigit poculum ipsum. Caeterum ex b. l. Iuuenalis Simpuuium Numae repetiisse videtur Prudent. Perist. 2, 513 Quidquid Quiritum suserat Orare Simpuuium Numae, Christi frequentans atria etc.*

**SIMVL**. Adu. congregandi. [ὁμα, ἄμα, ὁμοσε] Ter. Eun. 2, 2, 10 Simul consilium cum re amisti. Plin. Epist. 7, 16 pr. Simul militauimus. Virg. Ecl. 9, 18 — Heu tua nobis Paene simul tecum solatia rapta Menalca? Totos dies simul esse Cic. Att. 5, 10. *Add. Idem Fam. 9, 1, 8. Simul tecum Plaut. Amph. 2, 2, 122. Cic. pro Font. 23 Nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum simul iudices audissem. Idem pro Domo 79 Sed etiam optimi ciues fruuntur nobiscum simul hac ciuitate. Conf. Idem Fam 16, 9. Cic. de Amicit. 13 Neque enim assentior iis, qui haec nuper disserere coeperunt, cum corporibus simul animos interire, atque omnia morte deleri. Idem Tusc. 3 c. 18 Quod si cui, vt ait idem, simul animus cum re concidit, etc. Simul cum nuncio dilabi Nep. 18, 3, 4. Conf. Idem 3, 2, 2. 11, 3, 3. 23, 6, 4. ¶ 2 Simul, pro Cum, Ablatiuum regit. Sil. 5, 418 — Auulsa est protinus hosti Ore simul ceruix. Tacitus saepe ita locutus est; vt Ann. 3, 64, 3*

*Quindecimviri septemviris simul. Et Ann. 4, 55, 3 Verum Hypaepeni, Trallianique Laodicensis ac Magnetibus simul transmissi. Idem Ann. 6, 9 Aceruatim ex eo Annius Pollio, Appius Sillanus, Scuro Mamercus simul, ac Sabirio Caluifio, maiestatis postulantur. Sic suum ἄμα, Graeci cum Datiuo copulare solent, vt, ἄμα δὲ χιτῶνι ἐκδυόμενος ἐκδυεται καὶ τῇ αἰδῶ ἢ γυνή. Ouid. Tr. 5, 10, 29 Quippe simul nobis habitat discrimine nullo Barbarus. Virg. Aen. 5, 357 Et simul his dictis faciem ostentabat. Et 11, 827 Simul his dictis linque-*

*Et 11, 827 Simul his dictis linque-*

*Et 11, 827 Simul his dictis linque-*

*Et 11, 827 Simul his dictis linque-*

*Et 11, 827 Simul his dictis linque-*

*Et 11, 827 Simul his dictis linque-*

- bat habenas. Val. Flacc. 4, 88 Quo simul assumpta pulsus fide lit-  
ctus. Sen. Troad. 1045 Cum simul ventis properante remo.  
Stat. Silu. 5, 1, 214 Palaestinis simul Hebraeiq̄te liquores. Sic Gronou.  
Al. Palaestini, quod non damnauerim, cum sequatur S in principio proxi-  
mae vocis, quod more suo geminare semel positum aequae facile potuere li-  
brarii, quam bis positum semel omittere. Sil. 3, 268 His simul, in-  
mitem testantes corpore solem Exusti venere Nubae. Stat. Theb.  
10, 107 Vera simul falsis permixtaque tristitia blandis. Seuer. Aetna  
57 Geminatque fauentes Vndique discordes comitum simul agmine  
ventos. Nemesian. Cynege. 158 Genetricē simul. Auien. Deser.  
Orb. 283 Coniugibus natisque simul. ¶ 3 Simul, inter-  
dum simpliciter coniungit plures propositiones, vel verba adeo. Laudatur  
Vatin. ad Cic. Fam. 5, 13 Ciues Romanos occidit, abripuit, disperdidit,  
regiones vastauit, simul vero semissis homo contra me arma tulit.  
Sed vetus exemplar legit Sēmius, al. Simius, non Semissis homo. Sal-  
lust. Cat. 16 His amicis, sociisque confisis Catilina, simul quod aēs  
alienum, per omnes terras ingens erat. i. Etiam. Vid. Ter. Andr. 1, 1,  
132. Cic. pro Balbo c. 25. Liu. 3, 66 pr. Quinctil. 10, 1  
Qualis ferri fulgor quo mens simul visusque perstringatur. Plin.  
20 9, 35 Superbo simul ac procaci fastu, vt regina meretrix. Idem Epist.  
2, 7 Sordidum simul et sumtuosum. Poterat hic plane omitti, saluo sen-  
su, vt in illo Ter. Andr. 3, 2, 31 Multa concurrunt simul. Simul,  
pro Eadem opera. Plaut. Merc. Prolog. 1 Duas res simul nunc agere de-  
cretum est mihi. ¶ 4 Simul geminatum distributionibus  
seruit. Tacit. Agr. 36, 1 Simul constantia, simul arte Britanni ingenti-  
bus gladiis et breuibus cetris missilia nostrorum vitare vel excutere.  
Idem Agr. 25, 2 Simul terra, simul mari. Et 41, 1 Simul virtuti-  
bus simul vitiiis. Et Ann. 14, 40, 2 Domitius Balbus simul longa  
senecta, simul orbitate et pecunia insidiis obnoxius. Cum totas  
30 propositiones iungit, habet eandem paene vim, quam Cum et Tum, Ille  
simul manibus tendit diuellere nodos, Clamores simul horrendos ad  
sidera tollit Virg. Aen. 2, 220. Quinctil. 1 Praef. Simul vt ple-  
niore obsequio demererer amantissimos mei: simul ne vulgarem viam  
ingressus, alienis demum vestigiis insisterem. Liu. 1, 9, 5 Nus-  
quam benigne legatio audita est, adeo omnes simul spernebant, simul  
tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant.  
Idem 27, 3 Milites aedificiis emotos, simul vt cum agro tecta vrbs  
fruenda locarentur: simul metuens, ne suum quoque exercitum, sicut  
Annib. etc. Cum simul terra simul mari bellum impelleretur  
40 Tac. Agric. 25, 2. Conf. Idem Ann. 1, 49, 1. Caes. B. G. 4, 13.  
Liu. 2, 10 et 65. Curt. 4, 10, 11. et 6, 7, 15. ¶ 5 Simul  
ac; significat Quumprimum, vel Statim quum, siue Postquam. Cic. Verr.  
1, 27 c. 10 Verres simul ac tetigit prouinciam, statim Messanam lite-  
ras dedit. Idem Fam. 6, 18 Simul ac accepi a Seleuco tuo literas,  
statim quaesui e Balbo per codicillos, quid esset in lege. Virg.  
45 Aen. 4, 90 Quam simul ac tali persensit peste teneri. Conf. Nep. 16,  
5, 3. Cic. Verr. 1, 34 c. 13 Simul ac potestas primum data est,  
adeunt hi, quos dixi. Idem de Nat. Deor. 2, 124 Quaedamque  
serpentes ortae extra aquam, simul ac primum niti possunt, aquam per-  
sequuntur. Conf. Suet. Caes. c. 30. Simul atque. Idem. Cic.  
50 de Fin. 1, 51 Omne animal simul atque natum sit voluptatem appetere,  
eaeque gaudere vt summo bono. Idem Verr. 5 Vt temporibus il-  
lis simul atque hostis superatus esset, ager araretur omnis. Add.  
Nep. 17, 2, 1. et 18, 4, 3. Simul et, pro Atque etiam, vel praeterea,  
55 Cic. Verr. 1, 106 Quemadmodum sine periculo suo dare possent, non  
videbant, simul et istum fore tam improbum non arbitrabantur. Si-  
mul primum, vt Cum primum, Liu. 6, 1 Quum ciuitas in opere ac  
labore reficiendae vrbs teneretur, interim Quint. Fabio simul primum  
magistratu abiit; ab C. Martio Tribuno pleb. dicta dies est. Cic.  
60 de Fin. 2, 33 c. 11 Omne autem animal simul vt ortum est, et se ipsum,  
et omnes partes suas diligit. Idem Acad. 4, . . . Itaque simul  
vt experrecti sumus, visa illa contemnimus. Conf. Idem Att. 10, 4  
extr. Etiam sine particulis Ac vel Atque. Liu. 26, 43 Qui simul  
in potestate vestra erunt, extemplo omnia quae nunc sub Carthaginen-  
65 sibus sint, in ditionem tradunt. Simul dixit pro Simulac. Cic. Acad.  
4, 51 c. 27 Et simul inflauit tibicen, a pe-ito. carmen agnoscitur. Si-  
mul accepi literas tuas, statim Idem Fam. 6, 18. conf. Munat. ad h. l.  
id. Graeu. ad Cic. Att. 2, 20 p. 264. add. Liu. 10, 35. 24, 38. 25, 29. Hor.  
Od. 1, 4, 17. et 4, 7, 9. Ouid. Met. 6, 511. et Trist. 1, 4, 29. et  
70 ex Pont. 2, 3, 23.  
SIMILTV, antiquum pro Simul, vid. in suo loco.  
SIMPTAX, acis. f. Hoc nomine apud Dicos appellatur plantago aut  
arnoglossa. Apul. de Herb. c. 1.  
SIMVLACRVM, i. n. [ἐπεικόνισμα, εἰδωλον, ζῶανον Gloss. Lat. Gr.]  
75 a Simulo; proprie dicitur Imago alicuius rei ficta. Simulacra, enim  
principio ex desiderio mortuorum orta sunt, vt qui iam defecerant, viuere  
viderentur. Cic. pro Domo III Mulieris simulacrum e marmore.  
Ibid. 110 Libertatis simulacrum in ea domo collocabas. Effigies,  
simulacrumque Mithridatis Cic. Verr. 2, 159. Diuum simulacra  
80 Virg. Aen. 2, 517. Deorum Nep. 17, 4, 7. Conf. Ouid. Her. 6,  
91. Non ita antiqua simulacra, vid. NON. Augusta simula-  
cra, vid. AVGVSTVS. Aurea simulacra Lucret. 2, 24. Inania  
simulacra Ouid. Met. 3, 668. Lignea simulacra deorum Idem  
Met. 10, 694. Nitentia simulacra fragili cera Iuuen. Sat. 12, 88.  
85 Vasta ferarum simulacra Ouid. Met. 2, 194. Imbecilla ac mor-  
talia vultus simulacra Tacit. in Vita Agric. 46. Infelix simula-  
crum, atque ipsius vmbra Creusae Virg. Aen. 2, 772. ubi Seruius:  
Simulacra, sunt Deorum; Vmbrae, Inferorum; Animae, quae cae-  
lum petunt. Add. Idem ad Aen. 4, 654. et 10, 819. ¶ 2  
90 Quidquid fictum et simulatum est, appellatur Simulacrum. Gell. 7, 5  
de Polo histrione, Lugubri habitu Electrae (Orestis reliquias gestantis)  
indutus, ossa atque urnam e supulcro tulit filii (sui, quem modo eluxer-  
at) et quasi Orestis (urnam) amplexus oppleuit omnia non simulacris  
neque imitamentis, sed luctu atque lamentis veris et spirantibus. Cic.  
95 Fam. 10, 1 In qua nec Senatus, nec populus vim habet vllam, nec leges  
vllae sunt, nec iudicia, nec omnino simulacrum aliquod ac vestigium  
ciuitatis. Corporis simulacra ignotis nota faciebant Cic. Fam. 5,  
12. Ciuilitatis particulae simulacrum Quinctil. 2, 15. Cic.  
pro Arch. 30 Statuas et imagines non animorum simulacra, sed corpo-  
rum, studiose summi homines reliquerunt. Libertatis Tac. Ann.  
100 1, 7, 2. Cic. de Finib. 2, . . . Ergo in bestiis erunt secreta  
a voluptate humanarum quaedam simulacra virtutum: in ipsis homi-  
nibus virtus nisi voluptatis causa nulla erit? Belli simulacra cien-  
tes Lucret. 2, 42 et 318. Virg. Aen. 5, 585. Martia Claud. de Conf.  
105 Hon. 4, 538. Mortis Stat. Theb. 8, 341. Pugnae simulacra  
Quin-

Quinctil. 2, 10. Naulis simulacrum edere Liu. 29, 22. Conf. Drak. in Sil. 7, 119. Multa modis simulacra videt volitantia miris Virg. Aen. 7, 19. Cic. in Orat. . . . Atque utinam in Latinis talis oratoris simulacrum reperire possemus: esset egregium non quaerere externa, domesticis esse contentos. Simulacrum vocat, Quod ad perfectae eloquentiae similitudinem formatum sit. Homo dei simulacrum est Laetant. 6, 10 pr. qui est sacer significatus.

SIMVLATE, SIMVLATOR, etc. vid. p.ullo post.

SIMVLO, ñre. [σὴπτομαι, ἰμορπῖνω, προσποιέμαι] Imitari et referre. A Similis deriuatur, vel ut quidam volunt, a Simul. Nempe ipsum similis cum simul cognationem habet non minorem, quam Graecum ὁμοιος cum ὁμοῖ. Quin ipsum Simul et similis ex Graeco ὁμοῖ et ὁμοῖδος orta videri possunt, Spiritu aspero in sibilum mutato, et vocali versa. Hor. A. P. 19 Simulare Cupressum, i. pingere. Idem Epist. 2, 1, 241 — Duceret aera Fortis Alexandri vultum simulantia. i. referentia. Sic l. 12 C. Th. de Paganis, sacrif. Ridiculo exemplo metuens, quae ipse simulauerit. i. simulacra a se facta Deorum. Huc pertinent, quae relata sunt in SIMILO. Est enim unum idemque verbum: nec magis differunt Similo ac Simulo, quam maximus et maxumus. Vid. ASSIMILO. Simulare aegrum Liu. 25, 8. Simulare animum Ouid. Met. 3, 275.

Si quis vultu toruo simulet Catonem Hor. Epist. 1, 19, 2. Lumine tecto somnus simulatur Ouid. Epist. 21, 199. Simulare, Fingere, ac pro vero falsum tradere, ut ait Donatus. Ter. Heaut. 4, 1, 23 Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitae dare. Quid est, quod amplius simulatur? Ter. Heaut. 5, 1, 28. Qui se simularet Dionii inimicum Nep. 10, 8, 2. Cic. de Amicit. 99 c. 26 Et litigare se simulans, blandiatur. Idem Verr. 1, 12 Ut tertius dies sic hominem prosterneret ut morbo simulato nunquid responderet, sed quemadmodum non responderet deliberaret. Sic Caes.

Bell. Gall. 1, 44 Simulare Amicitiam. Et Cic. A. 1 in Verr. 15 Simulat his se rebus confidere, sed video quid agat. Conf. Idem Off. 1 c. 30. Nimbos et non imitabile Fulmen simularat Salmonius Virg. Aen. 6, 590. Gaudia vultu simulare Ouid. de Arte Am. 1, 678. Vultu spem simulat Virg. Aen. 1, 213. Votum pro

reditu Idem Aen. 2, 17. Piscem simulare Scribon. 185. i. fingere, 35 imitari. Simulo non sentire, pro Dissimulo Plin. Epist. 3, 14. Non es quod simulas, inquit Hor. Serm. 2, 7, 56. Plaut. Amph. 1, 1, 45 Verum quasi affuerim, tamen simulabo, atque audita eloquar. Idem Curc. 3, 21. Simulare est fingere scire, quae nescias: Dissimulare, fingere nescire, quae scias. Sallust. in Catil. . . Cu-

ius rei libet simulator, ac dissimulator. Nonius 5, 72. Virg. Aen. 1, 520 Dissimulant et nube caua speculantur amici. In quem locum Seruius, Dissimulamus nota; simulamus ignota: Dissimulamus quod sumus; simulamus quod non sumus. ¶ 2 Pro referre

similem esse: Cum sint crura tibi, simulent quae cornua lunae Martial. 2, 35. Al. Similent, v. v.

SIMVLANS, antis. Partic. [ἰμορπῖνων] Hor. Epist. 2, 1, 241 — Aut alius Lyfippo duceret aera Fortis Alexandri vultum simulantia. Hos remisit, simulans, ex vinculis effugisse Nep. 4, 2, 2. Add. Idem 9, 5, 3. et 23, 9, 3. Ouid. Amor. 2, 6, 23 Non fuit in terris vocum simulantior ales. al. Simulacior. Bonum publicum

simulantes, pro sua quisque potentia certabant Sallust. Cat. c. 38. SIMVLANTER. Adu. Apul. Met. 8 p. 205. Quod simulanter fuscipit.

SIMVLAX, acis. Vnde simulacior, quod quidam legunt ap. Ouid. Amor. 2, 6, 23 Non fuit in terris vocum simulacior ales. Vid. Heins. plura similia afferens, quae suspecta merito habet Burm.

SIMVLĀTVS, a, um. Partic. Pass. [ὑποποιήτης, προσποιήτος] Vt, Dolor simulatus Lucan. 10, 83. Amicitia Nep. 10, 3, 1. 14, 11, 5. Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt, nec simulatum quidquam potest esse diuturnum Cic. Offic. 2 c. 12. Amorem simulatum fingere Propert. 2, 24, 47. Simulatae nescius Artis Lucan. 4, 744. Conscientia simulata Tacit Ann. 2, 40. Laudatio Nep. 17, 6, 3. Verba simulata Virg. Aen. 1, 714.

SIMVLĀTE. Adu. [σὴπτομένως] Cui opponitur Ex animo. 65 Cic. de Nat. Deor. 2, 168 extr. Mala enim et impia consuetudo est, contra deos disputandi: siue ex animo id fit, siue simulate: Simulatus exit conditionis opus Petron. in Fragm. p. 680 B.

SIMVLĀTIO, ōnis. f. [ὑπόκρισις, σὴψις, προσποιήσις] Fictio, simulata et ficta alicuius rei internae per vultum aut signa alia, repraesentatio. Per simulationem amicitiae me prodiderunt Cic. ad Quir. post Red. c. 9. Cic. Fam. 1, 9 A quibus tuendus fuerat, derelictus: idque non solum fronte, atque vultu, quibus simulatio facillime sustinetur. Ter. Heaut. 4, 5, 34 Non mea est simulatio. Ex omni

vita simulatio dissimulatioque tollenda est Cic. Off. 3 c. 15. Quam non est facilis virtus? quam vero difficilis eius diuturna simulatio? Cic. Att. 7, 1. Prodit se, quamlibet custodiatur simulatio Quinctil. 12, 1, 29. Quos in sua simulatione pudor magis quam voluntas tenet Sen. de Tranqu. An. c. 2. Nominis simulatione Alexandri Nep. 18, 7, 2. Simulatione officii, etc. Caes. Bell. Ciuil. 1, 9. Cic. Verr. 1, 39 Nullae sunt occultiores insidiae quam haec, quae latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine. Simulatio-

tionem contra eos, animo pro iis stetit Vell. 2, 48, 4. Fallax imitatio, simulatioque virtutis Cic. Acad. 4, 140. Induere simulationem alicuius rei, vid. INDVO. Simulatio, pro Similitudine. Cic. de Fin. 2 c. 22 Pro vera certaue iustitia simulationem nobis iustitiae traditis. Plin. 11, 44 Simiarum genera perfectam hominis simulationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris, etc. Plin. Pan. 63, 5 Liberae ciuitatis ne simulationem quidem serues?

SIMVLĀTOR, ōris. m. [ἰμορπῖνῆς] Cic. Off. 1, 108 De Graecis autem dulcem et facetum, festiuque sermonis, atque in omni ratione simulatorem, quem ἰμορπῖνος Graeci nominauerunt, Socratem accepimus. Idem Qu. Frat. 1, 3 extr. Messalam tui studiosum esse arbitror, Pompeium etiam simulatorem puto. Cuiuslibet rei simulator ac dissimulator Sall. Catil. c. 5. Tantum ne pateas verbis simulator in illis Ouid. de Arte Am. 2, 311. Artifex et simulator figurae Morpheus Ouid. Met. 11, 634.

SIMVLĀTRIX, icis. f. Simulatrices, scribit Festus, voce Pia-

trix, esse Mulieres sagas et expiatrix, vel sacerdotes, quae expiare sunt solitae, quod verbum putatur ex eo natum, quod in sacris multa simulantur, et simulata pro veris haberentur. Seru. ad Aen. 2, 116 Virgine caesa. Non vere; sed ut videbatur. Et sciendum, in sacris simulata pro veris accipi: vnde cum de animalibus, quae difficile inveniuntur, est sacrificandum, de pane, vel cera fiunt, et pro veris accipiuntur. Hinc est etiam illud Virg. Aen. 4, 512 Sparserat et latices

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

simulatos fontis Auerni, ubi hoc ipsum obseruat Seruius. Dicebantur et Simpulatrices. v. v. Conf. ARGEVS n. 3 sub ARGOS: inprimis videndus nobilis locus Ouid. Fast. 2, 339 sqq. Paulo aliter Stat. Theb. 4, 551 Colchis et Aeaeo simulatrix litore Circe. i. venefica,

5 *sec. Scalig. ad Cirin. Barth. ad formas ab ea immutatas refert.*  
SIMVLĀMEN, inis. n. [πρῶποιμα] Simulacrum. Ouid. de Adonide interemto ab apro, Met. 10, 726 Annua plangoris peraget simulamina nostri. Singulis annis Adonia, id est sacra in Adonis honorem celebrantur: in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.  
10 *tur.* Ipsa suo gaudet simulamine nautica pubes Aufon. in Mosella v. 228. i. imagine, quam in aqua limpida conspicatur.

SIMVLAMENTVM, i. n. Gell. 15, 22 in tit. De commenticiis simulamentis.

SIMVLATILIS, e. Adi. Simulatus, fictus. Nec stat imagineis simulatilis umbra figuris Fortunat. de Mart. 2.

SIMVLTER, antiquae pro Similiter. Plaut. Pseud. (1, 3, 149) Exoffabo ego illum simulter itidem, vt muraenam coquus. Haec Nonius 2, 780. Sed Gronov. in Plauto Similiter.

SIMVLITAS, ātis. f. [ἔχθρα] Odium longum et, quod aiunt, habituale, siue illud lateat, siue apertum sit. Festus, Simultas est Odium: dicta ex contrario, quia minime sint odientes se simul. Potest et a Simulatione dicta existimari, quia simulata loquuntur adinuicem. Plaut. Pseud. 1, 3, 50 Nam hic id metuit, ne illam vendas ob simultatem suam. Saepe simultates ira morata facit Ouid. Amor. 1, 8, 82.

25 Cic. pro Lege Manil. 71 f. extr. Vt multas etiam simultates, partim obscuras, partim apertas intelligam mihi non necessarias, vobis non inutiles accepisse. Idem Qu. Frat. 1, 1 Ex quibus nonnullas simultates cum magna mea laetitia susceptas habemus. Vetus atque anti-

30 qua simultas inter finitimos Iuuen. Sat. 15, 33. Deponere simultatem Cic. Fam. 2, 19. Exercere simultatem Idem pro Flacc. 88.

Gerere simultates cum aliquo Quinctil. 4, 1. Habere simultatem cum aliquo Cic. pro Cluent. 80. Intercedit simultas huic cum

Curione Caes. Bell. Ciuil. 2, 25. Subire simultatem Cic. pro Lege Manil. Esse simultatem alicui cum aliquo Idem Fam. 8,

35 6. Esse in simlitate cum aliquo Nep. 25, 17, 1. Suscipere simultatem Cic. Qu. Frat. 1, 1.

SIMVS, i. m. Pictor. Plin. 35, 11 Simus pinxit iuuenem requiescentem in officina fullonis, Quinquatrus celebrantem etc. 2

40 Simus herba est, de qua Plin. 22, 22 Simus lapides renum in vino decocta atque pota eximit. Mures enecat cauerna eorum simo praecclusa. Vlcera iumentorum simi radix tollit.

SIMVS, a, um. Adi. [σιμός] Nasi epitheton, cum est in summo, inter oculos, depressior. Plin. 11, 37 Et altior homini tantum, quem novi mores subdolae irrisioni dicauere, nasus. Non alii animalium nares eminent. Auibus, serpentibus, piscibus foramina tantum ad olfactus, sine naribus. Et hinc cognomina, Simorum, Silonum. Virg. Ecl. 10, 7 Dum tenera attendent simae virgulta capellae. Atque

45 illa sima nare, turgidis labris Martial. 6, 39. 2 Persona Comica vel Mimica, rustici, sordidi etc. vt Simo. Sueton. Galba c. 13

50 Atellanis notissimum carmen exorsis, Venitio Simus e villa, cuncti simul spectatores consentiente voce reliquam partem retulerunt, ac saepius versu repetito egerunt. Fuit aliquid in ipso carmine, quo morderetur Galba, non Simi appellatio. Ipsi enim aduncum nasum tribuunt Sueton. c. 21 et numi.

SIMVLVS, a, um. Diminut. Martial. 5, 63 Simulus iste quis est, vxori semper adhaeret Qui, Menedore, tuae. Simula, filena, ac satira est Lucret. 4, 1162. Haec ad nasi formam pertinent. Sed proprium est, Simulus exigui cultor cum rusticus agri Virgil. Moret. v. 3.

60

## S I N

SIN. [ἢν δὲ, καὶ, ἢ] Conditionalis Coniunctio, a Si non multam diuersa, nisi quod fere, fere inquam, non plane semper, in apodofi post

65 aliam conditionem ponitur. Ter. Hec. 4, 4, 13 Ego Pamphile esse inter nos, si fieri potest, affinitatem hanc sane perpetuam volo: sin est vt aliter tua fiet sententia, accipias puerum. Vid. Ibid. 4, 1, 44 Si est, vt dicat velle se, Redde. Sin est autem, vt nolit, recte ego consului meae. Cic. Fam. 7, 12 Si plane a nobis deficiis, moeste fero;

70 sin Panfae assentari commodum est, ignosco. Id. Tusc. 2, 57 c. 24 Si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, vtemur: sin erit ille gemitus lamentabilis, si imbecillus, si abiectus, si febilis, ei qui se dederit, vix eum virum dixerim. Idem Epist. 4, 2 Si

quid rectissimum sit, quaeritur, perspicuum est: si, quid maxime expediat. Cic. Att. 9, 15 Si mihi veniam quam peto, dederit, vtar illius conditione: sin minus, impetrabo aliquid a me ipso. Sin,

positum non praecedente Si: non tamen simpliciter sine conditione aliqua praecedente, Sin, cum potuero, non venero Cic. Att. 9, 2. Sin

autem id actum est Idem pro Rosc. Am. c. 47. Add. Idem Fam. 80

14, 3. Sin is virilem sexum non reliquisset Nep. 17, 1, 3. Cic. de Orat. 3, 134 Nunc contra plerique ad honores adipiscendos et ad Remp. gerendam nudi veniunt atque inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. Sin aliquis excellit vnus e multis, effert se, etc. Certe Quod si in talibus locum habeat. Sin elliptice pro Si non, vel

85 Si minus, vel Sin aliter. Cic. Att. 10, 13 Verumtamen, si pares aequae inter se; quiescendum: sin, latius manabit, et quidem ad nos, deinde communiter. Priapeiorum auctor,

Donec proterua nil mei manu carpes, Licebit ipsa sis pudicior Vestra.

Sin: haec mei te ventris arma laxabunt.

Sin aliter, plene Cic. Fam. 11, 14 Si ita est, omnia faciliora: sin aliter, magnum negotium. Add. Nep. 18, 6, 2. et 8, 6. Sin autem. Cic. Att. 10, 6 Si vir esse volet, praecleara synodia: sin autem, erimus nos qui solemus. Sin minus Scribon. 67. 114. 170.

95 Notabile coniugium particularum Primum, sin. Ter. Adelph. 3, 4, 46 Haec primum vt fiant, deos quaeso vt vobis decet. Sin aliter animus vester est, etc. Cic. de Amicit. 80 Quamobrem primum danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid euenerit, vt extinctae potius amicitiae, quam oppressae videantur. Tale est

100 Cic. Fam. 2, 10 Quare, mi Rufe, vigila primum, ne nobis succedatur; Sin id erit spe serius, id quod facile est, ne quid mihi temporis prorogetur.

SINĀPI. n. Indecl. [σίμησι] Planta, cuius cognomine semen mordax tritum cum dulcibus succis, mensis etiam nostris familiare est. Non

105 excastratum Scribon. 9. Ex aceto tritum Id. 180. Alexandrinum



num Plin. 12, 7. Idem 20, 22 Sinapi cultus in fatiis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum sublimis vis feratur, iudicavit, quoniam non aliud magis in narés et cerebrum penetret. *Add.* Tertull. adu. Gnost. c. 60. Pallad. Febr. t. 24. et Mart. t. 9. et Oct. t. 11.

SINĀPIS, *etiam legitur* Plaut. Pseud. 3, 2, 28 Teritur sinapis scelerata cum illis. *Seque laceffenti fletum factura sinapis* Colum. 10, 122. Plin. 19, 8 f. 40.

SINĀPE, is. n. [σινηπι] Columel. 11, 3 Sinape atque coriandrum, nec minus erucam et ozimum, ita uti fata sunt, sua sede immota permanent. *Sunt acres sinapis sapes* Plin. 19, 12. Varr. de R. R. 1, 59, 4 *Seruare rapa coniecta in sinape, nuces iuglandes in arena. Sed legitur hodie confecta vel confecta. Proinde Sinape Accusatiuus non est, sed Ablatiuus, qui a-Nominatiuo Sinapis etiam esse potest.*

SINAPISO vel SINAPIZO, Ære. [σινηπιζω] Sinape tanquam emplastro imposito erosionem cutis et feri emissionem procurare (quod hodie vesicatoriis quae vocant, et usu cantharidum obtinent) curationis causa. Cael. Tard. 5, 1, 26 Item alternis sinapizat diebus, et in omnibus vlcerationem cutis existimat faciendam. *Et Tard. 1, 4, 117 Sinapifandas etiam manus aegrotantium atque pedes. Vitur etiam* Veget. Mulom. 2, 6, 11. it. 3, 34.

SINAPISMVS, i. m. [σινηπισμός] *Curatio per Sinapi.* Cael. Tard. 3, 8, 112 Item Sinapismus vsque ad cutis humorem adhibendus, qui maxime vehementem fortitudinem locis humore corruptis, atque vt ita dixerim hebetibus (sic lego pro habentibus) admouet ac ministrat.

SINCERASTVM, vid. SYNCERASTVM.

SINCĒRVS, a, um. Adi. [ελικρινής, καθαρός] *Cum I enim non Y scribendum est, uti probat Vossius in Etym. contra Vallam, qui pro Y contendit, ex ad compositionis parte deducens. Significat autem Incorruptum et non fucatum, interpolatum, vulneratum, integrumque adeo.* Donatus in Ter. Eun. 1, 2, 97 Sincerum, Purum, sine fucato, et simplex, vt mel sine cera. *Ex amphora primum, quod est sincerissimum, effluit; grauissimum quodque turbidumque subsidit* Sen. Ep. 108. Plaut. Rud. 3, 4, 51 *in contentione seruili, vter habeat tergum a vibicibus, cicatricibus, plagarum et tormentorum vestigiis purius, Postea adspicito meum, quando ego tuum inspectauero, ni erit tam sincerum, vt quiuis dicat ampullarius optimum esse opere faciendo corium, et sincerissimum.* *Add.* Sen. Ep. 66. Gell. 15, 1. et 20, 6. *Corpus sincerum, et sine vulnere* Ouid. Met. 12, 100. *Sinceriore Corpusculo factum, dicit conualescentem* Gell. 18, 10. *Sincerius Gaudium capere* Iustin. 19, 1, 3. *Genae sincereae* Ouid. de Arte Am. 3, 202. *Membra sincera* Lucret. 3, 717. *Truncus sincerus* Ouid. de Nuce 35. *Cic. de Diuin. 2, 118 Quod licet existimare in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non sinceri fuisse.* Hor. Epist. 1, 2, 55 *Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit.* Plaut. Bacchid. 3, 4, 11 *Sincera mens. Propolis sincera* Scribon. 214. *Porci sinceri* Plaut. Men. 2, 2, 16. i. *Puri.* Cic. Att. 10, 6 *Mirabilia multa, nihil simplex, nihil sincerum. Apparet nihil sinceri esse* Liu. 3, 35. *Nihil est tam sanctum atque sincerum in ciuitate* Cic. pro Quint. 5, c. 1. *Sincerus, verus, Simulatus, et fucatus, contraria* Idem de Amicit. 95. *Sanum, ficitum ac sincerum* Cic. de Clar. Orat. 208. *de genere dicendi. Fide sincera agere* Liu. 29, 4. *Sincerissima Fide dixerim* Symmach. 4, 56. *Fortuna sincera* Lucan. ad Pison. 242. *Iudicium subtile et sincerum* Cic. Fam. 15, 6. *Iudicium prudens sincerumque* Idem in Orat. 25 c. 8. *Laus sincera* Claud. de Sext. Conf. Hon. 404. *Pronunciator sincerus et grandis* Thucydides Cic. de Clar. Orat. 286. *Versus simplicior et sincerior* Gell. 13, 26. *Voluptas nulla est sincera* Ouid. Met. 7, 453. *Cic. Fam. 13, 50 Si me a tuis omnibus amari vides, hoc mihi da atque largire, vt M. Curium sartum et tectum, vt aiunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumque conserues.* Lucret. 3, 886 *Scire licet non sincerum sonere, atque subesse Caecum aliquem cordi stimulum. i. Intellegere potes verba illius non ex animo, et vere dici.* Perf. Sat. 5, 25 *Solidum crepare dixit. Est a vasis fictilibus desumpta locutio, quae tinnitu cognoscuntur, sintne solida et sincera, an fracta et rimosa.*

SINCĒRE, Adu. [ελικρινώς] *Pure et integre.* Cael. Bell. Gall. 7, 20 *Haec vt intelligatis, inquit, sincere a me pronunciari, audite Romanos milites. Si istud crederem sincere dici* Ter. Eun. 1, 2, 97. *Corpus sincere est* Scribon. 113. i. *sine febre.* *Temperate, prudenter, et sincere agere* Cic. Att. 9, 10. *Idem ibid. 3, 15 Crassi libertum nihil puto sincere locutum. Hos sincerius exploratiuque vel corrigere poterit vel probare* Gell. 7, 3. *Sincerissime diligere* Augustin. Ep. 3. *Suades vt quid Sincerissime* Id. ib. 11.

SINCĒRITER, Aliud Adu. [καθαρός] *Idem quod Sincere.* Gell. 13, 15 *Quas qui sinceriter cupiunt.*

SINCĒRITAS, Ætis. f. [ελικρινεία] *Puritas, integritas.* Plin. 31, 7 *sub fin. Salinarum sinceritas summam fecit suam differentiam. Capitis firma sinceritas* Pallad. 1, 3. i. *sanitas.* *Sinceritatem habere; i. Integritatem* Columel. 4, 26.

SINCINIA, æ. f. *Sinciniam cantionem solitariam interpretatur Festus. Sed Sicinium legi volunt viri docti. Vid. SICINIUM et SICINISTAE.*

SINCĪPV T, Ætis. n. [βρέγμα] *Quasi Semicaput, inquit Phocas grammaticus itemque Velius Longus p. 2237 pr. significatque Partem capitis porcini dimidiatam s. fissam, conditam et ad edendum paratam.* Plin. 8, 51 *Interdictaque coenis abdomina, glandia, testiculi, vuluae, sincipita verrina. In deliciis coenae* Sinciput Plaut. Men. 1, 3, 28. *Iuuen. Sat. 13, 85 Comedam, inquit, flebile nati Sinciput elixi, Parioque madentis aceto. Fumosum sinciput* Perf. Sat. 6, 70. *Cornut. in Perf. 1, 76 Sinciput anterior: occipitium, dicitur posterior pars capitis. Non satis accurate, vereor. Certe sinciput porci dimidiatum videtur in partem dextram et sinistram, non anteriorem et posteriorem.* *Metaph.* Plaut. Men. 3, 2, 41 *Non tibi sanum est sinciput. Et 4, 2, 69 Negabas mihi esse sanum sinciput.*

SINDA, æ. f. [Σινδα] *Oppidum Lycaoniae, in confinio Galatiae, atque Cappadociae, teste* Plin. 5, 27.

SINDON, Ætis. f. *Textile linteum. Sera illius et rara mentio apud Latinos. Forte antiquissima* Martial. 4, 19 *Nec sic in Tyria sindone tutus eris. Aufon. Ephem. p. 96 Puer eia surge, et calceos, Et linteam da sindonem, Da quiddid est amictui. In historia Evangelica sindonis mentio sepulchralis in Domino nostro* Matth. 27, 59. *Marci 15, 46. et Lucae 23, 53 vulgato interprete vocem Graecam retinente, vt*

SINDONIA, Ætis. f. *Textile linteum. Sera illius et rara mentio apud Latinos. Forte antiquissima* Martial. 4, 19 *Nec sic in Tyria sindone tutus eris. Aufon. Ephem. p. 96 Puer eia surge, et calceos, Et linteam da sindonem, Da quiddid est amictui. In historia Evangelica sindonis mentio sepulchralis in Domino nostro* Matth. 27, 59. *Marci 15, 46. et Lucae 23, 53 vulgato interprete vocem Graecam retinente, vt*

SINDONIA, Ætis. f. *Textile linteum. Sera illius et rara mentio apud Latinos. Forte antiquissima* Martial. 4, 19 *Nec sic in Tyria sindone tutus eris. Aufon. Ephem. p. 96 Puer eia surge, et calceos, Et linteam da sindonem, Da quiddid est amictui. In historia Evangelica sindonis mentio sepulchralis in Domino nostro* Matth. 27, 59. *Marci 15, 46. et Lucae 23, 53 vulgato interprete vocem Graecam retinente, vt*

SINDONIA, Ætis. f. *Textile linteum. Sera illius et rara mentio apud Latinos. Forte antiquissima* Martial. 4, 19 *Nec sic in Tyria sindone tutus eris. Aufon. Ephem. p. 96 Puer eia surge, et calceos, Et linteam da sindonem, Da quiddid est amictui. In historia Evangelica sindonis mentio sepulchralis in Domino nostro* Matth. 27, 59. *Marci 15, 46. et Lucae 23, 53 vulgato interprete vocem Graecam retinente, vt*

SINDONIA, Ætis. f. *Textile linteum. Sera illius et rara mentio apud Latinos. Forte antiquissima* Martial. 4, 19 *Nec sic in Tyria sindone tutus eris. Aufon. Ephem. p. 96 Puer eia surge, et calceos, Et linteam da sindonem, Da quiddid est amictui. In historia Evangelica sindonis mentio sepulchralis in Domino nostro* Matth. 27, 59. *Marci 15, 46. et Lucae 23, 53 vulgato interprete vocem Graecam retinente, vt*

SINDONIA, Ætis. f. *Textile linteum. Sera illius et rara mentio apud Latinos. Forte antiquissima* Martial. 4, 19 *Nec sic in Tyria sindone tutus eris. Aufon. Ephem. p. 96 Puer eia surge, et calceos, Et linteam da sindonem, Da quiddid est amictui. In historia Evangelica sindonis mentio sepulchralis in Domino nostro* Matth. 27, 59. *Marci 15, 46. et Lucae 23, 53 vulgato interprete vocem Graecam retinente, vt*

SINDONIA, Ætis. f. *Textile linteum. Sera illius et rara mentio apud Latinos. Forte antiquissima* Martial. 4, 19 *Nec sic in Tyria sindone tutus eris. Aufon. Ephem. p. 96 Puer eia surge, et calceos, Et linteam da sindonem, Da quiddid est amictui. In historia Evangelica sindonis mentio sepulchralis in Domino nostro* Matth. 27, 59. *Marci 15, 46. et Lucae 23, 53 vulgato interprete vocem Graecam retinente, vt*

SINDONIA, Ætis. f. *Textile linteum. Sera illius et rara mentio apud Latinos. Forte antiquissima* Martial. 4, 19 *Nec sic in Tyria sindone tutus eris. Aufon. Ephem. p. 96 Puer eia surge, et calceos, Et linteam da sindonem, Da quiddid est amictui. In historia Evangelica sindonis mentio sepulchralis in Domino nostro* Matth. 27, 59. *Marci 15, 46. et Lucae 23, 53 vulgato interprete vocem Graecam retinente, vt*

et Marci 14, 51 ubi est iuuenis περιβεβλημένος τινδωνα, amictus sindone.

SINE. Praepositio separatiua, ut Absque. [ἀνευ, χωρὶς] Ter. Heaut. 2, 3, 47 Sine auro tum ornatam. Imperium sine fine dedi  
5 Virg. Aen. 1, 279. Hor. Serm. 1, 4, 120 — Simul ac durauerit aetas Membra, animumque tuum, nabis sine cortice. i. Citra custodem ac paedagogum ipse te reges ac moderaberis. Acron prouerbii admonet, putat metaphoram sumtam a iuuenibus, qui quantum primitus nare discunt, corticibus aut suberibus ventri subligatis natant: deinde exercitiores, citra huiusmodi adminicula natant incipiunt. Sine Dote vxor veniet Ter. Ad. 4, 7, 41. Sine Comite Idem Hec. 5, 3, 25. Sine nostra Cura maxima Idem Phorm. 5, 1, 34. Non potest sine Malo fateri Idem Eun. 4, 4, 46 in seruum peruicacem, cui sic cruciatum minatur dominus. Sine Periculo non fit facinus magnum et commemorabile Ter. Heaut. 2, 3, 73. Sine delectu Vlp. in l. 1 §. 1 D. de postulando. Sine dubio Pomp. in l. Liber homo D. de acquir. rer. domin. Sine riuali amare, vid. RIVALIS. Age iam, cum fratre an sine Cic. Att. 8, 3.

SINGENTIANVS, a, um. Adi. Radix Singentiana Apul. de Herb. c. 7. i. acorus.

SINGVLARIS, vid. infra SINGVLVS.

SINGVLTVS, ūs. m. [λύξ, λογμός] Dicitur Sonus ille ex subita commotione et velut conuulsione faucium, Stomachi praesertim, ortus, voci gallinarum parturientium, vel fetarum, pullos suos vocantium similis.

Colum. 8, 5, 3 Singultibus crebris interiecta voce acuta, gallinae se parturire significant. Idem 8, 11, 15 Singultus nutricis sequuntur pulli. Apud homines cum fletu coniunctus esse solet singultus. Cic. pro Planc. 76 c. 31 Non modo lacrimulam, sed multas lacrimas, et fletum cum singultu videre potuisti. Catul. Argon. l. 65, 131 Frigidulos vdo singultus ore cientem. Coarctans membra singultus

30 Lucret. 6, 1158. Concutiente singultu sonant ora Ouid. Amor. 3, 9, 12. Facit crebros singultus Scribon. 190. Frequens singultus corripit nervos Lucret. 6, 1158. Impediente singultu medicos sonos Ouid. Trist. 1, 3, 42. Crebris singultibus Plin. Epist. 4, 95. Longis singultibus ilia pulsata Virg. Aen. 9, 416. Assiduis singultibus ilia Quatiens mihi etiam lacrimas excussit Apul. Met. 4 p. 153. Ruptaque singultu verba loquentis erant Ouid. Rem. Amor. 598. Tendere ilia singultu Virg. Georg. 3, 507. Sen. Ep. 47 a princ. de silentio seruili, Ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternutamentum, singultus.

40 SINGVLTVIO, iui, itum, ire. [λύξω Gloss. Lat. Gr.] Singultum emittere. Plin. 23, 1 c. 24. Nec singultientibus, nec si cum febre dispnoea fit, etc. Aut bilem vomunt aut singultiunt Cels. 5, 26, 19. Non ad sonum, sed ad motum subsilentem, et exonerationem quaerentem pertinet obscenum illud Pers. 6, 72 Cum morosa vago singultiet inguine vena: nempe etiam coitum paruam Epilepsiam dixere.

45 SINGVLTIENS, entis. Partic. Vt, Colum. 8, 11, 15 Singultientem matrem sequuntur pulli.

SINGVLTO, are. [λύξω, ἀποβλύξω Gloss. Lat. Gr.] Idem. Sidon. Epist. 2, 2 Vis vndae feruentis singultat. Add. Prudent. Cath. 12, 124. Actiue, pro Emittere cum singultu. Stat. Theb. 5, 260 Trepidans in limine vitae Singultant animas.

SINGVLTRANS, antis. Partic. [λύξων] Quinctil. 10, 7, 10 Si non interfidentes offensantesque breuia illa atque concisa singultantium more eiecturi sumus. Virg. Aen. 9, 333 Tum caput ipsi aufert domino, truncumque relinquit Sanguine singultantem. i. e. Cum singultu animam efflantem, ut ait Seruius. Singultans animam Ouid. Met. 5, 134 etc. cum singultu exhalans. Ora singultantia Stat. Theb. 8, 753. Verba singultantia Idem Silu. 5, 5, 26.

60 SINGVLTATVS, a, um. Adi. Ouid. Trist. 3, 5, 16 Brachiaque excepti presso pendentia collo, Et singultatis oscula mista sonis. b. e. Cum frequenti singultu emissis.

SINGVLTIM. Adu. [μετὰ λογμῶν] Hor. Serm. 1, 6, 56 Vt veni coram, singultim pauca locutus. Est autem Singultim loqui, Sermone interrupto, et veluti voce identidem compressa loqui: quod usu venire solet verecundis et timidis natura. Lamentabiles quaestus singultim instrepebat Apul. Met. 2 p. 126. Isidor. Gloss Singultim qui loquitur per gluttus.

SINGVLVS, a, um. Adi. [ἓς μόνος, ἕνατος μόνος, οἱ καὶ ἕνατος, τὰ κατὰ μέρος] Dicitur autem Singulum, Vnum quodque per se, b. e. separatum ab aliis. Paulo rarior est Singularis numerus: eo diligentius ponemus exempla. Plaut. Cist. 4, 2, 29 Atat singulum video vestigium. b. e. Vnum tantum, vel vnius tantum hominis. Binae provinciae singulo decretae Liu. 42, 1. Caelum et triticum singulo

70 semper numero dicenda sunt Gell. 19, 8. Conf. Idem 18, 13. Non. 2, 787. Singulus quisque homo Augustin. Serm. 286. Add. Idem de Doctr. Chr. 1, 5. Cic. de Orat. 3, 209 c. 55 Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an iudices, frequentes, an pauci, an singuli. Idem in Orat. 224 Saepe singulis vtendum est, plerumque

80 binis (et vtriusque addi pedis pars potest) non fere ternis amplius. Lustrare singula Virg. Aen. 1, 457. Et quae non profunt singula, multa iuuant Ouid. Rem. Am. v. 420. Pandere singula ordine Virg. Aen. 6, 723. Cic. de Nat. Deor. 2, 102 c. 40 Sol binas in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias facit. Idem ibid. 2, 88 Quod efficitur in caelo singulis diebus et noctibus. Idem pro Muraen. 25 Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit. Cic. Att. 5, 7 Quotidie vel potius in dies singulos, breuiore literas ad te mitto. Idem Verr. 2, 126 Lex est de religione, quae in annos singulos Iouis sacerdotem sortito capi iubeat. Et in Catil. 1, 5 c. 2 Crescit in dies singulos hostium numerus. Idem Att. 6, 3 Scaptius centesimis renouato in singulos annos foenore contentus non fuit. Verba inter singula fudit lacrimas Virg. Aen. 3, 348. Duo singuli singulos sibi consules asseruandos defumunt Liu. 4, 55. Exegit etiam, vt, quoties consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet Suet. Aug. c. 37. De iis, qui secum ipsi in solitudine agunt, Proderit tamen primo, in se ipsum secedere: meliores erimus singuli Sen. de Ot. Sap. c. 27. i. soli. Sic Quod est miserrimum, nunquam sumus singuli Idem Qu. Nat. 4 praef. Ad singula quaeque vitia Scribon. Ep. m. Singulas vncias omnium sumere

90 Id. 3. Singulorum vncias admiscere Id. 3. Singulorum recipit Id. 37. Singulorum Idem 70. pro eo, quod vulgo, Ana scribunt.

SINGVLĀRIS, e. Adi. [ἕνατος Vet. Gloss.] Vnicus. Plin. 28, 10 Democritus etiamnum affectus auget eius, qui singularis natus sit. Certamen singulare, Praelium singulare, vid. suis locis. Singularis

95 rerum

rerum Conditor Lactant. 5, 5 pr. Singularem Deo feruire Idem  
 5, 14. Locus Suet. Aug. c. 72. Singulares milites vocat Caes.  
 Bell. Gall. 4, 26. *qui ab aliis separati sunt, singulos; opponit enim Vni-*  
*uersis.* Sic Cic. Acad. 1, 26 Quintum genus esse dicunt, e quo  
 astra sunt mentesque singulares. *i. Singulorum.* Singularis Oculus  
*cyclopi* Calliod. Epist. 7, 5. Potentia Nep. 10, 9, 5. *i. monarchia.*  
 Pugna singularis, *vid. PVGNA.* Rate singulari fluctum secans  
 Sen. Troad. l. 11. *i. Vnica.* ¶ 2 Singularis, [*διδάσκαλος*]  
*accipitur aliquando pro Excellentia: et tam in malum quam in bonum su-*  
*mitur.* In laude summa est Filia singularis Cic. Att. 11, 17 pr. 10  
 Idem pro Sulla 35 Me singulari immanitate et crudelitate praeditum.  
 Cic. Verr. 2, 13 c. 7 Quo facilius de singulari eius impudentia existi-  
 mare possitis. Sic pro Cluent. 56 Singulare scelus. Et de  
 Finib. 5 Singulari nequitia praediti. Virtus Cic. pro L. Man. c. 1.  
 Idem in Catil. 4, 5 Primum quod mihi gratias egistis singularibus 15  
 verbis, et mea virtute atque diligentia perditorum hominum patefa-  
 ctam esse coniurationem decreuistis. Cic. Verr. 3, 206 c. 88 Sunt  
 quaedam omnino in te singularia, quae in nullum alium hominem ne-  
 que dici, neque conuenire possunt: quaedam tibi cum multis commu-  
 nia. Cic. Acad. 4 c. 43 Omitto per ipsum Aristotelem, meo iu-  
 dicio in Philosophia prope singularem. Petrus Chrysol. Serm.  
 136 Habet hoc Adelphi antistitis sanctus animus et plena pietate digna-  
 tio, ut diues pauperis intret hospitium, pauperis se ponat ad mensam,  
 ut humilibus se faciat communem, quem diuitiae, potestas, honor, fe-  
 cit et reddidit singularem. ¶ 3 Obs. Singulares equites passim 25  
 memorantur in Inscriptionibus. Haec Ala singularium Tac. Hist. 4,  
 70, 3 excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa.  
 Vid. Schelius ad Hygin. Geom. p. 45. *it. 160.* Reines. ad Inscr.  
 1, 16. Gorius ad Inscr. Donii Cl. 6 p. 18. Videtur Corpus quod-  
 dam delectum ut Selecti illi f. Ablecti. Multa collegit Io. Gotbofr. 30  
 Richter. in Exegesi Inscriptionis antiquae Lips. 1739 edita. An huc per-  
 tinet Vet. Gloss. *μονομαχος* Singularis? Sed quid in iisdem Glossis  
*ἀπρόνομος; vid. SINGVLATOR.*

SINGVLARIVS, a, um. Adi. antiquum. [*ἐκείνους μόνος*] Plaut.  
 Capt. 1, 2, 3 His indito catenas singulararias. *b. e. Singulis catenam* 3  
*vnam.* Vititur et Cassiodorus Varr. 11. *it. Turpil. ap. Non. 8,*  
*60.* Literae Gell. 17, 9 pr. Homo singulariae velocitatis  
 Gell. 9, 4.

SINGILLARIVS, a, um. Adi. Tert. de Anima c. 6. et adu.  
 Valent. c. 18. Ut Singulatim in Singillatim velut noua deminu- 40  
 tione transit.

SINGVLARIE, pro Singulariter, quasi Vnice, Ciceroni tribuit  
 Maximus apud Charif. 2 p. 195.

SINGVLARITER, Adu. [*ἐκείνους*] Magnopere, mirum in modum.  
 Plin. Epist. 3, 5 De vita Pomponii Secundi duo: a quo singulariter 45  
 amatus, hoc memoriae amici, quasi debitum munus expleuit. Cic.  
 Verr. 2, 117 c. 47 Quem ego in Praetura mea singulariter dilexissim.  
 Singulariter et mirari et diligere aliquem Plin. Epist. 1, 22. Add.  
 Idem 4, 15 pr. ¶ 2 Apud Grammaticos, v. g. Charif. 1  
 Sunt quaedam, quae singulariter quum declinantur, in Pluralibus mu- 50  
 tant genera: hic locus, Pluraliter haec loca, et hi loci. Sic et  
 Quinctil. 8, 6. De pluribus singulariter, *patriis acer Romanus in*  
*armis* Idem 9, 3. Tale est illud Vlpiani in l. 1 D. Quod fals. tu-  
 tor. Item hoc edictum licet singulariter scriptum sit, si tamen plures  
 interuenerint, qui tutores non erant, locum habere debere Pomponius 55  
 scribit. Singlariter, pro Singulariter, per syncopen Lucret. 6, 1065  
 Quae memorare queam inter se singlariter apta. Ita 4, 263 Vni-  
 uersum, pro vniuersum, et 6, 1086 coplata pro copulata.

SINGVLARITAS, atis. f. Tertull. adu. Gnost. 10 Salua et pro-  
 prietate generis et singularitate. Conf. Idem de Cast. c. 1. et de 60  
 Carne Chr. c. 13. Saluan. contra Au. 2 p. 70. Singularitate  
 carere Charif. p. 72. *i. numero Singulari.* Singularitatem honore  
 multitudinis decorare Sarisber. Policr. 3, 10.

SINGILIO, onis. f. Vestis simplex. Treb. Poll. in Claud. c. 17.  
 Conf. Salmaf. ib. 65

SINGVLATIM, quod etiam SINGILLATIM, velut noua de-  
 minutione, item SIGILLATIM scribitur. Adu. [*καθ' ἑνα, κατὰ*  
*μόνας*] Vnumquodque per se. Cic. Diu. in Verr. 71 Ut ea, quae singu-  
 latim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. Sing-  
 ulatim vnicuique respondere Cic. ibid. 50 c. 15 extr. Singulatim 70  
 de vnoquoque genere in secundo libro dicemus Cic. de Inuent. 1, 49  
 c. 30. Conf. Vitr. 2, 8. Sidon. 8, 6. Pallad. Mart. t. 9.  
 Cic. Tusc. 5, 94 Haecque voluptates singillatim extenuantur. Idem  
 Verr. 5, 142 Quaerit ex his sigillatim, quot quisque nautas habuerit.  
 Et 4, 76 Sigillatim vnicuique calamitati fore se denuntiabat, vniuer- 75  
 sam se funditus euerfurum esse ciuitatem minabatur. Add. Id. Verr.  
 3 c. 42. Ter. Phorm. 5, 9, 43 Quid ego nunc commemorem Demi-  
 pho singillatim qualis in istum fuerim? Faern. et Bentl. Singulatim.  
 Et haec fere perpetua varietas. Cic. Verr. 5, 142 c. 55 Nam quid  
 ego de caeteris ciuium Rom. suppliciis sigillatim potius, quam genera- 80  
 tim atque vniuerse loquar? Add. Suet. Tib. c. 61. Singilla-  
 tim nostrum vnusquisque mouetur Lucil. apud Non. 2, 820. qui plura  
 antiquorum loca seruauit.

SINGVLATOR, oris. m. [*ἰσχυρὸς κλέπτης* Vet. Gloss.] vid. SIN- 85  
 GVLARIS n. 2.

SINISTER, tra, trum. [*ἐνώπιος, ἐπαρτίστος, ἐναντίος* Gloss. Lat. Gr.]  
 Nomen relatum ad dextram, quod primum de manu cum dictum esset, mox  
 totum latus, et omnem adeo plagam et regionem dextrae oppositam notauit.  
 Sinistrum Cornu Liu. 3, 70. Cubitus sinister Ouid. ex Pont. 3, 3, 11.  
 Lateri sinistro affixus Virg. Aen. 10, 160. Manus proprie, ut indicaui-  
 mus, sinistra dicitur expresse quidem Catull. 12, 1 Manu sinistra non belle  
 vteris, etc. sed saepe admodum Sinistra simpliciter vocatur, ut ma-  
 num et regionem f. plagam includat. De ratione appellatio-  
 nis, vid. SINVS n. 2. Natam ad furta sinistram Ouid.  
 Met. 13, 112. Conf. Catull. 12, 1. Martial. 12, 29. Barth. Adu. 95  
 46, 20. Alciat. Parerg. 11, 7. Infirma sinistra Ouid. Fast. 3, 869.  
 Cic. de Diuin. 1, 85 c. 39 Cur a dextra coruus, a sinistra cornix faciat  
 ratum. Idem Philipp. 6, 12 c. 5 Adspicite a sinistra. Ad sinistram  
 Plaut. Merc. 5, 2, 39. Sic etiam Ablatiuo simpliciter dicunt Sinistra,  
 pro A parte sinistra. Cic. Acad. 2, 125 c. 40 Et quum in vno mundo 100  
 ornatus hic tam sit mirabilis, innumerabilis, supra, infra, dextra, fini-  
 stra, ante, post, etc. Pars sinistra murorum Virg. Aen. 9, 468.  
 Columel. 1, 5, 8 Fere pestilens habetur quod est remotum ac sinistrum  
 soli, et apricis flatibus, *i. non satis expositum, ut ea, quae sinistra tan-*  
*tum manu attingere licet, non ita facile molimur; vel simplicius sinister est* 105

*Septentrio ad orientem solem conuersis.* Compar. Varr. de R. R. 2, 5 Siquidem si mas est, in dexteriolem partem abit: si femina, in sinisteriolem. Cor in pectore sub sinisteriole mamma situm Cels. 4, 1. Cic. in quadam Epist. Cornu sinisterius quod erat infirmius. Rota sinisterior Ouid. Met. 2, 139.

*Sinistrior* Priscian. 1. 3 *sub init.* ¶ 2 *Sinistrum quantum ad augurium pertinet, significat Prosperum.* Plaut. Pseud. 2, 4, 72 Omnes ordines sub signis ducam, legiones meas aui sinistra auspicio liquido, atque ex sententia. Cic. de Legib. 3, 9 Is aue sinistra dictus populi magister est. Idem de Diuin. 2, 82 c. 36

Quaquam haud ignoro quae bona sint, sinistra nos dicere, etiamsi dextra sint: sed certe nostri sinistrum nominauerunt, externi dextrum. Conf. Seru. ad Virg. Aen. 2 Intonuit laeuum. Gell. 5, 12. Barth. ad Stat. Theb. 3 p. 807 seq. Ponamus hic, quae apud Festum habentur hodie: Sinistrum in auspiciando significare ait Ateius Capito, Laetum et prosperum auspiciam. At silentium dubii duntaxat vacat vitio. Igitur silentio surgere cum dicitur, significat non interpellari, quo minus rem gerat. Ad sinistrum hortari quoque auspicia ad agendum, quod animo quis proposuerit. Item Sinistrae aues, sinistrumque et finistimum auspiciam id est, quod sinat fieri. Varro

libro 5 Epistolicarum Quaestionum, ait, A deorum sede quum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partem mundi Exorientes, ad dexteram Occidentales, factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dexterea esse existimentur. Idem fere sentiunt Sisinius Capito et Cincius. Haec Festus. Liquido ex eo foras auspicio aui sinistra Plaut. Epid. 2, 2 pr. Fulmen sinistrum, auspiciam optimum habemus ad omnes res, praeterquam ad comitia Cic. de Diu. 2 c. 35. Tonitrus sinistri Ouid. Trist. 1, 8, 49. Verum etiam Sinistrum, Aduersum, noxium: quod quae sinistra manu sunt, minus recte fieri videmus. Virg. Georg. 1, 445 Arboribusque, satisque Notus, pecorique sinister. Plin. Epist. 7, 28 Igitur ad alios hanc sinistram diligentiam conferent. Idem Epist. 1, 9 Nemo me apud quemquam sinistris sermonibus carpit. Conf. Tac. Hist. 5, 5, 1. Virg. Ecl. 9, 15. Ante sinistra caua mouisset ab ilice cornix. Aues sinistrae

Ouid. Epist. 2, 115. Apparet igitur, nunc Sinistra auspicia esse bona, nunc contra mala. Nempe tota illa auguralis disciplina ad arbitrium et fraudem composita, ut ipsa oracula quoque. Vid. omnino Cic. de Diuin. 2 c. 39. et quae ibi Dauis. itemque quae de Templo augurali observamus. Sed quid proprie dextrum, quid sinistrum dixerint, de eo, vid. DEXTER.

¶ 3 *Sinistrum, i. deterius, notae peioris, vel ab auspiciis, vel ab infirmitate manus sinistrae.* Fama sinistra Tacit. Ann. 6, 32. Et fuit ad coeptas hora sinistra vias Ouid. Epist. 21, 68. Liberalitas sinistra Catul. 27 (29) 15. Omen sinistrum Ouid. Epist. 13, 49.

*SINISTERITAS*, atis. f. [*σινιστήριος*] Plin. Epist. 6, 18, 3 Sinisteritas, ac potius amentia. Id. 9, 5, 2 Plerique autem dum verentur, ne gratiae potentium nimium impartire videantur, sinisteritatis atque etiam malignitatis famam consequuntur. Vtroque loco intellectus potius vitium quam voluntatis notare videtur, quod ibi monui, et scaeuitatem eodem modo interpretatus sum.

*SINISTRE*. Adu. [*σινιστῆρος*] Vt, Accipere caedem sinistre Tacit. Hist. 1, 7, 3. i. in malam partem. Exceptus sinistre Hor. in Arte Poët. 452. de Poëta, cui intempestiue plausum est, et per suasum se esse bonum Poëtam.

*SINISTRORSVM*. Aliud. Adu. [*ἐκ τῆς ἀριστερῆς*] Versus sinistram. Apud Festum Sinistrorsus etiam legitur. Caes. Bell. Gall. 6, 24 Hinc se flecēt sinistrorsus, diuersis a flumine regionibus. Hor. Serm. 2, 3, 50 Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit. Conf. Id. Epod. 9, 20. Frontin. de Aquaed. p. 16, 21 Polen.

*SINISTIMVM*. Veteres dixerunt pro sinistro, quod modo ex Festo vidimus. Nempe Sinistimus dicebant pro Sinisterrimus, ut Dextimus, ap. Priscian. 3 p. 605.

*SINISTROVERSVS*. Adu. Laetant, 3, 6 Omnes aut dextro aut sinistrouersus ceciderunt. Hinc contractum Sinistrorsus.

*SINO*, siui, situm, ēre. [*σῖνον*] Permittere, non impedire. Ter. Andr. 1, 1, 126 Sine nunc meo me viuere interea modo. Ibid. 5, 3, 30 Sine te hoc exorem. s. sino. Qui ne penetrare fuissent Cic. Phil. 11 c. 13. Sine ut veniat Ter. Andr. 3, 5, 16. Sed paullulum sine ad me ut redeam Idem Eun. 4, 6, 1. Non feram, non patiar, non sinam Cic. Catil. 1 c. 5. Si quem numina laeua sinunt Virg. Georg. 4, 6. Sic in precibus Cat. R. R. 141, 2 Vtique tu fruges — grandire beneque euenire sinas, vel potius firis. Subintellecto esse, Mulier, quae haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora sineret ea, quae innupisset Liu. 1, 34 pr.

¶ 2 *Obseru.* Sirim, firis, firit Plaut. et Liu. ap. Gronou. ad Liu. 1, 32. Si doceri se sissent Liu. 3, 18. Siris pro sinas etiam habent libri optimi Cato. R. R. 141, 2. Passiu. Acetum ibi finitur fermentari Colum. 12, 17. Dum materiae regelare sinuntur Id. 11, 2. Vt intra terrarum genitalium terminos otiose viuere sinerentur Amnian. 22, 7. Peculiare est, et sequioris aevi Iuuen. 2, 24 Et sine (relinque) defunctis defunctos condere terra. Sic Apul. Met. 10 p. 318, 6 Floridi Bono medico sinuntur aurei opportuni somni pretium, i. relinquuntur, non repetuntur aut exiguntur.

*SITVS*, a, um. [*σῖτος*] Permissus. Cic. pro P. Sext. c. 44 Accusare eum moderate, a quo ipse nefarie accusatur, per Senatus auctoritatem non est situs.

*SITVRVS*, a, um. Aliud Partic. Cic. Q. Frat. 2, 6 fin. Cato concionatus comitia haberi non siturum.

*SINODONTES*, Pisces. Plin. 37, 10.

*SINODONTITES*, e cerebro piscium est, qui Sinodontes vocantur.

*SINON*, ōnis. m. [*Σίνων*] Insignis proditor. Autolycus quidam fur fuit, qui se varias formabat in species Hic habuit liberos, Sisyphum, vnde natus est Sinon: et Autollam, vnde Vlysses. Confobrini ergo sunt: nec immerito Virgilius Sinoni dat et fallaciam, et proditionis officium, ne multum discedat a fabula: quia secundum Euphorionem Vlysses hoc fecit. Haec Seruius ad Virg. Aen. 2, 79 Nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam, mendacemque improba finget. Periurus Sinon Virg. Aen. 2, 195.

*SINONIA*, ae f. Insula vltra Tiberina ostia in Antiano Plin. 3, 6.

*SINOPE*, es. f. [*Σινώπη*] Vrbs Ponti, Cynici Diogenis patria, Gymnasio olim clarissima fuit, et rubrica Sinopica cognominata celebris. Cicerone pro Lege Manil. 21 haud obscure indicat, in Sinope et Amiso, Mithridatis olim domicilia fuisse omnifariis rebus ornatissima refertissimaque. Magna Sinope Valer. Argon. 5, 108. Optima Sinope Valer. Argon. 5, 109.

*SINOPEVS*, a, um. trisyllabum. [*Σινωπέως*] Qui est ex Sinope. Ouid. ex Pont. 1, 3, 66 Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus. de Diogene.

*SINOPIS*, idis. f. [*σινώπις*] Color quidam s. pigmentum natium, rubrica. Plin.

Plin. 35, 6 Nascuntur sinopsis, rubrica, paetonium, melinum, eretria, auripigmentum. Sinopsis inuenta est primum in Ponto, inde nomen a Sinope vrbe. Nascitur et in Aegypto, Balearibus, Africa: sed optima in Lemno et in Cappadocia. Effossa et in speluncis. Quae saxis adhæsit, excellit. Glebis suis colos, extra maculosus. Hacque vsi sunt veteres ad splendorem. Species sinopidis tres, rubra, et minus rubens, et inter has media. Pretium optimæ in libras XIII denarii. Vfus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat.

SINOPICVS, a, um. Adj. [σινωπικός] Sinopicam rubricam vocare dicitur Vitruu. 7, . . . de qua Strabo 12. In Cappadocia nascitur ea, quae sinopica rubrica dicitur, omnium optima quae cum Iberia decertat. Idcirco sinopica appellatur, quod eam mercatores eo deferebant prius, quam Ephesiorum emporium tam celebre esset.

SINVESSA, ae. f. [Σινωσσα] Teste Plin. 3, 5 Ciuitas mediterranea Campaniae, vino satis abundans, quod Sinuessanum dicitur. Liu. 10, 21 In saltu Vestino Falernum contingente agrum, Sinope dicitur Graeca vrbs fuisse, Sinuessa deinde a Romanis colonis appellata. Hor. Serm. 1, 5, 40 Plotius et Varius Sinuessæ, Virgiliusque Occurrunt. Tepens Sinuessæ Sil. 8, 529 propter thermas s. balneas calidas, de quibus Plin. 31, 2. Tac. An. 22, 6 et Hist. 1, 72.

SINVESSANVS, a, um. Adj. [Σινωσσαῖος] Hor. Epist. 1, 15, 5 Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum.

SINVO, SINVOSVS, vid. SINVS.

SINVS, ūs. m. [κόλπος, κόλπωμα] Pars illa, quae est intra pectoris brachiorumque complexum, inquit Valla 4, 37. Et complexum amantium ita solent exprimere. Ter. Adel. 4, 5, 76 Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu est? Ouid. Epist. 3, 114 Te tenet In tepido mollis amica sinu. Et A. A. 2, 360 Helene ne sola iaceret Hospitis est tepido nocte recepta sinu. Abstrahere sinu vel gremio, Complecti sinu, vid. hb. vv. Fouens nepotem blando sinu Sen. Troad. 30

f. 12. Ouid. Amor. 1, 4, 5 de accubitu mensae Alterius sinus apte subiecta Fouebis. Inque mei cupido rapta Ferere sinu Ouid. Epist. 20, 48. Quod pro Gremio etiam b. e. Cauo femorum dici putat Sinum Borrich. Cogit. p. 237 non satis firmum est. Ouid. Am. 3, 8, 34 de Danaë, Sed postquam sapiens in munera venit adulter, Praebuit illa sinus vestis ad accipiendum aurum, et tum demum dare iussa, dedit. Hoc posterius demum nequam est. Id. Fast. 5, 256 de flore, quem Iunoni monstrauit Chloris, Tangitur, et tacto concipit illa sinu. Potest hic etiam Sinus vestis nominatus esse, et sic indicatus locus corporis, quem tegit: vt Iuuenal. 9, 32 Fatum est in partibus illis, Quas sinus abscondit. Huc etiam pertinet Petron. c. 24 Mox manum demisit in sinum pueri, et pertrectato vasculo tam rudi, etc. Nempe

¶ 2 Sinus in veste est omne illud cauum ex plicis ortum, quo capi, tegi, occultari aliquid potest: primum illud, quod ex plicis togae ortum procurrit ab humero dextro, et exserto ibi brachio per pectus versus manum sinistram, quam si quis forte ab hoc ipso Sinu, quem sustinere solebat, dictam putet, cum scaeva antea et laeua esset, nihil, puto, absurdi dixerit. Hic sinus pulchre respondet illi, quem modo explicauimus: tegit enim pectus et quidquid est inter brachia; in hoc sinu aliquid geri tegique potest, hoc adducto sinu potest aliquis faciem demissam occultare, et sic in sinu gaudere, etc. Sed non solius Togae sinus est, quem adhuc descripsimus. Sed est etiam Sinus Tunicae, quem cinctura efficit. Cic. ad Quint. Frat. 2, 13 pr. Mihi, crede, in sinu est, neque ego discingor, vt excidere possit, quod est in sinu. Catullus in Epithal. Iuliae f. 60, 53 ad Hymenacum, Tibi virgines Zonula solvunt sinus: est igitur sinus, quem Zonula efficit. Huc etiam referendus videtur Sueton. c. 82 ubi Caesar vulneratus Sinistra manu sinum ad iama crura deduxit, cum toga caput obuolueret. Vid. quae hac de re disputamus ad

Quintil. 11, 3, 140 seq. quo ex loco apparet, Sinum esse illud, quod diximus, cauum, et fluctuantem, nisi comprehendatur vel manu vel cingulo, partem vestimentorum, etc. Virg. Aen. 1, 320 Nodoque sinus collecta fluentes. Nemesian. Cyneg. 92 Corrugisque sinus gemmatibus baltheus artet Nexibus. Sen. Hippol. 390 de Phaedra, Breuis expedito Zona constringat sinus. Stat. Theb. 4, 266 Vndantemque sinum nodis irrugat Iberis, i. s. fibulis colligit vestem fluctuantem. Liu. 21, 18 Tum Romanus sinu ex toga facto. Hic, inquit, vobis bellum et pacem portamus — Daret, vtrum vellet, succlamatum est. Et, quum is iterum, sinu effuso, bellum dare se dixisset, etc. Haec gremium, laxos degrauat illa sinus Ouid. Fast. 4, 436. Gremium, puto, sedens, sinus progrediens: de puellis flores legentibus. Ouid. Fast. 1, 408 Altera dissuto pectus aperta sinu. Enormes sinus, Vestes laxiores Stat. Silu. 2, 1, 131. Lacer sinus Ouid. Epist. 15, 122. Laxo sinu ferre nuces Hor. Serm. 2, 3, 172. Praetentare sinus Suet. Aug. c. 35 ne ferrum ibi lateat. Purpurei sinus, Vestes Ouid. Epist. 14, 51. Idem Fast. 4, 432 Et mecum vestros flore Replete sinus. Rumpere sinum Idem Met. 10, 722 i. vestes. Sen. Thyest. 430 Quae causa cogit genitor a patria gradum referre visa? cur bonis tantis sinum subducis? i. non excipis ea sinu. Lucius extremi habitum signat ex persona Hecubae, Sen. Troad. 88 Veste remissa Substringe sinus, vteroque tenuis pateant artus. Cui coniugio pectora velas, captiue pudor? Cingat tunicas interiores Palla superiniecta solutas zona ordinaria.

¶ 3 Sinus, pro ipsis Praecordiis Ouid. Epist. 5, 37 Attoniti micuere sinus: gelidusque cucurrit, Vt mihi narraisti, dura per ossa timor. Et Epist. 1, 45 Vsque metu micuere sinus. Prop. 4, 4, 70 Illa ruit, qualis celerem prope Thermodonta Strymonis (Amazon) abscissos fertur aperta sinus. Abscilli sinus pectus mamma altera priuatum.

¶ 4 Hinc ad amorem et intimam familiaritatem refertur. Cic. Verr. 127 Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinae commissam esse dicerent. Ibid. 4 Qui e Chelidonis sinu in prouinciam, profectus esset. Idem in Catil. 2, 22 c. 10 De eius delectu, immo vero de complexu eius ac sinu. Iam ante posuimus illud Cic. ad Quint. Frat. 2, 13 pr. In sinu meo est. In sinum spuere est Symbolum se ipsum contemnentis, et ita auertentis Nemesian. Plin. 28, 4 Veniam quoque a deis spei alicuius audacioris petimus, in sinum spuendo. Idem eodem capite scribit ex auctoritate Salpae, Torporem sedari quocunque membro instupente, si quis in sinum exspuat. Sen. de Benef. 7, 28 Fortasse vitium, de quo quereris, si te diligenter excusseris, in sinu inuenies. i. te ipsum illius reum. Plin. Epist. 2, 1 Necessè est tanquam in maturam mortem eius in sinu tuo defleam, te solo arbitro. In sinu gaudere, est tacitam apud se voluptatem sentire, vid. GAVDEO. In tacito cohibe gaudia clausa sinu Propert. 2, 25, 30. Seneca. . . Non recipit sordidum virtus amatorem: soluto ad eam sinu veniendum est. i. Plena liberalitate et copia effusa. Plin. Paneg. 56 Gestus consilatus non in hoc vrbis otio et intimo sinu pacis. Et 6 Confugit in sinum tuum concussa Resp. Sallust. in Catil. c. 52 Alii intra moenia, atque in sinu vrbis sunt hostes. ¶ 5 Late-

- bras omnes, et loca denique, in quae conferri et abscondi aliquid possit, sinus vocant.* Sen. de Vit. Beat. 12 Luxuriam suam in philosophiae sinu abscondunt: *sententiae philosophorum obtentui habent suis libidinibus, ut Epicurei.* Plin. 36, 15 f. 24 M. Scaurus pater — Marianis fodalitiis rapinarum provincialium sinus. Tac. Hist. 2, 92 Abditis pecuniis per occultos aut ambitiosos sinus. *Vid. Leps. Id. Hist. 3, 19, 4 Sed opes Cremonensium in sinu praefectorum legatorumque fore. Vid. Buchn. ad Prudent. H. de Nat. Christi v. 28. Sed etiam in bonam partem Scaevola in l. Qui testamentum D. de Probationibus Titio centum do,*
- 10 *lego, quae mihi pertulit, quae ideo ei non caui, quod omnem fortunam et substantiam, si quam a matre susceperat, in sinu meo habui, sine vlla cautione.* ¶ 6 Sinus, *vocantur litora, quae curua sunt ad similitudinem sinus, et quasi brachiis mare amplectentia.* Plin. 12
- 10 *Tylos insula in eodem sinu est. Virg. Aen. 11, 606 Extremamque sinu perfudit arenam. Seruius, Curuatione et flexu vndarum. Sinus igitur, sunt flexuosi litorum anfractus: excavati maris in terram recessus: terra spatiosae in mare excurrentis: curua litora mare quasi brachiis amplectentia.* Plin. 3, 13 de Oceano, Europam recessibus crebris excavans, sed in quatuor praecipue sinus. Quorum primus a Calpe
- 20 Hispaniae extimo monte Locros et Brutium vsque promontorium immenso ambitu flectitur, etc. Tum d. 11 A Lacinio promontorio secundus Europae sinus incipit, et Acroceraunio Epiri finitur promontorio etc. *Hic est mare Adriaticum.* Lib. 4 pr. Tertius Europae sinus Acrocerauniis incipit montibus, finitur Helleponto. Lib. 6 pr. *quartum denique, Pontum Euxinum, persequitur. Quatuor maria vocat Mela*
- 25 *1, 1 et toto opusculo exsequitur. Orbis extremi sinus Virg. Georg. 2, 123. Angustus sinus Idem Georg. 2, 76. Ater sinus Adriae Hor. Carm. 3, 27, 19. Abscisso fertur aperta sinu Propert. 4, 4, 72. Beati Campaniae sinus Tac. Hist. 3, 66, 5. i. secessus. Curui sinus Stat. Theb. 6, 217. Falcatus sinus Ouid. Epist. 2, 131. Geli di sinus Ouid. ex Pont. 1, 9, 52. Immenso sinu labitur annis*
- 30 *Sen. Herc. Fur. 9. Monstriferos agit vnda sinus Lucan. 5, 620. Persicus sinus, vid. PERSICVS in PERSIA. Profundus sinus Sen. Troad. 6. Reductos in sinus vnda se scindit Virg. Georg. 4, 420. Et Aen. 1, 165. Vid. Seru. ad Aen. 2, 23. Vadosi sinus Sen. Troad. l. 10. Vastus sinus Virg. Georg. 4, 362.* ¶ 7
- Quidquid inflexum et vel concavum vel convexum est, Sinus dicitur: De capillis fero crispandis Ouid. Am. 1, 14, 26 Quam se praebuerunt ferro patienter et igni, Ut fieret torto flexilis orbe sinus. Laxant arua sinus, Zephiri tepentibus auris. Terrae viscera calore solvantur Virg. Georg. 2, 331. Sen. Octau. 404 Et ipsa tellus lacta secundos sinus Pandebat vltro. Id. Hippol. 1019 Nescio quid onerato sinu Grauis vnda portat, de aduentante e longinquo monstro. Sinus vlcereis cauum.*
- 40 *Cels. 5, 28 Sequitur enim sub medicamentis erodentibus crusta, vndique a viua carne diducta, quae trahit secum quidquid corruptum erat, purusque iam sinus curari potest implentibus. Sinus veteres et fistulae Scribon. 208. Iungit sinum Id. 209. Pluacula sunt Celsi 7, 2 Sinus incidendi, Imus sinus exitum habeat, Late se sinus suffudit. Si audimus Seruium, etiam sunt Sinus oculorum, scilicet palpebrae Virg. Aen.*
- 50 *4, 30 Sic effata, sinum lacrimis implevit obortis. Sed naturae rei magis conuenit, Sinus intelligere proprie: tristis et verecunda Dido demittit vultum: quid magis naturale, quam lacrimas cadere in sinum. Sic Ouid. Her. 8, 62 Perque sinum lacrimae fluminis instar eunt. Sinus, de Cassibus et plagis venatorum, Gratio 33 Ingrati maiora sinus impendia sument. Proprie ille recessus intimus, ubi capta fera exitum non habet. Sic Plin. 11, 24 Atque vt in plagis lineae offensae praecipitant in sinum Martial. 13, 101 Pulcher adest onager: mitti venatio debet*
- 55 *Dentis Erythraei: iam renouete sinus. Sinus Velum, quod ventis flantibus curuatur, et sinum facit. Iuuen. Sat. 1, 150 Totos pande sinus. Plenaque curuato pandere vela sinu Ouid. de Arte Am. 3, 500. Crepantes sinus carbacei Virg. Aen. 11, 775. Sinus Implere secundos Idem Aen. 3, 455. Obliquat sinus in ventum Idem Aen. 5, 16.*
- SINVS, vel SINVM.** *Vasis genus ventris tumidioris et rotundioris formae.* Virg. Ecl. 7, 33 Sinum lactis et haec te liba Priape quotannis Expectare sat est. *Idem nomen et in Plaut. Curc. 1, 1, 82 et Rud. 5, 2, 32. Conf. Varr. L. L. 4, 26 et ap. Non. 15, 34. A Graeco diuos defluxisse auctor est Turneb. Aduers. 1, 16.*
- SINVSVS, a, um.** *Adi. [κοιλώδης] Quod habet multos sinus, curuationes, cavitates etc.* Claud. de Rapt. Proserp. 1, 179 — sinuosa draconum
- 70 *Membra tegens. i. Nodosa. Plin. 11, 37. Cor prima domicilia intra se animo et sanguini praebet, sinuoso specu, et in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Aequora sinuosa Valer. Argon. 3, 277. Arcus sinuosus Ouid. Amor. 1, 1, 23. vehementer curuatus ad*
- 75 *emissionem sagittae. Rutil. Itin. 1, 322 Nec sinuosa graui Cura labore caret. Sed probabilis est coniectura Burm. Ripa. Flexu sinuoso elabitur anguis Virg. Georg. 1, 244. Narratio sinuosa Quinctil. 2, 4 ambages habens. Pectore in sinuoso te mihi fixi Perf. Sat. 5, 27. i. intimo: verbo, valde te amo. Terga sinuosa draconis Stat. Theb. 5, 420.*
- 80 *Vela sinuosa Propert. 4, 1, 15. Vestis sinuosa Ouid. Met. 5, 68. Volumina sinuosa serpentis Virg. Aen. 11, 753. Vorago sinuosa Stat. Theb. 9, 504.*
- SINVSSE.** *Adu. Compar. apud Gell. 12, 5 Diciturum puto sinuosius atque solertius.*
- 85 **SINVO, are.** *[κάμπω] Curuare, in sinus flectere Virg. Aen. 2, 208 Sinuatque immensa volumine terga. i. In sinus flectit. Ionia aliquot se ambagibus sinuat Mela 1, 17. Ouid. Met. 2, 85 Tremulae sinuantur flamine vestes, ut vela expanduntur. Claud. de Rapt. Proserp. 1, 268 Cooperat et vitreis summo iam margine texti Oceanum sinuare vadis. Plin. 9,*
- 90 *33 Denfata, porrecta, sinuata, breui nodo ligatis, toto latere connexis. In orbem luna sinuata Idem 2, 9. Serpens sinuatur in arcus saltu immenso Ouid. Met. 3, 42. Arcus sinuare Idem Met. 8, 30. Campus inaequaliter sinuatur Tac. Ann. 2, 16, 1. Sinuare, Cauare, Cels. 7, 2 Dandaque opera, vt imus sinus exitum habeat, ne quis humor intus*
- 95 *sublidat, qui proxima et adhuc sana rodendo sinuet.*
- SINVATVS, a, um.** *Partic. [καμπείς] Vt, Gurges sinuatus in curuos arcus Ouid. Met. 14, 51. Chlamydem sinuatam implere re aliqua. Stat. Theb. 10, 132. Conf. Cels. 4, 1 et 8, 1. Sen. de Vita B. c. 4.*
- SINVATIO, onis. f. Incuruatio.** Fulgent. Myth. 1. Corniculata lunae sinuatio.
- 100 **SINVAMEN, inis. n.** *Idem. Prudent. Psych. 873 Sinuamine subter Subductus conchae in speciem. Ipsa conchae appellatio, quid sit Sinuamen, satis indicat. Add. Iuuen. 1, 87. Paull. Petrocor. de Vita Mart. 2, 95.*
- 105 **SION, i. n.** *[σίον] Herbae nomen. Plin. 22, 22 f. 41 His adnume-*

rant sion, latius apio, in aqua nascens, pinguius, nigriusque, copiosum femine, sapore nasturtii. Prodest vrinis, renibus, lienibus, mulierumque mensibus, etc.

SION, ōnis. Collis Hierosolymitanus. Vnde saepe ponitur in SS. Literis et scriptis ecclesiasticis pro ipsa Ecclesia Iudaica.

## S I P

SIPARIUM, i. n. [περιπέρασμα] desinente Donato de Com. et Trag. extr. est Velum mimicum, quod populo obsistit, dum fabularum actus commutantur. Et p. a. Siparia, pro Aulacis, postera aetas vsurpauit. Cic. de Prouinc. Consul. 14 c. 6 Itaque ille alter, aut ipse est homo doctus, et a suis Graecis subtilius eruditus, quibuscum iam in orchestra heuatur, antea post siparium solebat. Quinctil. 6, 3, 72 Manius Curius, cum eius accusator in sipario omnibus locis aut nudum eum in neruo, aut ab amicis redemptum ex alea pinxisset, Ergo ego, inquit, nunquam vici? Docet hic ipse locus, forum nonnunquam, tribunal certe munitum esse non minus, quam theatra, atque atria priuatorum, velis et sipariis. Est in hunc locum Profusio mea Opusc. Tom. 1 p. 85 seq. Pulchre etiam apud Quinctil. 6, 1, 32 Fr. Car. Conradus ita legendum censet Nou. Miscell. 20 Lips. Vol. 4 p. 517 Vidi depictam in tabula siparioune imaginem rei, cuius atrocitate iudex erat commouendus, pro vulg. depictam tabulam supra Ioueni in imaginem rei. Apul. Met. 1 p. 106 pr. Oro te, aulacum tragicum dimoueto, et siparium scenicum complicato, et cedo verbis communibus. Ponit ergo pro verbis scenae sive Tragicae s. comicae aptioribus, quam sermoni communi. Hausit, puto, e Seneca de Tranq. An. 11. Publius (mimus) Comiciis Tragicisque vehementior ingeniis, quoties mimicas ineptias, et verba ad summam caueam spectantia reliquit, inter multa alia cothurno, non tantum sipario, fortiora, et hoc ait, Cuius potest accidere, quod cuiquam potest. Tragoediae tamen etiam tribuere videtur, Tertull. Adu. Valent. 13 Haec intra coetum pleptomatis decucurrisse dicuntur, prima Tragoediae scena: alia autem trans siparium cothurnatio est. Apul. Met. 10 p. 253, 23 Aulaco subducto, et complicitis sipariis. Etymologiam Siparii talem adfert Salmaf. ad Tertull. Pall. p. 252 Φάγος s. Parus est Pallium, Separium s. Siparium est femipallium, ut semodius, Semimodius. Supparum autem esse subparum, quod sub paro gestetur. A parus est parula, palla, pallium, etc. Fuerit igitur ex hac sententia Siparium primo Separium, Semiparium sed mature a vestimenti ratione ad vela traductum. Iuuenal. Sat. 8, 185. Consumtis opibus vocem Damasppe locasti. Sipario clamosum ageres ut phasma Catulli.

SIPARVM, SIPHARVM, SIPPARVM, SVPPARVM, SYPHARVM, vid. SVPPARVM.

SIPHOS, i. f. [Σίφος] Insula est maris Aegei, non procul a Scyro XXVIII. M. pass. ambitu. ante Meropia et Acis appellata, ut tradit Plin. 4, 12. Haec insula locupletissima erat, teste Herod. 3. Ut in qua auraria et argentaria metalla essent: unde tantum pecuniae fiebat, ut ex decima eius parte reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuique aut par, aut superior, Siphniis pecuniam quae quotannis conficiebatur distribuentibus.

SIPHON, vel SIPHON, etiam SIPO, vel SIFO denique, ōnis. m. [σίφων] Canalis, fistula, vel tibia, per quam, urgente embolo, aqua vel alius liquor emittitur. A sono vocis dictus σίφων. Ad incendia restinguenda adhibitum, docet Plin. Epist. 10, 42 De Nicomediensi incendio, Nullus vsquam in publico siphon, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. Sen. Quaest. Nat. 2, 16 Solemus duabus manibus inter se iunctis aquam concipere, et compressa vtrinque palma in modum siphonis exprimere. Isid. Orig. 20, 6 Siphon vas appellatum, quod aquas sufflando fundat. Utuntur enim hoc orientales: nam ubi senserunt domum ardere, etc. Quod dicit sufflando: nescio an aëris etiam viribus in hoc genere vsi sint. Cacterum Siphon est etiam hydraulicum illud vulgare instrumentum, quo ad traiciendos liquores ope aëris e siphone exclusi, et humorem exhauriendum prementis, utimur. Vet. Gl. σίφων μεθ' ἑ τὸν οἶνον ἀντλάσαι, quo vinum hauriunt. Iuuen. Sat. 6, 308 Metaphor. de meientibus, Effugiemque deae longis siphonibus implent. Plin. 2, 65 de aqua in summis iugis erumpente, Quo spiritu acta, et terrae pondere expressa, siphonum modo emicat. Columel. 3, 10 Naturali enim spiritu omne alimentum virentis quasi quaedam anima per medullam trunci, veluti per siphonem, quem diabetem vocant mechanici, trahitur in summum. Vid. Idem 9, 14, 15.

SIPHUNCVLVS, i. m. Dimin. [σιφώνιον] Plin. Epist. 5, 6 Ad Apollinarem, In hoc fonte crater, circa siphunculi plures miscent iucundissimum murmur. al. siphunculi.

SIPO vel SVPO, āre. Obsoletum verbum relictis compositis Dissipo, Infipo, et Obsipo: Spargere, in partes diuellere. σκεδάξω, πάσσω, vid. Fest. in Profapia.

SIPOLINDRVM, i. n. Fictum nomen alicuius aromatis Plaut. Pseud. 3, 2, 45.

SIPONTVM. [Σιπῶν] Vrbs Apuliae iuxta Gargarum montem a Diomede aedificata, quae et Sipus, et a Graecis (ob multitudinem sepiarum, quae ibi capiuntur) Sepius, Sepiuntis, dicitur. Vid. Pompon. 3, 1. Lucan. 5, 377 Et subdita Sipus Montibus. Sil. 8, 634 Quaesiuit Calaber et terram et litora Sipus.

SIPYLVS, i. m. [Σίπυλος] Vrbs est et Mons Phrygiae. Strab. 1 Ingentes quosdam olim circa Lydiam et Ioniam usque Troadem factos terrae motus scribit, a quibus et vici sunt absorpti, et Sipylus submersa regnante Tantalō. Nobilitauit montem fatum Niobes, quae, ut canit Senec. Agam. 376 Stat nunc Sipyli vertice summo flebile Saxum. Sic et Herc. Oet. 184. Vid. NIOBE.

SIPYLEIVS, a, um. Adi. [Σιπυλήιος] Ut, Genitrix Sipyleia, Niobe Stat. Silu. 5, 1, 33 De Matre Deūm SIPYLENE, σιπυλήνη, quae in numis praesertim Graecis celebratur, est docta dissertatio Henr. Aug. Zeibichii.

## S I Q

SIQVANDO, ut SIQVIS v. v. [ἄποτε] voce composita efferunt saepe libri scripti et impressi, i. Si aliquando, vel aliquo tempore. Ter. Eun. 3, 1, 14 Tum scubi eum fatietas hominum, aut negotiū siquando odium ceperat. Cic. de Amicit. 52 Non ergo erunt homines diuitiis diffuentes audiendi, siquando de amicitia, quam nec vsu, nec ratione habent cogitant, disputabunt. Et de Fin. 3, 15 Et tamen puto concedi nobis oportere, ut Graeco verbo utamur, siquando minus occurret Latinum. Item Verr. 4, 142 Siquando taceant omnes, tunc coguntur fortito dicere. Conf. Id. Fam. 2, 16. In argumento Liu. 10, 14 Si

quando vsquam equestri ope adiutam remp. meminerint, illo die annuntantur. *Add. 8, 4 et 6. it. 3; 53. Et Plin. Epist. 1, 10.*

**SI QUIDEM.** [*εἴτε*] *Coniunctio, et ipsa non nunquam iunctim effertur. V. g. etiam in Bentleiana editione scribitur. Ter. Heaut. 2, 3, 90*  
 5 Quid aliud tibi vis? **CLIT.** Siquidem hoc sit. s. Siquidem: experiundo scies. Cic. Fam. 9, 12 Gratulor Baiis nostris, siquidem ut scribis, salubres repente facti sunt. Idem Tusc. 1, 3 c. 1 Antiquissimum e doctis genus sit Poëtarum: siquidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam. *Conf. Id. de Sen. c. 16. et Off. 3 c. 12 Siquidem hercle possis Ter. Eun. 1, 1, 5. Siquidem me amaret Ter. Eun. 3, 1, 56. O morem praeclarum, siquidem teneremus Cic. pro Flacco c. 7. Plaut. Curc. 1, 3, 55 Si quidem hercle mihi regnum detur, nunquam id potius persequar. Ter. Eun. 1, 2, 102 Biduum saltem ut concedas solum. PH. si quidem biduum. O fortunatam remp. siquidem hanc*  
 10 *sentinam eiecerit Cic. Catil. 2 c. 4. In his omnibus non casualis est particula, sed conditionalis tantum: et sic semper, puto, aetas aurea.*

**SI QVIS,** siqua, siquod vel siquid. Pronomen. [*ἄτις*] *Si aliquis. Probabilis est haec scriptura vel hoc nomine, quod quae in qua mutatur non minus post Si, quam post adiectionem Ali, quae sine dubio coalescit cum pronomine. Caeterum variant libri. Plin. Epist. 3, 6 Nec vitia, siqua sunt, celant. Siqua venit fero magna ruina venit Propert. 2, 25 28. Siqua laboriosa est, ad me curritur Ter. Heaut. Prol. v. 44. Conf. Ouid. Her. 9, 32. Sueton. in Claud. c. 40 Siquem alium, et se liberum esse, etc. Cic. Att. 16, 3 Itaque non mihi videor errasse, quod ad Balbum scripsi apertius: ut siquid tale accidisset, ut non concurrerent nomina, subueniret: meque tibi etiam mandasse, ut siquid eiusmodi accidisset, cum eo communicares. Siquid cum periculo experiri velis in Care id potissimum esse faciendum Cic. pro Flacc. 65. Conf. Plaut. Poen. 3, 6, 16. Cic. Att. 1, 9 Et nebulonem illum, siquo pacto potes, ex istis locis amoue. Liu. 40, 26 Imperatum, ut classem primo quoque tempore duceret in Ligurum oram, siquo vsui esse L. Aemilio, atque eius exercitui posset. Ita 26, 9 Siquo vsus Operae sit. Et 27, 28 Siquo opera eorum opus esset. Nempe ita ponitur, ut Quo mihi diuitiae? etc. Virg. Aen. 1, 18 Siqua fata sinant. Charif. 2 p. 192 siquo, si aliquo modo.*  
 30  
 35

## S I R

**SIRAEVM,** i, n. Genus facticii vini, quod alii Hepsema, nostri Sappam vocant Plin. 14, 9.

**SIRAPA,** ae. f. Sirapa quomodo fiat Colum. 12, 49 in lemmate f. *summario, al. Samsa: agitur autem de reliquiis olearum, expresso oleo.*

**SIRBON,** onis: siue **SIRBONIS,** idis. [*Σιρβων, ἢ Σιρβωνίς*] *Stephano Palaestinae lacus, non procul a Cassio monte, olim CL. M. pass. circuitu: Plinii vero aetate in exiguae paludis angustiam contractus. Herodotus Serbonitidem vocat. Vid. Plin. 5, 13. Strab. 16.*

**SIREDON,** onis. f. Siredones pro Sirenibus Aufon. Eid. 11, 20. al. Sirenides.

**SIREMPS** et **SIREMPSE,** vox antiqua in legibus usurpata antiquis, et inde aliis restituta a viris eruditiss. Ponamus primo leges. Apud Gruterum p. 108 in fragm. legis iudiciariae, **PRAETORI QVAESTORIQUE OMNIUM RERUM QVOD EX HACE LEGE FACTVM NON ERIT SIREMPS LEX ESSET.** Ibid. p. 628 e tabula aenea **QVAM IN QVISQVE DECVRIAM ITA VIATOR LECTVS ERIT, IS IN EA DECVRIA VIATOR ESTO ITEM VTI CETERI EIVS DECVRIAE VIATORES ERVNT. QVAMQVE IN QVISQVE DECVRIAM ITA PRAECO LECTVS ERIT, IS IN EA DECVRIA PRAECO ESTO, ITA VT CETERI EIVS DECVRIAE PRAECONES ERVNT, SIREMPSQVE EIS VIATORIBVS DEQVE EIS VIATORIBVS Q. (i. Quaestori) OMNIUM RERUM IVS LEXQVE ESTO, QVASEI SEI EI VIATORIBVS IN EAM DECVRIAM IN TRIBVS VIATORIBVS ANTEA LECTEI SVBLECTEI ESSENT, QVAM IN QVISQVE DECVRIAM EORVM EX HAC LEGE VIATOR LECTVS ERIT: SIREMPSQVE EIS PRAECONIBVS DEQVE EIS PRAECONIBVS QVAESTORI OMNIUM RERUM IVS LEXQVE ESTO, QVASEI SEI EI PRAECONIBVS ANTEA LECTEI SVBLECTEI ESSENT, QVAM IN QVISQVE DECVRIAM EORVM EX HAC LEGE PRAECO LECTVS ERIT.** In Fragm. legis Thoriae  
 50  
 55  
 60  
 65  
 70  
 75  
 80  
 85  
 90  
 95  
 100  
 ap. Goesium p. 337 (qui ager ex) **PUBLICO IN PRIVATVM COMMVTATVS EST, DE EO AGRO SIREMPS LEX ESTO QVANSEI (quam si) IS AGER, etc.** In lege de aquaeductibus, *quam seruauit Frontin. p. 226. Poleni QVI ADVERSVS EA QVID FECERIT, ET ADVERSVS*  
 80 *EVM SIREMPS LEX IVS, (sic restituere viri docti ex Si remp. ex iussu) CAVSSAQVE OMNIUM RERVM OMNIBVS. QVE ESTO. Qui has leges inspiciat, ille inde colligat, puto, Siremps aut Aduerbum esse, et significare similiter, perinde, aequae; aut Adiectivum, quod notet simile, aequale, aut idem adeo. Iam audiamus Grammaticos. Paullus Festi, Siremps dicitur, quasi similis res ipsa. Habetur hoc in libris Catonis. Ipsius Festi verba ita suppleat a Scaligero viri eruditissimi: Siremps ponitur pro eadem vel proinde (vid. leg. perinde) quasi similis res ipsa. Cato in dissuadendo legemque (vid. leg. legem, quae) postea relicta est, Et praeterea rogas, ut quemquam aduersus ea si populus condemnauerit siremps lex fiet, quasi aduersus legem fecisset. Haec ille. Si ad ea sola attendamus, quae Festi sunt extra controuersiam, patet stare adhuc posse illam notionem, ut siremps sit similiter, perinde, eadem, aequae, etc. Sed intercedit Charisius qui l. 1 p. 116 Siremps inquit, tantum per Nominatiuum et Vocatiuum (sic legendum est non Ablatiuum, ut statim videbimus) declinatur, siremps ut tabis et pluris, ab hac Sirempse, plure, tabe. Caesare: ergo legere maluerint, similiter lex esto. Haec sunt corruptissima. Illud tamen, credo, apparet, fuisse Charisii aetate, qui Siremps interpretarentur per similiter. Idem Charisius l. 1 p. 73 Alia, inquit Nominatiuum et Ablatiuum habent, ut tabes, pluris, siremps, facit ab hac tabe, plure, sirempse. — Sirempse legitur in libris Catonis. Haec Veteres et Semiuetes. Reliqua multum habent ab ingenio Criticorum, quae tamen nibilo minus etiam veri multum videntur habere. Igitur Plaut. Amph. Prol. 73 quod vulgo legebatur*  
 95  
 100  
 Siue adeo Aediles perfidiose cui duint  
 Similem rem ipse in legem iussit esse Iupiter,  
 Quasi magistratum sibi alteriue ambiuerint,



monuit Lipsius Antiq. Lect. 1, 1 legendum esse Sirempse in lege iussit esse Jupiter, aut Sirempse legem: quod posterius postea receptum ab editoribus, qui Sirempse legem interpretantur, similem re ipsa legem. Apparet, posse etiam hic Sirempse adverbialiter poni, pro perinde aut similiter. Sen. Ep. 91 Vbi vero ad finem mortalium ventum est, Discede, inquit, ambitio: omnium quae terram premunt, Siremps lex esto. Ita emendavit Mureto teste Cuiacius, cui plaudunt posteriores merito. Erat in libris MSS. Sere miles esto. Vulgauerant, similes esto vel Seruus miles esto, etc. denique in Val. Probi notis, p. 1476 Gothofr. legebatur sic: S. R. L. E. I. C. Q. O. R. E. Si rem lex ex iussu, causaque omnium rerum esto. Sed emendat Lipsius l. c. probante ad h. l. Ernstio c. 23. Siremps lex eis iusque omnium rerum esto. Propius ad literas supra propositas, et lectiores ab Ernstio annotatas, et leges supra laudatas, legemus Siremps lex eis, ius, causaque omnium rerum esto.

SIREN, enis. f. [*Σαρήν*] *Monstrum maris*. Sirenes secundum fabulam partim virgines fuerunt, partim volucres, Acheloi fluminis et Calliopes Musae filiae. Harum una voce, altera tibiis, alia lyra canebat: et primo iuxta Pelorum, post in Caphareis insulis habitauerunt; quae illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundum veritatem meretrices fuerunt, quae transeuntes, quoniam quos ducebant ad egestatem, his fictae sunt inferre naufragia: has Ulysses contemnendo deduxit ad mortem. Haec Seru. ad Virg. Aen. 5, 863 Iamque adeo scopulos Sirenum aduecta subibat, etc. Hyg. F. 125 Partem superiorem muliebrem habebant, inferiorem gallinaceam. Ex monumentis hoc ostendit Spanh. Diff. 5 p. 251. Add. Brouckhus. ad Tib. 4, 1, 69. Claudian. de Rapt. Prof. 3, 254

#### Rapidis Acheloides alis

Sublatae Siculi latus obfedere Pelori  
Accensaeque malo iam non impune canoras  
In pestem vertere lyras. Vox blanda carinas  
Alligat, audito frenantur carmine remi.

Voces Sirenum Hor. Epist. 1, 2, 22. Scopuli Acheloidum Sirenum Ouid. Met. 14, 88. Volucres Sirenes Claud. de Rapt. Proserp. 3, 190. Vid. Claudiani Epigr. vlt. Dulce malum pelago Siren, etc. Sirenum ἀνδροκόβους ὠδὰς cantiones homicidas memorat Porphyr. de Vita Pythag. p. 4035 extr. Cruenta Cyclopium et SIRENARVM ora Tert. Apol. 7. Macrob. Somn. Scip. 2, 3 pr. Plato, cum de sphaerarum caelestium volubilitate tractaret, singulas ait Sirenas singulis orbibus infidere, significans sphaerarum motu cantum numinibus exhiberi. Nam Siren dea canens Graeco intellectu valet. ¶ 2 Sirenes, Aues in India, vid. Plin. 10, 49.

SIRENIVS, a, um. Ad Sirenes spectans. Gell. 16, 8 Tanquam apud Sirenios scopulos confenescas.

SIRIASIS, is. f. [*σείριος*] Plinio dicitur 12, 15 Oribus in canino fimo inuentis, adustio infantium quae vocatur siriasis, adalligatis emendatur. Add. Idem 30, 15. de distillatione adhibetur ab eod. 22, 21. vid. Solstitialis morbus. in SOL.

SIRIS, [*Νείλος*] ab Aethiopibus dicitur Nilus, antequam totus confluat. Nam ut inquit Plinius 5, 9 nec Ante Nilus dicitur, quam se totum aquis concordibus iunxit. Auienus Rufus ex Dionysio, Hic qua secretis incidit flexibus agros, etc. Dicitur Sirin autumat Stephan. et Eustath. a Sirio, quoniam sub ortum Canis per introitum Solis in Leonem augeatur, ut Hermolaus scribit.

SIRIVM, i. n. Nomen artemisiae herbae apud Italos. Apul. de Herb. c. 10.

SIRIVS, i. m. [*Σείριος*] Stella in ore Canis, cui aestus, qui solstitium consequi solent, tribuunt Poetae et alii. Stat. Silu. 1, 3, 5 — Nec calido latrauit Sirius astro. Nugantur multa de cognatione Canis caelestis et rabie canum aestiva Semiveteres. Vide si tanti est, Seruium ad Virg. Aen. 10, 273 Non fecus ac liquida si quando nocte cometae sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor. Sirius ardor est etiam Columel. 10, 289. Conf. Lucan. 10, 211. Sirio feruet vapore Prudent. Hymn. Epiph. v. 22. Rapidus Sirius Virg. Georg. 4, 425. Tum steriles exurere Sirius agros Virg. Aen. 3, 141. Sirius, interdum Solem significat, ut tradunt grammatici Graeci, ac quos accendit canicula morbos, soli acceptos ferre debemus: et Siriasis morbus est non tantum infantium, sed etiam virorum. Turnebus.

SIRIACVS, a, um. Adi. Et ceu firiaco torretur spica calore Auien. Phaen. Arat. in Virgine.

SIRO, onis. m. Sirones sunt pediculi intercutanei, vid. Pincier. Ot. Marp. 4, 21 ex Vet. Epigr. O siro, vermis paruule.

SIRPICES, quid rei essent, audiamus Varr. de L. L. 4, 3 p. 33, 24 Iripices regula cum pluribus dentibus, quam ut plaustrum boues trahunt, ut eruant quae in terra sunt: Sirpices postea S detrita, Iripices a quibusdam dicti. Rastelli, ut Iripices, serrae (f. farpae) leues, etc. vid. VRPEX.

SIRPO, are. SIRPVS, vid. SCIRPVS.

SIRRHVS, vid. SIRVS.

SIRVLVGVVS, i. m. Plin. 30, 15 f. 52 extr. Iidem auctores nominare Sirulugum, quod nec quale esset animal, nec vbi nasceretur tradiderunt: inter remedia superstitionosa.

SIRVS, [*σειρός, σείρος, siue σείρος*] Sirrhus Suidae, Spelunca est subterranea condendo obseruandoque frumento accommodata. Varr. de R. R. 1, 57, 2 Item huius generis granaria alia quidem habent sub terra, uti speluncas, quas vocant Siros, ut in Cappadocia, ac Thracia; alii ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginensi et Offensi. Horum solum paleis substernunt et curant, ne humor, aut aer tangere possit, nisi cum promitur ad usum. vid. Schoettgen ad h. l. Transmarinis quibusdam prouinciis puteorum in modum, quos appellant siros, exhausta humus editos a se fructus recipit Columel. 1, 6, 15. Siros vocabant Barbari: quos ita solerter abscondunt, ut, nisi qui defoderunt, inuenire non possint. in iis conditae fruges erant Curt. 7, 4, 24. add. Plin. 18, 30. it. Viri docti ad Hirt. 65 pr.

SIRVS scopae, vid. SYRVS.

#### S I S

SIS, [*ἡ βάλαι*] Pro Si vis, dixere veteres: idque ad verba imperativa, ne viderentur contumeliosa, addebant. Plaut. Amph. 1, 1, 130 Modo sis veni huc, inuenies infortunium. Cic. pro Rosc. Amer. 48 c. 16 Age nunc, refer animum sis ad veritatem. Ter. Eun. 4, 7, 29 Caue, sis, nescis cui nunc maledicas viro, vid. AGESIS, sub AGE. Vide, sis Perf. 1, 107. Inde in Plurali Sultis, pro Si vultis.

SISAMA, vid. SESAMA.

SISĀPO, onis. m. [*σισάπων*] teste Plin. 3, 1 Oppidum Hispaniae, unde et SISAPONENSIS regio in Baetica, ubi optimum minium nascatur, eodem Plin. auctore 23, 7.

- SISĀRA**, ac. f. [*ἑσάρα*] *Frutex, quem et Ericam siue Ericen vocant* Plin. 11, 16.
- SISĀRON**, siue **SISĀRVN**, i. n. [*σίσαρον*] *appellant Graeci, quod Latini Sifer, ubi vid.*
- SISER**, ēris. n. [*σίσαρον*] *Idem quod Sifarum. Plin. 20, 5 Sifer erraticum satiuo simile est et effectu: stomachum excitat, fastidium abstergit. add. Columel. 10, 114. et 11, 3.*
- SISIGAMBIS**, is. f. [*Σισιγάμεις*] *Vxor Darii ab Alexandro capta, de qua plura Curt.*
- SISON**, [*σίων*] *Semen exiguum in Syria nascens Apio simile, nigrum, feruens et oblongum Dioscor. 3, 53. Plin. 27, 13. Apul. de Herb. c. 94.*
- SISPES**, itis. m. et **SISPITA**, ac. f. *pro Sospes et Sospita. Vetus Inscript. apud Reines. p. 383 SACERDOS. IVNONIS. REGINAE. SISPITAE. LANVMVIANAE. Et paullo post, SACERDOTE. IOVE. SISP. i. Sispiti. Sispitem Iunonem, quam vulgo Sospitem appellant, antiqui vsurpabant, cum ea vox ex Graeco videatur sumta, quod est σίσπιον Festus.*
- SISPITA** est etiam Spanh. *de Vsu et Praest. num. Diff 7 p. 391. Sed in libris plerisque SOSPITA legitur, v. v.*
- SISTO**, stiti, statum, ēre. [*ἵστημι, παρίστημι, ἐπίστημι, καταπαύω*] *Facere vt aliquid stet, i. statuere, vel vt consistat, seu retinere. De hoc prius. Plin. 26, 12 Sanguinis profluuium sistit herbae paeoniae semen rubrum. Virg. Aen. 6, 465 Siste gradum, teque adspectu ne subtrahe nostro verbo, sta! Siste virum Sil. 12, 699. i. retine, stare iube. Aciem sistere, vid. ACIES. Alum sistere, Reprimere Plin. 20, 6. Aquam sistere fluuiis Virg. Aen. 4, 489. Bellum sistitur pace Ouid. Met. 14, 803. Ceruum vulnere sistebat Sil. 2, 98. i. progredi prohibebat. Sic Cuspide sistit 1, 382. Fana, vid. b. v. Fletus sistere Ouid. Met. 14, 835. Fugam Liu. 1, 12. et Tacit. Ann. 12, 39. Labores immentos Ouid. Met. 5, 490. Lacrimas Id. Fast. 6, 154. Legiones ferociter instantes Liu. 1. Metum Ouid. Epist. 20, 179. Mentem Sil. 10, 408. Minas Ouid. Trist. 1, 2, 60. Modum Idem Met. 15, 493. Opus Idem ibid. 3, 153. Pedem Idem Rem. Amor. 80. Profluuium genitale Plin. 7, 14. Sic 20, 7 Sanguinem sistit. Apud Eundem 20, 4 Sistere vlcera. Et apud Martial. 13, 116 Sistere ventrem. Querelas Ouid. Met. 7, 711. Virg. Aen. 6, 858 Hic Rem Romanam magno turbante tumultu Sistet eques. Augustus apud Sueton. c. 28 Ita mihi saluam ac sospitem Reimp. sistere in sua sede liceat. Hinc Stator Iupiter, etc. Ruinas sistere Plin. Pan. 82. Hinc Sisti non potest Plaut. Trin. 3, 2, 94 formula negantis remedium esse mali imminentis, vt si medicus neget sisti posse profluuium sanguinis. Liu. 4, 12 Si bello externo aggrauatae res essent, vix ope deorum sisti potuisset, ne rueret, intellige. Vid. Gronou. ad h. l. ubi copiose formulam illustrat. § 2 Sistere est statuere: Effigies sistere apud Palatium Tac. Ann. 15, 72, 2. Idem ibid. 2, 14 extr. Germanicus ad milites, Modo se, patris patrique vestigia prementent, iisdem in terris victorem sisterent, i. constituerent, suaque virtute efficerent. Templum iisdem vestigiis sistetur Tacit. Hist. 4, 53. Conf. Idem Ann. 4, 37. Tropaea monte Idem ibid. 15, 18, 1. Sed etiam Cic. Att. 3, 25 extr. Des operam, id quod mihi affirmasti, vt te ante Calend. Ianuarias, vbicumque erimus sistas. Virg. Aen. 6, 676 Tramite vos facili sistam. In primis ad iudicia pertinet. Cic. Off. 3, 45 c. 10 Vas factus est alter sistendi eius: vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Vlpian. in l. Si seruum D. Si ex noxali causa agatur, Si seruum in eadem causa sistere quis promiserit, et liber factus sistatur, etc. Plaut. Curc. 1, 3, 6 Vbi tu es, qui me libello Venerio citasti? ecce me sisto, ades contra: sisto ego tibi me, et mihi contra itidem vt sistas, suadeo. Et Trin. 3, 2, 94 Non sisti potest, video caculam militarem me futurum. Cic. Att. 10, 16 extr. Vlpian. in l. i §. 1 de eo per quem, etc. Verum qui alios quoque rogauerit, vt eum detinerent, vel abducerent, ne in iudicio sisteret. Et paullo ante, Qui impedit aliquid iudicio sisti. Sed et Vlpian. D. In ius vocat. vt cant. l. vlt. et D. Si quis in ius vocat. non ier. l. vlt. Pandectae Florentinae habent In iudicio, quod in iudicium al. Sic Paull. D. de eo per quem factum erit, etc. l. 2 Si actoris seruus domino sciente, et (quum possit) non prohibente, dolo fecerit, quo minus in iudicio sistam. Se sistere in iudicio Vlpian. D. Si quis caution. l. Non exigimus. Sistere se iudicio, Caius in l. Etli post D. Si quis caution. Sistere Vadimonium est, obire vad. vid. Sigon. de Iudic. 1, 20. Brisson. de Form. l. 5 pr. Add. Gell. 2, 14. quem damus n. 4. § 3 Observat. Sistere fana, cum dicerent, significabatur Lectisternia certis in fano locis componere Paull. Festus vero Sistere fana, ait, cum in vrbe condenda dicitur, significat Loca in oppido futurorum fanorum constituere, quod Antistius Labeo ait in commentario quinto decimo iuris Pontificii, Fana sistere, esse Lectisternia certis locis et diis habere. Sistere, pro Consistere et stare, Cic. Verr. 5, 223 c. 96 Qui Reimp. sistere negat posse, ni ad Equestrem ordinem iudicia referantur. Virg. Georg. 1, 479 — Sistunt amnes, terraeque dehiscunt, i. Stant, vel sistunt, non praefluunt. Pomponius Sabinus exponit, Sistunt, Subaud. Suos cursus. Sistere tertiam legionem in aggere iubet Tac. Hist. 3, 21, 3. Idem Ann. 4, 20 Vis tu quidem intra istum locum sistere. Sed Plaut. Mil. 3, 2, 36 Capite sistebas cadum. b. e. Inclinabas plane et euertebas, vt omnia effluerent. Sic Plaut. Curc. 2, 3, 8 Nec quisquam sit tam opulentus, quin cadat, quin capite sistat in via de semita. Et Plaut. Capt. 4, 2, 13 Eminor, interminor ne quis mihi obstiterit obuiam, etc. nam qui obstiterit, ore sistet, i. Ore terram calcabit, quem admodum pedibus caeteri sistere solent. § 4 Stiti, Praeteritum, Vlpian. in l. 1 D. de eo, per quem factum erit, etc. Si reus dolo actoris non stiterit, non habebit ex hoc edicto aduersus eum actionem. Gell. 2, 14 In libro veteri M. Catonis — scriptum sic erat, Quid si vadimonium capite obuoluto stitisses? Recte ille quidem stitisses scripsit: sed falsi et audaces emendatores e scripto per libros stitisses fecerunt, tanquam stitisses vanum et nihili verbum esset. Quin potius ipsi nequam et nihili sunt, qui ignorant, stitisses dictum a Catone, quoniam sisteretur vadimonium, non staretur. Sed Diomed. 1 p. 369 diserte idem Praeteritum esse affirmat Sisto, sistis, steti; sto, stas, steti; consisto, consistis, constiti; consto, constas, constiti. Eadem plane habet Charif. 3 p. 220 pr. Sed Diomed. 1 p. 376 Sisto, steti vel statui, quia duplici sensu fungitur. Nempe statui dicendum putat, quoties sisto transitiuum est, vt Sisto fugam. Consentius in arte p. 2065 extr. Sisto in iis refert, quae omnino deficiunt, vacante profus tempore (Praeterito) citra aliquam alterius substitutionem.*
- Falso, arbitror.**

**SISTENS**, entis. Part. Galba irruenti turbæ neque ætate neque corpore sistens Tac. Hist. 1, 35, 2. *i. resistens.*

**STITIO**, onis. f. *Statio.* Sol stitionibus annuis, luna modulationibus mensuris variat Tertull. de Pallio c. 2.

**STATVS**, a, um. Partic. Pass. a Sistor. Vlpian. in l. Si seruus D. Si quis cautionibus. Si plurimum seruorum nomine, iudicio sistendi causa, vna stipulatione promittatur: poenam quidem integram committi, licet vnus status non sit, Labeo ait: quia verum sit omnes status non esse. Neratius in l. Si procurator. D. eod. tit. Si procurator ita stipulatus, vt sistat duntaxat eum, quem stipularetur: non etiam poenam, si status non esset, stipuletur: propemodum nullius momenti est ea stipulatio. *Paulo post*, Vt quantum domini litis interfuit sisti, tantum ex ea stipulatione, non statoreo, procuratori debeat Vlpian. in l. 1 D. Si ex noxali causa agatur.

**STATOR**, oris. m. [*κλῆρις*] Qui apud magistratum assidue, *sistit, assistit, verbo, stat in officio et apparet*, apparitor. Cic. Fam. 2, 17 Literas a te mihi stator tuus reddidit Tharsi. Id. ibid. 2, 19 Vt ad te statores meos et lictores cum literis mitterem. *Stator Iuppiter dictus est, quia stitit, id est stare fecit Romanos in fugam a Sabinis versos, vid. Liu. 1, 12.* Cic. in Catil. 2, 12 Senatum in aedem Iouis Statoris vocavi. Sic de Fin. 3, 66 Iouem quum optimum et maximum dicimus, quumque eundem salutarem, hospitem, statorem dicimus, hoc intelligi volumus, salutem hominum in eius esse tutela, *vid. Ouid. Fast. 6, 793.*

**SISTRVM**, i. n. [*σῆστρον*] Musicum instrumentum, f. crepitaculum potius, peculiare Aegyptiorum, quo vtuntur in Isidis sacris, argutum et sonorum. Ouid. Amor. 2, 13, 11 Per tua sistra precor, per Anubidis ora verendi. Sen. de Vita Beat. c. 27 Cum sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur; cum aliquis secandi lacertos suos artifex, etc. — concurritis et auditis, et diuinum esse eum — affirmatis. Apul. Met. 11 p. 261. 34 de pompa Isaca, Aereis et argenteis, immo vero aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes. Idem 2 p. 127, 11 Arcana Memphisitica, sistra Phariaca coniungit. Martial. 14, 54 Haec quatiat tenera garrula sistra manu. Sistrum est etiam Aeneum crepitaculum, cuius per angustam laminam in modum baltei recuruatam, traiectae mediae paucae virgulae crispante brachio trigeminos ictus reddunt argutum sonorem, vt describit Apul. Met. 11 p. 258, 32 Sistrum, apud Aegyptios vicem Tubae exhibebat. Virg. Aen. 8, 696 — Patrio vocat agmina sistro. Aegyptia sistra Ouid. Amor. 3, 9, 34. Multifonum sistrum Stat. Silu 3, 2, 103. Quanti sistro personat Io Valer. Argon. 4, 418. Sonabile sistrum crepuit Ouid. Met. 9, 783. Tinnula sistra Ouid. ex Pont. 1, 1, 38.

**SISTRĀTVS**, a, um. *i. Sistrum gerens, vt hastatus, pharetratus: et est proprium epitheton sacerdotum Isidis.* Martial. 12, 29 Linigeri fugiunt calui sistrataque turba.

**SISVRNA**, vel **SVSVRNA**, ae. Vox plebeia, significans vulgarem stragulam f. tunicam ex pellibus Ammian. 16, 6. *vid. Vales. p. 115.*

**SISYMBRIVM**, i. n. [*σισύμβριον*] Herbae genus, quod prouenit, vt Dioscoridi placet, in incultis, hortensi mentae proximum, latioribus tantum foliis, et odoratoribus. Ouid. Fast. 4, 869 Cumque sua dominae data grata sisymbria myrto. Conf. Plin. 10, 20 et 22. et 19, 8. Apul. de Herb. c. 62 et 105. Pallad. April. t. 3.

**SISYPHVS**, i. m. [*Σίσυφος*] Aeoli filius, ob latrocinia a Theseo occisus, et hac poena affectus apud inferos, vt grande saxum monte voluere aduerso coactus, quum ad apicem deduxerit, continuo illo relabente nouum laborem subeat. Ouid. Met. 4, 460 Aut petis, aut vrges rediturum sisyphæ saxum. Sic Met. 13, 26 Quod etiam respexit Virg. Aen. 6, 616 Saxum ingens voluunt alii, radiisque rotarum Districti pendent. Aeolides Sisyphus Hor. Carm. 2, 14, 20. Sisyphus Meropem Atlantidis filiam, Pleiadum septimam, uxorem duxerat. Ouid. Fast. 4, 175 Septima mortali Merope tibi Sisyphæ, nupsit. Sed al. Tantale.

**SISYPHIVS**, a, um. Adi. Sen. Herc. Fur. 751 Ceruice saxum grande Sisyphia iacet. Ouid. Met. 13, 32 de Vlyssæ, — Quid sanguine cretus

Sisyphio, furtisque et fraude simillimus illi,  
Inferit Aeacidis alienae nomina gentis? Et paullo ante,  
Aeacus huic pater est, qui iura silentibus illic  
Reddit, vbi Aeolidem saxum graue Sisyphon vrget.

**SISYRINCHIVM**, i. n. [*σισύρινχιον*] Bulbi genus, cuius imae radices hieme crescunt, verno autem tempore cum apparuerit viola, minuuntur ac contrahuntur, bulbo interim pinguescente Plin. 19, 5 et 6.

## S I T

**SITA**, vel **SITIA**. [*τὰ σῖτα vel σῖτια*] Cibus, cibi praesertim ex frumentis.

**SITANIVS** melius **SETANIVS**, a, um. Adi. [*σητανίος*] Sitanius panis dicitur ex frumento trimestri factus. Plin. 22, 25 f. 68 Sitanius, hoc est trimestris, incussa in facie, aut disquamata cum melle aptissime curat. conf. 18, 7 f. 12.

**SITARCHIA**. [*σιταρχία*] Praefectura annonae fuerit. Sed **SITARCIA**, ae. f. [*σιταρχία Aristoteli*] Commeatus et viaticum, nauigantium in primis. Apul. Met. 2 p. 119, 29 Hae Sitarcia (sic legendum contra omnes librarios, qui adspirationem centies alias quoque inculcant) nauigium Veneris indiget sola: de cibo et vino. Nempe alias plura comprehendit Sitarcia: Schol. Iuuen. ad 12, 61 Adspice fumendas in tempestate secures, Inter Sitarciam (etiam hic importuna adspiratio comparet) et securem necessariam putato ad nauem vehendam. Hieron. Prol. ad N. T. Satisque miror, Eusebi doctissime, cur Romam subito nauigaturus, hanc tibi a me quasi sitarciam (sic leg. cum Frobeniana non Sitarciam, quod nihili est) dari volueris. Idem in Vita Malchi extr. Quibus (camelis dromedariis) ascensis, et noua Sitarcia, id est annona, (haec tria verba glossa videntur) refocillati, decima tandem die ad Romana per desertum castra venimus. Petr. Chrysol. Serm. 8 pr. Verum quia per campos nudos, per falsos vortices, per incertas solitudines (leg. solitudines) acturi sumus viam, nobis tota est escæ et potus portanda substantia: imponamus abundantem misericordiam, nostrae sitarciae (delenda enim adspiratio) profuturam. Pro ipso vase, quo continetur, ponitur Vulg. 1 Sam. 9, 1007 Panis defecit in sitarcis nostris. Sic Sixti V. editio. Al. Cistarcis. Isid. 20, 9 de vasis repositoriis, Sitarciae nauarum sunt. Bene sed absurde quod addit, ab eo, quod futae sunt. Σῖτος cibus: ἀπὸ σῖτος sufficit.

**SITELLA**, *vid. SITVLA.*

**SITOCOMIA**, **SITONIA**, **SITOSTASIS**, *vid. mox ff. l.*

**SITHONIA**, ae. f. [*Σιθονία*] Regio litoralis Macedoniae, in

- qua mons est Sithon ntuofus.* Virg. Ecl. 10, 66 Sithoniasque nives hie-  
 mis subcamus aquofae. *Hoc etiam nomine dicta fuit Thracia, vel Si-*  
 thon potius, ut ait Gell. 14, 6.
- SITHŌNIS, idis. f. [*Σιθωνίς*] Ouid. Epist. 2, 6 Nec vehit  
 5 Aetneas Sithonis vnda rates: *navis Attica non venit ad litora Thraciae.*  
 SITHŌNIVS, a, um. Adj. [*Σιθωνίος*] Vt, Agri Sithonii Ouid.  
 Met. 13, 571. Aquilo Sithonius Idem Epist. 11, 13. Matres  
 Sithoniae Sen. Herc. Oet. 1894. Nurus Sithoniae Ouid. Met. 6, 588.
- SITICINES: ut Liticines a Lituio, vt Tubicines a Tuba, ita Si-  
 10 ticines, qui apud funeratos, et sepultos, hoc est, iam fitos canere soliti  
 erant, honoris causa, cantus lamentabiles. Hoc in libris conlecta-  
 neis Attei Capitonis inuenitur, et Cato id vocabulum indubitanter ap-  
 posuit. Haec Nonius 1, 268. Eadem fere Gell. 20, 2. Kirchm. de  
 Fun. Rom. 2, 4 p. 135 et 146.
- SITIS, is. f. [*δίψα, δίψος*] Bibendi appetitus et metaphor. appe-  
 titus unusquisque vehementior: tum alia metaphora siccitas et ariditas etiam  
 rerum inanimatarum. Plin. 11, 34 Aequae est mira sanguinis et hirudinum  
 generi in palustri aqua fitis. Deserta fiti regio Virg. Aen. 4, 42 Ob fitim  
 caeli terrarumque deserta Mela 1, 4. Anhela fitis, Quae homines reddit  
 20 anhelantes Lucret. 4, 873. Auida, vid. AVIDVS. Infedabilis,  
 vid. INSEDATVS. Importuna Hor. Epist. 1, 18, 23. Morosa  
 fitis, i. Difficilis Martial. 14, 105. Rabida Sen. Herc. Oet. f. 8.  
 Abluitur fitis de corpore, Restinguitur Lucret. 4, 873. Accendere fitim,  
 vid. ACCENDO. Adduxere fitim tempora Hor. Carm. 4, 12, 12.  
 25 Ardere fiti Claud. in Ruff. 1, 104. Auertere fitim fluuio Sil.  
 8, 574. Colligere fitim Ouid. Met. 5, 446. Compescere fitim multa  
 vnda Idem ibid. 4, 103. Compescuisse fitim Scribon. 105.  
 Consumi fiti, vid. CONSUMO. Defendere fitim fonte Sil. 7, 170.  
 Cic. de Finib. 1, 37 Quum cibo potioneque fames fitisque Depulsa est.  
 30 Deponere fitim in vnda Ouid. Met. 4, 98. Enecius fiti Tantalus  
 Cic. Tusc. 1, 10 c. 5. Excessit fitim potio Cels. 1, 2. h. e. Maior  
 largiorque quam pro fiti fuit. Excutere fitim vndis Sen. Herc. Oet. 8.  
 Expellere . . . Ouid. Trist. 3, 11, 57. Cic. de Senect. 26  
 Graecas literas senex didici, quas quidem sic aulde arripui, quasi diu-  
 35 turnam fitim Explere cupiens. Exstincta est fitis bibendo Ouid.  
 Met. 7, 569. Exurit miseros fitis Lucret. 3, 930. Conf. Curt.  
 4, 16, 13. Findit fiti arua Canis aestifer Virg. Georg. 2, 353.  
 Finit fitim copia lymphae Hor. Epist. 2, 2, 146. Flagrat fiti in-  
 censum cor Sen. Thyest. 1. Leuare fitim de fonte Ouid. Met.  
 40 15, 322. Pellere fitim Hor. Carm. 2, 2, 14. Pulsa fitis fluuio  
 Stat. Theb. 5, 1. Cic. Philipp. 5, 19 Ipse interea, etc. de me in  
 Tiburtino Scipionis declamauit, fitim Quaerens, haec enim ei causa  
 esse solet declamandi. Releuare fitim Ouid. Met. 6, 354. Aqua  
 paullisper Repressit fitim Curt. 7, 5, 7. Restinguere fitim riuo  
 45 Virg. Ecl. 5, 47. Sedare fitim flumine Lucret. 2, 662. Ouid.  
 Met. 3, 415 Dumque fitim sedare cupit, fitis altera creuit. Idem  
 ex Pont. 3, 1, 17 Nec tibi sunt fontes, laticis nisi paene marini: Qui  
 potus dubium est, sistat alatne fitim. Sorbet ora fitis Stat. Theb.  
 3, 329. Torret miseros fitis arida Lucret. 3, 930. Torret arenti  
 50 fiti arua Canis Tibull. 1, 4, 42. Vincere fitim Sen. Herc. Oet. 5. Vrit  
 guttur arida fitis Ouid. Met. 11, 130. Vsserat herbas fitis Idem Fast.  
 4, 299. Pro metaphorica ratione laudatur ex suppositis Plauto,  
 Cupio te amplecti, neque aliter fitim iamdiu conceptam sedare possum.  
 Cic. in Parad. 1 Neque enim vnquam expletur, nec satiatur cupidi-  
 55 tatis fitis. Argenti fitis Hor. Epist. 1, 18, 23. Famae fitis Iu-  
 ven. Sat. 10, 140. Scelerata fitis praedae Claud. in Ruff. 1, 220.  
 Facere alicui fitim audiendi Quinctil. 6, 3.
- SITICVLA, ae. f. [*δίψα*] Gloss. Lat. Gr.
- SITIO, iui, ire. [*δίψω*] Potu egere, etc. Cic. in Pison. 61 c. 25  
 60 Ipse cum hominibus quindecim male vestitis ad portam Caelimonta-  
 nam sitiens peruenerim. Ipsi fontes iam sitiunt Idem Qu. Frat. 3, 1.  
 Gemmant vites, sitiunt agri Idem in Orat. 81 c. 24. — Et, Sitire fe-  
 getes Quinctil. 6, 6. Virg. Ecl. 7, 57 Aret ager: vitio moriens  
 fitit aëris herba. Idem Georg. 4, 402 Cum sitiunt herbae, et  
 65 pecori iam gratior vmbra est. Tellus tota fitit Ouid. Fast.  
 4, 940. Pass. Plin. 17, 2 Sed quomodo fititur distillans, vid.  
 INGVRGITO. Ouid. Fast. 1, 216 Sic quibus intumuit suffusa  
 venter ab vnda, Quo plus sunt potae plus sitiuntur aquae. Vid. Periz.  
 ad Sanct. 3, 3, 10 p. 313. Sitire, per translationem, Cic. Qu. Frat.  
 70 3, 4 (5) Nec sitio honores, nec desidero gloriam. Idem Philipp.  
 5 c. 7 Qui sanguinem nostrum sitiebat. Iustin. 1, 8, 13 Tomyris  
 ad caput Cyri, Satia te sanguine, quem sitisti, cuiusque infatiabilis  
 semper fuisti.
- SITIENS, entis. Partic. Vt, Cic. Tusc. 5, 16 Quoque affluen-  
 75 tius voluptates vndique hauriat, eo grauius, ardentiusque sitientem,  
 nonne recte miserrimum dixeris! Annus sitiens Plin. 13, 4. Cic.  
 Att. 2, 14 Proinde ita fac venias ad sitientes aures. Tisiphone  
 sitientes perluit Artus Petron. c. 120. i. sanguinem bibit. Hortus  
 sitiens Ouid. ex Pont. 1, 8, 60. Loci sitientes Plin. 12, 28. Luna  
 80 sitiens Plin. 17, 9 f. 8. et Cat. c. 29 dicitur, quando interlunium est.  
 vid. Meurf. ad Cat. Harduin. ad Plin. Famae sitiens Sil.  
 3, 578. Sermonis sitiens Claud. Conf. Mall. Theod. 251. In  
 oriente gignitur Spina, quae sitiens vocatur Plin. 13, 25. Cic. pro  
 Planc. 13 c. 5 Deinde sitientem me Virtutis tuae deseruisti, ac dereli-  
 85 quisti. Plin. 10, 73 Orygem perpetuo sitientia Africae generant, et  
 natura loci potu carentem, et mirabili modo ad remedia sitientium.  
 Idem 25, 11 Nascitur in sitientibus.
- SITIENTER, Adu. [*δίψαλέως*] Ardenter. Cic. Tusc. 4, 37  
 c. 17 Nec sitienter quid expetens. Haurire Prudent. Cath. 4, 88.  
 90 Hauriendis voluptatibus sitienter incumbere Lactant. 2, 1. Huius  
 sitienter sanguinem lambunt Min. Felix 9, 7.
- SITIBVNDVS, a, um. Adj. [*δίψαλέως* Onomast. Vet.] Vebe-  
 menter sitiens. Plaut. Aul. Suppos. 28 In opibus magnis pauperes, et  
 sitibundi in medio oceani gurgite.
- SITICVLOSVS, a, um. Aliud Adj. [*δίψαλέως*] Idem. Plin.  
 23, 6 Melimela et reliqua dulcia stomachum et ventrem soluunt, siti-  
 culosa, aestuosa, sed nervos non laedunt. Siticulosa loca, Aspera  
 et arida. Columel. de Arbor. 16 Sed si aspera et siticulosa loca ar-  
 boribus obserenda erunt. Idem 3, 11 Id autem solum vel vligino-  
 00 sum est, vel salsum, vel amarum, et vel siticulosum, et peraridum.  
 Apulia siticulosa Hor. Epod. 3, 16. Conf. Vitruu. 7, 2. Pallad. Ian.  
 t. 13. Sidon. 2, 2.
- SITITOR, oris. m. Apul. Met. 1 pr. Sititor nouitatis.
- SITOCOMIA, ae. f. [*σιτοκομία*] curam rei frumentariae significare  
 05 potest. Legitur in rubrica s. titulo Cod. Iustin. 10, 27 Vt nemini li-  
 ceat

ceat in emtione specierum se excusare, et de munere Sitoconiae. *Malit autem Cuiacius legi Sitioniae vel Sitionici.*

SITONA, ae. m. [*σιτώνης*] Curator emendi frumenti. Arcad. Charif. l. 50 Dig. t. 4 l. 18 §. 5. Papir. 50 t. 8 l. 9 §. 6.

SITONIA, ae. f. ab Vlpiano in l. 2 pr. Sextumdecimum aetatis, ff. De Vacatione et Excusat. muner. (50, 5) appellatur. Sextumdecimum, inquit, aetatis annum agentem ad munus Sitioniae vocari non oportet. Idem Vlpianus in l. 2 de Administrat. rer. ad ciuit. pert. (50, 8) de huiusmodi munere copiose disserit.

SITOSTASIVS, i. m. l. 1 C. de Frumento Alex. vocari quibusdam videtur, qui vendendo frumento praest, certam stationem seu locum ad illud officium exercendum tenet. Sed Gothofr. Zygoftasii munere, vid. ZYGOSTATES.

SITTACE, es. f. i. pfitacus. India hanc avem mittit, Sittacem vocat, viridem toto corpore Plin. 8, 42. Vid. statim SITTACENE.

SITTACENE, [*Σιττακηνή*] Regio Asiae, Medis ad meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicta. Sittacene autem appellata a Sittace urbe, regionis totius capite Plin. 6, 27.

SITTYBVS, vid. SILLYBVS.

SITVLA, ae. f. [*σιτύλος*] Vas hauriendae ferendaeque aquae, quo praeterea uti solebant in omni sortium genere. De aqua ferenda Plaut. Amph. 2, 2, 39 ad puerperii mentionem Sofias, Si situlam cepero, nunquam tu mihi diuini quidquam creduis post hunc diem. Sic Ictus, Rota quoque, per quam aqua trahitur, nihilo minus aedificii est quam situla Paull. l. 40 §. fin. D. de Contrah. Emt. De sorte Plaut. Caf. 2, 6, 7 Sortiar illa in situla. Idem Caf. 4, 17 Et situlam huc tecum afferto cum aqua, et fortes. Al. Sitellam, v. v.

SITVLVS, i. m. Idem. Situli pendentis aerei congiales Vitruu. 10, 9. Situlus aquarius Cato de R. R. 10 et 11.

SITELLA, ae. f. Dimin. [*σιτέλλω* Gloss. Lat. Gr. *σιτέλλω*] Plaut. Caf. 2, 5, 34 Coniiciam fortes in sitellam, et sortiar tibi et Chalino. Etiam in sortitione comitorum. Cic. pro Cornel. in Fragm. Et de N. D. l. c. 38 Ti. Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octauio deferentem sitellam. Idem pro Corn. Balb. 1 Neque maius est legere codicem quam intercedatur, quam sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre. Liu. 25, 3 Sitella allata est.

SITVĀTVS, a, um. Laudatur Florus 2, 18 Numantia edito in tumulo apud flumen Durium situata. Sed meliores Sita legunt.

SITVS, a, um. [*σιτύς*] Positus. Tum proprie, tum quatenus Metaphora consueta significat relationem ad rationem, causam, facultatem, etc. Plaut. Capt. 3, 4, 4 Res omnis in incerto sita est. Ter. Phorm. 1, 2, 47 Ea sita erat ex aduerso. Situs in: ut, Cotem quoque eodem loco sitam fuisse memorant Liu. 1, 36. Idem 30, 24 Ea situm ab alto claudit, in quo sita Carthago est. In eo sitam vitam beatam putas. Cic. Tusc. 5 c. 12. In te spes omnis Hégio nobis sita est Ter. Adel. 3, 4, 9. Adolescens minima in Spe situs Id. Heaut. 5, 2, 44. Cic. de Finib. 1, 57 Est autem situm in nobis, vt et aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, et secunda iucunde ac suauiter meminerimus Ter. Andr. 1, 5, 41. Cic. Acad. 4, 7 50

Aut ei sensus adimendus est, aut ea, quae in nostra potestate sita, reddenda assensio. Idem pro Muraen. 83 c. 38 Quanquam huiusce rei potestas omnis in vobis sita est Iudices, totam Remp. vos in hac causa tenetis, vos gubernatis. Iterum proprie, Scissa nec ad manes, sed sita diues Humus Martial. 12, 63. i. metalla nondum quaesita in humo intima, et velut in sede Manium. Vt Positus, sic etiam Situs, pro Conditus, Tacit. Ann. 3, 38 Urbemque Philippopolim a Macedone Philippo sitam. Idem Hist. 3, 72 Iisdem rursus vestigiis situm est. add. Idem Ann. 6, 41, 3. et Hist. 4, 33, 2. Ara sita Druso, pro Posita, siue constituta Druso Tac. Ann. 2, 7. Vallum, quod duabus legionibus situm Id. Hist. 4, 22, 5. ¶ 2 Sici, inquit Cicero de Legib. 2, 57 c. 22 dicuntur ii, qui conditi sunt, nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam facta iusta et corpus incensum est. Declarat hoc initium Epigrammatis Enniani in Africanum, quod damus supra in OPERAE PRETIUM. Liu. 1, 2 extr. de Aenea, situs est super Numicium flumen. Et 26, 25 Hic siti sunt Acarnanes, qui aduersus vim atque iniuriam Aetolorum pro patria pugnantem mortem occubuerunt. Ter. Phorm. 1, 2, 47 Ea sita erat ex aduerso neque — quisquam aderat, qui adiutaret funus. Ergo de cadauere nondum sepulto. vid. SITICINES.

SITVS, ús. m. [*σιτύς*] Positus, siue positio, et qualitas loci. Caes. Bell. Gall. 5, 55 Situm castrorum cognoscere. Idem ibid. 3, 12 Erant eiusmodi fere situs oppidorum. Cic. Verr. 6, 3 Nam ipsa Messana, quae situ, moenibus portuque ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sane vacua atque nuda est. Membrorum situs Id. Tusc. 1, 45. et de Nat. Deor. 2 c. 61. Partium corporis Idem Acad. 4 c. 39. Terrarum situs dicere Hor. Epist. 2, 1, 252. Regalis situs pyramidum Hor. Carm. 3, 30, 2. Aquilonius situs, vid. b. v. ¶ 2 Situm simpliciter pro regione posuisse videtur Plin. 32, 1 extr. Et omnium piscium adipe camelos perungi in eo situ, vt asilos ab his fugent odore. Sic 12, 23 l. 50 Sphagnos infra eos situs in Cyrenaica prouincia maxime probatur. Et 16, 18 l. 30 In eosdem situs comitatur et spina, nuptiarum facibus auspiciatissima. Praecesserat Gaudet frigidis locis Sorbus, etc. ¶ 3 Situs quies est, et agitationi opponitur. Virg. Georg. 1, 72 Et segnem patiére situ (dum non mouetur, aratur) durefcere campum. Pulebre Columel. 2, 2, 6 Nos de agitatione terrae nunc loquimur, non de situ, i. de aruis, et ea agri parte, quae mouenda aratro, non de pratis, quae non foduntur, subiguntur, sed immota iacent. ¶ 4 Situs est vitium quodcumque a quiete et motu negato, itemque ab excluso aere, contractum: ac deinde metaphoricè, si quid ab inertia, a vita item umbratica et obscura, vitii oritur. Caeruleo tenebrosa situ tellus Valer. Flacc. 3, 400. de inferis. Sic Seruio ad Aen. 6, 464 Situs est Lanugo ex humore procreata, quae fit in locis sole carentibus. Donatus: Situs est corruptio ex humore et diuturnitate contracta, qua deteriores fluunt species vno loco et prolixo tempore constitutae. Plin. 21, 6 Pessimum crocum, quod situm redolet. Plin. in Paneg. 50 Datur intueri pulcherrimas aedes deterfo situ adauctas, ac vigentes. Situs, [*σιτύς*] vt iam inuimus, est etiam in vultu, capite, totoque corpore et habitu, praesertim inopum, qualem Lucanus describit 6, 516 Foeda situ macies. Virg. Aen. 7, 440 Sed te victa situ, verique effoeta senectus. Situs in vetustate sentit celerrime malobathrum Plin. 12, 26. Columel. 4, 24 Iam vero muscus, qui more compedis crura vitium deuincta comprimit, situque et veterino macerata, ferro distringendus et eradendus est. Loca senta situ, Squalida

Virg. Aen. 6, 462. Araneofus fitus Catul. ad Tallum f. 23, 3.  
 Immundus fitus Ouid. Amor. 1, 12, 30. Iners fitus, *Ignava desidia*  
 Ouid. ex Pont. 1, 6, 8. Informis fitus et deserta vetustas Hor.  
 Epist. 2, 2, 117. Longo aevi fitu qualitatem caeli statumque mu-  
 5 tari Columel. 2, 1. Turpi fitu canescunt caesta Ouid. Amor.  
 1, 8, 52. Corrumpti fitu Plant. Truc. 5, 29. Depellere si-  
 tum curis Stat. Silu. 5, 3, 34. Detergere situm ferro Sil. 7, 534.  
 Quinctil. 1, 2 Excitanda mens et attollenda semper est, quae in hu-  
 iusmodi secretis, aut languescit, et quendam velut in opaco situm du-  
 10 cit, aut contra tumescit inani persuasione. Exesi fitu ligones  
 Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 195. Horrent fitu campi Idem de Rapt.  
 Proserp. 3, 37. Obductus cano fitu color, *vid. OBDUCO.* Ob-  
 rutum fitu vetustatis, *vid. OBRVO.* Paterculius 2, 126 Sepultae,  
 ac fitu Obsitae, iustitia, aequitas, industria, civitati redditae. Mil-  
 15 tis in tenebris Occupat arma fitus Tibull. 1, 1, 50. Pati situm in-  
 dignum Stat. Theb. 3, 100. Pigro fitu perit forma Ouid. Amor.  
 2, 3, 14. Rigido fitu relicta cessat terra Ouid. Trist. 3, 10, 70.  
 Squalent foedo fitu scepra Claud. de Rapt. Proserp. 1, 81. Et fitus  
 in thalamis et moesta silentia mensis Stat. Silu. 2, 1, 68. *vid.*  
 20 *Barth. ad b. l. p. 174.*

## S I V

SIVE, [*ἢ, ἔτ\**] *Coniunctio, ex Si et Ve composita, disiungere duo  
 aut plura membra orationis solet.* Ouid. Epist. 1, 15  
 25 Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum;  
 Antilochus nostri causa timoris erat:  
 Siue Menoetiaden falsis cecidisse sub armis:  
 Flebam successu posse carere dolos.  
 Hor. Serm. 2, 5, 10 — Turdus Siue aliud priuum dabitur tibi, deuo-  
 let illuc. *Et Ca. m. 1, 6, 19 Cantamus vacui, siue quid vrimur,*  
 30 *etc.* Ter. Andr. 1, 2, 16 Dehinc postulo, siue aequum est, te oro.  
 Cic. ad Qu. Fratr. 1, 1, 3 Contraque erigas et resistas, siue etiam vitro  
 occurras negotiis. Ter. Andr. 1, 3, 11 Siue ista vxor, siue amica  
 est, grauida e Pamphilo est. Cic. Acad. 4, 33 Quamobrem siue tu  
 probabilem visionem, siue improbabilem, et quae non impediatur,  
 35 vt Carneades volebat, siue aliud quid proferes, *etc.* Conf. Idem Fam.  
 13, 30. Plin. Epist. 2, 41 Quae praestant multarum vrbium faci-  
 eciem, siue ipso mari, siue litore vtare. *Siue aliquando Explanandi  
 vim habet, siue declarandi.* Quinctil. 1, 6 Vt Aristarchus et aetate  
 40 nostra Palaemon, qui vocabulum siue appellationem nomini subie-  
 cerunt. Virg. Aen. 2, 34 Siue dolo, seu iam Troiae sic fata fe-  
 rebant. *Add. Ouid. ex Pont. 1, 3, 31. et Trist. 3, 6, 17 et 18.* Seu,  
 siue Idem Trist. 3, 8, 25 et 26. Quinctil. 11, 3 Manus sinistra  
 45 nunquam sola recte gestum facit, dextrae se frequenter accommodat,  
 siue in digitos argumenta digerimus, siue auersa in sinistrum palmis  
 abominamur, siue obicimus aduersas, siue in latus vtrumque distendi-  
 mus, siue satisfacientes, aut supplicantes.  
 SIVM, i. n. *Herba.* Plin. 22, 22. et 26, 8.

## S M A

50 SMARAGDVS, vel ZMARAGDVS, i. m. [*σμάραγδος*] *Gemma,  
 qua oculorum acies recreatur, eaque nihil viridius.* Plin. 37, 5 Sma-  
 ragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius com-  
 paratum illis viret. Praeterea foli gemmarum, contuitu oculos im-  
 plent, nec fatiant, *etc.* Martial. 5, 11 Sardonychis, smaragdos,  
 55 adamantas, iaspidas, vno Portat in articulo. *Penultima ob mutam  
 cum liquida correpta.* Nitor smaragdi collo praefulget tuo Phaedr.  
 3, 19, 7. Albicat insignis misto viridante smaragdo Auctor Carm.  
 de Phoenice. Claris smaragdis lucens solium Ouid. Met. 2, 24.  
 60 Grandes viridi cum luce smaragdi Lucret. 4, 1119. Graues sma-  
 ragdi Claud. de Nupt. Hon. 88. Virides smaragdi Ouid. Amor.  
 2, 6, 21. Zmaragdus scribendum esse volunt Brouckb. ad Tibull.  
 1, 1, 51. et 2, 4, 27. *Burm. ad Petron. c. 55 p. 273. et ad Ouid.  
 Met. 2, 24.*  
 SMARAGDYNVS, a, um. Adi. [*σμαραγδίνος*] *Quod factum est  
 65 ex smaragdo, vel colorem Smaragdi habet.* Apic. 3, 1 Olus  
 smaragdinum. Emplastrum, quod peruiride est, smaragdi-  
 num appellatur Cels. 5, 19, 4.  
 SMARAGDINEVS, a, um. Adi. Atque smaragdineo ianua  
 poste viret. Venant. Fortunat. 8, 6. Viriditas Mart. Cap. 1.  
 70 SMARAGDITES, ae. m. Genus marmoris smaragdim re-  
 ferens. Item Montis nomen, in quo legebantur smaragdi, *vid.*  
 Plin. 37, 5.  
 SMARIS, idis. f. [*σμαρίς*] *Piscis exigui genus, mari peculiare,  
 75 quod Theodorus ex Aristotele Cerrum vertit.* Plin. 22, 10 f. 46 Mu-  
 lieribus copiam facit Glauciscus e iure sumtus, et Smarides cum pti-  
 sana suntae, vel cum foeniculo decoctae. *Add. Idem 32, 6. 7. 11.*  
 Ouid. Halieut. v. 120.

## S M E

80 SMEGMA, ätis. n. [*σμήγμα*] *dicitur quidquid purgat, a σμήχω,  
 purgo, abstergo.* Plin. 22, 25 Si vero caelesti aqua discoquantur,  
 succus ille smegma fit, quo fouere gangraenas, vtilissimum. *Deter-  
 forium etiam medicamentum est* Plin. 24, 7 Item mastiche lentisci re-  
 85 plicandis palpebris, et ad extendendam cutem in facie, et smegma-  
 ta adhibetur.  
 SMEGMATICVS, a, um. Adi. [*σμηγματικός*] Plin. 31, 7  
 sub f. Sudorem ciet, aluum soluit in vino et aqua, acopicis et smegma-  
 ticis vtilis, *b. e. Medicamentis, quae lassitudinem tollunt, et deterforiis.*  
 SMECTICVS, a, um. [*σμηκτικός*] *dicitur, quod habet vim ab-  
 90 stergendi et purgandi.* Plin. 30, 4 Omnium quidem cochlearum  
 cinis spissat, calcacit smectica vi.  
 SMERDIS, is. in. *Cambyse Persarum regis frater, quem cum Camby-  
 ses per somnium vidisset regio throno insidentem, metuens ne regnum occu-  
 95 paret, occidi iussit.* Fuit et alter Pseudo-Smerdis, Magus, qui post  
 Cambyse mortem, fratrem se illius esse adsimulauit, eoque astu in regni  
 successionem irrepfit. *Regnavitque aliquot menses, donec fraude per Phae-  
 dimam, Otanis filiam detecta, conspiratione septem optimatum est interfe-  
 ctus.* Herodotus 2. et Iustin. 1, 9.

## S M I

100 SMILAX, äcis. f. [*σμίλαξ*] *Arbor.* Plin. 16, 10 Similis etiam-  
 num his adpectu est taxus minus virens, gracilisque et tristis ac dura,  
 nullo succo, ex omnibus sola baccifera. *Et paullo post, Hanc Sestius  
 smilacem a Graecis vocari dixit, et esse in Arcadia tam praesentis ve-  
 105 nis etc.* *Vetus codex habet Milacem.* Dioscor. 4, 83 Smilax a Grae-  
 cis, Taxus a Latinis appellatur, *etc.* ¶ 2 Genus herbae  
 Plin.

Plin. 24, 10 Smilax quoque qui et Nicophoros cognominatur, similitudinem hederæ habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam impari foliorum numero, aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera similacis dixerunt. Alterum, etc.

¶ 3 Smilax, [Σμίλαξ] Puella, quæ amore Croci iuuenis tabescens, mutata fertur in herbam sui nominis, quæ similis est hederæ. Ouid. Met. 4, 283 Et

Crocon in paruos versus cum Smilace flores.

SMILION, i. n. Smilion collyrium apud Celsum 6, 6, 19 ubi eius docet compositionem. Et paullo post, At si crassæ cicatrices sunt, extenuat vel smilion, vel canopite collyrium. Smilii meminit et

Galenus 3, 2 De compositione pharmacorum secundum locos. Videtur autem sic appellatum, quod instar scalpelli seu aciculæ abscessum rumpat. Sic enim ibi ait Galenus: Aut sane per acre pharmacum abscessum rumpere, quale est Smilium appellatum. σμίλιον caelum vel scalprium.

SMINTHEVS. [Σμινθεὺς] Nomen est, quo Apollo vocitatus est: cuius originem refert Homeri interpres: verbo mures, qui σμινθῶν vocantur, depulit in oppido Chrysa. Intonsus Smintheus Ouid. Met. 12, 585.

SMINTHIVM, siue SMINTHEVM, Apollinis delubrum, [Σμινθῶν] id circa urbem Chrysam, quæ fuit in confinio Troadis et Aëolis, erat. Strabo 13.

## S M V

SMVRNA, ut in Pandectis Pisanis legitur, alioqui Smyrna, ea est, quam vulgus Myrrham appellat. Martianus libro singulari de Delatoribus. relatum in l. Interdum, nec videndus est. §. Species. De Publicanis et vectigal. 38. P. tit. 4. Vid. Lucret. 2, 502.

## S M Y

SMYRNA, Myrrha, vid. SMVRNA. ¶ 2 Smyrna

Poëma Cinnae, de quo Catullus 94 Smyrna mei vatis nonam post denique messim Quam coepta, nonamque edita post hiemem. Videtur poëma obscurum fuisse, unde Martialis 10, 22 Iudice te melior Cinna Marone fuit. Credibile est, argumentum eius fuisse de nefandis et incestis amoribus Myrrhæ, (Smyrnæ Graeco nomine) in patrem suum Cinyram. Coniectura ex versu uno poematis illius, quem profert Priscianus

6 p. 718 At scelus incesto Cinyræ crescebat in aluo. Turneb. 17, 17. ¶ 3 Smyrna [Σμύρνα] urbs Ioniae in Asia, inter nobilissimas, quæ etiam Homerum sibi ciuem afferebat.

¶ 4 Succus ille, qui Myrrha dicitur. Smyrnæ odor Lucret. 2, 502. conf. Plaut. Afin. 5, 2, 29.

SMYRNAEVS, a, um. Adi. [Σμυρναῖος] Pleetra Smyrnæa, Homericæ Sil. 8, 595. Smyrnæi vatis honores; i. Homeri Lucan. 9, 984.

SMYRNIVM, quod est semen olufatri Scribon. 126.

SMYRNION, i. n. [σμύρνιον] Herba est ex Dauci generibus, myrrhæ odorem referens, unde et nomen accepit. Vulgus Leuisticum appellat. Plin. 12, 15. Theophrastus 6, 3. Dioscorid. 3, 63 Smyrnion, quod in Sicilia Petroselinum vocant, plurimum in Amano monte gignitur. Caulem habet Apii, et stolonos multos, folia latiora, subpinguia, ad terram infracta, robusta, etc. conf. Plin. 19, 12. 20, 13. 27, 17. Apul. de

Herb. c. 106 et 126. Cat. R. R. c. 102.

SMYRRHIZA, quam alii Myrrham vocant, simillima est cicuta, caule foliisque et flore minor tantum et exilior, cibo non insua-vis Plin. 24, 16.

SMYRVS, Piscis, quem Plinius commemorat 32, 11.

## S O B

SOBOLATAE, est Sabaeorum ciuitas ad Mare rubrum, includens suis muris templa sexaginta Plin. 6, 28.

SOBOLES, vel proprie SVBOLES, is. f. [ὑπόβουσι] Successio, aut propago quod succrescit, hoc enim est Subolescere, unde dicta Suboles. Certe Lilius 29, 3 Iuuentutem subolefcentem dixit. Soboles librariis, et nescio cui euphoniae debetur. Plin. 10, 34 Amor vtrique sobolis aequalis de Columbibus. De apibus id. 11, 11 extr. Cic. Off. 1, 54

c. 17 Sequuntur connubia et affinitates, ex quibus et iam plures propinqui: quæ propagatio et soboles origo est Rerumpub. Noua soboles Stat. Silu. 3, 1, 177. Chara deum soboles Virg. Ecl. 4, 49. Suscepta soboles Virg. Aen. 4, 327. Denior soboles Idem Georg. 3, 308. Iuuentutis soboles Cic. Phil. 2 c. 23. Robur et soboles militum interiit Afin. Pollio ad Cic. Fam. 10, 33. Cic. de Legib. 3, 7 Censores, populi aeuitates, soboles, familias, pecuniasque censento. Natae soboles primo parentes die hilarant: mox pii metus breuem gratiam fugiunt Symmach. Ep. 4, 34. Conf. Colum. 10, 213. Sobolibus Varro ap. Non. 6, 43. Columel. 9, 14 de apibus, Ne nouae soboles diffugiant. Gell. 19, 12 Soboles vitium e radicibus caudicum super terram fusas reuellentem. De arboribus: Materia quam infueris, si sobolem vel superiores ramos habebit, omnia praecidito, ne quid sit, quo succus possit euocari Colum. de Arb. c. 26 extr. conf. Pallad. 12, 7. Inter soboles herbarum et propagines vitium Apul. Apol. p. 329. De crinibus: Miles cum frequenti subole spissus cumulat verticem Apul. Met. 2 p. 118.

SOBRINVS, i. m. [ἀδελφῶς] Sobrini, duarum plurimum sororum filii, quasi Sororini dicuntur. Iustiniani Instit. de grad. cogn. Item sobrini, sobrinae, id est, qui quæue ex fratribus vel sororibus, patruelibus vel consobrinis, vel amitinis prognerantur. Ter. Andr. 4, 6, 6 Quem video? estne hic Crito sobrinus Chrysidis? Vbi Donatus, Sobrini, sunt consobrinorum filii: nam sic dicit Menander. Verum, ut alii putant, de sororibus nati: ut sint sobrini, quasi sororini. Cic. Off. 1, 54 c. 17. Sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum sobrinorumque, qui cum vna domo iam capi non possunt, in alias domos tanquam in colonias exeunt. Sobrinus, est Patris mei consobrini filius, et matris consobrinae filius. Paullus. Festus, Sobrinus est, ut ait Gallus Aelius, Patris mei consobrini filius, et matris meae consobrinae filius. femina iisdem de causis appellat fratrem et fratrem patruelem, et consobrinum propius sobriuo et sobrina. Idem gradus in sobrina quoque sunt. Ter. Phorm. 2, 3, 37 Eho tu, sobrinum tuum non noras? Hunc superius paullo, Cognatum vocauerat.

SOBRINA, ae. f. Plaut. Poen. 5, 2, 198 Mihi sobrina tua mater fuit.

SOBRIVS, a, um. Adi. [ὑπόβουσι] Qui in cibo, potu praefertim temperans est, quasi sine ebrietate: item, qui non est actu ebrius. Cic. Acad. 4, 52 Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii. Hic Sobrium opposuit Vinolento. Idem in Orat. 99 Furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. Sobrius [σωφραν] Sanae mentis. C. Caesarem ad euertendam Remp. sobrium accessisse Cato ap. Quinctil. 8, 2. Ter. 105

- Andr. 4, 5, 39 Tu pol homo non es sobrius. Cor sobrium Plaut.  
 Trucul. 4, 4, 2. Homines satis plane frugi ac sobrii Cic. Verr. 3  
 c. 27. Mens sobria Claud. in Eutrop. 1, 229. Nox sobria  
 Propert. 3, 17, 11. Plaut. Pers. 4, 5, 2 Edepol dedisti virgo ope-  
 5 ram laudabilem, probam, et sapientem, et sobriam. Paupertas  
 sobria Claud. Conf. Hon. 4, 411. Pocula sobria Tibul. 1, 6, 28.  
 Rura sobria, In quibus vinum non nascitur Stat. Silu. 4, 2, 37. Ter-  
 rae sobriae, In quibus vineta succidi iusserat Domitianus, ut est auctor  
 Sueton. in Domit. c. 7. Stat. Silu. 4, 3, 12. Verba non sobria Mar-  
 10 tial. 1, 84. Vicus Romae: Paullus ex Festo, Sobrium vicum Ro-  
 mae dictum putant, vel quod in eo taberna nulla fuerit, vel quod in  
 eo Mercurio, lacte, non vino supplicabatur.  
 SOBRIE. Adu. Temperanter. Cic. Off. 1, 106 c. 30 Intelligemus  
 quam sit turpe diffuere luxuria, et delicate ac molliter viuere, quam-  
 15 que honestum, parce, continenter, seuerere, sobrie. Sobrie, Pru-  
 denter Plaut. Pseud. 4, 1, 29. Idem Milit. 3, 1, 214 Haec prae-  
 cepta sobrie vt cures face. conf. Id. Capt. 2, 1, 28. Sobrie et fru-  
 galiter accurare rem aliquam Plaut. Pers. 4, 1, 1.  
 SOBRIETAS, atis. f. Senec. Tranq. Anim. cap. vlt. Tristis so-  
 20 brietas remouenda paulisper. Fortissima virtus sobrietas Prudent.  
 Psychom. v. 345. Magna sobrietate consiliorum lenire luctuosos  
 Reip. casus Ammian. 31, 10. Si vitae eius sobrietas clara sit Vl-  
 pian. l. 17 §. 4 ff. de adopt.  
 SOBRIOSVS, a, um. Cyprian.  
 25 SOBRIEFACTVS, a, um. Apul. Met. 8 p. 205 Sobriefactus sermone.

## S O C

- SOCCATVS, SOCCIFER. vid. infra.  
 30 SOCCVS, i. m. [*ἄμκαρον*] Genus calceamenti, quod voluit a Sacco  
 deductum ad cuius similitudinem factum fuerit, quasi theca pedis. Soc-  
 cis utebantur viri, et mulieres. Apud Romanos quidem in viris molli-  
 tici signum habebatur: vid. Sen. de Benef. 2, 12. Plin. 37, 2. Sed Plaut.  
 Bacch. 2, 3, 98 Sed diuesne est illic Theotinus? G: etiam rogas, qui  
 35 foccis habeat auro suppectum solum? Plaut. Trin. 3, 2, 94 Fulmen-  
 tas iubeam suppingi foccis, in habitu militari. In Parasiti supellectile  
 sunt Pers. 1, 3, 44. Idem Cistel. 4, 2, 29 Sed is hac, aut hac: focci  
 video vestigium in puluere. Ter. Heaut. 1, 1, 72 Assido: accur-  
 runt serui, foccos detrahunt. Cic. pro Rabir. Post. 27 c. 10  
 40 Consularis homo foccos habuit et pallium. Graecum habitum Idem de  
 Orat. 3, 125. Sed annulum quem haberet, pallium quo amictus,  
 foccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse. Hymenaeo lu-  
 teum foccum tribuit Catull. 62, 10. Luteus foccus Senec. Hippol.  
 f. 3 in Hercules apparatu cum Omphales vestibus indutus esset. Mu-  
 45 liebris Sueton. Calig. c. 52. Adimere foccos, vid. ADIMO.  
 Calceare foccis, vid. CALCEO, in CALX. Socci et aulae regum  
 Ammian. 27, 11. Add. Tertull. de Idolol. 8. Soccis utebantur Co-  
 moedi. Hor. de Arte Poet. 80 Hunc focci cepere pedem. Plin.  
 7, 30 Magnum et Menandro in comico focco testimonium regum Ae-  
 50 gypti, et Macedoniae configit. Quinctil. 10, 2, 22. Hor. de Arte  
 Poet. 90 Indignatur item priuatis, ac prope focco Dignis carminibus  
 narrari coena Thyestae. Idem Epist. 2, 1, 174 Quam non adstri-  
 cto percurrat pulpita focco. Risus focci et Luctus cothurni, con-  
 55 traria Claud. in Eutrop. 1, 299. A focco, ad cothurnum adscen-  
 dere Apul. Met. 10 p. 238.  
 SOCCVLVS, i. m. Dimin. [*ἄμκαριον*] Sueton. in Vitell. c. 2  
 Pro maximo munere a Messalina petiit, vt sibi pedes praerberet ex-  
 calceandos: detractumque focculum dextrum, inter togam tunicasque  
 gestauit assidue. Plin. 9, 35 et 37, 2. Auratus Sen. de Benef. 2, 12.  
 60 SOCCĀTVS, a, um. Ad. Senec. de Benef. 2, 12 Parum foede furio-  
 seque superbus fuerat, qui de capite viri Consularis foccatus audiebat, etc.  
 SOCCYFER, era, erum. Ad. Sidon. Carm. 9, 215 Soccifer Menan-  
 der, Comicus.  
 SOCER, eri. m. [*πρωτερος, ενυρος,*] Vxoris meae pater. Cic.  
 65 Off. 1, 129 c. 35 Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum  
 foceris generi non lauantur. Sic Tusc. 2, . . . Abfocer; is,  
 §. 1 Rer. Amotar. Ouid. Met. 7, 144. — non hospes ab ho-  
 spite tutus, Nec focer a genero. conf. Nep. 22, 3, 2. Magnus  
 focer, vid. MAGNVS.  
 70 SOCERVVS, i. m. Idem. Plaut. Men. 5, 5, 54 Abiit focerus, abiit  
 medicus, nunc solus sum. add. Id. Caf. 4, 2, 18.  
 SOCERA, ae. f. Inscriptio apud Gruter. p. 546. n. 5. PATRI  
 PIENTISSIMO. ET. SOCERAE. TENACISSIMAE.  
 SOCRVS, us. f. [*πρωτερος, ενυρα*] Vxoris mater, aut mariti. Nam  
 75 et ad generum, et ad nurum refertur. Adeo omnes socrus oderunt  
 nurus Ter. Hec. 2, 1, 4. Desperanda tibi salua concordia focru  
 Iuuenal. 6, 231. Cic. pro Cluent. 188 Nubit genero socrus, nullis  
 auspiciis, nullis auctoribus, funestis omnibus omnium. Arida  
 focrus Claud. in Eutrop. 1, 269. Magna focrus, vid. MAGNVS.  
 80 Socrus et Mascul. genere veteres dici posse voluerunt. Naeuius Pellic.  
 Desine focri tuo, fratri, patri meo. Haec Non. 3, 198.  
 SOCRVALIS, e. Ad. Sidon. Epist. 7, 2 Socrualis munificentia.  
 Hereditas Id. Ep. 9.  
 SOCHIS. [*Σοχης*] Aegypti Rex, qui numini solis apud Helio-  
 85 polin obeliscos quatuor quadraginta octo cubitorum longitudine dedi-  
 cavit Plin. 36, 8.  
 SOCIA, SOCIALIS, SOCIENVS, SOCIETAS, SOCIO,  
 vid. SOCIVS.  
 SOCIVS, i. m. [*ἑταῖρος*] Socii dicuntur, qui communi consilio,  
 90 lucro et damno, communi opera etc. rem aliquam aggrediuntur. Locus classi-  
 cus de focis est Cic. pro Rosc. Am. 116 c. 40 sq. In rebus minoribus focium  
 fallere turpissimum est — propterea quod auxilium se sibi putat adiun-  
 xisse, qui rem cum altero communicauit etc. Cic. Verr. 3, 50 Nam focii  
 putandi sunt, quos inter res communicata est. Ad malam rem fo-  
 95 cius, et ad salutem Plaut. Afin. 2, 2, 22. Ter. Heaut. 3, 1, 9 Atque  
 aequali suo video inferuire, et focium esse in negotiis. Condi-  
 tione focii fortuna serui, voluntate supplices Cic. Verr. 1, 81. Iu-  
 gales focii Sil. 16, 401. de Equis dixit. Nauales focii Liu. 21, 50.  
 i. Nautae. Vid. Viri docti hic it. 26, 35 et 48. Et videntur peculiariter  
 100 Socii, qui una nauigant. Sic Aeneas suos Troianos alloqui solet, O Socii,  
 v. g. Aen. 1, 202 etc. Sed etiam 9, 54 Socii simpliciter poni pro mi-  
 litibus vel commilitonibus videntur. Nullius Boni sine focio iucun-  
 da possessio Sen. Ep. 6. Bellorum focii, consortes periculorum  
 Plin. Pan. 60. Consiliorum focius et particeps consiliarius Plaut.  
 105 Mil. 4, 2, 22. Cic. Att. 11, 12 Et eo minus, quod huius consilii iam  
 ne so-



ne socium quidem habeo quemquam. Cic. Att. II, 14 Ita praeter Laelium, neminem habeo culpae socium. Doloris et periculorum socius Plin. 35, 11. Cic. Fam. 13, 71 T. Agavius et comes meus fuit illo miserrimo tempore, et omnium Itinerum, Navigationum, Laborum, Periculorum meorum socius. Hereditatis socium non accipiat, qui non habet Luctus Plin. Pan. 38. Ex aliqua particula socii Praedae ac rapinarum Cic. Verr. 2 c. 19. Socius Sanguinis Ouid. Trist. 4, 5, 29. i. frater. Operum socii Hor. Epist. 2, 1, 142. Regni socii Lucan. 1, 92. Addere se socium alicui Virg. Aen. 2, 339. Adhibere aliquem socium sibi Virg. Aen. 8, 56. Adungere sibi socium, vid. ADIVNGO. Amissa sociorum pars Ouid. Met. 14, 242. Accipere sibi socios, vid. ASCISCO. Adscribere se socium Cic. Att. 13, 19. Capere aliquem socium consiliis Virg. Aen. 5, 712. Habere socium Cic. Fam. 1, 9. Inferre se socium Virg. Aen. 4, 142. Nec regna socium Ferre nec taedae sciunt Sen. Agam. v. 259. Profiteri se socium Cic. Famil. 3. . . Recusare socium Senec. Agamem. f. 7. ¶ 2 Peculiari et sollemni quadam ratione Socii, Publicani eiusdem societatis. Nam publicanorum erant societates, quae publica vectigalia redimebant, conducebantque a Censoribus, ut jacpe apud Ciceronem leges, ut in Brut. 85 20 Quum in filia Scantia facta caedes esset, notique homines interfecti: insimulareturque familia, partim etiam liberti societatis eius, quae pecuarias de P. Cornelio, L. Mummius Censoribus redemisset: decrevisse senatum, ut de ea re cognoscerent et statuerent consules: causam pro publicanis accurate eleganterque dixisse Laelium. Paulo post, 25 Tum Laelium, quum eum socii domum reduxissent, egissentque gratias, etc. Paulo post, Itaque multis querelis, multaque miseratione adhibita, socios omnibus approbantibus, illa die quaestione liberatos esse, vid. GARVM Sociorum. ¶ 3 Socii Latini, dicebant veteres coniuncte, cum tamen et de Sociis Italis extra Latium, et de Latinis, i. Latii incolis, intelligerent: sicuti Aequum bonum, copula omissa, pro Aequum et bonum. sic Socii Latini nominis, pro Socii, et qui erant Latini nominis. Nam Latini, cum ipsi quoque socii essent, proprio tamen nomine a reliquis Italis distinguebantur, et proprio etiam iure fruebantur, unde, ius Latii, et ius Italicum, diuerse posita. erat 35 igitur Socii nomen generale, sicuti et Foederati. tam enim socii foederatique Latini, quam reliqui Itali. Liu. 34, 56 Item sociis et Latini nominis magistratibus — edixit, ut in Capitolio se edirent — et quina milia socium Latini nominis etc. Liu. 41, 8 (12) Moverunt senatum, inquit, legationes socii nominis Latini. summa querelarum erat: Cives suos, Romae cecos plerosque Romam commigrasse: quod si permetteretur, perpaucis lustris futurum, ut deserta oppida, deserti agri nullum militem dare possent. Dixit socium nominis Latini, pro, sociorum, et nominis Latini. quod idem Livijs ibidem ostendit: subiungit enim: Lex sociis, ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent: ea lege male utendo, alii sociis, alii Populo R. iniuriam faciebant. nam et ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibusquibus Romanis in eam conditionem, ut manu mitterentur, mancipio dabant, libertinique cives essent: et quibus stirps deesset, quam relinquerent, cives Romani fiebant. Hic duo sunt animaduertenda: primum, de quibus dixerat, socium nominis Latini, de iisdem intulisse, sociis, ac nominis Latini: deinde, cum in eo, Sociis, ac nominis Latini: distinxisset, ac separasset Socios a Latinis, uno tamen postea nomine simul omnes comprehendisse, cum dixerit, Alii sociis, alii Populo R. iniuriam faciebant. Apparet, quanquam Latini ac reliqui Itali non eodem iure essent, aequae tamen omnes societate iunctos fuisse Populo R. Est etiam eadem de re, versibus aliquot interiectis, eiusdem generis exemplum. Legem, inquit, de sociis C. Claudius tulit S. C. et edixit; qui socii ac nominis Latini ipsi maioresque eorum, M. Claudio T. Quinctio censoribus, postque ea apud 60 socios nominis Latini censi essent, ut omnes in suam quisque civitatem ante Cal. Nouemb. redirent. Et 42, 10 pr. Postumius, inquit, consul pro concione edixerat: qui socii Latini nominis ex edicto C. Claudii consulis redire in civitates suas debuissent, ne quis eorum Romae, et omnes in suis civitatibus censerentur. Haec doctrina Manutii et Sigonii de Antiquo Iure Ital. 1, 2 cui assentiuntur passim viri docti. Dedita opera haec omnia retractavit, et gradus societatis ac civitatis Romanae definiit Ez. Spanhem. in Orbe R.

**SOCIA**, ae. f. [ *σύνμαχος* ] Ouid. Met. 10, 268 Appellatque tori sociam. Aetherii socia Rectoris Iuno Stat. Achill. 2, 339. Socia cuiuscunque Fortunae Tac. A. 3, 15, 1. Mater Precum socia Id. ibid. 2, 10, 2. Sociam te mihi Adopto ad meam salutem Plaut. Cist. 4, 2, 77. Te sociam studeo scribendis versibus esse Lucret. 1, 24. Thalami socia Senec. Hippol. 8. Addere se sociam alicui Virg. Ecl. 6, 20. Assumere sociam Plaut. Stich. 1, 2, 44. Cic. Verr. 2, 13 Te omnium Siculorum patronum vna Mainertina civitas socia fortorum ac flagitiorum tuorum publice laudat.

**SOCIUS**, a, um. Adi. [ *σύνμαχος*, *κοινωνός* ] Ut, Acies sociae, vid. ACIES. Agmina socia Virg. Aen. 2, 371. Promissus socios ubi nunc Hymenaeus in Annos Ouid. Heroid. 2, 33. Arma socia ferebat auxilio Sil. 7, 635. Classis socia Ouid. Met. 13, 352. Dapes carpere Martial. 9, 73. Honor socius Ouid. Met. 13, 949. Linguae sociae commercia Idem Trist. 5, 10, 35. Nox socia, Quae alicuius facinoris perpetrationem iuvat. Cic. Philipp. 2, 45 c. 18 Quum tamen tu nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere. Aliter vsus est Stat. Silu. 3, 5, 1. Quid mihi moesta die, sociis quid noctibus vxor Anxia, etc. i. Quas simul transfigimus. Sociisque comes discordia Regnis Stat. Theb. 1, 130. Sanguis socius Ouid. Amor. 2, 14, 32. Sermo socius Idem de Arte Am. 2, 143. Cic. Tusc. 2, 23 ex Poeta, Titanum soboles socia nostri sanguinis. Vrbe socia frui Virg. Aen. 3, 352.

**SOCIĀLIS**, e. Adi. [ *συνμαχικός* ] Quod est sociorum: ut, Sociale bellum, quod cum his, qui Socii fuerant, et post fuere, gestum est. Cic. pro Font. 31 Cuius sanguine non solum Asculanorum manus, a qua interfectus est, sed totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est. Amor socialis, ab effectu, quod socios reddat Ouid. Met. 7, 800. Deus Animal vos voluit esse sociale Laetant. 6, 10. conf. Sen. de Benef. 7, 1. Anni sociales Ouid. Trist. 2, 161. Bellum Flor. 3, 18, 1. Carmina socialia, Nuptialia carmina Ouid. Epist. 12, 139. Coetus socialis Liu. 7. Equitatus socialis Idem 26. Exercitus socialis Idem 3. Foedus sociale Id. 34, 56. Cic. Verr. 2, 13 c. 6 Primum si ita esset, tamen vos in quaestione de pecuniis repetundis, quae sociorum causa constituta est, Lege Iudicioque sociali, sociorum querimonias audire oporteret. Iura socialia lecti Ouid. Amor. 3, 11, 45. Senec. de Benefic. 5, 11. extr. Beneficium dare, 105

socialis res est: aliquem conciliat, aliquem obligat. Sibi dare non est socialis res: neminem conciliat, neminem obligat. Sacra socialia Ouid. Epist. 21, 155. Torus socialis Idem Fast. 2, 729.

5 SOCIALITAS, ātis. f. [τὸ συμμαχικόν] Plin. in Paneg. 49 Non remissionibus tuis eadem frequentia, eademque illa socialitas interesset?

SOCIALĪTER. Adu. [συμμαχικῶς] Hor. de Arte Poët. 258 Non ut de sede secunda Cederet, aut quarta socialiter.

10 SOCIĒTAS, ātis. f. [ἐταίρια, κοινωνία, συμμαχία] Coniunctio et unio Sociorum. Cic. pro Rosc. Com. extr. Quum praesertim ex tua oratione, quodcumque tibi peteres, huic peteres: quodcumque tibi exigeres, id in societatem recideret. Idem Verr. 3, 134 Primum eam (pecuniam) quum posita esset apud eas societates, unde erat attributa, binis centesimis foeneratus est. Hic et alias saepe ponitur pro collegio s. corpore negotiatorum, in primis publicanorum, Magnam pecuniam societates earum prouinciarum, quas ipse obtinebat, sibi numerare coegit Caes. B. G. 3, 3. Vid. SOCIVS n. 2. Qui viusmodi corporibus praerant, magistri societatum audiebant: vid. l. 1 D. quod cuiuscunque uniu. nom. et l. 14 D. de pactis. Graece ἐταίρια, vid. Gloss. Cyrill. Plin. Ep. 10, 43 et 97. Cic. Diu. in Verr. 30 Video enim permulta esse crimina, quorum tibi societas cum Verre eiusmodi est, ut ea in accusando attingere non audeas. Captiosa societas, vid. CAPTIO, in CAPIO. Interior et propior societas, vid. INTRA. Potentiae Vell. 2, 44, 1. Infida regni societas Liu. 1, 14. add. Sen. Ep. 95 et 113. Accedere societatem alicuius, Accipere societatem, Adiungere aliquem in societatem, vid. hh. vv. Applicare se ad societatem alicuius Nep. 3, 2, 3. Assumere in societatem Iustin. 10, 1, 5. Auctus societate Tacit. Hist. 4, 66. Coire societatem, vid. COEO. Cic. pro Rabir. Perd. 22 c. 7 Ancum Mario, Scauro, Catullo, Metello, Scaeuola, cum bonis denique omnibus coire non modo salutis, verum etiam periculi societatem? Cum eo voluntariam societatem coibas, qui te in hereditaria societate fraudarat Idem pro Quinct. 79. Coitur societas Id. pro Rosc. Amer. 87. conf. Nep. 9, 2. Cic. pro Quinct. 29 c. 6 Etenim si veritate

20 35 amicitia, fide societas, pietate propinquitus colitur, etc. Componere societatem. Conferre se in societatem, vid. hh. vv. Confirmare societatem Cic. Philip. 2, 89. CONFLO. Cic. Acad. 1, 21 Hominem esse censebant quasi partem quandam ciuitatis et vniuersi generis humani, eumque esse coniunctum hominibus humana quadam societate. Conuocare ad vitae societatem. Copulare societatem cum Deo, vid. hh. vv. Cic. Off. 1, 22 Tum artibus, tum opera, tum facultatibus Deuincire hominum inter homines societatem. Cic. pro Domo 28 c. 11 ad Pontif. Hanc nostram coniunctionem, hanc conspirationem in Repub. bene gerenda, hanc iucundissimam vitae atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus et falsis criminibus Diremerunt. Idem pro Quint. 12 c. 3 Qui societatem cum Sex. Naeuio Fecerit. Id. ibid. 12 Qua in re diligens erat, quasi ii, qui magna fide societatem gererent, etc. Habere societatem Id. de Fato 3. Implicare se societate omnium, vid. IMPLICIO. Ingenerauit natura societatem vtrisque, vid. INGEN. RO. Cic. Philipp. 13, 36 Parumque videtur omnium facinorum sibi cum Dolabella societatem Initam confiteri? Sueton. Caes. c. 19 Societatem cum vtroque Iniit, ne quid ageretur in Rep. quod displicuisset vni ex tribus. Iungere societatem alicui, Iungi societate alicui regi, vid. hh. vv. Labefacere societatem Cic. Fam. 5, 2. Manere in societate Nep. 9, 2, 2. Pacifici societatem Ascon. Pae-dian. Pangere societatem, vid. PANGO. Persistare in societate, vid. PERSTO. Renouare societatem Cic. Fam. 12. Renuntiare societatem alicui, pro Diremtam significare Liu. 38, 21. Seiungere se a societate Cic. Fam. 10, 6. Seruare societatem Idem Off. 1, 17. Idem pro Quint. 14 Quum annos iam plures societas esset, et quum saepe suspectus Quintio Naeuus esset, etc. Venire in societatem Idem Fam. 9, 14.

30 35 SOCIENNVS, i. m. [συμπράκτωρ] Idem quod Socius, antique. Plaut. Aul. 4, 4, 32 Ibo intro, atque illi tuo socienno iam interstrin-gam. add. Id. Amph. 1, 1, 228. et Cas. 4, 2, 18.

SOCIO, āre. [συμμιγνυμι, συναγελάζω] Socium facere. Colum-mel. 3, 3 At si qui cum scientia sociauerit diligentiam. Liu. 39, 13

70 Eos esse qui aut coniuurare, aut sociari facinoribus, aut stuprum pati noluerint. Cic. pro Flacc. 21 c. 9 Quid si testium studium cum ac-cusatore sociatum est? Sil. 1, 76 Et se participem casus sociarat in omnes. Aliquem sociare vrbe et domo Virg. Aen. 1, 605. Cu-bilia sociare cum aliquo Ouid. Met. 10, 635. Valer. Argon. 5, 280

75 At Iuno, et summi virgo Iouis intima secum Consilia, et varias so-ciabant pectore curas. Stat. Theb. 8, 280 Quicum ipse arcana deo-rum Partiri, et Vivas vni sociare solebat Amphiarus aues, i. impertiri, enuntiare. Dextras sociare, et foedere iungi Sil. 11, 149. Gau-dia sociare cum aliquo Tibul. 3, 3, 7. Iuuenos sociare imposito

80 aratro Stat. Theb. 1, 131. Sociari Parricidium potuit Iustin. 10, 1, 6. i. a sociis perpetrari. Se cui vinclo sociare iugali Virg. Aen. 4, 16. Vires sociarunt iuncto aggere. i. Castris iunctis Sil. 17, 110.

SOCIANS, antis. Partic. Carnina socians neruis Ouid. Met. 11, 5. i. accinens citharae.

85 SOCIANDVS, a, um. Aliud Partic. Verba socianda chordis Hor. Carm. 4, 9, 4.

SOCIATVS, a, um. Partic. [συμμηχθῆς] Ut, Foedere lecti so-ciata mihi Ouid. in Ibin 15 — Sociati in matrimonium, — nobis-cum per connubium Tac. Ann. 2, 3, 5. et Hist. 4, 65, 5. Corpus sociatum Ouid. Amor. 2, 8, 5. Labor sociatus Id. Metam. 8, 546. Tac. A. 1, 11, 4. Thalamo sociatus Virg. Aen. 9, 594. Vitem sociatam palmite vltimus amat Stat. Silu. 5, 1, 48.

SOCIATRIX, icis. f. Valer. Argon. 5, 499 Sed me nuda fides, sanctique potentia iusti Huc tulit, ac medii sociatrix gratia Phryxi.

SOCIABILIS, e. Adi. [συναγελαισός] Quod facile coniungitur alteri. Plin. 19, 42 Eadem et curribus, maxime sociabilis glutino, in tantum ut findatur ante quam solida est. de abiete. Liu. 40, 8 Meliora quoque exempla parte altera posui, sociabilem confortionem inter bi-nos Lacedaemoniorum reges salutarem per multa saecula ipsis patriae-que. Add. Sen. Ep. 95.

SOCIATIO, ōnis. f. Mart. Capell. 2 Rata inter eos sociatio co-pulam nuptialem constrinxit. conf. Nouat. de Trinit. 19.

SOCIOFRAVDVS, i. m. Qui socium fallit. Plaut. Pseud. 1, 3, 128 Furcifer, sociofraude, parricida, sacrilege.

SOCORS, socors, N a n a

**SOCORS**, ordis, qui et **SECORS** dicitur apud Festum, qui derivat ex Se sine, et cor. Unde et ἀκόρδιος, ἄσπον Gloss. Lat. Gr. ἀνὲς ἀκόρδιος Id. Est ergo Socors tardus vel negligens in consulendo, meditando, prospiciendoue quid opus sit factu. Ter. Adel. 4, 5, 61 Nolim caeterarum rerum te socordem eodem modo. In quem locum sic Donatus: Segnitiae est ad agendum, socordiae ad considerandum. Cic. de Nat. Deor. 1, 5 Vt excitaret homines non socordes ad veri inuestigandi cupiditatem. Idem de Clar. Orat. 239 c. 86 Nam eius aequalem M. Glabronem bene institutum aui Scaeuolae diligentia, socors ipsius natura, negligensque tardauerat. Columel. 1 Praefat. 10 Itaque istam vitam socordem persequitur valetudo. Futuri socors Tacit. Hist. 3, 31, 2. Compar. Tiberius callidior, Caius periculosior, Claudius socordior, Nero impurior Sidon. Ep. 5, 7. Apud socordissimos Scythas Anacharxis sapiens natus est, apud Athenienses catos Meletides fatuus Apul. Apol. p. 289.

**SOCORDIA**, siue **SECORDIA**, ae. f. apud Festum, [μωρία ἢ ἀδράνεια Gloss. Lat. Gr. ἡσυχία, ἀσυνεσία] Ignauia. Ter. Andr. 1, 3, 1 Enimvero Daue nihil loci est segnitiae neque socordiae. Liu. 22 Sed Poenus aduena, ab extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione et socordia iam huc progressus. Si quem socordiae 20 argueret, stultiorem aiebat filio suo Claudio Suet. Claud. c. 3. Industria, Socordiae opponitur Tacit. Ann. 2, 38. Socordia caeca ac sopita Quinctil. 1, 2. Vigilando, agendo, bene consulendo prospere omnia cedunt: vbi socordiae te atque ignauiae tradideris, nequidquam deos implores; irati infestique sunt Sallust. Catil. c. 52. 25 Liu. 7, 35 Cum hoste res est, qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam vsus non sit. Abiicere socordiam, vid.

**ABIICIO**. Amouere socordiam ex pectore Plaut. Pseud. 1, 2, 11. Accedere ad maiorem socordiam, vid. ACCEDO. Compellere socordiam, vid. COMPELLO. Tacit. Ann. 2, 38 Languescet alioqui 30 industria, intendetur socordia, h. e. augebitur. Reicere socordiam Plaut. Afin. 2, 1, 6. Idem Poen. 1, 2, 104 Nimia nos socordia hodie Tenuit.

**SOCORDITER**, Socordius, Socordissime. [ἡσυχίως] Liu. 1, 22 Ab Albanis socordius res acta. Successu rerum socordius agens 35 Tac. H. 2, 15, 1. Duces socordius asseruati Curt. 9, 9, 1.

**SOCRATES**, is. m. [Σωκράτης] Philosophus Atheniensis, vnus omnium sapientissimus a DIIs hominibusque iudicatus. Cic. de Orat. 1, 231 pluribus persequitur historiam de morte Socratis, it. de Orat. 1, 90. Plin. 7, 19 Ferunt Socratem, clarum sapientia, eodem semper visum 40 vultu, nec aut hilari magis aut turbato. Ex Socratis variis in omnem partem diffusis disputationibus, plures fluxere discipuli. Et quum aliud aliud apprehenderet, profeminatae sunt quasi familiae dissentientes inter se, quum tamen omnes se philosophos, Socraticos et dici vellent et esse arbitrarentur. Primum ab ipso Socrate Plato, a Platone Aristoteles et Xenocrates. Deinde ab Antisthens, qui patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynica: quum ab Aristippo quem maxime voluptariae disputationes delectarunt, Cyrenaica philosophia manauerunt. Vid. Cic. de Fin. 2 pr. vbi etiam Parens Philosophiae vocatur. Quin- 45 ctil. 1, 10 Quid de philosophis loquor, quorum fons ipse Socrates iam senex institui lyra non erubescerat? De Graecis dulcis et facetus Socrates Cic. Off. 1, 108. Scurra Atticus dictus a Zenone Id. de Nat. Deor. 1 c. 34. Sed infinita est de Socrate materia, nec nostri operis.

Socrates alius Italiae Cato Saluian. 7 p. 258. ¶ 2 Socrates Pictor, inter cuius opera, Piger, qui appellatur ὄρνις, spartum 55 torquens quod asellus arrodit Plin. 35, 11. Pausanias autem dicit hunc a Polygono pictum. Ad hanc tabulam alludens ait Propert. 4, 3, 21 Dignior obliquo funem qui torqueat oeno, Aeternusque tuam pascat aselle famem.

**SOCRATICVS**, a, um. Adi. [Σωκρατικός] Ut, Chartae Socraticae Hor. in Arte Poët. 310. Inter Socraticos notissima fossa Cinnædos Iuuenal. 2, 10. i. philosophiam professor. Domus Socratica Hor. Carm. 1, 29, 14. Opus Socraticum Ouid. in Ibin 496. Sermonibus Socraticis madere Hor. Carm. 3, 21, 9.

## S O D

**SODALIS**, is. c. [ἑταῖρος Gloss. Gr. Lat.] dicitur Socius in rebus leuioribus: et fere in conuiujs dicuntur Sodales, qui vna sedeant, et sint simul ad mensam. Festus: Sodales dicti sunt, quod vna sederent, 70 et esent: vel quod ex suo dapibus vesci soliti sint, vel quod inter se inuicem suaderent quod vtile esset. Quinctil. in Gladiat. f. Decl. 9, 10 Et tempestiua conuiuia et peruigiles ludos aduocata sodalium turba solutus atque affluens agerem. Cic. pro Plancio c. 19 Ego Plancium et ipsum gratiosum esse dico, et habuisse in petitione multos sui 75 cupidos gratiosos: quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinans criminoso. Respicit nempe ad Sodalitia vetita. Plaut. Merc. 5, 2, 4 Sex sodales repperi, vitam, amicitiam, ciuitatem, laetitiam, ludum, iocum. Cic. Acad. 4, 118 At hoc Anaximandro populari et sodali suo non persuasit. Cari sodales Hor. Carm. 1, 36, 5.

Dilecti sodales Ouid. Trist. 4, 5, 1. Fidus sodalis Idem de Arte Am. 1, 741. Ingrati sodales Iuuen. Sat. 11, 190. Lucundus sodalis Ouid. ex Pont. 1, 8, 25. Vnanimi Catull. 31, 2. add. Id. 48, 25. Primus meorum sodalium Hor. Carm. 2, 7, 5. Martial. 12, 34 Nulli te facias nimis sodalem: Gaudebis minus, et minus dolebis. Sodales sunt (inquit Caius Iureconf. in l. vlt. D. de collegiis et corporibus) Qui sunt eiusdem collegii. In primis sacerdotum et Epulonum, vbi vid. quorum officium in templis epulari. Tac. Ann. 1, 54 Idem annus nouas caerimonias accepit, addito sodalium Augustalium sacerdotio, vt quondam T. Tatius retinendis Sabinorum sacris 90 sodales Tatius instituerat. Vid. Marc. Donat. ad h. l. Alias Cic. Verr. 1, 91 c. 36 Nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo et cupiditate. i. Eodem animi vitio tenebatur. Turba sodalis Ouid. Rem. Amor. 586. Metaph. Hiemis sodalem Hor. Od. 1, 25, 19 Hebrum vocat. conf. Id. Od. 3, 18, 7. Boreae Martique sodales Rbenus et 95 Ister ap. Claud. B. Get. 339.

**SODALITAS**, atis. f. [συσσώτεια, ἑταιρεία] Collegium sodalium, conuiuium. Cic. de Senect. 45 c. 13 Sodalitates autem me Quaestore constitutae sunt. Idem pro Planc. 37 c. 15 Cuiuscunque tribus largitor esset, et per consensionem magistratum quae honeste sodalitas nominaretur. Adolescentem a sodalitatibus conuictuque hominum scenicorum abducere Gell. 20, 4. Pastoritia sodalitas, vid. PASTOR.

**SODALITIVM**, i. n. [συσσώτῃον] Idem. Auēt. ad Herenn. 4, 51 Venit in aedes quasdam, in quibus sodalitiu erat eodem die fu- 100

turum. Cic. pro Planc. 36 c. 15 Lex Licinia, de fodalitiis, in quantum obtentu fodalitiorum corrumpere tribus studebant interdum Candidati.

Cic. pro Plancio c. 19 Haerentem te in hoc fodalitiorum tribuario crimine, de fodalitiis per totas tribus institutis. Dulce

fodalitium Catul. 101, 4. Fraternalium fodalitium Idem ibid. Sodalitium sacrilegii. Cic. in Sallust. 14 Non ita est, sed abiit in fodalitium sacrilegii Nigidium. add. Sen. de Tranqu. an. c. 11.

SODALITIVS, a, um. Ne patiantur esse collegia fodalitia l. iff. de colleg. et corp. Sodalitiis adstricti consortiis Ammian. 15, 9.

SODALITIARIVS, i. m. Infer. ap. Fabrett. p. 329.

SODES. [ἀντιβολῶ Onomast.] Blanditibus vel exhortantibus Aduerbum, seu maus Interiectio, quasi tu dicas, Quaesio, rogo, obsecro. Priscianus putat esse Verbum: ait enim, quaedam verba esse, quae in vsu deficiunt personis, vt cedo, fodes, salue, aue. Ter. Heaut. 4, 4, 16

At scin' quod fodes? Dic, fodes Ter. Andr. 1, 1, 58. vid. Donat. h. l. Vet. Scholiast. Perf. Sat. 3. Cic. in Orat. 154 c. 45 Libenter etiam

copulando verba iungebant, vt fodes pro si audes, sis, pro si vis. Idem Att. 7, 3 Tartesium istum tuum mihi exeunti, iube fodes numoa curare. Hor. de Arte Poet. 438 Quinctilio si quid recitares, Cor-

rige, fodes, Hoc, aiebat, et hoc.

## S O G e t S O L

SOGDIANA, ae. f. [Σογδιανή] Prouincia Asiae, a qua

SOGDIANI, Populi hanc regionem habitantes, quorum mentio in rebus Alexandri M. vid. Plin. 6, 16.

SOL, solis. m. [ἥλιος, ἡλέκτωρ] Princeps ille astrorum, quae nos videmus. Plaut. Stich. 1, 2, 53 Meliorem neque tu reperies, neque sol videt.

Sol, a Solus fit, quod solus ex omnibus sideribus sit tantus: vel quod solus quum est exortus, obscuratis omnibus aliis apparet. Ita ex Stoici persona Cic. de Nat. Deor. 2, 68. Iul. Firmicus de Err. prof. relig. . . . Quem Deum quia respicit omnia solus, Vere possis dicere solem Boëth.

A primo sole, h. e. Post solis ortum Iuuen. Sat. 2, 133. Liu. 27, 2 Postero die Romani ab sole orto in multum diem steterunt in acie. Sole et sale nihil vtilius Plin. 31, 9.

Nondum omnium dierum sol occidit Liu. 39, 26. Primo cum lumine solis Virg. Aen. 7, 130. Accessus solis, vid. ACCEDO. Defectus solis varii Virg. Georg. 2, 478. Fulgura solis Lucret. 2, 163.

Imago solis nitidissima Ouid. Met. 14, 768. Incurfus solis, vid. INCURRO. Labores solis Quinctil. 1, 10. Lumina solis radiantia Ouid. Trist. 2, 325. Meatus solis lunaeque Lucret. 1, 129.

Obscuratio solis Quinctil. 1, 10. ad fin. Occasus solis Virg. Georg. 1, 402. Ortus solis, vid. ORTVS, in ORIOR. Plaga iniqui solis, Plaga seu Zona torrida Virg. Aen. 7, 227. Puluar solis,

qui colitur iuxta aedem Quirini Quinctil. 1, 7, 12. ¶ 2 Epitheta: Acer sol; vid. ACER Adiectiuum. Acutus Hor. Epist. 1, 10, 17. ardens. Aestiuus Virg. Georg. 4, 28. Aetherii solis orientia lumina Idem Aen. 8, 68. Argentem rapiat coenatio solem Iuuen. Sat. 7, 183. h. e. ab hiberno sole illustretur. Hor. Carm. Saec. 10.

Alme Sol, curru nitido diem qui Promis et celas, Aliusque et idem Nasceris, possis nihil vrbe Româ Visere maius.

Ardens Virg. Ecl. 2, 13. Ardentissimus regionis alicuius Iustin. 36, 3, 5. Assus, vid. ASSVS. Aureus Virg. Georg. 1, 231. Auricomus Valer. Argon. 4, 92. Cadens Virg. Georg. 3, 401.

Candidus Ouid. Met. 15, 30. Clarissimus Quinctil. 5, 12. Exoriens Virg. Georg. 1, 438. Flammeus Stat. Silu. 4, 3, 156. Flamiger Valer. Argon. 5, 591. Et solem Geminum et duplices se ostendere Thebas, videt Pentheus per furorem, qualis etiam ebriorum est Virg. Aen. 4, 469. Grauis Hor. Serm. 2, 4, 23. Igneus Claud. in pr. Conf. Stilich. 2, 60. Ouid. Met. 2, 808 Liquitur vt glacies incerto faucia sole. i. Debili, et parum uehementi. Infusus Virg. Aen. 9, 461. Luridus, vid. LVRIDVS. Stat. Theb. 5, 85. Sol medius operum summo librabat Olympo Lucentes, seu staret, equos. Nitidus, vid. NITIDVS, in NITEO. Potens Virg. Georg. 2, 373. Pulcher Hor. Carm. 4, 2, 47. Purus Idem ibid. 3, 29, 45. Praeclarus Lucret. 5, 121. Rapidus, pro Veloci Virg. Georg. 1, 92. Seru. Roseus Claud. de Conf. Honor. 3, 131. Supremo sole, i. Sub occasum Hor. Epist. 1, 5, 3. Surgens Idem Serm. 1, 4, 29. Tepidus Virg. Georg. 1, 92. Veniens, Oriens Idem Aen. 7, 218. Vernus Ouid. Trist. 3, 12, 27. Africa Violento sole torretur Iustin. 44, 1, 4. ¶ 3 Verba:

Abiit sol, vid. ABEO. Quos sol Accedet Scribon. 13. Accendit sol medios aestus Virg. Georg. 4, 401. Meridiem notat. Admittere solem, Adurit solis calor, Arcere solem, Caligare in sole, vid. hb. vv. Arefacta sole Scribon. 60. Carens sole domus Ouid. Met. 2, 761. Circumuoluitur sol magnum annum Virg. Aen. 3, 284. Collucet sol, vid. COLLUCEO. Colorat sol Quinctil. 5, 10. Condit se sol in vndas Virg. Georg. 1, 438. Coqui sole, vid. COQVO. Discutit vmbras sol Virg. Georg. 3, 357. Dissipat ardorem sol Lucret. 2, 210. Decedens sol crescentes duplicat vmbras Virg. Ecl. 2, 67. Sol Excidisse mihi e mundo videtur Cic. Att. 9, 10. i. omnia periisse. Celf. 1, 3. Si quis vero Exustus in sole est, etc. Fecerat exiguas sol altissimus vmbras Ouid. Met. 3, 50. Feruescunt acri sole terrae Lucret. 6, 851. Frangunt solem frigora Stat. Silu. 1, 3, 7. Fricare in sole Scribon. 156. Hauserat medium sol igneus orbem Virg. Georg. 4, 427. Meridiei est periphrasis. Inardescit nubes solis radiis Virg. Aen. 8, 623. Inclinat se sol, vid. INCLINO. Incoqui sole, vid. INCOQVO. Plin. Epist. 2, 17 Ipsa vero cryptoporticus tum maxime caret sole, quum ardentissimus culmini eius insistit. Laxavit pruinas sol Ortus, Dissoluit gelu Stat. Theb. 3, 469. Lustrans omnia sol Lucret. 6, 1436. Cic. in Brut. 37 Processerat enim in solem et puluerem, non vt e militari tabernaculo, sed vt e Theophrasti doctissimi hominis vmbraculis. De Demetrio Phalereo loquitur. Hoc est, in adspertum, in lucem, in medium, in locum vbi publice oraret: quemadmodum milites, a quibus ducta est translatio, e tabernaculo in Solem et puluerem pugnaturi prodeunt, vid. Vmbracula eruditorum in VMBRA. Proferre in solem, vid. IN Praepositionem. Repercussum sole lumen Virg. Aen. 8, 23. Ruit sol Idem ibid. 3, 508. Tepefcunt occiduo litora sole Ouid. Met. 1, 63. ¶ 4 Sol pro die. Et o sol pulcher, o laudande! canam recepto Caesare felix Hor. Od. 4, 2, 46. Virg. Aen. 3, 203 Tres adeo incertos caeca

caeca caligine soles Erramus pelago. Martial. 10, 6 Felices, quibus vrna dedit spectare coruscum Solibus Arctois, sideribusque du-  
cem. Arcti soles, *Dies breues* Stat. Silu. 1, 3, 88. Assiduo  
curata cuticula sole Perf. Sat. 4, 18. *quotidie: quamquam hic etiam ad  
Solis ipsum corpus et calorem respicitur.* Blandi soles Ouid. Fast. 5  
1, 157. Candidi soles fulsere mihi, *i. Fortunatus fui* Catull. 8, 3, 8.  
Dulces soles mihi furgunt Valer. Argon. 4, 132. Hiberni soles  
properant se tingere Oceano Virg. Georg. 2, 481. Idem Ecl. 9, 52  
— Saepe ego Longos Cantando puerum memini me condere soles.  
*i. e. Aestiuos dies finire, inquit Seru.* Occidunt soles et redeunt 10  
Catull. 5, 4. Longos Confinere soles cum aliquo Perf. Sat. 5, 41.  
Niger sol, *Infauftus dies* Hor. Serm. 1, 9, 73. Nouo sole Virg.  
Georg. 1, 208. *i. e. Oriente die et sole adhuc recenti, necdum feruenti.*  
Seruius. *Sed aliter* Virg. Aen. 7, 720 Vel quum sole nouo den-  
sae torrentur aristae. *i. e. Prima aestatis parte.* Seru. ¶ 5 15  
Soles, *Solis splendorum vel radii dicuntur.* Sine vllis solibus triste nu-  
bilo caelum est Sen. Qu. Nat. 3 c. 27. Martial. 8, 14 Hibernis  
obiecta notis specularia pueros Admittunt soles, et sine faece diem.  
Aetherei soles Ouid. Met. 1, 435. Incerti caeca caligine soles  
Virg. Aen. 3, 303. Idem Georg. 1, 66 Puluerulenta coquat matri- 20  
ris solibus aestas, *i. e. Vehementer feruidis, magnis.* Seruius. Sa-  
binus tamen exponit Festinis. Rapidi soles Ouid. Amor. 3, 6, 106.  
Aurea submorant Rapidos vmbracula soles Claudian. Conf. Hon. 4, 341.  
Solibus coctus Plin. 12, 5 *ad fin.* Solibus expositus locus Idem  
15, 5 *ad fin.* Solibus ostentus locus Plin. 14, 4. Soles nocent 25  
capiti Tibull. 1, 4, 2. Longis solibus tepuerunt sidera Stat. Theb.  
5, 460. Hor. Epist. 1, 21, 24 Corporis exigui, praecanum, solibus  
aptum. Aestas euocat soles Sen. Herc. Oet. f. 5. Altis solibus ob-  
ruta hiems Stat. Silu. 4, 5, 6. Assiduis solibus perusta pars terrae  
Lucret. 5, 253. Assiduis solibus vsta arista Ouid. Epist. 5, 112. 30  
Perusta solibus vxor Hor. Epod. 2, 41. ¶ 6 Solis dies,  
*quem etiam Dominicum diem dicimus, in Ciuilibus iuris voluminibus legi-  
tur: v. g. l. 3 C. de feriis. l. 13 et 10 de exactionibus in Cod.*  
Theod. l. 2 et vlt. C. de feriis. Add. Auson. in Eclog. p. 552, 1 Pri-  
mum supremumque diem radiatus habet Sol. Nicephorus 15, 25. 35  
Gregor. Turonens. 3, 13. Aimoinus 2, 11 De Gestis Francorum.  
¶ 7 Solis Fons, *vid. FONS Solis.* Solis Gemma, *quae ad in-  
star solis fulgentes in orbem radios habet ἡλίου λίθος.* Plin. 37, 10.  
Idid. Or. 16, 10. Plin. 6, 23 Insula, quae Solis appellatur. et ea-  
dem cubile Nympharum rubens, in qua nullum animal non absumitur. 40  
Solis vrbs Mel. 3, 9 in Aegypto, Heliopolis. Solis Mensa, [*ἡλίου  
τράπεζα*] Aethiopiae locus apparatus epulis semper refertus, et quia  
vt libet, vesci volentibus licet, *ἡλίου τράπεζαν (i. Solis mensam)* ap-  
pellant: et quae passim apposita sunt, affirmant innasci subinde diui-  
nitus. Haec Mela 3, 9. Similia Solin. 33 Solis mensam, ada-  
gio dicas diuitum opulentorumque hominum, domos omni rerum copia uber-  
tim affluentes, expositasque inopum necessitatibus et alimentis. Est Ge.  
Nic. Kriegk de mensa solis disputatio ad Herodoti locum in Thalia c. 18.  
Solis Ostia, *Loca sunt ob aestum intolerabilem et aquarum longo tractu  
penuriam sic dicta apud Indos extremos, quibus in locis periclitatum  
Alexandri exercitum Diod. 17 scribit.* Mela 3, 7 post Taprobanes  
mentionem, Contra inde illa ostia sunt, quae vocant Solis, adeo inha-  
bitabilia, vt ingressos vis circumfusi aëris exanimet confestim. 50  
¶ 8 *Metaph.* Hor. Serm. 1, 7, 24 Solem Asiae Brutum appellat, stel-  
lasque salubres Appellat comites. 55

SOLAMEN, *vid. SOLOR.*

SOLICATIO, onis. f. Solicationes, quas Graeci ἡλιώσις vocant,  
adhibendae sunt Cael. Aurel. Tard. 4, 2, 18. *Apricationes s. insolationes  
intelligit.*

SOLIFER, era, erum. Adi. [*ἡλιοφόρος*] Meridionalis. Sen. Herc. 60  
Oet. 159 Aut qui soliferae suppositus plagae, vicino Nabathae  
vulnera dirigit.

SOLIFUGA, ae. et SOLIGENA, ae. c. [*ἡλιόγενής*] Solis fi-  
lius. Valer. Argon. 5, 317 — Nec fama fefellit Soligenam Aecten  
media regnare sub Arcto. 65

SOLARIS, e. Adi. [*ἡλιακός*] Quod est Solis. Vt, Radii sola-  
res Lucret. 2, 125. Arcus solaris Sen. Nat. Quaest. 1, 10. Lu-  
men solare Ouid. Trist. 5, 9, 37. Corn. Cels. 5, 27, 5 Aduersus  
ictum scorpionis, bibere oportet herbae solaris, quam heliotropion  
Graeci vocant, Semen. 70

SOLANVS. [*ἡλιώτης*] Idem ventus, qui Subsolanus. Non-  
nullis placuit esse ventos quatuor, ab Oriente aequinoctiali solanum,  
etc. Vitruu. 1, 6.

SOLANEVS, a, um. Adi. Theod. Prisc. 1, 16 Lacerta solanea.

SOLARIVS, a, um. Adi. *Sed frequentius substantiue* 75

SOLARIVM, i. n. Instrumentum, quod (ope solis) horas indicat.  
De eius inuentore Plin. 7, 60 Princeps Romanis solarium horologium  
statuisse ante vndecim annos, quam cum Pyrrho bellatum est, ad aedem  
Quirini L. Papirius Cursor — proditur. — M. Varro primum  
statutum in publico secundum rostra in columna tradit, bello Punico 80  
primo — Annis vndecim post Q. Marcius Philippus — dili-  
gentius ordinatum posuit. — Scipio Nasica primus aqua diuisit ho-  
ras aequae noctium ac dierum. Idque horologium sub tecto dicauit,  
anno vrbs MDXCV. Hoc ipsum genus etiam Solarium dictum docet  
Cic. de Nat. Deor. 2, 87 c. 34 Aut cum solarium vel descriptum, aut 85  
ex aqua contemplere, intelligere declarari horas arte, non casu.  
Hinc recte Pet. Faber *Semestr. 2 extr. p. 378 emendauit* Censorinum c. 23  
qui post relationem, quam e Plinio contractam modo dedimus, et memora-  
tum Nasicae horarium addit, quod et ipsum ex consuetudine noscendi  
a Sole horas Solarium coeptum vocari. Solarium inquam, non Hora- 90  
rium, quod libros occupauerat. Ad hoc Cornelii Scipionis Nasicae opus  
num, Varro respicit de L. L. 5, 2 p. 44, 18 Meridies ab eo quod medius  
dies. D antiqui non R in hoc loco dicebant, vt Praeneste incisum  
in Solario vidi, quod Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia inum-  
brauit? an potius inumbrauit est umbra instruxit, posito gnomone? 95  
Plaut. Boeot. apud Gell. 3, 3. ex persona Parasiti,

Vt illum Dii perdant, primus qui horas repperit,  
Quique adeo primus statuit hic solarium,  
Qui mihi comminuit misero articulatum diem;  
Nam me puero vetus hic erat solarium, (ventrem suum  
monstrat) 100

Multo omnium istorum optimum et verissimum.  
Vbi vbi iste monebat esse, (edere) nisi cum nihil erat,  
Nunc etiam quod est, non est, nisi soli lubet. 105

Itaque adeo iam oppletum est oppidum solariis.  
Maior pars populi aridi reptant fame.

De hoc Solarii genere etiam intelligo Macrobr. 2, 4 de Augusto, Cum de Tyriae purpurae, quam emi iusserat, obscuritate quaereretur, dicente venditore: Erige altius ac suspice, his usus est salibus, Quid ergo, ut me Popul. Rom. dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum? ipsum, inquam, locum horologii Solarii intelligo, quem maxime apricum esse oportet, ut sua ioco acrimonia conjiet. Sic Vlpian. l. 17

pr. ff. de seruitut. praed. vrb. Si tamen id quod ponitur, lumen quidem nihil impediatur, Solem autem auferat — helio camino, vel Solario: dicendum erit, quia umbram facit in loco, cui sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. Sed placet Cuiacio ad alterum genus Solarii referre, de quo n. 2.

Ad solarium versari, i. in foro sub rostris solebant homines otiosi, qui vero inde aliquam elegantiae et culti ingenii speciem referrent. Cic. pro Quint. c. 18 Vixit semper inculte atque horride: natura tristi atque incondita fuit: non ad Solarium, non in campo, non in conuiujs versatus est. Conf. ad Herenn. 4, 14 Ita petulans es atque acer, ut ne ad solarium quidem idoneus, — sed pone scenam — exercitatus sis.

Apud Isidor. Orig. 15, 3 Solarium pars domus est, inde dicta, quod Soli et aurae pateat, qualis, addit, fuit locus, in quo David Bersabeam lavantem adspexit et adamavit. Tale est Plaut. Mil. 2, 4, 69. Suet. Ner. c. 16 Excogitavit, ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum Solaris incendia arcerentur. Idem Claud. c. 10 Prorepsit ad Solarium proximum, interque praetenta foribus (quibus e domo exibatur in Solarium) vela se abdidit. Tum de hoc tum de Solario horologio est elegans Prolusio I. A. Ernesti Lips. 1744 edita.

De Solario, i. soli causa soluendo pretio, vid. SOLVM.

SOLATVS, a, um. Adj. [ἡλιωδής] Sole correptus, quemadmodum Sideratus, qui fidere. Plin. 29, 6 f. 38 Mustelae cinis — Sic et solatis, id est, Sole correptis, profunt. Verba illa, quibus declarantur Solati, e MSS. protulit Harduinus. Celsus 1, 3 Si quis exustus in Sole, huic in balneum protinus eundum est. Vid. mox SOLATVM.

SOLATVM, i. n. Morbi genus maxime a rusticantibus dicitur. Festus. Vid. SOLATVS.

SOLAGO, inis. f. Heliotropium. Duplex est, maior et minor; uti patet ex Apul. de Herba c. 49 n. 3 et 63.

SOLSTITIVM, i. n. [ἡλιώστη, ἡλιώστης, ἡλιώστης] Solis statio, quum sol ad metam altissimam delatus, i. ad tropicum cancri, ultra non progreditur, sed retrocedere incipit. Nempe Solstitium veteres fere vocant Aestivum, licet nihil adiciatur. Alter motus solis est, alter caeli: quod mouetur a bruma ad solstitium Varro L. L. 5, 2. Cum sol venit in medium spatium inter brumam et solstitium Idem ib. p. p. Solstitium pecori defendite Virg. Ecl. 7, 47. i. calorem vehementem solis. Idem Georg. 1, 100 Humida solstitia atque hiemes optate serenas Agricolae. Cic. de Nat. Deor. 2, 19 Possent vno tempore florere, dein vicissim horrere terra, aut tot rebus ipsis se immutantibus solis accessus, discessusque solstitiis brumisque cognosci. Sen. Qu. N. 3, 29 Illic (in Cancro) Solstitium, hic (in Capricorno) bruma conficitur. Add. 5, 10 et 11. Et vix aliter aetate aurea loquebantur, quod iam obseruavit Victor. ad Varr. 1, 28, 2: qui ad Caton. 102 etiam monet, Solstitium esse in quibusdam libris. Sed postea placuit etiam Solstitium vocare accessum Solis ad oppositam metam humillimam, i. ut loquuntur Astronomi, ad Tropicum Capricorni. E. g. Colum. 9, 14, 12 Solstitia quando fiant. It. 7, 3, 1 Hibernum Solstitium. Et

11, 2, 94 Solstitium brumale.

SOLSTITIALIS, e. Adj. [ἡλιώστης] Solstitialis circulus Plin. 2, 11. Tropicus cancri, secundum ea, quae modo diximus. Et Solstitialis dies Cic. Tusc. 1, 64 c. 39. Et Solstitialis orbis Idem de Nat. Deor. 3, 37. Annus solstitialis, i. Solaris, qui ab vno Solstitio ad alterum decurrit. Seru. in illud Aen. 4, 653 Vixi, et quem dederat cursum fortuna, peregi. Tribus, inquit, humana vita continentur. Natura, cui ultra centum et viginti solstitialis annos concessum non est, etc. Ambrosius Hexaëmeri 4, 5 in fine, Solstitialis annus est, quum sol, expleto per omnia signa circuitu, in id, vnde cursus sui duxit initia, recurrit. Annua enim fertur eius spatii totius esse perfunctio. Plin. 26, 5 Condurdon herba solstitialis, flore rubeo, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas. Plaut. Pseud. 1, 1, 36 Quasi solstitialis herba paullisper sui, repente exortus sum, repentino occidi. Similiter usus est Aufon. Profess. 6, 9 Ostentatus raptusque simul, Solstitialis velut herba solet. Nempe vix vno die sustinere aestum possunt flores deliciae etc. Sic Plin. 14, 16 Acinorum labruscae pars aestu moritur prius, quam reliqui, qui solstitialis dicuntur: vniuersi nunquam matureseunt. Morbus solstitialis memoratur Plaut. Trin. 2, 4, 143 Tum autem Syrorum genus, quod patientissimum est Hominum, nemo exstat, qui ibi sex menses vixerit, ita cuncti solstitiali morbo decidunt. Cael. 29, 4 Solstitialem intelligit aegritudinem, quam Siriafin diximus. Nihil videtur Plauti ingenio aptius, quam ita intelligere, si quis a Kalendis Ianuariis inde sex menses ibi vixerit, circa ipsum Solstitium morbo interire. De Spina solstitiali Columel. 2, 18, 1 Primum ne stirpes aut spinas validiorisque incrementi herbas inesse patiamur: atque alias ante hiemem, et per autumnum extirpemus, ut rubos, virgulta, iuncos: alias per ver euellamus, ut intuba, ac solstitialis spinas: forte quae circa solstitium matura habent semina, ante eam ob causam extirpanda. Tempus solstitialis Ouid. Fast. 6, 790. it. Vitruu. 9, 5. Liu. 35, 49 Desuntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe, ab vno Solstitio ad alterum, quae certissima meta est. Solin. . .

Qua solstitialis plagae obuia est: id est solari, meridiei. Nox solstitialis Ouid. ex Ponto 4, 26.

SOLANVM, i. n. [σολανός] Herba, quam Graeci Strychnon vocant, ut tradidit Corn. Celsus huic vis reprimendi, refrigerandique. Succus solani Scribon. 53. 83. Solanum cum pane Id. 245. Vid. Plin. 27, 13. et Cels. 6, 17. Idem 2, 33. 3, 18. 5, 26.

SOLARIS, SOLARIVM, vid. SOL, et SOLVM, soli.

SOLATIVM, vid. SOLOR.

SOLDVM. [σεπός] pro Solidum. Martial. 4, 37 Ex insulis, fundisque tricies soldum, Ex pecore redeunt ter ducenta Parmensi.

SOLDVRIL. m. Pl. Apud Gallos, Latine dicuntur Deuoti. Caes. Bell. Gall. 3, 22 Adcantuanus, qui summam imperii tenebat, cum sexcentis deuotis, quos illi soldurios appellant: quorum haec est conditio, ut omnibus in vita commodis vna cum his fruantur, quorum se amicitiae dederint: Si quid iis per vim accidat, aut eundem casum vna ferant, aut sibi mortem consciant. Neque adhuc hominum me-

09

09

09

09

09

09

09

09

09

09

09

09

09

09

09

moria repertus est quisquam, qui eo interfecto cuius se amicitiae deuouisset, mori recusaret. *Hinc Gallice Soldats.*

**SOLEA.** [*συνδάλιον* Gloss. Lat. Gr.] *Quod genus calceamenti sit, doceat* Gell. 13, 21 Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimae teguntur, caetera prope nuda, et teretibus habenis uincta sunt, soleas dixerunt: non nunquam uoce Graeca crepidulas. Soleae dictae, quod solo pedis subiiciantur, ut ait Fest. Plaut. *Caf.* 3, 5, 63 Effexis hoc, ego soleas tibi dabo, et anulum in digito aureum. Cic. de Arusp. Resp. 44 P. Clodius a crocotta, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque fasciis, a strophio. Propert. 2, 30, 40 Profilit in laxa nixa pedem solea. Hor. Serm. 1, 3, 128 Nec soleas fecit, sartor tamen est bonus. Catull. 66, 72 Arguta constituit solea. *i. sonante.* Vid. Voss. p. 290. Vid. max Lanata. Rubra solea Perf. Sat. 5, 169. Soleae ferreae equis et mulis applicantur. Catull. 18, 26 Et supinam animam graui derelinquere coeno, Ferream ut soleam tenaci in voragine mula. Suet. in Neron. c. 30 Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, Canusinatis mulionibus. vid. Casaub. ad h. l. Demonstrasse autem mihi uideor in *Lexico rust. b. v.* Soleas illas non fuisse clauis suppositas et affixas ipsis unguibus, ut hodie, sed calceamenta caua, quae indui et exui solebant delicatioribus iumentis in ipsa via, prout usus, id est via scrupulosa nimis et aspera, illud postulat. Sic ergo intelligendus Plin. 35, 11 l. 49 Poppaeam Neronis delicatioribus iumentis soleas ex auro induere solitam. Cic. de Inuent. 2, 149 c. 50 Quidam iudicatus est patrem occidisse; ei statim, quod effugiendi potestas non fuit, igneae soleae in pedes inductae sunt. Eadem habentur ad Her. 1, 23 c. 13. Solearum lanatarum epigramma est Martial. 14, 65. quae forte argutis contrariae, et ad hoc etiam adhibitae sunt, ut incedentes non exaudiantur.

¶ 2 Solea, Instrumentum oleo conficiendo aptum. Columel. 12, 50 Oleo autem conficiendo molaе utiliores sunt, quam trapetum: trapetum quam canalis et solea. ¶ 3 Solea, Piscis plani genus, a similitudine soleae. Plin. 9, 20 Marinorum alii sunt plani, ut rhombi, soleae, passeris. Vid. Plin. Epist. 2, 17. Ouid. Halieut. v. 124. Colum. 8, 6. et 12, 50. Apic. 4, 2. ¶ 4 Solea, Materia roborea, super quam paries cratitius extruitur. Fest.

**SOLEARIUS, i. m.** [*κηρηδιονοιός*] Solearum futor. Plaut. Aul. 3, 5, 40 Solearii adstant. Add. Inscr. Grut. p. 648.

**SOLEATUS, a, um.** Adi. Soleam indutus. Cic. in Verr. 5, 85 c. 33 Stetit soleatus Praetor Pop. Rom. cum pallio purpureo tunicaque talari. Romani non solebant in publico uti soleis, sed vel in triclinio, vel in cubiculo: uerum foris calceis, atque ea de causa crimini vertit Cic. Verri, quod soleatus fuerit. Et si iam lotus, iam soleatus erit Martial. 12, 84. Soleatus pila exercebatur Petron. c. 27. Meretricula apud Plaut. Truc. 2, 5, 26 puerperam mentiens, et decipere militem cupiens, soleas postulat, Soleas, inquit, mihi date. omninoque foris solea muliebri potius quam uirile calceamentum habebatur Conf. Gell. 3, 20. Sen. de Ira 3, 18.

**SOLEAGINEA.** Vox nihili, quae ex uitiosa scriptura orta est Veg. Mulom. 2, 41, 3 Post regula soleaginiis non minus quatuor digitis etc. Non potui persanare locum corruptum: at hoc uideo, sermonem sibi esse de regulis oleagineis, quod genus fibularum est. *πόρπικας μυρικώνες* fibulas ex tamarice siue myrica in hac ipsa re commendant Hippocratici Graeci. Non dubitabit, qui annotationem nostram legerit.

**SOLENES.** [*σωληνες*] Concharum genus, quod et Onychas, et Digtos uocamus, itemque Donacas et Aulos. Solenes dicti a Canaliculata longitudine, *σωληνας* enim Graeci canales appellant. vid. Plin. 11, 37 et 32, 11.

**SOLEMNIS, SOLENNIS, SOLLENNIS,** (tam diuersis modis scriptum in bonis etiam monumentis inuenias) e. Adi. [*ἑιωθῶς, ἑτήσιος, ἑορτασίμος*] de illis rebus dicitur, quae certo ritu, tempore, uerbis praescriptis, cum pompa quadam fiunt. Qui a uerbo Soleo deriuant (uid. locus Augustini in SOLLEMNITAS) illis modis primae Syllabae, quae longa est, aduersatur. Posterior pars compositi ab anno ducitur non satis commode; uel quod Sollemnis saepe scribitur in idoneis monumentis, uel quod Sollemnia uerba annum uix respiciunt. Ergo simpliciter productionem putem cum Sanctio Min. 4, 17 pr. et Perizonio ad h. l. ut in Antenna, Portumnus, Transenna, Alumnus etc. Tanto facilius uariatum ab ipsis antiquis in scriptura. Maneat Sollemne uel Solenne esse, quidquid temporibus, locis, uerbis, ritibus certis, a lege uel consuetudine sumtis, continetur, et cum illis celebrari peragique uel debet uel solet: quod ad religiones, iudicia, omnemque publicum uel priuatum actum potest referri. Valer. Max. 1, 1, 1 Maiores stas sollemnesque caerimonias Pontificum scientia, bene gerendarum rerum auctoritate, etc. Arae sollemnes Virg. Aen. 2, 202. Arma Stat. Theb. 8, 174. i. quae religiose seruanda sunt. conf. Isidor. 6, 18. Auspicia sollemnia Claud. in pr. Conf. Stilich. 2, 363. Cur-

sollemnis Idem in Ruff. 2, 47. Dapes sollemnes, Legitimae, Annuariariae Seruius ad Virg. Aen. 3, 301. Suet. de Octau. Aug. c. 53 Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cuiusque sollemnis frequentare desit, quam grandior iam natu, et in turba quondam sponsaliorum die vexatus. conf. Cic. in Pis. c. 22. Dies sollemnis mihi Hor. Carm. 4, 11, 17. Epulae sollemnes Tacit. Ann. 1, 50, 4 Festum sollemne Ouid. Fast. 2, 247. Plin. 28, 9 Certe nouae nuptae intrantes, etiamnum sollemne Habent postes eo attingere. Subaudi, Adipe suillo. Liu. 37, 9 Fanatici Gallicum sollemni habitu ante portam occurrunt. Ouid. Trist. 3, 13, 16 de natalis sui celebratione Micaque sollemni turis in igne sonet. Imperium sollemne Virg. Aen. 12, 193 quod nunc puto dicerent formale, iubendi et uetandi potestate. Cic. pro Milon. 27 c. 10 Interim quum sciret Clodius (neque enim erat difficile scire) iter sollemne, legitimum, necessarium, ante diem XIII Calend. Februarii Miloni esse Lanuuium ad Flaminem prodendum, quod erat Dictator Lanuuii Milo, etc. Ludi sollemnes Ouid. Fast. 6, 597. al. aliter. Lustrale sollemne exercitus laudatur Tacit. Ann. 10.

Quid si cui obuersatum est lustrale certamen, de quo An. 16, 4. Mos sollemnis sacrorum Lucret. 1, 97. Opus sollemne Hor. Epist. 1, 16, 49. Pompas sollemnes ducere Virg. Georg. 3, 22. Preces sollemnes mouere Ouid. Fast. 6, 622. Sacramentum sollemne Tacit. Hist. 1, 55. Sacrum sollemne Sen. Troad. 778. Sacra sollemnia, Festo dicuntur, Quae certis temporibus anni fieri consueuerunt. Sallust. Catil. 22 Sicuti in sollemnibus sacris fieri consueuit. Verba sollemnia Ouid. Met. 10, 4. Vota sollemnia reddere Virg. Ecl. 5, 74. Sollemne, pro Solitum, [*σύνθετες*] Suet. de August. c. 44 Feminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari sollemne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit. Cic. Att. 7, 6 Tantum igitur nostrum illud sollemne seruemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus. Superlat. dies sollemnissimus Tertull. 10.

- adu. Marc. 4, 12. Sollemnissimae preces Apul. Met. 11 p. 264. Cic. Tusc. 1, 113 Quum enim illam ad sollempne et statutum sacrificium curru vehi iussus esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque iumenta, etc. ¶ 2 Sollemne, *Substant.* Tacit. Ann. 12, 69
- 5 Et funeris sollempne perinde ac diuo Augusto celebratur. Liu. 1, 5 Et soli Fidei sollempne instituit ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iussit. Sic Sollemnia Caerimoniae statae, fixae, lege descriptae. Plin. Pan. 64 pr. Peracta erant Sollemnia comitorum, si principem spectares. Funerum sollempnia Tacit. Ann. 3, 6, 5. Nuptiarum
- 10 sollempnia Idem Ann. 11, 26. Pietatis sollempnia Idem in Vit. Agric. 7. Regni sollempnia Idem Ann. 5. Magna sollempnia Iuuen. Sat. 10, 259. Mittere sollempnia tumulo Virg. Aen. 6, 380. Referre tumulo sollempnia variis ludis Idem Aen. 5, 605. Sed insanire sollempnia Hor. Epist. 1, 1, 110 *i. sollempniter, more suo.*
- 5 SOLLEMPNITAS, *atis. f.* [*ἑορτή*] Gell. 2, 24 Per dierum varias sollempnitates. Sollemnitatis ab eo quod solet in anno, nomen accepit: quomodo perennitas fluminis dicitur, quia non siccatur aestate, sed per totum annum fluit; ideo perenne, id est per annum, sic et sollempne, quod solet in anno celebrari Augustin. Sermon. de Temp. 186. Vlpian. l. Post. mortem. D. de optionibus. Neque adoptare, nec arrogare quis absens, nec per alium eiusmodi sollempnitatem peragere potest. Conf. Solin. 12.
- SOLLEMPNITER. Adu. [*ἑορτή*] Liu. 5, 46 Ibiq; omnibus sollempniter peractis, eadem reuertens, similiter constanti vultu graduque
- 25 satis propitios esse deos sperans. Add. Pallad. 1, 28.
- SOLLEMPNITVS. Adu. pro Sollemniter. Liu. Aegistho apud Non. 2, 82 Sollemnitusque adeo ditem laudet lubens.
- SOLEO, solitus sum, *ere.* [*ἑωδα, φιλῶ, ἀναπαύω*] Frequenter et ordinarie agere aliquid. Ter. Andr. 3, 4, 4 Quod vulgus feruorum solet, dolis, vt me deluderet. Virg. Aen. 2, 462 Vnde omnis Troia videri, Et Danaum solitae naues, et Achaica castra. Ferocius quam solitus erat Sall. Catil. c. 23. Cic. de Orat. 3, 92 Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe Catule meministi, solitus est versus hexametros
- 30 aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore. Idem de Amicit. 60 Si prius quod maxime reprehendere solitus sit, edixero. Conf. Id. de Orat. 1 c. 30. Cels. Praef. Adis opem posci solitam esse. ¶ 2 Solere, *Consuetudinem Veneream habere.* Plaut. Cist. 1, 1, 38 Frigidam subdole suffundunt: viris cum suis nos solere praedicant. Conf. Pompeio primum duo, Cinna, solebant Moechi Epigram. vet.
- 40 Conf. Catull. 42, 7. ¶ 3 Obs. Grammat. Solet et Solitum est imperf. Cic. pro Cluent. 161 Quum quaedam in collibus, vt solet, controuersia pastorum esset orta. Idem de Orat. 1, 100 Vt in conditionibus scribi solet. Ibid. 2, 56 c. 13 Quod optimo cuique Athenis accidere solitum est. Vulgo quod dici solet Ter. Andr. 2, 5, 15. Solet fieri Petron. c. 49 Non, vt olim solebat, sed vt nunc fit Cic. Fam. 9, 16. Soluerit pro Solitus sit. Caelius Annal. 7 Duos et septuaginta lictoris (lictors) domum deportauisse fascis, qui ductoribus hostium ante soluerint ferri. Haec Non. 10, 35. Est et inter Fragm. Sall. c. 14 Neque subsidiis, vti soluerat, compositis, ex Priscian. 9 p. 872. Add.
- 50 Varro L. L. 8, 61. Solinunt pro Solent, dixere veteres, vti testatur Festus in voce Nequinunt.
- SOLENS, *entis. Partic.* [*ἑωδῶς*] Plaut. Amph. 1, 1, 43 Si dixeromendacium, solens meo more fecero. Et Caf. 5, 1, 14 Lubens fecero et solens, vt soleo. Solens sum, ea est disciplina Idem Trucul. 1, 2, 29. Add. Idem Epid. 2, 2, 55.
- 55 SOLYTVS, *a, um. Partic.* [*συνήθης*] Vt, Mos solitus Ouid. ex Pont. 3, 1, 165. O si solitae quidquam Virtutis adesset Virg. Aen. 11, 413. Labori solito finem imposuere Ouid. Met. 6, 240. Solitum mel Plinio 11, 14 pr. Si Turnebum audimus, vocatur, quod e floribus colligitur, cui alterum accedit non ita solitum, magnorum siderum exortu ex aere
- 60 in stirpes cadens. Legit nempe Praeterea soliti, cum thymum et vicia florere incipiunt. Sed Solstitio defendit Harduin. Praeter Solitum, *i. consuetudinem* Virg. Georg. 1, 413. Hor. Od. 1, 6, 20 Non praeter solitum leues. SOLITO. Ablatiu. [*τῶ συνήθης*] qui nisi Aduerbiis aut Nominibus comparatiuis non iungitur. Liu. 25, 7 Reate saxum ingens visum volitare: sol rubere solito magis, sanguineoque similis. Blandior solito Ouid. de Arte Am. 2, 411. Tardior solito orta est dies Idem Amor. 1, 13, 48. Velocius solito currere Idem Met. 14, 388.
- 70 SOLITO, *are. Frequent.* Gell. 7, 1 Id etiam dicere haud piget, quod idem illi, quos supra nominaui, literis mandauerint, Scipionem hunc Africanum solitauisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in Capitolium ventitare, etc.
- SOLITANEVS, *a, um. Adi. Consuetus.* Theod. Priscian. 3, 1 Solitanum libellum conficere. Marcell. Empir. 20 Solitanei dolores stomachi.
- 75 SOLERS, vel SOLLERS, *ertis. Adi.* [*συνετός, πρόσοχος* Gloss. Lat. Gr.] Contrarium est Inerti, quasi solus (vnus) aut Sollus (totus) in arte sit; Ingeniosus, perspicax, sagax. Festus: Sollo Ofce dicitur id, quod nos totum vocamus — Sollers etiam in omni re prudens. Secundum haec igitur Sollers vel Solers fuerit, qui totus ars est, solidus velut ex
- 80 arte. Cato R. R. 8 Fundum vrbanum — ita conferat, vti quam sollertissimum habeat, *i. omni arte cultum et expolitum.* Cic. de Senect. 54 Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones: quibus nihil inuenit agricultura solertius. Ter. Eun. 2, 2, 25 Fac periculum in literis, fac in palaestra, in musicis: quae liberum scire: aequum est adolescentem: solertem dabo. Vid. Donat. h. l. Cic. pro Rosc. Com. 31 c. 11 iam quo quisque est solertior, et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius. Idem de Nat. Deor. 2, 121 Solers, subtilisque descriptio partium, quamque admirabilis fabrica membrorum. Arabagibus
- 90 solers Plin. 28, 8. Cunctandi solers Fabius Sil. 7, 126. Ancilla solers Ouid. Amor. 1, 8, 87. Animo solerti rem nouam excogitare Liu. 7, 14. Auditu solerti animal Plin. 8, 28. Cor solers Catul. Argon. 62, 294. Custodia solers Columel. 8, 13. Solertia ducum Facta Frontin. Strateg. Praef. *i. strategemata.* Dimicatio solers Plin. 10, 17. Genus virile solertius est multo Lucret. 5, 1355. Ingenium solers Ouid. Fast. 3, 840. Manu solerti facere aliquid Tibul. 1, 8, 29. Natura hominum solers Ouid. Amor. 3, 8, 45. Prouida solersque natura Cic. de Nat. Deor. 128 c. 51. Stultitia solers Plin. 8, 36. Vir
- 100 solers Ouid. in Ibin 279. Superlat. Deus ad excogitandum prudentissimus, ad faciendum solertissimus Lactant. 2, 8 *sub init.* Sulla solertissimus omnium factus est Sallust. Iug. c. 96.
- SOLERTER. Adu. [*ἀγχινώως*] Ingeniose, perspicaciter, subtiliter, Cic. de Legib. 1, 26 c. 9 Res ad vitam necessarias solerter consequuta est. Idem de Nat. Deor. 2, 91, c. 35 Praesertim cum multis partibus



tibus sint illa perfecta, quam haec simulata solertius. Idem Verr. 4, 98 c. 44 Tu illius aeris temperationem, tu operum lineamenta solertissime perspicis? Solerter legerunt, quos in societatem sceleris adsciscerent Curt. 8, 6, 9. Solertius interrogatus Tac. Ann. 5, 10, 5 Cum tu solertissime animaduertisses Apul. Apol. pr.

**SOLERTIA**, ae. f. [ἀρχινοια, ἐπίνοια] In omni re prudentia et industria, perspicacitas et ingeniorum acumen. ἀρχινοια, vid. Casaub. ad Theophr. p. 266. ἀπρόληπτα, Gloss. Lat. Gr. Cic. de Senect. 59 c. 17 Tum eum dixisse, mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius, a quo essent illa dimensa, et descripta. Idem Acad. 4, 120 Negatis hoc tam polite tamque subtiliter effici potuisse sine diuina aliqua solertia. Est mediae significationis. Cic. Off. 1 c. 10 Decipere hoc quidem est, non iudicare. Quocirca in omni re fugienda est talis solertia Plin. 14, 22 Heu mira vitiorum solertia. Conf. Brouckb. ad Tibull. 1, 4, 3. Claud. de Rapt. Proserp. 3, 32 Rerumque remotas Ingeniosa vias paulatim explorat egestas, Utque artes pariat solertia, nutriat vsus. Adhibere solertiam, vid. ADHIBEO. Sed in venatu solertia et sagacitas praecipua est Plin. 8, 40. Cic. de Nat. Deor. 2, 123 Data est quibusdam etiam machinatio quaedam atque solertia, ut in araneolis. Belli solertia Sil. 6, 309. Cic. Off. 1, 157 Sic homines ac multo etiam magis, natura congregati adhibent agendi congregandique solertiam. Mentis agitatio atque solertia Quinct. 1, 1. Plur. Omnibus scriptoribus infinitas ago gratias, quod egregiis ingeniorum solertiis, ex aevo collatis abundantes aliis alio genere copias praeparauerunt Vitruu. Lib. 7 Praef. i. inuentis.

**SOLI**, vid. **SOLEO**.

**SOLIAR**, Quo folium tegebatur; ut Toral, quo torus. Varro apud Non. 1, 10 Phrygio qui puluinar poterat pingere, soliar defingebat. Turneb. 17, 21.

**SOLICITVS**, a, um. Adi. [μεριμνῶν] Inquietus, et curis affectus. Deriuant vel a Solo, ut sit, qui solo et loco suo facile cietur s. mouetur: vel a Sollo, i. toto, ut sit Sollicitus, qui totus, quantus quentus est, mouetur et inconstans est. Certe in Carmine duplicare solent L, ut produci possit prima Syllaba: quod non magis forte necessarium est, quam in Solers. Auctoritates paene pares. Plaut. Merc. 2, 3, 31 Sollicitus mihi nescio quare videtur. Cic. Att. 9, 4 Antea sollicitus eram, et angebar, sicut res scilicet ipsa cogebat, quum consilio explicare nihil possem. Calamitosus est animus futuri anxius, et ante miserias miser: sollicitus est, ut ea, quibus delectatur, ad extremum vsque permancant Sen. Epist. 98. Cic. pro Domo 96 Suspensa ac sollicita tota ciuitate, etc. Suspecta atque sollicita semper omnia in vita tyrannorum Cic. de Amicit. 52. Canes sollicitum animal ad nocturnos strepitus Liu. 5, 47 pr. Cic. Fam. 16, 7 Q. autem pater et filius Butroti solliciti eramus de tua valetudine mirum in modum. Sollicitus es ea re Ter. Andr. 1, 5, 33. Quinctil. 8, 3 Nec sum in hoc sollicitus, cum res ipsa volentibus disce- re appareat. Sollicitus pro anima Gell. 19, 1. Cic. Fam. 10, 11 Mirifice sum sollicitus, quidnam de provinciis decernatur. Idem Att. 8, 6 Quam sum sollicitus quidnam futurum sit. Cic. de Lege Agr. 1, 23 Sollicitam mihi ciuitatem suspicione, suspensam metu, perturbatam vestris legibus et concionibus, et seditionibus tradidistis. Liu. 28, 19 Quum clamor vndique ab sollicitis vicem imperatoris militibus sublatus. Conf. ibid. c. 43. Agere sollicitum Quinctil. 4, 1. Esse sollicitum alicui, i. pro illo Lamprid. Heliogab. c. 14. Cic. Fam. 7, 3 Sollicitum autem te Habebat cogitatio cum officii, tum etiam periculi mei. Add. ibid. 6, 13. Solliciti laceant, terraque premantur iniqua Ouid. Am. 2, 16, 15. i. inquieti. Idem de Senect. 66 c. 19 pr. Quarta restat causa, quae maxime augere atque sollicitam Habere nostram aetatem videtur.

Me hodie nimis sollicitum cliens

Quidam habuit, neque quod volui agere quidquam

Licitum est, ita me attinuit, ita me detinuit

Plaut. Men. 4, 2, 20. Conf. ib. v. 11. Ter. Heaut. 3, 1, 52 Tenere aliquem sollicitum. Liu. 2 Sollicitumque hostem ad lucem tenere. 2 Substantiua: Aetiones accuratae, et sollicitae Quinctil. 4, 1. Amores solliciti Virg. Ecl. 10, 6. Amor sollicitus atque anxius Cic. Att. 2, 24. Animi solliciti Hor. Epist. 1, 5, 18. Cic. de Fin. 2, 55 Non igitur eum postea censet anxio animo aut sollicito fuisse. Armis sollicitis quaeritur victoria Ouid. Met. 14, 453. Quid sit Vtile sollicitis supputat Articulis Ouid. ex Pont. 2, 3, 17. ad rationem digitorum gestu supputandi respicit. Aures sollicitae, i. Inquietae Lucret. 6, 1183. Carcer sollicitus Ouid. Amor. 1, 6, 64. Curae sollicitae Stat. Theb. 9, 603. Cic. Off. 2, 78 Id enim est proprium, ut supra dixi, ciuitatis atque vrbs, ut sit libera, et non sollicita suae rei cuiusque custodia. Diligentia sollicita Quinctil. 6. Prooem. Dolor sollicitus Ouid. de Arte Am. 3, 374. Idem Fast. 5, 372 Imbelles caprae, sollicitusque lepus, i. timidus. Martial. 14, 111 Frangere dum metuis, frangis cristallina, peccant Securae nimium sollicitaeque manus. Mare sollicitum stridet refluentibus vndis, i. Ventis impulsu et agitato Virg. Georg. 4, 262. Mentis sollicitae pauent Ouid. Fast. 3, 362. Metus sollicitus, Sollicitudinem iniiciens Ouid. Trist. 3, 11 10. Motus Lucret. 1, 344. Opes sollicitae, quae sollicitos faciunt Hor. Serm. 3, 6, 79. Pectore sollicito repetens suspiria Ouid. Met. 2, 125. Pecus sollicitum Martial. 5, 32. Cic. de Amicit. 52 Omnia semper suspecta atque sollicita sunt, nullus locus est amicitiae. Status ciuitatis sollicitus Quinctil. 6, 1. Timor sollicitus Ouid. Epist. 1, 12. Vita sollicita Propert. 3, 7, 1. Voce sollicita inuocare aliquem Ouid. Met. 10, 639. Comparat. Planc. ad Cic. Fam. 10, 18. Quinctil. 7, 2 Quibus nos circa lites raras sollicitiores ridiculi videmur. Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis sollicitior, aut pro me securior Tac. Hist. 4, 58, 1. Sollicitior locus Senec. de Benef. 3, 13. Conf. Plin. Paneg. c. 6. Suet. Domit. c. 14. Superl. Senec. de Breuit. vitae 15 Breuissima ac sollicitissima aetas. Add. Quinctil. Decl. 280.

**SOLICITE**. Adu. [ἐπιμενῶν] Sipienti non solcite Custodire se, tutum est Sen. Ep. 116. Accurate atque solcite Quaesitum Gell. 3, 16. Ouid. ex Pont. 4, 6, 44 Qui mala solcite nostra lenatis. Compar. Sollicitus Adhibere discrimina Quinctil. 2, 15. Conf. Victoris Epit. in Theodos. Peccatum semel bonus quisque sollicitus Cauet Apul. Apol. p. 274. Plin. Epist. 1, 19 Nam sollicitus custodiendus est honor, in quo etiam beneficium amici tuendum est. Superl. Annonae curam sollicitissime Agere Suet. Claud. c. 18. Minimum est de quo sollicitissime Agitur Sen. Ep. 93.

**SOLICITVDO**, inis. fr. [μεριμνη, ἀγωνία, φρονις] Cura et inquietudo, quae mentibus inhaeret. In versu, duplici L scribitur, ut producat prima syllaba. Et ubique L geminant, qui Sollicitum interpretantur totum commotum. Cic. Tusc. 4, 18 c. 8 Sollicitudo, est aegritudo cum co-

gitatione. Ibid. 1, 96 Nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura. Idem Offic. 3, 84 Angores, sollicitudines, diurni et nocturni metus. Et de Diuin. 2, 150 Perfrugium videtur omnium laborum et sollicitudinum esse somnus. Aculei sollicitudinum, *vid.* ACVLEVS. Altior sollicitudo

5 Quinctil. in Prooem. 4. Mordaces sollicitudines Hor. Carm. 1, 18, 4. Abducere animum a sollicitudine, *vid.* ABDVCO. Abstrahere se a sollicitudine, *vid.* ABSTRAHO. Acuere sollicitudines Cic. Fam. 11, 16. Adducere in sollicitudinem, *vid.* ADDVCO. Adire sollicitudinem pro aliquo Plin. Epist. 2, 9. Afferre sollicitudinem, *vid.* AFFERO.

10 Afficit me sollicitudo duplex Cic. de Clar. Orat. 332 c. vlt. Quanta me cura et sollicitudine afficit gnatus Ter. Phor. 2, 3 (*pl.* 4) *pr.* Bidui est aut tridui Haec sollicitudo, nostin' deinde desinet Ter. Andr. 2, 6, 9. Allevare sollicitudines, Conficere alicui sollicitudines, *vid.* *hb.* *vv.* Demere sollicitudinem Tacit. Hist. 2, 68. Duplicare sollicitudines

15 Cic. Fam. 5, 14. Idem de Fin. 1, 51 Easque ipsas sollicitudines, quibus eorum animi noctes diesque Exeduntur, diis immortalibus supplicii causa importari putant. Exsoluere aliquem sollicitudine Plin. Epist. 1, 22. Cic. pro Cluent. 51 Quidquid hoc tempore Habeat sollicitudinis ac negotii, id omne a matre esse constat. Cic. . .

20 Nec Haerere in animis horum sollicitudinem sempiternam. Importare sollicitudines, *vid.* IMPORTO. Leuare pectora diris sollicitudinibus Hor. Epod. 13, 15. Liberare sollicitudine Cic. Att. 6, 1. Liberari sollicitudine, *vid.* Exsoluere aliquem sollicitudine, *in* EXSOLVO. Omittere sollicitudinem, Pati sollicitudinem, *vid.* *hb.* *vv.*

25 Perferre sollicitudinem, *vid.* Plane mane, *in* MANE *Aduerbium.* Cic. Att. 5, 21 Sed dices me ipsum mihi sollicitudinem Struere. Subueniri sollicitudini Cic. Fam. 2, . . . Sum. Esse sollicitudini alicui Plaut. Milit. 3, 1, 76. Ter. Phorm. 4, 1, 22 Scio ita esse, et istaec mihi res sollicitudini est. Cic. ad Brut. . . . Non minore nunc

30 sunt sollicitudine quam tum erant studio. Sustinere sollicitudinem Cic. Fam. 10, 4. Torqueri sollicitudine districtum Hor. Serm. 2, 8, 8. Cic. Att. 6, 5 Sollicitudine prouinciae tamen vel maxime Vrgebamur.

SOLICITO, *are.* [*ἀντίω θάλλω*] *Inquietare et curam iniicere, commouere, studere, quo sensu etiam ad corpora refertur: it. animum a fide et firmitate atque constantia abducere, et corrumpere adeo conari aliquem.* Paullus ex Festo Sollicitare est solo citare, id est, ex suo loco mouere. Solum autem quin significet locum, quis dubitet? cum exules quoque

35 dicantur solo patriae suae pulsi. Ter. Andr. 5, 3, 16 Cur meam sententiam huius sollicito amentia? Idem Eun. 1, 2, 82 Egone id timeo? PH. quid te ergo aliud sollicitat? Idem Hec. 4, 4, 54 Aut quid sit id, quod sollicitere ad hunc modum? i. e. Perturberis, commouere, *inquit* Donat. Cic. de Fin. 1, 1, 50 Quemadmodum temeritas et libido et ignauia semper animum excruciant, et semper sollicitant, turbulentaeque sunt. Cic. de Fin. 1, 50 Nec praeterea est res vlla, quae sua natura aut sollicitare possit, aut angere. Sollicitant haec torumata furem, *Alliciunt ad furtum* Martial. 12, 75. Cura quietos sollicitat

40 Virg. Aen. 4, 380. Mala copia aegrum sollicitat Stomachum Hor. Sat. 2, 2, 42. *inuitat ad plus edendum quam opus est.* Metus sollicitans Ouid. Trist. 4, 8, 6. Bello sollicitare aliquem Ouid. Fast. 5, 40. *i. oppugnare.* Curt. 3, 5, 15 Verum enimvero quum modo milites meos literis ad prodicionem, modo amicos ad perniciem pecunia sollicitet, *corrumpere conetur.* Ter. Andr. 5, 4, 2 Tunc hic homines adolescentulos, imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illis? sollicitando, et pollicitando eorum amicos laetas? Sollicitare ad se aues Plin. 8, 23. Qui pretio fratrum meliorisque ausus amici sollicitare caput Grat. Cyneg. v. 452. *i. in periculum adducere.* Cic. in Catil. 4, 17 Quare si quem vestrum commouet hoc, quod auditum est, lenonem quendam Lentuli concurrare circum tabernas, pretio sperantem sollicitari posse animos

45 egentium atque imperitorum: esse id quidem coeptum atque tentatum. *Conf.* Id. ib. 3 c. 6. Caes. B. G. 5, 3. Flor. 3, 5. Iudicium alicuius sollicitare donis Ouid. Epist. 16, 20. Precibus sollicitare aliquem Ouid. Met. 9, 682. Votis sollicitare numina Tibul. 2, 4, 53. Cic. pro Cluent. 47 c. 16 Cuius seruum Diogenem

50 Fabricius ad venenum Auito dandum spe et pretio sollicitare coepit. Liu. 1, 30 Sollicitatis ad defectionem animis. Ad laborem sollicitare Senec. de Benef. 3, 11. Sollicitare pacem Liu. 34, 6 *turbare, incertam reddere.* Matronam appellare suo vel alieno nomine Sen. Controu. 15. Et qui sollicitat Nuptas ad praemia peccat Petron. c. 83.

70 Toros legitimos sollicitare Ouid. ex Pont. 3, 3, 50. Voluptas sollicitat concubitus Virg. Georg. 3, 131. *stimulat animalia ad Venerem. In bonam etiam partem sumitur.* Circumspicias praecceptores, quos sollicitare possimus Plin. Ep. 4, 13. Ut ille (*paruulus filius*) mihi blandissimus, me suis nutricibus, me auiae educanti, me omnibus, qui sollicitare solent illas aetates, anteferet Quinctil. 6 Prooem. *Conf. h. l. Burm.* Remansit in caelibatu, nec sollicitari vlla conditione amplius potuit Suet. Galba c. 5. ¶ 2 *Quod diximus ad corpora etiam referri, eius rei hic exempla ponemus.* Sollicitare alium

55 purgatione Cels. Praef. 5. *ut mouere, citare.* Feras arcu Ouid. Am. 1, 7, 14. *i. agitare, excitare cubilibus.* Spicula dextra Virg. Aen. 12, 403 *ut quater.* Stamina docto pollice, *chordas citharae percutere* Ouid. Met. 11, 170. Sic Forem sollicitare Ouid. Am. 3, 1, 50 *aperire conari ianuam.* *Vid. Brouckh. ad Tib. 1, 8, 25. Tibull. 1, 8, 30* Primus aratra manu solerti iecit Osiris, Et teneram ferro sollicitauit Humum. Tellus sollicitanda Virg. Georg. 2, 418. Sic Claud. de Rapt. Proserp. Praef. 2 Et rudibus remis sollicitauit aquas. *b. e. Mouit et agitauit.*

80 SOLICITATUS, *a, um.* Sollicitatus ab Aruernis pecunia Caes. B. G. 7, 37. Alites et bestiae escae illecebris sollicitatae Iustin. 2, 13, 12. Amicus in adulterium vxoris sollicitatus Iustin. 1, 7, 18. Corpora sollicitata suis trepidant in sedibus Lucret. 2, 963. Sollicitato Exercitu regio Caes. B. C. 3, 104. Mentula Martial. 11, 47. Quod diu sollicitati ne obsidionis quidem metu a fide decessissent Liu. 31, 5.

95 SOLICITATIO, *ōnis. f. dicitur, Quae ab alio fit, ut ait* Donat. *ad* Ter. Andr. 1, 5, 26 *Nempe sic distinguitur a Sollicitudine, quae nascitur in animo solliciti: cum Sollicitatio admoueat extrinsecus. Locus Terentii est, Tot me impediunt curae, quae meum animum diuerse trahunt; amor, misericordia huius, nuptiarum sollicitatio.* Cic. pro Cluent. 53 Et de sollicitatione Diogenis recenti re secum Cleophantum locutum esse dicebat. Iam vero illa Allobrogum sollicitatio fit a Lentulo caeterisque domesticis hostibus Cic. Catil. 3 c. 9. Tot sollicitationibus expugnari non potuit Sen. Contr. 15 p. 216.

100 SOLICITATOR, *ōris. m.* [*παραστής*] Paul. de extraord. crimin. 1. 1 Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum *inter-*

terpellatores. *Add.* Vlp. l. 11 D. de feruo corr. §. 2. *Señ.* Controu. 15 Testamento sollicitatoris.

**SOLIDVS**, a, um, Adi. [*σερῆος, σερῆός, πᾶντος*] *Plenum, integrum, nihil caui aut vacui habens, ut ubique solum occurrat, quod resistat, vel renitatur: apud Geometras, quod et longum et latum et profundum sit.* 5  
Virg. Aen. 6, 552 — *Solidoque adamante columnae.* Idem Georg. 3, 26 In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto Gangaridum faciam. i. e. Ex ebore integro, non fectili, ut ait Seruius. Solidum nihil, quod terrae sit expers Cic. de Vniuers. c. 4 Solidum, *Iuge ac continuum significat.* Scis me ante orationes aut aliquid id genus solidum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere Cic. Att. 13, 12 pr. Solidum *hic dialogo opponitur, scriptiois genus, ubi ex sola persona sua loquitur auctor, non inducit aliorum sermones.* Ter. Eun. 5, 2, 32 Ut solidum parerem hoc mihi beneficium. Fragile et Solidum, contraria Hor. Serm. 2, 1, 77. Agger solidus Stat. Silu. 4, 4, 3. 15  
Annus solidus, *Integer* Liu. 1, 19. Annos decem solidos errasse Vlyfsem dicit Varro apud Non. 4, 451. Argentum solidum Virg. Aen. 9, 357. Aurum solidum Ouid. Amor. 3, 8, 53. Sen. Ep. 5. Cautes solida Ouid. Met. 12, 124. Ceuos solidos haurire Plin. 8, 14. Cic. de Diuin. 1, 48 Quum columnam auream quae esset in fano Iunonis Lacinae auferre vellet, dubitaretque vtrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata. Consulatus parum solidus Liu. 4, 8 extr. i. qui an gestus fuerit, dubitari possit. Cornu solido grauiter sonat vngula Virg. Georg. 3, 88. i. *firmiter.* Ter. Eun. 2, 3, 26 Color verus, Corpus solidum, et succi plenum. *Vbi* Donat. Solidum corpus, quia non vitiatum. Lucret. 1, 487 Nam solido vincunt ea corpore demum, *de elementis, quorum simplex soliditas destrui non potest.* Dies solidus non modo ut Annus, integer: sed rebus necessariis atque vtilibus attributus. Horat. Od. 1, 1, 20 Nec partem solido sumere de die spernit, ut A. Poët. 209 Vinoque diurno Placari genius festis impune diebus Coepit. Hoc 30 est de die conuiuia inire, nec sunt tempestiua conuiuia, quibus pars solido diei detrabitur. Effigiem tenere solidam et expressam virtutis. Cic. Off. 3, 69 c. 17. Ferrum solidum Ouid. Met. 15, 810. Felicitas solida, *Integra* Plin. 7, 40. Gaudium solidum Ter. Andr. 4, 1, 23 Donat. Plenum, idoneum, integrum. Glacies solida Virg. Georg. 3, 365. Gratia solida Ouid. Met. 12, 576. Plaut. Curc. 3, 35. Inibis a me solidam et grandem gratiam. Humus solida, *Dura* Ouid. Epist. 12, 94. Infortunium solidum Plaut. Merc. prol. 21. Legata solida, *integra* l. 14 §. 1. D. ad l. Falc. Mare solidum Iuuen. 10, 176. *ponte constratum, qui velut solum praebet.* Marmor 40 solidum Virg. Aen. 6, 69. Mens solida, *Firma et constans* Hor. Carm. 3, 3, 4. Montes solidi Ouid. Met. 4, 645. Nix solida; i. *Grando* Stat. Theb. 8, 408. Nequitia solida Sen. de Ira 1, 16. Cic. de Fin. 1, 61 Illi enim negant bonum quidquam esse, nisi nescio quam illam vmbra quod appellant honestum, non tam solido quam splendido Nomine. Nomen solidum non vanum, cui subest res ipsa nomine signata. Pars solida Scribon. 53. sc. dentis. Pax solida Senec. Troad. f. 6. Proprietas solida, *Plena et non deducto usufructu* l. 26. D. de usufruct. legat. Sestertia: *vid.* *Burm.* ad Petron. c. 43 p. 139. Virg. Georg. 2, 64 *de inferendi generibus, Sed truncis oleae melius, propagine vites, Respondent, Solido Paphiae de robore Myrtus, i. Myrtus vel Myrti integra planta transferendae sunt e seminario.* Spiritus solidus Lucan. ad Pison. 251. Solidos haurire Tauros Plin. 8, 14. Summa solida, *vid.* *Summa excurrit, in EXCURRO.* Tellus solidissima Ouid. Met. 15, 262. Vasa auro 55 solida Tac. Ann. 2, 33, 1. *Add.* Id. 13, 10, 1. Vires solidae suo stant robore Virg. Aen. 2, 639. Cic. de Fin. 1, 72 An ille tempus aut in Poëtis euoluendis consumeret, in quibus nulla solida Vtilitas omnique puerilis est delectatio? ¶ 2 *Interdum sine adiuncto, velut substantiae ponitur.* Nulla in solidum mihi dona dederunt Iuuen. 3, 363. Senec. de Benef. 3, 4 Praesentia bona nondum in solido sunt. Obligari in solidum Vlpian. Dig. 45 t. 2 l. 8 et Paul. D. 35 t. 3 l. 4 §. 1. In solido rursus fortuna locauit Virg. Aen. 11, 427. Quint. 5, 10 Argentarius ab argentario solidum petit. Cic. pro Rabir. Post. 46 c. 17 At hoc etiam optat miser, ut condemnetur a vobis, ita bona vaeneant, ut solidum suum cuique soluatur, nihil iam aliud nisi fidem curat. i. *Integrum.* Perf. Sat. 5, 25 Pulsa, dignoscere cautus Quid solidum crepat, *Metaphora a vasis figlinis, quae tinnunt integra si sint acutius, etc.* ¶ 3 *Compar.* Solidior caseus Colum. 7, 8. Vinum naturâ solidius Pallad. 11, 14 extr. Superl. 70 Solidissima structura Vitr. 1, 5 sub init. et 8, 7 pr. ¶ 4 Soldum pro Solido, ut caldum pro calido, Martial. 4, 37 Ex infulis fundisque tricies soldum, cui nihil desit.

**SOLIDVS**, i. m. [*χρῆστος* Gloss. Gr. Lat. it. νόμισμα ib. et Lat. Gr.] Genus numi, Aureus. Solidi ideo dicuntur, quia iusto et integro pondere erant percussi, non dimidiati, aut trientales. Lampridius in Alexand. c. 39 Vectigalia publica in id contraxit, ut qui decem aureos sub Helio-gabalo praestiterant, tertiam partem aurei praestarent: tuncque primum semisses aureorum formati sunt: tum etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros: sed quum non potuisset per publicas necessitates, constari eos iussit, et tremisses tantum, solidosque formari. Solidos, i. totos, alios respectu diuisionis in XII vncias: unde posterior aetas Solidos etiam dixit suos numos duodenarios. Vid. Gronou. de Pecun. Vet. 3, 6 et 4, 13.

**SOLIDE**, Adu. [*ὀλοκλήτως*] *Integre.* Plaut. Trinum. 4, 2, 8 Neque noui, neque natus necne is fuerit, id solide scio. Ibid. 4, 2, 47 Hic homo solide sycophanta est. Ter. Andr. 5, 8, 7 Nam hunc scio mea solide solum gauisurum gaudia. Aqua solidius latiusque concreta Gell. 19, 5. *Add.* Colum. 12, 54. Pallad. 1, 35.

**SOLIDITAS**, ātis. f. [*σερεότης, παγιότης*] Cic. de Fin. 1, 17 c. 6 Ille atomos quas appellat, id est corpora indiuidua, propter soliditatem censeat in infinito inani. Idem de Vniuers. 13 c. 5 Sed quum soliditas mundo quaereretur. Animae corporali soliditate priuatae Arnob. 2 p. 52. Soliditates concrustatae Anmian. 17, 7. ¶ 2 *ὀλότης.* Sempiterno aeuo perpetuo infinitam retinere in se soliditatem Vitr. 2, 2. Quoties duobus non separatim, sed pro indiuiso munus iniungitur, et ita, ut vnusquisque eorum periculo soliditatis videatur obstrictus Gordian. l. 2 Cod. quo quisque ord. i. in solidum obligatus.

**SOLIDIPES**, ēdis. c. [*σερεόπους*] *Quod solidos habet pedes, non bifidos, etc.* Plin. 10, 65 Contra naturam solidipedum, aut fulcorum. Conf. Id. 10, 73. 11, 37 sub init.

**SOLIDAMEN**, inis. n. *Firmitas, Soliditas.* Fortun. Carm. 6, 2 Vnus amor viuio solidamine iunctus alescat.

**SOLIDAMENTVM**, i. n. *Firmamentum, quo constat Soliditas.* Lactant. de Opific. Dei 7 Deus igitur solidamenta corporis, quae ossa dicuntur, nodata, et adiuncta inuicem nervis alligauit atque constrinxit.

Abripi a solidamento pietatis Augustin. Conf. 7, 20. pro summo caelestium orbium posuit Nouatian. de Trinit. c. 1.

SOLIDO, Ære. [σπερώ] Roborare firmare, glutinare, ferruminare. Aedificia sine trabibus saxo solidantur Tac. Ann. 15, 43, 3. i. saxo solido struuntur. Virg. Georg. 1, 179 Area tum primum ingenti est æquanda cylindro, Et vertenda manu, et creta solidanda tenaci. Fracta solidantur Plin. Epist. 8, 20. in virtutibus aquae Vadimonis. Facies solidata veneno Lucan. 8, 691. b. e. Medicamento firmata contra putrefactionem. Lardum elixum solidat Offa fracta Plin 28, 16. Vinum Stomachum solidare titubantem solet Pallad. Febr. t. 31. Add. Sen. Qu. Nat. 3, 25. Vitis calamo iuuatur, donec solidetur Pallad. Febr. t. 11.

SOLIDATVS, a, um. Part. Solum alto rudere solidatum Pallad. 1, 17. Myri Tac. Hist. 2, 19, 5. Parietes Vitr. 7, 3.

SOLIDATIO, ònis. f. Vitruu. 5, 3 Solidationes ita erant faciendae. Add. Id. 7, 1.

SOLIDESCO, Ære. [σπερῆσαι] Solidum fieri. Plin. II, 37. f. 83 Vesica membrana constat, vulnerata cicatrice non solidescit. b. e. Glutinatur. Sic enim ait Cels. 8, 6 Illud et in hac, et in naribus ignorari non oportet, non quidem cartilaginem ipsam glutinari circa tamen carnem incrementum, solidarique eum locum. Conf. Vitr. 2, 6 et 9. 7, 3.

SOLIDATRIX, icis. f. Arnob. 4 p. 131 Solidatrix ossium cartilago. SOLIFER, vid. SOL.

SOLIFERREVM, i. n. [ἑλωσιδήρεον] Genus teli, appellatum quasi Totum ferreum, ut monet Festus in Solitaurilia. Liu. 34, 14 Ut eniſſis soliferreis falzricisque gladios strinxerunt, tum velut redintegrata est pugna. In telorum generibus etiam refert. Gell. 10, 25 Conf. SOLLIFERREA.

SOLIFVGA, æ. f. [μωσήλιος] Genus formicæ venenatae, a fugiendo sole dicta. Plin. 22, 25 f. 81 Et leguminibus innascuntur bestiolæ venenatae, quæ manus pungunt, et periculum vitæ affèrunt, solifugarum generis. Hard. Solipugarum. Add. Solin. c. 10. Vid. SOLPVGA.

SOLIGENA, vid. SOL.

SOLINO, Ære. Verrius apud Festum idem esse ait, quod Consulere.

SOLINVS, i. m. Scriptor libelli ex Plinio fere excerpti, Polyhistoris nomine noti, in quem sunt Salmasii exercitationes Plinianæ, opus titulo illo dignius.

SOLIPVNGA, vid. SOLPVGA.

SOLIS. Gemma, vid. SOL: est enim Solis Genitiuus.

SOLISTIMVM, vel SOLLISTIMVM, i. n. Appius Pulcher auguralis disciplinae lib. primo, ait, esse Tripudium, quod auti excidit ex eo, quod illa fert saxumue solidum, aut arbos viuiradix ruit, quæ nec vi humana (al. praeuitio humaniue) caedantur, iacianturue, pellanturue. Cic. de Diuin. 128 c. 15 extr. Quod autem scriptum habetis, aut tripudium fieri, si ex ea quid in solum ceciderit, hoc quoque quod dixi coactum tripudium, solistimum dicitis. Add. ib. 2, 72 c. 34. it. Fam. 6, 6. Liu. 10, 40 Tripudium solistimum Consuli nuntiauit. Vid. Min. Fel. c. 26, 1. Seruius ad Virg. Ecl. 8, 30. Festus voce Puls. Vid. et TRIPVDIVM.

SOLITANVS, a, um. Adi. [σολιτανός] Ut, Cochleae solitanae, quæ in Africa reperiuntur. Plin. 30, 6 Laudatissimæ autem sunt cochleae Africanæ, ex his solitanae. Varr. de R. R. 3, 14, 4 Nam et valde amplæ sunt quaedam ex Africa, quæ vocantur solitanae, ita ut earum calices quadrantes octoginta capere possint. A Promontorio Solis in Africa nomen ducit Harduintus.

SOLITARIVS, SOLITVS, vid. SOLVS, SOLEO.

SOLITAVRILIA, òrum. n. [θυσία ἐκ αὐτῶν, κρεῖττα, καὶ ταύρος] Gloss. Lat. Gr.] Genus sacrificii, quod alio nomine SVOVETAVRILIA vocabant. Cum una eademque res sit, iunctim nomen utrumque tractabimus. Ergo Suouetaurilia vel Suouitaurilia ipsa res videtur commendare. Cato R. R. 141 Agrum, inquit, sic lustrari oportet. Impera suouitaurilia circumagi, et totam deinde formam caerimoniamque Sacrificii peragit. Vbi obsequiamus, aliquoties poni hoc nomen; sed ita, ut antiquae editiones Solitaurilia habeant, Suouitaurilia ex optimis MSS. restituerit Victorius: deinde immolari in hoc sacro porcum, agnum, vitulum, h. e. suem, ouem, taurum. Varro de R. R. 2, 1, 10 Et quod Populus Rom. cum lustratur, suouitaurilibus circumaguntur verres, aries, taurus? Sic non modo Victorius ex suis MSS. sed testatur idem Vrsinus. Firmat hoc Quinctil. 1, 5, 67 Suouetaurilia (sic necessario legendum, quod videre Vasfosanus et Stephanus) iam persuasum est, esse ex sue, oue, et tauro: et sane ita habet sacrum, quod apud Homerum quoque est. Respicit puto ad Odyss. Θ, 59 Τῆσιν δ' Ἀλκίνοος δῖοςκαίδεκα μῆλ' ἱέρευσεν, Ὀκτῶ δ' ἀργυροδόντας ὕας, δύο δ' εἰλιπόδας βῆς. Etiam apud Liu. 1, 44 et 8, 10 Suouetaurilia locum suum tueri iussit Drakenborchius. Etiam Tac. Ann. 6, 37 Sacrificantibus, cum hic more Romano suouetaurilia daret. Et Hist. 4, 53 ubi de Capitolio restituendo, Tum Heluidius Priscus Praetor, praecunte Plauto Aeliano Pontifice, lustrata suouetaurilibus area, etc. Res igitur dubitationem non haberet, nisi intercedere viderentur Grammatici, quos iam audiemus. Charif. 1 p. 84 Suouetaurilia quidam putant dicenda a victimis, sue, oue, et tauro: sed Valgius de rebus per epistolam quaesitis, solitaurilia dicta esse ait: Tauri autem nomen pro omnibus maribus sumtum esse. Festi haec sunt praecipua, Solitaurilia hostiarum trium diuersi generis immolationem significant, tauri, arietis, verris, quod omnes eae solidi, integrique sint corporis — Atque harum hostiarum omnium inuolati sunt tauri, quæ pars scilicet caeditur in castratione. Sunt quidem qui putent, ex tribus hostiis praecipue (praecipuae) nomen inclusum cum solido, tauri, quod amplissima sit earum, etc. Certe Grammaticis his, ut et Asconio in Diuin. in Caecil. 8 c. 3 videtur deberi, quod antiquae editiones fere Solitaurilia vel Sollitaurilia praeferunt. Et antiquam fuisse, Valgio certe et Festo antiquiorem, illam quoque scribendi rationem, vero simile est.

SOLITO, Ære. et SOLITO Ablatiuus, vid. SOLEO.

SOLITVDO, SOLIVAGVS, vid. SOLVS.

SOLIVM, i. n. [ἑσσιλικὸς θρόνος ἐμβωτῆ] Gloss. Lat. Gr.] si audimus Seruium ad Aen. 1, 510 Armarium ex vno ligno factum, in quo reges ob corporis sui tutelam sedebant: dictum quasi Solidum: quoniam ex praedura materia roboris fiebat. Vel secundum Asperum, per antistipchon, quasi Sedium a sedendo: nam et sella, quasi feda dicta est. Ex Seruio et ista ad Aen. 7, 169. Etiam hoc refert Scaliger, quod apud Festum est, Solla (leg. Solia) appellantur sedilia, in quibus non plures singulis possunt sedere, etc. Eburno folio fultus Claud. in sec. Conf. Stilich. 199. Rudi folio fultus Claud. de Rapt. Poferp. 1, 79. Solium, pro Sella regali. Virg. Aen. 11, 301 Praefatos diuos folio rex inſit ab alto. Liu. 1, 47 Dii te penates, — et in domo regale solium, et nomen Tarquinium creat vocatque regem. Aureum solium Virg. Aen. 10, 116. Regale solium Quid. Fast. 6, 353. Sublime solium

lium Ouid. Met. 14, 262. Ornatu regali in folio Sedens Cic. de Fin. 2 c. 21. Surgere folio Virg. Aen. 10, 116. Tollere se a folio Idem ib. 8, 541. Solium de Sella iuriconsulti, in qua ius respondere solebat Cic. de Legib. 1, 10 Quum praefertim non recusarem, quo minus more patrio, sedens in folio, consulentibus responderem. ¶ 2 5  
Est et Solium, quo in balneis utebantur, et in quo sedentes lauabantur, Balneare Plin. 11, 41 et 28, 12 pr. Unde nobiles Romanas ait Plin. 33, 12 foliis argenteis ad delicias vsas. Cels. 7, 26 Quae curatio calculo euulso habenda sit. Interpositis duabus horis, in solium aquae calidae refupinus dimittendus est, sic ut a genibus ad umbilicum aqua teneat. Suet. August. c. 82 At quoties neruorum causa, marinis, Albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo folio, quod Hispanico verbo *duretam* vocabat, manus ac pedes alternis iactaret. conf. Martial. 2, 42. Cato 10. Pallad. R. R. 1, 40. Descendere in solium Cels. 1, 3. Vitruv. 9, 3. Desiderare in folio Cels. 2, 17. Festus, voce SELLA, sed pro qua Solia legendum putat Scaliger, Aluei quoque lauandi causa instituti, quo singuli descendunt, Solla (Solia) dicuntur, quae a sedendo potius dicta videntur, quam a solo. Dimitti folio caldo Scribon. 130. Exsilire e folio Liu. 44, 6 pr. ¶ 3 Solium, Loculamentum sepulcrum, in quo conduntur defuncti. Plin. 35, 12 L 46 Quin et defunctos sese multi scilicet foliis condi maluere. Vetus exemplar habet Solla. Sed foliis MSS. stor. optimorum lectio apud Hard. et sic iam Philand. ad Vitruv. 9, 3. Curt. 10, 1, 32 Septimus dies erat, ex quo corpus regis iacebat in folio. Paulo post, Purgare corpus, repletunque est odoribus aureum solium. De corpore Alexandri. Add. Suet. Ner. c. 50. Flor. 4, 11 extr.

SOLIARIS, e. Adi. Thermarum sella foliaris Spartian. in Carac. c. 9 quod uno nomine Solium n. 2.

SOLLA, i. Sedilia et aluei balneorum, vid. SOLIVM n. 2. ex Festo. 30

SOLLICURIA, In omni re curiosa: nam Sollo Osci, dicitur id, quod nos Totum vocamus. Liu. Sollicuria, in omni re curiosa. Festus voce SOLIO.

SOLLIFERREA, inquit Festus voce Solistaurilia, vocantur Tota ferrea; et Homo bonarum artium, solers, et quae nulla parte laxata, 35 cauaeque sunt, Solida nominantur, vnde folium solidum. Sollum enim (notat Paul.) lingua Oscorum significat totum, et solidum.

SOLLO, Osce dicitur id, quod nos Totum et solidum vocamus. Fest.

SOLIISTERNIVM, i. n. Solla sternere dicuntur, qui sollisternium habent. Festus. conf. tamen Sellisternium. 40

SOLLVS antiquis fuit idem quod Solidus, a Solo s. fundo derivatum. Vid.

in SOLERS, SOLICITVS, SOLITAVRILIA, SOLLICVRIA, SOLLIFERREA.

SOLO, solas. vid. SOLVS.

SOLOE, vel SOLI, orum. m. Pl. [Σόλοι] Soloe more Graecorum pro Soli, sicut Dioscuroe pro Dioscuro, Ciuitas Ciliciae, a Solone 45 sic dicta, (vid. Menag. ad Diog. Laërt. 1, 51.) qui Colonos etiam Atticos allexerat. Ab hac Solenses, ut Aratus, Chryssippus Stoicus, et Philemon, Poeta comicus. Quum vero barbari linguam Atticam paulatim coinquinassent, σολοικισμός et σολοικίζεω, soloecizare, dicti sunt, et inde Soloecismi. Lepide Capella 3 p. 50 Grammaticae tribuit limam, quae 50 octo partibus auratis, velut diuersis nexionibus interstincta vibrabat, ex qua scabros dentes, vitiliginesque linguarum, et Sordes, quas in Soloe quadam ciuitate contraxerant, leni sensim attritione purgabat.

SOLOECVS, a, um. Barbarus corrupte loquens, vid. Gell. 5, 20.

SOLOECISMVS, i. m. [σολοικισμός] Vitium orationis est, in 55 quantum verba male iunguntur. Definitiones Graecorum et Latinorum plures congeffit Menag. ad Laërt. 7, 59. Gell. 5, 20 Soloecismus Latino vocabulo a Sinnio Capitone, eiusdemque aetatis aliis stribligo dicebatur, a versura videlicet et prauitate tortuosae orationis etc. vid.

STRIBLIGO. Laudat deinde hanc eiusdem definitionem, Soloecismus 60 est impar et inconueniens compositum partium orationis — Nos neque Soloecismum neque Barbarismum apud Graecorum idoneos adhuc inueniamus.

Nam sicut βάρβαρον ita σόλοικον dixerunt, (intell. cum de vitio sermo est, τῆτο βάρβαρον, τῆτο σόλοικον) Nostri quoque antiquiores Soloecum facile, Soloecismum haud scio an vnquam dixerint. Quod si ita est, neque in Graeco neque in Latino Soloecismus probe dicitur. Non refugit tamen Soloecismi nomen Quinctil. 1, 5 in quo multa de eo, et quot modis accidat, disputantur. Quin A. ad Herenn. 4 c. 12 Soloecismus est, cum verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur. Grammaticus non erubescit soloecismum, si sciens facit Sen. Ep. 95. Iuuen. Sat. 6, 455 Soloecismum liceat fecisse marito. Reprehendit eruditionem Grammaticam et Supercilium in muliere. Martial. 5, 39 Vnus quum sitis, duo Calliodore sedetis: Surge, Soloecismum Calliodore facis. conf. Id. 11, 20. Apud Christianos soloecismus est magnus et vitium, turpe 75 quid narrare vel facere Hieron. adu. Heluid. c. 8. Irridet Grammaticos, quibus crimen sit Soloecismus.

SOLICISMVS, i posito pro OI, ut saepius, Aufon. Epigr. 138 in Auxilium Grammaticum

Emendata potest quatenam vox esse magistri, 80 Nomen qui proprium cum vitio loquitur.

Auxilium te nempe vocas, inscite magister, Dic rectum casum, iam Solicismus eris.

Auxilium tamen non est Soloecismus, sed barbarismus.

SOLOECON, i. n. dicitur Vitium sermonis. Gell. 5, 20. ubi 85 docet, ut modo vidimus σόλοικον dici pro Soloecismo. Nihil tam σόλοικον, quam τυρονοκτόνος in caelo esse, facta tyranni defendi Cic. Att. 14, 6.

SOLOECOPHĀNES, is. f. [σολοικόφανες] Soloecismi speciem habens: quae et Alleosis, figura est: ut, Praeneste sub ipsa: quum Praeneste sit neutri generis, sed retulit ad Ciuitatem. Et Ter. in prol. 90 Eun. 32 In Eunuchum suam: referens ad Comoediam cogitatum.

SOLOMON, vid. SALOMON.

SOLO, ōnis. m. [Σόλων] Salaminus genere, vnus e septem sapientibus, Atheniensibus leges dedit. Decessit in Cypro annorum LXXX. mandauit ossa Salaminem transferri, ibique per regionem proiici ac diffi- 95 pari, ne Athenas inferrentur, quoniam discedens iureiurando ciues adegerat, non antiquaturos leges suas, donec rediret. Epigramma sepulcro inscriptum commemorat Cic. Tusc. 1, 117 Mors mea ne careat lacrimis, linquamus amicis Moerorem, ut celebrent funera cum gemitu. Pers. Sat. 3, 79 Quod satis est sapio mihi; non ego curo Esse quod Arcefilas, aerumnosique Solones. Iustus Solon Iuuen. Sat. 10, 274.

SOLOR, āri. [παράμυθιομαι, παρηγορέω] Integrare, recreare, a Solo vel Sollo, sed maxime ad animum in malis firmandum, et velut Solidandum refertur. Plaut. Afin. 3, 1, 37 Aliquem habet peculiarem, qui spera soletur suam. Virg. Georg. 1, 293 Interea longum cantu 105

VOL. IV.

solata laborem, Arguto coniunx percurrit praefine telas. Allocutione solari aliquem Catull. 39, 5. Amicis dicti solari aliquem Virg. Aen. 5, 770. Amicis verbis solari aliquem Ouid. Fast. 5, 237. Amorem solatur musa Virg. Aen. 10, 191. Cladem Lug-

5 dunensem quadragies Sestertio solatus est princeps Tac. A. 16, 13, 6. add. ib. 2, 86, 3. Val. Flacc. 2, 151 et 4, 86. Famem solari concussa quercu Virg. Georg. 1, 159. Fessos opibus amicis Virg. Aen. 5, 41. Lacrimas alicuius solari Ouid. Fast. 2, 821. Metum alicuius solari Virg. Aen. 12, 110. Lenire dolentem solando Id. ib. 4, 394.

10 SOLANS, antis. Ipse caua solans aegrum testudine amorem Virg. Georg. 4, 464. Multa timidum solantia pectus Ouid. Met. 11, 448. SOLATOR, oris. m. [παραγός] Vt, Solator lugentum Stat. Silu. 5, 5, 40. conf. Tibull. 1, 3, 15.

SOLATRIX, icis. f. Boeth.

SOLATIVM, i. n. [παραμύθιον] Quidquid fit aut dicitur, solandi causa aut euentu. Quinct. Decl. 1, 3 Caecitatis miserae solatiuum est, habere rem videntium. Cic. Fam. 7, 3 Vacare culpa, magnum est solatiuum. Virg. Ecl. 9, 18 Heu tua nobis Paene simul tecum solatia rapta Menalca? Cic. Verr. 4, 134 c. 60 Vt illi etc. haberent haec oblectamenta et solatia seruitutis. Id. Tusc. 2, 59

15 42 Haec sunt solatia, haec fomenta summorum dolorum. Saepe Calamitatis solatiuum est, nosse sortem suam Curt. 4, 10, 26. Grat. 400 Metus solatia falsi, vid. Barth. ad h. l. Dulcia solatia Lucret. 5, 21. Exigua solatia ingentis luctus Virg. Aen. 11, 62. Frigida solatia Ouid. ex Pont. 4, 2, 45. Moeesta solatia Stat. Achill. 30, 2, 278. Vnicum aduersorum solatiuum, literae Quinctil. proem. 6.

Adhibere solatia, Admittere solatia, Afferre solatiuum, vid. hb. vv. Afficere solatio Tacit. Ann. 3, 24, 1. Cic. de Amicit. 10

Sed non egeo medicina: me ipse consolor, et maxime illo solatio, quod etc. Idem Att. 4, 6 Nosque malo solatio, sed non multo tamen consolamur, quod ipsius vicem minime dolemus. Idem de

35 Clar. Orat. 11 c. 3 Vos vero, inquam, Attice, et praesentem me cura leuatis, et absenti magna solatia Deditis. Et Att. 4, 85 Multa mihi Dant solatia. Ferre solatiuum Tac. A. 4, 66, 1. Cic. Att. 3, 49 Quae quidem tamen aliquid Habebant solatii antequam eo venisti a Pompeio. Luctum alicuius nullo solatio Leuare posse Id. Philipp. 6, 12. Cic. pro Arch. 16 c. 7 Haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis per fugium ac solatiuum Praebent. Proponere sibi aliquid solatii Caes. Bell. Gall. 7, 15. Recolere aliquem in solatiuum Tacit. Hist. 1, 77. Re-

45 portare solatiuum ex aliqua re Cic. Verr. 7, 127. Sum. Id solatio est Plaut. Amph. 2, 2, 13. Caes. Bell. Ciuil. 1, 22 Quod de sua salute impetrauerit, fore etiam reliquis ad suam spem solatio. Hoc solatio noctis tenebras Vincimus Hieron. Ep. ad Ripar. de cereis. Cic. Fam. 2, 6 Maximo meo dolore, hoc solatio Vtor, quod, etc. ¶ 2

50 Solatiuum, pro Leuiuscula mercede usurpauit Vlpian. l. 13 ff. Communia praedior. Si constat (inquit) in tuo agro lapidinas esse: inuito te, nec priuato, nec publico nomine quisquam lapides caedere potest, cui id ius faciendi non est: nisi talis consuetudo in illis lapidinis consistat, et si quis voluerit ex his caedere, non aliter hoc faciat, nisi pro his solitum pro hoc solatiuum domino praestet. Callistrat. l. 33. ff. de administr. et peric. tutor. §. ultimo: Nisi ab eo certum solatiuum constitutum sit. Conf. tamen SOLARIUM sub SOLVM. Solatiuum item pro

60 Subsidio, vitaeque adiumento, vel alimento ponitur in l. Si cum dotem. §. Si maritus. versic. Sin vero dotem. Solut. matrim. lib. 24. P. tit. 1. Sin vero (inquit) dotem ita dissipaturus, ita manifestus est, vt non hominem frugi, oportet tunc dotem sequestrari, quatenus ex ea mulier competens habeat solatiuum, vna cum sua familia. In codice Solatiuum a Principibus pro Commodo et salario militum. l. 15. C. de advocat. diuersor. iudic. et eo. tit. l. 3. 5. 6. l. penult. C. de praed. Decur. lib. 10. l. 3. C. de agentib. in reb. lib. 12. l. ultim. C. de silentiar. lib. 12. Inde Solatia annonarum in l. vn. C. de annon. et capit. lib. 12. C. l. 17. C. de erogat. militar. annonae lib. 12. C. l. 4. C. de Nauiculariis. lib. 11. l. 32 eodem titul. in C. Theod. Sic l. 7. C. de Cursu publico (12, 51.) Et vtilius sit tam publico, quam his, quos sterco animalium

70 pro suo solatio habere concedimus.

SOLATIOLVM, i. n. Dimin. [παραμύθιον] Catul. ad passerem Lesbiae 2, 7 Vt solatiolum sui doloris.

SOLAMEN, inis. n. [παραμύθια] Idem. Hoc tamen Poetae frequentius vtuntur. Cic. de Amicit. extr. Etsi illis plane orbatus essem, magnum tamen afferret mihi aetas ipsa solamen. Vetus exemplar legit Solatiuum. Quidquid solamen Humandi est Virg. Aen. 10, 493. Mali solamen fistula Virg. Aen. 3, 661. Breue solamen malorum Sen. Octau. v. 66. Petere solamen Sen. Med. 7.

SOLAMENTVM, i. n. Peruigili tamen haec dat solamenta dori Paullin. Nol. Nat. Felic. 6, 343.

SOLATOR, ari. Alicuius paupertati solatiari Sarisber. in Metal. 2, 10.

SOLOX, oëcis. Adi. [ἰσὸς καὶ παχύς Gloss. Lat. Gr.] Crassus. vt, Solox lana, i. Crassa, quasi Solida: vt Festus interpretatur, qui addit, et pecus quod passim pascitur non tectum (vt Pallitae oues, de quibus vid. PALLITVS) quod enim dedit ex Festo Paullus, certe quod nunc legitur pecus lana contactum, plane id falsum et contrarium est. Pellitarum ouium lana delicatissima est. Addit Festus, Titinnius in Barathro, Lana soloci ad purpuram data. Lucil. Philarg. ad Ge. 1, 385 Laeta pascua solocem lanam faciunt, h. e. minutam, duram, atque hirsutam. Pascali pecore, et montano hirco, atque soloce. add. Symmach. Ep. 1, 1. Elaboratam soloci filo accipe cantilenam.

SOLPUGA, vel SOLIPUGA, f. SOLIPVNGA, ae. f. [ἡλιόκεν-ρος, μίνας ἔδος Gloss. Lat. Gr.] Genus formicarum venenatum, quod a fugiendo solem, Solifuga dictum quibusdam videtur: concitari enim acrius feruore solis, ideoque eum fugere quantum potest. Sed Solpuga vel Solipunga defenditur ab Hard. ad Plin. 8 no. mai. 88. Interim Salpuga fere praeualet Lucan. 9, 837 Quis calcare duas metuat solpuga latebras? Quod habuit forte Lucanus a patria sua. Plin. 29, 4 f. 29 Est et formicarum genus venenatum, non fere in Italia. Solipugas Cicero appellat: Salpugas Baetica. Plin. 8, 29 f. 43 Citra Cynamiolgos Aethiopas, late deserta regio est, a scorpionibus et solpugis gente sublata. Festus, Solipunga genus bestiolae maleficae, quod acrius concitatusque fit feruore solis, a quo nomen trahit.

100 SOLSEQUIVM, i. n. Herba, al. Heliotropion. Apul. de Herb. c. 49.

PPP

SOL

SOLSTITIVM, vid. SOL. SOLVIBILIS, vid. SOLVO.

SÖLVUM, i. n. [*ἔδαφος, πεδῖον, δάπεδον, πυθμῆν*] dicitur Omne quod sustinet, et vnicuique rei subiacet. Vnicuique enim rei quod subiacet, solum est ei, cui subiacet: vnde est Solum navis, Mare: et Aër auium. Haec Seru. in Aen. 5, 199 Subtrahiturque solum, Aquae superficies solum dicitur, quae nauium fundamentum est. In ipso, vt ita dixerim solo Aetheris et fastigio hiemis Apul. in Flor. p. 340, 40. Videtur exprimere voluisse *ἔδαφος* illud et *ἔθλον*, quod caelo Homerus tribuit, solum quoddam ex aëre solidum. Verbo, Solum est extremum illud, quo aliquid tandem nititur. Sic Tib. 3, 3, 16 Aurataeque trabes, marmoreumque solum. i. marmoreis tabulis stratatum. Etiam hic *ἔδαφος*, cui inambuletur. Sic intelligendum Solum Balinei Inscr. Grut. p. 174 n. 8. It. A solo aedem sua pecunia fecit Grut. p. 19, 7. Et A solo restituerunt p. 187, 3. Fossae solum Caes. Bell. Gall. 7, 72. Stellarum solum, Caelum est Ouid. Met. 1, 73. Astra tenent caeleste solum. Sedere viridi solo Virg. Aen. 6, 192. Tellus tremefacta solo Id. ibid. 10, 102. Terrae solum Lucret. 1, 213. Caes. Bell. Gall. 1, 9 Allobroges, qui trans Rhodanum vicos possessionesque habebant; fuga se ad Caesarem recipiunt, et demonstrant sibi praeter Agri solum nihil esse reliqui. ¶ 2 Peculiari quadam ratione Solum, Terra est, quia hominum et animalium fundamentum est. Columel. 2, 8 Nam quod sicco solo ingestum, et innocatum est, perinde ac si repositum in horreo non corrumpitur. Ouid. Met. 2, 420 Inque solo quod texerat herba iacebat. Et teneat culti iugera magna soli Tibull. 1, 1, 2. Plin. 35, 14 Lateres non sunt e sabuloso, neque arenoso, multoque minus calcuoso ducendi solo, sed e cretoso et albicante. Solum, proprie Terra dicitur, inquit Festus, et laudat Naeuium, Tarquinio dedit imperium, simul et sola regni. Et alibi, Sed sola terrarum postquam permensa parumper. Accliuue solum, vid. ACCLIVIS. Bonitas soli Quinctil. 2, 19. Crudum solum, vid. CRVDVS. Culti soli magna iugera Tibull. 1, 1, 2. Exiguum solum Idem 1, 1, 22. Ferax et foecundum solum Ouid. Met. 7, 416. Foecundum Quinctil. 1, 19. Macrum, vid. MACER. Lactum, vid. LAETVS. Mite Hor. Carm. 1, 18, 2. Natale solum, Patria, terra in qua nati sumus Ouid. ex Pont. 1, 3, 3. Nudum Claud. in Eutrop. 2, 298. Praepingue Virg. Aen. 3, 698. Pingue Idem Georg. 1, 64. Putre Idem ibid. 2, 204. Puluerum Ouid. Met. 7, 113. Siccum, et sine humore vlio Quinctil. 2, 4. Sitiens solum Columel. 2, 8. Quinctil. 1, 3 Vt quae summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt. etc. Triste, Infocunda, et infructuosa terra Ouid. Met. 8, 784. Vile Idem Epist. 15, 146. Viuax, Vitam subministrans animalibus e coeno terrae procreatis Idem Met. 1, 420. ¶ 3 Verborum formulae: Aequare solo, vastare, de incendio Liu. 24, 47. Vell. 2, 4, 2. Vt foeneratores duas patrimonii partes in solo Collocarent Suet. Tib. c. 48. Immobilia vocare vulgo solent. Sic Eosdem patrimonii tertiam partem conferre iussit in ea, quae solo continerentur Plin. Ep. 6, 19. Compingere solum axibus, vid. COMPINGO. Concedere solum, vid. CONCEDO. Dissilit omne solum Ouid. Met. 2, 260. Exercere solum presso sub vomere Virg. Georg. 2, 356. Findere solum Tibul. 1, 2, 47. Haeret solo immobilis Virg. Aen. 7, 250. Ingredi solo Idem ib. 4, 177. Insultare solo Id. Georg. 3, 117. Inuertant pingue solum fortes tauri Id. ibid. 1, 64. Mutare solum, vid. MVTO. Recubans solo Virg. Aen. 3, 392. Reptans solo Stat. Silu. 5, 5, 83. Venire in solum dicuntur, quae temere, et non cogitantibus nobis eueniunt, Cic. Fam. 9, 26 Conuiuio delector: ibi loquor in solum, vt dicitur. Id. de Nat. Deor. 1, 65 c. 23 Abuteris ad omnia atomorum regno et licentia: hinc quodcumque in solum venit, vt dicitur, effingis atque efficis. Varro apud Non. 9, 8 Libet me epigrammata facere, et quoniam nomina non memini, quod in solum mihi venit ponam. Duo loca Afranii ab ipso Nonio 2, 426 corrupta damus, voce INSOLVM. Cic. pro Caecin. 100 c. 34 interpretatur his verbis, Nam qui volunt poenam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est sedem ac locum mutant. Idem pro Corn. Balb. 28 Hanc ante amittere non potuissent, quam huius solum ciuitatis mutatione vertissent. Liu. 3, 58 de Decemuiris, Itaque spe incisa, priusquam praedicta dies adesset, Appius sibi mortem consciiuit. Paulo post, Oppius quoque ductus in vincula est, et ante iudicii diem finem ibi vitae fecit. Bona Claudii Oppiique, Tribuni publicauerunt: collegae eorum, exilii causa solum verterunt: bona publicata sunt. ¶ 4 Obseruatt. Sola dura, in Plurali dixit Catull. 61, 40 Sed vbi horis aureis sol radiantibus oculis Lustrauit aethera album, sola dura, mare ferum. Arida sola Virg. Georg. 1, 80. Saturare sola fimo pingui Idem ib. 1, 80. Ita Plurali saepius vititur Auien. in Descr. Orbis, vt, Curuo sola vomere sulcant, v. 272. add. ib. v. 503. 999. 1312. Solum, Mensam appellauit Idem Aen. 7, 111. Et cereale solum pomis agrestibus augent. Solum, Inferior pars pedis, quam vulgus soleam vocat, quae callosa fit, et dura etiam discalceatis. Solea, a solo pedis Fest. Omnes subdam sub solum Plaut. Curc. 2, 3, 18. Cic. Tusc. 5, 90 c. 32 Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra. Aua Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo Lucret. 1, 925. Solum, pro Solea calceamenti, et corio. Martial. 9, 75 in Sutorem, Et mordere luto putre vetusque solum. Vet. Gl. *κασσυμα*, Solum, Solum Caligarium, vid. SVPpingo. it. 85 FVLMENTA. Metaph. Cic. in Brut. 258 Solum quidem, inquit ille, et quasi fundamentum oratoris vides locutionem euendatam, et Latinam, i. Basim, firmamentum. Sola aut Solla apud Festum pro sedilibus poni dicuntur: sed forte ibi sunt Solia. Solum etiam pro Solio et sede regia dixisse videri potest Ennius apud Cic. de Diuin. 1, 108 Auspicio regni stabilita scamna solumque. Sed Solum fundamentum etiam et firmam stabilemque possessionem notare potest.

SOLARIVM, i. n. quid sit declarat Vlpian. D. Ne quid in loco vel itinere publico fiat. l. j. §. Si quis nemine prohibente. Si tamen obstat, aedificium id publico vsui: utique is, qui operibus publicis procurat, debet id deponere: aut si non obstat, solarium ei imponere. Sic enim Vestigal hoc appellatur, ex eo quod pro solo pendatur. Conf. Vlp. l. 2 §. 11 ff. ne quid in loc. publ. it. l. 38 §. 4 ff. de leg. 1. Solarium in alio significato, vid. SOL.

SOLVO, solui, solutum, ere. [*λύω, τελέω, καταβάλλω*] Quod ligatum erat, vinculis liberare, iisque vel externis, vt captiuum, vel naturalibus, vel moralibus denique: vnde statim, quam late pateat hoc verbum intelligitur; sed magis ex vsu, quem nunc iam exemplorum varietate declaramus, quae in concinnum ordinem redigere temporis inopia prohibemur. Virg. Aen. 7, 403 Soluite crinales vitas, capite Orgia me-

- cum. Ter. Andr. 5, 4, 53 Vincit est — Iube solui, obsecro. Aluum soluere, *Laxare, ut deiciat cibos* Plin. 14, 18. Amores alicuius soluere Propert. 1, 4, 15. Ab amplexu alicuius solui Ouid. Epist. 13, 12. Animum arcum soluere Hor. Serm. 2, 6, 83. Caede soluere aliquem, *i. Purgare a crimine caedis* Ouid. Fast. 2, 40. Ah, ah, solutus ambulat veneficæ Scientioris Carmine Hor. Epod. 5, 75. Cæli ruinae Corpora soluentes Lucret. 1, 1098. Capillos soluere Ouid. Amor. 3, 9, 3. Corpora soluere in Venerem, *In Venerem resolui* Virg. Georg. 4, 198. Rarus coitus Corpus excitat, frequens soluit Celf. 1, 1. Crimine soluere aliquem Stat. Theb. 11, 64. Crinem soluere Ouid. de Arte Am. 3, 782. Curas soluerat somnus Idem Met. 10, 369. Deliciis infantiam Quintil. 1, 2. *i. enervare, mollire nimis.* Dementia soluere aliquem, *Liberrare* Hor. Epod. 17, 45. Ebrietatem soluere, *pro Discutere* Celf. 15, 2, 6. Fascia solvatur Scribon. 131. Fidem soluere, *Rumpere et non servare* Ter. Andr. 4, 1, 19. Foedera soluere Virg. Aen. 10, 91. Formidine soluent terras Virg. Ecl. 4, 14. Ieiunia soluere Ouid. Met. 5, 534. Quid proderit hoc tibi, si soluta Inedia fueris, si te viam sepelieris Petron. c. III. Iras soluere Ouid. Met. 9, 274. Iuga tauris soluit arator Virg. Ecl. 4, 41. Lacrimas soluere, *Flere* Stat. Achil. 2, 337. Quando ego te reducem cupidis amplexa lacertis, Languida Laetitia soluar ab ipsa mea Ouid. Heroid. 13, 116. Soluar, *interficiar nimio gaudio.* Lapidem soluere Scribon. 153. *i. calculum dissolvere.* Legibus soluere Liu. 31, 50. Vid. LEX. Cic. pro Sext. 16 c. 7 Hanc tetram immanemque beluam, vincit auspiciis, alligatam more maiorum, constrictam legum sacrarum catenis, soluit subito legum consul. *Sic Gron. et Graev. ex antiquis libris.* Nempe Genitius hic pro Ablatio ut in aliis cognatae significationis. Linguam soluere ad iurgia Ouid. Met. 3, 261. Luctu soluere se Virg. Aen. 2, 26. Lumina soluere in lacrimas Lucan. 8, 106. Maiestatem soluere, *vid. MAIESTAS.* Membra soluere formidine Virg. Aen. 12, 867. Membra solvuntur frigore de terrore Idem ibid. 1, 96. Membra solvuntur frigore. *i. Morte* Id. ib. 12, 951. Sallust. Hist. 4 Conuentum vitantes ad menstua soluenda montem ascendunt. *Vid. Cort. p. 990 sq. qui probat, Sacra intelligi.* Mentis soluere, *Liberare curis* Virg. Aen. 4, 487. Metum soluere corde Id. ib. 1, 566. Metu et curis soluere animum, vel aliquem: *b. e. Liberare metu et curis* Id. ib. 1, 566. Soluite corda metu Teucris, secludite curas Ter. Hec. 2, 1, 33. Morem solvere, *Antiquare* Liu. 1, 49. Admotis ad venas serpentibus, sic Morte quasi somno soluta est Flor. 4, 11 extr. de Cleopatra. Nauim, *vid. n. 2.* Nodum soluere Hor. Carm. 3, 21, 22. Obsidionem soluere, *pro Recedere ab obsidione* Liu. 24, 41. Obsidione soluere Aur. Vict. de Viris illustr. in Lucullo, c. 74. Obsidium soluere Tacit. Ann. 4, 73. Operam soluere, *est Sacra facere et soluere rem diuinam, quae debebatur.* Operari enim verbum est in sacris frequentissimum. Afranius, Soluo operam Dianae. Turnebus. Pudorem soluere Virg. Aen. 4, 55. violare. Quies soluerat homines, *In somnum erant resoluti* Ouid. Met. 7, 186. Texta soluere, *Telam retexere, dissolvere quod textum erat* Propert. 2, 9, 6. Vas soluere Scribon. 269, 80. Ventrem soluere, et Ventris onus Columel. 9, 13. Martial. 13, 29. Soluit ventrem Scribon. 60, 70. Vid. Celf. 3, 18. Vincula soluere alicui Tibul. 2, 1, 7. Vitam soluere alicui Propert. 2, 9, 39. Vita soluere aliquem, *Occidere* Plaut. Men. 5, 5, 5. Corpora quae senectus soluit Q. Curt. 8, 9, 32. Nobis solui, perire est Sen. Ep. 10. *conf. Ouid. Am. 2, 10, 36.* Illam tranquillo sine solutam, Felicemque vocant Stat. Silu. 5, 1, 222. Non indignemur, mortalia corpora solui; Cernimus exemplis oppida posse mori Rutil. Itin. 1, 497. ¶ 2. Soluere dicuntur, qui naui vehuntur, quum soluto fune, quo naui retinetur, recedunt, *Dicimus autem, Soluere, simpliciter nullo adiecto, et Soluere nauem.* Cic. Fam. 16, 9 Nos eo die coenati soluimus. Nactus idoneam ad nauigandum tempestatem, tertia fere vigilia soluit Caes. B. G. 4, 23. Plaut. Milit. 4, 4, 51 Nisi eat, te soluturum esse nauim, ventum operam dare. Cic. Off. 3, 50 Si idem sciat complures mercatores Alexandria soluisse, nauesque in cursu frumento onustas petentes Rhodum viderit, dicturusne se Rhodiis id? Idem pro Muraen. 4 c. 2 Quod si e portu soluentibus, ii, qui iam in portum ex alto inuehuntur, praecipere summo studio solent, etc. E portu naues soluere Caes. Bell. Gall. 4, 28. Plaut. Amph. 1, 1, 256 Nam hac noctu soluta est naui nostra e portu Persico. Cum soluissent naues ac vela ventis dedissent Nep. 23, 8, 2. De litore iter soluit puppis Stat. Silu. 5, 1, 243. Vela soluere Virg. Aen. 4, 474. ¶ 3 Soluere, *Aperire.* Columel. 6, 14 Ea porro vena, quae in aure videtur esse amplissima, sarmento prius verberatur: deinde quum ad ictum intumuit, cultello soluitur. Cic. Fam. 11, 10 Ergastula soluere, *seruos ergastulis inclusos ad libertatem et arma vocare.* Argumentum soluere Quintil. 2, 17. Contradictiones soluere Quintil. 7, 2. Epistolam soluere: *i. Aperire, inciso lino quo colligata est* Nepos 23, 11. ¶ 4 Soluere, *pro Dissolvere, aut molle facere.* Hor. Carm. 1, 4, 1 Soluitur acris hiems grata vice Veris. Plin. 2, 39 In liquorem solutus humor. Soluti humores Ouid. Met. 2, 853. Super ignem solui Scribon. 208. Igne solui Idem 263, 266. Bitumen super igne solutum Id. 208. Medicamentum soluitur Id. 81. 212. ¶ 5 Qui numerat pecuniam, quam debet, is soluit quodammodo vinculum, quo obligatus fuerat. Hinc solvere interdum est numerare pecuniam, interdum poenas quascunque dare vel luere. Pro frumento nihil solui omnino Cic. Verr. 3, 169. ¶ 6 Argentum solui Ter. Adel. 4, 4, 19. Aes alienum Sallust. Catil. 35. Misimus qui pro vectura solueret Cic. Att. 1, 3. Idem pro Quint. 17 Decidis, statuisque tu propter necessitudinem, quae tibi cum Scapulis est, quid iis ad denarium solueretur. *Vt facilius explicaretur solutio pecuniae, quae Scapulis debebatur, ea denariis aestimata est: uniuersum debitum ad eam numi speciem redactum: ut constaret quot in summa denarii Scapulis essent persoluedi.* Cic. Att. 16, 16 Vt pecuniam reliquam Buthrotii ad diem soluerent. Paulo alia ratione Plaut. Bacch. 4, 9, 137 Ego ad forum autem hinc ibo, vt solvam militem, *i. absolvam. v. v.* Ab aliquo soluere quid esset, explicatum est in A, n. 15. Fidem soluere voti Ouid. Fast. 1, 642 quod voto



*voto promissum est.* Inferias soluere alicui Sen. Hippol. 1198. Iudicatum solui, fatisdare, *vid.* SATISDO. Iusta soluere alicui Sen. Hippol. 1245. Cic. pro Rosc. Amer. 24 c. 8 Hunc miserum luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iusta soluisset, nudum eiicit domo. *conf.* Curt. 3, 12, 15. Munera soluere Ouid. Met. 11, 104. Pugnis rem soluant, si quis poscat durius Plaut. Curc. 3, 9. Poenas meritas fidei violatae soluere Curt. 6, 3, 14. Suprema alicui soluere, *pro Parentare* Tacit. Ann. 1, 61, 1. Ter. Adel. 2, 1, 10 Neque tu verbis unquam solues, quod mihi re malefeceris. Vbi Donatus: Solues, Lues, persolues, i. e. Satisfacies et te purgabis. 10 Martial. 12, 87 Ne Votum soluat, nunc Maro vota facit. Liu. 31, 9 Quod nisi factum esset: votum rite solui non posse. Vota, quae in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit: Nam se, quanquam conscriptis paratisque tabulis, negavit susceperum, quae non esset soluturus Suet. Aug. c. 97. *conf.* 15 *Rutgerf. Var. Lect.* 5, 5. Cic. Att. 15, 11 Etenim erat absurdum, quae si stetit Resp. bonis non soluere, at eversa illa vota dissolvere. *Correctius exemplar sic legit*, Vouissem, ea me eversa illa vota dissolvere. Virgines Voto ciuitatem soluentes Iustin. 21, 3, 5. Voti soluere fidem Ouid. Fast. 1, 642. Vota sollemnia pro incolumitate tua soluimus Plin. Epist. 10, 44. Cic. Off. 2, 79 Ne videatur non fuisse soluendo *int. par vel idoneus*. Idem Att. 13, 10 Quanquam nihil habeo quod dubitem, nisi ipsi Magio, quae fuerit causa amentiae, pro quo quidem etiam sponsor Sunii factus est, nimirum id fuit: soluendo enim non erat. *conf.* Id. Fam. 3, 8, 5. Soluendo aeri alieno non est Resp. Liu. 31, 13. Ad soluendum non esse Vitr. 10, 6. *conf. Gronou. et Burm. ad Quinctil.* Decl. 8 p. 167. Tempus solvendi poenarum Lucret. 5, 1224. Soluisse, *quatuor syllabarum per diaeresim* Tibull. 4, 5, 16 Sed potius valida teneamur vterque catena, Nulla queat posthac quam soluisse dies. 30

**SOLVENS**, entis. Lapfae nullo soluente catenae Ouid. Met. 3, 700.

**SOLVTVS**, a, um. Partic. [*ἄλυτος*] Cic. Att. 1, 10 Tertiam (*epistolam*) quam (vt scribis) ancoris solutis de phaselo dedisti. Idem Acad. 4, 105 c. 33 Sic igitur indicto et constituto probabili, et eo quidem expedito, soluto, libero, nulla re implicato. Idem 35 Acad. 4, 8 Hoc autem liberiores et solutiores sumus, quod integra nobis est iudicandi potestas. Solutus est, *pro absolutus est, vel solutum illi est* Paullus in l. Cum fundus. in princip. D. Si cert. petat. Culpa liberatus, et crimine nefario solutus Cic. pro Rosc. Amer. 143. A cupiditatibus solutus, liber a delictis Idem Lege Agrar. 1, 17 l. extr. 40 Cura belli solutus Plin. 22, 4. Solutus Cupiditatibus Sen. Ep. 10. O quid solutis est beatius Curis Catul. 32, 7. Ad dicendum satis solutus, atque expeditus Cic. in Brut. 245. Idem Off. 1, 59 c. 13 Deinde egressus a castris, iureiurando se solutum putabat: et erat verbis, re non erat. Languore molli solutus Ouid. Met. 11, 648. 45 Cic. pro Lege Manil. 62 Quid tam singulare, quam vt ex Senatusconsulto legibus solutus Consul ante fieret, quam vllum alium magistratum per leges capere licuisset? *Dispensandi verbo hodie vtuntur.* Idem Att. 1, 13 Lurco autem Trib. plebis, qui magistratum simul cum lege Aelia iniit, solutus est et Aelia et Fusia, vt legem de ambitu ferret. 50 Hor. Serm. 2, 6, 68 Prout cuique lubido est, Siccat inaequales calices conuiua, solutus legibus insanis. *Add.* Cic. pro Rab Post. c. 5. Luxu solutus Quinctil. 3, 8. Morbo solutus, *Mortuus* Vict. de Viris Illust. 3. Morte solutus Ouid. in Ibin 148. Operum famuli soluti Hor. Carm. 3, 17, 16. *h. e. Vacantes, et ab opere feriat.* Cic. 55 de Diuin. 1, 129 c. 57 Sic animum, cum aut somno soluti vacant corpore, aut mente permoti per se ipsi liberi incitati mouentur, eernunt ea, quae permitti cum corpore animi videre non possunt. Liu. 5, 45 Nuda corpora et soluta somno trucidantur. Vino solutus Virg. Aen. 9, 189. 2 *Substantiua*: Aequor solutum Stat. 60 Theb. 3, 255. *i. Tranquillum et quietum.* Agri soluti sunt, quorum fines deprehendi non possunt, vt ait Siculus Flaccus. Amor Stat. Silu. 1, 2, 20. *i. vaga libido.* Animo soluto ac libero Cic. Verr. 5, 185. Animo soluto ac vacuo cogitare Id. in Verr. A. 1, 26. Idem pro Rosc. Com. 43 c. 15 *pr.* Hoc ego loco, soluto et quieto sum 65 animo: et quorsum recidat responsum tuum non magnopere laboro. Vtrum ista sollicito Animo an soluto legas Caes. ad Cic. Fam. 15, 19 *extr.* Cicatrices solutae Scribon. 27. Coetu soluto discedunt Ouid. Met. 13, 898. Culpa soluta mea est Idem Trist. 4, 4, 10. Cura solutiore Liu. 3, 8. Mea Leuitas si cui solutior visa est, *i. dis-* 70 *olutior* Cic. Catil. 2 c. 12. Gradu soluto labitur moriens Sen. Hippol. l. 4. Libido solutior Liu. 2, 3. Vt quisque contemtissimus et vt maxime ludibrio est, ita solutissimae Linguae est Sen. de Const. Sap. c. 11. Merces soluta Ouid. Amor. 1, 10, 45. Nix soluta verno sole Idem Trist. 3, 12, 27. Cic. de Legib. 1, 33 Nam 75 libero tempore, cum soluta nobis est eligendi optio, quumque nihil impedit, quo minus id, quod maxime placet, facere possimus, omnis voluptas assuenda est, omnis dolor depellendus. Oratio soluta, *Quae metrica lege non tenetur, et pedibus non obuincitur.* Plin. Epist. 1, 16 Plautum vel Terentium metro solutum legi credidi. Varr. 80 de R. R. 1, 1 Ii, quos dixi, omnes soluta oratione scripserunt. Quinctil. 9, 4 Oratio alia vincta atque contexta, alia soluta, qualis in sermone, et epistolis. Praedia soluta meliore in causa sunt quam obligata Cic. de L. Agr. . . . Rabula solutissimus in dicendo Id. de Cl. Orat. c. 48. Idem Fam. 3, 5 Quo mea ratio faciliior et solu- 85 tior esse posset, *minus impedita.* Virg. Georg. 2, 386 Versibus incertis ludunt risuque soluto. *h. e. Cachinno, inquit Seruius.* Sopor solutus clamore Ouid. Met. 3, 630. Stomachum solutum habere Scribon. 92. *i. resolutum, imbecillum.* Terra soluta, *Rara, contraria Spissae.* Plin. 18, 6. et Columel. 2, 2 *pr.* Soli pinguis vel macti, soluti vel spissi, humidi vel fici. Vinculis solutis Scrib. 104. Zonis solutis Gratiae Hor. Carm. 1, 30, 6. De immoderata licentia, Solutum existimatur, alteri maledicere, — solum vero liberum, alterum laudare Caec. ad Cic. Fam. 6, 7. Quo minus suspectus, eo solutior erat Liu. 27, 13. Cic. Fam. 1, 9 Si essent omnia mihi 95 solutissima, tamen in Rep. non alius essem atque nunc sum. *i. etiam si liberrimum esset mihi.* Spectandi solutissimum et confusissimum morem correxerat ordinavitque Suet. Aug. c. 44. Senec. Epist. 81 Hoc non imputo in solutum. *Non scribo in tabulis, tanquam solutum et numeratum, non refero tibi acceptum.* Solutum repeti non posse 100 Vlpian. Dig. 2 t. 2 l. 3 §. 7. Compar. Sen. Ep. 90. Colum. 5, 5.

**SOLVTE**. Adu. [*ἄλυτος*]. Cic. de Diuin. 2, 100 Si aut furore diuino incitatus animus, aut somno relaxatus solute moueatur ac libere. Solute, leniter et oscitanter agere Idem in Brut. 277. Dicere solute et suauiter, *vid.* DICO, &c. Voluere sententias fa- 105

cile soluteque Cic. in Brut. 280. Compar. A fabricis negligentius solutiusque composita Sen. Qu. Nat. 6, 30. Quo solutius lasciueret Tac. A. 13, 47, 2. Solutius aequitatem sequi l. 14 §. 13 Dig. de religiof. et sumt. fun.

**SOLVTIM.** Adu. Tertull. de Pallio 5 Tota molitio pallii est operire solutum.

**SOLVTIO**, ōnis. f. [*λύσις, καταβολή, ἀνδροφορὰ*] Vt, Mors omnium dolorum et solutio est et finis Sen. ad Marc. c. 19. Solutio stomachi, quae et Dissolutio dicitur, quum vires ventriculi infirmae dissoluuntur. Plin. 20, 22. it. Scribon. 108. Solutio linguae Cic. de Orat. 114 c. 25. Vid. Solute ac Suauiter dicere, in DICO, ère.

Solutio, ad omnem Liberationem ab obligatione quoquo modo factam pertinet, magisque ad subiectum obligationis, quam ad numerorum solutionem. Eorum solutio imperito difficilis Sen. de Benef. 5, 12. Vlp. de

**15** Verb. signif. Solutionis verbo satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. Soluere dicimus eum, qui facit id, quod facere promissit. Cic. Off. 2, 84 c. 24 Nec enim vlla res vehementius Remp. continet, quam fides: quae esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Add. l. 176 ff. de V. S. Cic. Att. 15, 20 Tamen, nisi explicata solutione, non sum discessurus. i. Nisi videro esse, unde

**20** satisfiat creditoribus meis. **SOLVTOR**, ōris. m. [*καταβολεύς* Gloss. Gr. Lat.] Tertull. adu. Marc. 4, 17 Solutori pignus restituendum.

**SOLVBILIS**, e. Adi. Minuc. Felix 34 Mundus Deo soli solubilis, a Deo solo dissolui potest. Ammian. 16, 8 Pons solubilis. Caro Prudent. in Rom. v. 507. Dextra Prudent. Apoth. v. 514. Item actiue apud Cael. Aurel. Acut. 2, 37 Aër solubilis, qui dissoluit. Conf. Reines. Var. Lect. p. 649.

**SOLVTILIS**, e. Adi. [*λυτός*] Solubilis. Suet. in Neron. c. 34 Solutilem nauem, cuius vel naufragio vel camerae ruina periret Agrippina mater, commentus est.

**SOLVS**, a, um: Gen. solius: Dat. foli. [*μόνος, οἶος, μονήης*] Nomen, quo excluditur praesentia, vel auxilium vel societas alterius. Cic. Off. 3, 41 c. 310 Cui quum visum esset vtilius solum se quam cum altero regnare, fratrem interemit, vid. SOLLICVRIA. Solus, more Superlatiuorum, Genitiuum aliquando regit; ut, Plin. 9, 51 Ita fit, vt sola piscium et animal pariant et oua concipiant. Sed etiam cum EX Praepositione iungitur. Cic. de Prouinc. Consul. 21 Tiberius Gracchus, solus ex toto illo collegio, etc. Idem de Orat. 3, 65

**40** c. 18 Stoicos autem, etc. foli ex omnibus eloquentiam, virtutem ac sapientiam esse dixerunt. Sola domum et tantas seruat filia sedes Virg. Aen. 7, 52. Gemini cratera ferebant Herculeum iuuenes: illum Tirynthius olim Ferre manu sola solebat Stat. Theb. 6, 533.

Ter. Adel. 3, 1, 4 Solae sumus. Virg. Georg. 3, 249 Heu male

**45** tum Lybiae solis erratur in agris, i. desertis. Sic Cic. de Diuin. 1, 59 c. 28 Quum in locis solis moestus errares. Ter. Andr. 2, 4, 3

Venit meditatus alicunde ex solo loco. i. e. Deserto, vt ait Donat. Sola loca dicuntur eisdem deserta Nep. 18, 8, 6. In solo pascere Monte pecus Tibull. 1, 1, 60. Sola sub rupe iacentem Virg. Ecl. 10, 14.

**50** Terrae solae oraeque vltimae Plaut. Most. 4, 3, 3. Ter. Phorm. 5, 8 (7) 85 Nonne hoc publicitus scelus hinc deportariet in solas terras? Add. Manil. 2, 12. Weitz. ad Ter. Phorm. 5, 8, 86. Gifm. Ind.

Lucret. Sola, pro Imuptus, vidua: Propert. 3, 5, 23 Gaudet me solam vacuo tabescere lecto. Cum sola virgo degeret, Conceptit aure filium Ennod. Hymno B. Mariae. Sedibus solam exteris deserere

**55** Sen. Med. 119. Solis tribus ietibus, non pluribus Plaut Bacch. 4, 9, 51. Ter. Phorm. 3, 3, 24 Solae triginta minae. Cic. Att. 5, 17

Quod Scaenolae contigit, qui solos nouem menses Asiae praesuit. Id. Verr. 1, 156 Is mihi etiam queritur, quod a nobis nouem solis diebus

**60** prima actio sui iudicii transacta sit. Pro Soli in Dat. legitur Solae apud Ter. Eun. 5, 7, 3 Mihi solae ridiculo fuit. § 2 Pro

ficcio ponitur vel arido Ammian. Marc. 17, 7 de terrae motu disputans, Ventorum vi subeuntium ima terrarum: qui cum soliditatibus con-

**65** crustatis inciderint, eruptiones nullas reperientes, eas partes soli vibrant, quas subreperant humidi. Opponuntur igitur soli humidis: nempe vt de Aëro supra obseruatum est, quod cum Solum significet, propter materiem vel subiectum interdum ficcum designat.

**SOLVM.** Adu. [*μόνον, μόνως*] Tantum. Cic. Philipp. 2, 81 Nos nunciationem solum habemus, Consules et reliqui magistratus etiam

**70** inspectionem. Idem de Legib. 53 c. 20 De re vna solum dissident, de caeteris mirifice congruunt. Conf. Idem in Orat. c. 48. Non solum oratione, sed multo etiam magis vi et dolore Cic. de Orat. 2.

Et pro Corn. Balb. 28 Neque etiam dicatione, etc. sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio. Negotiis non interfuit solum, sed

**75** praesuit Cic. Fam. 1, 6. Idem Tusc. 3, 11 Quasi vero atra bili solum mens, ac non saepe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Idem de Finib. 2, 17 Quasi vero inquit, perpetua oratio

rhetorum solum, non etiam Philosophorum fit.

**SOLVMMODO.** Adu. Vt Tantummodo Idem. Plin. 54, 8 Vna solummodo Zenonis statua. Quinctil. Decl. 247 Sermone, sed non hoc solummodo erit. Ecclesiasticis non infrequens est. V. g. Min. Fel. 18, 3. it. 35, 6.

**SOLITARIVS**, a, um. Adi. [*μονώτης, μονότροπος, μονήης*] Qui solus esse amat et solet. Cic. de Amicit. 90 c. 22 Sic natura solitariu nihil amat, semperque ad aliquid, tanquam adminiculum, annititur. Ibid.

**85** Vt quoniam solitaria non potest virtus ad ea, quae summa sunt peruenire, coniuncta et sociata cum altera perueniret. Sic Off. 2, 39 c. 14 Solitario homini, atque in agro vitam agentis. Cic. de Inuent. 1, 81 Oportet autem animaduertere, ne cum aliter multa sint iudicata, solitariu aliquod, aut rarum iudicatum afferatur.

**SOLITE.** Adu. Plaut. Amph. 1, 1, 131 sec. Pareum: al. aliter.

**SOLITVDO**, inis. f. [*ἰρήμος, μοναστήριον*] Vbi vnus vel nemo habitat, recessus, inhabitata plaga. Caes. Bell. Gall. 6, 22 Ciuitatibus maxima laus est, quam latissimis circum se vastatis finibus solitudines habere. Scytharum solitudines Curt. 7, 8, 24. Hominis solitudo

**95** dicitur, quando neminem habet, qui eum defendat. Ter. Adel. 3, 2, 5 Tot res repente circumuallant vnde emergi non potest: vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia. Cic. Verr. 1, 153 c. 58 Habemus enim labores paruos, incertum est quam longa nostrum cuiusque vita futura sit: consulere viui ac prospicere debemus, vt illorum solitudo et pueritia quam firmissimo praesidio munita sit. Ab oratoribus solitudo Cic. de Clar. Orat. 227 c. 63. Ante ostium solitudo Ter. Andr. 2, 2, 25. i. Neminem ante ostium stare vidi. Cic. de Finib. 5, pr. Solitudo erat ea, quam volueramus. Male vitur solitudine

**100** lugens timensque Sen. Ep. 10. Se in solitudinem ac siluas abdiderant

**105** P P P 2

rant Caes. B. G. 4, 18. Solitudo, de paucitate vires coniungentium  
Nep. 8, 2, 2. Tac. Ann. 11, 32, 5. Insuetata solitudo, Captare  
solitudines, Collocare in solitudinem, Considerare in solitudinibus,  
Mandare fugae, solitudinique vitam, Obturbare alicuius solitudi-  
nem; *vid. ff. ll.*

SOLITAS, ātis. f. pro Solitudo. Accius Euryface, apud Non. 2,  
803 Tuam solitatem memoras, formidas tibi. Opportune nactus  
solitatem Apul. Met. 9 p. 225. Conf. Idem Apol. p. 288. Sym-  
mach. Epist. 1, 4. Tertull. adu. Valent. c. 37.

SOLICANVS, a, um. Adi. Musae nunc solicanae, nunc concinen-  
tes Mart. Capella 2 p. 33.

SOLILOQVIVM, i. n. *Exstat liber Soliloquiorum Augustini :  
ubi nempe secum ipse scriptor agit, et quid sibi dixerit exponit.*

SOLIVAGVS, a, um. Adi. [οἰκόλος] Qui solus vagatur: cui op-  
ponitur Congregatus. Plin. 8, 7 Nec nisi lacessiti noceant, ideoque gre-  
gatum semper ambulent, minime ex omnibus foliugi. Cic. Tusc.  
5, 38 c. 13 Alias volucres caelo frui libero, serpentes quasdam, quas-  
dam esse gradientes: earum ipsarum partim foliugas, partim con-  
gregatas. Cic. de Vniuers. 18 c. 6 Deinde cum circumdedit cor-  
pore, et vestiuit extrinsecus, caeloque foliugo et volubili, et in or-  
bem incitato complexus est. Cic. Off. 1, 157 Itaque ea virtus,  
quae constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani,  
attingat rerum cognitionem, foliuga cognitio et ieiuna videatur. *Add.*  
Lactant. 3, 23.

SOLO, āre. [ἐρημόω] Solum et desertum facere locum aliquem, *Va-25  
stare. Stat. Theb. 5, 148*

Furor omnibus idem,

Idem animus folare domos: iuuenunisque, senumque

Praecipitare colos, plenisque adfrangere paruos

Vberibus, ferroque omnes exire per annos.

Conf. Gronou. Obs. 4, 21. Drefem. ad Iscan. de B. Troi. 3, 38.

SOLATVS, a, um. Senec. Oedip. v. 4 Cernere auida peste solatas  
domos. i. Incalis destitutas.

SOLVS, untis. f. [Σολῆς] Stephano, Cypri insulae oppidum. Est  
et Siciliae oppidum, non procul a Lilybaeo promontorio Plin. 3, 8.

SOLYMI, orum. m. Pl. [Σόλυμοι] Straboni l. 1 Populi iuxta  
Lyciam, quos Homerus pugnacissimos fuisse scribit, et a Bellerophonte de-  
victos. Tac. Hist. 5, 2, 7 Alii clara Iudaeorum initia Solymos carmini-  
bus celebratam Homeri gentem, conditae vrbi Hierosolymam nomen e  
suo fecisse. Videtur ea fabella latius vulgata. Certe Valer. Argon. 1, 13  
Solymo nigrantem puluere fratrem Domitiani vocat Titum Vespasianum,  
cum respectu ad euerfas ab illo Hierosolymas. Et Iuuen. Sat. 6, 543  
Interpres legum Solymarum, Iudaicarum.

S O M

SOMNIALIS, SOMNICVLOSVS, SOMNIVM, *vid. mox*  
SOMNVS,

SOMNVS, i. m. [ὕπνος, ὄνειρος] dicitur, quum dormimus, nempe  
Aētus ipse dormiendi. Ter. Heaut. 3, 1, 82 Somnum hercle ego hac  
nocte oculis non vidi meis. A somni tempore prohibere, ne ob-

fopiantur Scribon. 180. Nox somni genitrix Sil. 15, 615. Ter.

Andr. 2, 1, 18 Quo aequior sum Pamphilo, si se illam in som-  
nis, quam illum amplecti maluit. Donatus: in somnis, Per  
noctem. Virg. Georg. 1, 208 Libra die, somnique pares vbi fe-  
cerit horas. Misceuerat lucem somno deus Sil. 3, 200. *vid. Heinfs.*

et Drakenb. ad h. l. Cic. de Diuin. 1, 42 Quia mater grauida pa-  
rere se ardentem facem Visa est in somnis Hecuba. ex Poeta. In  
somnia Ter. Andr. 2, 5, 19. Cic. Acad. 4 c. 17. Virg. Aen.

2, 270. In somnis videntur audire Scribon. 186. i. somniis. Per  
somnia Cic. de Diuin. 2, 27. Curt. 4, 3, 21. Somnus Graece

dicitur ὕπνος, inde ortum videtur Supnus, vel Sopnus, quod mollitum  
est in Somnus. De Spiritu aspero f. H in S mutato, exemplorum magna  
vis declarat, ut Sex, Septem, Super ab ἕξ, ἑπτὰ, ὑπέρ. P excidisse  
tanto minus mirum est, cum illud in aliis etiam mox assumatur mox omit-  
tatur, ut enuptio, emtio etc. Sic damnus ex δαπάνη factum. Gell.

13, 9 Quod item illi ὕπνος, nos primo Synpus, deinde — somnus.  
Apud antiquissimos autem primum Ouid ex Pont. 1, 10, 21 Is quoque, qui  
gracili cibus est in corpore, somnus Non alit officio corpus inane suo.  
Perfugium omnium laborum et sollicitudinum est somnus Cic. de Di-  
uin. 2, 150 c. 72. Mortis imago et simulacrum est somnus Cic. Tusc.

1, 92 c. 38. Nihil morti est tam simile, quam somnus Idem de  
Senect. 80. Expertia lumina somno Lucret. 6, 1179. Tibull.

1, 3, 88 Ac circa grauibus pensis affixa puella Paullatim som-  
no fessa remittat opus. Grauis somno Ouid. Met. 3, 608.  
Quinctil. 4, 2 Somnone te languidum an graui lethargo putem pres-  
sum. Marcidus somno, *vid. MARCEO.* Italia, per quam  
somno et luxu Pudendus inuenerat Tac. H. 2, 90. Torpidus som-  
no Liu. 7, 36. Vacuus somno Ouid. Amor. 1, 2, 3. Vini  
somniaque benignus, Qui bene dormit, indulgens vino et somno Hor.

Serm. 2, 3, 13. Inertia somni Ouid. Epist. 14, 75. Domitor  
curarum somnus Sen. Agam. f. 2. ¶ 2 Epitheta: Alatus,

*vid. infra VOLV CER.* Arctior somnus Cic. in Somn. Scip. 1.  
Breuis somnus, *vid. BREVIS.* Non Bonus est homini somnus  
de prandio Plaut. Most. 3, 2, 8. Celer somnus Sen. Hippol. f. 4.  
Deterior somnus Stat. Theb. 1, 434. Difficilis somnus est omni-  
bus phreneticis, et praecipue necessarius Cels. 3, 18. Dulces som-  
ni Virg. Georg. 1, 342. Facilis somnus Hor. Carm. 2, 11, 8.  
Fallax somnus Catull. Argon. 62, 56. Virg. Aen. 10, 745 Olli du-  
ra quies oculos, et Ferreus vrget Somnus: in aeternam clauduntur  
lumina noctem. Epitheton est Homericum χαλκείος ὕπνος, ut adnotauit  
Seruius quoque. Nempe mortis est periphrasis. Sic Frigidus somnus,  
Mors Valer. Argon. 3, 179. Furentes somni Lucan. 7, 764.  
Ignavus somnus Ouid. Met. 11, 593. Immodici somni Idem Rein.  
Amor. 145. Incestus somnus Claud. de Bell. Gildon. 447. In-  
excitabilis somnus, *vid. b. v.* Lenis somnus Hor. Carm. 3, 1, 21. 95  
Ouid. Met. 8, 823. Lethaeus somnus Virg. Georg. 1, 78. Le-  
vis somnus Sil. 7, 300. Liquidus somnus Val. Argon. 4, 16. Longus som-  
nus, Tranquillus Hor. Carm. 3, 11, 38. Pro morte, *vid. Dra-  
kenb. ad Sil. 5, 326.* Medicatus somnus Ouid. Epist. 12, 107.  
Mendaci somno credere Tibull. 3, 4, 12. Molles somni Virg. Ge-  
org. 2, 370. Ouid. Met. 1, 685. Parcus et breuis somnus,  
*vid. PARCVS.* Placidus somnus Ouid. Met. 6, 489. Primo  
somno prodita tentoria Virg. Aen. 1, 474. Quieti somni Sen.  
Herc. fur. f. 10. Salubres somni Virg. Georg. 3, 530. Sopo-  
rifer Lucan. 3, 8. Tacitus somnus Tibull. 2, 1, 90. Tener 105

- somnus Ouid. de Arte Am. 2, 546. Tumultuosi somni per somnia.  
 Cels. 8, 4 Si vero sub prima curatione febris intenditur: breuesque  
 somni, et iidem per somnia tumultuosi sunt: vlcus madet, etc. Vo-  
 luer somnus Virg. Aen. 6, 702. Conf. Drakenb. ad Sil. 10, 352.  
 5 Brouckhus. ad Tibull. 2, 1, 89. Suauissimus Somni hymnus est Sen.  
 Herc. Fur. 1065 sqq. unde quaedam certe huc transferenda sunt:  
 — Tuque o domitor  
 Somne malorum, requies animi,  
 Pars humanae melior vitae,  
 Voluer, matris genus Aethraeae,  
 Frater durae languide mortis,  
 Veris miscens falsa, futuri  
 Certus, et idem pessimus auctor.  
 Pater o rerum, portus vitae,  
 15 Lucis requies, noctisque comes.  
 Qui par regi famuloque venis,  
 Placidus fessum lenisque fouens:  
 Pavidum leti genus humanum  
 Cogis longam discere mortem etc.  
 20 ¶ 3 Verba: Abducere somnum, vid. ABDVCO. Abiit somnus  
 Ouid. Fast. 3, 389. Abrumpere somnum, vid. ABRVMPO. Ab-  
 rumpere matutinos murmure somnos Stat. Silu. 2, 1, 62. Abrum-  
 pit somnos cura Virg. Georg. 3, 530. Abstinere somno Cels. 3, 18.  
 Accedit somnus, vid. ACCEDO. Accersere dulces somnos Stat.  
 25 Silu. 5, 5, 85. Accersitus somno, vid. ACCERSO. Accipere  
 otia somni, Dormire Stat. Theb. 3, 3. Adimere somnum, vid.  
 ADIMO. Adoperta somno lumina Ouid. Met. 1, 714. Af-  
 ferre somnum, Allicere somnum, Amouere somnum, vid. bh. ou.  
 Aptum est somno papauer, lactuca, etc. Cels. 3, 32. Arcere so-  
 30 mnos Ouid. Met. 2, 735. et Plin. 30, 15. Auertere somnum alicui  
 Hor. Serm. 1, 5, 15. Auferre somnos pauore Hor. Epod. 5, 96.  
 Capere somnum. Cic. Att. 8, 1 Ego si somnum possem capere, tam lon-  
 gis te epistolis non obtunderem. Capiunt somnum nimio e labo-  
 re sine Cerere Catull. 61, 3. Captare somnos, vid. CAPTO in  
 35 CAPIO. Carpere somnos, vid. CARPO. Circumdatus so-  
 mnus fuluis alis Tibull. 2, 1, 91. Complectitur nos somnus ar-  
 ctior: Cic. in Somn. Scip. 1 Deinde vt cubitum discessimus, et arctior  
 quam solebat, somnus complexus est. Conciliare somnum, vid.  
 40 CONCILIO. Concitare somnum, vid. CONCITO. Condit  
 lumina natantia somnus Virg. Georg. 4, 496. Confert ad so-  
 mnum gestatio post cibum Cels. 3, 18. Confert multum somno  
 porrum capitatum Plin. 20, 6. Consequitur somnus Scribon 112.  
 Turpe duci totam somno Consumere noctem Sil. 3, 172. Con-  
 45 terere partem aevi somno Lucret. 3, 1060. Corripere corpus e  
 somno Virg. Aen. 4, 572. Multi mortales Dediti ventri atque  
 somno Sallust. Catil. c. 2. Defendit somnos excubitor, Vigil qui  
 extra cubiculum est, dormientem dominum tuetur Senec. Thyest. 5.  
 Defluxit ignauus pectore somnus, i. Excitatus sum Tibull. 3, 4, 81.  
 50 Delapsus ab astris aetheriis leuis somnus Virg. Aen. 5, 838. Depel-  
 lere somnos Senec. Troad. 6. Deuincti somno Lucret. 4, 1021.  
 Tam arcte repente somno Deuinctus Suet. Aug. c. 16. Dulci de-  
 victus lumina somno Catull. Argon. 62, 122. Diuellit cura so-  
 mnos Hor. Epist. 2, 10, 18. Dare corpora somno Ouid. Fast. 2, 327.  
 Cic. Tusc. 1, 115 c. 47 Post epulatos cum matre adolescentes somno fe-  
 55 Deditisse. Virg. Aen. 4, 560 Potes hoc sub casu Ducere somnos?  
 Ouid. Met. 2, 735 Virga qua somnos Ducit et arctet, i. adducit. De  
 caduceo Mercurii, quo Dat somnos, adimitque, et lumina morte resi-  
 gnat, vt canit Virg. Aen. 4, 244. Plin. 26, 8 Datur et in somnum  
 Euntibus. Eripitur somnus Cels. 2, 7. Euincere somnos  
 60 Ouid. Met. 1, 685. Cic. in Somn. Scip. 4 Quaesio, inquit, ne me  
 ex somno Excitetis. Et Tusc. 4, 43 E somno suscitari. Exci-  
 tus somno Sil. 17, 101. Excitior somno Virg. Aen. 2, 302.  
 Lucan. 10, 354 — Tu mollibus inquit Nunc incumbere toris, et  
 pingues Exige somnos. b. e. Vsque ad satietatem age somnos longos et  
 65 quietos, unde pinguis fiat. Extrahere somnum in diem Tacit. in  
 Germ. c. 22. Facere somnum Scribon. 90. Fieri somnum  
 lepore sumto in cibis Cato arbitratur Plin. 28, 10. Ouid. Met.  
 2, 779 in descriptione Inuidiae, Nec fruitur somno vigilantibus excita  
 70 tur. Vnum quo somnus concilietur, alterum vero quo Fugetur.  
 Fusa corpora vino somnoque Virg. Aen. 9, 722. Gignit odor  
 somnum Plin. 21, 19. Grauius somno Virg. Aen. 6, 520. Ha-  
 bet somnos animalia, i. Dormiunt animalia Virg. Aen. 3, 147. Ia-  
 cens somno Virg. Ecl. 6, 14. Initantia nigros murmura somnos  
 75 Stat. Silu. 1, 3, 42. Impedit somnum intentio febris Cels. 3, 18.  
 Inducere somnum Cels. 5, 25. Indulgere somno Claud. de Theod.  
 Adrian. 1. Inire somnum, vid. INEO, inis.  
 Iam somnus auaris  
 Inserpis curis, pronusque per aera nutat,  
 80 Grata laboratae referens obliuia vitae Stat. Theb. 1, 339.  
 Interrumpere somnos, vid. INTERRVMPO. Inuitat somnos ri-  
 vus Ouid. Met. 11, 604. Labitur somnus in artus Ouid. Met.  
 11, 631. Cels. 3, 18 Quidam somnum Moliuntur, potui dando  
 aquam, in qua papauer decoctum sit. Moliri corpora ex somno,  
 85 vid. MOLIOR. Mouere somnum Cels. 3, 32. Mulcens pe-  
 ctora somnus Ouid. Epist. 18, 27. Obrepit fessis genis breuis so-  
 mnus Senec. Troad. f. 6. Obrepens somnus mouet caput Ouid.  
 Epist. 19, 46. Obruta somno legio Stat. Theb. 10, 188. Op-  
 pressit somnus virginem, vid. OPPRIMO. Plin. 19, 8 Omnes la-  
 90 ctucae somnum Parere creduntur. Parere somnum alicui mero  
 Tibull. 1, 6, 27. Pellere inertes somnos, vid. PELLO. Per-  
 fundere securos iuuenem somnos sanguine Stat. Theb. 5, 119. i. Occi-  
 dere dormientes iuuenes. Satis licenter. Perfusa papauera somno  
 lethaeo Virg. Georg. 1, 78. Peterere somnum Quinctil. 9, 4.  
 95 Virg. Aen. 7, 88 — Sub nocte silenti Pellibus incubuit stratis, so-  
 mnosque petiuit. Porrectus somno sub frondibus Stat. Achill. 2,  
 75. Praebent silentia somnum Ouid. Fast. 5, 429. Premi graui  
 somno Plin. 9, 13. et 8, 36. Cic. Att. 9, 12 Quum me aegritudo  
 non solum somno Priuaret, verum ne vigilare quidem sine summo  
 100 doloſe pateretur. Proflare somnum pectore Virg. Aen. 9, 326.  
 Prohibet somnum vulua dolens Cels. 5, 25. Quaerere somnum  
 odore mandragorae Plin. 25, 13. Quaerere somnum multa fri-  
 ctione Cels. 3, 18. Recubant imbelli litora somno Stat. Theb. 3,  
 256. Recuperare Suet. Aug. c. 78. Reducere somnum alicui  
 105 Hor. Carm. 3, 1, 21. Reliquit me somnus Virg. Aen. 8, 67. Re-  
 petere

petere somnum Cic. Att. 13, 37. Sepulti somno dicuntur, qui profundo maxime somno tenentur Lucret. 1, 134. Idem 5, 973. Sepulta vrbs somno vinoque Virg. Aen. 2, 265. Secuta est fugam somni lux alma Ouid. Met. 15, 664. Serpit somnus Plin. 7, 24 ad finem. Solutus vino somnoque Virg. Aen. 9, 88. Tibull. 3, 4, 19 Nec me Sopierat menti Deus utilis aegrae Somnus, sollicitas deficit ante domos. Non ad tectum usque ingreditur. Sopitus somno Virg. Aen. 1, 684. Sternere se somno Idem Georg. 4, 432. Tegit ocellos somnus quiete Catull. 48, 10. Torpebant pigro aequora somno Stat. Silu. 3, 2, 73. Trahere somnum per suspiria Ouid. Amor. 2, 19, 55. Turgescere irriguo somno Perf. Sat. 5, 56. Tibull. 3, 4, 56 Et quum te fusco somnus Velauit amictu, Vanum nocturnis fallit imaginibus. Cic. Fam. 7, 3 Ita Caninio Consule scito neminem prandisse: nihil tamen eo Consule mali factum est: fuit enim mirifica vigilantia, qui toto suo consulatu somnum non Viderit. Iocatur in Caninium, cuius Consulatus paucarum fuit horarum. De quo Suet. in Caesar. c. 76 Pridie autem Calendas Ianuarias repentina Consulis morte cesantem honorem in paucas horas petenti dedit. Refert dictum Ciceronis. Macrob. Saturnal. 2, 3 Vigilantem habemus Consulem Caninium, qui in Consulatu suo somnum non Vidit. Ter. Heaut. 3, 1, 81 Somnum hercle ego hac nocte oculis non Vidi meis. Vinctura papauera somnos Columel. 10, 104. Vrgeri somno ultra debitum Cels. 2, 4. Vti medicamento aliquo ad somnum Plin. 20, 18.

SOMNIVM, i. n. [*ὄνειρος, ἐνύπνιον, ὄνειρομῦθος, ὄνειρωξίς*] Illustro quam patimur quum dormimus, dum agere aliquid vel pati nobis videmur. Cic. de Lege Agrar. 1, 1 Haec, per deos immortales, vtrum esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia: et vtrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? Idem Acad. 4, 10 Vera esse aruspicum auspicia, oracula, somnia, vaticinationes. Quinct. 6, 2, 30 Vt inter otia animorum spes iranes, et velut somnia quaedam vigilantium; ita nos haec, de quibus loquimur, imagines prosequuntur. Nobilis locus est Macrob. in Somn. Scip. 13 Omnium quae videri sibi dormientes videntur, quinque sunt principales et diversitates et nomina: aut enim est *ὄνειρος* secundum Graecos, quod Latini somnium vocant; aut est *ὄραμα*, quod visio recte appellatur; aut est *χηματισμῶς*, quod oraculum nuncupatur; aut est *ἐνύπνιον*, quod insomnium dicitur; aut est *φάντασμα*, quod Cicero, quotiens opus hoc nomine fuit, visum vocauit. Haec deinde prosequitur et declarat omnia. Add. Sarisber. Policr. 2, 15. Aegri somnia Hor. de Arte Poët. 7. Eadem est in somniis species eorum, quae vigilantes videmus Cic. Acad. 4 c. 17. Iudicibus lites, aurigae somnia currus Claudian. Conf. Hon. 6 praef. Cic. de Diuin. 1, 55 c. 26 Eandem in somniis admonitionem fuisse tertiam. Colores somniorum et superstitionum Quinctil. 4, 2. Mercurius somniorum appellatus Comes Ammian. 15, 3. Concuratio somniorum Cic. de Diuin. 2, 146. Coniectio somniorum Idem ibid. 2, 124 c. 59 et 60. Interpret somniorum vaferrimus Chrysippus Cic. de Nat. Deor. 1, 39 c. 15. Ratio somniorum Idem Acad. 4, 51. Tibull. 3, 4, 95 Haec Deus in melius Crudelia somnia vertat, Et iubeat tepidos irrita ferre Notos. Dira somnia Valer. Argon. 3, 59. Lymphatica somnia, vid. LYMPHA. Tibull. 2, 1, 90 Postque venit tacitus fuluis circumdatus alis Somnus, et incerto somnia nigra pede. Nocturna somnia Hor. Carm. 4, 1, 37. Saeva somnia Senec. Herc. Fur. 12. Sollicitum somnium Idem Troad. 5. Somnia fallaci ludunt temeraria nocte Tibull. 3, 4, 7. Tristia somnia Virg. Aen. 5, 840. Tumultuosa somnia facit semen nymphae Plin. 26, 8. Cels. 2, 2. Vaga somnia Stat. Theb. 10, 106. Vera somnia Hor. Serm. 1, 10, 33. ¶ 2 Verba: Cernere somnia Lucret. 3, 1061. Coniicere alicui somnium Plaut. Curc. 2, 60 2, 3. Enarrare alicui somnium Cic. de Diuin. 1, 55 c. 26. Explicare interpretatione somnia Idem ibid. 1, 39 c. 20. Fingere somnia Lucret. 1, 106. Virg. Ecl. 8, 108. Interpretari somnium, vid. INTERPRETOR. Pertinet somnium ad hoc, vid. PERTINEO. Videre somnia Ouid. Met. 9, 474. Cic. de Fin. 5 c. 20 Itaque ne si iucundissimis quidem nos somniis Vfurios putemus, Endymionis somnum nobis velimus dari: idque si accidat, mortis instar putemus. ¶ 3 Somnium, cum irrisione dictum, quemadmodum Nugae, et similia. Ter. Phorm. 5, 6, 35 Quid ais? G. cum eius consuevit matre olim in Lemno clanculum. P. somnium: vtine haec ignoraret suum patrem? Idem Adolph. 2, 1, 50 Vbi me didixero dare tanti, testes faciet illico vendidisse me, de argento somnium, mox cras redi. Somnium de Homine inerte dicitur, abstractum pro concreto. Ter. Adolph. 3, 4, 31 Tu, quantus quantus nihil nisi sapientia es; iste inutilis, somnium. i. Somniculosus. Sicut Scelus pro Scellesto.

SOMNIO, are. [*ὄνειρόντιον, ἐνύπνιόντιον*] Per quietem aliquid, quasi si quis vigilaret, videre. Ter. Andr. 5, 6, 7 Num ille somniat ea, quae vigilans voluit? Hic vigilans somniat Plaut. Capt. 4, 2, 68. Amans quod suspicatur, vigilans somniat P. Syrus. Sabini, quod volunt, somniant. Fest. Plaut. Curc. 4, 3, 14 Quos tu mihi luscios libertos, quos sumanos somnias? nugaris. Si ita natura paratum esset, vt ea dormientes agerent, quae somniarent, alligandi omnes essent qui cubitum irent Cic. de Diuin. 2, 121. Idem ibid. 2, 146 c. 71 Nihil tam praepostere, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus somniare. Mortuum esse somniare Cic. Acad. 4. Somniare aliquem: Ter. Eun. 1, 2, 113 Dies noctesque me ames: me desideres, me somnies, me expectes, de me cogites, etc. Cic. Att. 9, 15. Idem de Diu. 2, 142 c. 68. Nec mihi magis vsquam videor, quam cum aut in foro magistratus, aut in curia senatum video, somniare. Acute indicat, se requirere pristinam formam Reip. Plaut. Men. 2, 3, 44 Certe haec mulier cantherino ritu somniat. Somniare est Videre inter dormiendum: dormiunt autem equi stantes plerumque, tamen cantheri magis, qui quod castrati sunt, mitiores et placidiores somniculosique et dormitantes magis ob torporem videntur. Somniare ineptias Columel. 1, 8. Cic. Att. 7, 132 Sine Senatu, sine Magistratu, ne somniare quidem poterit quidquam πολιτικός. Vetus codex habet Simulare. Somnari. Pass. Plin. 28, 4 c. 14 Aristoteles et Fabianus plurimum somnari circa Vernum et Autumnum tradunt.

SOMNIANS, antis. Partic. [*ὄνειρόντων*] Cic. de Diu. 2, 141 c. 68 Nihil est magnum somniantis. Idem ibid. 1, . . . Haec somniantis est diuinatio. Quomodo somniantes ea vident, quae nusquam etiam tunc sunt, magna quaestio est Cic. de Diu. 1 c. 51. Cur credatur somniantium visis Idem ibid. 2 c. 59. Videri possunt permulta somniantibus falsa pro veris Idem ib. c. 58. Miraculosa

non differentium Philosophorum, sed somniantium Cic. de Nat. Deor. 1, 18 c. 8.

SOMNIATOR, ōris. m. Tertull. adu. Gnost. c. 2 Ne audiat fermonem Prophetæ aut somniatoris illius. Erat autem ex somniatoribus totus Sen. Controu. 3, 28. Conf. Tertull. de Anima c. 48 et 49. Vulg. Genes. 37, 20.

SOMNIĀLIS, e. Adi. Fulgent. Mythol. 1 Tabula somniali figmento delusa.

SOMNIŌSVS, a, um. Adi. [ὑπνωτικός Gloss. Gr. Lat.] Qui crebris somniis vexatur. Plin. 28, 19 Somniosos fieri lepore sumto in cibis, Cato arbitratu Al. Somnos.

SOMNIFER, ěra, ěrum. [ὑπνοφόρος] Quod affert somnum, et Soporiferum etiam dicitur. Plin. 18, 25 Visque somnifera etiam satiuo papaueri. Venena somnifera Ouid. Met. 9, 693. ¶ 2

Somnifera, Subst. herba, al. strychnon. Apul. de Herb. c. 74.

SOMNIFICVS, a, um. Adi. [ὑπνοποιός] Idem. Plin. 37, 10 Et viso dracone spargere somnifica medicamenta. Idem 29, 4 Quoniam vincatur aspidum somnifica vis. Add. Idem 25, 13. Apul. de Herb. c. 74.

SOMNICVLŌSVS, a, um. [ὑπνωτικός, ὑπνῆλος, Φίλυκνος] Somno plenus et ignauia. Cic. de Senect. 36 c. 11 Quæ vitia sunt non fenectutis, sed inertis, ignauæ, somniculosæ fenectutis. Columel. 3, 8 Socors et somniculosum genus id mancipiorum, otis, campo, circo, aleæ, popinæ, lupanaribus consuetum, nunquam non easdem ineptias somniat. Glires somniculosi Martial. 3, 58. Add. Sen. Qu. Nat. 3, 18. et 5, 12. ¶ 2 Somniculosus interdum dicitur non qui somno indulget, sed qui somnum inducit. Gell. 9, 12 cum laboriosum interpretatus esset, non, vt vulgo dicitur, qui laborat, sed in quo laboratur, addit: Eadem ratione Laberius quoque in Sororibus, Ec- castor, inquit, multum somniculosum. Et Cinna in Poematis, Somniculosam vt Poenus aspidem Psyllus. Haec Gellius. Nempe somnum inducit letiferum morsus aspidis. Non. 2, 795 Somniculosus quod ad somnos vacet. Leg. vocet. Laudat deinde locum Laberii.

SOMNICVLŌSE. Adu. [ὑπνωτικός] Negligenter. Plaut. Capt. 2, 1, 31 Haud somniculose hoc agendum est. Conf. Idem Amph. 2, 1, 75.

SOMNISOLVTOR. [ὄνειροκρίτης Gloss. Gr. Lat.] Interpres somniorum. Soluere interdum valet interpretari.

SOMNOLENTVS, a, um. Adi. [ὑπνώδης] Somno plenus. Solin. 40 De Elephanto, Somnolentum arbor sustinet. Apul. Miles. i extr. In verba media somnolentus definit.

SOMNOLENTIA, æ. f. Libido dormiendi aut consuetudo nimia. Sidon. Epist. 2, 2 Vbi somnolentiæ cubiculariorum dormiendi locus est.

SOMNORĪNVS vel SOMNVRNVS, a, um. Adi. [ὑπνωτικός] Apud antiquos dicebatur id, quod in somnis videbatur. Sic Non. 2, 790 qui laudat Varro. Prometheo, Leuis mens vnquam somnurnas imagines Affatur, non vmbrantur somno pupulae. Sic Mercer. p. 172. Alii Somnorinas.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

SOMPHOS. [σμφός] A Graecis appellatur Cucurbitæ filuestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane, vnde et nomen inuenit: nam Graeci σμφόν, vocant inane. Plin. 20, 3. Harduin. legit Spongos.

soni Quinctil. 2, 8. Amoerior sonus Gell. 13, 19. Caecos sonos, *legunt, et interpretantur, quorum causam ignoramus*, Sen. Troad. 172. Quam subito caeco terra mugitu fremens, concussa caecos traxit ex imo sonos. *Sed Gron. totos traxit ex imo sinus.* Creber sonus, *vid. CREBER.* Adi. Cic. in Somn. Scip. II c. 5. Quis est qui complet aures meas tantus et tam dulcis sonus? Elegantior sonus Gell. 13, 20. Firmior sonus Idem 13, 20. Grauis Quinctil. 2, 8. Immanis sonus ferri Stat. Silu. 4, 3, 2. Imus, *vid. IMVS.* Inanis sonus vocis Cic. Tusc. 5, 73. Laxior vocis sonus Gell. 13, 20. Legitimus Hor. de Arte Poët. 274. Lenis sonus, *vid. LENIS.* Ouid. de Arte Am. 2, 102. Mistaque cum Magicis Marfa venena sonis. Medius Quinctil. 2, 8. Miserabilis, *vid. MISER.* Peregrinus sonus Quinctil. 1, 7. Rauca soni Ouid. Met. 4, 391. Repens sonus Senec. Med. 971. *i. Repentinus.* Resultans sonus, *vid. sub RESILIO.* Sonus summus, *vid. MEDIVS.* Vastus sonus Senec. Herc. Furent. 784. Viridior sonus Gell. 13, 20. Vocalior sonus Id. 13, 20. Sonus vocis, *pro Accentu, seu Profodia.* Cic. in Orat. 57. Mira est enim quaedam natura vocis, cuius quidem e tribus omnino sonis, inflexo, acuto, graui, tanta sit et tam suavis varietas, perfecta in cantibus. 20

¶ 2 *Verborum formulae:* Cic. de Orat. 2, 54. Paullulum se erexit, et addidit historiae maiorem sonum vocis vir optimus Crassi familiaris Antipater. Adire aliquem blandis sonis, Alloqui blandis verbis Ouid. Epist. 16, 258. Admouere sonum vocis, *vid. ADMOVEO.* Auditor grauior sonus Virg. Georg. 4, 260. Audire longe remotos sonos Senec. Thyest. 1. Concipere sonos aure Idem Theb. 1, 224. Crepuit laetum sonum populus Hor. Carm. 2, 17, 26. Dicere aliquid concordi sono Ouid. Met. 5, 664. Dare sonum Virg. Georg. 3, 83. Cic. de Nat. Deor. 2, 146 c. 59. In ore sita lingua est finita dentibus, etc. quae sonos vocis distinctos et pressos Efficit, etc. Idem de Nat. Deor. 2, 150 c. 60. Itaque ad pingendum, fingendum, ad scalpendum, ad neruorum Eliciendos sonos, ad tiliarum, apta manus est. Cic. Acad. 4, 74 c. 23. Furere tibi Empedocles videtur: at mihi dignissimum rebus his, de quibus loquitur, sonum Fundere. *fermq est de querela Empedoclis de obscuritate rerum.* Idem Tusc. 5, 73 c. 26. Dicatque nos in vocibus occupatos, inanes sonos Fundere. Inflare vi sonum, *vid. INFLO.* Infuscare sonum, *vid. INFUSCO.* Multiplicare sonos Stat. Theb. 6, 30. Peragere sonos Ouid. Fast. 3, 26. Reddit sonum chorda Hor. de Arte Poët. 348. Reddere verba blaeso sono Ouid. Amor. 2, 6, 24. Summisere sonum fremitus virorum Stat. Theb. 10, 42. *Obs. Sonus, us, per quartam antiquis aliquando declinatum.* Sifenn. Histor. 4. Postquam in sonu signorum praelium magno cum clamore virorum commissum est. Ex Non. 8, 67.

SONOR, oris. m. [*ἦχος*] Vehementior sonus. Virg. Aen. 7, 462. — Magno veluti quum flamma sonore, etc. Idem Aen. 9, 651. Et crines albos, et saeva sonoribus arma. Clarus sonor Lucret. 4, 571. Cum barbari festis epulis laeto cantu aut Truci sonore subiecta vallium complerent Tac. Ann. 1, 65. Sentire sonorem Lucret. 4, 230. Plenae sonoribus aures Idem 6, 1183. Vt spernerent sonores barbarorum Tacit. Ann. 14, 36.

SONORINVS, a, um. Adi. Varro apud Non. 2, 790. Leuisomna mens sonorinas imagines Affatur, non umbrantur somno pupulae. *Sed verior lectio videtur Somnorinas, quod vido. Conf. Scalig. ad Catull.*

SONORVS, a, um. Adi. [*ἦχιδης, ἐμφώνιος*] Graue sonans. Cithara sonora Tibull. 3, 4, 69. Omnia seu sonora seu canora Tertull. de Spectac. c. 27. Flumina sonora Virg. Aen. 12, 139. Tempestates sonorae Idem ibid. 1, 57. Tonitru sonoro cuncta concutiens Claud. in pr. Conf. Stilich. 2, 26.

SONORE. Adu. Gell. 4, 20. Clare nimis ac sonore oscitauit.

SONORITAS, atis. f. Magna vocis sonoritas Sarisber. 1, 16. *Conf. Barth. Adu. 44, 9.*

SONO, ui itum, are. [*ἦχέω, κτυπέω, ἀκπέω, βρέμω*] Sonum facere. Plaut. Curc. 2, 1, 18. Amabo cuius vox auribus sonat procul? Hor. Serm. 1, 4, 44. Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os Magna sonaturum des nominis huius honorem. Acute sonare, *vid. ACVTVS in ACVO.* Dulce sonant tenui gutture carmen aues Tibull. 1, 3, 60. Grauius sonare Virg. Georg. 3, 88. Sonabant Incendio siluae Curt. 6, 6, 31. Leuiter sonant cachinni Catul. Argon. 62, 273. Nimbis sonuerunt toto aethere Virg. Aen. 2, 113. Plausu ingenti sonuerunt omnia Idem ibid. 5, 506. Plenius sonans aureo plectro Hor. Carm. 2, 13, 26. Plangore sonat moesta domus Ouid. ad Liu. 179. Tinnitibus acutis sonuit ensis Idem Met. 5, 204. Ripae sonant balatu pecorum Virg. Georg. 3, 555. Rupes sonant carmina Idem Ecl. 5, 63. Tela sonant Virg. Aen. 4, 149.

Diuersa sonare Ouid. Met. 10, 147. Vox hominem sonat Virg. Aen. 1, 328. Cic. Off. 3, 83 c. 21. Honestate igitur dirigenda utilitas est, et quidem sic, ut haec duo verba inter se discrepare, re vnum sonare videantur. Idem de Fin. 2, 6. Non intelligere interdum quid sonet haec vox voluptatis: id est, quae vis huic voci subiiciatur. *Hic Cicero quid Sonare significet, declarat.* Acerba sonans Virg. Georg. 3, 149. Grande sonare Stat. Silu. 3, 1, 130. Lene sonans aqua Ouid. Fast. 2, 704. Mortale sonans Virg. Aen. 6, 57. Cic. pro Arch. 26 c. 8. Qui praesertim vsque eo de suis rebus scribi cuperet, ut ea etiam Cordubae natis Poëtis pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dedere. Raucum quiddam sonare Ouid. de Arte Am. 3, 280. Rauca sonans annis Virg. Aen. 9, 125. Saxosum sonans Hypanis Idem Georg. 4, 370. Sonat Vitium percussa, maligne Respondet viridi non cocta fidelia limo Perf. 3, 21. ¶ 2 *Obs. Sonau pro Sonui.* Pristina quid tonitrua sonauerint Tertull. ad Scap. c. 2. Pass. Halcyonum questus Ad furdas tenui voce sonantur aquas Ouid. ad Liuiam v. 107. Add. Hor. Epod. 17, 40. Imperf. Iubet tibi as agere: sonatur Apul. Met. 5 p. 165. Tertia coniugandi forma, Lucret. 3, 157. Caligare oculos, sonere aures succidere artus. Aes sonit Enn. apud Non. 10, 4. Sincerum sonere Lucret. 3, 887.

SONANS, antis. Partic. [*ἦχων*] Praeter allata. Aes sonans, *vid. AES.* Aurae sonantes Virg. Aen. 11, 865. Fila sonantia Ouid. Met. 10, 89. Ora sonantia centum linguis Idem ibid. 8, 532. Pharetram fuga sensere sonantem Virg. Aen. 9, 660. Saxa torquere Idem ibid. 6, 551. Scopuli sonantes Virg. Aen. 1, 204. Turba sonans Idem ibid. 3, 233. Verba sonantia Plin. Epist. 1, 16. Comp. Meatus animae illi grauior et sonantior Plin. Epist. 6, 16.

SONANDVS, a, um. Partic. [*ἦχήμενος*] Ouid. Fast. 5, 494. Signi causa sonanda mihi est. Alii legunt, cum Burm. Canenda. Ore magno sonandus Ouid. de Art. Am. 1, 206.

SONABILIS, e. Adi. [*ἤχηνός*] *Sonans. ut, Sistrum sonabile* Ouid. Met. 9, 783.

SONITVS, ūs. m. [*ἤχος, ἄπνος, ἑρόμος, φλοῖστος*] *Idem quod Sonor.* Virg. Aen. 6, 586 Dum flammās Iouis et sonitus imitatus Olympi. Plaut. Trin. 5, 2, 52 Quis homo tam tumultuoso sonitu me exciuit subito foras? Sterilia sonitu corpora Lucret. 2, 844. Aeris innumeri sonitus Stat. Silu. 1, 1, 68. Aquae sonitus Tibull. 1, 2, 80. Armorum sonitus Virg. Georg. 1, 475. Lucret. 2, 48.

Flammae sonitus, i. *Strepitus* Nepos 7, 10, 5. Virg. Georg. 4, 409. Plangoris sonitus Ouid. Met. 3, 493. Tubarum sonitus fracti Virg. Georg. 4, 72. Perterricrepus sonitus Lucret. 6, 128. Quadrupedans sonitus Virg. Aen. 8, 596. Sonans sonitus Lucret. 1, 826.

Terribilis sonitus Virg. Aen. 9, 503. Vagus sonitus Afopi fluentis Propert. 3, 15, 27. Adest sonitus creber ad aures Virg. Aen. 2, 731. Agnoscere sonitum, *vid. AGNOSCO.* Capere sonitum, *vid. CAPIO.* Captare sonitum, *vid. CAPTO, in CAPIO.* Cla-

rescunt sonitus Virg. Aen. 2, 301. Dare acrem sonitum Id. Georg. 4, 409. Dedit ignis sonitum ingentem Virg. Georg. 2, 306. Demissaque in vndam Vrna Dedit sonitum Ouid. Met. 3, 36. Dare sonitus vastos Virg. Aen. 5, 435. Excitur sonitus pedibus Lucret. 2, 329. Faciunt sonitus venti Lucret. 6, 132. Ferunt venti sonitum ad litora Virg. Aen. 12, 455. Increpuit sonitum tuba Id. ibid. 9, 503. Quatit sonitu campum vngula Virg. Aen. 8, 596.

Terrere aues sonitu Idem Georg. 1, 156. Soniti, *Genitiuus anti-*

25 *quus pro* Sonitus. Pacin. Duroleste: Quidnam autem hoc soniti est, quod stridunt fores? Caecil. *χαλκείους*: Nam quidnam fores fecere soniti? Non. 8, 67.

SONITO, āre. Frequentat. Solin. 8 Locrensiū cicadae vltra caeteras sonitant.

30 SONAX, ācis. Adi. Apul. Miles. 4 p. 157 Hic concha sonaci leuiter buccinat. Et Ouid. Met. 1, 333 Caeruleum Tritona vocat, conchaeque sonaci Inspirare iubet. Sic *Héinsf. et Burm.* In nonnullis Sonanti. Et unus *Strozzae* habet Conchaeque tonanti. Aper dentibus attritu sonaci spumeus Apul. Met. 8 p. 202.

35 SONIPES, ēdis. m. [*κωνοπέπης*] *Equi epitheton, a sonitu pedum, et vngularum.* Cic. de Orat. 3, 181 c. 47 Aut a breuibus deinceps tribus extrema producta atque longa: sicut illa sunt, domuerant, sonipedes. *Vtuntur tanquam Substantiuo Poetae.* Acrior sonipes Stat. Theb. 5, 3. Celsos sonipedes ocus subigit iugo Senec. Hippol. 40 1002. Insignis ostro et auro stat sonipes Virg. Aen. 4, 35. Martius sonipes Sil. 1, 222. Nobilis sonipes Claud. de Nupt. Hon. et Mar. 289. Vegeti sonipedes Catull. 61 (64) 41. Conf. Val. Flacc. 1, 431.

¶ 2 *Etiam sacerdotibus Isidis tribuitur hoc epitheton a* Gratio v. 43 *ubi vid. Interpp. Illud maxime probabile, respici ad saltationes, quibus sonum et strepitum excitare solebant crepidati praefertim, aut ligneis soleis calceati.*

SONIUIVS, a, um. *Sonans.* Cic. Fam. 6, 6 Non igitur ex alitis inuolatu, nec e cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est: nec ex tripudiis solistimis, aut soniuiis tibi auguror: sed habeo alia signa, quae obseruem. Festus: Soniuio significat in carmine Saluari et Augurali Sonanti. Soniuium tripudium, ut ait Appius Pulcher, quod sonet, cum pullo excidit puls quadrupedine ex ore. *Nempe Puls datur potissimum pullis in auspiciis etc. Festus, voce Puls.* Plin. 15, 22 l. 24 *cum nuces dixisset, Gemino protectas operimento, addit, Quae causa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fetu munito: quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium soniuuium faciant. Sic recte e MSS. Hard. Seru. ad Virg. Ecl. 8, 30 Dicitur etiam ideo a nouo marito nuces spargi debere, quod proiectae in terram tripudium solistimum faciant, quod auspiciū ad rem ordiendam optimum est.*

60 *Hinc obiter apparet, Soniuuium tripudium et Solistimum idem esse. Sed latius longe patere utramque appellationem docet collatus cum eodem Seruio ad Aen. 3, 90 Festus in Solistimum. Hic ita: Solistimum Appius Pulcher in auguralis disciplinae libro primo ait esse tripudium, quod aui excidit ex eo, quod illa fert; Saxumue solidum, aut arbor-*

65 *viuiradix ruit, quae nec prae vitio humanaeue (leg. humanae vi) caedanturue, iacianturue, pellanturue. Seruius autem, Et hoc augurium iuxta disciplinam auguralem dictum est, quod appellatur tripudium Sonubium (Sic Fabric. et Masuic. sed de Soniuio sermonem esse nihil dubium) id est a sono, ad quod pertinet, si arbor sponte radicibus cadat, si terra tremat; quod hic Aeneae factum ostendit, ante quam voce diuina responsa perciperet.*

70

## S O P

75 SOPHĒNAE, vel SOPHENI. [*Σοφῆνοι*] *Armeniae Populi, quos Plin. 6, 9 vocat Sophenos; eorumque regionem SOPHENEM* 5, 12. et 6, 13. Et dedita sacris Incerti Iudaea Dei, Mollesque Sophenae Lucan. 2, 593. *Al. Mollisque Sophene.*

SOPHIA, ae. f. [*σοφία*] *Latine Sapientia dicitur.* Martial. 1, 112 Quum tibi sit sophiae par fama, et cura deorum. Conf. Idem 80 8, 73. Sen. Epist. 89. Prudent. Cathem. 11, 20. Lactant. 3, 16. Tertull. de Orat. c. 1. Cic. Off. 1, 153 c. 43 Princepsque omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Graeci vocant. Vfus me genuit, mater peperit memoria, Sophiam vocant me Graii, vos sapientiam Afran. ap. Gell. 13, 8. Conf. Enn. ap. Fest. voce Sas.

85 SOPHVS, i. m. [*σοφός*] *Sapiens. Citatur Virg. forte e Catalectis nescio quibus, Hinc omnis certat dialectica turba sopherum. In quo Laeliu' clamores sophus ille solebat Edere Lucil. ap. Cic. Fin. 2 c. 8. Similiter Sempronius Ictus, Sophus cognominatus fuit: vid. Ict. §. 37. de Orig. Iur. Cic. Tusc. 5, 17 Itaque et illos septem, qui a Graecis σοφοί, sapientes a nostris, et habebantur et nominabantur. vid. Muret. ad Cic. Tusc. 1 pr. Martial. 7, 31 Te pia Cecropiae comitatur turba Mineruae: Te secreta quies, te sophos omniū amat.*

SOPHICVS, a, um. Hic sophicas artes Graecorum et vana secutus dogmata Prosp. Aquit. de Prouid. v. 673.

95 SOPHIANVS, a, um. Coripp. 4, 288.

SOPHOS, Adu. [*σοφός*] *Sapienter, acclamatio dicta recitantibus, quos sic laudare vellent.* Martial. 1, 4 Audieris cum grande Sophos (magnis clamoribus prolatum) dum basia (tibi iactata) captas, Ibis ab excussio missus in astra sago, vid. SAGVM. Sic 6, 48 Quod tam

100 grande sophos clamat tibi turba togata, etc. Idem 1, 50 Mercetur alius grande et insanum sophos, Miserere tu felicium. Et Ter-

geminum mugiet ille sophos Martial. 3, 46. Illi maximum sophos non eloquentia prius quam verecundia dedit Sidon. Epist. 8, 6. Ad nostrum reboat concaua Roma sophos Idem Carm. 8, 10. Conf.

105 Idem Carm. 1, 4. et 5, 7.



**SOPHISTES, vel SOPHISTA, ae. m.** [*σοφιστής*] *Sī vim verbi et antiquissimum usum spectas, Sophista est, quicumque alios σοφίζει b. e. ad quamcunque sapientiae, doctrinae, calliditatis partem acuit. Huc pertinet nobile illud Euripidis Μισώ σοφιστήν, ὅτις ἐκ ἀντὶ σοφός, quo utitur Cic. Fam. 13, 15 et interpretatur Fam. 7, 6 Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit. Sententiam ipsam forte accuratius exprimit vulgaris versiculus, Turpe est Doctōri, nam hic est σοφιστής, cum culpa redarguit ipsum. Ergo haec antiquissima ratio, ut notet unumquemque, qui hoc sibi sumat, ut alios reddat sapientes, sapiens nimirum, suo quidem certe iudicio, primum ipse. Sed mature contentum contraxit cum professione vocabulum, donec illud reuocarent ad honorem aliquem saeculo Christiano secundo et sequentibus Graeci homines sapientiae simul et eloquentiae studiosi. Itaque Philostratus de vitis Sophistarum, ut honoraret hunc titulum, Sophistas celebravit, quas alii Philosophos dicunt, Carneadem, Fauorinum, Prodicum, etc. sed et Isocratem et Aeschinē, Doctōres eloquentiae. Sed non est nostri instituti profecti haec latius. Videamus usum apud nostros. Cic. Acad. 4, 72 c. 23 Anaxagoras niuem nigram dixit esse. Ferres me, si ego idem dicerem? tu, ne si dubitarem quidem (me ferres) At quis est hic? Num Sophistes? sic enim appellabantur ii, qui ostentationis aut quaestus causa philosophantur. Maxima fuit et grauitatis et ingenii gloria. Idem de Fin. 2 pr. Primum deprecor, ne me tanquam philosophum putetis scholam vobis aliquam explicaturum: quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere vnquam probaui. Quando enim Socrates, qui parens philosophiae iure dici potest, quidquam tale fecit? eorum erat iste mos, qui tum Sophistae nominabantur: quorum e numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conuentu poscere quaestionem, id est, iubere dicere, qua de re quis vellet audire. — Sed et illum, quem nominaui, et caeteros Sophistas, ut e Platone intelligi potest, lufos videmus a Socrate. Is enim percunctando et interrogando, etc. Cic. Orat. 37 c. 11 Sed quoniam plura sunt orationum genera, — et talium suasionum, qualem Isocrates fecit Panegyricum, multique alii, qui sunt nominati Sophistae, etc. Idem de Nat. Deor. 1, 63 c. 23 Nam Abderites quidem Protagoras — Sophistes illis temporibus vel maximus, etc. Gell. 17, 5 Rhetoricus quidam Sophista vtriusque linguae callens haud sane ignobilis, ex istis acutulis et minutis doctōribus, qui τεχνικοί appellantur, atque in disserendo tamen non impiger — Haec ille rhetoricus artifex dicere quibusdam videbatur perite et scienter, etc. Id. 17, 21 pr. Sicuti Sophista ille ἀπαίδευτος, qui publice nuper differens, etc. Iuuenal. 7, 167 Haec alii sex Vel plures vno conclamant ore sophistae, i. rhetores. Add. Tertull. de Idolol. 9. Sidon. Epist. 4, 1. Modest. l. 1 D. de Excusationib. Grammatici, sophistae, rhetores, medici — quemadmodum a reliquis muneribus ita et a tutela et a cura requiem habent. Sophista ergo est, qui sapientiam cum eloquentia ita proficitur, ut eas quaestui habeat, et propter hoc ipsum ostentationi. Plura volenti adeundus Lud. Cresollus in Theatro rhetorum, etc. Voss. de Nat. et Constitut. Rhetor. Casaubon. et Menag. ad Laert. 1, 12 etc.*

**SOPHISTIA, ae. f.** *Id quod in Sophista reprehenditur. Gell. 17, 6 pr. Aelius Melissus fuit Romae summi quidem loci inter grammaticos et temporis: sed maiore in literis erat iactantia et σοφιστία, quam opera.*

**SOPHISTICE, es vel ae. f.** [*σοφιστική*] *Ars siue professio Sophistae, ut Grammaticae, etc. Philostr. in Prooemio operis de vitis Sophistarum, Τὴν ἀρχαίαν σοφιστικὴν ἑρτορικὴν ἡγεῖσθαι καὶ φιλοσοφῆσαν. Sophistice igitur est eloquentiae studium cum philosophia coniunctum, etc. Nempe SOPHISTICVS, a, um. Adi. Gell. 7, 3 Res admodum insidiosa et sophistica. Idem 18, 2 Sophisticae captionis solutio. Idcirco mundi stulta delegit Deus, Ut concidant sophistica Prudent. Apoth. Praef. 2, 29. Conf. Arnob. 1 p. 36. et 5 p. 180 Sidon. Ep. 9, 9.*

**SOPHISTICE.** Adu. Apul. de Dogm. Plat. 2 p. 17. Zeno Imp. Cod. 8 t. 10 l. 12 §. 3.

**SOPHISMA, ātis, n.** [*σόφισμα*] *Quid significet, declarat Cic. Acad. 4, 75 c. 24 Atqui habebam molestos vobis, sed minutos Stilbonem, Diodorum, Alexinum, quorum sunt contorta et aculeata quaedam sophismata. Sic enim appellantur Fallaces conclusiunculae. Ad sophisma diluendum ac refellendum Gell. 18, 11. Captiones, quae sophismata appellantur Id. ibid. vid. CAVILLATIO.*

**SOPHISMATICVS, a, um. Adi. Captiosus. Gell. 18, 13 tit. A 70 Dialectico quodam sophismatico impudenti. al. perperam, sophismatio.**

**SOPHOCLĒS, is, m.** [*Σοφοκλῆς*] *Atheniensis Poeta Tragicus, aequalis Perielis, eiusque Collega aliquando in praetura cuius VII Tragoediae exstant. Cic. de Senect. 22 Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit: quod propter studium cum rem familiarem negligere videretur, etc. Sophoclem ex insperato gaudio ob victoriam ex tragoedia quadam repentino obiisse, Valerius auctor est. Cicero diuinum Poetam de Diuin. 1, 54 vocauit. Vid. Quintil. 10, 1, 65. Hor. Epist. 2, 1, 163 Et post Punica bella quietus, quaerere coepit Quid Sophocles, et Thespis, et Aeschylus vtile ferrent. ¶ 2 Sophocles dicebant, qui Sophos illud, de quo p. a. frequenter inclamabant, mercede conducti alii. Plin. Ep. 2, 14, 5 ubi inuehitur in laudatores id genus noxios, Inde iam non inurbane σοφοκλῆς vocantur: iisdem Latinum nomen impositum est Laudicoeni, vid. LAUDICOENI.*

**SOPHOCLĒVS, a, um.** [*Σοφοκλέος*] *Cic. Fam. 16, 18 An pangis aliquid Sophocleum? Martial. 5, 31. Virg. Ecl. 8, 10 Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.*

**SOPHORTIA, ae. f.** *Genus vitis apud Colum. 3, 2.*

**SOPHRON, ōnis, m.** [*σωφρων*] *Sobrius, moderatus, proprie cui sana mens est. Cic. Tuscul. 3, 16 Verisimile etiam illud est, qui sit temperans, quem Graeci σωφρονα appellant: eamque virtutem σωφροσύνη vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam.*

**SOPHROSÝNE, es, f.** [*σωφροσύνη*] *Temperantia, modestia, castitas. Hieronymus contra Iouinianum: Non enim, ut male habetur in Latinis codicibus, sobrietas est legendum: sed castitas, id est, σωφροσύνη.*

**SOPHRONISTAE, [Σωφρονισταί]** *Magistratus apud Athenienses, non dissimiles iis, quos Romani Censores vocabant, licet longe plures essent, et potestate aliquanto inferiores: legebantur enim ex singulis tribubus decem, qui iuuenum mores censerent.*

**SOPHRONISTERES, [σωφρονιστήρες]** *Dentes duo, qui omnium extremi nascuntur, circa annum aetatis vicesimum, hoc est circa id tempus, quo iam sapere incipimus. Et vocantur Dentes sapientiae.*

**SOPHRONISTERIVM, i, n.** [*σωφρονιστήριον*] *Vocaueris domum*

*in qua castigandis et ad frugem modestiamque reuocandis hominibus insigniter malis et ferocibus varia remedia adhibentur.*

SOPHVS, *vid.* SOPHIA.

SOPIO, *vid.* SOPOR.

5 SOPOR, *ōris*. m. [*ὕπνος, νοῖτος*] *Idem fere quod Somnus, sed fere grauior.* Plin. 21, 18 Huius semine somnum allici: sed modum seruandum, ne sopor fiat. Lethi confanguineus sopor Virg. Aen. 6, 278. Altus sopor Idem ibid. 8, 27. Dolosus sopor Stat. Silu. 1, 2, 162. Dulci sopore languidus Hor. Epod. 5, 56.

10 Felix sopor Stat. Theb. 5, 45f. Grauiissimus sopor Lucret. 4, 953. Impavidus sopor Sil. 13, 257. Piger sopor Catull. 61, 37. Perpetuus, *i. Mors* Hor. Carm. 1, 24, 5. Quinctil. 4, 2, 124 *ex Coelii in Antonium oratione*, Neque dormire excitatus, neque vigilare ebrius poterat: sed semisomno sopore inter manus centurionum concubinarumque iactabatur. *Paulo ante dixerat* Temulentum soporem, Prepidus sopor Stat. Achil. 1, 646. Collocare aliquem in soporem *plagis contundere, Thrafonismo comico* Plaut. Amph. 1, 1, 148. *Add.* ibid. v. 150. Complectitur artus sopor Virg. Aen. 2, 253. Continuans se sopor interdium noctuque Cels. 2, 4. Curata membra

20 sopori Dare Horat. Sat. 2, 2, 80. In altum soporem Descendere Apul. Met. 5 p. 168. Tibul. 1, 1, 65 Nam neque tum plumae, nec stragula picta soporem Nec sonitus placidae ducere possent aquae, *i. Inducere.* Firmare soporem alicui Ouid. Met. 1, 715. Deuinxit suauis sopore membra somnus Lucret. 4, 455. Flare altum soporem Apul. Met. 5 p. 167. Habet sopor altus animalia Virg. Aen. 8, 27. Irrigat artus sopor Virg. Aen. 3, 511. Languens sopore Lucret. 4, 40. Mulcens securo membra sopore Sil. 3, 170. Occupat artus sopor Virg. Georg. 4, 190. Pati soporem Ouid. Met. 15, 321. Pressus grauitate soporis Idem ibid. 15, 21. Pro-

30 fligatus temulento sopore Quinctil. 4, 2, 125. Receptus sopor parte oculorum Ouid. Met. 1, 686 *de Argo*. Remouet soporem cura Id. ibid. 6, 493. Tenuit corpora nostra segnis sopor Lucan. 5, 690. Vincere caput sopore Propert. 3, 17, 42. Victa sopore corpora Ouid. Fast. 1, 482. Urget illum sopor perpetuus, *Mortuus est* Hor.

35 Carm. 1, 24, 5. ¶ 2 *Obs.* Sopor, *pro Poculo saporifero*, ut, Patri soporem medicos dare coegit. Hoc ergo summo somno sopitus, diem obiit supremum Nepos 10, 2, 5. *Conf.* Frontin. 2, 5, 12. Sopor, *pro Segnitie*, Tacit. Hist. 2, 76, 5 Torpere ultra et pollendam perdendamque Remp. relinquere sopor et ignauia videretur.

40 SOPORIFER, *ēra, ērum*. Adi. [*ὕπνοποιός, ὑπνωτικός*] *Quod soporem inducit.* Plin. 9, 13 Praeterea dextrae pinnae vim soporiferam inesse, somnosque allicere subditam capiti tradunt. Id. 19, 8 A copia lactis soporiferi. Aula soporifera Somni Ouid. Met. 11, 586. Flos soporifer Stat. Theb. 10, 107. Lethe soporifera Ouid. Trist. 4, 1, 47. Noctis soporiferae dona Sil. 7, 287. Papauer soporiferum Virg. Aen. 4, 486. Vis soporifera inest amygdalis Plin. 9, 12. *Conf.* Val. Flacc. 2, 295. Apul. de Herb. c. 74.

SOPORO, *āre*. [*κατακοιμίζω*] *Soporem inducere.* Plin. 28, 8

50 Cauda, flumina et aquarum impetus fisti, serpentes soporari. Stat. Theb. 11, 94 Et insuetos angues nimia astra soporant. *Add.* Idem ibid. 6, 235. Mentem soporare Scrib. 180.

SOPORATVS, *a, um*. Partic. [*κατακοιμμένος*] Plin. 10, 75 Aquatilia ipsa quiete cernuntur placida ceu soporata. Noctis horas male soporatas consumimus Petron. c. 103. Artus soporatos premit quies Valer. Argon. 5, 333. Dolor soporatus Curt. lib. 7. *b. e.* Sopitus, *et qui interqueuerat.* Virg. Aen. 6, 420 Melle soporata et medicatis frugibus offam Obiicit. *Sunt qui legendum putent, Saporata, quod mel soporem non faciat, sed saporem. Sed resel-*

60 *luntur a libris et a sententia.* Ramus soporatus vi Stygia, quo Somnus Palinurum sopit Virg. Aen. 5, 855.

SOPORVS, *a, um*. Adi. [*ὕπνοποιός*] *ut, Nox sopora.* Lucan. 2, 236. Stat. Theb. 1, 403. Virg. Aen. 6, 390. Val. Flacc. 2, 222.

65 SOPIO, *iul, itum, ire*. [*κατακοιμάζω, κοιμάω, ἐννάζω*] *Soporem inducere.* Liu. 24, 46 Lentior denique aequaliorque accidens auribus, magnam partem hominum sopiuit. Quod mero se sopiuerit Sen. de Prouid. c. 3. Somno sopire aliquem Ouid. Met. 7, 213. Deus me sopierat Tibul. 3, 4, 19. ¶ 2 *Sensuum stupore affici ob vim im-*

70 *pectam.* Impactus immo ita est saxo, ut sopiretur Liu. 3, 6. Quorum altero saxo caput ictum est regi, altero humerus sopitus Idem 42, 15. Deinde satellites ac serui concurrunt, tollentes sopitum vulnere ac nihil sentientem Idem ibid. c. 16. *Sic de altero s. hypseyamo* Scribon. c. 181. Qui biberunt — postea sopiuntur, et omni sensu carent.

SOPITVS, *a, um*. Partic. [*κατακοιμηθείς*] Liu. 25, 9 Nico ex improviso ad portas sopitos vigiles in cubilibus suis obtruncat, portamque aperit. Lucret. 3, 917 Tu quidem ut es lecto sopitus, sic eris acui Quod superest cunctis priuatus doloribus aegris. *Al. Leto, i. morte: sed utitur Lucretius Socratica argumentatione, similem futuram conditionem vita functorum somno.* Quiete sopitus Lucret. 3, 1051. Somno sopitus Virg. Aen. 1, 680. Nep. 10, 2, 5. Vino et epulis sopitus Liu. 8, 16. Anguis sopitus cantibus magicis Colunel. 10, 367. Aras sopitas excitat ignibus Virg. Aen. 8, 542.

85 Brachia sopita Ouid. Ep. 14, 69. Furor armorum vbique sopitus Patere lib. 2. Ignis sopitus, *Non apparens, occultatus* Virg. Aen. 8, 410. Impositum cinerem, et sopitos suscitatur ignes Idem ibid. 5, 743. Manus sopitae dormientis Ouid. Fast. 3, 306. Quies sopita Liu. 9, 37. Sopitus, *Qui sensus amisit*, Liu. 1, 61 Iubet bono animo esse: sopitum fuisse regem subito ictu, ferrum haud alte in corpus descendisse.

## S O R

95 SORA, *ae. f.* [*Σόρα*] Oppidum Volscorum in Campania, cuius meminit Plin. 3, 5. Liu. 10, 1. Iuuen. 3, 223 Optima Sorae Aut Fabrateriae domus, *vid.* Sil. 8, 396. *Hinc* SORANVS.

SORACTE, *n. et SORACTES*, *is. m.* [*Σώρακτον ὄρος*] *Mons in Faliscis, Apollini sacer.* Sil. 8, 494 Et sacrum Phoebos Soractis Apollo, etc. Plin. 7, 2 Sacrificio annuo quod fit ad montem Soractem Apollini super ambustam ligni struendi ambulantes Hirpi non aduruntur. *Add.* Sil. 5, 174. *vid.* HIRPIAE. Hor. Carm. 1, 9, 1 Vides ut alta stet niue candidum Soracte? Phoe-

105 beum Soracte Sil. 7, 662.

- SORACTINVS**, a, um. Vitruv. 2, 7 Soractinae lapicidinae.
- SORACVM**, *vid.* SARRACVM, *et dele citatum ibi* Vlpian. ad L. Aquil. *Ibi enim* l. 29 §. 2 Serraculum est vel Seruaculum.
- SORBEO**, ui, itum. *vel psi, ptum, ere.* [*σοβῶω, σοβέω, λοβέω*] *Cibum liquidum paulatim quasi intro trahere. Factieum verbum a sono vocis, quem faciunt qui sorbent.* Plaut. Mil. 3, 2, 7 Sorbet dormiens PA. quid sorbet? LV. illud, stertit volui dicere: sed quia consimile est. quod stertas quasi forbeas. Simul flare sorbereque haud factu facile est Plaut. Most. 3, 2, 104. Sorbere ouum Plin. 7, 53. Aquas caelestes sorbet terra arida Ouid. de Arte 10 Am. 2, 352. Charybdis sorbet fluctus in abruptum Virg. Aen. 3, 422. Charybdis sorbet fretum Ouid. Met. 7, 64. Cruor vestigia sorbet Sil. 4, 163. *b. e. Cruor copiose fusus ita replet vestigia, ut non cognoscantur.* Flumina sorbentur a terra Ouid. Met. 1, 40. Medullas sorbere Lucan. 7, 843. Eodem die, quo iuferunt Navigia sorbentur Sen. Ep. 4. Puppis sorbet mare vasto hiatu Valer. Argon. 1, 638. Sitis retro sorbet ora anhela Stat. Theb. 3, 329. *captant aëra sitientes, et velut sorbent.* Sanguis sorbetur ab vbere Lucan. 4, 315. ¶ 2 *Obs.* Cic. Qu. Fratr. 3, 9 Vt eius ista odia non forbeam solum, sed etiam concoquam: *metaphora ab his, qui cibos ingratos admittunt.* Id. Philipp. 11, 10 c. 5 Quem gurgitem, quam voraginem, quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? Sorbui, *Praeterit.* Plin. 22, 23 f. 49 His qui coagulum lactis forbuerint. *Archaice in tertia Coniugatione* Tibull. 4, 1, 72 Quum canibus rabidas inter freta forberet vndas. *Sic leg. Heins. et Brouckhus.*
- SORBENS**, entis. Part. Charybdis illata naufragia gurgitibus sorbens occultis Sallust. Fragm. c. 32 *ex* Seruio.
- SORBITIO**, ōnis. f. [*σόρημα*] *Sorbendi actus:* Perf. Sat. 4, 2 Sorbitio tollit quem dira cicutae. *de Socrate.* Sorbitio, *Iusculum ad sorbendum praeparatum.* Maltae sorbitio Scribon. 186. Pro sorbitione Id. 184. Colum. 6, 10 Sextarii duo, factaque sorbitio per cornu infunditur. Cels. 4, 7 Ergo primis diebus danda est sorbitio ptisanæ, vel alicæ, vel orizæ. *Add.* Idem 3, 18, 8, 9. Cat. R. R. c. 157 *extr.* Plin. 7, 4. 22, 22. Sen. Ep. 28. 35 *Axen. ad Phaedr.* 1, 26.
- SORBITIVM**, i. n. Sorbitium menthae Seren. Sampon. v. 872. *Conf. Barth. Adu.* 38, 1. *Burm. leg.* sorbitio.
- SORBITIVNCVLA**, ac. f. Dimin. [*σόρημύτιον*] Hieron. Ep. 30. Idem in Vita Hilarionis. Plin. Valerian. 1, 58.
- SORBILLO**, are. [*σοβέω, σοβῶ Gloss. Gr. Lat.*] Dimin. a Sorbeo: *proprie est Parum, et frequenter sorbere.* Ter. Adelp. 4, 2, 53 Quod quidem bellissimum carpam; et cyathos sorbillans, paulatim hunc producam diem. Relictum paulatim labellis minuens, sorbillat dulciter Apul. Met. 2 p. 121. Suavia sorbillantia Idem 45 *ibid.* 3 p. 135.
- SORBILLVM**, i. n. [*ἀπορροβήματα*] Potio sorbitioni apta. Plaut. Poen. 1, 2, 185 Hem, mihi iam video propter te visitandum sorbillo.
- SORBILLATOR**, oris. m. Isidor. Gloss. 50
- SORBILIS**, e. Adi. [*σοβηρός*] Quod facile sorbetur. Colum. 8, 17, 13 Et nuces digitis infractae sunt dandae, nec minus elixum molle sorbum, quique sunt cibi sorbilibus proximi, vt mulctra, recens caseus. Oua sorbilia crassiorem faciunt pituitam Cels. 2, 23. Ouum durum valentissimae materiae est: molle vel sorbile imbecillissimae Id. 2, 18. *Conf.* Petron. c. 23.
- SORBUS**, i. f. [*ῥύζη*] Arbor est procera, cuius longiorem descriptionem videbis apud Theophrast. 3, 21. Colum. 5, 10, 19 Sorbi quoque et Armeniaci, et Perfici, non minima est gratia, *vid.* Cels. 2, 30. Scribon. 104. 121. 60
- SORBVM**, i. n. [*ῥόν*] *Praedietae arboris fructus, quod Malum forbum etiam Columella appellat* 5, 10. Martial. 13, 26 Sorba sumus, molles nimium durantia ventres: Aptius haec puero, quam tibi, poma dabis. Plin. 15, 21 Sorbis quadruplex differentia. Aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ouata species, ceu malorum aliquibus. Haec obnoxia acori. Odore et suauitate rotunda praecellunt. Caeteris vini sapor. Generosissima, quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant, remedio tantum probabile, assiduum proventu, minimumque pomo, arbore dissimili, foliis paene platani. Non ferunt ante trimatum ex villo genere. Cato c. 7 Sorba in sapa quum vis condire vel siccare, viridia facias. Acida sorba Virg. Georg. 3, 380. *Conf.* Plin. 13, 7. 15, 21. Cat. R. R. c. 7. Varr. 1, 8. Colum. 12, 16. Pallad. Ian. 5. Apic. 4, 2. Petron. c. 135. Gronou. *Obs. in Script. Ecl. c.* 19 p. 204 et 206. 75
- SORBICVLVS**, i. m. *Afferebatur ex* Apic. 5, 1. *Sed restitutum olim est* Tres orbiculos, etc.
- SORDES**, is. f. [*ῥύπος, σπῖλος, ῥυπαρία, πῖνος*] *Immunditia.* Plaut. Poen. 1, 2, 101 Viden tu pleni oculi sordium qui erant, iam splendent mihi? N. immo etiam in medio oculo parum sordis est. Cic. de Nat. Deor. 2, 144 c. 57. *de auribus,* Prouisum etiam, vt si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium tanquam in visco inhaeresceret. Collecta sorde dolentes auriculae Hor. Ep. 1, 2, 53. Et tremere et sordes Farris mordere canini Iuuen. 5, 11. Sordes pro Reorum squalore, Quinctil. 6, 2 At sordes, et squalores, et propinquorum quoque similem habitum scio profuisse, et magnum ad salutem momentum preces attulisse. Idem Decl. 17 Non exuo, non depono sordes: et mihi quoque senex tanquam accusaturus occurrit. Vestes pullas aequae deuota vt candidas: ornatus et sordes pari modo fugiendae sunt Hieron. Ep. 2, 12 ad Nepotian. de Vita Clericorum. *Conf.* Idem *ibid.* Ep. 9. et Epitaph. Fabiolae ad Oceanum. Lugubres sordes, *vid.* LVGEO. Iacere in sordibus, *vid.* IACEO. ¶ 2 *Metaph. vel turpitudinem aliquam a moribus, vel etiam humilitatem conditionis notat.* Cic. pro Sext. 60 c. 28 Virtus — splendet per se semper, neque alienis vnquam sordibus 90 (*contumeliarum, criminationum*) obsolescit. Idem Fam. 7, 1 Putas enim, vt scribis, propter hominis sordes minus me magnam illam laetitiam putare. Accipere sordes, *vid.* ACCIPIO. Cic. Att. 1, 13 Apud bonos iidem sumus quos reliquisti: apud sordem vrbis et faecem, multo melius nunc quam reliquisti. Sordes, *de Auaritia.* 100 Cic. Qu. Fratr. 1, 1 Neque enim mihi sane placet, praesertim quum iis mores tantum iam ad nimiam lenitatem et ambitionem incubuerint, scrutari te omnes sordes, excutere vnumquemque eorum. Plin. Ep. 2, 12 Damnatumque sordium vel damnare alios, vel absolueret? Quinctil. 6, 3, 74 Iunius Bassus querente Domitia Passieni, quod, in-

cusans eius fordes, calceos eam veteres diceret vendere solere, Non mehercule, inquit, hoc unquam dixi; sed dixi, emere te solere. Idem 4, 1, 8 Sed ut praecipua in hoc dicentis auctoritas, si omnis in subeundo negotio suspicio fordium, aut odiorum, aut ambitionis, ab- fuerit: et ita, etc. Hor. Serm. 2, 5, 104 Sepulcrum Com- missum arbitrio sine fordibus exstrue. *Etiā Singulari*: Nullum hu- ius in priuatis rebus factum auarum, in re pecuniaria contentionem nullam, in re familiari formem proferri Cic. pro Flacc. c. 3. In quibus formem et auaritiam Fonteii Capitonis in adimendis assignan- disque militiae ordinibus integre mutauerat Tac. Hist. 1, 52, 2. Lu- xuriae fordes quis feret Iuuen. Sat. 1, 140. *i. Summam prodigalitatē cum insigni auaritia coniunctam. Loquitur enim de illis, qui quum ven- tribus suis indulgerent, omnia, in aliorum egestate subleuanda parcissimi essent. Gaudet autem Iuuenalis antitheta hoc pacto coniungere, ut alibi,* Socraticos Cinaedos, Tristia obscoena, Lacernatam amicam. Hor. Serm. 1, 6, 68 Si neque auaritiam, neque fordes, ac mala lustra Obiiciet vere quisquam mihi.

SORDITVDO, inis. f. [*ῥύπασμα*] *Idem quod Sordes.* Plaut. Poen. 5, 2, 10 Ut mihi absterferunt omnem sorditudinem. Sordi- tudinem pro Sorde inquit Non. 2, 799.

SORDICVLA, ae. f. Dimin. Marcell. Emp. c. 8.

SORDIDVS, a, um. Adj. [*ῥυπαρός, πιναρός*] *Sordibus plenus, eadem qua sordes varietate.* Cic. Tusc. 3, 56 c. 23 Saepe est etiam sub palliolo sordido sapientia. ex Caecil. Amictus sordidus

25 Virg. Aen. 6, 301. Nitens cutis sordidum ostendit Animum Hieron. Ep. 2, 9. Caput sordidum tabo Sen. Herc. Fur. 9. Casae sordidae Idem Herc. Oct. 2. Cera sordida Propert. 3, 23, 8.

Color sordidus Columel. 8, 8. Fumus sordidus Hor. Carm. 4, 11, 11. Lana sordida Ouid. de Arte Am. 3, 222. Sordidissi-

30 mo Linteo praecineta anus Petron. c. 95. Scholiaff. Iuuenal. 5, 11. Mappa sordida Hor. Ep. 1, 5, 22. Panis Plaut. Afin. 1, 2, 16. conf. Taubm. ad h. l. Puluis sordidus Ouid. Amor. 3, 2, 42. Rura sordida Virg. Ecl. 2, 28. Vicus sordidum Scribon. 237. Vlcera sordida Id. 25. 26. 237. Vlcera sordidissima Id. 237. Sanguis

35 sordidus Lucan. 4, 315. Sordidus homo, *Egens, vilis, avarus.* Plin. Ep. 2, 6 *coenasse dicit se apud quendam, ut sibi videbatur, lautum et diligentem; ut mihi, sordidum simul et sumtuosum.* Cicero *fero ad humilitatem conditionis refert. v. g. de Finib. 3, 38 c. 11 Quis non odit sordidos, varios, leues, futiles?* Idem de Legib. 3, 35 c. 17

40 Quos et quantos viros homo omnium infimus et sordidissimus Trib. Pleb. P. Curiatius in vincula coniecit. Sic Off. 1, 150 Sordidi etiam putantur, qui mercantur a mercatoribus quod statim vendant. Familiae sordidissima pars Petron. c. 152. Conf. Sueton. Domit. c. 8. c. not. Torrent. Liu. 22, 25 Loco non humili solum, sed etiam

45 sordido ortus. Sic Stirpes sordidae, quae Ingenuis natalibus opponuntur l. Super statu C. de poenis. Non sordidus auctor naturae verique Hor. Od. 1, 28, 14. de Epicuro. Cic. Off. 2, 50 Id cum periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere ut accusator nominere. Publice concepta et confirmata iam vul-

50 garis existimatio, rem rusticam sordidum Opus esse Columel. praef. Sordidaque in paruis Otia rebus agat Martial. 1, 56. Cupido sordidus, Auaritia, cupiditas, Acron et Porphy. apud Hor. Carm. 2, 16, 15. Cic. Off. 1, 150 Illiberales autem et sordidi quaestus mer-

55 cenarios, omniumque quorum operae, non quorum artes emuntur. Lingua sordida, *Impura, mendax, periura* Tibull. 3, 7, 14. Gaudia sordida Stat. Silu. 3, 5, 17. Cic. Qu. Fratr. 3, 4 Gabinius abso-

lutus est: omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribusque eius infantius, nihil illo consilio sordidius. Quinctia 8, 3 Quaedam hebes, sordida, iciona, tristis, ingrata, vilis oratio est. Quae vitia

60 facillime fiunt manifesta contrariis virtutibus. Nam primum acuto, secundum nitido, tertium copioso, deinceps hilari, iucundo, accurato diuersum est. Sic Sordidae Voces, ap. Grammaticos. Conf. Gell. 16, 7. Compar. ut, Sordidiores repudiare Cic. de Orat. 3 c. 32. Nubes sordidior Sen. Hippol. 785. Toga Martial. 1, 104. Caro

65 sordidior Plin. 16, 6. Superl. Ut quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime seueritatem iudicandi fordes suas eluet Cic. Philipp. 1 c. 7. Res sordidissimae Sen. Controu. 3 praef.

SORDIDE. Adu. [*ῥυπαρός*] *Auare.* Plin. Ep. 3, 9 Proconsula- tum, sed sordide gesserat. Omnes circa se largissime prosequu-

70 tus, nihil prius aut acrius monuit, quam ne quid sordide facerent Sueton. Domit. c. 9. Cic. Att. 15, 2 Lucium Antonium concio-

natum esse cognoui tuis literis et aliis sordide, sed id quale fuerit, nescio. Idem de Orat. 2, 352 Si aspere, si arroganter, si turpiter, si sordide, si quoque animi vitio dictum esse aliquid videatur. Sor-

75 dide agere tutorem Vlpian. 1. 3 D. de suspectis tutor. Compar. Quo sordidius atque abiectius nati sunt Tac. de Orat. c. 8, 5. Su- perl. Sordidissime per plateas tractus est Lamprid. Heliog. c. 33.

SORDIDVLS, a, um. Dimin. Plaut. Poen. 1, 2, 58 Seruulo- rum sordidulorum scorta diobolaria? Toga sordidula Iuuen.

80 Sat. 3, 149. Armigero sordidulam curante rapinam Prudent. in Symmach. 1, 69.

SORDVLENTVS, a, um. Adj. Tertull. de Poenit. cap. 11 Sor- dulentus, illotus.

SORDEO, ui. [*ῥυπαίω, ῥυπέω, ῥυπίω*] *Sordidum esse.* Martial. 85 1, 32 Dum nulla teneri sordent lanugine vultus. Cum Manus materno sordet sparsa sanguine Accius apud Non. 2, 773. Non

fordeat toga Sen. Ep. 5. Iter sordet Stat. Silu. 3, 1, 100. Sor- dere alicui res aliqua dicitur, *i. Contemni, et vilis aestimari.* Plin. 35, 10 f. 36, 14 de Protogene, Sordebat ille suis, ut plerumque dome-

90 stica. Sic ipse etiam Liu. 4, 25. Cunctane prae campo, Ti- berino et flumine sordent Hor. Epist. 1, 11, 4. Pseudo-Cic. ad Octau. Cui sordebat Macedonia prouincia, quam victor sibi sumserat Caesar. Sordent tibi munera nostra Virg. Ecl. 2, 44. Voluptas sordet oculis Stat. Silu. 1, 3, 98.

SORDENS, entis. Part. Per sordentem serpere humum Corn. Gallus El. 1, 200.

SORDESCO, ere. [*σπιλόμαι*] *Idem.* Plin. 11, 12 Nunc vero e tanta cadens altitudine, multumque dum venit fordescens. Vlcera oculorum rosa fordescunt Plin. 21, 19. Hor. Epist. 1, 20, 11

100 Contrectatus vbi manibus fordescere vulgi Coeperis. *Alloquitur librum suum.*

SORDIDO, are. [*ῥυπαίνω, σπιλόω*] *Sordidum facere, foedare.* Moto puluere sordidatur aer Sidon. Carm. 23, 349. add. Idem Ep. 1, 5. Hieron. Ep. 29 Vitiis sordidatur. Cyprian. Ep. 52, 6 Alienis rumo-

105 ribus sordidantur. Lactant. 5, 19 Mens malis cupiditatibus sordi-

dida-

didatur. August. Serm. 244 Toties Dei imaginem fordidamus. Conf. Lactant. de Ira Dei extr. Cyprian. Ep. 52, 6.

**SORDIDĀTVS**, a, um. Partic. *Sordide indutus.* Plaut. Afin. 2, 4, 90 Quamquam ego sum fordidatus, frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari, *i. Sordide indutus.* Cic. Philipp. 2, 73 Argentea vasa collisa, fordidata mancipia, *i. Ob inopiam vel auaritiam obsoleta veste, vel detrita induta.* Ter. Heaut. 2, 2, 56 Scin' hanc quam dicit fordidatam et fordidam? Sordidata turba Liu. 45, 28, 7. Sordidatissima conscientia Sidon. Ep. 3, 13.

**SORDIDATI**, *Vestem fordidam luctus causa induti, quales praesertim Accusati et rei,* Liu. 6, 20 Postquam fordidatum reum viderunt. Cic. post redit. in Senat. 11 Quum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum fordidata venisset. Idem in Verr. 2, 62 c. 25 Sordidati, maxime barba et capillo, Romae biennium prope fuerunt. Idem ibid. 4, 4 Diodorus Romae fordidatus circum patronos atque hospites cursare, rem omnibus narrare. Idem in Pison. 99 Nec minus laetabor, quum te semper fordidum, quam si paullisper fordidatum viderem. Sordidatus descendit ad rostra Sueton. Vit. c. 15.

**SOREX**, icis. m. [*μῦς ἀγρῶος*] Animal paruum ex murum genere, a sono vocis, quem rodendo facit. Quidam dicunt esse Murem situestrem. Columnel. 12, 31 Si serpens, aut mus, forexque in mustum ceciderit. Idem de Arboribus 15 Vites, quae secundum aedificia sunt a foricibus aut muribus infestantur. Ter. Eun. 5, 7, 23 Egomet meo iudicio miser, quasi forex, hodie perii. Soricem et Murem pro eodem usurpauit Plin. 11, 37. et 2, 41. vid. FIBRA. Si praegnans artus captiui foricis edit, Dicuntur fetus nigrantia lumina fingi Seren. Sammon. cap. 5 v. 57. Plin. 8, 57 Soricum occentu dirimi auspicia, annales refertos habemus.

**SORICĪVS**, a, um. Adi. [*μυικός*] Plaut. Bacch. 4, 8, 48 Soricina naenia. vid. Salmaf. ad b. l. et quae damus voce NAENIA.

**SORICVLATVS**, a, um. *Vt, Soriculata vestis, quae variis conferta coloribus erat.* Plin. 8, 48 Calcagninus legendum putat Surculata. Conf. Turneb. Adv. 24, 19. vid. tamen SORORICVLATVS.

**SORI**vstium Scribon. 51. vid. SORV.

**SORILLA**, Nauigia Istrica vocantur, quod lino et sparto confiantur et condensentur. Nescio quo auctore.

**SORITES**, ae. m. [*σοφιστής*] Sophismatis genus, quod tu acruale, vel acrualem Syllogismum dicere possis. Cic. de Diuin. 2, 11 c. 4 Quemadmodum Soriti resistas? quem, si necesse sit Latino verbo, liceat acrualem appellare: sed nihil opus est: vt enim ipsa Philosophia et multa verba Graecorum, sic Sorites satis Latino sermone tritus est. Persius 6, 80 Aceruum dixit Chryssippi. vid. ACERVVS n. 2 qui locus typorum errore relatus est ad ACERVATIM. Cic. Acad. 4, 49 c. 16 Et primum quidem — captiosissimo genere interrogationis vtuntur, — cum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur. Soritas hos vocant, qui acruum faciunt, vno addito grano. Nempe interrogant, tria grana an sunt acruus? Neges. Pergunt interrogare, an quatuor, quinque, sex, etc. vt labores ubi incipias, acruum esse fateri. Et sic retro, Mille suntne acruus? Sunt. An, si demas vnum, duo, tria, etc. Absurdum hic fuerit negare v. g. viginti esse acruum, vno grano addito, fateri: aut dare acruum esse viginti grana, vno demto grano, negare. Sequuntur apud Ciceronem l. c. plura. Sed in primis relatu dignus est alter locus Acad. 4, 92 c. 28 extr. Venit ad Soritas, lubricum sane et periculosum locum — Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, vt vlla in re statuere possimus quatenus. Nec hoc in acruo tritici solum, vnde nomen est, sed nulla omnino in re minutatim interroganti, diues, pauper, clarus, obscurus sit? multa, pauca? magna, parua? longa, breuia? lata, angusta? quanto aut addito aut demto certum respondeamus, non habemus. — Hoc enim fateris, neque vltimum te paucorum, neque primum multorum respondere posse. — Nihil igitur te contra Sbritas ars ista adiuvat, quae nec augendi nec minuendi quid aut primum sit aut postremum, docet. Pulchrum exemplum Soritiae est Horat. 2, 1, 35. quod totum ponere non pigebit.

Si meliora dies, vt vina, poëmata reddit,  
Scire velim chartis pretium quotus arroget annus?  
Scriptor abhinc annis centum qui decidit, inter  
Perfectos veteresque referri debet, an inter  
Viles atque novos? Excludat iurgia finis.

RESP. Est vetus atque probus, centum, qui perficit annos.

HOR. Quid? qui deperit minor vno mense, vel anno,  
Inter quos referendus erit? veteresne probosque,  
An, quos et praesens et postera respuat actas?

RESP. Iste quidem veteres inter ponetur honeste,  
Qui vel mense breui, vel toto est iunior anno.

HOR. Vtor permissio, caudaeque pilos vt equinae  
Paullatim vello, et demo vnum, demo et item vnum:  
Dum cadat elusus ratione ruentis acerui,  
Qui redit in fastos, et virtutem aestimat annis,  
Miraturque nihil, nisi quod Libitina sacrauit.

Sen. de Benef. 5, 19 fn. Nam illud finiri non potest: si patri do beneficium, (filio seruando) et matri, et auo, et auunculo, et liberis, et affinibus, et amicis, et seruis, et patriae. Vbi ergo beneficium incipit stare? Sorites enim ille inexplicabilis subit, cui difficile est modum imponere, quia paullatim surrepit non desinit serpere. Hinc recte Vet. Schol. Persii 6, vlt. Chryssippus philosophus Stoicus Syllogismum σοφιστήν vocauit, quem per adiectionem et detractorem ex acerui frumentarii similitudine ostendit. Nec male definitur ab Vlpiano l. 177 D. de V. S. et Iuliano l. 65 de R. I. Natura cauillationis, quam Graeci σοφιστήν appellauerunt, haec est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quae euidenter falsa sunt, perducatur. Non satis hoc explicarunt Alciatus, Brechacius, Fornarius, ipseque adeo Cuiacius; melius H. Grötius Flor. Sparsf. ad l. c. 177 de V. S.

**SOROR**, oris. f. [*ἀδελφή, κασιγνήτη*] Parentum meorum filia, mea Soror est: Antistius Labeo apud Gell. 13, 10 Soror, inquit, appellata est, quod quasi seorsum nascitur, separaturque ab ea domo, in qua nata est, et in aliam familiam transgreditur. Soror Confanguinea, et Vterina quae sit, vid. ff. ll. Est etiam Soror per adoptionem §. 2 Instit. de Nupt. etc. Cic. pro Milon. 74 c. 27 Eum, quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse L. Lucilius iuratus, se quaestionibus habitis dicit comperisse. de Clodio. Add. Nep. 5, 1, 2. Cic. Verr. 4, 22 Ita C. Cato duorum clarissimorum hominum nepos L. Paulli et M. Catonis et P. Africani sororis filius. Sorores pro patruelibus vel consanguineis. Vid. Periz. Animadu. c. 3 p. 107 seq. Nym-

- phae sorores Virg. Georg. 2, 494. Doctae sorores Ouid. Met. 5, 255 sic vocat Musas. Lanificae sorores, Parcae, vid. LANIFICVS in LANA. Has sorores tres simpliciter vocat Hor. Carm. 2, 3, 15. Conf. Aufon. Ep. 12 extr. Piae sorores Ouid. Met. 8, 520.
- 5 Pulchrae sorores Stat. Achil. 1, 296. Viperae sorores Ouid. Met. 6, 662. i. Furiae. Vnanimis Virg. Aen. 4, 8. Maxima sororum Ouid. Met. 2, 346. Dicere Mineruam sororem suam, crimen Ciceronis Cic. pro Domo 92 c. 34. ¶ 2 Sororis et fratris nomina nequiora dicuntur Martial. 2, 4 de impuris amoribus.
- o Petron. 127 Feminam ornatam, et hoc demum anno virum expertam, concilio tibi, o iuuenis sororem. Vid. quae hac de re dicimus in FRATER n. 2. Alia ratione Christiani feminas, vel uxores appellabant sorores. Quod ignotus ad ignotum audeo scribere, sanctae ancillae Christi Hedibiae, et filiae meae, coniugis tuae, Aitemiae, immo sororis, ex coniuge et conseruae fecit deprecatio Hieron. Ep. 2, 10 ad Rusticum. Saluianus Ep. 4 coniugem suam, sororem vocat, postquam iam mutuo in votum perpetuae castitatis consenserant. Cogor amore etiam Placidinae pauca referre, Quae tibi tunc coniux est modo cara soror Venant. l. i Eleg. in laudem Leontii et Placidinae. Hinc ansam arripere gentes, cauillandi Christianos. Se promiscue appellant fratres et sorores, vt etiam non insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat incestum Caecil. ap. Minuc. Felic. 9, 2. ¶ 3
- Etiam res similes et geminae natura vel arte vocantur Sorores. De arboribus Plin. 13, 4 Minus speciosae, sed sapore caryotarum sorores, ab hoc Adelphides dictae. Plaut. Poen. 1, 3, 11 Nunc obsecro te, Milphio, hanc per dexteram, Perque hanc sororem dextrae, laeuam, etc. A. Moreti v. 28 Interdum festiae succedit laeua sorori Alternatque vices. Tertull. adu. Gent. 12 Materiae sorores vasculorum. Idem de An. 51 Corpus et anima sorores substantiae. Sic Fratres dici s. l. obseruamus. Soror ciuitas dicitur Vtica Carthaginis Tertull. de Pallio c. 1. Et eo modo Sorores Iodices, apud Martial. 14, 148.
- SORORCVLA, ae. f. Dimin. Plaut. in Fragm. Clitell. 25 Germana mea sororcula.
- SORORIVS, a, um. Adi. vt, Sororia coena, quae datur sorori agnitae. Plaut. Curc. 5, 2, 60 Oscula sororia, Casta et pudica, qualia sorores decent Ouid. Met. 4, 334 in Salmacidis fabula. Eum qui probabilem saeculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiae Appellationis non decet Imp. Arc. et Honor. l. 19 C. de Episc. et Cleric. Cic. pro Sext. 16 c. 7 Qui enim in eiusmodi vita nerui esse potuerunt, hominis fraternis flagitiis, sororis stupris, omni inaudita libidine infamis. Sororium tigillum declarantem audiamus Festus: Sororium tigillum appellatur hac de causa. Ex conuentione Tulli Hostilii Regis, et Metii Suffetii ducis Albanorum, Trigemini Horatii et Curiatii cum dimicassent, vt victores sequeretur imperium, et Horatius noster exsuperasset, victorque domum reuerteretur, obuia soror, cognita morte sponsi, sui fratris manu occisi, auersata est eius osculum: quo nomine Horatius interfecit eam, et quanquam a patre absolutus sceleris erat, accusatus tamen parricidii apud Duumuiros, damnatusque prouocauit ad populum, cuius iudicio victor duo tigilla, tertio superiecto, quae pater eius constituerat, velut sub iugum missus subit, consecratisque ibi aris Iunoni Sororiae, et Iano Curiatio, liberatus omni noxia sceleris est, auguriis approbantibus. Ex quo Sororium id tigillum est appellatum. Festus. vid. Liu. 1, 26. ¶ 2 Sororius, i. m. Subst. sororis frater, aut filius, aut maritus. apud ICtos.
- 55 SORORICIDA, ae. c. Qui sororem occidit. Cic. pro Domo 26 c. 10 Quid de me quod tulisse te dicis, patricida, fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti?
- SORORICIDIVM, i. n. ἀδελφοκτονία Gloss. Lat. Gr.
- SORORIO, are. Sororiari puellarum mammae dicuntur, cum iam intumescunt; quod non singulae, sed veluti geminae sorores simul nascantur, vt Fraterculare puerorum Plaut. in Fribolaria. Tunc sororiabant papillae primulum: sed illud volui dicere, fraterculabant. Haec Festus. Sororiant mammae, cum extollunt se paulatim, quasi aemulantes, vtra maior sit. Conf. FRATERCVLO sub FRATER.
- 65 SORORIANs, antis. Partic. Plin. 31, 6 f. 33 Mammis sororiantes, praecordia maciemque corporis piscinae magis corrigunt, i. tumentes nimium: μάσας σπαργώστας.
- SORORICVLATVS, a, um. Sororiculatae vestes sunt Plin. 8, 48 f. 74 vbi magno consensu MSS. et Hard. Vndulata vestis prima ex laudatissimis fuit: inde sororiculata defluxit. Turneb. 24, 19 post varias aliorum coniecturas suam ponit, Quae perpetuis quibusdam suris, et latioribus virgis regulatae erant, et eo toto texendi genere confectae: vt sint tanquam Sororigulatae, a Suro, cuius diminutio est furculus: nisi si quis a Sura deducere malit. Quod si a Regula deriuari non placet, certe a Rica et Rricula deducatur. Sed, nihil puto, constitui potest. Qui tamen legere plura, aut exercere ingenium cupit, adeat praeterea Ferrar. de Re Vest. 1, 11. Hard. ad Plin. l. c.
- SORS, fortis. f. [κλήρος, λήξις, κληδὼν συγκυρία] a Serie dicitur. Varro de L. L. 5, 7 p. 57, 17 agens de coniugatis verbi Serere, Hinc fortes, quod in his iuncta tempora, cum hominibus et rebus. Ab his Sortilegi. Ad hoc pecunia, quae in fenore, fors est, impendium quod inter se iungat. Quem locum tractat Gronou. in Mantissa Pec. Vet. c. 1 p. 415 sq. et ita interpretatur Sortem dictam, quod conferat iungatque et adnectat sibi impendium vel vsuram. Nempe Sortem esse pecuniam in fenore collocatam, deinde videbimus. Nunc hoc teneamus, Sortis notionem primam et generalem esse in Serie quadam et iunctura. Ac primo de fatali quadam et occulta serie dicitur, qua euentus cum suis causis connexi sunt, et vel effici, vel praedici putantur etiam, rationibus, quae temerarium potius quiddam et inconsideratum, quam certum aliquid promittere videantur. Nempe quorum euentuum alias causas adsignare non possunt homines, eos euentus ad primam causam, deum, referre solent, qui casum et fortunam illam Epicuream non posse veram causam esse, agnoscunt. Ergo Sors est primo illa occulta rerum Series diuinitus constituta: deinde modos quosdam explorandae, et efficiendae adeo illius sortis eodem nomine appellarunt: ipsaque instrumenta et corpora, quibus ad eam rem uterentur: tum quidquid sorte euenisset, vt pars hereditatis, prouincia, conditio omnis denique, et ipsa sortis nomine dicta sunt. — Non licet haec omnia recte nunc digerere, et sub capita sua accurate reuocare, in re, quam ita varie ipse loquendi vsus et ignorantia hominum misauerit. Sed qui ista considerauerit, quae diximus, farraginem, quam proponemus exemplorum facilius intelliget, et si tanti videatur, digeret. Quaedam complexus est Festus, Sors et patrimonium significat, vnde confortes dicimus? et dei responsum; et quod cuique accidit in sortiendo. Primum est pars tertii, secundum appellationem accepit a ratione diuinandi, quae in omni sorte videtur intercedere. De hac Cic. de

de Diuin. 2, 85 c. 41 Dicendum igitur putas de fortibus? Quid enim fors est? Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod cæteras: quibus in rebus temeritas et casus, non ratio, nec consilium valet. Virg. Aen. 5, 490 — Delectamque aerea fortem  
 Accepit galea, *i. unumquodque signum, quod in galea deinde concussione permixtum eiciebatur vel extrahabatur.* Aequantur sortes in  
 sortitione tribuum et centuriarum in comitiis in Fragm. Or. Cic. pro C. Cornello, *i. inspiciuntur, an omnes aequales sint, ne fraus committi possit.*  
 Ita Cic. de Diuin. 1, 34 c. 18 Oracula aequatis fortibus ducuntur, *i. ita constitutis et paratis, ut nulla causa appareat, cur haec potius quam illa debeant exire.* Ita Cic. de Diuin. 1, 76 Et fortes ipsas et caetera, quae ad fortem erant parata, disturbauit simia. Conf. de Diuin. 2, 69. Sueton. Aug. c. 75 Solebat et inaequalissimarum rerum sortes in conuiuio venditare. *Erat hoc genus Lotariae, ut hodie vocat Europa. Venduntur tabellae obsignatae, extra aequales, aequali pretio. Emtor deinde quisque suam tabellam resignat, et inuenit unus sibi deberi centum aureos, alius dentiscalpium; unus pectinem eburneum, alius purpuream synthestin, etc. eadem plane ratione, ut eodem in loco auersas picturas vendidisse dicitur Augustus, cum etiam sorti, casui, permitteretur quid acciperes, Parrhasii tabulam, an cucurbitas a trone pictas.* Disertissime rem declarat Lamprid. Heliog. 21 sq. Eunuchos pro apophoretis dedit, dedit quadrigas, equos stratos, mulas, basternas et rhedas, dedit et aureos millenos, et centena pondo Argenti. Sortes sane conuiuales scriptas in cochlearibus habuit tales, ut alius (*intelligo Symbolus, vel cochlearis adeo masculino genere*) exhiberet decem camelos, alius decem muscas, alius decem libras auri, alius decem plumbi, alius decem struthiones, alius decem oua pullina, ut verae fortes essent, et fata tentarentur: quod quidem et ludis suis exhibuit, quum et vrsos decem et decem glires, et decem lactucas, et decem auri libras in sorte habuit, etc. De eiusmodi fortibus (*Apophoreta enim sunt res, quae simili sorte assignantur conuiuio*) est integer liber Martialis 14 qui 1, 5 sic ait: Diuitis alternas et pauperis accipe fortes, Praemia conuiuiae det sua quisque suo. ¶ 2  
 Formulae per lancem saturam. Cecidit custodia Sorti Sil. 7, 368 quem Ablatium casum esse defendunt viri docti. Vid. Drakenborch. Caeca fors Lucan. 5, 66 est casus fortuitus. Sic Deterior fors Sen. Theb. 2. Improvisa fors Claud. de Bell. Get. 370. Inaudita Graecis fors ista, vid. INAVDIO. Iniqua fors Virg. Aen. 6, 332. Mala fors praedae, Pars, Portio quae sorte euenit seu contigit Ouid. Met. 13, 485. Noua pugnae fors Virg. Aen. 12, 54 euentus. Arripere telum, quod fors offert Cic. Verr. 4, 95. Assignare aliquid alicui forte Cic. Fam. 11, 20 fin. Liu. 43, 14 Priusquam id fors Cerneret. *i. forte decideretur.* Coniicere fortem in urnam Cael. ad Cic. Fam. 8, 8. Tuberonis fors Coniecta ex Scto, cum ipse non adesset Cic. pro Lig. c. 7. Coniicere prouincias in fortem Liu. 30, 1. Contigit fors Tyrrhenum Vell. Patere. 1, 1, 4. Deicere fortes Caes. Bell. Ciuil. 1, 6 et Liu. 21, 42. Demittere fortem Sueton. . . Damnari sorte Sil. 6, 341. Virg. Aen. 6, 431 Nec vero hac sine forte datae sine iudice Sedes: cum respectu ad iudicia Romana, vid. SORTIRI iudices. Id. Aen. 1, 143 Non illi imperium pelagi — Sed mihi forte datum. Neptunus loquitur. Virg. Aen. 6, 22. Stat ductis fortibus urna, quod pulchre Seruius explicat, e qua ducebantur. Poterat eodem sensu dicere ducendis fortibus. Numquid oportet nisi tres sortes coniici, urnam Educi? Cic. Verr. 2 c. 51. Sed duci etiam is dicitur, cuius fors exit vel educitur. Virg. Aen. 2, 205 Laocoon ductus Neptuni forte sacerdos. Conf. Sallust. Fragm. c. 32. Suet. in Claud. c. 6. Cic. Att. 1, 19 Cum de consularibus mea prima fors exisset. Et Hor. Carm. 2, 3, 25. Omnium Versatur urna, serius, ocius Sors exitura. Excidit fors Liu. 21, 42. Legunt sorte loca Virg. Aen. 5, 132. Nancisci fortem, vid. NANCISCOR. Reuocatur res ad fortem Cic. Verr. 2, 127. Renunciari extra fortem Idem Verr. 2, c. 51. Virg. Aen. 1, 512 Operumque laborem Partibus aequabant iustis et forte trahebant. Versat omnia fors, fortuna, casus Virg. Ecl. 9, 5. Ut fortibus Cic. de Diu. 2 c. 41. ¶ 3 Propter diuisiones partium vel aequalium ut optio difficilis esset, vel quae satis exaequari non possent, adhibita fors hereditatibus diuidendis, prouinciis assignandis, etc. Hinc Liu. 1, 34 Pueri in nullam sortem bonorum nato. *i. partem hereditatis.* Hinc, quod ex Festo vidimus, Sors patrimonium significat. Hinc etiam agri certus modus Sors est, ut Heredium: quin idem plane quod Heredium. Fragm. de Limit. p. 216 Goeff. Duo fundi iuncti Iugerum definiunt — Quidam primum appellatum dicunt Sortem, et centies ductum Centuriam. Quidquid sit de loco forte corrupto certe obscuro, Centum Sortes Centuriam faciunt: at centum Heredia etiam implent Centuriam. ¶ 4 Porro Sors est, quidquid nobis Sorte vel proprie dicta vel quacunque factorum attributione obuenerit. Liu. 35, 6 Si id facere grauaretur, quod non suae fortis id negotium esset, se quidem id facturum, quodcunque Senatus censuisset. Hor. Carm. 3, 24, 16 Defunctumque laboribus Aequali recreat sorte vicarium. *i. Aequali conditione nimirum succedendo ei in laboribus.* Quoniam sicut caetera fortis Eiusdem Iuuenal. 12, 25: generis, conditionis. Gratam fortem habemus, 80 Nostra sorte sumus contentae. Ouid. Met. 5, 272. Humana fors Ouid. Trist. 3, 11, 67. Intentata fors Virg. Aen. 10, 39. *i. e. Regnum, inquit Seruius.* Irrequieta fors Phoebi solis currum agentis Ouid. Met. 2, 386. Miserandae fortis afellus Idem Amor. 2 c. 7, 15. Mortalis fors Idem Met. 2, 56. Onerosa fors Ouid. Met. 9, 675. Egregium hoc quoque, sed Secundae fortis Sen. Ep. 52. Hor. Serm. 1, 1 pr. Quis sit, Maecenas, ut nemo quam sibi fortem seu ratio dederit seu Fors obiecerit, illa Contentus uiuat, laudet diuersa sequentes: Sortem, conditionem et statum vitae. Telephum quem tu petis, occupauit Non tuae fortis iuuenem puella Hor. Od. 4, 11, 21. Ne Vltimae quidem fortis hominum conspiratione et periculo carui Suet. Aug. c. 19. Conf. Liu. Epit. l. 19. Vltimae fortis Medicus Scribon. Epist. Gaudens sorte tori Ouid. Fast. 3, 463. Gaude sorte tua Hor. Epod. 1, 14, 15. Calamitatis solatium est Nosse fortem suam Curt. 4, 10, 26. Cui Placet alterius, sua nimirum est odio fors Hor. Epist. 1, 14, 11. Ouid. Fast. 6, 30 Si genus adspicitur, Saturnum prima parentem Feci: Saturni fors ego prima fui. Verba sunt Iunonis. Tueri fortem, quam tribuit fortuna Ouid. Epist. 17, 112. prima Saturno fato data sum filia, vid. mox SORTIRI filium n. 2. Virg. Aen. 2, 554 Hic exitus illum Sorte tulit, *i. fato abstulit.* Acerba fors Sen. Herc. Oct. f. 7. Aspera fors Stat. Theb. 1, 196. Crudelis fors Sen. Octau. 3. Diuina fors Cic. Philipp. 26. Durissima fors Claud. in Eutrop. 1, 71. Durissima fors fati Lucan. 9, 1049. Ferrea difficilisque fors vitae me premit Ouid. Trist. 5, 3, 28. Funesta fors Stat. Theb. 11, 315. Pessima fors rerum Ouid. Met. 14, 489. Suprema fors Virg. Aen. 5, 132. Tole-

randa nulli fors Stat. Theb. 1, 195. Ultima fors rerum Lucan. 5, 692.

¶ 5 Propter aleam, puto, et periculum amittendi factum est, ut Sors dicatur pecunia in fenore collocata, τὸ ἀρχαῖον, caput, cui accedunt, e qua velut nascuntur surae. Plaut. Most. 3, 1, 122 Quatuor quadraginta illi debentur minae, est fors, et fenus, tantum est. Ibid. 3, 1, 64 Sortem accipe. D. immo fenus id primum volo. Ter. Adel. 2, 2, 35 Hei mihi, etiam de forte nunc venio in dubium. h. e. De pretio quo emta erat fidicina. Liu. 6, 15 Sed quid ego vos, de vestro impendatis, hortor. Sortem aliam ferte (auferte, o creditores duri, et vobis habete. Sed de hac forte, siue) de capite deducite, quod vsuris pernumeratum est: iam nihilo mea turba, quam vliius conspectior erit. Manlius ob liberalitatem in crimen vocatus, ostendit patriciis, quomodo ipsi quoque plebem suam facere possint, nempe si non exigant vsuras, sed contenti sola sorte, solo capite, vsuras iam solutas impunitari et detrabi s. deduci patiantur. Hoc idem est respectu debitoris Sorte creditum soluere Liu. 6, 36 extr. Sic Liu. 6, 14 Se — multiplici iam forte exsoluta, mergentibus semper sortem vsuris, obrutum fenore esse. Mergunt sortem vsurae, superant, maiores sunt, etc. Debitor vsuram pariter sortemque negabit Martial. 5, 43. Etiam Sortes Numero Plurali in hoc significatu. Papinian. in l. Vxori. D. de vsu et vsufr. leg. Fenus quoque sortium, quas defunctus collocavit. Ibid. Igitur vsuras nominum in hereditate relictorum, ante cautionem interpositam debitas, velut sortes, in cautionem deduci necesse est.

¶ 6 In oraculis proprium velut locum habent Sortes, i. ligna quaedam siue visibilia, siue audibilia futurorum, et voluntatis divinae. Sors illa edita est Croeso, Croesus Halym penetrans, magnam peruerteret opum vim Cic. de Diuin. 2 c. 33. Et c. 56 Ut fors ipsa ad sortes referenda sit. i. ad ea, quae temere et casu eueniunt. Nempe erat reuera genus diuinandi per talos eiusmodi, siue tesseras, de qua Cic. de Diu. 2 c. 41 Quid enim fors est? idem propemodum, quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas et casus, non ratio nec consilium valet. — Videamus clarissimarum sortium (Praenestinarum) quae tradatur inuentio. — perfracto Saxo fortis erupisse in robore insculptas priscaurum literarum notis — eaque conditas sortis, quae hodie Fortunae monitu — pueri manu miscuntur atque ducuntur, etc. Conf. Ode Sortibus aequatis 1 c. 18. et quae loca in principio excitauius Cic. de Diuinat. 1, 76 et 2, 69. Liu. 21, 62 inter prodigia refert Caere sortes extenuatas al. attenuatas. Et 22, 1 Sortes sua sponte attenuatas. Cum non nimis facile sit Sortes i. talos, tesseras extenuatos intelligere, extenuatas, ingeniose substituit utroque loco Lips. Elect. 2, 12. i. sua sponte taeniis suis s. vittis, quibus inuolutae seruarentur, explicatas euolutasque. Sed religiosiores Salmaf. ad Solin. p. 487. Perizon. Animadu. p. 380 et ante hos Hieron. Alexander apud Phil. a Turre Monum. Vet. Ant. p. 15. et ipse nuper Drakenb. ad l. c. mutare quidquam vetant. Nempe in tota diuinationum disciplina, ubi quid maius solito aut iusto videtur, bonum omen est, contrarium vero, si minutum attenuatumue appareat, quod vel Pharaonis somnia, ut multa alia praetermittamus, nos admonent. Ingeniosae ergo extenuatae sortes; attenuatae vel extenuatae veriores, i. a Liuii scriptae. Valer. 1, 6, 3 Cuius rei explorandae gratia, legati ad Delphicum oraculum missi, retulerunt praecipii fortibus, ut aquam eius lacus emissam per agros diffunderent. Durae sortes Ouid. Met. 13, 180. Dictae per carmina Hor. A. P. 403. Faticinae sortes Ouid. Met. 15, 456. Lyciae Virg. Aen. 4, 577. Malignae sortes tacita ambage Claud. de Bell. Get. 552. Obscurae sortis ambages Ouid. Fast. 4, 261. Praenestinae, v. v. Sacrae sortes Ouid. Met. 1, 368. Fatigare sortes Lucret. 4, 1233. Salutifera fors, Apollinis responsum salutem efferens Ouid. Met. 15, 633. Conf. Brouckhuys. ad Tibull. 1, 3, 11.

SORTIS, is. f. pro Sors Teste Prisciano 7. Plaut. Caf. 2, 6, 28 Vide, ne qua illic insit alia sortis sub aqua. Ab hoc forte est Ablatius Sorti apud Sil. 7, 368 quem ibi Drakenborchius, defendit. Sorti suum victus Plaut. Caf. 2, 7, 5. Virg. Georg. 4, 165 Sunt quibus ad portas cecidit custodia Sorti. Seruius, Ex sorte, nam aduerbium est: quod traxit a militia. Quidam libri apud Burm. Sorte.

SORTICŪLA, ae. f. Dimin. [καρπίδιον] Sueton. in Neron. c. 21 Ac sine mora nomen suum in albo profitentium citharodorum iussit adscribi, sorticulaque in urnam cum caeteris demissa, intrauit ordine suo.

SORTIO, ire. Actiue pro Sortiri: antiquum. Varr. Rer. Human. 20 Cum venerint censores, inter se fortiant. Ex Non. 7, 22. Tibi permitto, tute forti Plaut. Caf. 2, 6, 43. Add. 2, 7, 61 Inter se fortiunt agros. Ennius apud Non. 7, 24. Pass. Negare coepit, de sua filia se passurum forti Hygin. Astron. 2, 40. Morum probitate spectata sortita coniuge, liberisque susceptis Ammian. 18, 6. An hoc etiam referemus illud Cic. Verr. 2, 42 c. 17 Ait, se iudices e lege velle forti — id ei postea venit in mentem, e lege Rupilia dicas forti oportere. Vtrum in eadem paragrapho dupliciter ponit forti? an posteriore loco intelligitur se?

SORTIOR, iri. [καρπῶν, λαρχῶν, διαλαρχῶν] Sortes facere, sorte aliquid decidere, tribuere, accipere, etc. Plaut. Caf. 2, 4, 19 Nam si sic nihil impetrare potero, saltem fortiar. Sortient

di quaedam ratio vulgaris intelligi potest ex Plauti Casina, praesertim 2, 2 ubi apparet, sitellam cum aqua adferri, in illam conici sorte, diuersis notis insignes, deinde adhiberi, qui sub aquis captet sortem, quod proprie forti est; quae elata, cuius sit, ex nota intelligitur. Legenda est tota scena, ut hoc plane intelligatur. Cic. de Nat. D. 1, 98 c. 35 Hoc est non considerare, sed quasi forti, quid loquere, temere, casu effutire, etc. Ad poenam forti Cic. pro Cluent. 129 c. 46 ex numero peccantium aliquos, v. g. decimum quemque, sorte eligere, qui puniantur: quod decimare est. Dum legiones de ordine agminis fortiuntur Tac. Hist. 2, 41, 3. Sortitus est et de altero consulatu in quartum annum Suet. in Claud. c. 7. Conf. Liu. 2, 8. Vell. 1, 1, 4. Sortiti vter dedicaret Liu. 2, 8. Cic. Att. 4, 16 Senatus decreuit, ut tacitum iudicium ante comitia fieret, ab iis consiliis, quae erant omnibus sortita in singulos candidatos: magnus timor candidatorum, i. sorte constituta. Hor. Serm. 1, 6, 53 Felicem dicere non hoc Me possum casu, quod te

fortitus amicum. i. Non casu aliquo et fortunae beneficio factus sum tibi amicus, sed virorum proborum commendatione et meis virtutibus. Posteriorum suorum Curam fortius Apul. Apol. p. 50 diuina μοῖρα et fato consecutus. Dicas forti, vid. DICA. Cic. Verr. 2, 37 Interea dies aduenit, quo die sese ex instituto ac lege Rupilia Dica fortitum Syracusis edixerat. Dicos forti Virg. Aen. 5, 756. Cic. Q. Frat. 2, 1 Is cum grauer de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus questus esset, sententiam dixit, ut ipse iudices per Praetorem vrbano fortiretur, i. sorte constitueret. Virg. Aen. 8, 445 Ocius incubuere omnes, pariterque laborem Sortiti, sorte, vel quacunque alia ratione inter

se partiti. Magistratum vel prouincias forti, Per sortem, siue Sorte



*obtinere, quod fit, cum comparare non volunt, vid. COMPARO.* Cic. Philipp. 6, 16 Est enim patronus triginta quinque tribuum, quarum sua lege, qua cum C. Caesare Magistratum sortitus est, suffragium suffulit. Idem Fam. 1, 9, 80 Si licitum esset legem Curiam ferre, sortiturum esse cum Collega Prouinciam. Vid. Liu. 7, 19. Tac. Agric. 42, 2. Vell. 2, 59, 2. Virg. Aen. 9, 174. Omnis per muros legio sortita Periculum Excubat, exercetque vices quod cuique tuendum est. *i. Sorte diuisa ad defensionem s. depulsionem periculi.* Virg. Aen. 13, 510 Sternimus optatae gremio telluris ad vnam Sortiti Remos. Vbi Seru. Sortiti remos, Per sortem diuisi ad officia remigandi, quis esset prora, qui pedem teneret. Spatium brevis vitae sortiri Ouid. Met. 3, 124 *fato attributum habere.* Tempora nouissima sortitus Idem Met. 11, 758.

¶ 2 *Peculiariter obseruari merentur:* Sortiri filium, accipere sorte nascendi. Tanto magis placere potuit haec formula, quod peculiaris *μοίρα*, peculiare sit fatum, quo in vitam vocantur animae. Vide illum Pamphylia Eris Sortitum animorum apud Platonem de Rep. 10 extr. l. 3 §. emancipatus. D. de bon. poss. contr. tab. Fortunam oculis sortitus Virg. Aen. 12, 920. *i. locum ad ferendum oculis eligens, quem fortuna destinaret vulneri.* Virg. Aen. 3, 376 Sic fata deum rex Sortitur, voluitque vices, is vertitur ordo, vid. Seru. ad h. l. Aequa lege necessitas sortitur insignes et imos Hor. Carm. 3, 1, 1. Virg. Georg. 3, 71 Semper enim refice: ac ne post amissa requiras, Ante veni, et sobolem armento sortire quotannis. Vbi pulchre Seru. Sortire, Substituere, subministra. Et est verbum iudiciorum. Nam Subfortiri dicuntur iudices, qui occupatorum funguntur officio. Conf. Nemesian. Cyneg. v. 205. Sen. de Benef. 2, 29 Di nos in hoc pulcherrimo domicilio voluerunt secundas sortiri, quod terrenis praefecerunt. *i. secundas partes, secundum et proximum a suo fastigio locum nobis assignarunt.*

**SORTITIO**, ōnis. f. [*κλήρωμα*] Electio vel definitio, quae fit per sortem: vt in iudiciis. Cic. pro Cluent. 128 c. 46 Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo, et Staleno, et Guttac esset iudicandum. Ibid. 129 c. 46 Statuerunt enim ita maiores nostri, vt si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduertetur: vt metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perveniret. Sic legimus Decimatas legiones. Vid. Liu. 2, 59 fm. Sortitio prouinciarum Cic. Philipp. 3, 24 c. 10. Idem Q. Frat. 2, 1 Sententiam dixit, vt ipse Iudices per Praetorem urbanum sortiretur: iudicium sortitione facta comitia haberentur. Praerogatiuae sortitio Cic. Philip. 2, 82 qua constituitur, quae tribus, quae centuria primum rogetur suffragium. Latis tabulis sortitio fit Tribuum Varro R. 3, 17. Religiosa sortitio Cic. Philip. 3, 24. Iudicare sortitionem Idem Philip. 3, 14.

**SORTITIVS**, ūs. m. [*κλήρωσις* it. *κλήρωχία* Gloss. Gr. Lat.] Pro Sortitione. Cic. pro Domo 50 c. 19 Quid si etiam pluribus de rebus vno sortitu retulisti? De comitiis, ubi in unamquamque relationem sortito constituendus est ordo suffragandi. Stat. Theb. 6, 389 Et iam sortitus Prothous versarat athena Caslide. *i. sortes.* Perferre sortitus: Virg. Aen. 3, 323 — quae sortitus non pertulit ullos, Nec victoris heri tetigit captiua cubile. Specula (*i. parua spes*) in sortitu est mihi Plaut. Caf. 2, 4, 37.

**SORTITOR**, ōris. m. [*κλήρωτής*] Senec. Troad. 982 Et iniquae ferus sortitor vnae.

**SORTILEGIUM**, i. n. Actus legendae sortis. Laudatur Plin. 28, 4 De quibusdam fortilegiis. Sed est lemma non ex antiquis illis, et ab ipso Plinio profectis: verum recentius. Intelliguntur autem superstitionosa remedia, quae ad Pythagoram et Democritum auctores referuntur. Vox ergo nondum habet auctorem.

**SORTILEGVS**, a, um. [*κρησιμωδός*] Qui per sortes futura praenuntiat. Cic. de Diuin. 1, 133 c. 58 Nunc illa testabor non me fortilegos, nec eos, qui quaestui causa ariolentur, nec psychomantia quidem quibus Appius amicus tuus vti solebat, agnoscere. Hor. de Arte Poët. 219 Et diuina futuri

Sortilegis non discrepuit sententia Delphis. Lucan. 9, 584

Sortilegis egeant dubii, semperque futuris

Calibus ancipites.

**SORTI**. Adu. Vid. SORTIS sub SORS.

**SORTITO**. Adu. [*κατὰ κλήραν*] Ex sorte, vel per sortem. Plaut. Merc. 1, 1, 25 At tibi sortito id obtigit. Idem Casin. 2, 6, 38 Mihi sortito vt eueniat. Cael. ad Cic. Fam. 8, 8 Cum imperio in prouincias pro Praetore mitti oporteret, eos sortito in prouincias mitti placere. Cic. pro Sext. 134 Quum vero ne de venalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emtos, nominibus gladiatoris ornarit, et sortito alios Samnites, alios prouocatores fecerit. Cic. Verr. 4, 142 Si quando taceant omnes, tunc sortito coguntur dicere. Sortito in vnam mitti Aescan. in Verr. Prooem. p. 47. Cic. Verr. 2, 126 Syracusis lex est de religione, quae in annos singulos Iouis sacerdotem sortito capi ius erat. Hor. Epod. 4, 1 Lupis et agnis quanta sortito obtigit Tecum mihi discordia est, *i. fato, natura.*

**SORRACVS**, i. vid. SARRACVM.

**SORSVM**. Adu. Antiquae pro Seorsum. Laudatur Plaut. Epid. 3, 3, 21 In aediculam istam forsum concludi volo. Sed Gron. Seorsum. Catull. Carm. 20, 17 Manumque forsum habebis. E illud, etiamsi scribatur per Synizesin, dissimulandum est.

**SORY**. [*σώριον*] Corpus metallicum, cuius cum Chalcitide et Misy mentionem facit Plin. 34, 12 f. 29 quem locum damus voce CHALCITIS. Hic addimus, Putant et recentem vtiliorem esse, quoniam inueterata Sory fiat. Et f. 30 Sori Aegyptium maxime laudatur, multum superato Cyprio, Hispaniensi et Africo. — Vritur carbonibus, vt chalcitis. Celsus 6, 9 In compositionem quae dolorem dentium leuet, assumit Soreos p. X \*.

## S O S

**SOS**. Pro Eos antiqui dixerunt. Festus. Ennius lib. 1 Constitit inde loci propter sos dea dearum. Item Circum sos quae sunt magnae gentes opulentae. Et Dum censent terrere nimis, hortantur ei sos. Et Contendunt Graios Graecos memorare solent sos. Sos interdum pro Suos ponebant. Per Datium casum idem Ennius effert; Postquam lumina sis oculis. pro Suis. Haec Festus.

**SOSIA**, gens Romae. Vid. mox SOSIANVS Apollo. Sosii, Praetoris mentio Cic. Att. 8, 6. Nobiles Bibliopolae Sosii, de quibus Hor. Epist. 1, 20 pr. Vertumnum Ianumque, liber, spectare videris. Scilicet, vt profest Sosiorum punice mundus. Et A. Poët. 345 Hic meret aera liber Sosii.

**SOSIANVS**, Apollinis cognomen, cuius Romae erat statua e cedro Seleucia aduecta, teste Plinio 13, 5. Iterum 36, 4 f. 4, 8 Par haesitatio est in templo Apollinis Sosiani: ubi vberuat Harduinus, sic dictum, quod a C. Sosio M. Lepidi quaestore statua aduecta sit.

SOSIAS, *Persona liberti in principio Andriae Terent.*

SOSIGENES, is. m. [*Σωσιγένης*] *Astrologus insignis, cuius opera usus est Caesar, cum annum ad Solis rationem redigeret Plin. 18, 25.*

SOSIPATER Charilius, *prænomine Flavius, nobilis grammatici nomen, quem passim citamus ex editione Hel. Putschii.*

SOSPES, itis. Adi. [*σῶος, σῶος*] *Non solum significat Eum, qui servatur, id est saluus est; sed etiam Eum, qui servat: unde Ennius Sospitem pro Servatore posuit teste Festo. Plaut. Asin. 1, 1, 2 Superesse vitae sospitem et superstitem, etc. Idem Capt. 4, 2, 93 Modo in portu Philopoleum viuum, saluum et sospitem vidi. Liu. 2, 13 Sospitesque omnes Romam ad propinquos restituit. Natus sospes Virg. Aen. 11, 56. Cursum sospite mutare lares, i. Navigatione prospera, et incolumi Hor. in Carm. saecul. 40. Domus sospes Ouid. Met. 10, 400. Navis sospes ab ignibus Hor. Carm. 1, 37, 13. Iuvenes sospites Idem Carm. 3, 14, 10.*

SOSPITA, ae. f. *Iunonis Lanuinae epitheton, quod etiam SISPITA apud Festum et in Gloss. Isid. scribitur. Cic. pro Muraen. 90 f. extr. Nolite a sacris patriis Iunonis Sospitae, cui omnes Consules facere necesse est. Idem de Nat. Deor. 1, 82 c. 29 Sospitam tu nunquam, ne infomnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. A Lanuina ita cultam Iunonem, quae sequuntur satis declarant. Id. de Div. 1, 4 c. 2 Memoria nostra templum Iunonis sospitae L. Iulius, qui cum P. Rutilio consul fuit, de Senatus sententia refecit, ex Cacciliae Balearici filiae somnio. Ouid. Fast. 2, 56 Sospita delubris dicitur aucta nouis. Sis meis extremis casibus tunc sospita Apul. Met. 6 p. 174.*

SOSPITALIS, e. Adi. [*σωτηριώδης*] *Qui sospitem facit. Plaut. Pseud. 1, 3, 18 Quis est, qui moram occupato molestam obtulit. P. qui tibi sospitalis fuit. Deus Macro. Sat. 1, 17. i. Apollo. Adminiculum Ammian. 14, 6. Vicus sospitalium Aquarum lauacris calentibus notus Id. 8, 22. Sospitalis caeli temperies Id. 23, 6.*

SOSPITALITAS, atis. f. *Deus sospitalitatis Macro. Saturn. 1, 17. i. Apollo, al. sospitalis.*

SOSPITO, are. [*σῶζω*] *Incolumem seruare. Plaut. Merc. 4, 7, 28 Peristrata dī tibi vnicum gnatum sospitent. Idem Asin. 3, 3, 93 Quae- so hercle Libane, sis herum tuis factis sospitari. Liu. 1, 16 Pacem precibus exposcunt, vti volens propitius suam semper sospitet progeniem. Bona sospites ope gentem Catull. 35, 24. Sospitare, est Bona spe afficere, aut bonam spem non fallere, Paulus ex Festo. Sospitent, Saluent, inquit Nonius 2, 819 Ennius Menalippa, Regnumque nostrum sospitent, superstitentque.*

SOSPITATOR, oris. m. Apul. Met. 9 p. 218 *De caelo mihi missus sospitator: Et in antiquo numo apud Vaillant. Tom. 1 p. 123. IOVI SOSPITATORI. Add. Arnob. 2 p. 96. Aeternus animantum sospitator Apul. p. 315.*

SOSPITATRIX, icis. f. Apul. Met. 11 p. 261 *Dea sospitatrix.*

SOSPITAS, atis. f. *Salus, incolumitas. Macro. Saturn. 1, 17 Auctor publicae sospitatis. Ammian. 19, 4 Sospitas corporum firma. Conf. Id. 17, 5. Sidon. Epist. 4, 2. Cassiod. 2, 41. Symmach. 3, 71. 5, 8. Constantin. 1. 7 Cod. de Repud. Vulg. Iob. 5, 11. Add. Barth. Adv. 19, 10.*

SOSTRATUS Gnidius, is est, qui Pharum in Pharo, saluti nauigantium consulens posuit. Strab. 17. *Ipsumque insulae promontorium est petra quaedam, mari circumluta, quae turrim habet, multis tabulatis excelsam et albo lapide mirifice structam, eodem nomine quo insula. Eam Sostratus Gnidius regum amicus posuit ob nauigantium salutem, ut epigramma declarat, Sostratus Gnidius Dexiphani filius Diis seruatoribus pro nauigantibus. Lucian. de Scrib. Hist. extr. Dolum intercessisse memorat. In tectorio lapidis simili scriptum fuisse nomen regis, hoc temporis iniuria sublato, in conspectum prodixisse nomen architecti. Sostratus, Sculptor qui ex aere signa faciebat Plin. 36, 12.*

SOSVS. *Strator pavementorum industrius apud Plin. 36, 25.*

## S O T

SOTADES. [*Σωτάδης*] *Maronites Poeta fuit turpissimi carminis auctor, in quo omnes nefandarum libidinum refert species. Hoc carminis genus sumto nomine ex argumento, Cinædos inscripsit. Suidas. Sotades cinædos Martial. 2, 86.*

SOTADĒVS et SOTADICVS, a, utn. Adi. [*σωτάδειος, σωτάδικός*] *Appellatio carminum vel a genere metri, vel ab argumento. Prius varium est. V. g. Diomed. 3 p. 511 pr. ubi descripsit Ionicum ἀπὸ μέζονος (a maiori)*

*) exemplum ponit Panfa optime, Diuos cole, si vis bonus esse. Hic et Sotadicus vocatur, quia Sotades eo plurimum usus est. Seruius in Centimetro p. 1819 Sotadici exemplum ponit. Arua sicca Nilus intrat, ite laeti. Ex mox, Thracicum nefas enarrat cantans hirundo. Et 1824 Salpinx cane, tempus fugit, intendito laborem. Terentian. p. 2416 Metrumque facit σωτάδικόν quod vocitarunt, Qui multa ferunt*

*hoc pede σωτάδην locutum. Marius Victorin. p. 2525 Illae rumpunt teneras vuiferae comas lagei. Et p. 2601 Sotadius est, Carmen lepidae Pierides dabunt sorores. Item, Cantu docilis Pan age carmen ede canna. Ad genus carminis et argumentum simul respicit Quinctil. 1, 8, 6 Elegia vero, utique quae amat, et hendecasyllaba, et quibus sunt commata Sotadeorum (nam de Sotadeis ne praecipendum quidem est) amoveantur, si fieri potest. Et 9, 4, 6 Parui pedes vim detrahunt rebus, vt Sotadeorum et Galliamborum. Et ibid. f. 90 Memini quendam non ignobilem Poëtam ita lusisse, Aitra tenet caelum, mare classes, area messem. Hic retrorsum fit Sotadeus, etc. Plin. Epist. 5, 3 magistri sui Fabii im-*

*memor Et lyricos lego, et Sotadicos intelligo. Aufon. Epist. 14, 29 Σωτάδικόν τε κινάειον, ἰωνικὸν ἀμφοτέρωθεν.*

SOTER, eris. m. [*σωτήρ*] *Saluator, conferuator, seruator. Cic. Verr. 2, 154 c. 63 Itaque cum non solum patronum istius insulae; sed etiam foteria inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? Ita magnum vt Latino vno verbo exprimi non possit, is est nimirum Soter, qui salutem dedit. De Soteris f. σωτήρος nomine Regibus et DIS tributo in numis, omnia Spanhem. de Vfu et Praest. Num. Diff. 7 p. 415 sqq. Soter, aeonum partus, ap. Tertull. adu. Valent. c. 12.*

SOTERIA, orum. n. Pl. *Munera, quae conualescentibus, et a morbo aut aliquo seruatis periculo ab amicis mittebantur. Martial. 12, 56 Aegrotas vno decies, aut saepius anno:*

*Nec tibi, sed nobis hoc Polycharme nocet.*

*Nam quoties furgis, soteria poscis amicos:*

*Sit pudor, aegrota iam Polycharme semel.*

Soteria etiam dicuntur Vota vel sacrificia pro salute amici persoluta. Vnde Stat. Silu. 1, 4 *Carmen gratulatorium, quod pro restituta Rutilio Gallico salute cecinit, inscripsit Soteria. Conf. Geuart. ad h. l. it. Barth. p. 112. I. C. Scalig. 3, 103.*

SOTERICVS, i. m. *Artifex quidam construendorum lectorum rudis, et inelegans fuisse videtur. Seneca apud Gell. 12, 2 ubi illum reprehendit, quod*

quod honorem coloremque veteris orationis Soterici lectis comparavit, quasi minimae scilicet gratiae, et relictis iam contemtisque.

SOTIRA, ae. f. [Σώτερα] Obstetrix commemoratur a Plinio 28, 7 Tertianis quartanisque febribus plantis aegri menstruo mulieris sanguine illitis, mederi solitam, maxime vero si aeger subterlinatur ab ipsa muliere, et ignorantia, efficaciorum quippe ea ratione medelam fieri.

## S O Z et S P A

SOZUSA. [Σώζουσα] Trium oppidorum nomen, apud Stephanum. 10

¶ 2 Herba Atheniensibus sic dicta; alias vero Artemisia Apul. de Herb. 10.

SPADICVM, i. n. Idem quod Spadix. Quaequa incesterit quisquam, termites et spadica cernit assidua, quorum ex fructu mellis et vini conficitur abundantia Ammian. 24, 3. Possit aliquis suspicari legendum Spadicas cernit assiduo. 15

SPADIX, icis. m. [σπάδιξ] Quid sit declarat Gellius 2, 26 Et rutilus et spadix, phoeniceae synonyma sunt; qui factus Graece noster est, exuberantiam, splendoremque significat ruboris: quales sunt fructus palmae arboris non admodum sole incocti: vnde spadici et phoeniceae nomen est. Spadica enim Dorici vocant auulsum e palma termitem eum fructu. Vid. SPADICVM. Virg. Georg. 3, 81 de equis, Honesti Spadices glaucique, color deterrimus albis, etc. Conf. Seru. ad b. l. 20

¶ 2 Spadix, Instrumentum musicum, Iulius Pollux auctor 4, 59. Quinctil. 1, 10, 21 Sed musicam, qua laudes fortium canebantur, quaeque et ipsi fortes canebant: nec psalteria et spadicas, etiam virginibus probis recusanda; sed, etc. 25

SPADICARIVS, i. m. Iulius Firmicus 3, 7 Faciet autem Saturnus, si sic positam Venerem forti radiatione respexerit, aut spadicarios, aut textores, vel pigmentorum inuentores. b. e. Spadiceae coloris infectores, qui carus erat. 30

SPADO, onis. m. [σπάδον] Dicitur Graeca, idem quod Eumichus significans. Plin. 21, 37 Desuuium capillorum in spadonibus non visum. Rugosis spadonibus seruire Hor. Epod. 9, 13. Vlpian. l. 128 de V. S. Spadonum generalis appellatio est, quo nomine tam hi, qui natura Spadones sunt, item Thlibiae, Thlasiac, sed et si quod aliud genus Spadonum est, continentur. Infinita sunt, quae ad b. l. Icti disputant, triumviri praesertim Alciatus, Brechaeus, Fornerius. Nobis satis est posuisse Vlpiani l. 39 de iure dotium §. 1 Si spadoni mulier nupserit, distinguendum arbitror, castratus fuerit nec ne: vt in castrato dicas dotem non esse; in eo qui castratus non est, quia est matrimonium, et dos et dotis actio 40

est. Hinc Iustin. §. 9 Inst. de adoptionibus. Sed et illud vtriusque adoptionis commune est, quod et ii, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt: castrati autem non possunt Vlpian. l. 4 §. 2 ad L. Cornel. de sicar. Diuus Hadrianus rescripti, Constitutum quidem est, ne spadones fierent — sed et in seruos, qui Spadones fecerint, ultimo supplicio animaduertendum esse. — Audire eos praeses prouinciae debet, qui virilitatem amiserunt. Nemo enim liberum seruumve, inuitum sinentemue, castrare debet: neue quis se sponte castrandum praebere debet — Medico quidem, qui exciderit, capitale erit: item ipsi, qui se sponte excidendum praebuit. Iam Domitianus apud 50

Sueton. c. 7 Castrari mares vetuit: spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est. Vid. Freinsb. ad Curt. 3, 3, 23. et Ind. b. v. Spadones quoque, quos quasi a consortio humani generis extorres, ab utroque sexu aut naturae origo aut clades corporis separauit Mamertin. Paneg. Iuliani c. 19 extr. Add. Plin. 11, 49. Petron. c. 27 55 et 55. Gai. Ict. Dig. l. 7 l. 2 §. 1. ¶ 2 Spadones, Sarculi, qui nihil ferunt. Col. 3, 10, 15 Eiusmodi sarculos, qui nihil attulerint, spadones appellant: quod non facerent, nisi eos suspicarentur inhabiles frugibus: quae et ipsa appellatio rationem mihi subiecit non eligendi malleolos, quamuis probabili parte vitis enatos, si fructum non tulissent, quamquam et hos sciam non in totum sterilitate affectos. 60

SPADONIVS, a, um. Adi. Sterilis. Poma a conditione castrati feminis spadonia appellantur Plin. 15, 14. Spadonia laurus Idem 15, cap. vlt.

SPADONĀTVS, ūs. m. Conditio castratorum. Tertull. de Cultu Fem. 2, 9 Se spadonatu assignant propter regnum Dei. 65

SPAERITA, ae. f. Genus placenta, ap. Cat. R. R. c. 82. rectius, sphaerita.

SPAGAS. Picis suae resinae genus. Plin. 14, 20 In Asia, quae sit e picea, admodum candida, spagas vocatur.

SPALATRA. [Σπάλατρα] Magnesia oppidum apud Plin. 9, 9. 70

SPANAX Pix Scribon. 256. i. Hispana. Aliorum exempla, vid. in Rhod. Lex. Scribon.

SPARGANIVM, i. n. Herba est, folia habens gladioli instar, sed arctiora, et in terram magis procumbentia: in summo caule veluti pilulae prominent, in quibus semen. Ab aliis Sparganion, aliquibus Xiphidion dicitur. Dioscorides 4, 21. Plin. 25, 9 f. 63 Aduersus serpentes bibitur et eius radix, quae sparganion vocatur, ex vino albo. 75

SPARGO, si, sum, ere. [σπάρσσω, κατασπάρσσω, σκοπέω, διασκοπέω] Passim aliquid iactare, quod ipso illo iactu in diuersas partes et regiones abeat. Habet cognationem cum Graeco σπείρω, ἐσπάρω, et seminibus fere proprium est. Plaut. Truc. 2, 4, 15 Sparfisti aquam: iam rediit animus. Virg. Aen. 9, 629 Iam cornu petat, et pedibus qui spargat arenam. Plin. 12, 12 Cacumina in aristas se spargunt. Idem 3, 9 Differt quod in brachia ramorum spargitur. i. Expanditur. Spargit se in anem Mosam Rhenus Plin. 4, 15. Sparferant se toto passim campo Liu. 37, 20. 85

Virg. Aen. 3, 605 Spargite me in fluctus, i. disceptum abiicite. Sparfi per agros et per vias Liu. 29, 2. Conf. Id. 9, 23. Amnis Sicoris spargitur in sulcos Luc. 4, 141. Conf. Drakenb. ad Sil. 4, 646. Arenam spargere pedibus Virg. Ecl. 3, 87. Auxilium toto spargit in orbe suum Ouid. de Nuce 146. Bellum spargere per aequora 90

Lucan. 2, 682. Comae canae sparguntur per caput omne Ouid. de Arte Am. 3, 75. Diem sparferere solis equi Sil. 5, 56. Fama spargitur in turmas Stat. Theb. 9, 33. Flammas per nubila spargit Iuppiter Ouid. Fast. 3, 286. Flores spargere Virg. Aen. 6, 884. Manu spargens Hastilia Virg. Aen. 11, 650. Virg. Ecl. 5, 40 Spargite Humum foliis, inducite fontibus umbras. Lucerna tenue Lumen spargit Petron. c. 23. Lumine nouo spargebat terras aurora prima Virg. Aen. 9, 459 et 4, 584. Maculis spargere Tac. Germ. 17, 4. i. variegare. Missilia spargere Sueton. Domit. c. 4. Vid. mox SPARSIO. Euris spargens Nafragium, naufragos disticiens Sil. 10, 324. Nebulam spargere stellis candidis, Nebula stellis obscurare Hor. Carm. 3, 15, 6. Nomen per vrbes fama sparferat Ouid. Met. 8, 267. Perf. Sat. 5, 33 Totaque impune Suburra Perinisit sparfisse oculos iam candidus umbo, i. Libere et sine metu circumspicere feminas in Suburra prostantes, per-

mittit toga pura f. virilis, vid. VMBO. Ora spargere lacrimis Lucret. 105

2,976. Saxa spargens tabo, sanie, et sanguine. Enn. ap. Cic. Tusc. 1 c. 44. *Diximus proprium esse hoc verbum in Seminibus.* Cic. pro Rosc. Amer. 50 c. 18 Etenim qui praeesse agro colendo flagitium putes, profecto illum Attilium, quem sua manu spargentem semen, qui missi erant conuenerunt, hominem turpissimum atque inhonestissimum indicares. Humo spargere semina Ouid. Met. 5, 646. Semina spargere in solum sterile Senec. Benef. 1, 1. Suspiciones quam maxime varie spargere Quinctil. 7, 5. Terram spargere imbribus Senec. de Benef. Venena spargere et ficas vibrare dixerat Cic. Catil. 2, 23. Voces ambiguas spargere in vulgus Virg. Aen. 2, 98. Vulcanum spargere totis tectis, ignem dissipare Idem ibid. 7, 77. Idem Aen. 12, 339 Spargit rapida vngula rores sanguineos, mixtaque cruor calcatur arena. *Sed de medicamentis.* Idem 4, 486 Spargens humida mella, foporiferumque papauer. *De iustrationibus, expiationibus, etc.* Virg. Aen. 6, 635 Occupat Aeneas aditum, corpusque recenti Spargit aqua: ramumque aduerso in limine figit. Spargens rore leui et ramo felicitis oliuae Id. ib. 6, 230.

SPARGENS, entis. Part. Genus in multas species se spargens, *b. e. Diuisum* Plin. 21, 8.

SPARGENDVS, a, um. Partic. [*παστος*] *Vt*, Ignis spargendus Senec. Herc. Oct. f. 15. Membra spargenda procellis dare Lucan. 5, 684.

SPARSVS, a, um. Partic. [*πασσάμενος*] Ter. Heaut. 5, 5, 18 Rufanne illam virginem caesiam, sparso ore, adunco naso? *i. maculoso, lentiginoso?* Virg. Ecl. 2, 41 Praeterea duo, nec tuta mihi valle reperti Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo. *Vbi Seruius:* Sparsis pellibus albo, Qui habent adhuc maculas a prima aetate venientes. Accessu enim temporis mutant colorem: et eorum maculae esse gratiae minoris incipiunt. Tempora sparsus raris canis Ouid.

30 Met. 8, 567. Arena sparfa Virg. Georg. 3, 234. Capilli sparfi Propert. 2, 1, 7. Classis tempestate Liu. 37, 13. Color Apul. Flor. 2 p. 348. *columbis quibusdam tribuitur.* Corpus sparsum Senatus Lucan. 7, 293. Sparsas per aequor Cycladas Virg. Aen. 3, 126. *vel ad Sporadas alludens.* Dicta papauere et sesamo

35 sparfa Petron. c. 1. *add. Id. c. 31.* Humerus sparsus capillis Hor. Carm. 20, 14. Humus sparfa caelesti rore Ouid. Fast. 1, 313. Manus sparfae cruore Virg. Aen. 4, 665. Sparsae Manus Plin. 7, 17. *Vetus exemplar habet* Pallis manibus. Pallium auro sparsum Lamprid. in Alex. Seu. c. 41. Cic. Att. 1, 10 (13) Pure loquuntur

40 cum humanitatis sparfae Sale, tum insignes amoris notis. Oues variae et sparfo Vellere Vulg. Genes. c. 30. Vestigia sparfa sunt laceri currus Ouid. Met. 2, 318. Sparsior, *Compar. apud Plin. 16, 34 f. 62.*

SPARSILIS, e. Adi. *Quod spargi potest.* Tertull. de Pudic. 2 Tanta sparsilia eorum, quibus Deo adulantur.

45 SPARSIVVS, a, um. Adi. *Idem.* Petron. 27 Pila sparsiuva exerceri. *Al. Prasina.*

SPARSIO, onis. f. *Actus spargendi.* Num quid dubitas, quin Sparsio illa, quae ex fundamentis mediae arenae crescens, in summam altitudinem amphitheatri peruenit, cum intensione aquae fiat? *de*

50 *croci et odorum aliorum expressione in Amphitheatro.* Sen. Qu. Nat. 2, 9. *Add. Martial. 5, 26, 7. Sed de missilium vario genere in multitudinem proiecto et sparfo* Stat. Silu. 1, 6, 66 Diues Sparsio quos agit tumultus? *Hanc ipse illustret Poeta, qui canit v. II.*

55 Hunc rorem veniens profudit Eurus.  
Quidquid nobile Ponticis nucetis,  
Foecundis cadit aut iugis Idumes:  
Quod ramis pia germinat Damascus. *Subiicitque,*  
Non tantis Hyas inferna nimbis  
Terras obruit, aut soluta Pleias.

60 *Vid. Turneb. Aduers. 3, 7. Barth. ad Stat. Silu. p. 150 et 156. Ge-  
vart. Lect. Papin. 1, 45. Lips. ad Suet. Domit. c. 4. Ios. Scalig.  
ad Propert. 1, 4 pr.*

SPARSIM. Adu. [*σποράδην*] Huc atque illuc. Plin. 36, 7

65 Augustum vndatim crispum in vertices: Tiberium sparsim conuoluta canitie. Gell. 11, 2 Praeterea ex eodem libro Catonis haec etiam sparsim et inter cetera commemoramus.

SPARGO, inis. f. Elisa salis spargine Fortunat. 1, 3. Epist. ad Felic. Episc.

70 SPARTA, ae. et SPARTE, es. f. [*Σπάρτη*] *Eadem est, quae et Lacedaemon, vrbs Laconiae in Peloponneso, ciuitas Graeciae insignis, Lycurgi legibus ad fortitudinem formata, quae diu cum Atheniensibus gra-  
uia bella gessit.* Virg. Georg. 3, 405 Veloces Spartaec catulos, acrem-  
que molossium Pasce fero pingui. Canes Spartani nobiles: hinc  
inter nomina Graecum λάνων Colum. 7, 12, 13. Animosa Sparte

75 Stat. Silu. 5, 3, 108. Immunita Sparte Ouid. Met. 10, 170. No-  
bilis Sparta Senec. Theb. . . Potens Sparta Stat. Achil. 1, 402. Cic.  
Att. 1, 20 Eam quam mihi dicis obtigisse *σπάρταν*, non modo nunquam  
deferam; sed etiam, si ego ab illa deferar, tamen in mea pristina sen-  
tentia permanebo. *Respicit nempe ad Prouerbum, quod totum ponit*

80 Att. 4, 6 *Σπάρταν ἔλαχες, πάντων νόμοι.*

SPARTIATES, ae, m. Nomen gentile. Cic. Fam. 5, 12 Spartiates Agefilaus. Idem Tusc. 5, 77 c. 27 Pueri Spartiatae non ingemiscunt verberum dolore laniati.

85 SPARTANVS, a, um. Adi. *Vt*, Gens Spartana Ouid. Met. 3, 209. Nobilitate Spartana tres plagas concoxi Petron. 105. Spar-  
tani enim plagipatidae. *vid. SPARTIATAE.* Virgo Spartana

90 SPARTACVS, i. m. [*Σπάρτακος*] *Famosus gladiator, ex Thra-  
cia oriundus, qui vna cum Oenomaio et Criso effracto Lentuli ludo gla-  
diatorio, cum septuaginta gladiatoribus erupit Capua, manuque seruorum  
congregata, quasi iusto exercitu comparato, bellum ingens excitauit: sed  
victus a Crasso fuit; de quo* Lucan. 2, 554 *Vt simili causa caderes,  
qua Spartacus hostis. Vid. Appianus B. Ciuil. 1 extr. Plut. in Crasso.*

95 Cic. Philip. 4, 15 Est igitur Quirites Populo Romano victori omnium gentium, omne certamen cum Excursore, cum latrone, cum Spartaco. *Sic vocant per Antonomastian Antonium.* Acer Spartacus Hor. Epod. 16, 5. Vagans Spartacus Hor. Carm. 3, 14, 19.

SPARTARIVM, SPARTEVS, etc. *vid. infra SPARTVM.*

100 SPARTOPOLIA, ae. f. *Gemma, ap. Plin. 37, 11.*

SPARTVM, f. SPARTIVM, i. n. [*σπαρτίον*] *Planta, genistae  
similis, ex qua funes fiebant.* Regio palmae spartiae foecunda Co-  
lum. 11, 2. Mel, quod ex sparfo atque arbuto prouenit Id. 9, 4.  
conf. Pallad. Nou. 7. *Locus classicus est Plin. 19, 2 Sparti vsus multa post  
faecula coeptus est, nec ante Poenorum arma, quae primum Hispaniae*

105

niae intulerunt. Herba sponte nascens, et quae non queat feri, iuncusque proprie aridi soli — In Africa exiguum et inutile gignitur. Carthaginensis Hispaniae citerioris portio, nec haec tota, sed quatenus parit, montes quoque sparto operit. Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes facesque, hinc calceamina et pastorum vestis. Vulsium — spargitur in sole, siccaturque — postea maceratur aqua marina optime, sed et dulci — tunditur, ut fiat vtile; praecipue in aquis marique inuictum: in sicco praefertur e cannabi funes. De funibus nauticis e sparto vid. etiam Liu. 22, 20 ubi vid. Marcell. Donatus. Spartum crudum Colum. 12, 19, 4 est non malleatum s. tunsum. Varro de R. R. 1, 23, 6 iungit cannabim, linum, iuncum, spartum, unde nectas bubus paleas (s. soleas) lineas, vestes, funes. Iterum Plin. 24, 9 Genista quoque vinculi vsum praestat. Flores apibus gratissimi. Dubito an haec sit, quam Graeci auctores sparton appellauerunt, quum ex ea lina piscatoria apud eos facitari docuerim: et numquid hanc designauerit Homerus, quum dixit, Nauium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Africanum vel Hispanum spartum in vfu certum est. Et quum futiles fierent naues, lino tamen, non sparto vnquam futas. Semen eius quod Graeci eodem nomine appellant, in folliculis phaseolorum modo nascens, purgat ellebori vice conf. Gell. 1, 17.

SPARTARIUS, ad. Hinc SPARTARIUM, i. n. [σπαρτῶν] Locus, in quo spartorum frequentia est, vel spartis constitus. Plin. 11, 8 Falso excipitur spartum; quippe cum in Hispania multa in spartariis mella herbam eam sapiant. 25 ¶ 2 Spartarius int. mercator ὀλιγοπωλῆς Gloss. Gr. Lat. ¶ 3 Item adiectiue cum Nomine fem. Plin. 31, 7 f. 43 Carthago Spartaria, a sparti prouentu sic dicta. Vid. Plin. 19, 2 f. 7.

SPARTEVS, a, um. ad. [σπαρτίωνος] Sparto compactum et compositum. Columel. 6, 12 At si iam in vngulis est, inter duos vngues cultello leuiter aperies. Postea linamenta sale atque aceto imbuta applicantur, ac solea sparteae pes induitur. Spartei funes Cato c. 3. Sparteae sporta Columel. 12, 6. Sparteae urnae, et Sparteae amphorae Cato 11, 2 videntur picis, vel simplicis, vel lentiori materia temperatae beneficio ita oblitae et obstructae, ut futiles esse desinerent, leues et tractabiles manerent. Add. Frontin. Strateg. 7, 3.

SPARTEA, ae. f. i. Sparteae solea. Vetus sparteae Pallad. R. R. 1 t. 24. Sparteae calceata curatur vngula Colum. 6, 15, 1. Sparteae suspensa de ramis Pallad. Nou. t. 7. conf. Gesner. Lex. Rust. voce Solea et Sparteus.

SPARTEOLVS, i. m. Sparteoli vocati sunt Milites, qui vigiliam agebant. Nomen per contemptum iis inditum, vel a calceamentorum genere, vel a sparteis tunicis, quibus amicti fuerunt, vel a funibus, quorum multus usus in ignibus restringendis. Vid. Casaubon. et Bernegg. in Suet. Aug. c. 30. Lips. in Tacit. Hist. 3, 64. Fundus est Schol. in Iuuen. Sat. 14, 305. Dispositis praedius hamis vigilare cohortem Seruorum noctu Licinus iubet — Per translationem disciplinae militaris Sparteolorum Romae, quorum cohortes in tutelam vrbis cum hamis et cum aqua vigiliam curare confuerunt vicibus. Ad fumum coenae Serapicae sparteoli excitabuntur Tertull. Apol. 39, tanquam in periculo incendii.

SPARTI, orum. m. [σπαρτοί] id est Sati dicuntur non Graecis modo, sed Latinis etiam scriptoribus armati illi, ex fatiis, siue seminatis a Cadmo draconis, quem interfecerat, dentibus enati, et mutuis mox vulneribus confecti, praeter quinque, qui Thebarum cum Cadmo conditores fuerunt. Nomina ponit Lactantius argumento Metamorph. Ouid. 3, 1 Echion, Vdaeus, Chthonius, Pelorus, Hyperenor. Quae habet etiam Hygin. f. 178 ubi vid. Munckerus, qui obseruauit, Spartorum nomen praeter Hyginum l. c. usurpatum etiam a Varrone apud Gell. 17, 3. Lactant. 3, 4, 9 Tanquam Sparti illi Poetarum, sic se inuicem iugulant. Censorin. de Die nat. c. 4. Statius Theb. 3, 181 Sata ferrea illos vocat. Est de his erudita epistola Io. Ionsii, quae habetur in I. G. Graeuii Syntagm. Dissertt. Caeterum pulchre Ammian. Marcell. 19, 8 extr. Multitudo Perfarum incertum unde impetu tam repentino terga viantium aggressa. Quo exemplo terrigenas illos non finibus terrae emersos, sed exuberanti pernicitate credimus natos (i. περυσίας, natura fuisse) qui quoniam inopini per varia viscebantur, Sparti vocitati, humo exsiluisse, vetustate ut caetera fabulosius extollente, sunt existimati. Similia in Chronico Euf. Hieronymus.

SPARVS, i. m. vel SPARVM, i. n. Telum rusticum, in modum pedi recuruum, ut ait Seruius ad Virg. Aen. 11, 682 Agrestisque manus armat sparus. Sallustius Catil. 56, 3 Sed ex omni copia circiter quarta pars, militaribus armis instructa, caeteri vtut quosque casus armauerat, sparibus aut lanceis, alii peracutas fudes portabant. Festus: Spara minimi generis sunt iacula, a spargendo dicta, quod passim pugnando spargerentur. Lucil. apud Festum, Tum spara, tum murices portantur, tragula porro. Epaminondam pugnantem sparo eminus percussum concidere viderunt Nep. 15, 9, 1. conf. Sil. 1, 388. et 8, 525. Non. 18, 12 et 21. ¶ 2 Sparus item Piscis marinus Plin. 9, 51.

SPARVLVS, i. m. Dimin. Piscis, de quo Ouid. Halieut. Fragm. 106 Et super aurata sparulus ceruice refulgens. Res tibi cum rhombo est, at mihi cum sparulo Martial. 5, 60.

SPASMVS, i. m. siue SPASMA, atis. n. [σπασμός] Contractio, neruorum rigor, siue distensio, conuulsio. Spasmus Cynicus, in vtramlibet partem deprauata facies Scribon. 101. Spasmo correpti Id. 170. Facere spasmum Id. 195. Vexari spasmo Id. 171. Plin. 22, 8 Item ex multa auxiliatur renibus, stranguriae, opisthotonicis spasmis, lumbis. Idem 20, 22 Ruptis, conuulsis, spasmatum neruis salutare. Spasmi stomachi Plin. 32, 8 et 11. i. vehementiores singultus. conf. Plin. 9, 30, 12. Cels. 2, 1. Apul. de Herb. c. 45 n. 9. et c. 92 n. 13.

SPASMOSVS, a, um. ad. Veget. 3, 32. SPASTICVS, a, um. ad. [σπαστικός] Dicitur, cui aliquid intus conuulsus est. Plin. 21, 19 Radicem decoctam bibere spasticis, euerfis, conuulsis, suspiriosis salutare est. Nerui spastici Idem 20, 21. Add. 23, 1.

SPATALE, ae. f. [σπατάλη] Luxus, deliciae. Varro apud Non. 1, 223 Spatale euirauit omnes veneriuaga pueros. al. Spatula. vid. Turneb. Adu. 29, 17. Scalig. Fragm. Varr. p. 118. Item nomen mulieris apud Martial. 2, 52 Mammosa Spatale.

SPATALIUM, i. n. Ornamentum muliebre, inter delicias mulierum annumeratum. A verbo Graeco σπατάλιον, quod significat delicias ago et lasciuio. Manus spatulio circumdari solita Tertull. de Cultu fem. c. 13. Plin. 13, 25 Iuba tradit circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari Isidos plocamon, corallio similem sine foliis, praec-

cifum mutato colore in nigrum durefcere: quum cadat, frangi. Item alium, qui vocetur charitoblepharon, efficacem in amatoriis. Spatalia eo facere et monilia feminas.

SPATALOCINAEDVS, i. m. Petron. c. 23. *quasi tu luxuriosum cinaedum dicas.*

SPATANGIVM, i. n. *Pifcis.* Spatangium in primae qualitatis piscem imputari praecipimus Cod. Theod. l. 14 t. 20.

SPATHA, ae. f. [*σπάθη*] Longior ensis, ac latior a quibusdam esse dicitur, forte a figura Spathae, de qua statim in SPATHE. Apuleius Met. l. p. 103 Et militaris sacramenti genium ob amissam spatham verebatur. *conf.* Id. 9 p. 236. Vegetius 2, 15 gladios maiores, spathas vocari docet: minores vero, semispathas. Spathis et hastis auxiliarium sternebantur Tacit. Ann. 12, 35, 5. *add.* Spartian. in Hadr. c. 10.

¶ 2 Spatha etiam dicitur, qua cocturae in vasis permiscetur et agitantur. Spatha, qua vnguentarii vtuntur Scribon. 269. Spatha mouere medicamentum Id. 45. Plin. 23, 7 Permiscetes spatha coquebant. Columel. 12, 22 Deinde permisceto spatha lignea. *conf.* ib. c. 41. Cels. 8, 15.

¶ 3 Pro textorio instrumento ap. Sen. Ep. 90. *med. ubi vicem pectinis subit.* Locum totum damus voce TEXO.

SPATHVLA, ae. f. Dimin. [*σπάδιον*] Celsus 8, 15 At si vastius corpus, neruicue robustiores sunt, necessaria est spathula lignea, et quae crassitudinem duorum digitorum habeat. Quidam Rudiculam vocant. Spatula vel Spathula porcina apud Apic. 4, 3 ubi Minutal Matianum docet, videtur etiam a figura dicta esse oblonga, latiuscula etc. Nam quod est de adspiratione, etiam spatulae palmarum sunt Vulg. Levit. 23, 40. *conf.* SPETILE. Denique Spatulae cursoriae apud Frontin. de Colon. p. 121. *it.* 122 et 124. *it.* 141 terminum in acumen erectum notant.

SPATHENULA, ae. f. *i. spathula.* Spathenula vulnere aliquid imponitur Plin. Valer. 3, 31. *conf.* Reines. Var. Lect. 1, 8 p. 192.

SPATHOMELA, ae. f. *Specillum chirurgicum.* Theod. Priscian. 1, 14 et 27. *conf.* Reines. Var. Lect. 2, 8.

SPATHARIVS, i. m. *Satelles, aut spatharum opifex.* vid. Voss. de Vit. L. L. 3, 50.

SPATHE, es. vel SPATHA, ae. f. [*σπάθη*] Genus arboris. Plin. 12, 28 Est arbor ad eadem vnguenta pertinens, quam alii elaten vocant, quod nos abietem, alii palmam, alii Spathen. ¶ 2 Idem quod Spadix *f. ramus palmae, ramus κατ' ἐξοχήν dicta forte ἀπὸ τῆς σπᾶν a detrahendo, ut κλάδος quod etiam ramum notat, ἀπὸ τῆς κλάων, a defringendo.* Plin. 16, 26 Palma sola (vt dictum est) in spathis habet fructum racemis propendentem. Idem 23, 5 Palma, siue elate, siue spathe, medicinae confert germina, folia, corticem.

SPATHALIVM, i. n. Dimin. [*σπαθαλίον*] Palmae ramulus cum dactylis dependentibus: de quo est Martialis 13, 27.

SPATHICVS, a, um. Adi. Firmic. 4, 1 Si Luna feratur ad Solem, interdum facit spathicos, et qui alliduis valetudinum vitiis contrahantur. Sed legendum suspicor Spasticos, nimirum a Spasmo, id quod admonere videtur verbum Contrahantur. Vtunque sit, Spathicos interpretor Contractos, conuulsos.

SPATHVLA, vid. SPATHA.

SPATIOR, SPATIOSVS, vid. SPATIVM.

SPATIVM, i. n. [*διάστημα, ἀπόστημα, σάδιον*] Non solum de Loci dicitur, sed etiam de Temporis interuallo. Et videtur ipsum Graecorum σάδιον originem appellationi dedisse, cum primum ad loca pertineret, e locis autem aestimentur tempora. Ac primo quidem longitudinem solam videtur notasse, deinde paulatim ad omne dimensionis corporeae genus extensum, quod exempla attendenti persuadebunt. Cic. de Nat. Deor. 2, 49 Sidus spatii immutabilibus ab Ortum ad Occasum commeans. Spatium agitandi equos Nep. 18, 5, 4. Discrimina spatii Ouid. Met. 8, 577. Interius spatium, pulcherque recessus Idem ibid. 7, 671. Aduersa spatia Virg. Aen. 5, 584. Desertum spatium Lucret. 1, 1103. Distans spatium Quinctil. 2, 20. Extremum spatium Virg. Aen. 5, 327. Immensum et enorme spatium Tacit. in Vita Agric. 10. Maxima campi spatia Virg. Georg. 3, 203. Mediocre spatium, vid. MEDIOCRIS, in MEDIVS. Multiplex loci spatium Lucret. 2, 162. Remotum spatium Ouid. de Arte Am. 2, 487. Siluestria spatia Cic. de Legib. 1, 15. Tritum spatium, *i. Via trita* Ouid. Met. 2, 168. Abesse spatio, transitu, passibus, etc. vid. ABSVM. Addere se in spatia Virg. Georg. 1, 514. Circumsecta in tantum spatium Scribon. 229. Complere spatium Lucan. 5, 153. Conficere viam spatii Virg. Georg. 2, 541. Corripere spatium, vid. CORRIPIO. Disclusus iniquis spatii Virg. Georg. 4, 147. *i. Angustis.* Nimum enim excreuisset Georgicorum opus, si hortorum culturam inseruisset. Distare aequali spatio Ouid. Met. 8, 248. Distare pari spatio vtrinqve Ouid. Met. 10, 175. Distare quadragesimo spatio Plin. 17, 23. Emetiri spatium oculis Virg. Aen. 10, 772. Euadere spatium Idem ibid. 12, 907. Facere spatium Quinctil. 1, 10. Facere spatia, *inambulare.* Cic. de Orat. 1, 24 Postero autem die, cum illi maiores natu satis quiescent, in ambulationem ventum esse dicebat: tum Scaeuolam duobus spatii tribus factis dixisse, Cur non imitatur Crasse Socratem illum, etc. *b. e. Bis aut ter emensa ambulationis longitudine, vrsu.* Sic Cic. pro Muraen. 70 de sectatoribus loquens, A quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si vno basilicae spatio honestamur, diligenter obseruari videmur, et coli. Vid. n. 2. Insurgere patenti spatio Ouid. Amor. 3, 2, 79. Interstincta spatia columnis Stat. Silu. 3, 5, 90. Laxantur vacuis locis ampla spatia Sen. Herc. Fur. 9. Nobilitata spatia Academiae, vid. NOBILIS. Notata inscriptis lapidibus spatia Quinctil. 4, 6. Porrigere membra in spatium, *magnitudinem secundum omnem dimensionem* Ouid. Met. 2, 197. Planis spatiis porrectus locus Hor. Epist. 1, 7, 42. Relicto spatio sequi aliquem, *i. Post interuallum spatii* Virg. Aen. 5, 321. Tenere spatii aliquid Ouid. Met. 1, 440. Terret me spatium viae, *i. Viae longitudo* Id. ibid. 8, 794. Transcurrere spatium Lucret. 2, 162. Vacat infinitum spatium Idem 2, 1052. ¶ 2 Spatium, *pro Curriculo, f. stadio, quam primam et propriam rationem putamus.* Metaph. Lucret. 4, 1193 — Sollicitat spatium decurrere amoris. Verberibus cogebat exsultare equum, et calces remittere: qui motus non minus sudorem excutiebat, quam si in spatio decurreret Nep. 18, 5, 5. Sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo Vicit Olympia, nunc senio confectu quiescit Enn. ap. Cic. de Sen. c. 5. Cic. de Amicit. 40 Deflexit enim iam aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo maiorum. Idem in Orat. 12 Fa-

teor me oratorem si modo sim, aut etiam quicumque sim, non ex Rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis existisse: illa enim sunt curricula multiplicium, variorumque sermonum. Ex Academiae spatiis, *h. e. Ex Platonica philosophia, quoniam Plato in Academia docuit. Spatia vocat Ambulationes, in quibus philosophi docebant. Curricula pro 5* *Exercitationibus capere videatur modo opus sit distinguere.* Idem pro Rabir. perd. reo 6 Meque ex comparato et spatio defensionis, in semihorae curriculum coëgisti. ¶ 3 *De tempore.* Ter. Phorm. 4, 4, 20 Spatium quidem tandem apparandis nuptiis, vocandi, sacrificandi dabitur paullulum. *Vid. Idem Andr. 1, 2, 11.* Cic. Off. 1, 10 119 c. 33 Spatium etiam deliberandi habuerunt, quem, etc. Cic. pro Quint. 6 c. 1 Quae quanta sit, nisi tempus et spatium datum sit, intelligi non potest. Cic. de Finib. 4 pr. Aut spatium sumamus ad cogitandum. Idem Fam. 10, 23 Pontesque quos feceram, interrupti: ut spatium ad se colligendum haberent homines. Ad dis- 15 turbandas nuptias cogitandi spatium Ter. Andr. 1, 2, 11. Cic. Q. Frat. 1, 1, 11 Qui tibi biennii spatio nunquam in suspitionem avaritiae venerit. Liu. 1, 17 Quinque dierum spatio fiebatur imperium. Cic. Verr. 2, 96 Et erat spatium dierum fere triginta ante Cal. Decemb. Cic. pro Arch. 1 Quoad longissime potest mea mens respicere spatium 20 praeteriti temporis. Idem ibid. 29 c. 11 Si quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, etc. Vitae spatium et longin- quitas Plin. 7, 48. Vitae extentum spatium, *i. Longum* Patercul. 1. Sine fine spatium Lucret. 2, 91. Cic. de Orat. 3, 7 O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, et inanes nostras contentiones, 25 quae in medio spatio saepe franguntur. Annum spatium Plin. 9, 10. Breve spatium Lucret. 2, 77. In tam Breui spatio, *vid.* IN Praepositionem. Diurnum et nocturnum spatium Cic. de Invent. 1, 39. Idem Off. 2, 81 Propterea quod tam longo spatio multa hereditatibus tenebantur. Longius spatium anno Ouid. 30 Epist. 18, 25. Medium noctis spatium Idem Met. 9, 685. Paruum spatium Propert. 2, 24, 43. Velocis spatii meta nouissima, *Mors, finis vitae* Sen. Troad. l. 5. Arcto spatio Coercere aliquem Ouid. Trist. 2, 531. Concidit illud conclave hoc spatio Cic. de Orat. 2, 352. Idem ibid. 1, 252 Quantum in hac acie quotidiani muneris 35 spatii nobis Datur. Orabant, ut irae suae spatium et consilio tempus Daretur Liu. 8, 32. Euanesceat dolor spatio Ouid. in Ibin 41 Cic. Verr. Act. 1, 56 extr. Etiam si spatium ad dicendum nostro commo- do, vacuosque dies habuissimus. Intercedit spatium dum, Inter- 40 iectio spatio, Interponere spatium, *vid. hb. vv.* Interpo- situm spatium longius aequo Lucret. 4, 561. Occidit spatium, *vid. OCCIDO.* Sortitus spatium brevis vitae Ouid. Met. 3, 125. Sum. ut, Quum Erit spatium, utrumque dabo Cic. Att. 5, 14. Et Fam. 9, 5 Mihi si spatium fuerit, in Tusculanum ante Nonas veniendi, istic te videbo. Sumere spatium ad aliquid faciendum, *vid. SVMO.* 45 Surripere aliquid spatii Cic. Att. 5, 14. Transcribere vitae spa- tium alicui Ouid. Met. 7, 173 *in alium transferre.* Dixerat Iason v. 168 Deme meis annis, et dentes adde parenti. *Metaphora est ab iis, qui nomina suae pecuniam aliis creditoribus transcribunt.* Spa- tium hominum a vestigio ad verticem, *Mensura, dimensio altitudinis* 50 Plin. 7, 17. Facile intellexit modum spatiumque plantae Herculis Gell. 1, 1. ¶ 4 *Observ.* Spatium, *pro Mensura et temporibus pedum in carmine.* Cic. in Orat. 193 Trochaeum autem, qui est eodem spatio quo choraicus, cordacem appellat. Quintil. 9, 4. Poëma nemo dubitavit perito quodam initio fufum, et aurium men- 55 sura, et similiter decurrentium spatiorum observatione esse genera- tum. Spatium, *pro Dilatione* Liu. 8, 32 Orabant, ut rem in posterum diem differret: et irae suae spatium, et consilio tempus daretur. Spatium, *pro Anno* Plin. 7, 51 Sexagesimum vitae spatium nempe cum stadio, curriculo, comparatur. Spatium de Superficie 60 Colum. 5, 1, 4 ubi Spatia sunt Passus, Actus, Climata, Iugera, pro magnitudine. Rhombi spatium Iuvenal. 4, 39. Nec tutus spatio est Elephas Lucan. 9, 732. *conf. Drakenb. ad Sil. 10, 170.* *Burm.* ad Ouid. Met. 2, 197.

SPATIOLVM, i. n. Dimin. Arnob. 4 p. 153 Quaedam spatiola 65 defamata. Pallad. 1, 38 Spatiolis inter se patentibus.

SPATIOR, ari. [*περιπατέω, περιωσέω*] Deambulare, Spatia facere. Virg. Aen. 4, 62 Aut ante ora decum pingues spatiatur ad aras. Ita negligens esse coepit, ut — resideret, deinde spatiaretur Cic. pro Rosc. Am. c. 21 extr. Idem de Opt. gen. orat. 8 c. 3 Sed ita, ut 70 paelaestrice spatiari in xysto liceat. Plin. 5, 9 Per totam spatiat Aegyptum. Ouid. Met. 2, 573. In umbra spatiari Propert. 4, 9, 40. Palaestrice spatiari, *vid. PALAESTRA.* Passibus coniunctis spatiantur ambo Ouid. Met. 11, 64. *Scal. ad Albinou. 2, 128* Spatiari ait esse proprie in stadio currere. Sic certe Stat. Silu. 4, 7 pr. Iam 75 diu lato spatia campo Fortis heroos, Erato, labores Differ, atque ingens opus in minores contrahe gyros. Hinc Spatiari, *metaphorice, pro Latius vagari* Sen. de Ira 3, 10 Proderit morbum suum nosse, et vires eius antequam spatientur opprimere, *vid. SPATIANS.*

SPATIANS, antis. Partic. [*περιπατών*] Cum spatiantem vidi 80 Petron. c. 126. Lato spatiantes aruo Ouid. Met. 4, 87. Alae spatiantes Id. ib. v. 364. Plin. 17, 8 Petitur ex alto, in centenos pedes actis plerumque puteis, ore angustatis, intus (ut in metallis) spatiente vena. Flumine lato spatiantem Gangem bibit Ouid. Trist. 5, 3, 23. Brachia spatiantia compescere Idem Met. 14, 629. 85 Brachia intelligit arborum aut vitium.

SPATIATVS, a, um. Partic. [*περιπατηθείς*] Ut, Aliquot horis spatiatvs Petron. c. 86. Litore curuo spatia coniuo Ouid. Fast. 3, 469.

SPATIATOR, oris. m. [*περιπατης*] Macrobr. Saturn. 2, 10 90 M. Cato Senatorem non ignobilem Caecilium spatiatorem et Fescennium vocat. Nempe Spatiatorem pro Erratore posuit Cato, auctore Festo.

SPATIOVSVS, a, um. Adj. [*εὐρύχωρος, ἐνηλατός*] Amplum significat. Columel. 5, 5, 3 Laxiora interordinia relinquenda: siue bi- 95 dentibus angustiora: sed neque spatiosiora, quam decem pedum, neque contractiora, quam quatuor. Aeuum spatiosum Ouid. Met. 8, 529. Aedificia spatiosiora ad conuentus excipiendos Vitruv. 6, 8. Bellum spatiosum, *Quod diu durat* Ouid. Met. 13, 206. Corpus spatiosum Idem ibid. 3, 56. Nox spatiosa Idem Epist. 1, 9. Sene- 100 cus spatiosa Idem Met. 12, 186. Tempus spatiosum Idem Amor. 1, 8, 81. Theses ad exercitationem dicendi spatiosae atque vberes Quintil. 2, 4. Vetustas spatiosa Ouid. Met. 15, 623. Compar. Aequo spatiosior Ouid. de Arte Am. 2, 644. Insignis portu, quo non spatiosior alter Sil. 8, 482. *conf. Cels. 7, 25 et 8, 3.* Vitruv. 5, 1. Mela 2, 7, 105.

*Superl. Spatiofissimus paries domus Quinctil. Decl. 1. Sedes spatiofissima Plin. Paneg. 63.* ¶ 2 *Spatiosus ut de Spatio dictum, ad omnes dimensiones pertinet, poniturque de rebus magnis, vastisque ac latis. Cruribus exilis, spatiofa prodiga planta Virg. in Moreto v. 35 de ancilla rustica.* Parua necat morsu spatiofum vipera taurum Ouid. Rem. Am. v. 421. Omnibus Andromache visa est spatiofior acquo: Vnus qui modicam diceret, Hector erat Idem A. A. 2, 645. Magna et spatiofa res est sapientia Sen. Ep. 88. Sublimia spatiofas clarasque voces habent Quinctil. 9, 4. *conf. Burm. ad Ouid. Met. 3, 56.*

10 *Drakenb. ad Sil. 10, 170.*  
 SPATIOSE. Adu. [*ἐρρηχάτως*] Spatiofius, Spatiofissime; Vberius, copiofius, diffufius. Spatiofius et vberius amplecti Plin. Epist. 3, 18 pr. Idem 25, 8 Et in Creta autem non spatiofe nascitur. Idem 13, 5 Quoniam spatiofe fruticat. Vid. Propert. 3, 20 (19) 11. Ouid. Am. 3, 6, 85. Iter vrinae spatiofius descendit Celf. 4, 1.

SPATIOFITAS, *ātis. f.* Sidon. Epist. 2, 2 *Exactissima spatiofitate quadrari.*

SPATVLA, *vid. SPATHVLA.*

## S P E

SPECIALIS, SPECIATIM, *vid. infra SPECIES.*

SPECIARIUS, *a, um.* Nomen, quo putatur vsus Caes. Bell. Civil. 3, 53 Cohortemque postea duplici stipendio, frumento, vel speciariis militaribusque donis amplissime donauit. Dubitarunt vero semper viri docti de lectione huiusce loci. Turneb. *Aduers. 27, 24 facit, Veste, pecuniariis, militaribus. Alii alia. Iac. Dur. Cassellius Var. 2, 15. vulgatum lectionem tuetur, et Speciaria dona interpretatur Triticum, lardum, oleum, vinum, caeteraque legumina, quae a Ictis aliisque auctoribus* 30 *priscis trito vocabulo Species dicuntur. Cassellii lectionem approbat Lipsius, et erit difficile, certius meliusue inuenire. Nomen idem, sensu alio Inscriptio vetus Romae apud Reines. Inscr. class. 5 §. 39 THALASSIAE. MIMAE. C. PISONIS. NOTHI. SPECIARIA. CONTVBERN. BENE. MERENT.*

35 SPECIES, *ēi. f.* [*ἰδέα, ἕδος, ἡμέρα, πρόχημα*] Quidquid oculis obicitur (*ab antiquo verbo Specio, vid. Gell. 13, 28.*) atque iis placere vel displicere potest; forma externa corporis, bona si simpliciter ponatur, ut de forma vidimus; interdum quidquid videtur tantum non est etc. Melius enim res exemplis declaratur, quae satis digerere temporis angustiae 40 *prohibent.* Plaut. Bacch. 4, 7, 40 Bellan' videtur specie mulier? Idem Mostel. 1, 3, 23 Ain' alios meam speciem irridere? Accipere speciem, *vid. ACCIPIO.* Ea, quae in specie posita sunt, motus corporis, habitus et forma, vox Cic. de Orat. 1 c. 29. Si fortunatum species et gratia praestat Hor. Epist. 2, 6, 49. Amissa specie, raptisque insignibus, ambo In vultus rediere suos Claudian. Conf. Hon. 4, 83. Principatus species Suet. Calig. c. 22. *i. insignia imperii.* Gemma specie crystallina Plin. 1, 10. Gemma

specie vitrea Idem 37, 10. Cic. pro Rosc. Amer. 63 Portentum atque monstrum certillimum est, esse aliquem humana specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit. Magnificae species, cultusque locorum Stat. Silu. 3, 5, 89. Oris speciem deformauerat promissa barba Liu. 2, 23. Plin. 11, 25 Similiter his et scorpiones terrestres, vermiculos ouorum specie pariunt. Soli species, Forma et qualitas Columel. 2, 2. Urbis species, pro Forma et situ

55 Plaut. Perf. 4, 4, 2. Vertuntur species animorum Virg. Georg. 1, 420. *i. Animi mutantur.* Decolor aeris species, *vid. DECOLOR.* Decora species, *vid. DECORVS.* Eximia pulchritudinis species Cic. in Orat. 18. Foeda specie teter Lucret. 2, 421. Formosa et illustris species Cic. de Orat. 3, 52. Globosa species Plin. 37, 10.

60 Liberalis species Cic. Off. 1, 141. Miranda species Lucret. 2, 1036. Misera et flebilis species Cic. Philip. 11, 7 c. 3. Multifformes species, *vid. post MVLTVS.* Ouata species, *vid. OVATVS in OVVM.* Sen. Octau. l. 8 Orbem specie tu Sacra regis, patriae parens. *i. Specioso et magnifico titulo patris patriae.* Semiferarum hominum species Lucret. 2, 701. Serena species mundi, *Serenitas vel pulchritudo* Lucret. 4, 138. Iuuenal. 10, 310 I nunc et iuuenis specie laetare tui. *i. forma, pulchritudine.* Cic. Offic. 2, 32 c. 9 Illud ipsum, quod honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet, animosque omnium natura et specie sua commouet: *hic est vera pulchritudo, in quantum oculis mentis obicitur.* Sed ¶ 2 Specie liberum esse non re Liu. 35, 31. Plin. Epist. 5, 3 Ne in speciem adulationis incidam. Amicitiae specie deceptus Tacit. Ann. 1, 10. Honestatis species neque probabilis, neque satis idonea Cic. Off. 3, 41. Veri species Hor. Serm. 2, 3, 208. Blanda specie sed re ipsa multis locis repudianda est Cic. de Amicit. Praeter speciem stultus es Plaut. Mostel. 4, 2, 49. *b. e. Stultior, quam vel ex vultu appareat.* Vera comitia adumbrata ad speciem et vetustatis vsurpationem Cic. de Lege Agr. 2, 30. Contingere quandam formam et speciem deorum Id. de Nat. Deor. 1, 37. Cic. de Diuin. 1, 81 c. 37 Obiciuntur (sensibus) saepe formae, quae reapse nullae sunt; speciem autem offerunt. Ferre praese speciem boni viri Id. Off. 3, 39 c. 11. Tephritis gemma nouae lunae speciem habet curuatae in cornua Plin. 37, 10. Habere humanitatis speciem Cic. Tusc. 4, 32 c. 14. Infidebat in eius mente species eloquentiae Id. in Orat. 18. Induere speciem percussoris Liu. 40, 12. Intueri huius vitae speciem Cic. Fam. 1, 9. Praebere speciem scurrantis Hor. Epist. 1, 18, 2. *conf. Curt. 3, 1, 3.* Praestare speciem (dentis) Scribon. 53. Reddere speciem alicuius rei Plin. 37, 10. Repraesentat cordis speciem Encardia gemma Idem 37, 10. Rursus ibidem, Enorchis diuisa testium effigiem repraesentat. Spargere radios fulgentes in orbem ad speciem sideris Ib. 37, 10. Est Paecantidibus gemmis species aquae glaccatae Id. 37, 10. Sustinere alicuius dignitatem; non solum consilio, sed ipsa specie Cic. pro Domo 5. Vti specie aetatis, *Decore et pulchritudine iuuenilis aevi* Ouid. Fast. 5, 353. Viuere specie dissimili, *Diuerso genere* Lucret. 2, 663. Rixae species Liu. 1, 40. Viros benignius alit, non ad speciem tamen: nam illis asper atque indecens habitus est Pomp. Mela 2, 2. *de Thracia.* Ad speciem accommodatus, *vid. ACCOMMODO.* Ad speciem adornari, *vid. AD, Praepos.* In fictae simulationis specie pietas inesse non potest Cic. de Nat. Deor. 1, 3. In speciem hydropici Scribon. 190. *i. in modum.* Cic. Verr. 5, 85 c. 33 Praeclara classis in speciem, sed inops et infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum. In speciem preces iactantur, *Simulate* Liu. 4. *conf. Id. 38, 21.* Per speciem legationis in Asiam ablegatus est, ut inuidiae subtraheretur 95 Aur. Vict. de Viris Illust. 64. Liu. 1, 9 Celata morte Tarquinii, per



per speciem alienae fungendae vicis, suas opes firmavit. *Add. Id.* 25, 8. Devincere aliquos specie clementiae Cic. Philipp. 2, 116. Dedit exercitus speciem hosti abeuntis Quinctil. 2, 17. Duci utilitatis specie Idem 3, 8. Cic. Fam. 12, 13 Ex quibus vtrisque civitatibus, Graecorum militum numero, speciem exercitus effecit. *Id.* 5 ibid. 10, 12 Haec omnia, quae habent speciem gloriae, collecta ex inanissimis splendoris insignibus contemne. Idem ib. 13, 30 Non dubito, quin scias, in his necessariis, qui tibi a patre relicti sunt, me tibi esse coniunctissimum, non his modo causis, quae speciem habent magnae coniunctionis, sed iis etiam, quae familiaritate et consuetudine tenentur. Habere speciem utilitatis voluptas dicitur Cic. Off. 3, 12. Habet interim aliquam speciem probationis Quinctil. 3, 7. Inquire speciem latronis, *vid. INDVO.* Praebere speciem atque opinionem pugnantium Caes. Bell. Gall. 3, 25. Plin. 20, 19 Foliis (si procul intuearis) speciem passerum praesentantibus. Plaut. 15 Most. 1, 2, 41 Parant sedulo infirmitatem: et ut in usum boni, et in speciem populo sint, sibi que et materiem reparant. ¶ 3 Species, *Adspectus, res visa* Virg. Aen. 2, 407 Non tulit hanc speciem furiosa mente Choroebus. Cum annotasset insculptum monumento militem Gallum ab equite Romano oppressum, trahi crinibus 20 ad eam speciem exsiluit gaudio Suet. Ner. c. 41. Aulac tacitae flebilis species, *Lugubris adspectus atrii deserti* Claud. de Rapt. Proserp. 3, 148. Species, *pro Visionibus nocturnis.* Caelestium species oblata, Liu. 1, 31. Idem 26, 19 Pleraque apud multitudinem aut per nocturnas visa species, aut velut diuinitus mente monita agens. 25 de P. Cornelio Scipione loquitur. Varias illudunt species Virg. Georg. 4, 406. Eadem est in somniis species eorum, quae vigilantes videmus Cic. Acad. 4, 52. Species, quae per somnum erat oblata Curt. 3, 3, 7. Anxium de instantibus curis agitabant etiam per somnum species imminentium rerum ib. n. 2. *conf. Suet.* 30 Claud. c. 1 et 37. Prudent. Cath. 6, 53. Vanas finguntur species, velut aegri somnia Hor. de Arte Poët. 7. Moueri falsa visione et specie doloris Cic. Tusc. 2, 42. ¶ 4 Species est *Actio ipsa cernendi, quae Graece ὄρασις dicitur, vel potius Sensus cernendi, ut cum Lucret. scribit,* 5, 723 Denique eam partem, quaecumque est ignibus aucta 35 Ad speciem nobis vertit. *i. Oculos nostros versus.* Vitruv. 3, 2 Hae propter altitudinis interuallum scandentis oculi speciem fallunt. Et 9, 4 p. 187 Ergo si tantis interuallis nostra species potest id animadvertere. Et 5, 9 Aër subtilis et extenuatus ex viridibus perlimat speciem, ita auferens ex oculis humorem crassum aciem tenuem et acutam speciem relinquit. Et 9, 4 p. 189 *pr. de Luna cum Sole coniuncta, f. prima,* Cum ad perpendiculum existet, — totum lumen ad superiorem speciem retineri, *ut videre possint, si qui supra sint.* ¶ 5 Speciem *prisci Iurisconsulti appellant, quod recentiores legis casum.* Vlpianus in Tract. Donat. inter virum et uxorem; cap. Sed interim. 45 Quando itaque non retro agitur, emergunt vitia, ut Marcellus animaduertit in specie huiusmodi: Paullus in tractatu 2 de Legat. cap. Largus. Proxime ex facto incidit species talis. *Alias opponitur species a Ictis materiae: ut cum dicitur aliquis induxisse alterius materiae speciem, i. formam, v. e. c. Donell. 4, 12. extr.* ¶ 6 Species 50 *definitur a Dialecticis, ut sit, Id quod dicitur de pluribus differentiibus numero: ut homo est species sub qua comprehenduntur Socrates, Plato, etc. vid. Sen. Ep. 58. Saepe ita Varro de R. R. Vid. v. g. 1, 9, 4. 3, 3, 3.* Hinc Colum. 1, 2, 11 Species senae singulis contribuuntur generibus. Ipse Cic. in Topic. 30 c. 7. In diuisione formae sunt, quas Graeci *ἰδέας* vocant: nostri, si qui haec forte tractant, species appellant: non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si Latine quidem dici possit, *specierum et speciebus* dicere: et saepe his casibus utendum est, at *formis et formarum* velim, *etc.* Formam itaque maluit dicere Cicero eam, quae vulgo 60 Species a dialecticis dicitur. *Paullo alia notione* Idem Acad. 1, 30 Mentem volebant rerum esse iudicem, solam censebant idoneam cui crederetur, quia sola cerneret id, quod semper esset simplex, et vnus modi, et tale quale esset. Hanc illi *ἰδέαν* appellabant, iam a Platone ita appellatam: nos recte speciem possumus dicere. *Sed propius ad illam priorem* de Orat. 1, 189 Partes generis communionem quadam similes, specie autem differentes. *Huc referre possis forte illud Tac. Germ. 5, 1 Terra etiam aliquando specie differt, in vniuersum tamen aut siluis horrida, aut paludibus foeda. Sed non voluit, puto, dialectice hic loqui Tacitus, sed diuersitatem indicare, quae oculorum iudicio patet. Nec 70 multo aliter sentiendum de bis: Proposita vitae eius velut summa, partes sigillatim neque per tempora, sed per species exsequar* Suet. Aug. c. 9. Facilius cuiusque rei in vnum contracta species, quam diuisa temporibus, oculis animisque inhaeret Vell. 1, 14, 1. Factum est, ut inter plebiscita et legem species constituendi intercesserit, potestas autem eadem esset Pompon. l. 2 §. 8 ff. de Or. Iur. Summae species ditae, sicca et liquida Plin. 24, 71 de resina. Vitruv. 3, 2 *pr.* Species aedium sunt quinque. Sic Quinctil. 5, 10, 55 sqq. *it. 7, 1, 59 etc.* Cic. de Orat. 2 Quid enim est maius, quam quum tanta sit inter oratores bonos dissimilitudo, iudicare, quae sit optima 80 species, et quasi figura dicendi? *Verumque per translationem dictum. Nam Species proprie forma est cuiusque rei, quam adspicimus: Figura vero a fingendo dicta est. Verum quia Species ea est, quae rebus omnibus appellationem et proprietatem quandam attribuit, ideo pro cuiuslibet rei propria natura poni solet, ut Species hominis sit idem, quod Natura hominis: atque ita de reliquis. Itaque dicunt Species rerum aeternas esse: quia licet singularia atque indiuidua intereant, tamen ipsa natura conseruatur.* Adumbrare speciem excellentis eloquentiae Cic. Orat. 43 *faciem et naturam illius describere.* ¶ 7 Species Res diuersae, in quantum ad vnum quiddam constituendum miscentur, vel sub 90 una regula comprehenduntur. Sic Species annonariae apud Veg. 3, 3 et *Ictos, panis, vinum, triticum, lardum, vid. Briffon. Inprimis de aromaticis.* Macrob. Saturn. 7, 8 Species et acres et calidae, superficiem cui apponuntur, exulcerant. Martianus in l. vlt. D. de publican. Species pertinentes ad vestrigal, cinnamomum, piper longum, piper album, etc. Diu agitari curabis, ut specierum vis omne corpus inficiat Pallad. Octob. 1, 14. Adde et aromaticas species, quas mittit Eous Marcell. de Medic. v. 42. *conf. ib. v. 20.* Resistentes species, *vid. in dictione ADAERO.*

SPECIALIS, c. Adj. [*ἰδίος, ἰδίος*] Non tam Particulare, quam 100 Proprium, et veluti Peculiare significat. Iulius Capitolinus in M. Phil. 17 Macrianorum familiam id speciale semper habuisse, ut Alexandrum Magnum in auro atque argento exsculptum semper haberent, De usu illo Logico Sen. Epist. 58 ait, Genus generale et genera specialia esse. Et deinde, Quod generaliter est, tanquam homo generalis, 105

sub oculos non venit; sed specialis venit, ut Cicero et Cato. Est igitur homo specialis hoc loco idem, quod Scholastici vocant Individuum. Vid. Quinctil. 3, 5, 9 sq. et 12, 2. et Declam. 299.

5 **SPECIATIM**, Adu. [*κατ' ἕδος*] *Contrarium habet Generatim, Cic. Post redit. in Senat. 21 c. 8 fin. Multa de me C. Messinius et amicitiae et Republicae causa dixit, legem speciatim initio de salute mea promulgavit. Vetus exemplar legit Separatim.*

10 **SPECIALITER**, Adu. *Idem.* [*ἐδικώς*] Columel. 3, 9 extr. Atque de cura eligendi malleoli generatim praecepimus: nunc illud proprie specialiter. Vid. Quinctil. 3, 6, 103. 5, 7, 5. Cels. 5, 24. Pallad. Febr. t. 19. Solin. c. 14. Vlpian. l. 24 ff. de contrah. emt. Apul. de Mund. p. 69. add. Quinctil. Trib. Mar. c. 1 extr. Paulin. de S. Felice Natal. 9, 146. Qui specialius iactantur Cael. Aurel. Acut. 3, 13, 141.

15 **SPECIALITAS**, atis. f. Tertull. adu. Marc. 5, 8 In distributione facienda, et in specialitate interpretanda. *Finxit hanc vocem Antonius Grammat. teste Frontone.*

**SPECIETAS**, atis. f. Species diuisio est generis, specietas qualitatis, Fronto Grammat.

20 **SPECIATVS**, a, um. Quid hodie informe in mundo? quid retro speciatum in materia? Tertull. adu. Hermog. c. 40.

**SPECIOSVS**, a, um. Adi. [*ὑψηλός, εὐειδής*] Pulcher specie et forma, plane ut formosus. Plin. 13, 4 Minus speciosae sed sapore caryotarum sorores. Idem 19, 30 Triticum quo celerius, eo speciosius et

25 robustius. Cels. 2, 2 Si plenior aliquis, et speciosior, et coloratior factus est. Hor. Epist. 1, 18, 52 — adde, virilia quod speciosius arma Non est qui tractet. Honore tituli speciosus Ouid. ad Liu. 269. Dictu speciosa Liu. 1, 23. Sed si vera potius quam dictu speciosa dicenda sunt. Non speciosa dictu, sed vsu necessaria in rebus aduersis sequenda esse Curt. 5, 1, 8. Corpus speciosissimum

30 Quinctil. 2, 15. Criminatio minus speciosa, Quae parum coloris et praetexti habet. Liu. 1, 54. Aliorum speciosiora primo adpectu Consilia semper visa Id. 28, 40. Causas iustas, magnas et speciosas habere Cic. Att. 16, 7. Speciosissima Classe fabricata Vell. 2,

35 79, 2. Eloquentia locuples et speciosa Quinctil. 5, 14. Familiam nemo speciosiore producit Sen. Epist. 87. Familia admodum speciosa Vellei. Patere. 2, 59, 2. Fabula speciosa locis Hor. de Arte Poet. 319. Frons speciosa altis cornibus Ouid. Met. 3,

40 20. al. Spatiofa. Iuuentus speciosa Valer. Argon. 7, 556. al. Pegasaea. Mulier speciosa Ouid. de Arte Am. 3, 421. Miracula speciosa Hor. de Arte Poet. 144. Nomina speciosa imponere culpae, Pulchra et honesta Ouid. Met. 7, 69. Personas speciosas accipere debemus, Clarissimas personas vtriusque sexus: item eorum, qui ornamentis Senatoriis vtuntur. Haec Vlpianus in l. Speciosas. D.

45 de verb. signific. Speciosus stili genus Quinctil. 7, 1. Vinus speciosa nitentibus vis Ouid. Met. 14, 661. al. Spatiofa. Vocabula speciosa Hor. Epist. 2, 2, 116. Superl. [*ὑψηλότερος*] Senec. de Benef. 3, 7 Hoc enim speciosissimum est in illo, quod dedimus vel perdituri, quod totum permisimus accipientium arbitrio.

50 **SPECIOSE**, ius, issime. Adu. [*ὑψηλός*] Ornate. Liu. 34, 7 Et equus tuus speciosius instratus erit, quam vxor vestita. conf. Hor. Epist. 1, 18, 52. Africani humanitas late specioseque patuit Val. Max. 5, 1, 6. Speciosius ingredi, Cum ornatu Columel. 2, 2. Hasta speciosissime contorta Quinctil. 9, 4. Aciem, quam speciosissime

55 potuit, Instruxit Hirt. B. Afric. c. 48.

**SPECIOSITAS**, atis. f. Tertull. de Cultu fem. cap. 2 Naturalis speciositas.

**SPECILLVM**, vid. **SPECVLVM**.

60 **SPECIMEN**, inis. n. [*ἐπίδειγμα*] Exemplar rei alicuius, unde *videri et intelligi possit, qualis illa sit, quale est, quod in mercibus emtori solet ostendi, ut in pannis; vel degustatio in esculentis.* Plaut. Most. 1, 2, 52 Igitur tum specimen cernitur quo eueniat aedificatio. Egregium specimen Sen. Theb. 1. Cic. in Pison. 95 c. 29 Damnatio ista, quae in te flagitatur, obstitit P. Rutilio, quod specimen habuit

65 haec ciuitas innocentiae. i. *Exemplum.* Idem de Nat. Deor. 3, 80 Cur temperantiae, prudentiaeque specimen, ante simulacrum Vestae Pontifex Maximus est, Q. Scaeuola trucidatus? conf. Nep. 25, 3, 3. Popularis iudicii specimen Cic. de Clar. Orat. 188. Adhibere specimen, vid. **ADHIBEO**. Cic. Tusc. 1, 32 c. 14 Quid illud? num dubitas, quin specimen naturae capi deceat ex optima quaque natura? Capere specimen

70 omnis affectus Sen. Med. 6. Dare specimen Virg. Georg. 2, 241. Salsa autem tellus, et quae perhibetur amara, Tale dabit specimen, etc. Dare aliquod specimen Cic. Diu. in Caec. 27. Idem ibid. c. 8 Tu vero Caecili quid potes? quo tempore, aut qua in re non modo specimen caeteris aliquod dedisti, sed tute tui periculum fecisti? vid. **DO**.

75 Dare specimen indolis, vid. **INDOLES**. Habeo hoc specimen probitatis illius. Plin. in Paneg. vid. **SPECIMEN**, i. Indicium, supra. Esse aliquibus specimen Cic. de Legib. 3, 10. Sumere specimen Plin. 7, 55.

80 **SPECIO**, vel **SPICIO**, xi, etum, ere. [*βλέπω*] Apud antiquos in vsu fuit, quod *Videre significat.* Varro de L. L. 5, 8 p. 61, 2 Spectare dictum ab Specio antiquo: quo etiam Ennius vsus, *Vos epulo postquam spexit.* Et quod in auspiciis distributum est, qui habeant *Spectionem*, qui non habeant: et quod in auguriis dicunt, *autem spercere*, etc. Plaut. Cal. 3, 1, 2 Nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur, vid. **SPICIO**.

**SPECTIO**, onis. f. a Specio, verbo antiquo, ut modo vidimus e Varr. L. L. 5, 8 Et quod in auspiciis distributum est: qui habeant *spectionem*, qui non habeant, etc. Cic. Phil. 2 c. 32 Primum cum Caesar ostendisset, se (pro regia, quam sibi arrogabat potestate) priusquam proficisceretur, Dolabellam Consulem esse iussurum: — tum hic bonus augur (Antonius) eo se sacerdotio praeditum esse dixit, ut comitia auspiciis vel impedire (ne fierent) vel vitare (facta iam) posset, idque se facturum esse asseueravit. In quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. Quid enim? istud, quod te sacerdotii iure facere posse dixisti, si augur non esses, et Consul esses, minus facere potuisses? Vide ne etiam facilius, nos enim (qui augures sumus, nihil praeterea) nuntiationem solum (eorum, quae in augurio nobis obvenere) habemus, (caeterum de caelo seruare quoties voluerimus, et sic

85 impedimentum obicere comitiis aut rebus gerendis, nobis non licet per leges) consules et reliqui magistratus (maiores suo ordine, nempe erga minorem aequalem certe) etiam *Spectionem*, (ut liceat illis, vel augurem iubere de caelo seruare, vel, si ipsi iidem sint augures, ipsi suo arbitratu de caelo seruare, nisi speciali Scto prohibeantur, possint) Esto: hoc imperite etc. Hic locus, quem partim ex vi et proprietate verborum, partim

90

95

00

05

10

15

20

25

30

35

40

*sim ex iis, quae indubii iuris publici sunt interpretati sumus, debet regulam quasi praestare, quomodo emendandus sit, interpretandusque corruptissimus Festi locus in Spectio, qui ita habet: Spectio, in auguralibus ponitur pro Aspectione et nuntiatio, quia omne ius sacrorum habent, auguribus spectio duntaxat, quorum consilio rem gererent magistratus, non ut possent impedire nuntiando, quae cum vidissent satis, spectio sine nuntiatione data est, ut ipsi auspicio rem gererent, non ut alios impedirent nuntiando. Festus. Hunc tamen locum, inuito Cicerone et multis adeo, ita emendat Scaliger: Spectio et nuntiatio data erat iis magistratibus, qui omne ius auspicio habent. Auguribus Spectio duntaxat — quaecumque vidissent. at iis Spectio sine nuntiatione, etc. Gell. 5, 12 In antiquis Spectationibus nomina haec deorum inesse animaduertimus. i. libris auguralibus, quibus illae Spectationes augurum descriptae. Caeterum libri vulgares hic habebant Spectationibus.*

**SPECTVS**, ūs. m. *Adspectus*. Pacuu. apud Festum spectu proteruo ferrox. Apul. Met. 3 sub init. Obliquato spectu conspicio. Al. Adspectu. Plin. 2, 52 In sedecim partes caelum in eo spectu diuisere Thuscii. Conf. Ambros. Hexaem. 6, 2. Stewech. in Arnob. p. 125.

**SPECTO**, āre. [ἐπιβλέπω] *Frequent. antiquum a Specio*. Plaut. Cist. 1, 1, 92 Per Dionysia mater pompam me spectatum duxit. al. 20 *Spectatum*.

**SPECTILIS**, e. *Spectile, obsol. ap. Plaut. in Fragm. Carbon.*

**SPECTO**, āre. [θεωμαι, ἐποπτεύω, θεωρέω] *Saepe, seu fixe intueri*. Plaut. Amph. 2, 2, 118 Age, me huc adspice. s. Specto. Apud eundem in Caf. prol. 6 Spectare fabulas. Cic. Verr. 1, 53 Spectantibus omnibus Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsae Ouid. A. A. 1, 99. Here ne me spectes: me impulsore haec non facit Ter. Eun. 5, 6, 18. Visere et spectare aliquid Cic. Tusc. 1, 44 c. 19. Non semper dicere, sed spectare debemus Idem Fam. 1, 9. Oculis proteruis spectare aliquem Ouid. Epist. 17, 77. Oculo irretorto spectare aliquid Hor. Carm. 2, 2, 24. Spectare ad aliquem Ouid. Met. 1, 628. Vir bonus, omne forum quem spectat et omne tribunal Hor. Epist. 1, 16, 57. Intro spectare, vid. **INTRO**, *Aduerbium*. Tergo spectari Ouid. de Arte Am. 3, 774. In omnem partem spectare Quintil. 1, 12. Cic. Att. 9, 12 (15) Ille ut ad me scripsit, legiones singulas posuit Brundusii, Tarenti, Siponti. Claudere mihi videtur maritimos exitus, et tamen ipse Graeciam spectare potius, quam Hispanias, i. consilium habere eundi in Graeciam. Sed spectat Orientem, et similia: pro E regione est, et vergit Plin. 6, 17. Ad solis occasum Plin. 6, 13. Cic. Verr. 5, 169 Te iubere in ea parte figere (crucem) quae ad fretum spectaret Caes. Bell. Gall. 5, 13 it. ib. 1, 1. Spectare in Meridie, in ventum Fauonium Catoc. 1. Varro de R. R. 1, 24. In septentriones Caes. B. G. 1, 1. Spectare deorsum Colum. 12, 16. Cels. 7, 29 Ceruix replicatur, retroque caput, ac reliquum corpus spectat.

¶ 2 Spectare est aestimare Cic. pro Rosc. Com. 28 c. 10 Nemo enim illum (seruum) ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico aestimabat. Cic. pro Rosc. Com. 42 c. 14 Quem si tu ex censu spectas, eques Romanus est: si ex vita, homo clarissimus est: si ex te, iudicem sumfisti: si ex veritate, id quod scire potuit, et debuit, dixit. Aliquem ex vocibus spectare Cic. Tusc. 5, 31. Spectare animum alterius ex suo Ter. Andr. 4, 1, 22. Vitam alicuius non ex oratione, sed ex moribus spectare debemus Cic. in Sallust. 3. c. 1. In dubiis homines spectare periculis Conuenit aduersisque in rebus noscere, qui sint Lucret. 3, 55. Conf. Barth. ad Script. Ven. p. 61 et 190. Aurum spectatur in ignibus, Probatur Ouid. Trist. 1, 4, 25. Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum, Tempore sic duro est inspicenda fides.

¶ 3 Spectare Rationem habere Cic. Off. 2, 70 At vero ille tenuis, quum quidquid factum sit, sese spectatum, non fortunam, putat. i. Non ob gratiae relationem expectatum beneficium sibi collatum arbitratur, quum diues aliter opinetur et potens. Virg. Ecl. 3, 48 Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes. Spectare a deteriore parte Senec. de Benef. 2, 28. Ad suam gloriam magis, quam ad cuiuspian salutem spectare Cic. pro Sext. 37 c. 16. Non tam fastidiose in nobis, quam in histrionibus spectari puto Cic. de Orat. 1, 258. Rem, non hominem spectari oportet Auctor ad Heren. 1, 9. Eadem spectans, si in itinere impeditos et perterritos deprehendere possit, exercitum e castris eduxit Caes. B. C. 3, 75, 3. Trademus quae nos sequi in dicendo, quaeque maxime spectare solemus Cic. de Orat. 2, 204. Quid in iudicando spectare oportet Cic. pro Milon. 15. Idem Fam. 5, 8 Sed ut primum forum attigerim, spectare semper ut tibi possem quam maxime esse coniunctus. Virtus vetat, dum praestatur fides, fortunam spectare Cic. de Diuin. 2, 78. In iudice debet et fortuna et dignitas spectari Cic. Philipp. 1, 20. In pactionibus faciendis legem spectare Cic. Q. Frat. 1, 1. Iuuenes magna spectare, et ad ea rectis studiis contendere debent Cic. Off. 2, 45 c. 13. Nihil nisi sempiternum spectare Cic. pro Rabir. perd. reo 29. Spectare retro Cels. 7, 29. Victoriā spectare Quintil. 5, 12. Cic. Verr. 2 Seque in eo capitis periculum aditurum, voluntatem spectet eius, quem statim de capite suo putet iudicaturum. Propitius spectare aliquid Hor. Epist. 1, 1, 66.

¶ 4 *Relationem ad finem* notat. Siue quem petimus, seu certe, in quem res exit. Cic. pro Deiot. 5 Dico intra domesticos parietes — in tuis oculis, in tuo ore vultuque acquiesco: te vnum intueor, ad te vnum omnis mea spectat oratio, i. dirigitur, tanquam ad metam, scopumque, etc. Cic. Tusc. 1, 60 Quorum igitur haec spectat oratio? Add. Id. de Orat. 3 c. 24. Spectat hoc longe alio Nep. 2, 6, 3. Cic. Acad. 4, 144. Quo enim spectat illud, quum artificia tolli quereris a nobis, nisi ut opifices concitentur? Idem de Finib. 3, 33 Sed eorum definitiones paulum oppido inter se differunt, sed tamen eodem spectant. Quae scripta sunt, eo spectant, ut te horter, et suadeam Cic. Fam. 13, 4. Quid ista edicta valeant, aut quo spectent, plane non video Cic. Att. 16. Ad aliquid spectare Quintil. 2, 2. Consilium eius ad bellum spectat Cic. Att. 15, 4. Idem Fam. 4, 2 Omnia vtriusque consilia ad concordiam spectauerunt. Et ibidem 14, 5 Ad arma rem spectare. Sermo tuus ad perorandum spectare videtur Cic. de Clar. Orat. 291. Spectat res ad interregnum Cic. Q. Frat. 3, 1. Spectat ad rebellionem gens Liu. 34, 56, 10. Spectat ad seditionem Liu. 25, 3 extr. Beneficia quae ad singulos spectant, et ad vniuersos pertinent Cic. Off. 2, 72. Spectat res ad vim Liu. 1, 9. Aliquid inquirere, quod ad bene beateque viuendum valeat et spectet Cic. Offic. 2, 6. Prima et media verba ad vltimum spectare debent Idem de Orat. 200. Cic. de Orat. 192 Artem vero negabat esse vllam, nisi quae cognitis penitusque perspectis, et in vnum exitum spectantibus, et nunquam fallentibus rebus contineretur. Spectare ne, pro Cauere: Plaut. Asin. 4, 1, 3 Spectandum ne cuiquam annulum det, neque roget.

¶ 5 *Obseruatt. Pass.* Plaut. Stich. 1, 2, 59 Vbi facillime spectatur mulier, quae

ingenio est bono? Plin. 10, 70 Plausu congregari feros ad cibum, consuetudine spectatur. *de piscibus.* Spectare et Exspectare confunduntur frequentissime in MSS. in primis ita, ut Exspectare scribatur, ut Spectare satis erat: quod non simpliciter errori tribuendum librorum, sed invalescenti consuetudini E praeposendi (apud Italos I etiam) ab SP incipientibus, unde Espeio Hispanorum, et Espece Gallorum, et sexcenta salta nata sunt. Vid. Drakenb. ad Liu. 6, 33, 1. Schwarz. ad Plin. Pan. 35, 3 etc. Spectare, pro, Exspectare Scribon. 20. Gerund. Propert. 3, 21, 3 Crescit enim assidue spectando cura puellae. *Supinum,* Hor. de Arte Poët. 5 Spectatum admissi risum teneatis amici? Spectatum ludos ire Nep. 21, 2, 1. In Arcadia scio me esse spectatum suum Varro R. R. 2, 4. i. spectasse. *Gesn. suspicatur fortassis leg. isse vel spectum.* Cic. Off. 2 c. 11 Maximeque admirantur eum, qui pecunia non mouetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur. *Al. Igni spectatum.*

SPECTANS, antis. Partic. [ἐπιπρευών] *Vt,* Inuicem spectans ambos Ouid. Met. 6, 631. Quid spectans Deus ipse diceret? Cic. de Fato c. 14. Populo spectante Hor. Epist. 1, 6, 50. Argumenta ad id, quod in iudicium venit, spectantia afferri debent Cic. de Orat. 2 c. 30. Vestigia te aduersum spectantia Hor. Epist. 1, 1, 74.

SPECTANDVS, a, um. Partic. [θεατός] *Vt,* Spectandus in certamine Martio Hor. Od. 4, 14, 17. Oculis nigris spectandus Idem de Arte Poët. 37. Ludicra quo spectanda modo Idem Epist. 1, 6, 7. Spectanda theatri Hor. Sat. 1, 10, 39. Plin. 1, 42 Nec vulgaris plittacis forma, quamuis non spectanda.

SPECTATVS, a, um. Partic. [δοκιμασθῆς, ἐυδοκίμος] *Probatas, cuius probata et spectata iam virtus est.* Virg. Aen. 8, 151 — Sunt nobis fortia bello Pectora: sunt animi, et rebus spectata iuuentus. Ter. Adel. 5, 6, 5 Nam is mihi est profecto feruus spectatus satis. Idem Andr. 5, 1, 5 Satis iam satis Simo spectata erga te amicitia est mea. Spectatus et cognitus in rebus iudicandis Cic. Verr. 2, 29. Gell. 13, 20 Summa vir auctoritate grauitateque, et a Diuo Adriano in mores atque literas spectatus. *Adolescentia spectata* Cic. Post Redit. in Senat. 36. *Fabula spectata* Hor. de Arte Poët. 190. *Fides nostra spectata est per mala* Ouid. ex Ponto 2, 7, 82. *Ad fidem cognitam et spectatam confugere* Cic. Verr. 1, 11. *Forma spectata* Ouid. Met. 14, 653. *Homo omnium artium probatus et spectatus* Cic. de Orat. 1, 124. *Integritas in multis et magnis rebus singularis spectata* Cic. Philip. 3, 26. *Integritatis spectatae vir* Liu. 26, 49. *Medicus ignobilis, sed spectatus* Cic. pro Cluent. 47. *Pietas spectata* Ouid. Fast. 4, 37. *Virtus spectata belli domique* Hor. Epist. 2, 1, 230. *Durior est conditio spectatae Virtutis quam incognitae* Brut. ad Cic. *Virtus nobilitata et spectata* Cic. pro Flac. 62. *Vir maximus et spectatus* Idem de Amicit. 9. *Viri fortes et spectati* Cic. Verr. 1, 24. *Vir spectatus et honestus* Idem Verr. 5 (3) 67 c. 25 pr. *Compar. Quo non spectatior alter* Sil. 1, 440. *Add. Plin. 11, 1 et 36, 12. Superl. Id cuique spectatissimum sit* Liu. 1, 57, 7. *Spectatissimus sui ordinis* Potitius Cic. Verr. 3. *Femina spectatissima* Idem pro Rosc. Amer. 147 c. 50. *Add. Id. Fam. 5, 12, 25.*

SPECTATE, Adu. [ἐυδοκίμως] *Egregie, ad spectaculum usque.* Plin. 21, 1 Flores vero, odoresque in diem gignit: magna, ut palam est, admonitione hominum, quae spectatissime floreat, celerrime marcescere. *Res spectatissime administrare* Ammian. 28, 18.

SPECTATIO, ōnis. f. [δοκιμασία] Cic. Verr. 3, 180 c. 78 Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant. Primum pro spectatione et collybo: deinde pro nescio quo ceratio. *Hic Probationem significat.* *Add. Id. Cic. Fam. 7, 1, 6. Flor. 2, 7, 3. Quae scenicis moribus per machinationem ad spectationem populo comparantur* Vitr. 10 praef. *Hic idem quod spectaculum.* SPECTATOR, ōnis. m. [θεατής, θεατών, ἐπιότης, ἀπόκτης, δρατής] *Qui ludos, aut aliud quidpiam, animi causa spectat.* Plaut. Amphit. 5, 3, 9 Nunc spectatores, Iouis summi causa, clare plaudite. Cic. Off. 2, 26 c. 8 Spectatoresque se otiosos praebuerunt Leucriciae calamitatis? Grata nouitate morandus spectator Hor. A. P. 223. Caeli siderumque Liu. 24, 34. *Equorum spectator* Ouid. Amor. 3, 2, 7. *Al. Agitator.* Ter. Eun. 3, 5, 18 Quum ipsum me noris, quam elegans formarum spectator siem. *Vbi Donatus: Spectator elegans est, Qui sit cunctantis et fastidiosi iudicii: cui non quid placet facile: Spectator Probator: ut Spectatores pecuniae dicuntur. Ineptiarum alicuius constituere testem et spectatorem* Cic. de Orat. 1, 112. *Laudis spectator et gloriae auditor* Idem pro Domo 64. *Laudum alicuius spectator* Idem Fam. 2, 6. *Officiorum cuiuspiam diligens spectator* Idem de Petit. Conf. 18. *Operum multorum spectator* Ouid. Met. 12, 187. *Re-rum superarum atque caelestium spectator* Cic. de Nat. Deor. 2, 140 c. 56. *Superbi spectatoris fastidia* Hor. Epist. 2, 1, 215.

SPECTATRIX, icis. f. [θεατριά] Plaut. Merc. 3, 4, 12 Diuimatque hominum quae spectatrix atque hera eadem es hominibus. *Posteritas incorrupta praeteritorum solet esse spectatrix* Ammian. 30, 26. *Scelerum spectatrix turba* Lucan. 3, 129. *Conf. Sen. ad Marc. c. 18.*

SPECTATĪVVS, a, um. Adi. [θεωρητικός] *Cui conspectatio sola proposita est.* Quintil. 3, 5 *Vt illa sit spectatiuae partis, haec actiuae.* *Conf. Mart. Capella 3 p. 51.*

SPECTATVS, ūs, vel SPECTATVM, i. n. *Miserum funestumque spectatum adspexi* Apul. Met. 4 p. 484 *Stew. Elmenb. p. 151 leg. spectamen: Conf. eiusd. Emendatt. p. 197.*

SPECTABILIS, e. Adi. [θεατός, ἀξιοθέατος] *Spectatione dignum et admiratione.* Plin. 11, 14 Aliubi enim faui cera spectabiles gignuntur. Ore placido spectabilis Ouid. ex Ponto 2, 2, 81. *Campus spectabilis vndique, Qui ex omni parte potest spectari* Ouid. Met. 3, 704. *Corpus spectabile, Quod videri potest, conspicuum* Idem Trist. 3, 8, 35. *Facie spectabilis puer* Idem Fast. 4, 223. *Heros spectabilis* Idem Met. 7, 496. *Opus spectabile* Valer. Argon. 1, 428. *Apul. Flor. c. 15 p. 791 Floridi Magna vis aeris — veterrimo et spectabili opere.* Id. Met. 10 p. 347, 1 *Flor. Venus — tenui pallio bombycino inumbrabat Spectabilem pubem, spectari dignam, vel quae per nebulam illam lineam spectari tamen posset.* *Signum spectabile, Statua digna quae spectetur* Iuuen. Sat. 8, 110. *Victoria pulchra et spectabilis* Tacit. in Vita Agric. 34, 4.

Spectabilis erat honoris titulus senatorum secundi ordinis: v. g. l. 3 Dig. de Off. Praef. Vig. Vid. I. Gothofredi Notitia dignitatum Cod. Theod. p. 21 seq.

SPECTABILITAS, ātis. f. *Dignitas senatoris, spectabilis appellati.* In officio spectabilitatis tuae Imp. 12 C. t. 26 l. 1. *Add. 9 C. t. 27 l. 5.*

SPECTACVLVM, i. n. [θίαμα Gloss. Lat. Gr. spectacula, θεωπίου ibid.] *Id. quod spectatur, ut Ludii theatrales s. scenici, Circenses, Gladi-*

*diatorii. Exstat libellus Martialis de Spectaculis, quo celebrat tum ipsum Amphitheatrum, tum alia, quae Domitianus spectanda in illo praestitit. Tertullianus libro de Spectaculis monet Christianos, ne illis corrumpi se patiantur. Antiquitatem tractat Lips. in Saturnalibus, it. de Amphitheatro, etc. Virg. ap. Donatum in vita, Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane. Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit Virg. Aen. 6, 37. i. contemplatio picturarum sculpturarumue imaginum Daedali. Plin. in Paneg. 46 Obtinuit aliquis, vt spectaculum pantomimorum populo Romano tolli pateretur. Cic. de Fin. 5 c. 18 Vt pompa, ludis atque eiusmodi spectaculis teneantur, etc. Idem Verr. 3, 5. Constituitur in foro Laodiceae spectaculum acerbum et miserum, et graue toti Asiae prouinciae, vid. MISER. Liu. 1, 25 Itaque ergo erecti, suspensique in minime gratum spectaculum animo intenduntur. Add. 1, 28 Auertere omnes a tanta foeditate spectacula oculos. Populi sensus maxime theatro et spectaculis perspectus est Cic. Att. 2, 19. Idem Q. Frat. 2, 10 in fine, De Republ. nimium te laborare doleo, et meliorem ciuem esse quam Philocteten, qui accepta iniuriæ, ea spectacula quærebat, quæ tibi acerbæ esse video. Philoctetes volebat videre perire suos ciues, Quinto hoc dolebat. Homini non amico nostra incommoda spectaculo Esse nollem Cic. Att. 10, 2. In scenam prodire et populo Esse spectaculo Nep. Praef. n. 5. Admiranda spectacula leuium rerum Virg. Georg. 4, 3. Annua spectacula Ouid. Fast. 5, 295. Apparatissimum spectaculum Cic. Philip. 1, 36 c. vlt. Meridianum spectaculum et Matutinum in arena Sen. Epist. 7. vid. Lips. ad b. l. Magnam spectaculum Hor. Serm. 1, 6, 21. Amantur scenæ spectacula Ouid. de Arte Am. 3, 351. Concelebrare spectaculum, vid. CONCELEBRO. Excitatus est plausus ex omnibus spectaculis Cic. pro Sext. 124 c. 58. Indicere spectacula, vid. INDICO. Circuitus Solis et Lunæ præbent hominibus spectaculum Cic. de Nat. Deor. 2, 155 c. 57. Rerum caelestium spectaculum ad hominem solum pertinet Idem de Nat. Deor. 140 c. 56. ¶ 2 Spectaculum, Locus unde spectatur. Liu. 1, 35 extr. Loca diuisa patribus equitibusque, vbi spectacula sibi quisque faceret, fori dicti. Patremfam. deductum e spectaculis in arenam, canibus obiecit Suet. Domit. c. 10. Resonant spectacula plausu Ouid. Met. 10, 668. Desidere in spectaculo Sen. Epist. 7. Exoritur ventus turbo, spectacula ibi ruunt Plaut. Curcul. 5, 2, 47. Cunei et gradus spectaculorum Vitruv. 5, 16. Conf. Calpurn. Ecl. 7, 23. Sueton. Cal. c. 35 Ita se proripuit e spectaculis. Huc referas, quod sollemni metonymia ponuntur Spectacula pro ipsis spectatoribus. Spectacula tantæ Ambæ acies virtutis erant Sil. 8, 597. Conf. Drackenb. h. l. et 2, 230.*

**SPECTAMEN**, i. n. *Idem quod specimen.* Plaut. Men. 5, 6, 1 Spectamen bono seruo id est, qui rem herilem procurat, videt, collocat. Funestum, memorandum Apul. Met. 4 p. 151. et 7 p. 193. Intelligibilia illa disciplinarum spectamina Augustin. Soliloqu. 1, 8. Conf. ib. 1, 5 extr.

**SPECTAMENTVM**, i. n. Spectacula, loca sunt, vnde spectamus: spectamenta, quæ spectantur Corn. Fronto de Differ. voc. p. 2203 Putsch.

**SPECIVM**, i. n. [*μήλη*] Instrumentum teres et paruum, quo medici ad tentandum vulnere ac fissularum viam et profunditatem vtuntur. Pacuvius, Vt medici faciunt, qui peius specio vulnus tentant. Sic Perott. Cornu Cop. p. 188. Certe inde potest ductum esse Specillum, de quo post SPECVLVM.

**SPECTABILIS**, **SPECTACVLVM**, **SPECTATOR**, **SPECTATVS**, **SPECTIO**, **SPECTO**, vid. SPECIO.

**SPECTRVM**, i. n. [*φάσμα, ἑδῶλον*] Spectra sunt, quæ Graece Idola dicuntur. h. e. Simulacra et imagines rerum intellectui occurrentium. Cic. Fam. 15, 16 Fit enim nescio quid, vt quasi coram adesse videre, quum scribo aliquid ad te, neque id κατ' ἑδῶλων φαντασίας, vt dicunt tui amici noui, qui putant etiam διανοητικὰ φαντασίας spectris Catianis excitari. Nam ne te fugiat, Catius insuper Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille Gargettius, etiam ante Democritus, ἑδῶλα, hic spectra nominat. His autem spectris etiam si oculi possent feriri, quod vel iis ipsa occurrunt: animus qui possit, ego non video. Doceas tu me oportebit, quum saluus veneris, in mea potestate vt sit spectrum tuum, vt simulac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat, neque solum de te, qui mihi haeres in medullis, sed si insulam Britanniam coepero cogitare, eius ἑδῶλον mihi aduolabit ad pectus. Add. Fam. 15, 19. Geil. 5, 17. Ex his imaginibus fiunt visa, id est phantasiae: quorum in Academicis longa est disputatio apud eundem.

**SPECVLA**, ac. f. [*σκοπή, σκοπιῶν, ἀποπτος, περιωπή*] Accipitur pro Loco edito et eminenti, vnde aliquid longe videri et inspicere potest; siue sit mons, siue turris, siue lapis, siue arbor, siue quid aliud eminens. Virg. Ecl. 8, 59 Praecepta aërii specula de montis in vndas Deferar. Ouid. Epist. 18, 12 In speculis omnis Abydos erat. Cic. Verr. 5, 93 c. 35 Non enim sicut antea consuetudo erat, praedonum aduentum significabat ignis e specula sublatus, aut tumulo. Specula et Speculum sicut genere, ita significantia differunt. Nam Specula, despicientiam significat; Speculum, quo imago redditur Nonius 5, 47. Alta specula Virg. Aen. 3, 239. Pars accusationis duplex fuit, vna, regem semper in speculis fuisse, cum a te animo esset alieno Cic. pro Deiot. c. 8. Conf. Claud. de B. Get. v. 568. Id. de B. Gild. v. 249. c. not. Barth. Cic. Att. 9, 32 Satius esse existimo vos dispertitos, et in speculis esse. Ex specula prospicere tempestatem futuram Cic. Fam. 4, 3 al. prospicere. Virg. Aen. 4, 586 Regina et speculis vt primum albescere lucem, Vidit, etc. Conf. Plaut. Cal. 2, 4, 27. et Pers. 2, 5, 9. Colum. 7, 3. Plin. 35, 14. Solin. c. 11. Curt. 9, 9, 23. ¶ 2 Specula, Dimin. a Spe, vid. SPES.

**SPECVLOR**, āri. [*θεωρέω, διοπτρεύω, κατασκέπτομαι, ἀποκαρδοπέω*] a Specula fit, quasi e specula prospicere, vel, vt aliquid videas intendere. Plaut. Most. 2, 1, 82 Concedam a foribus huc: hinc speculabor procul, vnde aduenienti sarcinam imponam seni. Quem dum speculatur, aduentus eius causa cognoscitur Nep. 14, 4, 4. Cic. in Catil. 1, 6. Multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient. Idem Verr. 5, 160 Tum iste se comperisse ait, eum speculandi causa in Siciliam ab ducibus fugitiuorum esse missum. Conf. Plaut. Aul. 4, 1, 19. Virg. Aen. 1, 516. 5, 515. 11, 853. Curt. 4, 12, 18. et 8, 11, 21. Colum. 6, 35. et 8, 8. Obitus et ortus signorum speculamur Virg. Georg. 1, 257. Acriter speculari offensas principum Tacit. Hist. 3, 38. Infidiari et speculari Cic. de Orat. 1, 173 c. 30. Mente ambigua fortunam seditionis alienae speculabantur Tac. A. 1, 31, 3. Conf. Idem H. 3, 79, 5. Obsidere et speculari Cic. pro Flacc. 57. Perscrutari et speculari Idem Tuscul. 5, 9. ¶ 2 Per speculum intueri: Speculabatur illam libidinem oris sui, spectabat sibi admisos in omnia viros Sen. Qu. Nat. 1, 16.

SPECVLĀTVS, a, um. Partic. Vell. Paterc. 2, 118, 2. Haud imprudenter speculatus. Equae speculatae deformitatem suam Colum.

6, 35. Rhodii dubia fide speculati fortunam Vell. 1, 9, 2. Add. Idem 2, 120, 4.

5 Horat. 1. *speculis ornatum*. ¶ 2 Speculatum cubiculum Auctor vitae. ¶ 3 Speculatus pro Speculatore. Vet. Gloss. Speculatus *κατάσκοπος* et *ὁ ἀποκαταλιζών* apud Salmas. ad Vopisc. p. 786, 6 Hack. ubi plura id genus recenset.

SPECVLĀTVS, ūs. m. [*Σειρήσις*] Plin. 10, 73 Feles quam occulto speculatu in musculos exsiliunt.

10 SPECVLATIO, ōnis. f. Ammian. 26, 10 Speculationibus doctus. Conf. Idem 27, 2.

SPECVLĀMEN, īnis. n. Prudent. Apoth. v. 20 — Hebes intuitus speculamine glauco.

SPECVLATOR, ōris. m. [*σκοπός, ἐπίσκοπος, κατάσκοπος, ἐρευνητής, δίοπτης*] Qui speculatur, inspicit, explorat. Cic. de Nat. Deor. 1, 84

c. 30 Non pudet igitur Phycicum, id est Speculatorem venatoremque naturae, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis?

Idem de Nat. D. 2, 140 c. 56 Nam oculi, tanquam speculatores, altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere.

20 Quid. Tr. 3, 9, 11 Quem procul ut vidit tumulto speculator ab alto. Min. Fel. 32, 9 Deus speculator omnium, a quo nullum potest esse secretum. Prud. Cathem. 2, 105 Speculator adstat desuper, Qui nos diebus omnibus Actusque nostros prospicit. Liu.

31, 24 Et respondisset (*euentus*) ni speculator (*hemerodromos* vocant

25 Graeci,) ingens die vno cursu emetientes spatium contemplatus regium agmen e specula quadam, praegressus nocte media Athenas peruenisset. Sic Sen. Qu. Nat. 4, 6 *Χαλαζοφύλακες* speculatores futurae grandinis.

In his duobus exemplis conuenit definitio Varron. de L. L. 5, 8 p. 61, 11 Speculator, quem mittimus ante, ut respiciat quae volumus. Sic

30 Caef. B. Gall. 2, 11 Hac re (*fuga hostium*) Caesar statim per speculatores cognita, insidias veritus, quod, qua causa discederent, nondum perspexerat. Tales sunt Curt. 3, 8, 17. 4, 9, 15.

¶ 2 Illi sic dicuntur, qui cum nocendi voluntate, sed dissimulata, hostium res et consilia explorant, exosum proinde nomen, et cum perfidiae nota coniunctum.

35 Cic. Verr. 5, 164 c. 63 Gaium istum, quem repentinum speculatorem fuisse dicis, ostendam in lautumias Syracusanas a te esse coniectum. Sic iratae mulieris conuicium est Prop. 2, 22, 31 Matutinus speculator amicae. Liu. 40, 7 Ad has excipiendas voces Speculator ex conuiuio Persei missus. — Vtraque domus speculatorum et proditorum

40 plena erat. Sic Cic. pro Dom. 18 c. 8 Communium miseriarum speculator. Et Diu. in Caec. 51 c. 16 Reformidat, i. non admittit, cauet, speculatorem diligentia mea. Virg. Aen. 12, 349 Castra ut Danaum speculator adiret Ausus Pelidae pretium sibi poscere curus. Tales sunt Hirt. de B. Afr. 35. et A. de B. Hispan. 14.

45 Sueton. Aug. c. 27 Pinarium equitem Rom., curiosum et speculatorem ratus, coram confodi imperauit. Tales frustra ab Exploratoribus distinguit Festus in Explorare. v. v. ¶ 3 Fuit genus militiae Romanae sub Imperatoribus exortum, expeditum, ad ministeria obseruandi, nuntiandi, etiam supplicia sumenda adhibitum. Iam Antonii Triumviri numus inscriptionem habet COHORTIS SPECVLATORVM, apud Spanb. de Vsu et Pr. Num. Tom. 2 p. 233. Inueniuntur Grut. 540, 10 SPECVL. COH. i. Speculator Cohortis, et SCHOLA SPECVLATORVM LEG. 5 et 11. p. 169, 7 etc. quibus iam usus est Lipsius ad Tac. Hist. 1, 24 ubi etiam Marcellus Donatus diligenter de illis egit, et illud ostendit praesertim, Speculatores esse in libris optimis non Spiculatores: Speculatores autem dictos, quod circumspicere et Speculari diligenter inberentur, ne quid insidiarum feret ei, quem tueri iussi fuerant etc. Tac. Hist. 2, 11 Ipsum Othonem comitabantur Speculatorum lecta corpora, cum caeteris Praetorianis cohortibus veterani e Praetorio, classicorum ingens numerus. Et

50 c. 33 Is primus dies Othonianas partes afflixit. Namque et cum ipso Praetorianum cohortium et Speculatorum, equitumque valida manus discessit. Idem Hist. 1, 25 Barbium Proculum tesserarium Speculatorum, et Veturium optionem eorundem memorat. Add. 1, 27, 4.

65 Suet. Claud. c. 36 Neque conuiuia inire ausus est, nisi ut Speculatores (*haec optimorum librorum lectio, al. Spiculatores*) cum lanceis circumstantent. Recte igitur Suidas, *σπεκλάτωρος τῆ δουροφόρα*. Id. in Galba 18 Descendentem Speculator impulsu turbae lancea prope vulnerauit. Ad nuntiandum adhibitos Speculatores, probaretur ex Sueton. Calig. c. 45 si satis constaret de lectione. Burmannus ita: Magnificas Romam literas misit, monitis Speculatoribus, ut vehiculo ad forum usque et curiam pertenderent, nec nisi in aede Martis, ac frequente Senatu, Consulibus traderent. Et sane ita optimi quique libri. Et fauet Tac. Hist. 2, 73 Vix credibile memoratu est, quantum superbiae scordiaeque Vitellio accesserit, postquam Speculatores Syria Iudaeaque ad actum in verba eius Orientem nuntiauerunt. Hi profecto non furtiuu exploratores: sed nuntii publici. Interim sunt, qui defendant in Suetonii loco Saepe latores. ¶ 4 Ad supplicia exigenda adhibitos Speculatores milites, docet Sen. de Ira 1, 16 Tunc centurio supplicio praepositus condere gladium Speculatorem iubet. Idem de Benef. 3, 25 Bello civili proscriptum dominum seruus abscondit: et — Speculatoribus occurrit, nihil se deprecari, quo minus imperata praeferent, dixit, et deinde ceruicem porrexit. Vlpian. l. 6 D. de Bonis damnator. Neque Speculatores vltro sibi vindicent, neque optiones ea desiderent, quibus spoliatur, quo momento quis punitus est. Add. Firmicus 8, 26. Tertull. ad Vx. 2, 5. Hinc Vet. Gl. Speculator *κατάσκοπος, ἀποκαταλιζών*. Vfus etiam D. Marcus Euangel. 6, 27. ¶ 5 Etiam Episcopi ex origine vocis Speculatores dicti, obseruante Barthio ad S. Galli sermonem Constantiae habitum.

70 SPECVLĀTRIX, īcis. f. [*ὄπτειρα*] Cic. de Nat. Deor. 3, 46 c. 18 Furiae deae sunt, speculatrix credo et vindices, et facinorum et sceleris. Stat. Silu. 2, 2, 3 Celsa Dicarchaei speculatrix villa profundi. Ne hac puella speculatrix esset, et piratis omnes occasiones

95 indicaret Sen. Contr. 1, 6. Fida speculatrix utilitatis Apul. de Philos. p. 70. Speculatrix pupula molli Subdita palpebrae est Prudent. Hamart. v. 308.

SPECVLĀTRIVS, a, um. Adi. [*κατάσκοπικός*] Quod ad speculatorem pertinet: ut, Speculatoria nauigia, Quibus in mari speculamur quid fiat. Caef. Bell. Gall. 4, 26. Liu. 30, 10. et 35, 26. Inde

duae Massiliensium speculatoriae praemissae retulerunt, etc. Liu. 22. Speculatoria caliga Suet. Calig. c. 52. Tertull. de Cor. Milit. c. 1. Speculatoriam morosissimam de pedibus absoluit, int. Caligam. Sermo est de milite exauctorato et tracto ad supplicium.

100 SPECVLĀTORIVM, i. n. i. *specula*. Nuntii, speculatoriorum incen-

incensores assidui Apul. de Mundo. Conf. Elmenh. Emend. ad p. 69 extr. Voss. Etym. f. 484.

SPECVLABILIS, e. Adl. Stat. Theb. 12, 624 Linquttur Eois longe speculabile proris Sunion, quod conspici potest.

SPECVLABVNDVS, a, um. Adl. Tac. Hist. 4, 50, 5 Adrumeto, vbi speculabundus substiterat, ad legionem tendit. i. speculandi causa. Suet. in Tiber. c. 65 Aptatis etiam nauibus ad quascunque legiones, meditabatur fugam, speculabundus ex altissima rupe identidem. b. e. Subinde speculans. Quam cum speculabunda cognosceret Mart. Capella 2 p. 27.

SPECVLVM, i. n. [κατοπτρον, εἰσοπτρον] In quod inspicimus, ac speciem, id est imaginem nostram contemplanur. Plaut. Mostel. 1, 3, 92 Mulier quae se, suamque aetatem spernit, speculo elusa est. Quid opus speculo tibi, quae tute speculo speculum es maximum? Ter. Adelph. 3, 3, 61 Inspicere tanquam in speculum vitas omnium iubeo. 15 Cic. de Vniuers. 42 Id fit, quum speculorum laeuitas hinc illincque altitudinem assumit, et ita dextra detrusit in laeuam partem oculorum, leuaque in dextram. De speculis antiquorum vid. Sen. Qu. Nat. 1, 4 et seqq. inpr. 16. Apul. Apol. p. 282. Aufon. Epigr. 55

Lais anus Veneri speculum dico: dignum habeat se Aeterna aeternum forma ministerium.

At mihi nullus in hoc vsus, quia cernere talem

Qualis sum nolo, qualis eram nequeo.

Speculum tenere Iunoni, ut, lintea et strigiles Ioui ferre superstitioni solebant Sen. Epist. 96. Ex eiusdem de superstitione Augustinus

de C. D. 6, . . . Sunt quae Iunoni ac Mineruae capillos disponant longe a templo, non tantum simulacro stantes, digitos mouent ornatum modo, sunt quae speculum teneant. Apul. Met. 11 p. 261, 11 in pompa Isidis, Mulieres candido splendentes amicimine, vario laetantes gestamine — aliaeque nitentibus speculis pone tergum reuer-

sis, venienti deae obuium monstrarent obsequium: et quae pectines eburneos ferentes gestu brachiorum flexuque digitorum, ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent. Imago speculi Lucret. 4, 280. Nobile speculum gemmato auro Stat. Silu. 3, 4, 94.

Consulere speculum Ouid. de Arte Am. 3, 136. Intueri vitam in speculo Cic. in Pison. 71 c. 29. Conf. Petron. c. 128 et 129.

Tertull. de Hab. Mul. c. 1. et adu. Hermog. c. 40. Vlpian. D. 34 t. 2 l. 25 §. 10. Metaphor. Cic. de Fin. 2, 32 Nec tamen argumentum hoc Epicurus a paruis petiuit, aut etiam a bestiis, quae putat esse specula naturae.

¶ 2 Speculum in rosa, vid. SPICVLVM, n. 3. ¶ 3 Speculum, angulus, vid. sub SPECVS.

SPECILLVM, i. n. Dimin. [μικλωτις, μίλην] Instrumentum chirurgicum, ad pertusanda, et curanda loca natura vel vitio caua re-

pertum: cuius primitium ex fide Perotti dedimus p. a. SPECIVM. Cornel. Cels. 5, 28 de fistulis et earum curationibus, Ante omnia autem specillum dimitti in fistulam conuenit, ut quo tendat, et quam alte per-

ueniat, scire possimus. Idem 7, 7 Igitur aduersum specillum inferendum, diducendaeque eo palpebrae sunt. Add. Idem 5, 26.

7, 4. 7, 25. 8, 2. Asperato specillo eradunt palpebras Cels. 6, 6. Specillum lana inuolutum Cels. 6, 8. Terere medicamen-

tum adiecto specillo Cels. 6, 7. Specillum oricularium f. auricularium, quod curandis auribus adhibetur Cels. 6, 7, 7. it. 6, 7, 9.

Plin. 7, 53 Per oculum specillum trahens, exspirauit. Passim illo utitur Scribon. Vid. Ind. Rhodii. Quin ipse Varro de L. L. 5, 8

Hinc quo oculos inungimus, quibus specimus, specillum. Cic. de N. D. 3 c. 22 Aesculapiorum primus — qui specillum inuenisse primusque vulnus dicitur obligauisse.

SPECILLATVS, a, um. Adl. Patina argentea specillata Vopisc. in Probo c. 4. Add. Plin. 33, 9. Salmas. malit Specellata. 60

Specillata potest esse polita, ut Speculi vicem praebere queat.

SPECVLAR, SPECVLARE, vel SPECVLARIVM adeo, certe in obliquis Casibus, res translucida, ut cornu, ut squama lapidis specularis, aut vitri tabula, quae lucem transmittat. Tertullian. de Anima c. 53

Velut per corneum speculari obsoletior lux rerum est: in eadem re Plinius 35, 10 Lapidem speculari, ut ostendimus, appellat. Senecae

aetate res noua erat Specularibus munire quaedam loca deliciarum causa. Hoc ipse docet Epist. 90 Quaedam nostra demum prodisse memoria sci-

mus, ut speculariorum vsus, perlucante testa clarum transmittentium lumen. Idem Epist. 86 Quantaec nunc aliqui rusticitatis damnant

Scipionem, quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat! Et Nat. Qu. 4, 13 Quamuis coenationem velis ac specularibus muniant. Et de Prouid. 4 Quem specularia semper ab

adflatu vindicarunt. Mature in hortos translata sunt. Plin. 15, 16

pr. In vniuersum de pomis seruandis praecipitur — Septentrionalibus fenestris sereno die patere: austros specularibus arcere. Et

19, 5 pr. Cucumis — mira voluptate Tiberio expetitus. Nullo quippe non die contigit ei, pensiles eorum hortos promouentibus in

folem rotis olitoribus, rursusque hibernis diebus intra specularium munimenta reuocantibus. Accepit forte a Columella 11, 3, 52

Possunt etiam, si sit operae pretium, vasis maioribus rotulae subiecti — sed nihilo minus specularibus integri debent — Hac

ratione fere toto anno Tiberio Caesari cucumis praebebatur. De hoc genere Martial. 8, 14

Pallida ne Cilicum timeant pomaria brumam, Mordeat et tenerum fortior aura nemus:

Hibernis obiecta notis specularia puros

Admittunt Soles, et sine faece diem.

At mihi cella datur non tota clausa fenestra,

In qua nec Boreas ipse manere velit.

Sic habitare iubes veterem, crudelis, amicum?

Arboris ergo tuae tutior hospes ero.

Add. 8, 68 vbi Condita perspicua viuit vindemia gemma. Plin. Epist. 2, 17, 4 de porticibus, Egregium haec aduersum tempestates receptaculum: nam specularibus, ac multo magis imminentibus tectis

muniantur. Ibid. f. 21 Zothea specularibus et velis obductis re-

ductisque modo adicitur cubiculo, modo aufertur. Pallad. 1, 20

pr. Olearis cella — fit — contra frigus munita, ut illi per specularia debeat lumen admitti. Sympos. Aenig. 67 lemma est Specular, al. de vitreo Specular: de Salmasii sententia ad Solin. p. 771, a.

Vitrium, Specular. Aenigma autem f. epigramma ipsum tale,

Perspicior penitus, nec luminis arceo visus,

Transmittens oculos intra mea membra meantes:

Nec me transit hiems, sed Sol tamen emicat in me.

*Lecticis etiam adhibita esse Specularia, docet Iuvenal. 4, 21 Magnae si misit amicae Quae vehitur clauso latis specularibus antro.* Vlpian. l. Quaesitum 12 §. Si domus 16 de Instructo, Pegasus ait, Instrumentum domus esse — non quod voluptatis gratia paratur: itaque neque specularia neque vela, quae frigoris (*arcendi*) causa, (*nim. specularia*) vel umbrae (vela) in domo sunt, deberi (si domus sit instrumentum legatum).

**SPECULARIS, e. Adi.** *A Speculando et videndo, translucidus, lucem et visum adeo transmittens.* Tertull. Apol. 35 Iam si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam natura obduxisset, cuius non praecordia insculpta apparerent etc. *Nihil nobilius Lapide speculari, de quo locus classicus Plin. 36, 22 c. 45* Specularis (quoniam et hic lapis nomen obtinet) finditur in quamlibet tenues crustas. Hispania hunc olim ceterior tantum dabat (*quod monet etiam 3, 3 ubi ceterior Hispania scateret specularibus lapidibus dicitur*) — iam et Cypros, et Cappadocia, et Sicilia — Maiori parte fossili natura, — nunquam adhuc quinque pedum longitudine amplior. — In lapidem concrefcere manifesto apparet, quod cum ferae decidere in puteos tales, medullae in ossibus earum in eandem lapidis naturam figurantur. — Nec senescit, si modo iniuria non arsit. — Invenire et alium usum in ramentis quoque, Circum maximum ludis Circensibus sternendi, ut sit in commendatione candor. *Conferre huic lubet Ex lapide speculari pulverem tritum, quo triclinium Trimalcionis spargitur* Petron. c. 68. *Item E speculari lapide gypsum optimum* Plin. 36, 25 f. 59. *Idem 31, 7 f. 39 Sal natiuus in Cappadocia caeditur specularium lapidum modo.* Plin. 21, 14 f. 47 *de Aluearibus f. aluis apum, Multi eas et e speculari lapide fecere, ut operantes intus spectarent.* *Idem 35, 10 f. 36, 18 de Apelle, Absoluta opera atramento ilinebat ita tenui — ne colorum claritas oculorum aciem offenderet, velut per lapidem specularem intuentibus e longinquo.* *Erudite Tertull. de Anima c. 53 Velut per corneum specular obsoletior lux rerum est.* *Squama lapidis specularis est* Plin. 36, 25 f. 59. *it. 9, 35 f. 56.* *Vid. de hoc lapide Salmas. ad Solin. p. 183 et 771.* *Graecas appellationes et descriptiones persequitur Keuchen. ad Sammon. 376 ubi de eius usu medico ad sistendum cruorem.* ¶ 2 *Ex notione Speculae legebatur olim* Plin. 7, 56 Specularem significationem inuenit Sinon: *Sed Hard. ex MSS. Specularum.*

**SPECULARIVS, i. m.** [*σπεκλοποιός* Gloss. Lat. Gr.] *Qui specula facit; qui fenestris specularia ad arcendum hieme frigus componit.* Vid. Vlp. in l. Quaesitum §. Si domus De fundo instructo. *Meminit et Iustinian. l. 10 Codicis.* *Add. Cod. Theodos. 13, 4.* ¶ 2 *Specularios vocant, qui in corporibus leuigatis et tersis, ut sunt lucidi enses, pelues, cyathi, speculorumque diuersa genera, diuinant* Sarsiber. 1, 12.

**SPECVS, ūs. m. et f. et SPECVS. n.** *Indecl.* [*σπέος, σπήλαιον*] *Spelunca.* Vlp. l. 1 §. 3 *De riuis, Specus autem est locus, ex quo despicitur. Inde spectacula sunt dicta.* *Etymologiam qualemcunque indicat, et docet ab eadem origine esse, unde Spectaculum: quamquam ne id quidem satis certum, cum forte melius a Graeco σπέος ducatur.* *Quod autem dicit, ex quo despicitur, melius forte esset omitti τὴν ex, legique, quo despicitur.* Plin. 8, 36 *Specus si non habuere, ramorum fruticumque congerie aedificant, impenetrabiles imbribus, mollique fronde constratos.* *Ingens specus in latere exesi montis* Virg. Georg. 4, 418. *Est specus in medio siluis et vimine densus* Ouid. Met. 3, 29. *Ex infimo specu* Liu. 1, 56. *Specu facto ad stationes Rom. itinere occulto perueniunt* Idem 10, 10 *pr.* *Per occultos specus* Tacit. Ann. 15, 69, 1. *Suffossi specus vestigium* Curt. 9, 8, 14. *Aonii specus* Catull. in Epithal. Iul. f. 59, 28. *Specus Herculi facer* Mela 1, 5. *Tabificam expirat sanienem specus vltima* Sil. 6, 276. *i. Postrema concavitas alui serpentis.* *Specum quandam nactus remotam latebrosamque, etc.* Gell. 5, 14. *Aduenio in scruposam specum* Accius apud Non. 3, 194. *Fodere, Agere specum* Vitr. 8, 7. *et 10, 22.* *Specus opposita, quo aqua de via abiret* Cato. *Defossae specus* Virg. Georg. 3, 376. *Hic specus horrendum, etc.* Virg. Aen. 7, 568. *Inuisum caelo specus* Sil. 13, 425. *Specis, pro Specubus, Antiquum.* *Acc. Alcmaeone, Quod dii interdum inferam penitus depressum altis clausere specis?* Nonio 8, 31.

**SPECVLVM, i. n.** *Angulus.* *In speculo falsitatis se occulere* Paulinus Aquilei. ap. Barth. Adu. 43, 11.

**SPAGMA, atis. n.** *Palea quaedam, et ramenta aeris.* Plin. 34, 13. *Harduin. putat legendum esse Psephna.*

**SPELAEVM, i. n.** [*σπήλαιον*] *Idem.* Virg. Ecl. 10, 52 *Certum est, in siluis inter spelaea ferarum Malle pati.* *Spelaeum, sanctae requies ubi parta fauillae est* Prudent. Tetrastr. 5. *Conf. Tertull. de Cor. Mil. c. 15.* *Metuenda ferarum spelaea* Claud. de Bell. Get. 354.

**SPELVNCA, ae. f.** [*σπήλαιον, ἄντρον*] *Rupes excavata.* Virg. Aen. 6, 237 *Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu, Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris.* Cic. Tusc. 1, 36 *Per speluncas saxis fructas aspexis.* *ex Poeta.* *Idem Verr. 4, 107 c. 48 Etenim propter est spelunca quaedam, conuersa ad Aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse.* *Atrae speluncae* Virg. Aen. 1, 64. *Viridis spelunca* Propert. 3, 3, 27. *Cic. de Fin. 2, 95 At iam decimum annum in spelunca iacet.* *Perdere aliquid ad speluncas* Idem pro Flacc. 39.

**SPELVNCŌSVS, a, um. Adi.** *Cael. Aurel. Acut. 2, 37 Loca speluncaosa.*

**SPERABILIS, SPERATIVS, etc. vid. SPES.**

**SPERCHEVS f. SPERCHIVS, i. m.** [*Σπερχειός*] *Thessaliae fluuius, ortus in iugis Pelii montis, et velocissimo cursu in Maliacum sinum defluens.* *Auctor Strab. 8.* Virg. Georg. 2, 487 *Sperchiusque, et virginibus bacchata Lacaenis Taygeta.* *Minax Sperchius* Stat. Theb. 4, 838. *Populifer Sperchius* Ouid. Met. 1, 579.

**SPERCHIONIDES, ae. m. Patronym.** [*Σπερχειονίδης*] Ouid. Met. 5, 86 *Caucaseumque Abarim, Sperchionidemque Lycetum.*

**SPERCHIAS, adis. f. Patronymic.** [*Σπερχειάς*] Ouid. Met. 2, 250 *Aestuatur Alphaeus, ripae Sperchiades ardent.* *Vndae Sperchiades* Ouid. Met. 7, 230.

**SPERMA, atis. n. Semen.** *Spermata in terram effundere* Sulpic. Seu. 1, 11. *Graecum est σπέρμα.* *Hinc*

**SPERMATICVS, a, um. Adi.** *Seminales vias Graeci spermaticos poros appellant* Cael. Aurel. Acut. 3, 18, 180.

**SPERNO, sprēui, spretum, ēre.** [*καταφρονέω, ἐξεδενόω, ἐξενέω*] *Fastidire, despiciere, reiicere.* Ter. Eun. 1, 2, 91 *Ob haec facta abs te spernor.* Cic. de Fin. 1, 4 *Qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuui spernat,*



spernat, aut reiciat? Modice spernere, *vid.* MODVS. Animo spernere aliquem Virg. Ecl. 3, 74. Repudiare et spernere aliquem Cic. in Orat. 13 c. 3. Cum huic, qui te spernit, molesta est Idem pro Cael. c. 16. *i. amori tuo non respondet mutuo.* Conf. Brouckhus. ad Tibull. 1, 4, 77. Repelli et sperni a quibusdam Cic. in Orat. 36. Idem de Nat. Deor. 2, 9 Veritas auspicioꝝ sperata est, species tantum retenta. Spernere et parui putare Catull. ad Furium 21, 25. A quibusdam sperni, et pro nihilo putari Cic. Philipp. 13, 21 c. 9. Cibum vilem spernere Hor. Serm. 2, 2, 15. Consilium alicuius spernere Ouid. Met. 6, 30. Diues vicinia spernebat inopes generos Idem Fast. 3, 189. Monentem vera spernere Ouid. Met. 13, 775. Numina diuina spernere Idem ibid. 8, 740. Voluptates spernere Hor. Epist. 1, 2, 55. Sprenere, pro Separare posuerunt veteres. Ennius, Ius atque aequum se a malis sperni procul Nonius 4, 435. Nunc, spes, opes, auxiliaque a me segregant spernuntque se Plaut. Captiu. 3, 3, 2.

SPERNENS, entis. Partic. Spernentem sperne, sequenti Redde vices Ouid. Met. 14, 35.

SPRETVS, a, um. Partic. [*ἀπιδέϊς*] *Vt*, Preces spretae Ouid. Met. 1, 701. Fides spreta Senec. Octau. 6. Spreta exolefcunt Tacit. Ann. 4, 34, 9. Forma spreta Virg. Aen. 1, 27. Spretis omnibus, quae Caesar postulauerat Vell. 2, 49, 5. Legum spretarum reus Ouid. Met. 15, 36.

SPERNENDVS, a, um. [*ἀπίστος*] *Vt*, Polybius haudquaquam spernendus auctor Liu. 30, 45. *quod quantum elogium sit, satis indicat ipse* Liu. 4, 20 *extr.* Iouem — Romulumque intuens, haud spernendos falsi tituli testes. Conf. Colum. 1, 1, 4. Bello haud spernendus Tac. H. 2, 86, 4. Haud spernendae vires Idem ibid. c. 58, 2. *et* c. 81, 1. Tacit. Ann. 14, 40 Marcellus Atinio Pollione proauo clarus, neque morum spernendus habebatur.

SPERNAX, acis. Adi. [*ἀπίστος*] Sil. 8, 465 Ductor Piso viros spernaces mortis agebat. *i. Contemptores mortis.* Nec in admittendo consilio spernax Sidon. Epist. 4, 9.

SPRETOR, oris. m. [*ἐξουθεντής*] *Vt*, Ouid. Met. 8, 613 *Vtque* deorum Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus. Spretor matronalium amplexuum Apul. Met. 3 p. 137. Spretorque morarum Nemesian. Cynege. v. 79.

SPRETVS, us. m. *Contemptio.* Apul. de Deo Socr. p. 43 Insolentissimo spretu Deos negligit. Sidon. 3 *extr.* Spretui maximo est iudiciis otiosorum linguae Latinae proprietates.

SPRETIO, onis. f. *Idem.* Liu. 40, 5 Sermones ad spretionem Romanorum trahebant. *Sic plerique libri, et recepit Gronou. Sententia etiam tale quid postulat: sed est vox alias inaudita: itaque spem, speciem, mentionem substitutum eunt viri docti: inuita sane sententia.*

SPERNVLIS, is. [*καταφρονήτης*] Gloss. Gr. Lat.

SPERNACVLVS, a, um. Adi. *Aliquantum spernax.* Augustin.

SPERO, are. *vid.* SPES.

SPES, spei. f. [*ἐλπίς, ἐλπιώνη*] Cic. Tusc. 4, 80 c. 37 Spes est expectatio boni futuri. Plenus spei bonae atque animi Caes. Bell. Ciuil. 2, 5. Curtius 3 Non securum modo haec vox, sed etiam laetum regem ac plenum bonae spei fecit. Cic. Att. 3, 23 Sin, vt ego perspicio, cum tua coniectura, tum etiam mea spei nihil est, oro, obtestorque te, vt Qu. fratrem ames. Anni spes Ouid. Met. 15, 113. *i. Seges.* Gemelli, spes gregis, Mas et femina: reparatio enim gregis, in sexu vtroque consistit, Seruius ad Virg. Ecl. 1, 15. Spemque gregemque simul Idem Georg. 3, 473. Hominis Scribon. Ep. *i. fetus.* Conf. *Causaub.* ad Pers. p. 202. *Burm.* ad Petron. c. 4. Nulla est spes iuuentutis, sese omnes amant Plaut. Capt. 1, 2, 19. Gentis spes; *de apibus dicitur* Virg. Georg. 4, 162. Spes dubia hominis, *fetus, embryo* Scribon. Epist. Cic. Att. 1, 17 A spe malorum ad mearum rerum laudem conuertissem. Auarae spes Hor. Carm. 4, 11, 26. Adolescentes cum bona spe, *vid.* CVM, Praepositionem. Caduca spes Ouid. Epist. 16, 169. Certissima spes Plin. Epist. 4, 19. *ad Hispulum.* Tranquill. in Claud. c. 3 Verum ne sic quidem quidquam dignitatis assequi, aut spem de se Commodiorem in posterum facere potuit. Credula spes Hor. Carm. 4, 1, 30. Tibull. 2, 7 *pr.* Desperatissima spes Balbus Cic. Att. 9, 8. Diues spes Hor. Epist. 2, 15, 19. Dubia spes, certa desperatione est potior Cels. 7, 16. Dubia spes hominis Scribon. Ep. *i. fetus.* Non dubia spes, *vid.* NON. Exigua spes Cic. Att. 3, 22. Idem pro Flacco c. 2. *Et* Fam. 1, 7 Lentulum eximia spe, summae virtutis adolescentem, cum caeteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui hac erudias. Idem pro Milon. 95 O frustra, inquit, suscepti mei labores, o spes fallaces, o cogitationes inanes meae. Fidissima spes Teucerum Hector Virg. Aen. 2, 281. Cic. Att. 8, 9 Quoniam auctoritate et consilio tuo in spe firmiore sumus. Inmodicae spes Stat. Theb. 6, 691. Inanes spes Quinctil. 6, 2. Incerta spes futuri Virg. Aen. 8, 580. Inconcessa spes Ouid. Met. 9, 638. Indubitata spes, *vid.* INDVBITO. Ouid. Met. 4, 794 Clarissima forma Multorumque fuit spes inuidiosa procorum Illa. *Multi illam sperabant: quo maiores sperandi quisque causas haberet, tanto maiore erat in inuidia.* Irrita spes Ouid. ex Pont. 3, 7, 21. Laeta spes Virg. Aen. 5, 183. Lenta spes, Tarda Ouid. Epist. 2, 9. Hor. Epist. 1, 5, 8 Mitte leues spes, et certamina diuitiarum. Longa spes Hor. Carm. 1, 4, 15. Longinqua spes Stat. Silu. 2, 1, 52. Idem Theb. 12, 339 O vbi venturae spes non longinqua iuuentae. Mera spes, *vid.* MERVS. Minuta hostium spes Tacit. in Vita Agric. 17. Misella spes Lucret. 4, 1090. Mitior spes Tacit. Ann. 5, 15. Obscoenae spes Ouid. Met. 9, 467. Obscura spes, *vid.* OBSCVRVS. Obscura et caeca spes Cic. de Lege Agrar. 2, 65. Pertenuis spes ostenditur Idem Fam. 14 (13) 3. Publica spes Ouid. ad Liu. 365. Stulta spes Idem Fast. 3, 686. Cic. Philipp. 2, 46 Adolescentem summa spe et animi et ingenii praeditum rei familiaris facultatibus. Tenuis spes Cic. Att. 3, 19. Non timida spes, *Certa, firma* Ouid. Epist. 16, 375. Vana spes Quinctil. 6, 4. Spe hac Ter. Adelph. 2, 2, 19. Contra spem, *vid.* CONTRA. Citius spe Ouid. Fast. 4, 606. In spem venire Cic. Fam. 9, 1. *vid.* IN. Inter spem metumque, *vid.* INTER. Supra hominis spem conditionemque Scribon. 122. Dubii inter spem et metum Virg. Aen. 1, 222. ¶ 2 *Verba:* Abiit salutis spes Ouid. Met. 7, 564. Cic. Fam. 11, 11 Ne de Planco quidem spem adhuc abiicit, vt ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt. Idem Verr. 1, 59 Socii vero nationesque exterae, spem omnium tum primum abiicere rerum. *b. e. Desperare coeperunt de suis rebus omnibus.* Abiicere spem faciendi aliquid Cic. de Orat. 2, 132. Ab-

- rumpere spem et metum, *vid.* ABRVMPPO. Abrupta spes e medio Sil. 8, 51. Liu. 35, 45 Nec nisi abscissa omni spe, auxilium Antiochi imploraturus fuisse. Abesse longe a spe Consilatus, Accendere spem, Accingere ad spem maiorem, *vid.* *hb.* *vv.* Addita spes tacitis votis Stat. Achil. 2, 141. Cic. Att. 3, 19 Me tuae litterae nunquam in tantam spem Adduxerunt, quantam aliorum: attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quam aliorum. Idem pro Milon. 79 In spem maximam, et (quemadmodum confido) verissimam Adducti sumus, hunc ipsum annum, *etc.* Cic. Att. 2, 22 In eam spem Adducimur, ut nobis ea contentio, quae impendet, interdum non fugienda videatur. Adduci spe mercedis, *vid.* ADDVCO. Adimere spem Cic. pro Manil. 35. Adnota spes, *vid.* ADMOVEO. Affecta spes legunt quidam Valer. Argon. 4, 300. *al.* Effoeta. *Sed nihil melius lectione MSS. effecta. i. perfecta.* Affectare spem aliquam Ouid. Met. 5, 377. Cic. Fam. 3, 5 Mihi non dubiam spem mei conueniendi Afferebas. Idem Fam. 6, 9 Spem mihi magnam Afferebat summae probitatis, summaeque eloquentiae. Affirmare spem, *vid.* AFFIRMO. Liu. 27, 28 Quum ex insperato obstinatis mori spes Affulsit, *vid.* AFFVLGEO. Agitare animum alicuius spe, metu, admonitionibus, *etc.* Quinctil. 4, 1. Agitare inanes spes Ouid. Met. 7, 336. Cic. in Catil. 1, 30 c. 12 Qui spem Catilinae mollibus sententiis Alterunt, coniurationemque nascentem non credendo corroborauerunt. Alternant spesque timorque fidem Ouid. Epist. 6, 38. Idem ex Pont. 3, 7, 21 Spem iuuet Amplecti, quae non iuuat, irrita semper. *haerere in spe toties fallaci.* Arrectae spes iuuenum Virg. Georg. 3, 105. Tacit. in Vita Agric. 3 Nec spem modo ac votum securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur Assumerit. Cic. pro Muraen. 43 Primum accusandi terrores, et minae, quibus tu quotidie uti solebas, sunt fortis viri: sed et populi opinionem a spe adipiscendi Auertunt et amicorum studia debilitant. Auferre spem Cic. Off. 3, 10. Idem Philipp. 12, 2 Auxerat autem meam quidem spem, credo item vestram, quod domum Antonii afflictam moestitia audiebam, *etc.* Cadit spes ad irritum, *vid.* AD. Calent spe animi Curt. 4, 1, 29. Capere spem de aliquo Quinctil. 1, 1. Captus inani spe Virg. Aen. 11, 49. Cic. Fam. 6, 1 Sed si est spes aliqua rebus communibus, ea tu quicunque status est futurus Carere non debes. Idem de Orat. 1 c. 7 Exierant autem cum ipso Crasso duo adolescentes, et Drusi maxime familiares, et in quibus magnam tum spem maiores natu dignitatis suae Collocarant. Complere aliquem bona spe Caes. Bell. Ciuil. 2. Cic. in Catil. 3, 16 Nunc quoniam Quirites sceleratissimi periculosissimique belli nefarios duces captos iam et comprehensos teneris, existimare debetis omnes Catilinae copias, omnes spes, atque opes his depulsis vrbis periculis, Concidisse. Concipere spem, Concipere aliquid spe, *vid.* CONCIPIO. Cic. Fam. 13, 30 Hanc rem, mi Plance, si effeceris, meam de tua erga me beneuolentia spem Confirmaris. Idem Fam. 14, 4 Si est spes nostri reditus, eam Confirμες, et rem adiuues. Confligit bona spes omnium rerum desperatione Cic. in Catil. 2, 25. Idem Fam. 5, 13 Te enim spes Consolatur. Consolari aliquem spe, Consolari spe inani et tenui, Constituere spem in aliquo, Conuertere in fidem spem alicuius, *vid.* *hb.* *vv.* Credere spem anni terrae, *semina* Virg. Georg. 1, 224. Cic. Philipp. 7, 5 Faucas tu hosti? litteras ad te ille mittat de sua spe rerum secundarum suarum? eas tu lactus proferas? recites? describendas etiam des improbis ciuibus? eorum augeas animos? bonorum spem virtutemque Debilitas? Decerpere spes Quinctil. 6 Prooem. Decidere a vel de spe, *vid.* DECIDO. Spe oblectante Decipi Sen Ep. 8. Cic. Att. 7, 20 Deficit enim non voluntas, sed spes. Defigere spem in cuiusdam potestate Idem pro Flacc. 4 c. 2. Demittere animo spes obscoenas, *i. Concipere, et immittere in animum* Ouid. Met. 9, 467. Depelli spe Liu. 31, 25. Depelli de spe et conatu Cic. in Catil. 2, 14. *vid.* DEPELLO. Deponere spem, *Omittere, perdere* Hor. Serm. 2, 5, 26. Deponere spem in re aliqua Curt. 10. Cic. de Inuent. 2, 112 Si tum, cum spes deseruisset, opitulatus sit. Si Destituat spes Liu. 1, 41. Cic. Fam. 12, 25 Neque solum spe, sed certa re iam et possessione Deturbatus est. Idem Fam. 5, 7 Sed hoc scito, tuos veteres hostes novos amicos, vehementer literis perculsos, atque ex magna spe Deturbatos lacere. Cic. Philipp. 7, 13 Cui cum pridie frequentes effectis assensu, postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti, *vid.* DEVOLVO. Cic. Att. 1, 15 Ille autem regis hereditatem spe Deuorarat: *suam certo futuram sperauerat.* Idem pro Flacc. 57 Amissum est enim praeter spem, quod erat spe deuoratum lucrum. Idem Verr. 3, 135 Iste, qui iam spe et opinione praedam illam deuorasset, *vid.* DEVORO. Deuouere spem Ouid. Epist. 3, 94. Discedit spes Caes. Bell. Gall. 2, 7. Dissoluere spem nuptiarum Vlpian. in l. Si puellae D. de Sponsalibus. Dare aliquid ea spe Vlpian. in l. 3 §. Sed etsi seruus D. de condiēt. caus. dat. Cic. Fam. 5, 4 Litterae Qu. Frat. et Pomponii necessarii mei tantum spei Dederant, ut in te non minus auxilii, quam in tuo collega mihi constitutum fuerit. Dat bona spes vires Ouid. Ep. 11, 61. Dare spem bonae indolis Quinctil. 1, 3. Dare spem dubiae menti Virg. Aen. 4, 55. Datur spes opis Id. Aen. 2, 803. Stat. Silu. 2, 2, 125 Qui pectore magno Spemque, metumque Domas. Cic. de Lege Agrar. 1, 27 Quod si quis vestrum spe Ducitur, se posse turbulentia honori velificari suo, *etc.* Elucet spes plurimorum in pueris Quinctil. 1, 1. Ter. Adelph. 2, 2, 11 Spem pretio non Emo. Erigere spem Cic. pro Domo 25. Erigere ad spem, *vid.* ERIGO. Erectus in spem Tacit. Hist. 1, 4. Cic. in Catil. 4, 8 Adiungit grauem poenam municipibus, si quis eorum vincula ruperit: horribiles custodias circumdat, et digna scelere hominum perditorum sancit, ne quis eorum poenam, quos condemnat, aut per Senatum, aut per populum leuare possit: Eripit etiam spem, quae sola hominem in miseriis consolari solet. Euanesceat spes, *vid.* paullo post Extenuare spem. Euersa spes cum moenibus Ouid. Met. 13, 624. Exardescere ad spem libertatis Cic. Philipp. 4, 16. Idem pro Planc. 55 Alia te ratio, alia cogitatio ad spem huius opprimendi Excitauit. Cic. in Brut. 329 Quum pacis spem a publico consilio esse Exclusam videremus. Idem Att. 3 Ego iam aut rem, aut ne spem quidem Exspecto. Idem Philipp. 10, 19 Magna nos quidem spe et prope Explorata libertatis causam suscepimus. Cic. Att. 3, 14 Posteaquam Extenuari spem nostram et euanescere vidi, mutauit consilium. Idem Att. 2, 16 Tuae litterae quo saepius a me leguntur, hoc spem Faciunt mihi minorem, quam quum latae sunt: tum id, quod attulerunt ad spem, infirmant. Ouid. Epist. 16, 14. Fallere spem alicuius Cic. Fam. 1, 9. Fallit eum spes Idem Diu. in Caec. 4. Fauet spei Plin. 17, 14. *i. spem facit.* Sed ponamus locum non satis, puto, explicatum: agit de surculis s. calamis inferendis: Spei Fauet, medulla calami commissurae si

in matre ligni corticisque iungatur : *i. spem aliquam prosperi euentus et coalitionis hoc affert, si medulla calami ad hoc ipsum usque ad medullam ima parte adrafi, in matre cui inferendus est, quae illum alere in posterum debet, commissurac ligni corticisque iungatur, illi nempe ipsi velut alueo applicetur, qua commearc vitalis ille succus et spiritus solet.* Firmare aliquem ad spem Tacit. Ann. 14. Fluitare spe dubiae horae Hor. Epist. 1, 19, 110. Fluit spes, *Dubia est* Virg. Aen. 2, 169. vid. FLVO. Frustratur eum spes. Lentulus ad Cic. Fam. 12, 14. Vt si Syriae spes eum Frustrata esset, conscenderet in naues. Habere spem, Sperare : Cic. Fam. 2, 5 Sive Habes aliquam spem de Republica, siue desperas. Idem Fam. 3, 10. Vid. HABEO. Habere spem in fide alicuius Cic. de Inuent. 1, 71. Miserum est non Habere ne spei quidem extremum, et commune solatium Cic. de Nat. Deor. 3, 14. Habere spem, *pro Spem ostendere* Cic. Qu. Fr. 2, 16. Habere aliquid in spe, *Sperare* Idem Att. 11, 21 (19). Cic. A. 1 in Verr. 16 Quam spem nunc Habet in manibus, et quid moliat, breuiter iam Iudices exponam. Vid. Idem Fam. 10, 8. Curt. 9, 5, 18 In Aristono spes vltima Haerebat. Cic. Fam. 10, 4 Sed Caesarem meis consiliis adhuc gubernatum, praeclara ipsum indole, admirabilique constantia, improbissimis literis quidam fallacibusque interpretibus et nuntiis, Impulerunt in spem certissimam Consulatus. Implere spem, quam quis de nobis concepit, vid. IMPLEO. Inchoare spes longas vetat vitae summa breuis Hor. Carm. 1, 4, 15. Incisa spes, Incitant me spe non dubia, vid. *hb. vv.* Cic. pro Cluent. 72 Hic ille planus improbissimus, quaestu iudiciario pastus, qui illi pecuniae, quam condiderat, sed iam atque animo Incubaret, contrahit frontem, vt Deuorare. Inducere in spem, vid. INDVCO. Cic. pro Planc. 104 Ego magno in metu meorum in spem subito Inducor, vos eosdem in hoc conservando futuros, qui fueritis in me, quoniam istis vestris lacrimis de illis recordor, quas pro me saepe, et multum profudistis. Ouid. de Nuce 39 Non odium facit hoc, sed spes Inducta rapinae. Inductus falsa spe pollicebat, Inferre spem, Inflammari spe potiendi, Inflare spem alicuius, vid. *ff. ff.* Cic. in Pison. 89 Quo in oppido cum tibi spe falsa, quod Q. Acharium non esse successurum putares, animos rumor Inflasset, quo te modo ad tuam intemperantiam scelestate innouasti. Idem pro Muraen. 33 c. 15 Spe atque animis Inflata peteret. Cic. in Orat. 6 Spes Infringatur, aut languescat industria. Infringere spes immodicas Stat. Theb. 6, 691. Cic. Fam. 12, 25 Ego mi Cornifici in spem libertatis Ingressus sum, vid. INGREDIOR. Inhibere spem alicuius Curt. 9, 6 *pr.* Cic. Att. 3, 22 Spes homini est Iniecta non eadem quae mihi, posse nos vna decedere. Intercipere spem Ouid. Met. 15, 113. Intercludere spem commeatus, vid. INTERCLVDO. Interdictae spes, Quae sperare non licet nec aequum est Ouid. Met. 10, 336. Inuitat spes, vid. INVITO. Curt. 6, 5, 31 Illa causata sine custode regnum reliquisse, petere perseuerabat, ne se Irritam spei pateretur abire. *b. e. Sua spe frustratam.* Caes. Bell. Gall. 5, 55 Hac spe Lapsus. Laborare in spem Ouid. Met. 15, 367. Laudari spe et expectatione Cic. in Orat. 107. Ludere aliquem spe vana Virg. Aen. 1, 356. Spem mentita seges Hor. Ep. 1, 7, 87. Minuere spem, vid. MINVO. Nancisci spem Cic. Fam. 13, 8. Nati in spem honorum, vid. NASCOR. Cic. Att. 3, 9 Nunc si ita sunt quae speras, sustinebimus nos, et spe qua iubes Nitemur, vid. NITOR. Idem . . . Summam spem Nuntiabant, fore vt Antonius cederet. Obiecta spes dedendae vrbis Liu. 34, 29. Cic. Att. 9, 12 Urbem autem et populum nostrum seruandum ad immortalitatem, quantum in nobis esset, putabam. Et tamen spes quaedam me Obtentabat. Occidit spes nostra, Offerre spem, vid. *hb. vv.* Omittere spem Curt. 3, 2 *pr.* Cic. Fam. 6, 6 Quibus te consoler vt afflictum, et iam omni spe salutis Orbatum. Idem Fam. 5, 7 Tantam enim spem otii Ostendisti, quantam ego semper omnibus te vno fretus pollicebar, vid. OSTENDO. Ne spes quidem vlla ostendatur fore melius Cic. Att. 11, 11. Ostendere improbis spem, et iniicere bonis timorem Idem de Lege Agr. 1, 23. Idem pro Cluent. 22 Mulier amissis liberis cum vnus filii recuperandi spes esset Ostentata, omnes suos propinquos, filiique sui necessarios conuocauit : et ab his stens petiuit, vt negotium susciperent : adolescentem, etc. Ouid. Met. 9, 748 Spes est quae capiat, spes est quae Pascat amorem. Cic. pro Flacc. 4 c. 2 Quamobrem nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos Iudices, non auctoritatem, quae amissa est, sed salutem meam, quae spe exigua extremaque Pendet, tenuerimus : nihil est praeterea quo confugere possumus. Percussit magna spes laudis meum cor Lucret. 1, 922. Cic. pro Muraen. 28 Itaque non modo beneficii collocandi spem, sed etiam illud, quod aliquando fuit, licet consulere : iam Perdidistis. Idem pro Deiot. 13 Pharsalico praelio facto, Deiotarus a Pompeio discessit : spem infinitam Persequi noluit. *b. e. Incertam. Qui enim victi fuerunt, instaurato bello victoriam sperabant : vt Scipio, Cato, et alii.* Ponere falsam spem, *b. e. Deponere* Ouid. ad Liu. 37. Cic. Fam. 10, 26 Quod de Planci et Bruti concordia scribis, in eo vel maximam spem Pono victoriae. Idem Att. 6 In Pompeio te omnem spem otii Ponere non miror. Idem de Somn. Scip. 18 Nec in praemiis humanis spem Posueris rerum tuarum. Ponere spem in arcto Ouid. Met. 9, 682. Ponere spem in armis Virg. Aen. 2, 676. Ponere maiorem spem suae emtionis in alicuius exitio Cic. pro Rosc. Amer. 146. Ponere delectationis spem in cuiuspiam humanitate Idem Att. 1, 4. Ponere et defigere spem in cuiuspiam potestate Idem pro Flacc. 3 c. 1. Idem Att. 13, 22 Alteris iam literis nihil ad me de Attica : sed id quidem in optima spe Pono. Idem Qu. Frat. 3, 8 Plura Ponuntur in spe, quam in pecuniis, reliqua ad iacturam struentur. Idem Fam. 12, 13 Qui spem saepe transitionis Praebendo, neque vnquam non decedendo, nouissime Corycum se contulit. Idem Verr. 1, 20 Id sum assecutus, vt vna hora, qua coepi dicere, reo audaci, pecunioso, profuso, perditio, spem iudicii corruppendi Praeciderem. Liu. 3, 58 Incisa spe, *ubi plura Drakenborch.* Praecipere spem, vid. PRAECIPIO. Praeditus spe Cic. Philipp. 3, 46. Praesumere aliquid spe Virg. Aen. 11, 18. Producere aliquem falsa spe Ter. Andr. 4, 1, 24. Tacit. Ann. 12, 8 Die nuptiarum Syllanus sibi mortem concludit, siue eo vsque spem vitae Produxerat, seu delecto die augendam ad inuidiam. Cic. pro Rabir. 15 Nisi forte hanc conditionem vobis esse vultis, quam ferui, si libertatis spem Propositam non habent, ferre nullo modo possent. Idem Fam. 5, 12 Neque enim me solum commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis Rapit. Rapere spem Tacit. Histor. 1, 13. Redintegrare spem Caes. Bell. Gall. 7, 25. Reducere spem anxiiis

- mentibus, *Bacchus dicitur, i. vinum*, Hor. Carm. 3, 21, 17. Re-  
ferre domum spem falsam Cic. pro Rosc. Amer. 110. Paterc. 2, 103  
Tum Refulsit certa spes liberorum parentibus, viris matrimoniorum,  
dominis patrimonii, omnibus salutis. Quid si dolosi Spes reful-  
5 serit numi Perf. in Prol. Cic. Att. 3, 13 Et scio, te me iis Epi-  
stolis potius et meas spes solitum esse Remorari. Repelli a spe  
Caes. Bell. Gall. 5. Reponere spem in aliquo Cic. Tusc. 5, 36  
c. 12. Quinctil. 6 Prooem. 3. Pseudo-Cic. anteq. iret in Exil. 9  
Quomodo spes salutis reliquis residet? Cic. Fam. 12, 3 Etiam  
10 nunc Residet spes in virtute tua. Paterc. 2, 103 Adeo vt nec plus  
sperari potuerit, nec spei Responderi felicius. Virg. Aen. 10, 107  
Quae cuique est fortuna hodie, quam quisque fecat spem. Cic.  
Fam. 9, 6 Sequuti enim sumus non spem, sed officium: reliquimus  
autem non officium, sed desperationem. Add. Ouid. Epist. 17, 140.  
15 Serenare spem vultu, *i. Sereno vultu spem bonam prae se ferre* Virg.  
Aen. 4, 162. Idem ibid. 1, 213 Spem vultu simulat, premit altum  
corde dolorem. Vbi Seruius, *nescio an satis vere*, Spem, *poni ait*  
*pro Laetitia*. Est et crebra apud Virgilium figura, quae fit quoties  
significatur ab eo quod praecedat, id quod sequitur. Nam spem  
20 laetitia sequitur: spes vero in vultu non videtur, sed laetitia. Pa-  
terc. 2, 103 Sed fortuna, quae Subduxerat spem magni nominis, iam tum  
Reipub. sua praesidia reddiderat. Subest spes Curt. 4, 14, 22. Por-  
cius Latro in Decl. sub Sallust. Nunc videndum est, spem atrocissimi  
sceleris vnde illi subministratam fuisse iudicemus. Sum, vt, Esse  
25 spe bona, *pro Bene sperare*, Cic. Fam. 12, 27. Id. Fam. 13, 21 Et si  
Eramus in magna spe, te meis literis, commendationeque diligentissime  
facturum id, quod fecisti. Esse in spe firmiore Cic. Att. 8, 13.  
Idem Fam. 14, 3 Sed tamen quando vos Eritis in spe, non deficiam,  
ne omnia mea culpa cecidisse videantur, *i. Dum et de vobis, et de statu*  
30 *vestro spes aliqua erit*. Idem Att. 3, 18 pr. An Est aliquid in spe?  
Eidem 8, 15 Dum in spe pax Fuit. Cic. pro Quint. 94 Spes Est et  
hunc miserum atque infelicem aliquando tandem posse consistere. Est  
spes de argento Plaut. Most. 3, 1, 40. Est nulla spes inuenturis,  
fese omnes amant Idem Capt. 1, 2, 19. Cic. pro Milon. 44 Quis  
35 ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem? Idem  
Att. 2, 6 Vide quid narrent, et quae spes Sit denarii. Erat spes  
in cursu Ouid. Fast. 6, 362. Cels. 5, 27 in curatione aduersus ca-  
nis rabiosi morsum, Miserrimum genus morbi, in quo simul aeger et  
fiti, et aquae metu cruciatur: quo oppressis in angusto spes Est. Cic.  
40 Fam. 10, 22 In te et collega omnis spes Est. Idem ad Brut. 10  
Spes omnis Est in te. Sic Verr. 1 Spes tuae in hoc omnes Sunt.  
Idem de Amicit. 11 Qui summam spem ciuium, quam de eo iam puero  
habuerant, continuo adolescens incredibili virtute Superauit. Su-  
perare et fallere spem alicuius Idem in Catil. 4, 23. Idem pro Clu-  
45 ent. 7 Quamobrem magna me spes Tenet, si ea, quae sunt in causa,  
explicare, atque omnia dicendo consequi potuero, etc. Idem Att.  
14, 15 Quo confugient socii? quem implorabunt? qua spe denique,  
vt viuere velint, Tenebuntur? Idem Att. 3, 24 Quod illa ipsa spes  
exigua quae erat, videtur esse Sublata. Trahere spem mora Ouid.  
50 Fast. 3, 686. Idem Trist. 3, 5, 25 Et stultam dubia spem Trahit  
vsque mora. Cic. Fam. 9, 1 In spem tamen Venio appropinquare  
suum aduentum Caes. Bell. Gall. 1. Versat me lubrica spes Stat.  
Achil. 1, 547. Cic. Att. 3, 10 Nam si erat causa, si quid agetur, si  
spem Videro, aut ibidem operiar, aut me ad te conferam. Idem  
55 Fam. 14, 4 Sallustius officio Vincet omnes spes. Sed Spes omittunt  
libri boni. Idem Att. 3, 15 Haec nisi videris expediri, quam in  
spem me Vocas. Idem Fam. 12, 22 Spes tamen est vna, aliquando  
Populum Rom. maiorem similem fore. ¶ 3 Obseruatt.  
Spes, *futuri expectationem generatim videtur significare, et metum adeo*  
60 *includere. v. g.* Stat. Theb. 9, 129 Hunc retro conuersum, et  
tela petentem Dum spes nulla necis, crinito a vertice figit. Mala  
res: spes multo deterior Sallust. Catil. 20, 13. Lucan. 5, 454  
Caelo languente fretoque Naufragii spes omnes abit. Spes in  
Plurali. Plaut. Curc. 2, 3, 28 Spes meae vbi sunt? O spes falla-  
65 ces: o cogitationes inanes meae! Cic. pro Mil. c. 34. Mihi spes  
omnes in memet fitae, quas necesse virtute et innocentia tutari Sallust.  
Iugurth. c. 85. Spes inanes, somnia vigilantium Quinctil. 6, 2.  
Liu. 1, 34 Has spes cogitationesque secum portantes, vrbem ingressi  
sunt. Cic. in Catil. 3, 16 Existimare debetis omnis Catilinae co-  
70 pias, omnes spes atque opes, his depulsis vrbis periculis, concidisse.  
Hor. Epist. 1, 5, 17 Spes iubet esse ratas, ad praelia trudit inermem.  
Cum hoc confero, quinam potissimum procerum spebus valeret nostris  
opitulari Sidon. Ep. 1, 9. Sperum Eumen. Paneg. Constantin. c. 15.  
Sperem veteres pro spem dixerunt — Varro — Quibus suam  
75 delectet ipse amasiam, et auiditatem speribus lactet suis. Haec ex  
Non. 2, 788. Festi sunt ista, Speres antiqui pluraliter dicebant, vt  
Ennius — Et semel effugit speres ita funditu' nostras. Et, Spero,  
si speres quidquam prodesse potis sunt. ¶ 4 Spes, *Dea*  
80 *apud Romanos, cuius aedes in foro olitorio fuit*. Liu. 21, 62 Aedem  
Spei (inquit) quae in foro olitorio fuit, fulmine ictam fuisse. Ci-  
cero ait spem fuisse a Colatino consecratam de Legib. 2, 28. Ouid.  
de Arte Am. 1, 445 Spes tenet in tempus, semel est si credita, lon-  
gum, Illa quidem fallax sed tamen apta Dea est. Vid. etiam Brouck-  
85 bus. ad Tibull. 1, 1, 5.
- SPECŪLA, ae. f. Dim. [ἐπιδίων] Plaut. Most. 3, 1, 112 Nam  
quid ita specula clamas clamorem merum? Idem Perf. 2, 5, 9 Ec-  
quid quod mandavi tibi, est mihi in te speculae? Add. Idem Cas. 2,  
4, 27. Cic. Fam. 2, 16 Et eo magis quod in comunibus mi-  
90 seris hac tamen oblectabar specula. Degustare aliquid speculae ex  
fermone alicuius Cic. pro Cluent. 72 c. 26.
- SPERO, āre. [ἐπιζῶ, ἐλπίζω, προσδοκῶ] Spem habere, et sicut  
spes ordinarie quidem ad bonorum expectationem, interdum tamen etiam  
ad diuersa refertur, vt n. 2 videbimus. Nunc damus ea loca, quae ordi-  
95 nariam significationem illustrant. Hor. Epist. 1, 4, 14 Grata superue-  
niet, quae non sperabitur hora. Cic. Att. 1, 10 (13) A quo nihil  
speres boni Reipub. quia, etc. Sperat quidem animus: quo eue-  
niat, dis in manu est Plaut. Bacch. 1, 2, 36. Magnae indolis  
signum est, sperare semper Flor. 4, 8, 3. Qui abs te aliquod be-  
100 neficium habeant, aut, vt habeant, sperent Cic. de Petit. Consul. c. 5.  
Spero confore Ter. Andr. 1, 1, 140. Cic. Tusc. 1, . . . Spero fore,  
vt contingat id nobis. Non sperauerat Hannibal, fore, vt Liu.  
28, 44. Iubeo te bene sperare, et bono animo esse Cic. pro  
Deiot. 38 c. 14. Idem Att. 9, 6 Neque de otio nostro spero iam,  
105 nec vllam acerbitatem recuso. Desperare et Sperare, contraria  
Cic.

Cic. in Pison. . . Idem ad Octau. Quid de hoc sperare, aut expectare nos oportebat? Quod tu speras, propulsabo facile Ter. Andr. 2, 3, 21. *i. spem tuam refellam, f. vanam esse ostendam.* Auxilium sperare Catul. Argon. l. 62, 180. Pretium sperare Ouid. Met. 6, 84. Virg. Aen. 1, 455 Vna salus victis nullam sperare salutem. Spero, 5 pro Confido, vel Credo, tam de praesenti, quam de praeterito dicitur. Ter. Eun. 1, 2, 123 Nam me eius spero fratrem propemodum iam reperisse adolescentem adeo nobilem. Idem Adel. 1, 2, 72 Sperabam iam deseruisse adolescentiam. Idem Eun. 5, 3, 11 Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo. Quintil. in Gladiatore, 10 Facilis (vt animaduertere vos spero) defensionis meae cursus est. Et Cic. . . Spero iam probatam esse amicitiam nostram. Idem Att. 1, 1 Spero tibi me causam probasse, cupio quidem certe. Conf. Sueton. Caes. c. 60 cum not. Casaub. et Torrent. Cic. Fam. 12, 18 Ego et speraram prudentia tua fretus: et vt confiderem, fecerunt tuae 15 gratissimae mihi literae. Bene de aliquo sperare Idem Att. 9, 7. Nep. 1, 1, 1. Lenius sperare aliquid de se Ouid. ex Pont. 3, 7, 31. Melius speravi Idem Epist. 2, 61. Vt spero, prope diem te videbo Cic. Att. 6, 1. Sperare recte Idem Fam. 13, 17. Sperare temere Idem Att. 2, . . . ¶ 2 Sperare etiam ad malorum expectationem 20 referri, supra indicauimus. Sperare pro Timere Virg. Aen. 1, 547 At sperate deos memores fandi atque nefandi. Et 4, 292 Et tantos rumpi non speret amores. Item 4, 419 Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. quod inter impropria refert Quintil. 8, 2, 3. Item 11, 275 Haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt, etc. Te tam 25 mobili in me meosque animo fore non sperabam Metell. ad Cic. Fam. 5, 1. Qui speraret, post Carthaginem aliquod in Africa bellum? Flor. 3, 1, 1. Iam quartanam sperantibus aegris Iuuenal. 4, 57. add. Ammian. saepius, vid. Lindebyrog. Sidon. Epist. 7, 7. Idem Paneg. Auiti v. 369. ¶ 3 Nota Syntaxin, Ter. Heaut. 3, 30 2, 42 Non vsus veniet, spero. Plaut. Caf. 2, 5, 38 Diis sum fretus, deos sperabimus. Sunt bona verba in sorte occupati.

SPERANS, antis. Part. [*ἐπιζών*] Consulatum petebat, sperans, facile se Antonio vsurum Sallust. Catil. c. 26. Maxime sperans sese casum victoriae inuenturum Idem Iug. c. 25. Add. Nep. 4, 3, 5. Virg. 35 Aen. 6, 526. et 10, 385.

SPERATVS, a, um. Aliud Partic. [*ἐπιδὸς*] Plaut. Merc. 5, 2, 25 Aura sperata deserit ratem Ouid. ex Pont. 4, 12, 42. Laborare de reliqua et sperata gloria Cic. Qu. Fratr. 1, 1, 34. Favor speratus Hor. Ep. 2, 1, 9. Honos speratus fugit Stat. Silu. 5, 40 3, 232. Voluptas sperata Ouid. Met. 2, 862. Lucret. 1, 140. ¶ 2 Speratus et Sperata inter blanditias amantium est. Plaut. Poen. 5, 4, 97 Sperata, salue! ad puellam despondendam. Sed Amphitr. 2, 2, 44 Amphitruo vxorem salutatur laetus speratam suam, i. quam reuifere per absentiam non sine desiderio sperauit. Non recte igitur lau- 45 dauit h. l. Non. 5, 69 vt probaret, virginem prius quam petatur, Speratam dici. Idem 2, 801 Speratum interpretatur sponsum, quo loco Sperati et Speratae exempla habet ex Afranio. Arnob. 4 p. 140 Habent speratas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponfas? Hygin. Fab. 33 Sperata Herculis De- 50 ianira est, quam deuirginauerat, et fidem dederat, se eam vxorem ducturum.

SPERABILIS, e. Adi. [*ἐπιζῶς*] Quod sperari potest. Plaut. Capt. 3, 3, 3 Hic ille est dies, quum nulla vitae salus sperabilis est mecum. Inscriptio apud Gruter. p. 860 n. 5 NIHIL EST SPE- 55 RABILE DATVM.

SPEȚILE, is. n. Infra umbilicum suis, quod est carnis (caro) proprii cuiusdam habitus, exos, qua etiam antiqui per se utebantur. Plaut. Pseud. 1, 2, 33 Enumerandis vilibus opsoniis in Carbonaria sic meminit: Ego pernam, fumen, sueres, spetile, callum, glandia. 60 Haec Fest. Al. spectile. Conf. supra SPATVLA, et Voss. Etymol. p. 485.

SPEVSTICVS, a, um. [*σπευστικός*] Dicitur Panis, qui celerrime fit et coquitur: a verbo σπεύδω, quod est festino. Plin 18, 11 Panis ipsius varia genera, alias ab opsoniis appellati, vt ostrearum: alias a 65 deliciis, vt artolagani; alias a festinatione, vt speustici.

SPEVSIPPVS, i. m. [*Σπευσίππος*] Philosophus Atheniensis, Platonis ex sorore nepos, Academicae philosophiae quasi heres ab eo relictus Cic. Acad. 1 c. 4 etc.

## S P H

SPHAERA, ae. f. [*σφαῖρα*] Latine dicitur Globus, nempe qui ex omni parte exteriori rotundus apparet. Cic. de Nat. Deor. 2, 47 c. 18 Quumque duae formae praestantes sint, ex solidis globus (sic 75 enim sphaeram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Graece dicitur, his duabus formis contingit solis, vt omnes earum partes sint inter se simillimae, a medioque tantum absit extremum quantum idem a summo: quo nihil fieri potest aptius. Idem ibid. 2, 56 Habere secretam et liberam sphaeram. Idem de Orat. 80 3, 160 Quamuis sphaeram in scenam (vt dicitur) attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse. ¶ 2 Sphaerae lusus C. Aurel. Tard. 5, 11. i. pilae.

SPHAERICVS, a, um. Rotundus. Macrobi. Somn. Scip. 2 p. 14 Sphaerico motu in orbem rotari. Isidor. 2, 7 Numerus sphaericus. Sphaericam vulgo vocamus doctrinam de Sphaera. h. e. de circulis, quibus Mundus, quem sphaeram ponimus, contineri intelligitur, Meridianis, Aequatore, Horizonte, etc.

SPHAERICA an SPHAERITA? ae. f. [*σφαιρική*] Placentae genus, apud Cat. c. 82 Sphaericam sic facito, ita vt spiram, nisi sic 90 fingito, detractis caseo, melle: sphaeras pugnum altas facito, eas in solo composito, densas eodem modo composito, atque spiram, itemque coquito. In MSS. est Sperita quasi Sphaerita.

SPHAERISTERIVM, i. n. [*σφαιριστήριον*] Locus balinei, in quo pila uti et vario exercitationum genere solebant. Sueton. in Vesp. c. 20 95 Valetudine prosperrima vsus est, quamuis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces, caeteraque membra sibi ad numerum in sphaeristerio defricaret. Plin. Ep. 5, 6 Apodyterio suppositum est sphaeristerium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. In primis ad exercitium pilae destinatus est, quam Graeci σφαιρῶν appel- 100 lant, a quo Sphaeristae, eius ludi studiosi: et Sphaeristici, eius ludi periti, dicebantur inquit Budaeus. Lamprid. in Alexand. c. 30 Post lectionem operam palaestrae, aut sphaeristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dabat. Conf. Plin. Epist. 2, 17. Sidon. Epist. 2, 2. Vlpian. l. 16 ff. Mandat. Genart. ad Stat. Silu. l. 1 penult. 105

SPHAERĀLIS, e. Adi. Macrobian. Saturn. 7, 9 Ex his septem motibus, vnus tantum in diuinis corporibus inuenitur, sphaeralem dico, quo mouetur caelum, quo sidera. Conuexitas sphaeralis Macrobian. Somn. Scip. 1, 16.

Idem Saturn. 7, 16 Ex Forma tereti ac paene sphaerali, atque vndique versam clausa. Idem ibid. 7, 9 Sphaeralis enim natura, et ad nos de alto veniens, partem in homine et altam et sphaeralem tenuit.

SPHAERISTA, ae. m. Qui globis ludit. Sidon. Epist. 2, 9. et 5, 17.

SPHAEROMACHIA, ae. f. Certatio, quae fit pila vel globo. Seneca Ep. 81 (80) Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco: sed spectaculi, quod omnes molestos ad sphaeromachiam auocauit. Stat. Silu. 4 praefat. Sphaeromachias spectamus et pilaris lusio admittitur. Vid. Beroald. Var. Annot. 2, 8. Gruter. ad Sen. l. c. P. Fabr.

Agonist. 1, 6. SPHAERION, i. n. Globulus: quo nomine collyrion describitur Cels. 6, 6, 21.

SPHAEROIDES, is. Schema Sphaeroides Vitruu. 8, 6. i. formam globi habens.

SPHAERULA, ae. f. Si ex vna sphaerulae suae parte semper lucet Augustini. de Gen. ad lit. 2, 15 de luna. Sphaerulae candelabri Vulg. Exod. 37, 17 seqq.

SPHAGITIDES. [σφαιγίτιδες] Venae duae insignes utrinque ad iugulum apparentes, omnes tum colli, tum capitis partes nutrientes. Latini iugulares venas interpretantur, σφαιγίτην enim illi iugulum appellant. Galen. lib. 6 De vsu partium. Vititur Cels. 4, 1.

SPHAGNOS, siue Bryon, siue Sphacos, sunt Cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, sed odore praestantes Plin. 12, 23, 22, 25. 24, 6. Apul. de Herb. c. 101.

SPHINX, ingis. f. [Σφίγξ] Aethiopicum animal est, e simiarum genere, fusco pilo, mammis in pectore geminis, ad hominis speciem accedens, Plin. 8, 21. vid. mox SPHINGIVM.

¶ 2 Monstrum illud Poëticum, ex Virgine, Leone, Aquila compositum apud Thebanos, cuius nomen ab eo arcessunt, quod constrictos suis aenigmatum laqueis teneret praetereuntes; σφίγγειν est constringere. Lactant. in Stat. Theb. 1, 66 Erat monstrum alas et vngues habens in similitudinem Harpyiarum: quod insidens scopulo viae imminenti, insolubilia aenigmata transcurrentibus proponebat: quae quum soluere non possent, ex improviso veniens, alis et vnguibus ad se in rupem trahebat. Hoc autem

aenigma proponebat: Quod animal bipes, idemque tripes, ac quadrupes esset? Cuius locutionis ambages tandem calliditate sua ita Oedipus dissoluit, ut hominem esse diceret, qui in infantia manibus et pedibus nitens, quadrupes est: factus vir, ut qui nullo alio quam pedum auxilio gradiatur, bipes: et in senectute, viribus deficientibus, baculo utens, tripes.

¶ 3 Inde origo huius adagii apud Ter. Andr. 1, 2, 23 Dauus sum, non Oedipus. i. Seruili officio non quaestionibus soluendis aptus. Vid. Senec. Phoeniss. 119 sqq. et Oedip. 92 sq. Stat. Theb. 2, 505 ubi huius Oedipodioniae alitis domus et crudelitas describitur. Breuiter omnia complectitur Aufon. in Eidyll. 11, 41

Illam etiam thalamos per trina aenigmata quaerens, Qui bipes et quadrupes foret, et tripes, omnia solus Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis

Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella. De sensu historico fabulae, infinita Graeci. Vid. inde excerpta a Barthio ad Stat. l. c.

Iniqua sphinx Stat. Theb. 1, 66. Victa cadit sphinx Idem ibid. 11, 490. Sphingis imago fuit in Galea Minervae apud Pausan. Att. 1, 24. Similia vid. Stat. 4, 87. it. 10, 653. Passim alias quoque in operibus artificum est, quod docere possunt Catalogi Iuniani in opere de pictura veterum. Quinctil. 6, 3, 98 Cicero

cum ei testem in iudicio Verris roganti dixisset Hortensius, Non intelligo haec aenigmata, Atqui debes, inquit, cum Sphingem domi habeas. Acceperat autem ille a Verre sphingem aeneam magnae pecuniae. Plin. 37, 1 Diuus Augustus inter initia sphingē signauit — non infaceto lepore accipientium, aenigmata afferre

eam sphingem. SPHINGA, ae. f. Idem. Solin. c. 30. Isid. 20, 11. Mela 3, 9. Sidon. Epist. 5, 7.

SPHINGIVM, i. n. Animal idem, quod Sphinx Plin. 6, 29. et 10, 72.

SPHONDYLION. Scribon. 2. 5 Herbae nomen. SPHONDYLVS, vid. SPONDYLVS.

SPHRAGIS, idis. [σφραγίς] Species est optimae rubricae, apud Plin. 35, 6 l. 14 quae in Lemno insula effodiebatur, ita dicta, quod signata venderetur, σφραγιζεν enim Graeci dicunt, quod nos signare. Conf. Cels. 5, 20 et 25.

¶ 2 Sphragis, Gemma viridis, sed non translucida, ita dicta, quod ea optime signemus Plin. 37, 8 fin.

SPHRAGITIS, idos. f. [σφραγίτης] Acus epitheton, quasi tu obsignatricem dicas. Prudent. Perist. 10, 1076 Quid cum sacrandos accipit Sacerdos Magnae Matris Deum? Sphragitidas acus minutas ingerunt fornacibus: His membra pergunt vrere etc.

SPHYRAENA. [σφύρανα] Piscis. Plin. 32, 11 Sunt praeterea a nullo auctore nominati, Sudis Latine appellata, a Graecis Sphyraena, rostro similis nomine, magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen non degener.

## S P I

SPICA, ae. f. et antique SPICVS, i. m. et SPICVM, i. n. [σπίχυν, ἄσπικον] Summa pars culmi maturescens aut maturi, quae grana continet. Cic. de Finib. 5, 91 Ne seges quidem igitur spicis vberibus et crebris, si auenam vsipiani videris. Varro 1, 48, 2 Spica quam

rustici, ut acceperant antiquitus, vocant Specam, a Spe videtur nominata: eam enim quod sperant fore, serunt. Sic de L. L. 4, 4. Ludit suo more Spica in hordeo et tritico tria habet continentia, granum, glumam, aristam: et etiam primitus spica quum oritur, vaginam Varr.

de R. R. 48, 1. conf. Cic. de Sen. 51 c. 15. Flauentes spicae Ouid. Met. 9, 688. Minuta et inanis Plin. 18, 24. Minuta et vana Columel. 2, 9. Mutica, quae non habet aristam Varro R. R. 1, 48, 3. Cic. de Senect. 51 c. 15 Quanquam non modo fructus quidem me, sed etiam ipsius terrae vis, ac natura delectat, etc. vaginis iam quasi pubescens includitur: e quibus cum emerferit, fundit frugem spicae ordine structam, et contra auium minorum morsus munitur vallo aristarum. al. spici. Ouid. Met. 8, 292 de apro Calydonio,

Is modo crescentes segetes proculcat in herba: Nunc matura metit fleturi vota coloni, Et Cererem in spicis intercipit.

Varro

Varro apud Non. 3, 230 Neque in bona segete nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquid bonum. Spica triticea Plur. Mamertin. Paneg. Iuliani c. 23. Spica, *Signum in caelo oriens in Virginis parte decima.* Firnicus, Quicumque in ortu Spicae natus fuerit, erit ruralibus officiis semper applicatus, et multas fruges horreis condet. Colum. 11, 2, 65 XIII Cal. Octob. Spica Virginis exoritur: *quam illa scilicet manu tenens pingi solet.* Caes. Germ. ex Arato 95 Virginis inde subest facies, cui plena sinistra Fulget spica manu, maturisque ardet aristis. Ardet spica non modo quia stellata est, sed quia maturae spicae flauent. Sed ex eodem Arato Cic. de Nat. Deor. 2, 110 Spicum illustre tenens splendenti corpore virgo. ¶ 2 Sunt etiam aliarum plantarum Spicae. Plin. 12, 12 Nardi cacumina in aristis se spargunt, ideo gemina dote Nardi spicas ac folia celebrant. Paulo post, Pretium spicae in libras XC. folia diuisere annonam, etc. Add. Scribon. 60. 121. 258. Spica, *absolute, pro Spica nardi Scribon. 60.* Celtica spica Id. 258. Spica Ciliffa: Ouid. Fast. 1, 76 Cernis odoratis vt luceat ignibus aether, Et sonet accensis spica Ciliffa focis. Propert. 4, 6, 76 de Aetiaca victoria celebranda, Vinaque fundantur prelis elisa falernis, Terque lauet nostras spica Ciliffa comas. Crocum intelligit, aut Oleum potius crocinum. Spi- 20 cam autem dici respectu capilloso floris potius, quam bulbi probabile est: licet in bulbis Allii Spicam dici constet, ut mox obseruabimus. Spica, Nucleus, quo numeroso caput allii compactum est. Cato R. R. 70, 1. Columel. 11, 3, 20. Allii spicae Scribon. 231. Spicam allio vindicat Ponted. ad Caton. 70. 25

SPICIOĻA, vid. SPICVLVM n. 3.

SPICEVS, a, um. Adi. [σπικίως] Vt, Hor. Carm. Saec. 78 Fertilis frugum pecorisque tellus Spicea donet Cererem corona: tantum frugum ferat, vt Cererem coronent sua corona grati homines. Tib. 1, 1, 19 Flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona spicea, quae templi pendeat ante fores. conf. Plin. 18, 2. Gell. 6, 7. Brouckhus. ad Tibull. 1, 11, 67 et 2, 1, 4. Corona spicea, quae vitta alba colligeretur Plin. 8, 2. Messis spicea Virg. Georg. 1, 314. Serta spicea Ouid. Met. 2, 28.

SPICILEGIUM, i. n. [σπικιλογία] Collectio spicarum, quas reliquere messores. Varr. de R. R. 1, 53 Messe facta, spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam.

SPICO, are. [σπικύω] Acuere, et Spicae formam induere. Grat. v. 118 Quid Macedum immensos libeat si dicere contos, Quam longa exigui spicant hastilia dentes. Longas et superuacuas Macedonum larissas exiguo praefixas esse ferro dicit. conf. Barth. ad Grat. l. c. Wower. ad Min. Felic. c. 17. 40

SPICOR, ari. i. Spicas emittere, legitur apud Plin. 18, 7 Grana in stipula crinito textu spicantur.

SPICATVS, a, um. Partic. [σπικωτός] Quod habet spicas. Plin. 21, 17 pr. Aliud rursus spicatarum genus herbarum. Idem 24, 15. Animantes spicatae aculeis Min. Felix 17, 12. Pavimentum spicatum Plin. 36, 25. Videtur idem esse quod Vitruu. 7, 1 extr. ex Spica testacea strui iubet. Testacea spicata Tiburtina dixerat ibid. Videntur autem Spicae hic intelligi laterculi angusti rhomboides, angulis alteris acutissimis, alteris plane obtusis, qui Spicarum figuram utcumque habeant. 50

SPICIFER, era, erum. Adi. [σπικωφόρος] Quod fert spicas, fecundum. Nilus spicifer Martial. 10, 74. Dea spicifera, Ceres. Sen. Herc. Oet. f. 5. Manil. 2, 442. Ora spicifera Sil. 3, 403. 55

SPICIO, vel SPECIO, ere. Video, quo magis vtuntur in compositis Adspicio, caeteris. Plaut. Truc. 5, 8 Supplicium ad te hanc minam fero auri, si mihi rides, spice. i. Cerne. Sed al. espice. Plaut. Mil. 3, 1, 99 Quo supercilio spicit. Nunc specimen spicitur, nunc certamen cernitur Plaut. Caf. 3, 1, 2 al. Specitur, vid. SPECIO. Varro de L. L. 6, 2 p. 68, 7 Sic dicta Vestipica, quae vestem spiceret, id est, videret vestem ac tueretur. Spicit et spiciunt ex Plauto et Catone adduxit Festus. Et apud eundem sic Ennius, Specienda erunt l. 8 §. 11 ff. de transact. Quod vbi rex paullo spexit, de contibus altis. conf. Varr. de L. L. 5, 8. vbi varia molitur Scal. 65

SPICVLVM, i. n. [ἀκόντιον, ἀκίς, ἐπίδορατις Gloss. Lat. Gr. spicula, σπικουήρες, βίλη Id.] Lancea breuis, ita dicta a spicae similitudine, seu vt Vegetius ait, Telum missile, cuius ferrum est triangulum vnciarum nouem, hastile pedum quinque et semis. Plaut. Caf. 2, 4, 47 Si non impetrauit, spicula etiam infortita sunt mihi. Cic. in Pison. 62 L. Crassius homo sapientissimus nostrae ciuitatis, spiculis prope scrutatus est Alpes, vt vbi hostis non erat, ibi triumphii causam aliquam quaereret. Lucida spicula leuato ferro Virg. Aen. 5, 307. Contorquent lenta spicula lacertis Idem ibid. 7, 165. Contorffit manu emissa spicula Id. ib. 11, 676. Fundere spicula Sil. 17, 133. Quatere spicula Ouid. Met. 8, 375. Vellere spicula Virg. Aen. 10, 88. Vibrare spicula Idem ibid. 11, 606. Est autem Spiculum non hastae modo cuspis, sed etiam sagittae. Hinc Virg. Aen. 11, 654 Spicula conuerso fugientia dirigit arcu. Scelerata succis spicula Sil. 3, 273. b. e. Venenata. Dirigere certa spicula Ouid. Met. 12, 606. Exercere spicula debita fati Trojanis Idem ibid. 13, 54. Promere spicula de pharetra Id. de Arte Am. 3, 516. Tincta venenis spicula Id. ex Pont. 4, 10, 31. Auelli sibi spiculum iubet Cic. Fam. 5, 12. Calami spicula Gnosii Hor. Carm. 1, 15, 17. 85 Hastarum spicula Ouid. Met. 8, 375. Acuta spicula Id. de Arte Am. 3, 516. Noxia spicula Id. in Ibin 544. ¶ 2 Metaphor. Spicula dicuntur et aculei apum. Virg. Georg. 4, 237 Et spicula caeca relinquunt Adfixae venis. Defigunt spicula crabrones nudo vertice Ouid. Fast. 3, 754. Exacuunt spicula rostris Virg. Georg. 4, 90 74. Alia Metaphora de solis radiis. Caligo terrae scinditur, Percussa solis spiculo Prudent. Hymn. 2, 5. Radiorum spicula Id. Hamart. v. 87. Spicula rosarum sunt flores intra tenuem adhuc calycem delitescentes, qui mox pyramides fiunt, tum calathi, denique flores. Vid. Epigramma Flori, quod damus voce ROSA. Coeterum Spicula restituenda hoc sensu Martiano Capellae 2 p. 34 med. Tres puellae rosarum Spiculis (pro vulg. Speculis vel Spiciolis) redimitae, de Gratiis. ¶ 3 Spiculum, per syncopen Lucret. 3, 199 At contra lapidum coniectum, spiclorumque, etc.

SPICVLO, are. [σπικύω] Cuspidem acuere. Plin. 11, 2 Telum vero perfodiendo tergori, quo spiculauit ingenio?

SPICVLATVS, a, um. Cauda veluti Scorpionis aculeo spiculata Solin. c. 51.

SPICVLATOR, legunt libri quidam Taciti et Suetonii, pro SPECVLATOR, vbi vid.

SPICVLVS, a, um. Adi. *Acutus et penetrans.* Tertull. de Pudic. 7 Iis exquirendis non Iucernae spiculo lumine, sed totius solis lancea opus est.

SPICVLA, ae. f. Herba, apud Apul. de Herb. 26.

5 SPINA, ae. f. [*ἀκανθα, σπῆλαιος*] *Surculus acutus et pungens in sentibus et rubis aut aliis fruticibus vel herbis.* Plin. 10, 32 Putant ex spinis aculeatis confingi nidos halcyonum. Confertum tegmen spinis Virg. Aen. 3, 594. Spinam facere dicitur asparagus, quum percereit, et spinosus fit Columel. 11, 3. Acutis spinis surgit paliurus Virg. Ecl. 5, 39. Spina solstitialis, vid. b. v. Variat

10 sunt spinarum species apud Plinium, ut, Aegyptia 24, 11. Alba Plin. 24, 12. Colum. 7, 9, 6. Pallad. Iun. t. 15. Vid. mox SPINEA taeda. Arabica Plin. 24, 12. Fullonia 16, 44. Indica 12, 5. Regia 13, 24. Siciensis 13, 25. Genera quaedam habet etiam Colum. 3, 11, 5. Ar-

15 mat spina rosas, mella tegunt apes Claud. in Nupt. Honor. 2, 4, 10 (2, 108) Iuniperi Plin. 8, 27. Spina etiam grata est, ex qua spectatur rosa P. Syrus. Spinae, per translationem, pro Difficultatibus. Cic. de Fin. 4, 79 c. 18. Quam illorum tristitia atque

20 asperitatem fugiens Panaetius nec acerbiter sententiarum, nec differendi spinas probavit, fuitque in altero genere mitior, in altero illustrior. Idem Tusc. 4, 9 c. 5 Spinis partiendi et definiendi praetermittunt. Idem de Fin. 4, 6 Deinde ea, quae requirebant orationem ornatam et gravem, quam magnifice dicta sunt ab illis! quam splendide! de iustitia, etc. de fortitudine hominum, de spinas vellentium, etc.

25 ¶ 2 Spina, pro Aculeo, qualis serpentibus et hystricibus, et piscibus vel aliis animalibus inest. Plin. 8, 35 Hystrices generat India et Africa, spina contextas. Idem 9, 9 Iidem anthiae quum vnum hamo teneri viderint, spinis quas in dorso ferratas habent, lineam secare traduntur. Animantes aliae villis vestitae,

30 aliae spinis hirsutae Cic. de Nat. Deor. 2, 121 c. 47. ¶ 3 Spina appellatur, Vertebrarum in quocunque animali contextus inter se, qui est a collo ad extremum usque os, quod sacrum dicitur: sic autem appellata est, quod ipsae vertebrae in suo contextu processus utrinque ostendant spinis haud abssimiles. Spina ἀκανθα, καὶ ἰερὸν ὄσῶν ἢ ῥαχίς Gloss. Vet.

35 ἀκανθα ἀνδρῶν καὶ ἰχθύος, spina Lex. Cyrilli. Spina piscium Mela 1, 6. Humus spinis cooperta piscium Quintil. 8, 3 ex Cic. Plin. 11, 37 f. 67 Spina lumbis annectitur: ossea, sed tereti structura, per media foramina, a cerebro medulla descendente. Eandem esse

40 ei naturam, quam cerebro colligunt, quoniam praetenui eius membrana modo incisa statim exspiretur. Varr. de Re Rust. 2, 7, 5 Scapulis latis, spina maxime duplici. Add. Colum. 6, 29, 2. Crates spinas Ovid. Met. 8, 896. de Fame dea. Lentae spinas curuamen Idem ibid. 3, 66. Putrefacta spina Idem ibid. 15, 389. ¶ 4

45 Spina argentea dentes perfodere Petron. c. 33. Dentiscalpium vulgo dicunt. Est etiam spina murus s. agger in circo, eum medium secundum longitudinem dividens. Vet. Scholiaff. Iuuenal. 6, 588. Calliod Ep. 3, 51.

SPINVLA, ae. f. Dimin. Arnob. 2 p. 49 Inhaerens callo spinula.

50 SPINIFER, era, erum. Adi. [*ἀκανθοφόρος*] Cic. in Arat. 178 Quod superest gelido delapsum flumine fontis Spiniferam subter caudam pistricis adhaesit. Pruni spiniferae; de pomo Pallad. 14, 81. Rubus spinifera Prudent. Cath. 5, 31.

SPINIGER, era, erum. Adi. Prudent. Hippol. 115 Spinigeris stirpibus hirtus ager.

55 SPINESCO, ere. Mart. Capel. 6 metro vlt. Sentis spinescere membris. SPINEVS, a, um. Adi. [*ἀκανθῶν*] Vt, Spinea corona, qua coronatus est dominus noster. Frutices Solin. t. 7. Taeda spinea Catullo in Epithal. Iul. 62, 15 a quibusdam tribuitur, pro pinea, quam habent libri. Et sane Spineas quoque taedas s. faces fuisse nuptiales, credimus Plinio 16, 18 f. 30 In eodem situs comitatur et Spina, nuptiarum

60 facibus auspiciatissima, quoniam inde fecerint pastores, qui rapuerunt Sabinas, ut auctor est Masurius. Festus, Patrimi et matrimi pueri praetextati tres nubentem deducunt, vnus, qui facem praefert ex spina alba, qui noctu nubebant. Vid. Non. 2, 340 cuius locum damus voce FAX pr. Sed pinea tamen apud Catullum retinenda, cum pinus

65 sollempnis in hac re et ipsa fuerit. V. g. Ovid. Her. 12, 34 Ardet ut ad magnos pinea taeda deos. Et Pronuba pinus est Sen. Med. 38. Add. III et Phoeniss. 263. Ovid. Met. 2, 789 Baculumque capit, quem spinea tortum Vincula cingebant.

70 SPINENSIS, Deus, apud Augustinum Ciuitat. Dei, 4, 21 quod spinas ex agris eradicare putaretur, a Romanis cultus est. al. Spiniensis. Videndus Lilius Syntag. 1. Histor. Deorum.

SPINĀLIS, e. Adi. Ad spinam pertinens. Macrobi. Saturn. 7, 9 Animae per spinalem medullam praebetur effectus.

75 SPINATICVS, i. m. Piscis quidam. Pisciculis, quos vulgo asparagos, vel spinaticos, vel ripileones vocant, contentus Sarisber. 8, 7.

80 SPINŌSVS, a, um. Adi. [*ἀκανθῶν*] Spinis abundans. Varro de R. R. 2, 3 In spinosis locis pascentur. Plin. 12, 15 Corticem laevem myrrhae, similemque vnedoni, scabrum alii, spinosumque dixerunt. Arbor spinosior Plin. 24, 12. Fragmenta spinosa Celf.

85 8, 9, 2. i. ex spina dorso. Herbae spinosae Ovid. Met. 2, 810. Iugum spinosum Propert. 4, 4, 49. Oratio spinosa, per translationem, h. e. Dura et aspera. Cic. de Orat. 1, 83 Sed haec erat spinosa quaedam et exilis oratio, longeque a nostris sensibus abhorrebat. Idem in Orat. 114 c. 32 Nam et ipse Aristoteles tradidit praecepta plurima differendi, et postea qui dialectici dicuntur, spinosiora multa pepere-

90 runt. Spinofum differendi genus Cic. de Fin. 33 c. 1. Haec enim spinosiora prius ut confitear me cogunt, quam ut assentiar Idem Tusc. 1, 16 c. 8. Nodosissimae et spinosissimae disciplinae Augustin. de Doctr. Chr. 2, 37.

95 SPINOSVLVS, a, um. Adi. Primum spinosulus noster obmutuit, deinde Pisoniano vitio, cum loqui non posset, tacere non potuit Hieron. Ep. 83 ad Ocean. i. minutus dialecticus.

SPINĒTVM, i. n. [*ἀκανθῶν*] Locus spinis confitus. Plin. 10, 74 Asinus spinetis se scabendi causa atterens, nidos aegithi dissipat. Virg. Ecl. 2, 9 Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.

100 SPINETICVM, Vnum ex Padi ostiis, quo Claudius Caesar e Britannia triumphans, praegrandi illa domo verius quam nauis, intrauit Adriam, a Spina vrbe nomen habet, quam a Diomedea conditam esse volunt Plin. 3, 16.

105 SPINTER, eris. n. Al. scribunt SPINTHER, vid. Dausgu. Orthogr. [*βραχιονίσηρ*] significat aut Fibulam in humeris, aut Armillam, ut ait Priscianus lib. 5. Festus, Spinter armillae genus, quo mulieres utebantur brachio summo sinistro. Plaut. Men. 3, 3, 4 Iubeatque spinter nouum reconcinnari.

SPINTRIA, ae. ni. Qui muliebria patitur, seque aliis abutendum prae-



*praebet.* Sueton. in Vitell. 3 Pueritiam primamque adolescentiam Capreis egit, inter Tiberiana scorta, Et ipse perpetuo spintriae cognomine notatus. Certe pro Spintria Dionis compendium *πρωτογενεῖα* dicitur, id est, prostitutum et stuprum passum. Sed et Spintrias a patientia nominatos Tacitus ostendit his verbis Ann. 6, 1 Tuncque primum ignota ante vocabula reperta sunt sellariorum et spintriarum, ex foeditate loci et multiplici patientia. Haec Turneb. *Aduers.* 5, 1. Suet. in Tiber. 43 Monstruosique concubitus repertoires, quos Spintrias appellabat. *conf.* Id. Calig. c. 16. Hier. Magius *Misc.* 2, 4.

SPINTURNIX, icis. f. *Auis inauspicata, quae et incendiaria dicitur*, Plin. 10, 13 cuius verba damus in INCENDIARIA. Spinturnix, (inquit Festus) est auis genus turpis figurae, (occuratrix artificum, perdita spinturnix) ea Graece dicitur, ut ait Santra *σπιντῆρις*. Nempe, quod obseruat Scal. ad Festum, voce Bustum, dicitur a nomine *σπιντῆρις* quod stricturam ignis s. scintillam significat. Est igitur eadem auis, quae alias Incendiaria, item Ambustanea dicitur. In Glossario Fausti Romani, quod Barthius habuit, exponitur auis mammosa instar mulieris. Sed Spinturnices appellatae a veteribus Romanis, quae *σφίγγες* Graecis, si credimus Salmasio ad Solin. p. 267. aG. Et est sane non rei tantum similitudo, sed etiam nominis allusio haud obscura, σφίγγος Spinturnix; ut *ὄρνις*, ὄρνυος coturnix. Secundum ista igitur animal potius quadrupes fuerit Spinturnix ex simiarum genere, ut de Sphinge obseruauimus illa Aethiopica. Sed ut aliam facerent Spinturnicem, salua illa etymologia induci poterant ab alis Thebaeae Sphingis, quae alata et mammosa est.

SPINTURNICIUM, i. n. Diminut. Plaut. Mil. 4, 1, 42 Pithecium haec prae illa est et Spinturnicium. *Vid.* Taubm.

SPINVS, i. f. [*πρόμυρον*] *Agrestis siue siluestris prunus: pruni enim siluestres genera spinarum Columella videtur facere* 3, 11, 5. *Diserte Seruius ad illud Virg. Georg. 4, 145 Eduramque pirum, et spinos iam pruna ferentes.* Prunorum arbor vocatur Spinus, genere masculino: nam fentes has Spinus dicimus. *Vtitur* Pallad. Febr. 25, 6 et de Insit. v. 63 Et spinos steriles: *ubi tamen Pontedera Spinus malit, et Oxyacanthas intelligit.*

SPINEÖLVVS, i. m. [*πρόμυρον*] *Fructus spini: unde,*

SPINEÖLA, ae. f. *Rosae species apud Plin. 21, 4.*

SPIO. [*Σπειώ*] *Nympha marina, Nerei et Doridis filia, sic a speluncis maris appellata, in quibus Nymphae marinae habitare dicuntur, vntes enim spelunca est.* Virg. Aen. 5, 826 Nisae Spioque Thaliaque Cymodoceque, etc.

SPIONIA, ae. f. *Vitis, quae et Spinea quibusdam dicitur.* Columel. 3, 2 At spionia dapifilis musto et amplitudine magis vuarum quam numero fertilis. *conf.* Id. ib. c. 7 et 21. Plin. 14, 2 Aestum fert spionia, quam quidam spineam vocant. Autumnisque et imbribus pinguescit, quinimmo nebulis vna alitur, ob id Rauennati agro peculiaris.

SPIONICVS, a, um. *Adi. a Spionia viti ductum.* Columel. 3, 21 Iam et illud magnae dotis est, posse gustum cuiusque generis non mistum, sed vere merum condere, ac separatim reponere, siue est ille bituricus, seu basilicus, seu spionicus.

SPIRA, ae. f. [*σπείρα*] *Spirae sunt Revolutiones siue circuli, qui in seipso non simpliciter, sed cum aliqua declinatione recurrunt, quales sunt funium nauticorum et rudentum conuolutorum, et serpentium.* Plin. 37, 10 Capnites plurimis spiris fumida. Anguis se colligit in spiram Virg. Georg. 2, 154. Idem Aen. 2, 217 Spirisque ligant ingentibus, et iam Bis medium amplexi. Seruius: Spiris, Nodis.

*conf.* Drakenb. ad Sil. 6, 276. Ligare aliquem spiris Virg. Aen. 2, 217.

¶ 2 Spira, proprie (ut ait Seruius ad Aen. 2, 217) est Volubilitas funium: Festus, Funis nauticus in orbem conuolutus: Pacuuius, Quid cessatis focii eicere Spiras sparteas. *Isid.* Orig. 19, 4 Spirae, funes, quibus in tempestatibus vtuntur, quos nautae suo modo curcubas vocant. *Disertius Graeci* Plut. de garrul. p. 900 H. Steph. 8. Lucian. Toxari c. 19. *Est et ornamentum tortile s. monile.* Iuuen. Sat. 8, 208 De faucibus aurea quum se Porrigat et longo iactetur spira galero. Plin. 19, 35 Lolliam Paullinam, quae fuit Caii principis matrona, ne serio quidem aut sollempni caerimoniarum aliquo apparatu, sed mediocrium etiam sponsalium coena, vidi sinaragdis margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisque, quae summa quadringentes H-S colligebat. Spira est membrum in basi columnarum, circumposito in orbem rudenti simile. Si enim supra plinibum conuolutum in orbem rudentem collocaueris, et illi rotundam trabem erectam imposueris, speciem quandam habebis columnae cum sua basi haud absimilem. *Vtitur* Vitruu. 3, 2 it. 3, 3. 4, 7. Multum conuenit Spira cum Toro, v. v. Hinc Festus, Spira dicitur et basis columnae vnius tori, aut duorum. Plin. 36, 23 In Ephesiac Dianae aede primum columnis spirae subditae et capitella addita. Spira, Genus operis pistorii, ut ait Festus. Cato 77 Spiram sic facito, etc. Spiram hominum multitudinem vocauit Ennius, quum ait, Spiras legionibus nexunt, Festus. Spira rotundum quid, ut cohort, globus etc.

SPIRŪLA, ae. f. [*σπειρίον*] *Basis columnarum Seruius in Aen. 2, 217 A Spiris, nodis, Bases columnarum spirulae vocantur.* ¶ 2 Spirulas et botulos facere Arnob. 2 p. 73. res culinaria.

SPIRARCHES, ae. m. [*σπειραρχος*] *Quasi Primpilaris, aut Cohortis praefectus: nam σπείρα inter caetera Cohortem significat.* Inscr. ap. Fabrett. p. 626.

SPIREON, Herba, quae foliis tenuis venit in coronamenta Plin. 21, 9 l. 29. al. spiraea.

SPIRILLVM, antiqui dicebant Barbam caprae. Festus ex sententia Opilii Aurelii.

SPIRO, are. [*σπείρω, πνέω, φυσάω*] *Altra ducere.* Plin. 9, 7 extr. Haec duo genera fistulis spirant, quae ad pulmonem pertinent. Difficiliter spirare Scribon. 94. Sine cura quiescere, et sine metu spirare Cic. pro Rosc. Amer. 65. Mali morbi testimonium est vehementer et crebro spirare Cels. 2, 4. Ex facili Idem 2, 3. Difficultas spirandi Idem. 4, 4. Facultas spirandi eripitur Scrib. 47. Valentius spirat Eurus, b. c. Flat Ouid. Met. 11, 481. Aurae aequatae spirant, Virg. Aen. 5, 844. Austri clementius spirant Stat. Silu. 2, 2, 27. Flamina spirant venti Ouid. Fast. 4, 18. Fons spirat dulcis aqua Lucret. 6, 890. Odoratis floribus arae spirant Stat. Silu. 3, 3, 211. Spirare, Accusatiuo iunctum, Emittere halitum Virg. Aen. 1, 408 Ambrosiaeque comae diuinum vertice odorem Spirauere. Columel. 1, 6 Tetrum odorem. Spirat maiora animus Prudent. contra Symmach. 2, 479. Amores spirare Hor. Carm. 4, 13, 19. Ira spirat sanguinem, Affectat, concupiscit Senec. Thyest. 6 v. 504. *conf.* Heins. ad Ouid. Met. 5, 348. Cic. Post redit. ad Quir. extr. Non solum dum anima spirabo mea, sed etiam, etc. *Vetus exemplar*

*legit, Anima superero mea. Videtur Laelii mens spirare in scriptis*  
Cic. de Cl. Orat. c. 25. Quae deferi a me dum quidem spirare

potero, nefas iudico Cic. de Nat. Deor. 3, 95. Liu. 3, 46 Inquietum hominem, et tribunatum etiam nunc spirantem, locum seditionis

5 quaerere: *inflate se ut tribunum gerentem.*

SPIRANS, antis. Partic. [*σπείων, σπείωνος*] *Vt, Altum spirans*  
Stat. Silu. 5, 3, 11. Austro spirante Solin. c. 22. Equi spirantes naribus ignem Lucr. 5, 29. Virg. Georg. 3, 34 Stabunt et Parrii lapides spirantia signa. *b. e. Tanto artificio facta, ut spirare et vivere videantur. Eodem modo Aera molliter spirantia* Virg. Aen. 6, 847.

10 Spirantes Animos et Vocem misit Propert. 4, 7, 11. *ad ferociam significandam pertinet.* Immane spirans Virg. Aen. 7, 510. Spirans, *Feruescens et ebulliens, ut, Idem Georg. 1, 327 Fernetque fretis spirantibus aequor.* Grauius spirantis copia thymbrae Id. ibid. 4, 31.

15 *i. Redolentis.* Immunditiae tetrum odorem spirantes Colum. 1, 6. Spirans, *pro Viuente.* Cic. pro Milon. 91 Et sunt qui de via Appia querantur, taceant de Curia? et qui ab conspirante forum putent potuisse defendi, cuius non restiterit cadaveri Curia? Imponere bustium in caput viui et iam spirantis Cic. pro Domo 134 c. 52. Quaedam effigies spirantis mortui Idem Q. Frat. 1, 3. Artus spirantes

20 Lucan. 3, 732. Aura spirans, Vitalis, qua spiramus et viuimus. Seruius ad Virg. Aen. 9, 645. Corpora spirantia Lucan. 1, 365. Exta spirantia consulit, Palpitantia, quasi adhuc viua Virg. Aen. 4, 64.

SPIRATIO, ōnis. f. Scribon. Larg. Compos. 47 Spiratio interpellatur. *add. Tertull. de Anima c. 25. Impedire spirationem* Scribon. 180. Spirationis odor Id. 185, 197. *i. anhelitus.*

SPIRITVS, ūs. m. [*σπείρωμα, πνοή*] *Halitus, Flatus, actus quo spiramus, et viuimus, aër, qui spirando trahitur, ventus, odor.* Plaut. Milit. 1, 1, 17 Cuius tu legiones distulisti spiritu, quasi ventus folia.

30 Cic. de Nat. Deor. 2, 134 Quum aspera arteria ostium habeat adiunctum linguae radicibus paullo supra, quam ad linguam stomachus annectitur, eaque ad pulmones vsque pertineat, excipiatque animam eam, quae ducta sit spiritu, eandemque a pulmonibus respiret et reddat, tegitur quodam quasi operculo, etc. *Add. 2, 18. Virg. Georg. 3, 506. — Atque attractus ab alto Spiritus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 134 Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, spiritu. Ibid. 117 Vitalem et salutarem spiritum praebet animantibus. Ibid. 138 Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, et spiritus per arterias. Cic. in Catil. 1, 15 Potestne huius vitae haec lux Catilina, aut huius caeli spiritus esse iucundus? *baustus, respiratio.* Odo-

40 ris foedi spiritus Cels. 5, 26. Transitus spiritus Scribon. 94. Via spiritus Id. 184. Venae, quae spiritui accommodatae sunt Cels. 1 praef. Vitium est in spiritu Ib. Vnguenti spiritus Lucret. 3, 223. Magna quidem non sum, sed inest mihi maxima virtus: Spiritus est magnus, quamuis in corpore paruo Sympos. 46 *de viola.* Columel. 3, 19 Verumtamen praestat eligere sationi, silentis, vel certe placidi spiritus diem. Plin. 2, 5 Proximum spiritus, quem Graeci nostrique eodem vocabulo aëra appellant. India fauonii spiritu saluberrima Solin. c. 52 (*al. 65*). *conf. Id. c. 32 (al. 45) Auien. de Ora marit. v. 384. Pressae graui Spiritu antennae Sen. Oed. f. 11. De flatu ventris Cels. 2, 7 Quibus alium cum multo spiritu redditur. Et 2, 8 Si extremam alium Spiritus sequitur.* ¶ 2 *Epitheta, quae fere ad illum Spirandi actum pertinent.* Cic. de Orat. 1, 261 Deinde cum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est affectus, vt, etc. Idem de Orat. 3, 179 Anima interclusio, et angustiae spiritus. Auct. ad Herenn. 4, 46 Anhelans ex imis pulmonibus prae cura spiritus ducebatur. Animalis spiritus, *vid. ANIMAL.* Cic. de Arusp. Resp. 57 c. 27 Eodem tempore suscipimur in lucem, et hoc Caelesti spiritu augemur. Continuus spiritus siue inflexus, *vid. CONTINEO.* Creber spiritus, haud ingens, raroque coortus Lucret. 6, 1184. Dirus spiritus Senec. Octau. 5. Cic. de Senect. 27 c. 9 Quorum vsque ad Extremum spiritum prouecta est prudentia. Supplicium a Libero spiritu et communi luce seclusum, *i. In carcere.* Id. Verr. 5, 23. Mortiferum spiritum exhalare Plin. 2, 93. Teter spiritus Cerberi Hor. Carm. 3, 11, 19. Cic. de Orat. 1, 261 c. 61 Demosthenes summa voce versus multos vno spiritu pronuntiare consuebat. Idem de Nat. Deor. 2, 19 c. 7 Haec ita fieri omnibus inter se conuenientibus mundi partibus profecto non possent, nisi ea vno diuino ac continuo spiritu continerentur. *conf. Burm. ad Quinctil. 4, 3 p. 354. Spiritus cum sono Cels. 5, 26.* ¶ 3 *Verborum formulae: Attractus ab alto spiritus Virg. Georg. 3, 506. Auferre spiritum sine sensu doloris Cic. Verr. 5, 117. Occidere. Auferre spiritum alicui Senec. Octau. 242. Citat ex alto spiritum facies flammata, Anhelitum attrahit ex profundo pectore Senec. Med. f. 6. Commeat in pulmonem reciproca vicissitudine spiritus Lactant. de Opif. Dei, c. 11. Continetur vita corpore et spiritu Cic. pro Marcell. 29. Idem de Diuin. 2, 98 In puero referre ex qua affectione caeli primum spiritum Duxerit. Liu. 32, . . . Perire namque semel ipsis satius esse, quam sub acerbissimi carnificis arbitrio spiritum Ducere. *b. e. Vitam extendere.* Cic. pro Lege Manil. 33 c. 12 Atque eos portus, quibus vitam et spiritum Ducitis. Ducere ad tempus spiritum Cia. Fam. 10, 1. Alit aër spiritu Ductus animantes Cic. de Nat. Deor. 2, 101. Cic. pro Arch. 30 Cum vsque ad extremum spatium, nullum tranquillum et otiosum spiritum duxerimus. Elidere spiritum Cels. 4, 14. Eo: vt, Infelix spiritus in auras Ibit Ouid. Epist. 10, 121. Euadit spiritus per angustias Cels. 4, 4. Cic. Verr. 5, 117 c. 45 Matresque miserae pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberum exclusae, quae nihil aliud orabant, nisi vt filiorum extremum spiritum Excipere sibi liceret. *Conf. Virg. Aen. 4, 684. Ouid. A. A. 3, 746. Exige ferro spiritum nefastum Senec. Oed. f. 14. Extenuandus spiritus in auras Ouid. Trist. 1, 4, 11. Fertur spiritus cum sono Cels. 5, 26. in signis pulmonis icli. Firmare cadentem spiritum. i. Animum. Senec. Troad. f. 10. Cic. in Catil. 4, 7**

95 Puncto temporis Frui vita et hoc communi spiritu non putat oportere. *i. Viuere.* Hausti spiritus rudes Senec. Oedip. f. 10. Intercluditur via spiritus Scribon. 184. In pulmonibus inest raritas ad Hauriendum spiritum aptissima Cic. de Nat. Deor. 2, 136. Lusit extremo spiritu Socrates Cic. Tusc. 1, 96 c. 40. Obstruitur relictanti oris spiritus Virg. Georg. 4, 300. Obstare transitui spiritus Scribon. 94. Cic. in Arat. v. 184 Inde Nepae cernes propter fulgentis acumen Aram quam flatu Permulet spiritus austris. Est Profopopoeia Austris. Petrus latere imo spiritus Hor. Epod. 11, 15. Patere. 2, 87 Sextum Pompeium, Antonius, quum dignitatis quoque seruandae dedisset fidem, etiam spiritu Priuauit. Recipere spiritum,

100

105

V v v 2

*respirare* Quintil. II, 3, 39 coll. 36. Cic. Philipp. 10, 20 c. 10 Eum spiritum, quem naturae quis debeat, patriae Reddere. Patere. 2, 14 Cultello percussus, qui affixus lateri eius relictus est, intra paucas horas decessit. Sed cum ultimum Redderet spiritum, intuens, etc. *Laudatur, sed falso, nec scio quo sensu* Cels. 8, 12. *Sed suspicor significare restituere vim spirandi.* Reddit grauiorem spiritum tibia Quintil. 1, 11. Spiritu supremos anhelitus Reddente Val. Max. 7, 8, 9. Regit artus spiritus Virg. Aen. 4, 336. Retinere spiritum Cels. 7, 14. Suspendere spiritum in lectione Quintil. 1, 8 pr. Trahere spiritum Cels. 3, 27. Vanescit spiritus in auras, *Anima, Vita* Ouid. 10 Epist. 12, 85.

¶ 4 Spiritus aliquando pro Animi elatione, et motu vehemientiore accipitur, quod Graece *φρόνημα* dicitur. Cic. Q. Frat. 1, 2. Quid L. Caecilium, nonne omni ratione placavi? quem hominem? qua ira? quo spiritu? Idem pro Sul. c. 9 Res enim gestae credo meae, me nimis extulterunt? ac mihi nescio quos spiritus attulerunt? *Conf.* Id. pro L. Manil. c. 22 extr. Quae ciuitas est in Asia, quae — vnus tribunus militum animos ac spiritus capere possit? Fiducia ac spiritus Caes. Bell. Ciuil. 3, 72. Spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem carminis, nomenque dedit Poetae Horat. Od. 4, 6, 29. Auidus spiritus, *Auarus animus* Hor. Carm. 2, 2, 10. Contaminatus spiritus Cic. in Pison. 20. Hostiles spiritus Tacit. Hist. 4, 57. Ingentis spiritus vir, *vid.* INGENS. Minax spiritus Ouid. ad Liu. 277. Regius spiritus Cic. de Lege Agrar. 2, 93. Sancto quasi spiritu quodam referta templa sunt fida hominum pectora Val. Max. 4, 7 extern. 1. Solidus spiritus Lucan. ad Pison. 251. Superbus spiritus Ouid. ad Liu. 277. Tribunicii spiritus Cic. pro Cluent.

Nobilitate vestra dignos spiritus Capiatis Curt. 5, 8, 16. Tumidus spiritus Sen. Agamemn. l. 4. Frangere spiritus alicuius: Liu. 26, 24 Quorum se vim ac etiam spiritus Fregisse. Sumere spiritus Caes. Bell. Gall. 1, 33. Virg. Aen. 5, 648 Ardentesque notate oculos, quis spiritus illi, Qui vultus, vocisque sonus, vel gressus euntis. *Arguitur, personam esse diuinam, supra hominem quidem.* Operis spiritus atque animus Quintil. 6, 2. Acer spiritus ac vis Nec verbis nec rebus inest Hor. Sermon. 1, 4, 46. Tenuis spiritus *i. Mediocre ingenium vel subtile* Hor. Carm. 2, 16, 18.

SPIRITUALIS, e. Adj. [*πνευματικός*] Quod halitum emittit. Vnde, Spirituales auras dicimus, *i. Vitales.* *Vid.* Tertull. Apol. c. 22 extr. Prudent. in Rom. v. 14. Vulg. 1 Cor. 10, 3. Sidon. Epist. 7, 9. Cyprian. Epist. 1, 1. In corporibus nostris commercia sunt spiritalia Solin. c. 23 (*al. 30*) circa fin.

¶ 2 Spiritale genus machinae Vitruu. 40 10, 1 *ubi ope aëris inclusi et elastici motus aquae efficitur: siue ut ipse ait, cum spiritus expressionibus impulsus, et plagae vocesque organicos exprimuntur: ad organa hydraulica ergo in primis respicit.*

SPIRITVALIS et SPIRITVALITER [*πνευματικός, πνευματικώς*] a Vulgato interprete sunt et Ecclesiasticorum propria. V. g. Rom. 1, 11. 1 Cor. 2, 13 etc.

SPIRITALITER. Adu. *apud* Tertull. Exhort. Cast. c. 10 et adu. Iud. c. 7 et 10 *it.* de Bapt. c. 4 et adu. Marc. 4, 20. Sidon. Epist. 8, 14. Cyprian. de Eleemof. c. 16. *aliosque Scriptores ecclesiasticos.*

SPIRABILIS, e. Adj. [*πνεύσος*] Vitale, quo spiramus, *inquit* Seruius ad Virg. Aen. 3, 600. Per sidera testor, Per superos atque hoc caeli spirabile lumen. Cic. Tusc. 1, 40 Illam vero funditus eiiciamus indiuiduorum corporum leuium et rotundorum concurfionem fortuitam, quam tamen Democritus concalesactam et spirabilem, id est animale esse voluit. *Et paullo ante, Animales, id est spirabiles.* *Sic de Nat. Deor. 2, 91 c. 36* Spirabilis natura. Cic. Tusc. 1, 70 c. 29 Sed fac igneam, fac spirabilem, etc. *de natura animi.* Idem de Nat. Deor. 2, 18 Animum illum spirabilem si quis quaerat vnde habeamus, apparet; quod — sumfimus ab aëre eo, quem spiritu ducimus. *Add.* Plin. 11, 3. Nemes. Cynege. v. 255.

SPIRAMEN, inis. n. [*σπυρήμα*] Per quod exit spiritus: ut Naris spiramina Lucan. 2, 183. Tali spiramine Nelis Emittit stygium nebulosis aëra faxis Idem 6, 90. *Sed etiam pro spiritu ponitur: Reficit spiramina fessi ignis, Moribundum ignem flatu refuscitat* Stat. Theb. 12, 268. Ventorum spiramina Ammian. 17, 7. Aromatis Prudent. Apoth. v. 758. Abluet ille homines sancto spiramine mergens Iuuen. 1, 341.

SPIRAMENTVM, i. n. [*σπυρήματιον*] Canalis, apertum quiddam, qua spiritus commeari potest. Virg. Georg. 4, 39 Neque illae Nequidquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt. Vitruu. 4, 7 Cum inter se tangunt et non spiramentum et per flatum venti recipiunt. *Add.* 7, 4 Spiramenta talparum Pallad. 1, 35, 10. Spiramenta vasi relinquuntur Pall. Nou. 22, 6. *Conf.* Sen. Epist. 57. Plin. 34, 17 Hoc videtur facere relaxatis spiramentis ad satietatem infusus aër. Columel. 9, 11 Et posito cibo dum conuersari consuescant, exiguis spiramentis relictis, triduo fere clausas habere. Spiramenta animae letali vulnere rupit, *scil. Sagitta* Virg. Aen. 9, 580. Siue fauces nodus elisit, siue spiramentum aqua praechulit Sen. de Provid. extr. Caeca spiramenta, *Tenuis cauernae, quae videri non possunt* Virg. Georg. 1, 90. *conf.* Macrobi. Sat. 7, 9. Plin. 34, 10 Circumlito spiramento in caminis, *i. ipso fumi emissario.* Exhalantia flammam spiramenta Ouid. Met. 15, 343. Iustin. 4 pr. de Aetna monte, Vbi acrior per spiramenta cauernarum ventus incubuit. *Ad tempus refertur, q. d. spatium respirandi.* Tacit. in Vita Agric. 44, 6 Quo Domitianus non iam per interualla ac spiramenta temporum, sed continuo, et velut vno icu Remp. exhaustit. Sine spiramento vel mora Ammian. 29, 1. *Add.* Id. 14, 7.

SPIRACVLVM, i. n. Idem [*σπυρήμα*] Virg. Aen. 7, 568 Hic specus horrendum, et faeu spiracula Ditis Monfrantur. *i. e. Aditus, inquit* Seruius. Solin. 2, 93 c. 12. Pallad. Iun. t. 7.

¶ 2 Inspiratio. Penetrant spiracula mentem Iuuen. 1, 115. *i. donum prophetae.*

SPISSVS, a, um. Adj. [*πυκνός, κατάπυκνος*] Proprie Densum significat. Virg. Georg. 2, 236. — et scrobibus superabit terra repletis Spissus ager. Spississima Arbor, ideo et grauissima ebenus Plin. 16, 40. Spississima Basia impingere Petron. c. 31. Ceratum spissum Scribon. 81 Aër spissus Ouid. Met. 1, 24. Amoma spissa tergit de comis Ouid. Epist. 21, 166. Arena spissa Virg. Aen. 5, 336. Caligo spissa Ouid. Met. 7, 528. Coma spissa Hor. Carm. 3, 19, 25. Corona spissa viris Virg. Aen. 9, 509. Corpus spissum Lucret. 6, 126. Flatu spissa implere sedilia, Tibiae sono implere theatra spectatoribus referta et plena Hor. de Arte Poët. 205. Grandine spissa glomeratur corpus, *i. Aqua concrefcit in spissam Grandinem* Ouid. Met. 9, 222. Igne spisso coit Pleiadum chorus Propert. 3, 5, 36. Laureia spissa ramis Hor. Carm. 2, 15, 9. Linteolum spissum Scribon. 53, 55. Litus spissum, *Densum et durum* Ouid. Met. 15, 718. Mel spissum Scribon. 82. Nox spississima Petron. c. 79. Nubes spif-

fa Ouid. Amor. 1, 13, 30. Regio humi solutioris et Spissa, opponuntur Columel. 2, 2 Fossarum duo genera cognouimus: caecarum, et patentium. spissis atque cretosis regionibus apertae relinquuntur: at ubi solutior humus est, aliquae fiunt patentēs; etc. Semen spissius Colum. 4, 34. Solum spissius Plin. 18, 20. Theatra spissa, Repleta spectatoribus Hor. Epist. 1, 19, 41. Tunica spissa Plaut. Epid. 2, 2, 46. Vestis spissa Plin. 8, 48. Conf. Non. 14, 14. Vimine spisso quali Virg. Georg. 2, 241. Umbrae spissae Idem Aen. 2, 621. Spissus tactus, Qui rem aliquam spissam esse deprehendit

Plin. 12, 24. Donec spissum fiat, de unguento Scribon. 48. 66. 157. ¶ 2 Spissum, Tardum: quod spissa massa tardius subigitur, et spisso caeno difficilius eluctamur, spissum lignum persecamus tardius, etc. Plaut. Poen. 3, 5, 47 Qui si quid boni promittunt, pro spisso euenit. Id quod mali promittunt, praesentarium est. de Aruspiciibus loquitur. Idem Cistell. 1, 1, 73 Spissum istud amanti est verbum, veniet, nisi venit. Nihil ei spei credo: omnes res spissas facit Caecil. ap. Non. 4, 422. Cic. Att. 10, 20 Sed hoc quoque timide scribo, ita omnia adhuc tarda et spissa. Idem de Orat. 3, 143 Sed etiamsi est aliquanto spissius, aut si ego sum tardior, profecto nunquam conquiescam. Sin id erit spissius Cic. Fam. 2, 10. conf. h. l. Manur. Cic. de Orat. 2, 213 Et principia tarda sunt, et exitus tamen spissi et producti esse debent. Idem Q. Frat. 2, 13 Scribebam illa, quae dixeram πολιτικά, spissum sane opus et operosum. Compar. Plin. 12, 21 E diuerso Arabica glans viridis ac tenuior: et quoniam montosa sit, spissior. Supert. Plin. 16, 40 Spississima ex omni

materie, ideo et grauisima iudicatur ebenus.

SPISSE. Adu. [πικνῶς] Plin. 36, 25 Dein spisse calcatis carbonibus inducitur sabulo, calce, ac fauilla mistis. Spisse obturatus cacabus Scribon. 271. Spisse obturata foramina. Id. 47. Add. Pallad. 1, 9. Spissus me basiauit Petron. c. 18. Spissius virere Plin. 37, 8. In colle spissius, in campo rarius laetamina disponentur Pallad. 10, 1. Add. Colum. 2, 9. Spisse arare Colum. 2, 11. ¶ 2 Spisse, Tarde. Pacui. Hermion. Habet hoc senectus in se, cum pigra est ipsa, ut spisse omnia videantur confieri Nonius 4, 422. Nascimur spissius quam morimur: vix duo homines decem mensibus edolatum vnum reddunt puerum; contra, vna pestilentia, hostica acies, puncto temporis immanes acervos facit Varro ap. Non. 4, 42. Cic. de Clar. Orat. 138 Est enim propositum, colligere eos, qui hoc munere in ciuitate functi sint, ut tenerent oratorum locum: quorum quidem quae fuerit ascensio, atque abiectio, ex eo quod dicam, existimari potest. Quam multi enim iam oratores commemorati sunt, et quam diu in eorum commemoratione versamur? quum tamen spisse, atque vix, ut dudum ad Demosthenem et Hiperidem, sic nunc ad Antonium Crassumque peruenimus. Spisse, i. Tarde, difficiliter. Certe res spissa tarde et cum difficultate penetratur: terra spissa tardum iter facit: homo spissus fere tardius ingreditur Non. Marcel.

SPISSO, are. [πικνῶν, -εύω] Spissum facere. Plin. 11, 41 Omne lac igne spissatur. Donec spissentur Scribon. 207. i. densa fiant. Officium spissare Petron. c. 140 i. multiplicare. Spissari in panem farinae modo Plin. 13, 4. Spissare pectinatim, vid. PECTINO in PECTEN. Add. Apic. 5, 1 et 8, 8.

SPISSATVS, a, um. Partic. [πικνωθῆς] Ut, Nubes spissatae Lucan. 4, 77. Ignis spissatus Ouid. Met. 15, 250. Humor spissatus Plin. 2, 49. Add. Petron. c. 134.

SPISSESCO, ere. [πικνῆμαι] Spissum fieri. Cels. 5, 27, 4 De curatio- ne aduersus ictum aspidis: Eadem ergo vi verisimile est spissescentem quoque intus humorem hominis ab eo discuti, et sic dari sanitatem. Lucret. 6, 175 Fecit ut ante cauam docui spissescere nubem.

SPISSAMENTVM, i. n. [σύμμα] Spissamenta vocantur, quae Graecis σύμματα dicuntur, quae ad unguentorum confectiones et conditiones alias extrema superponuntur, ne fuitet quod conditum fuerit. Columel. 12, 36 De conditura inulae, Posthaec in umbra triduo siccentur, et ita in fideliā picatam recondantur adiecto passo vel defruto, quod supernatet, spissamentoque cumilae imposito contextum vas pelliculetur. Add. ib. c. 7 et 16 et 47. Sen. Epist. 31 Firmiori spissamento opus est, quam vsum in fociis Vlysem ferunt, quo aures obstruxit.

SPISSATIO, onis. f. Sen. Epist. 86 sub fin. Negat quidquam esse hac spissatione efficacius.

SPISSIGRADVS, i. m. [βραδύπορος] Tarde gradens. Plaut. Poen. 3, 1, 3 Homines spissigradissimos, tardiores multo, quam corbitae sunt in tranquillo mari.

SPISSITAS, atis. f. [πικνωσις] Plin. 18, 30 Quoniam spissitate sua concalefcit. Conf. Vitr. 2, 9.

SISSITVDO, inis. f. [πικνότης] Idem Nubes est spissitudo aeris crassi Sen. Quaest. Nat. 2, 30. Scribonius Largus Compos. 208 Per duplex vas coquitur, donec mellis habeat spissitudinem. Cerati spissitudo Scribon. 250. Emplastri spissitudo 81. Non nimis liquida spissitudo 37. Passi spissitudo 37. Contrahere spissitudinem Apic. 5, 1. Redigi in spissitudinem Scribon. 58. Add. Pallad. 12, 17.

SPITHAMA, ae. f. Mensura ab magno digito ad minimum. Vid. statim SPITHAMAEI.

SPITHAMAEI. Pygmaeorum gens, de qua Plin. 7, 2 Supra hos extrema in parte montium Spithamaei Pygmaei narrantur ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedere, salubri caelo, semperque vernante, montibus ab Aquilone oppositis, quos a gruibus infestari Homerus quoque prodidit. fama est insidentes arietum caprarumque dorsis, armatos sagittis veris tempore vniuerso agmine ad mare descendere, et oua pullosque earum alium consumere: ternis eam expeditionem mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennisque, et ouorum putaminibus construi.

## S P L

SPLANCHNON, i. n. Splanchna i. viscera, exta ap. Cael. Auel. Tard. 5, 10, 102.

SPLANCHNOPTES, Periclis seruus fuit, cui mortuo aeream statuam dominus posuit, quasi tu affatorem intestinorum dicas. Plin. 22, 17 et 34, 8.

SPLEN, onis. m. [σπλήν] Latine dicitur Lien. Plin. 8, 23 Sanguis in corde et circa oculos tantum: viscera sine splene. Add. Vitr. 1, 4. Petulanti splene cachinno Perf. Sat. 1, 12. Conf. Graeu. ad Cic. Fam. 6, 7.

SPLENETICVS, vel quod verius videtur, SPLENICVS, a, um. Adi. [σπληνικός] Qui ex splene laborat. Splenicus certe semper edi curauit Harduinus in Plinio, v. g. 20, 9 f. 34. Splenicis in vino albo datur brassica. Et f. 36 Folia cocta Splenicis in cibo data, etc. Pallad. Iul. 6, 2 Splenetis proderit. MS. Splenicis. Fir.

Firmicus 5, 16 Luna, alios tussicos, alios splenicos efficit. Splenicis propinquant polium ex aceto Plin. 21, 20. *Add.* Apul. de Herb. 34, 2.

**SPL ENIVM**, i. n. [*σπλήνιον*] *Linteolum, panniculus, corium, primo forte Splenis, deinde quaecunque alia figura, quo emplastro aliaue quaecunque medicamenta excepta imponuntur laevis corporis partibus.* Plin. 29, 6 Superimponi oportet splenium e melle decoctum, lanamque succidam ex oleo et vino. Plin. Epist. 6, 2, 2 de Regulo, Candidum splenium in hoc, aut illud supercilium transferebat. *Superstitiosas hominis delicias narrat. Has delicias etiam respicit* Martial. 2, 29 Et numerosa linunt stellantem splenia frontem: Ignoras quid sit? splenia tolle, leges. *Seruus literatae frontis, s. stigmatis notatus, ad tegendam eamturpitudinem, deliciarum et elegantiae cuiusdam, certe morbi causa, videri volebat Splenia fronti imponere: sed suberat causa, quae legi poterat, etc.* 2 Splenion herba vid. infra s. l.

**SPL ENIĀ TVS**, a, um. Adi. [*σπληνιόδετος*] *Splenio obvolutus.* Martial. 10, 22 Cur spleniato saepe prodeam mento, etc.

**SPL ENDE O**, ui, ēre. [*λάμπω, σιλῶ*] *Lucere.* Martial. 4, 79 Et facies multo splendeat alba pilo. Late splendere Hor. de Arte Poët. 15. Colore claro splendere Lucret. 5, 1257. *Add.* Id. 4, 980. Pontus splendet tremulo sub lumine Virg. Aen. 7, 9. Non splendeat Toga Sen. Epist. 5. *Metaph.* Cic. pro Sext. 60 c. 28 Quid denique virtus valeret, quae in tempestate saeva quieta est, et lucet in tenebris, et pulsa loco manet tamen, atque haeret in patria, splendetque per se semper, neque alienis vnquam sordibus obsolescit.

**SPL ENDE NS**, entis. Partic. [*μαρμαίρων*] *Vt, Purius marmore splendens* Hor. Carm. 1, 19, 6. *Ferro splendenti lancea* Ouid. Met. 3, 53. *Fuco splendente comas ornare* Tibul. 1, 8, 11. *Splendentes habeo auctores in equestri ordine* Plin. 9, 5. *Compar.* Claud. de Gigant. 77 — clypeus splendentior igni. *Add.* Virg. Aen. 12, 417.

**SPL ENDESC O**, ēre. [*ἀγλαίζομαι*] *Splendidum fieri.* Cic. in Parad. Proem. 1 Nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendet oratione, et tanquam excolatur. *Hic per translationem.* Plin. 13, 15 Nutriuntur optime, splendescuntque. *Corpora splendescunt succo oliuae* Ouid. Met. 10, 177. *Gladius vsu splendet* Apul. Flor. p. 357. *Vomer attritus sulco splendet* Virg. Georg. 1, 46.

**SPL ENDESC ENS**, entis. Part. *Palla nigerrima, splendescens atro nitore* Apul. Met. 11 p. 258.

**SP ENDO R**, ōris. m. [*αὐγή, ἀέλη, σίλας, λαμπρότης, σιλπνότης*] *Lux dicitur.* Plaut. Merc. 5, 2, 39 Caelum vt splendore est plenum nonne ex aduerso vides? *Aquae splendor* Lucret. 4, 212. *Argenti splendor* Hor. Serm. 1, 4, 28. *Clarus splendor vestis purpureae,* vid. NIGER. *Tremuli splendores* Claud. Conf. Prob. et Olyb. 123. *Vocis splendor* Plin. 20, 6. *vt alia attributa rerum, quae oculis percipiuntur.*

2 *Splendor, per translationem ponitur pro Decore, dignitate, gloria, claritate.* Cic. pro Lege Manil. 41 c. 14 Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet. *Idem pro Flacc.* 28 In imperio, atque in publica dignitate omnia ad gloriam, splendoremque revocarent. *Et pro Cluent.* 198 c. 69 *Honesti homines, et summo splendore praediti.* *Sic Off.* 1, 67 *Harum rerum duarum splendor omnis et amplitudo, addo etiam utilitatem in posteriore.* *Item pro Cael.* 77 Siquidem etiam minimorum horum aliquid offendit, si purpurae genus, si amicorum cateruae, si splendor, si nitor, etc. *Cic. Verr.* 2, 27 *Constat inter omnes, post haec constituta iudicia quibus nunc utimur, nullum hoc splendore atque hac dignitate consilium fuisse.* *Cum Athenis, splendidissima ciuitate natus esset, omnes Athenienses splendore ac dignitate vitae superavit* Nep. 7, 11, 2. *Equestris splendor* Cic. pro Rosc. Amer. 140. *Idem Verr.* 2 c. 71 *Istus ipsos principes equestris ordinis, quorum splendore vel maxime oratio et causa nititur.* *Vid. mox SPLENDIDVS* *Eques.* *Homo eo splendore, ea virtute, qua omnes existimatis, etc.* *Idem Verr.* 5. *Animi splendor,* vid. ANIMVS.

*Nominis splendor* Cic. de Fin. 1, 42. *Ordinis splendor* *Idem pro Caecin.* 28. *Splendorem in Oratione Tacito adscribit* Plin. Epist. 2, 11. *Verborum splendor* Cic. in Bruto 164 c. 49. *i. Ornamenta.* *Accersere splendorem,* vid. ACCERSO. *Afferre splendorem,* vid. AFFERO. *Dare aliquid in splendorem* Plaut. Afin. 2, 4, 20. *Deformare splendorem* Cic. pro Sull. 73. *Delere splendorem* *Idem Off.* 2, 16. *Habere parum splendoris* Hor. Epist. 2, 2, III. *Habere magnum splendorem* Cic. de Clar. Orat. 239. *Maculare splendorem* *Idem pro Sext.* 60. *Obrui splendorem* *Idem de Fin.* 3. *Obscurare et inquinare splendorem,* vid. INQVINO. *Obsoleuit splendor,* vid. OBSOLEO. *Obtinere suae dignitatis splendorem* Cic. pro Sull. 1. *Redigere quid in splendorem* Plaut. Aul. 4, 1, 15. *Esse splendore summo* Cic. Fam. 11, 16. *Trahere splendorem* Plin. 20, 19.

**SPLENDIDVS**, a, um. Adi. [*φαινός, ἀγαυός, ἀγλαός, φαίνων, σιλπνός*] *Clarus, fulgens, vel proprie, vel propter decus virtutis.* Cic. in Parad. 5 *Reuiuiscat M. Curius, aut eorum aliquis, quorum in villa ac domo nihil splendidum nihil, ornatam fuit praeter ipsos.* *Splendidissimum videri, quod animo magno elatoque factum sit* Id. Off. 1, 61. *Id. Verr.* 4, 37 c. 18 *Homo et dominabilis, et apud eos, quod se contulit, propter virtutem splendidus et gratiosus.* *Ad usum pecuniae refertur:* *Elegans, non magnificus; splendidus, non sumtuosus, omni diligentia munditiem affectabat* Nep. 25, 13, 5. *Conf. Vell.* 2, 105, 3. *Splendidus domi, gratiosus extra domum* Cic. Qu. Fratr. 2, 14. *Solidum et splendidum nomen* *Idem de Fin.* 1, 61 c. 18. *Splendida Minois Arbutria* Hor. Od. 4, 7, 21. *i. maiestatis et austeritatis plena.* *Bilis splendida* *Idem Serm.* 2, 3, 141. *de Oreste furente.* *Candor splendidissimus* Cic. in Somn. Scip. 7. *Cera splendida* Ouid. Amor. 1, 11, 20. *Vnctior splendidiorque Consuetudo dicendi* Cic. de Clar. Orat. c. 20. *Crinis splendidus ostro* Ouid. Met. 8, 8. *Certamen honestum, et disputatio splendida* Cic. de Fin. 2, 68. *Dentes splendidi* Scribon. 59. *Domus splendida luxu regali* Virg. Aen. 1, 641. *Eques splendidus* Cic. de Fin. 2, 58. *Et solet de Equestri ordine imprimis adhibere* Cicero: *vid. Manut. ad Fam.* 1, 3. *Femina* Sueton. Oth. c. 1. *i. equestris ordinis.* *Etiam Lipsj. ad Tac. Histor.* 2, 50. *ubi de eadem muliere agitur, obseruat, splendidam feminam esse equestris ordinis.* *Val. Max.* 4, 7, 5 *L. Petronius — humili loco natus ad equestrem ordinem et splendidae militiae stipendia P. Caelii beneficio peruenerat. Tamen etiam qui inter Equites eminent, Splendidi dicti,* *Vell.* 2, 88, 2 *Maecenas equestri sed splendido genere natus.* *Sic Val. Max.* 7, 2, 4 *M. Lutarius Pythia splendidus Eques Rom.* *Idem* 5, 2, 5 *Qu. Terentius Culeo inter paucos Senatorii ordinis splendidus.* *Cic. pro Planc.* 32 c. 13 *Inter ornatissimos homines Equites Rom. summo splendore fuerit.* *Vid. Locus splendidus. it. Natales.* *Ille porro splendor equitis, quin a diuitiis repetendus ma-*

*xime sit, quibus etiam Senator censerī posset, non est dubium.* Facta splendida Hor. Epist. 2, 1, 237. Fama splendida Propert. 3, 20, 8. Fons splendidior vitro Hor. Carm. 3, 13, 1. Humor splendidus sudoris Lucret. 6, 1185. Cic. Off. 1, 9 In maximis animis, splendidissimisque Ingeniis plerumque existunt, honoris, imperii, potentiae, gloriae, cupiditates. Loco splendido Tarracinae nati fratres Cloelii Val. Max. 8, 1 Abf. 13. Lucifer splendidior quam caetera sidera Ouid. Met. 2, 722. Lumina splendida solis Lucret. 2, 107. Splendidis Natalibus orta Tac. Agric. 6, 1. Cic. de Fin. 1, 61 c. 18  
 10 Quod appellant honestum, non tam solido quam splendido Nomine. Nominibus splendidis illuminati Idem in Orat. 163. Magnificentius et splendidius Oratorum genus Idem de Clar. Orat. 201. Orbis splendidus, Oculi Lucret. 3, 415. Palla splendida multo croco Ouid. Epist. 21, 162. Rationem splendidam tenere Cic. de Clar. Orat. 261.  
 15 Signa splendida Lucret. 4, 440. intelligit Astra. Sol splendidior Tibull. 4, 1, 123. Verba splendida Ouid. Rem. Amor. 240. Vitro splendidior Id. Met. 13, 792. Vir ornatissimus et splendidissimus Cic. pro Flacc. 48 c. 20.

S P L E N D I D E. Adu. [*ἀγαθός, ἀγλαός, Φαειδρός*] Vt, Splendide dicta. Cic. de Fin. 1, 6 c. 2 Quid habent cur Graeca anteponant his, quae et splendide dicta sint, neque sint conuersa de Graecis? Idem Tusc. 3, 61 c. 25 Et Acta actas honeste ac splendide, tantam adfert consolationem, vt eos, qui ita vixerint, aut non tangat aegritudo, aut perleniter pungat animi dolor. Amictus splendide Apul. Met. 2  
 25 p. 123. Dicere, siue Facere ornate et splendide Cic. Off. 1, 4 c. 1. Mendax splendide Hor. Carm. 3, 11, 32. i. Decore. Nata splendide femina Plin. Epist. 6, 33. Ornare conuiuium magnifice et splendide Cic. pro Quint. 93 c. 30. Recipere aliquem splendide Auctor ad Herenn. 4, 30. Cic. de Senect. 64 Quae sunt igitur voluptates corporum cum auctoritatis praemiis comparandae? quibus  
 30 qui splendide vsi sunt, ii mihi videntur fabulam aetatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. Compar. Hor. Epist. 1, 17, 20 — Rectius hoc, et Splendidius multo est; equus vt me portet, alat rex. Latius ea et amoenius et splendidius et profuentius exsequebatur Gell. 14, 1. Splendidius atque honestius contra regem bellum gerere Hirt. B. Alex. c. 24. Superl. Splendidissime honores gessisse Val. Max. 6, 1, 5. Splendidissime natus Sen. Ep. 47. add. Petron. c. 21.

S P L E N D I D O, āre. Splendidum reddere. Apul. Apol. extr.  
 40 S P L E N D I C O, āre. Splendidum esse. Apul. Met. 5 p. 162 Splendicant gemmae. Conf. ibid. 7 p. 191.  
 S P L E N D I F I C V S, a, um. Vet. vers. apud Fabrett. p. 101 Splendificumque iubar radianti carperet haustu.

S P L E N D I F I C E. Adu. Fulgent. Mythol. 1 Splendifice  
 45 intermicans.  
 S P L E N D I F I C O, āre. Mart. Capel. lib. 9 Lumina splendificant diem.

S P L E N D I F L V V S, a, um. Eugen. Toletan. Carm. 19 de Creatione, Primus in orbe dies lucis primordia sumisit Alter splendifluis caelum firmavit in oris.

S P L E N D O R I F E R, ēra, ērum. Adi. Tertull. de Iudic. Dom. c. 5 Solque cadit splendorifero qui lumine clarus.

S P L E N E T I C V S, S P L E N I V M, vid. S P L E N.

S P L E N I O N, Alio nomine Teucrion: Herba est iuncos tenues  
 55 spargens, foliis paruis, asperis locis nascens, austero sapore, nunquam aut florens, aut semen gignens Plin. 25, 5. Apul. de Herb. c. 56 et 96. ¶ 2 Splenion vel Splenium ad emplastra, vid. p. a. sub S P L E N.

## S P O

60 S P O D I V M, i. n. [*σπόδιον*] Cinerulam vertunt: id est purgamentum, quod ex fornacum parietibus euerritur, in quibus aes Cyprium aut plumbum decoquitur. Quin etiam exstinctorum carbonum reliquiae, et crassius illud excrementum, quod quidam scoriam appellant, comprehendit, vid. Plin. 32, 10. et 34, 18. et POMPHOLIX. Add. Cels. 5, 7. 6, 6. 7, 7.

S P O D O S, i. m. Idem quod spodium, ap. Plin. 34, 13 c. 33. vid. POMPHOLIX, ubi partem loci huius classici damus.

S P O L E T I V M, i. n. [*Σπολήτιον*] Ciuitas Umbriae. Liu. 24, 17  
 70 Rex Gentius cum liberis, et coniuge, et fratre Spoletium in custodiam ex Scto ductus.

S P O L E T A N I ciues Spoleti Liu. 27, 10.

S P O L E T I N V S, a, um. Gentile. Martial. 13, 120 De Spoletinis quae sunt cariosa lagenis Malueris, quam si vina Falerna bibas. Cic. de Clar. Orat. 270 P. Cominium Spoletinum memorat. Liu. 43,  
 75 20 (18) Caruilius Spoletinus, et C. Afranius a praesidio Romano missi.

S P O L I V M, i. n. [*σπύλον, λάφυρον*] Quodcumque hostibus detrahitur, vt ait Seruius ad Aen. 8, 201. it. 11, 80. Plin. 7, 26 Magnique nomine spolio inde capto eques Rom. (id quod antea nemo) curru  
 80 triumphali reuectus est. Virg. Aen. 10, 862 Viximus, aut hodie victor spolia illa cruenta, Et caput Aeneae referes, etc. Aliorum spoliis suas opes augere Cic. Off. 3 c. 5. Hostis interfecti, a duce donata militibus: vid. Drakenb. ad Sil. 12, 226. Ferarum spolia, Pelles Lucret. 5, 952. Leonis spodium, Pellis Ouid. Met. 3, 81.

85 Add. Non. 6, 55. Serpentum spolia, exuuiæ Lucret. 4, 60. Pallad. Nou. t. 7, 4. Ampla spolia Virg. Aen. 4, 93. Memorabile spodium monstri viperei Ouid. Met. 4, 614. Periphrasis est capit. Medusae. Nobile spodium Sil. 5, 137. Opima spolia quae dux duci detrahit. Vid. Liu. 1, 10 ubi Romulus, Iupiter Fere-  
 90 tri, inquit, haec tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque — dedico, sedem opimis spoliis, quae regibus ducibusque hostium caesis, me auctorem sequentes posterī (successores imperii) ferent. De A. Cornelio Cosso. Idem Liu. 4, 20 Spolia in aede Iouis Fere-  
 95 trii prope Romuli spolia, quae prima opima appellata sola ea tempestate erant, cum sollempni dedicatione dono fixit. Conf. 4, 32. et 23, 46. Quae Rutgerfius Var. Lect. 4, 7 de his spoliis non satis accurate disputarat, ea correxit Perizon. Animadu. c. 7. Add. Spank. de Numism. diff. 10 p. 224 sq. Maximam disputandi materiem praebet locus Festi voce Opima: unde nos legem tantum Pompelli, i. Numae Pom-  
 100 piliū ponemus, vt illa a Fulvio Ursino emendata est, qua ratione certe integram legis sententiam restitutam putat Perizon. p. 257 QVOIVS AVSPICIO CLASSE PROCINCTA OPEIMA SPOLIA CAPIVNTVR IOVEI FERETRIO BOVEM CAEDITO. QVEI CEPIT, AERIS CCC DA-  
 105 RIER QPORTETO. SECVND A SPOLIA IN MARTIS

MARTIS ASAM (*i. aram*) IN CAMPO SOLITAV-  
RILIA VTRA VOLET CAEDITO. QVEI CE-  
PIT, AERIS CC DARIER OPORTETO. TER-  
TIA SPOLIA IANO QVIRINO AGNVN MAREM  
CAEDITO. QVEI CEPIT, AERIS CENTVM 5  
DARIER OPORTETO. QVOIVS AVSPICIO CA-  
PTA, DIS PIACVLVM DATO. Opimis spoliis in-  
signis Marcellus Virg. Aen. 6, 855. *Add.* 10, 449. Onustus spo-  
liis Orientis Idem *ibid.* 1, 293. Salmacida spolia sine sudore et  
fanguine Cic. Off. 1, 61. Superbus spolio Ouid. Met. 7, 156. Ad-  
mere spolia, *vid.* DIMO. Aduolare ad alicuius spolia detra-  
henda aliquo spirante Cic. pro Sext. 54. Capere spolia, *vid.*  
CAPIO. Detrahere cuiuspiam cruenta spolia Cic. pro Rosc. Amer.  
146 c. 50. Fixa foribus: *vid.* Brouckhus. ad Tibull. 1, 1, 54. In-  
dutus spoliis Virg. Aen. 10, 775. Nitens spoliis Senec. Octau. 4. 15  
Occidere hominem causa spoliiorum Cic. pro Rosc. Amer. 145 c. 50.  
Ornatus locus exuviis nauticis et classium spoliis Idem pro Lege  
Manil. 55. Potiti victores praeda spoliisque Virg. Aen. 9, 450.  
Referre spolia ampla Idem Aen. 4, 93.

SPOLIO, *äre.* [*σπολείω, ἀποδύομαι*] Priuare, *speciatim vestibus 20*  
et armis. Ter. Hec. 1, 1, 8 Quin spolies, mutiles, laceres. Aras  
spoliare Virg. Aen. 5, 661. Cic. Verr. 1, 52 c. 20 Sese, cum esset  
Trierarchus et Verrem ex Asia decedentem, persequeretur, iussu Do-  
labellae fuisse vna cum isto Sami: seseque tum scire, spoliatum esse  
fanum Iunonis, et oppidum Samum. *Conf.* Idem pro Sulla 71 c. 25. 2  
Templa spoliantur tristi rapina Lucan. 3, 167. Argento omni  
aliquem depeculari et spoliare Cic. Verr. 6 (4) 37 c. 17. Opibus  
spoliare Idem Att. 2, 3. Vestitu spoliare Idem Off. 3 c. 6. *Et*  
*sine adiuncto vestibus exuere.* Dictator spoliari magistrum equitum,  
ac virgas et secures expedire iussit Liu. 32, 8. *Conf.* Cic. Verr. 4 30  
c. 40 *pr.* Sed etiam ad omnia alia transfertur: ut, Spoliare auxiliis. Id.  
*ibid.* 1, 11 Nesciebas ab eo Cn. Carbonem Consullem, cuius reuera Quaes-  
tor fuit, non modo relictum, sed etiam spoliatum Auxiliis, pecu-  
nia, nefarie oppugnatum, et proditum? ¶ 2 *Substantiua:*  
Animum sanitate spoliare Cic. Tusc. 4, 22. Deos spoliare, Si- 35  
*mulacra deorum* Lucan. 1, 379. Cic. pro Cael. 1 Quae accusatores  
deformandi huius causa, detrahendae spoliandaeque Dignitatis gratia  
dixerunt. Dignitate omni spoliari Idem pro Muraen. 88. Idem  
Off. 2, 72 Itaque ei dixisse Fimbriam, se illam rem nunquam iudica-  
turum, ne aut spoliaret Fama probatum hominem, si contra iudicasset. 40  
Fortunis spoliari Idem pro Planc. 22. Idem Acad. 4, 61 Eam phi-  
losophiam sequere, quae confundit vera cum falsis, spoliatur nos Iudicio.  
priuat approbatione, omnibus orbat sensibus. Ornatu alieno  
aliquam artem denudare atque spoliare Idem de Orat. 1, 235. Id.  
Att. 10, 3 Nunc alia ex parte persequi, ex alia Provincia spoliare 45  
conatur. Idem pro Cael. 42 c. 18 Parcat iuuentus Pudicitiae  
suae, ne spoliet alienam. Robore spoliatur filuae, *Arboribus*  
Lucan. 3, 395. Sociis spoliare aliquem Ouid. Met. 14, 71. Terra  
spoliatur lumine Lucret. 4, 378. Cic. Acad. 1, 33 Spoliavit enim  
Virtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negavit in ea sola 50  
positum esse beate viuere. Vita spoliare, *Occidere* Virg. Aen.  
6, 168. Vitem spoliare pampinis Columel. 11, 2. Vrbes  
spoliauerat populis Stat. Theb. 4, 36. Vsu medicamentorum spo-  
liare medicinam Scribon. Epist. in. ¶ 3 *Deponens fuit*  
apud antiquos, *auctore* Nonio 7, 100. *Certe ibi Afranius,* Quos impune 55  
depopulatur et dispoliatur dedecus.

SPOLIANS, *antis.* Part. Gladium spoliantis in ima ilia demittere  
Ouid. Met. 12, 440. *add.* Vulg. Hof. 7, 1.

SPOLIANDVS, *a, um.* Partic. [*σπολυνδός*] *Vt,* Tempa spo-  
lianda Lucan. 5, 305. 60

SPOLIATVS, *a, um.* Partic. [*σπολυνδής*] Cic. Att. 6, 1 Et  
mehercule ego ita iudico, nihil illo regno spoliatus, nihil rege egentius.  
Putare se spoliatum ornamento Idem de Orat. 2, 144. Ciuitas spo-  
liata atque nudata Idem pro Balbo c. 4. Corpora spoliata colore  
Lucret. 2, 851. Corpus spoliatum lumine Virg. Aen. 12, 935. For- 65  
tunam spoliatam conferre cum fortuna alicuius Cic. in Pison. 38. Fo-  
rum spoliatum et orbatum voce alicuius erudita. Idem de Clar. Orat.  
6 c. 2. Nauis spoliata armis Virg. Aen. 6, 353. Nauis spo-  
liata magistro Idem *ibid.* 5, 224. *Compar.* Cic. Att. 6, 1 Nihil illo  
regno spoliatus, nihil rege egentius. 70

SPOLIATIO, *ōnis.* f. [*σπολυνδία*] Cic. Verr. 2, 18 Quum in le-  
gatione, oppidorum, fanorumque spoliationis cogitaret. *Et* 4, 102  
Nullas Graeci homines grauius tulerunt nec ferunt, quam huiuscemodi  
spoliationes fanorum, atque oppidorum. Omnium rerum spo-  
liatio Cic. pro Sext. 47. Nobilissimi atque antiquissimi templi 75  
spoliatio Idem contra Rull. 1, 9. Dignitatis spoliatio Cic. Philipp.  
2, 27. Auaritia ne Sacrorum quidem spoliatione abstinuit Liu.  
29, 8. Misericordiam spoliatio Consulatus magnam habere debet  
Cic. pro Muraen. 87.

SPOLIATOR, *ōris.* m. [*σπολυντήρ*] Cic. Verr. 4, 80 c. 36 Ne- 80  
que solum spoliata illa patiere, sed etiam eorum spoliatorem, vexato-  
remque defendes. Ille optimi cuiusque spoliator et carnifex  
Plin. Paneg. c. 90. *de Domitiano.* Pupilli prostantis spoliator Iu-  
ven. Sat. 1, 46. *Conf.* Sen. de Benef. 4 c. 27.

SPOLIATRIX, *icis.* f. [*σπολυνδρία*] Martial. 4, 29 Sic spolia- 85  
tricem commendat Faustus amicam. *al.* fastus. Cic. pro Cael. 52  
c. 21 Tunc aurum ex armario tuo promere ausa es? tunc Venerem  
illam tuam spoliatricem spoliare ornamentis? *vel simpliciter fugillat*  
*Clodium amatores suos spoliantem, vel alludit ad Vetricem Venerem.*  
Spoliatricis quidem mentionem aliam exstare non inueniebam. 90

SPOLIARIVM, *i. n.* Pars f. membrum Amphitheatri. *Occisus*  
*in spoliario gladiatores significat* Sen. Epist. 93 *extr.* Num quid ali-  
quem tam cupidum esse vitae putas, ut iugulari in spoliario quam in  
arena malit? Gladiator in spoliario Lamprid. in Comm. c. 18 et 19.  
Lacus Seruilius, Sullanae proscriptiois spoliarium Sen. de Prouid. 95  
c. 3. *Conf.* Lips. de Amphith. c. 21. et Saturn. 1, 18. Plin. in Pa-  
neg. 36 Nunc templum illud, nunc vere aedes non spoliarium ciuium,  
cruentarumque praedarum saeuum receptaculum. Senec. Controu.  
5, 33 Volo nosse illud infantium spoliarium, in quo truncabantur.  
¶ 2 *Est etiam illud membrum balnei, ubi vestes deponuntur, ἀποδυτήριον.* 100  
Gl. Isid. Spoliaria, exteriores balnearum cellulae.

SPONDA, *ae.* f. [*πλευρόν*] *Latus lecti:* Spondae, sunt Tabu-  
lae, quae utrinque latus lecti sustinent. *Quomodo a Pluteo nunquam*  
*distinguitur, vid. ibi n. 2.* Virg. Aen. 1, 698 Quum venit, au-  
laxis iam se regina superbis Aurea composuit sponda, mediamque lo- 105

- cauit. Extrema et in sponda cubet Hor. Epod. 3, 22. Orciniana sponda Martial. 10, 5. Conf. Idem 3, 91. et 14, 85. Ouid. Met. 8, 656. Sueton. Caes. c. 49. Petron. c. 94 et 97. Sidon. Epist. 9, 15.
- 5 SPONDAICVS, vid. SPONDEVS.
- SPONDEO, sponondi, sponsum, ēre. [*ἀναδέχομαι, ὁμολογῶ, ἔγγνω, μνησέομαι*] a Sponte fit, i. voluntate: idque verbum veteres pro Dico usurpabant: quia qui spondet, sponde, id est voluntarie dicit. Postea Spondere acceptum est pro Sponte promittere. Vid. Varro de L. 5, 7 p. 58, 10. Cic. Att. 16, 2 Egit autem pater et filius, ut tibi sponderent. Idem Philipp. 14, 26 c. 9 Pansa aut morte, aut victoria se satisfacturum Reip. spondit. Promittere et spondere Idem pro Muraen. 90 c. extr. Officium spondere alicui Ouid. Met. 10, 418. Fortasse impunitatem vitiis suis spondit Lactant. 3, 17. Cic. Att. 12, 15 Sed tamen scire velim, quomodo dicar spondidisse, pro patre an pro filio. Idem Fam. 1, 9 Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spondisti. Idem Fam. 15, 21 Quod ego non modo de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi. Fide mea spondeo futurum, ut, etc. vid. FIDES, ei. Fortuna spondet salutem Virg. Aen. 12, 637. Sidera nihil placidum spondentia Ouid. in Ibin 215. Sen. de Benef. 4, 39 Sponsum descendam (in forum) quia promissi. Sed non, si sponderi in incertum iubebis, si scisco obligabis. In incertum non In certam numerorum summam, sed Quantumcunque quis debeat, quae periculosissima sponsio erat. Plaut. 25 Curc. 5, 3, 74 Spondesne miles mihi hanc vxorem? M. spondeo. Id. Trin. 5, 2, 33 Spondebat etiam petitori pater, sec. Donat. ad Ter. Andr. 1, 1, 75. verum in hoc ille falsus est. Supin. Atque eadem sponsum consulti ante atria mittis Ouid. Am. 1, 13, 19.
- SPONSVS, a, um. Partic. [*μεμνησμένος*] Promissus. Ter. Phorm. 4, 3, 52 Etiam nunc, si vult Demipho dare, quantum ab hac accipio, quae sponsa est mihi, etc. Idem Eun. 5, 9, 6. Cic. Att. 14, 20 Suam cuique sponsam, mihi meam: suum cuique amorem, mihi meum. ¶ 2 Sponsus, Subst. [*νυμφίος*] Cui spondetur puella, siue Qui spondit eam se ducturum. Vlpian. l. in potestate D. de Sponsal. In potestate manente filia, pater sponso nuntium remittere potest, et sponsalia dissolvere. Caius eod. tit. l. Saepe. Valetudo sponsi sponsaevae ulterius trahunt sponsalia. Is animadvertit sororem suam de fratrum morte non laborantem: sponsi autem nomen appellentem identidem Curiatis cum gemitu et lamentatione Cic. de Inuent. 2, 78 c. 26. ¶ 3 Sponsa, [*νύμφη, μνηστῆρ*] Puella, quae spondetur. Plaut. Caf. 1, 14 Huc venisti sponsam praereptam meam. Imperita atque integra Plaut. Caf. 4, 4, 11. Deducere sponsam marito, vid. DEDVCO. Turpes sponsae Iuven. Sat. 1, 78.
- SPONSO, āre. [*μνησέω, Onomast. Vet. νυμφεύω*] Sponsalia contrahere. Paullus de ritu nuptiarum, l. Si quis officium in aliqua provincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere non potest, quamvis sponsare non prohibeatur ita scilicet, ut si post officium depositum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arris tantummodo redditus quas acceperit. Sic Sine quo sponsari non possunt Tertull. de Vel. Virg. c. 11.
- SPONSANS, antis. Part. Paullin. Nol. Natal. Felic. 6, 43.
- SPONSVS, ūs. m. [*ἀνάδοξη*] Sponsio. Seru. Sulpic. apud Gell. 4, 4 Si post eas stipulationes vxor non dabatur, qui stipulabatur, ex sponso agebat, iudices cognoscebant. Varr. de L. L. 5, 7 Quod sine sponte sua dixit, cum eo agi non potest ex sponso. Phaedr. 1, 16 (17) I Fraudator nomen quum locat sponso improbo. Conf. Cic. Att. 12, 19. Paull. Ict. D. 50 t. 16 l. 7.
- SPONSVM, i. n. Ex sponso egit Cic. pro Quint. c. 9.
- SPONSOR, ōris. m. [*ἔγγυος, ἔγγυητής*] Qui spondet. Ut nullum illa stiterit vadimonium sine Attico, hic sponsor omnium rerum fuerit Nep. 25, 9, 4. Coniugii sponsor et obses Hymenaeus Ouid. Epist. 2, 34. Idem Fam. 6, 19 De tuo negotio quod sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit. Idem pro Quint. 75 Cur caeteri sponsores et creditores non conuenerint? Sponsor, fem. Ouid. Epist. 16, 114 Comitata Cupidine paruo Sponsor coniugii stat dea picta sui (nisi leg. tui, o Helena.) Conf. Scalig. ad Manil. 5, 632. Sponsores Tertull. de Baptismo c. 18 vocat eos, qui tanquam testes pro infante respondent.
- SPONSIO, ōnis. f. [*ἔγγυσις, ἔγγυη*] Promissio. Paull. de verb. signif. l. Sponsio, appellatur non solum, quae per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio, promissioque. Accedebat interdum sponsio causis in iudicio, de certa pecunia, quam daret, qui vel tota causa, vel quaestione, quae in causam incideret, victus esset, Cic. Verr. 1, 132 Quid, quum palam Syracusis te audiente maximo conuentu P. Rubrius Q. Apronium sponsione lacesiuit, ni Apronius dicitaret, te sibi in decumis esse socium? Haec te vox non perculit? non perturbauit? non ut capiti et fortunis tuis prospiceres, excitauit? tacuisti, sedasti etiam lites illorum, et sponsio illa ne fieret laborasti. Et paullo post, Sponsio est, ni te Apronius in decumis socium esse dicat, provincia tua est: ades, abs te iudicium postulat. Valerius 2, 3 Pertinacius progressa contentione, Valerius sponsione Luctatium prouocauit, non se petitorium triumphum, ni suo ductu Punica classis esset oppressa, nec dubitauit restipulari Luctatius. Itaque iudex conuenit inter eos Attilius Calatinus. Prouocans igitur sponsione, ita dicebat, Spondeo me tantam pecuniam daturum, ni, et reliqua. Prouocatus autem contra restipulabatur. Cic. Verr. 3, 136 Cum eodem Apronio postea Scandilius eques Romanus, quem vos omnes nostis, eandem sponsionem de societate fecit, quam Rubrius facere voluerat, institit, oppressit, non remisit: facta est sponsio H. S. quinque millibus. Coepit P. Scandilius Recuperatores aut iudicem postulare. Idem Verr. 5, 141 c. 54 Cogere eum (Seruilius) coepit (Verres) cum ageret nemo, nemo postularet, H. S. duobus millibus sponsionem facere cum lictore suo, ni furtis quaestum faceret. Recuperatores de cohorte sua se dicit daturum. Quinctil. 7, 5, 3 In sponsionibus quae ex interdicto fiunt, etiam si non proprietatis est quaestio, sed tantum possessionis, tamen non solum possidisse nos, sed etiam nostrum possidisse, docere oportebit. Qui sponsione certant, illi testantur, se non temere litigare, qui non detrectent, si vincantur, praeter id, de quo agitur, perdere etiam summam, de qua sponderint. Illud de interdicto declaratur argumento orationis pro Caecina, praefertim n. 23 c. 8. Erat enim Caecina de fundo vi armata deiectus: propterea Praetor interdixerat De vi, iusseratque, Aebutium, qui vim fecerat, restituere Caecinam in possessionem. Quum autem Aebutius Praetoris se edicto satisfecisse diceret: Caecina autem se plane restitutum esse negaret, facta



*facta est sponsio, ni Caecina restitutus ex edicto Praetoris esset. Quum igitur Cicero vim illatam Caecinae iudicibus sponsionis exposuisset, ita demum subdidit, His rebus ita gestis, P. Dolabella Praetor interdixit, ut est consuetudo De vi hominibus armatis sine vlla exceptione: tantum ut vnde deiecisset, restitueret. Restituere se dicit. Sponsione vobis iudicandum. Add. 45 c. 16. vid. Briffon. de Formulis 5, 7. Audax sponsio Iuven. Sat. 11, 199. Sponsiones facere Plin. 9, 32. Conf. Cic. pro Quint. c. 9. Plaut. Men. 4, 2, 27. Plin. 7, 37. Asclepiades nobilis maxime sponsione facta cum Fortuna, ne medicus crederetur, si vnquam inualidus vlllo modo fuisset ipse, et victor summa in senecta lapsu scalarum exanimatus est. Valer. Max. 6, 1 de C. Fescennino, Quum de stupro nihil negaret, sed sponsionem se facere paratum diceret, quod adolescens ille palam atque aperte corpore quaestum facitasset. Iuven. Sat. 11, 200 Spectent iuvenes, quos clamor, et audax Sponsio, quos cultae decet assedisse puellae. Spectatores ludorum inuicem contendentes sponsione, id est deposito pignore, alii alium fore victorem diuinabant, ut hodie fit in equorum, gallorum gallinaceorum, aleatorum certaminibus, ubi qui verum praedixit accipit praemium de quo conuenit. Plin. 33, 1 Ad sponsiones etiamnum annulo exsiliante. Solent enim annuli in sponsionibus saepe deponi. Plin. 20, 9, 35 Ergo sponsionibus factis, postero die magnificam coenam apposuit Antonio. de coena Cleopatrae loquitur. Paulo post, Iniecit alteri manum L. Plancus, iudex sponsionis eius, victumque Antonium pronunciauit. Rursus paulo post, de Clodio Aesopi filio: Et quidem nulla sponsione ad hoc productus, singulos vniones conuiuis absorbendos dedit. Martial. 11, 1 Sed quum sponsio, fabulaeque lassae De Scorpo fuerint, et Incitato. Pignoribus et sponsione contendebant, quis rex fieret. Prouocare aliquem sponsione Valer. Max. 2, 8, 2. et Petron. c. 70. Cic. de Legib. 2, 41 c. 16 Diligentia votorum satis in lege dicta est, ac voti sponsio, qua obligamur deo: poena vero violatae religionis iustam recusationem non habet.*

**SPONSIUNCULA**, ae. f. Dimin. Petron. c. 58 Sponsiunculam deferre.

**SPONSALIS**, e. Adj. *Spectans ad sponsum, vel sponsam. Leg. 2 Cod. Theod. de Repudiis; Quae recedit dotis suae compos sponsalem quoque obtineat largitatem. Sponsales praestolatur aduentus Mart. Capella 2 p. 46. Seruat sponsalia pacta Iuuen. 1, 143.*

**SPONSALIA**, srum. n. Pl. [*ἕγγυον, ἕδνα*] Seru. Sulpit. in lib. quem scripsit de dotibus, apud Geil. 4, 4 Qui uxorem ducturus erat, ab eo, vnde ducenda erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, itidem spondebat. Is contractus stipulationum, sponsionumque dicebatur sponsalia, etc. Vlpian. de sponsal. l. 2 Sponsalia dicta sunt a spondendo. Nam moris fuit veteribus stipulari et spondere sibi futuras uxores. Ibidem Florent. l. 1 Sponsalia sunt mentio et repromissio futurarum nuptiarum. Iuven. Sat. 6, 25 Conuentum tamen et pactum, et sponsalia nostra Tempestate paras. Dies sponsaliorum Sueton. in August. c. 53. Mediocria sponsalia, vid. **MEDIOCRIS**. Constituere sponsalia Vlpian. l. Si puellae D. de sponsal. Contrahere sponsalia Modestini. in l. In sponsalib. contrahendis D. de sponsal. Dissoluere sponsalia Vlpian. l. In potestate D. de sponsal. Efficere sponsalia Modestini. l. In sponsalib. D. de sponsal. Facere sponsalia Vlpian. in l. Quaesitum D. de sponsal. Infirmare sponsalia Caius in l. Furor. D. de sponsal. Infringere sponsalia Vlpian. in l. Si puellae D. de sponsal. Praebere alicui sponsalia Cic. Qu. Fratr. 8 (6). Add. Nep. 25, 20, 1. Dig. 23, 1 t. de sponsalibus l. 1 Cod. Sponsal. Sueton. Claud. c. 12. Sen. de Tranqu. c. 12.

**SPONSALICIVS**, a, um. *Quod ad sponsos, aut pertinet, aut refertur: ut, Sponsalicia largitas, i. Donatio, quae a sponso sponsaue fit. apud Iustinian. Nouell. 119. et saepe in lib. 5. Cod. et Sidon. Epist. 7, 2.*

**SPONDEON**, i. n. [*σπονδαῖον*] *Poculum, quo libabant et sacrificabant. De penetrali fontem petitum spondeo libat Apul. Met. 11 p. 266, 26. Sic Elmenb. Beroaldus Spondeon. Contra Elmenb. vitiose fonte habet. Recte fontem Pricaeus. Hesych. σπονδαῖον ἀγγαῖον ἐν ᾧ τοῖς ἀδωλοῖς ἐπιπνεύδον.*

**SPONDEVS**, i. m. [*σπονδαῖος*] *Pes duabus syllabis longis constans. Legitimus quidem hic qui in Heroico versu omnium sibi vindicat locum, licet raro quinto loco reperiat. Hic spondeus erit, longa qui constat vtrinque. Dicitur, quod in sacrificiis et libationibus eo maxime uterentur. Nam σπονδή libationem significat. Terent. Maurus p. 2413 rationem nominis ita reddit, Qui quod in templis canorus, a sono vocis malae Auribus libantis obstat et fauet, (silentium praestat) σπονδαῖος est. Conf. SPONDIALIS. Lentipes spondeus Auson. Epist. 21, 42. Stabiles spondei Hor. de Arte Poët. 256. Conf. Cic. de Orat. 3 c. 47. et in Orat. c. 64. Quincil. 9, 4. Sidon. Epist. 9, 15.*

**SPONDAICVS**, a, um. *Vt, Versus spondaicus, Qui duos habet spondeos ad finem Terentian. ap. Priscian. p. 1321.*

**SPONDIALIS**, e. Adj. *Tibicen dicebatur spondialis, qui in sacris canebat, quod nomen a spondeo profectum initio est, cuius carmine Graeci in libamentis deorum et sacrificiis uti soliti erant. Isidor. 1, 16 Vnde et ii, qui tibiis canebant in sacris gentilium, spondiales nominabantur. Mar. Victor. Art. Gramm. 1 p. 2487 Spondeus e duabus longis, ut reges, temporum quatuor, dicitur a tractu cantus eius, qui per longas tibiis in templis supplicantibus editur, vnde et spondiales (Putsch. Spondulae) appellantur, qui huiusmodi tibiis inflare assueverunt. Spondiales legit Turneb. Aduers. 20, 17. Spondialia, Carmina trochaica sacris adhiberi solita, quibus etiam tibicines cum modis faciebant, plerumque uti solebant. Cic. de Orat. 2, 193 c. 46 Tamen in hoc genere saepe ipse vidi, cum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur, spondialia illa dicentis, Segregare abs te ausus, aut sine illo Salaminem ingredi? Editi libri habent Spondalia, sed mendose, ut Turnebo quidem videtur l. c. Conf. Rhodig. Lect. Ant. 6, 9. Salmaf. ad Solin. p. 88 spondaulia.*

**SPONDOGVS**, i. m. *Lanugo quaedam in rosa siluatica Marc. Empir. c. 27.*

**SPONDYLE**, es. vel **SPONDYLIS**, is. f. [*σπονδύλη*] Plin. 27, 13 c. 118 Et animalium quidem caeterorum nullum aliud radices a nobis dictas attingit excepta spondyle, quae omnes persequitur. Genus id serpentis est. Verticellam Gaza vertit in Aristotelem, vid. SPONDYLVS.

**SPONDYLIVM**, i. n. *sive SPONDYLION. [Dioscoridi σπονδύλιον] Herbae nomen. Plin. 12, 26 Ab hac panace, ferula differt, quae vocatur spondylion, foliis tantum, quia sunt minora, et platani di-*

visura: non nisi in opacis gignitur. femem eodem nomine filis speciem habet medicinae tantum utile. *Conf. Idem 24, 6.*

SPONDYLVS, f. SPHONDYLVS, i. m. [*σπόνδυλος, σπονδύλιον, σπόνδυλος*] Nodus seu vertebra spinæ dicitur. Sunt autem in ipsa spina hominis spondyli quatuor et viginti, quorum septem collum constituunt, duodecim thoracem, quinque alii lumbos. *vid. Plin. 29, 4 f. 20. Cael. Aurel. Tard. 1, 1, 36* Ex primo cervicis sphondylo vsque ad clunes vel earum ultimum sphondylum. *Propter qualemcunque similitudinem sic dictum etiam marinum animal, testaceum, puto. Nominat Plin. 32, 11* Inter auguralis coenæ delicias memorat *Macrob. Sat. 2, 9.* Spondylus est Callus, siue caro interior ostreorum. *Plin. 32, 6* Neque in luto capta, neque in arenosis, sed solido vado, spondylo breui atque non carnosio, nec fibris lacinoso, ac tota in aluo, *vid. Columel. 8, 16. Cels. 3, 18. Apic. 9, 14. Martial. 7, 19* Rosostepenti spondylos sinu condit.

SPONGIA, ae. f. [*σπόγγος*] Natura illa media, neque animal, neque frutex, sed inter utrumque genus interiecta, quod genus Graeci zoophyton appellant. Locus classicus est *Plin. 9, 45* Spongiarum tria genera accepimus: spissum ac praedurum et asperum, tragos id vocatur: minus spissum et mollius, manon: tenue densumque, ex quo penicilli, Achilleum. Nascuntur omnes in petris, aluntur conchis, pisce, limo. Intellectum inesse his apparet, quia, vbi aulforem sensere, contractae multo difficilius abstrahuntur; hoc idem fluctu pulsante faciunt. Viuere esca, manifesto conchae minutae in his repertae ostendunt. — In petris cruoris quoque inhaeret color. — Pessimum omnium genus est earum, quae aplysiæ vocantur, quia elui non possunt, in quibus magnae sunt fistulae, et reliqua densitas spissa. *Add. 32, 11 ubi de earum natura, et tractandi ratione atque usu plurima. v. g. Tinguntur in deliciis aliquando et purpura. — Candidae cura sunt e mollissimis recentes, per aestatem tinctae salis spuma, ad lunam et pruinæ sternuntur inuerfac, hoc est, qua parte adhaesere, vt candorem bibant. — Vfus earum ad abstergenda, fouenda, aperienda a fotu, dum aliud imponatur — sanguis rapitur in secando, vt curatio perspici possit — Lanae emolliunt, spongiae coercent rapiuntque vitia vicerum. Circumlignantur et hydropicis siccae, vel ex aqua tepida poscaue — Contra solem apte protegunt capita, etc. Multa enim omittenda fuerunt. Spongia vda facies plorantis deterfa est *Petron. c. 108. Picta etiam et scripta spongiis debebantur, vid. Plin. 33, 10. Ita, Spongiam impingere *Auson. Eidyll. 11 praef. Augustus tragoediam magno impetu exorsus, non succedente stilo aboleuit, quaerentibusque amicis, quidnam Ajax (fabulae nomen) ageret? respondit Aiacem suum in spongiam incubuisse *Sueton. August. c. 85. Martial. 14, 144* Haec tibi sorte datur tergendis spongia mensis Utilis, expresso quum leuis imbre tumet. *Conf. Cels. 6, 7. 8, 4. et 5, 4. Vitruu. 2, 6. Sueton. Calig. c. 20. Spongia ex verbenis noua****

Scribon. 205. Mollis spongia 158. Effingere fiscinas spongia Cato 67, 2. Plenam spongiam aquae manu premere et ficcare *Lucret. 4, 622. Tertull. de Spectac. c. 25* Poterit de misericordia moueri defixus in morsus vrsorum, et spongas retiariorum: ad detergenda vulnera. *Vid. Lips. Amphit. 2, 8: aut tegendo pectori, Liu. 9, 40 de Samnitibus, Spongia pectori tegumentum. Spongiae, quibus columnae, pauimenta, podia exterguntur *Vlpian. in l. Quaesitum §. canales D. de fund. instruct. Creditur etiam procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo pro spongiis dicebatur vti, quasi et siccos madefaceret et exprimeret humentes *Sueton. Vesp. c. 16. ¶ 2 Spongas, olitores antiqui appellabant *Ridiculas asparagorum inter se implicatas. Vid. Pallad. Mart. t. 9. et Febr. t. 24. Columel. 11, 3, 43* Stirpes praefractae angunt oculos spongiarum, et quasi excaecant, nec patiuntur asparagum emittere.***

¶ 3 Spongia pro pumice lapide, apud *Plin. 36, 19. Pallad. 1, tit. 10. ¶ 4 Spongia, massa ferri, quae ex fluore iterum consolidata est: vid. Hard. ad Plin. 34 f. 41 n. 15. ¶ 5 Panis genus. *Isid. Orig. 20, 2* Sfungia (ita *Gotthofr. b. l.*) panis aqua diutissime laxatus, simillam modicam accipit, et fermentum modicum, et habet fermentationis plus quam omnis panis. Vnde et spongiae nomen accepit.*

SPONGIOLA, ae. f. Dimin. [*σπογγιόλιον*] Spongiola, quae aliis Amentum, aliis Cachrys dicitur, officinis bedegar. Id est quod praeter naturam in quibusdam fruticibus vt cynorrhodo nascitur, et squammatim compactum spongiolae cuiusdam modo propendet e ramis. *Plin. 25, 2* Alias apud auctores cynorrhodi vna medicina erat, spongiolae quae in mediis spinis eius nascitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. Spongiolae, Radiculae asparagorum inter se implicatae. *Columel. 11, 3, 44* Sulci autem inter se pedali mensura distantes fiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita spongiolae deprimuntur, vt facile superposita terra germinent.

SPONGIOLVS, i. m. *Fungorum species *Apic. 2, 1. et 3, 20.**

SPONGIOSVS, a, um. Adi. [*σπογγιόδης*] Quod similitudinem spongiae habet *Plin. 11, 37. Idcirco pulmo spongiosus. Add. Cels. 4, 1. Plin. 36, 21.*

SPONGIO, are. Spongia detergere *Apic. 1, 26. Aper spongiatur *Apic. 8, 1. Conf. Barth. Adu. 38, 2.**

SPONGIZO, are. Idem. *Apic. 7, 16. et 8, 7.*

SPONGITES, ae. m. Gemma, quae spongiae (a qua et nomen habet) speciem repraesentat *Plin. 37, 10.*

SPONSA, SPONSALIS, SPONSIO, SPONSO, SPONSVS, vid. SPONDEO.

SPONTE. [*αυτομάτως, ευσσως, ποικίλα*] Ablatiuus a Nominatiuo inusitato Spons. cuius Genitiuus est in rariore vsu: significat Voluntate sua, vel certe sua natura et vi, vt excludatur aliena vis et impulsus. *Vid. Charis. 2 p. 195. Varro de L. L. 7 p. 58, 10* Spondeo a sponte, nam id valet a voluntate. Ideo *Lucilius* scribit de Cretea, Cum ad se cubitum venerit sua voluntate, sponte ipsam suapte adductam, vt tunicam et caetera reiiceret. Eandem voluntatem *Terentius* significat, cum ait (*Ad. 1, 1, 50*) fatius esse sua sponte recte facere, quam alieno metu. Ab eadem sponte declinatum spondet, etc. post multa alia, Sic despondisse animum quoque dicitur — quod suae spontis statuerat finem — Et a sponte respondetur, id est ad voluntatem rogantis. *Plaut. Truc. 2, 6, 46* Neque iam queo pedibus mea sponte ambulare. *Ter. Andr. 4, 2, 9* Age, si hic non insanit satis sua sponte, instiga. *Cic. de Senect. 71 c. 19* Senes autem, sicut sua sponte, nulla adhibita vi consumunt ignis exstinguitur. Idem *Fam. 1, 7* Etenim Pompeium, qui mecum saepissime non solum a me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non saepe in senatu fuisse. *Add. Idem Verr. 2 c. 10. Quam voluntatem tua sponte*

habiturus esses *Idem Fam. 6, 9. Cicero, ne in versum incidat, semper*

- semper Pronomen, mea, tua, etc. praeponit.* Conf. Nep. 5, 3, 3. *Offia patuere sua sponte* Virg. Aen. 6, 82. *Quintil.* 5, 10 *Et vt literae, syllabaeque scribentium cogitationem non exigunt, sic rationes sponte quadam sequantur.* Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis, et sponte mea componere curas Virg. Aen. 4, 340. 5  
*Italiam non sponte sequor* Idem ibid. 4, 361. Tacit. Histor. 3, 16, 3 *Nec sponte Antonii properatum.* Nil facimus non sponte Dei Lucan. 9, 574. *Paxque fuit non sponte ducum* Lucan. 1, 99. Conf. Idem 4, 184. *Vnde suspicio, sponte legatorum excitari bellum* Tacit. Hist. 4, 19, 7. *Plin.* 11, 49 *Testes homini tantum iniuria, aut sponte naturae franguntur, vid.* Idem 9, 51. *Sponte sua quae se tollunt in luminis auras* Virg. Georg. 2, 47. *de arboribus.* *Viure sua sponte, Sine aliorum ope sustentare vitam suam* Lucret. 5, 870. *Res, quae sua sponte scelerata ac nefaria est* Cic. Verr. 1 c. 42 *Sponte sua probitas officiumque iuuant* Ouid. ex Pont. 2, 3, 15 34. *Add.* Petron. c. 16 et 105. *Haec enim alienatio non sponte tutorum fit* Vlpian. in l. Sed si pec. §. 2 D. de reb. eor. qui sub tut. etc. Gell. 13, . . . *Spontis suae mortem manet.* Columel. 9, 4, 1 *Est enim satiuia et altera suae spontis, itemque semper virens pinus et minor ilex.* Id. 11, 3, 10 *Spontis suae aquam manu illatae op-  
ponit.* Cels. 1, 1 *Sanus homo qui et bene valet, et suae spontis est, nullis obligare se legibus debet.*
- SPONTE.** Adu. [*ἐκείνως, προσεπτόν* Gloss. Lat. Gr.] *Plin. Epist.* 4, 27 *Hic sponte beatissimo otio fruitur, alius exercitum regit.* Idem Ep. 7, 19 *Sponte primum, deinde ex auctoritate Pontificum.* Immi- 25  
nentem necessitatem sponte praeuenit Tacit. Ann. 1, 30, 5.
- SPONTANEVS, a, um.** Adi. [*αὐτόματος, αὐθαίματος*] *Voluntarium et naturale.* Sen. Epist. 121 *Agilitas est spontaneus motus.* *Spontanea infania ebrietas est . . .* Macrob. Somn. Scip. 2, 12 *Appetitus spontaneae mortis.* Conf. *Plin.* 27, 7. *Arnob.* 30  
lib. 3. *Veget.* 2 Prol. *Borrich.* Cogit. p. 242.
- SPONTĀLIS, e.** Adi. [*ἐκείνως*] *Idem quod Spontaneum et ultro-  
neum.* Apul. 4 p. 147 *Quumque nulli nostrum spontale parricidium suadens, persuadere posset, gladium per medium pectus ictu fortissimo transadigit.* *Sobrietas* Idem 9 extr. 35
- SPONTANEE.** Adu. Hieron. Ep. 2 ad Nepotian. *Vulg.* 1 Pet. 5, 2. *Oct.* Horat. 1, 8.
- SPONTALITER.** Adu. Solin. Epist. 8, 9 *Id spontaliter facio.*
- SPONTĪVVS, a, um.** Adi. Solin. 2 (8) *Dammum spontium.* *Conf. Salmaf. h. l. p. 61.* 40
- SPORĀDES, um.** f. Pl. [*Σποράδες*] *Insulae quaedam circa Cretam in mari Carpathio, vel Aegaeo, sicut Strabo lib. 10 scribit. Di-  
ctae, quod in mari sparsae sint. Sunt autem harum nomina, Helene, Pho-  
cusa, Hecaria, Schimusa, Polegrados, Thera, Anephe, Astypalia, La-  
gusa, Ion, ubi sepultus fertur Homerus.* Conf. *Plin.* 4, 12. 45
- SPORTA, ae.** f. [*σπογγή, σπογγός, σπογγίς*] *Vasis genus, quasi fi-  
scella.* Aut a Sparto herba quasi Spartea: aut ab Asportando, ut ait Non. 2, 833 *ubi laudat Sallust.* *E muris canes sportis demittebant.* *Varro de Vita Pop. Rom. l. 1 Neque enim opsonium in tota coena coeptum ex variis rebus coniectum in vnam sportam perspicitur.* *Sueton. Rhet. 1 Diu expectauerunt, dum retia extraherentur, ali-  
quando extractis piscis nullus inuit, sed sporta auri obsuta.* Columel. 8, 7 *Locus ad hanc rem desideratur calidus maxime, et minimi luminis, in quo singulae caueis includantur angustioribus, vel sportis inclusae pendeant aues.* *Nempe Sportae, Sportulae, Sportellae; Nummum sunt receptacula.* *Vid. Budaeus in notis ad Pandect.* et *Ascon. Pedian. in Proem. Aet. in Verr. p. 50.* *Sporta iuncea, vel spar-  
tea* Columel. 12, 6. *Sportae faecariae* Cato 132 *sunt, Quibus inclu-  
sa faex prelo supponitur, ut vinum faecatum exprimatur.* *Add.* *Petron. c. 113.* *Pallad. Ian. t. 21.* *Isidor. 20, 9.* 60
- SPORTŪLA, ae.** f. Dimin. [*σπογγίον*] *Plaut. Curc. 2, 3, 10 Qui incedunt suffarcinati, cum libris, cum sportulis.* *Idem Men. 1, 4, 1 Sportulam cape, atque argentum. eccos tres numos habes? C. habeo. E. abi, atque opsonium affer.* ¶ 2 *Sportula est liberalitatis priuatae genus in salutatores: [διανομή Gloss. Lat. Graec. διανομή χροαίς, διανομή ἀργύρα Gloss. Gr. Lat.] Nempe cum Clientes omnes coenae adhibere non possent, institutum est, ut aliquid cibi domum ferendum in Sportula daretur tenuioribus, quod cum et ipsum in infinitum fere procederet, pecunia dari coepit, quae et ipsa Sportula dicebatur. Totum tamen hoc recentioris videtur instituti, et sub imperatoribus de-  
mum inuentum.* *Sueton. Claud. c. 21 Munus gladiatorium extraordinarium et breue dierumque paucorum appellare coepit Sportulam, quia primum daturus edixerat, velut ad subitam condictamque (ab ipso conuiuia petitam) coenulam inuitare se populum. Ergo debet iam tum tale quid in usu fuisse.* *Vulgauit rem Nero, de quo Sueton. c. 16* 75  
*Adhibitus suntibus modus: publicae coenae ad Sportulas redactae.* *Rurfus Domitianus* *Sueton. c. 7 Sportulas publicas sustulit, reuocata coenarum rectorum consuetudine.* *Conf. Martial. 8, 50 qui de eiusmodi Coena publica Domitiani, Promissa est, inquit, nobis Sportula, recta data est.* *Conf. Vlpian. l. 3 ff. de penu leg. Plin. Ep. 10, 118.* *Sidon. Epist. 5, 7.* *Est itaque Sportula vel δεινόν ἐν σπογγίσι coena in sportula, de qua Iuuen. Sat. 3, 249 Nonne vides quanto celebretur sportula fumo? Centum conuiuiae: sequitur sua quem-  
que culina. Vbi cibi ipsi auferendi dantur: vel est numaria, centeno-  
rum quadrantum.* *De hac multa Iuuenal. 1, 95 sq. illud praesertim* 85  
*v. 120 Centum quadrantes lectica perit densissima, i. feminae etiam deli-  
catae, quae lecticis vebantur.* *Sic Martial. 1, 62, 1 Dat Baiana mihi quadrantes Sportula centum.* *It. 3, 7 Centum miselli iam valete quadrantes, Ante ambulonis congiarium lassi.* *Et 11, 75 Sportula nos iunxit quadrantibus arida centum. i. eadem ex domo Spor-  
tulam forte petentes conueniebamus.* *Caeterum frequentissimae erant Sportulae erogationes, in ludis, in inaugurationibus honorum, in nuptiis, in dedicationibus nouorum operum, etc. vid. Plin. Epist. 10, 117.* *Suet. Claud. c. 9.* *Apul. Met. 7 p. 191. et Apol. p. 329.* *Symmach. Ep. 3, 24. 4, 4 et 55.* *Iuret. ad Symm. 4, 55.* *Demster. ad Co-  
ripp. p. 206.* *Laudatur* *Vet. Inscr. IMPETRAT LOCO EX D. ORD. STATVA FORENS. MEMORIAM PIETATIS HONORAVIT DATISQVE SPORTVLIS DICAVIT.* *Tanto minus eam praestamus, quod unde sit, nan vacat iam quaerere.* *Formula Sportulae nuptialis mittendae* *Symmach. 9, 106 Par. sed Iur. 101. Pro filiis nostris Deo iuante coniunctis in duobus solidis ad te misimus Sportulam nuptialem, quam cum prompta dignatione susceperis, documentum dabis, omnia amicorum festa esse communia.* *Eiusdem argumenti est Epistola 107.* ¶ 3 *Spor-  
tulae Cypriano dictae, quae sacerdotibus distribuebantur singulis mensi-* 105

*bus: vid. Torrent. ad Suet. Domit. c. 7. Cuiac. ad l. 120 D. pr. de legatis.* ¶ 4 *Ap. Ictos sportulae sunt pecuniae, quas iudices aut executores litium accipiebant. Vid. Tit. Cod. (3, 2) de Sportulis Iud.*

5 **SPORTELLA**, ac. f. *Aliud Dimin. [σπορτέλιον] Cic. Fam. 9, 20 de coena valde frugali, Dedicendae tibi sunt sportellae et artolagani tui. In sportellis fructus et sicca cibaria videntur apposuisse. Firmat Petron. 40 In coena Trimalchionis ex apri dentibus sportellae dependebant duae palmulis textae, altera Caryotis, altera Thebaicis repletas.* Apic. 1, 4 *Folia citri viridia in sportella palmea in doliolum musti mittes. Conf. 6, 9 ubi videtur gallina in sportella coqui. Magis ad Ciceronis locum facit Suet. Domit. c. 4 Senatui equitique parariis, plebei sportellis cum opsonio tributis.*

**SPORTVLO**, ære. *Sportulantes fratres Cypriano Epist. 28. 34. 66 sunt clerici, quibus Sportulae tribuuntur, vid. SPORTVLA n. 3.*

**SPORVS**, i. m. *Spado fuit a Nerone in deliciis habitus, quem in feminam idem ipse hominis monstrum transfigurare annisus est, eundemque dote inter auspices consignata, palam uxorem duxit. Post Neronis vero necem iussus a Vitellio, ut habitu puellae raptas se in teatro sisteret, non ferens ignominiam, manus sibi intulit. Vid. Suet. Neron. c. 28. et Xiphilin. ex Dionis 65 p. 737.*

## S P V

25 **SPVMA**, ac. f. [*σπῦμα, πτύλον, φυνίον*] *Sordes earum rerum, a quibus eiicitur, nempe quum per ebullitionem vel maximam agitationem faex quaedam supernatat, ut mero, aeri, sali, etc. Virg. Aen. 1, 39 Et spumas salis aere ruebant. Martial. 14, 48 Spuma vocor nitri, dicor et aphonitrum. Albentes spumae Ouid. Met. 7, 415. Al-*

30 *bida spuma Idem ibid. 3, 74. Argentea spuma Scribon. 45. 81. 183. et saepissime; i. lythargyros. Argenti spuma Id. 244. Conf. Celf. 5, 5. 6, 6. 7, 9 et 11. Plin. 33, 6. Colum. 6, 14. Ferri, quae in fusione ferri exhalat per os camini: vid. Harduin. ad Plin. 34 f. 41 n. 15. Cana spuma Sen. Hippol. 10. Cruentae*

35 *f. Rubrae, fortissimorum equorum: vid. Seru. ad Virg. Aen. 4, 135. Feruida spuma Ouid. Met. 8, 287. Virides spumae serpentum Claud. de Bell. Gild. 172. Agere spumas Lucret. 3, 490. Vid.*

**AGO**. *Albet mare spumis sonantibus Ouid. Met. 11, 501. Virg. Aen. 3, 567 Ter scopuli clamorem inter caua saxa*

40 *dedere, Ter spumam Elifam, et rorantia vidimus astra. Fudit stridentem cum sanguine spumam Ouid. Met. 8, 47. Incalescens spuma, vid. INCALESCO. Incanuit vnda spumis Catull. Argon. 62, 13. Oblitus et spumis, et crasso sanguine rictus Ouid. Met. 11, 367. Torquent adnixi nautae spumas Virg. Aen. 3, 208. Spu-*

45 *ma pro Saponis, qui facile in spumam resolvitur, Martial. 14, 26 Caustica Teutonicos accendit Spuma capillos. Pro Caustica de quo nomine vid. f. 1. Is. Voss. ad Catull. p. 142 Cattica. Caeterum hoc vult Martialis, a Saponis vst magis rutilos fieri capillos Teutonum f. Germanorum. Quod facere solebant etiam Romanorum quidam, ut docet*

50 *Martial. 8, 33 Et mutat Latias Spuma Batava comas, vid. RVTVLO. SPVMEVS, a, um. Adi. [Φυμίας] Quod spumae naturam, vel colorem refert. Plin. 15, 28 Spumæus color malis. Idem 37, 2 Amnis spumeus, i. Spumans, vel spumofus. Virg. Aen. 2, 496. Aper*

55 *Apul. Met. 8 p. 202. Spumeas efflans Saliuas Prudent. Perist. 1 Calagurr. v. 101. Ora spumæa Lucan. 5, 190. Semen spumeum Plin. 20, 19. quod solutum aqua facile in spumam abit. Vnda spumæa Virg. Aen. 10, 212.*

**SPVMOSVS**, a, um. Adi. [*σπυμώδης*] *Quod spumam facit. Plin. 12, 7 Lycion aptissimum medicinae, quod est spumofum. Aequor*

60 *spumofum Lucan. 2, 627. Spumofa (excrementa) Scribon. 99. Reicere spumofa Idem 186. Litora spumofa Catull. Argon. f. 65, 121. Vnda spumofa Virg. Aen. 6, 174. Compar. Claud. de Conf. Honor. 6, 458 Addua quo scissas spumofior incitat vndas.*

**SPVMIFER**, æra, ærum. Adi. [*Φυμιοφόρος*] *Vt, Fluctus spumiferi, apud Stat. Achil. 1, 59. Spumiger, apud Ouid. Met. 11, 140. Spumigeri Lupi Manil. 5, 72. Sus spumiger Lucret. 5, 983.*

**SPVMIDVS**, a, um. Adi. *Apul. Apol. p. 306 Humor crassus et*

70 *spumidus. SPVMABVNDVS, a, um. Adi. Apul. Apol. p. 303, 1 Faciem tuam spumabundus conspuisset, de epileptico f. morbo caduco laborante. SPVMIGENA, ae. Vt, Cytherea spumigena, ex spuma nata Mart. Capell. 9 p. 310.*

75 **SPVMO**, ære. [*σπυμώ*] *Spumas emittere. Plin. 32, 7 Subinde spuma pennis deterfa, et postquam desierit spumare, tepidum infundere. Virg. Aen. 8, 672 — Sed fluctu spumebant caerulea cano. Adspergine salsa spumant cautes Virg. Aen. 3, 534. Fræta spumant versa lacertis Idem ibid. 5, 141. Quam magis exhausto*

80 *spumauerit vbere Mulætra Virg. Georg. 3, 309 Vindemia spumet plenis labris Idem ibid. 2, 6. Add. Sen. Qu. Nat. 2, 16. Pallad. 1, 17. Spumare et Fumare a librariis misceri, obseruamus voce FVMO.*

**SPVMANS**, antis. Partic. *Aper spumans Virg. Aen. 1, 324. Cymbia spumantia lacte Idem ibid. 3, 46. Ensis spumans cruore Virg. Aen. 4, 665. Equus spumans Idem ibid. 6, 881. Frena spumantia mandit ferox sonipes Virg. Aen. 4, 135. Musta Iu-*

90 *venc. 2, 378. Pateram spumantem hausit Virg. Aen. 1, 743. Popula spumantia lacte Idem Ecl. 5, 67. Sanguis spumans Virg. Aen. 9, 456. Et Celf. 5, 26. Vuæ spumantes Columel. 10, 44.*

**SPVMATVS**, a, um. Adi. [*σπυμμένος*] *Cic. de Diuin. 1, 13 c. 7 Saxaque cana, salis niueo spumata liquore, Tristificas certant Neptuno reddere voces. ex Poëta.*

**SPVMATVS**, ïs. m. [*σπυμμός*] *Stat. Silu. 1, 4, 102 Dictami florentis opem, quoque anguis abundat Spumatu.*

**SPVMESCO**, Ære. [*σπυμώω*] *Inchoatium: ut, Aequora spumescunt remo Ouid. Ep. 2, 87.*

**SPVVO**, spui, sputum, Ære. [*πύω*] *Saliuam emittere. Virg. Georg. 4, 97 — Terram sicco spuit ore viator Aridus. Plin. 28, 4*

100 *Veniã quoque a deis spei alicuius audacioris petimus, in sinum spuendo. Vid. SINVS. Nec ministranti apud Persas famulo hiscere vel loqui licet, vel spuerre Ammian. 23, 6. Antoniam, Drusi coniugem, nunquam spuiffe percelebre est Solin. c. 4. Ammian. Marcell. 27, 3 p. 522 Gron. de Lampadio, Homo indignanter admodum*

105 *sustinens, si etiã cum spueret non laudaretur.*

SPVTO, Ære. Frequent. [ἀποπτύω] Plaut. Capt. 3, 4, 18 Nam illic istic qui sputatur interdum morbus venit, i. morbus caducus, epilepsia. Idem Merc. 1, 2, 27 Tua causa rupi ramices, iamdudum sputo sanguinem.

SPVTĀTOR, Æris. m. [πύσης] Plaut. Milit. 3, 1, 52 Minime sputator, fercator funi.

SPVTVM, i. n. [πύελον, πύσμα, πύσμα] Saliua. Martial. 2, 26 Inque suos mittit sputa subinde sinus. Cruenta Propert. 4, 5, 66. Minuta sputa Lucret. 6, 1186. Salsa sputa Idem 6, 1187. Tenuia sputa Lucret. 6, 1186. Edere sputum fincerum Cels. 2, 9. Conf. Idem 1, 8. Voces improbas et sputa Perferre Sen. de Const. c. 1.

SPVTVS, Æs. m. Idem. Cael. Aurel. Tard. 4, 4 Cum plurimo sputo et ructatione iugi.

SPVTISMA, Ætis. n. Vitruu. 7, 4 legitur. Sed vid. PITYSMA. 15

SPVTĀMEN, Ænis. n. Cael. Aurel. Tard. 2, 14, 199 Aegrotantium sputamina. Conf. Ammian. 14, 9. Tertull. adu. Gnost. c. 10. Prudent. Apoth. v. 676.

SPVTAMENTVM, i. n. Tertull. de Spectac. c. 30 Sputamentis dedecoratus. 20

SPVTATILĪCVS, a, um. Adi. [πυραμαλιτικός] Leuis. Cic. de Clar. Orat. 260 c. 74 Et ille fuit accusator, inquit, vetus, quo accusante Chrutilium, Sifenna defendens dixit quaedam eius sputatilica esse crimina. Tum C. Rufcius, Circumuenior, inquit, Iudices, nisi subuenitis. Sifenna quid dicas nescio, metuo insidias; Sputatilica quid est? hoc, sputa quid sit scio, tilica nescio. Maximi risus: sed ille tamen familiaris meus recte loqui putabat esse, inusitate loqui. Sputatilica, dicere forte voluit, leuia aut despuenda. 25

SPVRCVS, a, um. Adi. [πιναρός, ῥυπαρός, ἀκαθάρτος] Impurum, obscenum, lutulentum, ut recte Non. 4, 425. A spuendo dictum, quod tale sit, ut de eo spuatur. Cic. Tusc. 1, 41 Samnis spurcus homo, vita illa dignus locoque. Hor. Sermon. 2, 5, 18 Visne tegam spurco Damae latus? Saliua spurca Catull. 76, 8. Apul. . . . 30

Tam multae res spurcae et graues, nares infestant. Ager Col. 1 Pr. 25. Animalia spurca Musonius ap. Gell. 9, 2 vocat philosophastros. 35

Gladiator spurcus et carnifex Varr. apud Non. 4, 425. Heluo spurcissimus, praegustator libidinum Cic. pro Domo 25 c. 10. Homo spurcissimus Cic. Verr. 1 c. 37. Humor spurcissimus Apul. Met. 1 p. 110. i. urina. Lupae spurcae Martial. 1, 35. Mors spurcissima Sen. Ep. 70. Nubilum spurcum Plin. 16, 2. Pro-

40 pudium spurcissimum Apul. Met. 8 p. 215. Tempestate spurcissima cum iter facerem Cic. ap. Non. 1. c. Vinum spurcum est, Quod sacris adhiberi non licet, ut ait Labeo Antist. lib. 10 commentarii iuris Pontificii, cui aqua admixta est, defrutumue, aut igne tactum est, mustumue ante quam deferuecat. Fest. Vita spurcissima 45

Gell. 14, 2. Si quid est Vrina spurcius Gell. 17, 19. Vrinae spurcissimae mador Apul. Met. 1 p. 108.

SPVRCE, ius, Æsine. Adu. [ῥυπαρός] Auct. ad Her. 1, 8 In odium ducentur, si quid eorum spurce, superbe, crudeliter, malitiose factum proferetur. Cic. Att. 11, 13 Deinde praescribit spurcissime 50

quas ob causas fecerit. Idem Philipp. 2, 100 c. 39 An crudelior qui in illam miseram tam spurce, tam impie dixeris. Spurcius Cato ap. Plin. 29, 1.

SPVRCTIA, Æe. vel SPVRCTIES, Æi. f. [ῥυπαρία, ἀκαθαρσία] Immunditia. Lucret. 6, 21 At contra nobis coeni teterrima cum sit 55

Spurcties, eadem suis haec munda videtur. Add. Ibid. v. 977. Quidue superbia, spurctia, ac petulantia Lucret. 5, 48. Plin. 33, 4

Quae e catino iactatur spurctia, in omni metallo scoria vocatur. Idem 17, 9 Proxime spurctias suum laudant. Spumam et omnem spurctiam eximere Colum. 12, 17. Add. Ibid. c. 1. it. 1, 5. 60

A spurctiis purgare aluum et vermiculos eicere debet mellarius Varro R. R. 3, 16.

SPVRCO, Ære: vel SPVRCOR, Æri. Depon. [ῥυπαίνω, σπιλώω] Foedare, vitiare. Cels. Iurisconf. ait apud Vlpian. in l. Si feruus D. ad leg. Aquil. Cum eo agi posse Aquilia, qui vinum spurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit. Plaut. Men. 1, 2, 57 Ne ex isto loco spurcatur nasum odore illutibili. Paull. in l. 1 D. De extraord. crimin. Si quis fimo corrupto aliquem perfuderit: coeno, luto oblinierit: aquas spurcauerit: fistulas, lacus quidue ad iniuriam publicam contaminauerit. Conf. l. 27 §. 11 ff. ad L. Aquil. 70

Cuius os spurcat exhalatus mephiticus odor Sidon. Ep. 3, 13. Iupiter incesta spurcauit labe Lacaenas Prudent. adu. Symm. 1, 60. Senectus spurcata impuris moribus Catull. in Comin. l. 105 (109) 2.

SPVRĀMEN, Ænis. n. Prudent. Cathem. 9, 56 Gregis suilli fordida spurcamina. 75

SPVRĀLOQVIVM, i. n. Tertull. de Resurr. cap. vlt. Spurciloquio experiri in congressibus.

SPVRĀFĪCVS, a, um. Adi. [ῥυποποιός] Qui spurca et foeda facit. Plaut. Trin. 4, 1, 7 Spurcificum, immanem, intolerandum, vesanum. 80

SPVRĀDĪCVS, a, um. Aliud Adi. [ῥυπαρολόγος] Qui spurca et obscena dicit. Plaut. Capt. Prol. 56 Neque spurcifici insunt versus.

SPVRINA, [Σπυρίνας] Dux regis Parthorum, qui Crassum interemit. Item Mathematicus ac vates, qui Caesari praedixit, ut Martias caueret Idus, vid. Sueton. Caes. c. 81. Item Adolescens Etruscus 85

egregia forma, qui quum mira specie complurium feminarum illustrium sollicitaret oculos, ideoque viris ac parentibus earum suspectum se esse sentiret, oris decorem vulneribus confudit etc. Val. Max. 4, 5 ext. 1.

SPVRIVS, i. m. [προγονεύης Gloss. Lat. Gr.] Qui ex muliere non nota ortus est, vel incerto patre. Spurium Modestinus D. De stat. homin. l. 90

vulgo concepti, vulgo conceptum appellari scribit, et eum esse, qui incerto patre natus sit, siue illum, qui eum patrem habet, quem habere non licet. Vlpian. Reg. 4, 2 Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati sunt, spurii appellantur. Gaius Instit. 4, 9

Quod si quis incestas vel nefarias — nuptias inierit, nec uxorem 95

habere, nec filios. Nam hi, qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, quamlibet matrem videantur habere, patrem vero nullatenus habere censentur, et tanquam si de adulterio concepti fuerint, computantur, qui Spurii appellantur, h. e. sine patre filii. Non ignovasse videtur ista Plutarch. in Probl. 103 ubi ita de hoc verbo: Spurius 100

primum nomen est apud Romanos, ut Sextus, et Decimus, et Caius. Prima autem nomina non tota scribunt: sed aut una litera, ut T. Titum: aut duabus, ut Cn. Cnium: aut tribus, ut Sex. Sextum, et Ser. Seruium. Sic Spurius, Sp. scribebatur. Eos autem, qui sine patre erant, qui ἀπατρες Graece dicuntur S et P designabant, quasi Sine patre; hoc errore factum, 105

VOL. IV.

vt *Spurii*, *Sine patre dicerentur*. Dicunt alii, *Sabinos uxoris pudenda spurion appellare*. Item qui legitime natus non sit, sed ex concubina, aut scorto, contumeliae causa spurium appellari solitum. De *Spurii i. membri muliebris illa appellatione non temere esse, ostendit illa De mari sumta spuria Apul. Apol. p. 297. i. marina virginalia, ut vocat p. 296. Conf. Turneb. Adu. 17, 15. Caeterum de re ipsa Apul. Met. 6 p. 177 pr. ex persona Veneris, Impares nuptiae, et sine testibus — factae, legitimae non possunt videri: ac per hoc spurius ille nascetur. Est ergo Spurius natus non ex legitimis nuptiis. Metaph. Auson. Epist. 2, 29* Qui-  
 10 que notas spuriiis versibus apposuit. *i. Incerti auctoris. Pone obelos igitur spuriorum stigmata vatum Auson. in Sapient. v. 13. SPVTAMEN, SPVTATOR, SPVTO, etc. vid. SPVO.*

## S Q V

15 **SQVALEO** vel **SQVALLEO**, ui, ĕre. [*αὐχμῶς, ῥυτῶν*] *Proprie squamosum esse significat. Non. 6, 26 Squalere non sordium plenum esse tantummodo, vt nunc consuetudine persuasum est, sed honesta re abundare, et refertum esse, veteres honesta auctoritate posuerunt, ducique hanc significantiam a squamis putant. Vt enim est in corporibus sordium alta congeries, quae squalum dicuntur: ita quod fuerit qualibet re densatum, oneratum, inculcatumque, squalere vulerunt. Haec honesta significatio in primis in Participio obseruatur, vt mox videbimus. Virg. Aen. 2, 277 Squalentem barbam, et con-*  
 20 *cretos sanguine crines. Cic. pro Sext. 52 Erat igitur in luctu Senatus, squalabat ciuitas publico consilio veste mutata. Quinctil. 10, 1 Neque ergo arma squalere situ ac rubigine velim. Cic. pro Milon. 20 c. 8 Tota ciuitas confecta senio est, squalent municipia, afflictaeque coloniae. Virg. Georg. 2, 348 — Aut squalentia infode conchas. Proprie: nam squamarum quibusdam contextae sunt conchae. Squalere dictum est a squamarum crebritate asperitateque, quae in serpentium pisciumque coriis visuntur Gell. 2, 6 extr. Macrob. Saturn. 6, 7. Drakenb. ad Sil. 2, 547. Arua squalent abductis colonis Virg. Georg. 1, 508. Corpora squalabant*  
 35 *exfangui morbo Ouid. Met. 15, 627. Crines squalent a puluere effuso Sil. 4, 252. Serpentibus atris squalent humus Ouid. Met. 14, 410. Squalabat tellus vitiato feruida dorso Sil. 14, 591. Squalabat adustus limes Claud. de R. P. 1, 259.*  
 40 **SQVALENS**, entis. Partic. Virg. Georg. 4, 91 Alter erit maculis auro squalentibus ardens. Seruius, h. e. Splendentibus: quod a squamis venit, vt Squamis auroque tralicem. Aethra Prudent. Cath. 9, 77. *i. nubila. Arua squalentia Lucan. 1, 205. it. 5, 39. Barba squalens Virg. Aen. 2, 277. Campi squalentes Sil. 3, 655. i. sicci. Vid. Heinss. ad h. l. it. Drakenb. ad 12, 373. Coma*  
 45 *squalens Ouid. Fast. 3, 640. Libya Claud. quart. Conf. Hon. 436. Litus Tac. Ann. 15, 42, 3. Lorica squalens auro alboque orichalco Virg. Aen. 12, 87. Conf. Ibid. 10, 314. Ora squalentia Ouid. Met. 4, 655. Tela squalentia venenis Idem Fast. 5, 397. Tunica squalens auro Virg. Aen. 10, 314. Vestes squalentes atro puluere Lucan. 8, 57. Compar. Squalentior Mart. Capella 6 p. 192.*

**SQVALIDVS**, a, um. Adi. [*αὐχμηρός*] Incultum et sordidum: quod proxime similitudinem haberet squamae piscium, sic appellatum Fest. Plaut. Trucul. 5, 41 Hunccine hominem te amplexarier tam  
 55 horridum, atque squalidum? Ter. Eun. 2, 2, 5 Video sentum, squalidum, aegrum, pannis, annisque obsitum. Ager Auct. de Limitib. p. 299 Rigalt. Suetonium Paullinum et Liuinum Proculum tristi mora squalidos tenuit Tac. H. 2, 60, 2. vt alias sordidatos. Squalidi atque deformes Quinctil. 6, 1. Liu. 21, 39 Otilium etenim  
 60 ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuue, tabeque squalida et prope efferata corpora varie mouebant. Add. Curt. 4, 1, 22. Humus squalida humanis albet ossibus Ouid. Fast. 1, 558. Membra squalida Lucret. 5, 954. Mors squalida Sen. Med. 10. Rubigo squalida Catull. Argon. 62, 42. Siccitate Regio Curt. 7, 4, 27. Sudor squalidus Stat. Theb. 3, 327. Add. Iustin. 21, 5, 5. Compar. Cic. in Orat. 115 c. 32 extr. Sed quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

**SQVALVS**, a, um. Antiquum pro Squalidus. Enn. Telam. apud Non. 10, 2 Strata terra lauere lacrimis vestem squalam et sordidam.

70 **SQVALIDE**. Adu. [*αὐχμηρός*] Cic. de Fin. 4, 5 c. 3 Primum enim ipsa illa, quae subtiliter differenda erant, polite, apteque dixerunt, cum desinientes, tum partientes, vt vestri etiam, sed vos squalidius: illorum vides quam niteat oratio. Adesse squalidius Ammian. 21, 14.

75 **SQVALOR**, ōris. m. [*αὐχμῶς*] Inquinatio, sordes. Gell. 2, 6 In corporibus incultis, squamosisque alta congerie sordium squalor appellatur. Liu. 2, 23 Obsita erat squalore vestis, foedior corporis habitus pallore ac macie perenti. Cic. Verr. 5 Surrexisset Apronius, noua dignitas publicani, non vt Decumanus squaloris plenus ac pulueris, sed vnguentis oblitus, vino, vigiliisque languidus. Immundas fortunas aequum est squalorem sequi Plaut. Cist. 1, 1, 116. De intonsis, barba crineque horridis Tac. Germ. 31, 2. Squalor, Reorum sordes, v. v. Incultus squalor Senec. Hippol. 6. Squalor abluitur Curt. 4, 1, 23. Terribilis squalor Virg. Aen. 6, 299.  
 85 Squalor et lacrimae Siciliae Cic. Verr. 5, 207. Squalor, sordesque foeciorum Cic. Verr. 7, 127. Contra naturam est, squalorem Appetere Sen. Ep. 5. Legati in squalorem moestitiamque Compositi Tacit. H. 1, 54, 1. Detergere squalorem rudis saeculi Quinctil. 2, 5. Omni sordium squalore deterfo Firmic. 5, 3. Squalor et moeror Cic. Fam. 14, 5. In squalore et luctu esse Metell. ad Cic. Fam. 5, 1.

**SQVALITVDO**, ĩnis. f. Idem quod Squalor antiquis. Acc. Euryfac. apud Non. 3, 231 Proh dii immortales speciem humanam, inusitatam, egregiam, indignam clade et squalitudine.

95 **SQVALIDITAS**, ātis. f. Ammian. 26, 12 Squaliditate maxima rerum ordinem implicare. Conf. Non. 3, 231.

**SQVALITAS**, ātis. f. Squalor: obsoletum. Acc. Telepho. apud Non. 3, 231 Nam etsi operta squalitate est, luctuque horrificali. Squalitate summa, scabje summa, in re summa obrutam Lucil. apud Non. l. c. Add. 2, 438.

**SQVALENTIA**, ae. f. Ingredi non secundum carnae squalentiae concupiscentiam Tertull. Exhort. ad Cast. c. 10.

**SQVALES**, is. f. Vid. Non. 2, 761. et 3, 231. Voss. Etymol. p. 451.

105 **SQVALESCO**, ĕre. Situ squalescere Flau. Caper p. 224 etc.

**SQUALVS, i. m.** *Piscis est, cuius nomen ab asperitate fluxit. Eo nomine apud Plin. censeri quibusdam videntur omnes Cartilaginei pisces longae formae. Vid. 9, 51. et 19, 24. Varro de R. R. 3, 3, 9 Et in ea duntaxat squalos et mugiles pisces. al. Galeos. Conf. Ouid. Halieut. v. 123.*

**SQUAMA, ae. f.** [*λεπίς, φύλις*] *Qua corpus piscis aut serpentis tegitur. Squama lapidis specularis, i. lamina Plin. 36, 25 f. 59. it. 9, 35 f. 56. Animantium alias pluma, alias squama videmus obductas Cic. N. D. 2 c. 47. Plin. 9, 12 Aquatilium tegmenta plura sunt, alia corio et pilis teguntur, vt vituli, etc. squamis, vt pisces. Adstantes squamae, Erectae Virg. Georg. 3, 545. Arrectis squamis horret serpens Virg. Aen. 11, 754. Crepitans squama Ouid. Met. 15, 725. Fulgor incendebat squamam Virg. Aen. 5, 88. Recenti squama nitet serpens Ouid. Met. 9, 267. Rutilus squamis clari Virg. Georg. 4, 93. de regibus apum. ¶ 2 Squamae, Loricarum laminae et catenulae, in modum squamarum compositae. Virg. Aen. 11, 770 Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam squamis auro conferta tegebat. Idem Aen. 9, 707 Nec duplici squama lorica, etc. Nexilis squama Sil. 5, 140. ¶ 3 Est et squama aeris. Scribon. 153. 201 p. p. Cels. 5, 1. Aeris Cyprii squama Scribon. 201. 202. Ferri Plin. 34, 15. Idem 34, 11 Et scoria aeris simili modo lauatur, minori effectu quam aes ipsum. Sed et aeris flos medicinae utilis est. Fit aere fuso, et in alias fornaces translato: ibi statu crebriore excutuntur velut milii squamae, quas vocant florem. Cadunt autem quum panes aeris aqua refrigerantur, rubentque. Similiter ex eis fit, quam vocant lepida [*λεπίς squama*] et sic adulteratur flos, vt squama veniat pro eo. Est autem squama haec decussa vi clavis, per quos panes aerei ferruminantur. In Cypriis maxime officinis omnia. Differentia haec est, quod squama excutitur iētibus iisdem panibus, flos cadit sponte. Squamae est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum, quod vocant Stomoma. ¶ 4 Sermonis Celtici squama Sidon. Ep. 2, 10. et 3, 3. i. barbarismi.*

**SQUAMŪLA, ae. f.** *Diminut. Cels. 7, 26, 3 In se attrahens quasdam quasi squamulas. Conf. Idem 5, 28. et 6, 2.*

**SQUAMEVS, a, um.** *Adi. [*λεπίδους*] Plenum squamis. Virg. Georg. 2, 154. Idem Aen. 2, 218 Bis collo squamea circum Terga dati, superant capite et ceruicibus altis. Membrana squamea Ouid. Met. 7, 272. Add. Aufon. Mosellā v. 85. Nemesian. Ecl. 4, 28.*

**SQUAMANS, antis.** *Idem. Manil. 5, 422 — Squamans stellis imitantibus exit.*

**SQUAMĀTVS, a, um.** *Adi. Tertull. Apol. 21 Squamatus aut cornutus aut plumatus amator, de Ioue, quatenus in serpentem vel draconem versus oblibidinem est.*

**SQUAMĪFER, ēra, ērum.** *Adi. Cic. in Arat. 328 Squamiferi pisces.*

**SQUAMĪGER, ēra, ērum.** *Adi. [*λεπίδοφόρος*] Quod habet squamas. Gens squamigera Tertull. de Sodoma c. 4. Squamigeri Gregis choros Aufon. Mos. v. 83. Lucret. 1, 163 Squamigerum genus. i. Pisces. Plin. 11, 37 Simili modo squamigeris atque serpentibus. Pecudes natantes squamigerum Lucret. 2, 1082. Nitentes squamigeri Idem 1, 379. Add. Ouid. Met. 4, 717.*

**SQUAMŌSVS, a, um.** *Adi. [*λεπίδωτος*] Squamis plenum. Plin. 9, 16 Vagantur gregatim fere cuiusque generis squamosi. Cic. de Nat. Deor. 2, 121 c. 44 Hanc Aries tegit, et squamoso corpore Pisces. Orbes squamosos volubilibus nexibus torquet Ouid. Met. 3, 41. Draco squamosus Virg. Georg. 4, 408. Squamosum pecus, pro Piscibus Plaut. Rud. 4, 3, 5. Columel. 8, 17 Eorumque alios simplices et rectos, quo fecedant squamosi greges. de piscinis.*

**SQUAMĀTIM.** *Adu. Plin. 16, 10 Nucamenta squamatim compacta dependent. i. Velut squamae compacta et colligata.*

**SQUARŌSVS, a, um.** *Adi. [*λεπρώδης*] A squamarum similitudine dicti Squarosi, quorum cutis exturget ob assiduam illuuiem. Lucil. . . . Varonum ac rupicum squarosa incondita rostra. Fest. al. Squarrosa: nonnulli Scarrosa.*

**SQUATĪNA, ae. f.** [*σquatina*] *Ex planorum piscium genere. Plin. 9, 51 Ex planis squatina sola bis, Autumno et Vergiliarum occasu parit. Ibid. 12 Aspera cute vt squatina, qua lignum et eboram poliuntur. Add. Ib. c. 24. it. 32, 7.*

**SQUATORĪA, ae. f.** *Piscis ex squatina et raia natus Gesnero. Vid. Plin. 9, 51.*

**SQVILLA, ae. f.** *Planta, vid. SCILLA. ¶ 2 Squilla, piscis. Plin. 9, 51 Reliqua mollium tergis coeunt, vt canes. Item locustae, et squillae, cancri ore. Plin. Epist. 2, 17 Mare non sane pretiosis piscibus abundat, soleas tamen et squillas optimas gerit. Idem 9, 42 Nas-*

*scitur in limosis subrecta semper, nec vnquam sine comite, quem pinnoterem vocant, alii pinnophylacem, is est squilla parua. de pinna. Conf. Plin. 11, 37. Cic. de Nat. Deor. 2, 123 Pinna vero (sic enim Graece dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi. Hor. Serin. 2, 4, 58 To-*

*stis marcentem squillis recreabis. Idem Sat. 2, 8, 42 Adfertur squillas inter muraena natantes. Add. Iuuen. Sat. 5, 81. Martial. 13, 83.*

**SQVINANTHVS, i. m.** *Iuncus odoratus. Pallad. in Octob. t. 14 est σχοίνος ἄνθος, flos iunci, vt Hyosquiamus ὄσος κύμαμος.*

## S T

**ST.** [*σ*] *Vox est silentium indicentis. Ter. Phorm. 5, 1, 16 Quid? non is obsecro es, quem semper te esse dictitasti? c. st. s. quid has metuis fores? etc. Ego vix teneor, quin acurram; sed st Cic. Fam. 16, 24.*

## S T A

**STABIAE, arum. f. Pl.** *Campaniae oppidum bello sociali a Sulla deletum Cn. Pompeio et L. Carbone COSS. Plin. 3, 7.*

**STABIANVS, a, um.** *Adi. Plin. 32, 1 In Stabiano Campaniae, ad promontorium Herculis, Melanuri in mari panem abiectum rapiunt, iidemque ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt.*

**STABILIS, e.** *Adi. [*μόνιμος, σταίσιμος, βέβαιος, ἐδραῖος*] Quod stare potest, firmum et fixum. Ter. Adel. 1, 1, 41 Errat longe, mea quidem sententia: qui imperium credat grauius esse aut stabilius vi quod fit, quam illud, quod amicitia adiungitur. Stabile est, h. e. Certum et statutum Plaut. Bacch. 3, 4, 25. Incertum et Stabile, con-*

*traria Cic. in Topic. . . . Nihil est enim tam insigne, nec*

- tam ad diuturnitatem memoriae stabile, quam id, in quo aliquid offenderis Cic. de Orat. 1, 129. Idem Acad. 4, 23 Quam nos non comprehensionem modo rerum, sed etiam stabilem quoque et immutabilem esse censemus. Animus stabilis amicis Cic. de Inuent. 1 c. 30.
- 5 Idem de Fin. 3, 29 Quod vero negari nullo modo possit, quem, inquam, stabili et firmo et magno animo, quem fortem virum dicimus effici posse, nisi constitutum sit, non esse malum dolorem? Bonum permanens fixum et stabile Cic. Tusc. 5, 40. Connubium stabile Virg. Aen. 1, 77. Domicilium certum et stabile Cic. pro Marcello 30 c. 10. Favor nunquam stabilis Senec. Thyest. 4. Fortitudo robusta et stabilis Cic. Tusc. 4, 52. Fundamento stabili manet fortuna Lucret. 5, 1120. Cato c. 7 Eo lotium suillum aut stercus ad radicem eorum addere oportet, ut stabilia Mala fiant. *i. non caduca, durabilia. Sed fluctuat lectio. Mibi placebat ex MS.*
- 15 restituere, vbi pabulum malorum fiat. Matrimonium stabile et certum Cic. Philipp. 2, 44 c. 17. Patria stabilis, *In qua quis perpetuo habitat, nec huc atque illuc discurrit* Plaut. Merc. 3, 4, 68. Pede stabili manere Ouid. Trist. 5, 14, 30. Cato R. R. in praef. Maximeque pius Quaestus, stabilissimusque consequitur, minimeque inuldius. Ratione stabili firmaque contemnere Cic. Off. 1, 6. Regnum haud stabile Senec. Herc. fur. 6. Scientiam stabilem rerum tenere Cic. de Finib. 1, . . . Idem de Nat. Deor. 2, 2 Est enim et Philosophi et Pontifici et Cottae, de diis immortalibus habere non errantem et vagam, ut Academici, sed ut nostri stabilem certamque
- 25 Sententiam. Terminus stabilis rerum Hor. in Carth. saecul. 26. Via praeceps et lubrica, Plana et stabilis; *opponuntur* Cic. pro Flacc. 105. Vita stabilis, Felix, et non variis casibus subiecta Lucret. 3, 66.
- 30 STABILITER, Adu. Vitruv. 10, 14 Tympanum stabiliter includatur. *Add. Idem l. 6 praef. Cyprian. Epist. 45 extr. Suet. Claud. c. 20 Molem stabilis fundare.*
- STABILITAS, atis. f. [*ἰσχυρά*] *Firmitas.* Caes. Bell. Gall. 4, 33 Ita nobilitatem equitum, stabilitatem peditum in praeliis praefant. Plin. 23, 3 Gingiuis et oris vlceribus, dentium stabilitati efficacissime subuenit. *Motus et Stabilitas, contraria* Cic. de Fin. 2, 16. Qui enim poterit aut corporis firmitate, aut fortunae stabilitate confidere? Cic. Tusc. 5, 40 c. 14. Idem de Fin. 3, 49 Quod idem in artibus non fit, et quod virtus stabilitatem, firmitatem, constantiam totius vitae complectatur, nec haec eadem in artibus esse
- 40 videamus. Cic. de Fin. 1, 56 c. 20 Quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitiae vacillare. Dare aliquibus stabilitatem Idem de Nat. Deor. 2, 120 c. 47. Habere stabilitatem Cic. de Fin. 2, 9. Conf. Vitr. l. 5 Praef. Lactant. 4, 30. Ammian. 26, 10.
- 45 STABILIO, iui, itum, ire. [*βεβαιώω, καθίσταμαι, ἀσφαλίζω*] *Stabile facere, firmare.* Plaut. Amph. 1, 1, 39 Regique Thebano Creonti regnum stabilivit suum. Plin. 9, 28 Ex his longissimi et asperi, quibus ad ora admouent cibos, et in fluctibus se velut anchoris stabiliant, caeteri cirri, quibus venantur. Turres quassas stabilire Senec. Thyest. 568. Cic. Tusc. 1, 88 Hoc igitur probe stabilito et fixo, excutiendum est, ut sciatur quid sit carere, ne relinquatur aliquid erroris in verbo. Lucret. 3, 203 Quo quaeque magis cum pondere magno Asperaque inueniuntur, eo stabilita magis sunt. Cic. de Fin. 4, 85 Nisi forte censes Gracchum patrem beatiorem fuisse quam filium, quum alter stabilire Remp. studuerit, alter euertere.
- 55 Qui hanc Remp. stabiluerunt Cic. pro Sext. c. 68. Nisi haec Vrbs stabilita tuis consiliis et institutis erit Cic. pro Marc. c. 9.
- STABILITVS, a, um. Part. Plurima virtute stabilita libertas Cic. Catil. 4 c. 9. Corpora stabilita magis Lucret. 3, 203.
- 60 STABILIMEN, inis. et STABILIMENTVM, i. n. [*βεβαιώσις*] *Quod aliquid firmiter retinet.* Plaut. Curc. 2, 3, 88 Haec sunt ventri stabilimenta: panis, et asina bubula, poculum grande. Favorum stabilimentum Plin. 11, 7. Cic. de Nat. Deor. 3, 68 c. 27 Addo huc, quod mihi portento caelestium pater Prodigium misit, regni stabilimen mei. *ex Poëta.* Virtutis stabilimentum Valer. Max. 2, 2, 5.
- 70 STABILITOR, oris. m. Sen. de Benef. 4, 7 Stant omnia beneficio dei, qui stator stabilitorque est. *Conf. Lips. ad b. l.*
- STABILINVS, *Deaster quidam, de quo Alexand. Alexandrin. lib. ult. Genialium Dierum cap. ult.*
- 75 STABVLVM, i. n. [*ἰκνοστάσιον, ὄνοστάσιον, πανδοχῆριον* Gloss. Lat. Gr.] *A Stando dicitur, locus stationi, et commorationi aptus, speciatim locus, in quem, qui longo itinere fessi sunt, secedere solent: quod et Diuersorium, et Hospitium dicitur, et Meritorium.* Nec viam diligenter tenebam, nec, quo loco stabulum esset, sciebam Petron. c. 16. Conf. Vulg. Luc. 10, 34. Apul. Met. 1 p. 104 et III. Vlpian. in l. Lex Cornelia D. De iniuriis et famos. libell. Tantum igitur ad meritoria vel stabula non pertinebit. Plaut. Aul. 2, 2, 56 Neutrobi habeam stabile stabulum. Stabulum confidentiae nusquam est, *i. nihil solidi, quo confidere possim ὄνοστάσις* Plaut. Most. 2, 1, 3. Idem
- 80 Truc. 2, 7, 31 Stabulum flagitii. Idem Cas. 2, 1, 13 Stabulum nequitiae. Nicomedis stabulum Caesar appellatus fuit a Curione, ap. Suet. c. 49. *i. prostibulum.* Conf. Wower. et Erhard. ad Petron. c. 6 p. 29. Cic. Philipp. 2, 69 Huius in sedibus pro cubiculis stabula, pro tricliniis popinae sunt. Exercere stabulum, *vid. EX-*
- 85 ERCEO. 2 Stabula, *dicuntur Loca, in quibus armenta, gregesque consistunt, siue in agris et sub dio, s. in loco tecto et clauso, ut sint veluti quaedam animalium stationes.* Cibus Getulorum erat caro ferina, atque humi stabulum Sallust. Ing. c. 18. *sic vid. leg. al. pabulum.* Virg. Aen. 8, 207 Quatuor a stabulis praestanti corpore tauros Auertit. Alta ferarum stabula Virg. Aen. 6, 179. Aua stabula Ouid. Met. 6, 596. Gelida ferarum stabula Catull. 61, 53. Mollia stabula Virg. Georg. 3, 295. Munita stabula Sil. 7, 127. Pingua stabula Virg. Georg. 4, 14. Tenent clausa stabulis armenta Idem ibid. 3, 352. Reclusis stabulis armenta rapere Ouid. Ep. 95, 17. Tenere armenta propius stabulis Virg. Georg. 1, 355. Habitare in stabulis Ouid. Fast. 3, 191. Stabulum pauonum Columel. 8, 11. Apul. Met. 3 p. 140 Durissimo casui meo feruens, ad equum illum vectorem meum probissimum in stabulum concedo: vbi alium etiam Milonis quondam hospitis mei asinum stabulantem inueni.
- 100 Virg. Aen. 7, 512 Ardua tecta petit stabuli, et de culmine summo Pastorale canit signum.
- STABVLO, are. [*ἀνλίζομαι* Onom. Vet.] *et frequentius*
- STABVLOR, ari. Dep. *Stare, diuertere, stabulum s. stationem habere.* Virg. Aen. 6, 286 Centauri in foribus stabulant. Seruius, 105 Stabulant, Habitant; et vsurpatiuè dixit, ut Populat, Luctat: nam Sta-



Stabulor dicimus. Idem Georg. 3, 224 Nec mos bellantes vna stabulare. Stat. Silu. 3, 2, 101 Ibi Phoroneis quondam stabulata sub antris, etc. Gell. 6, 3 Vnum serpentem in illis locis stabulantem, inuitatae immanitatis. Pecudes stabulantur in antris Ouid. Met. 13, 822. Sed transitiue Varr. de R. R. 1, 21 Si prata sunt in fundo, 5 neque pecus dominus habet, danda opera, vt pabulo vendito alienum pecus in suo fundo pascat, et stabulet, i. excipiat. Turdi et pavones stabulantur Varr. R. R. 3, 3. Vid. ORNITHON.

STABVLANS, antis. Partic. Gell. 6, 3. Apul. Met. 3 p. 140.

STABVLATIO, ōnis. f. Mansio in stabulo. Columel. 6, 3 Itaque hibernae stabulationi eorum praeparanda sunt stramenta. Vid. Macro. 8, 6. et Gell. 16, 5. Commoda Apul. Met. 4 p. 145.

STABVLARIVS, i. m. [*πρωδοξεύς* Gloss. Gr. Lat.] Dominus, vel institor stabuli, viatores pretio recipiens. Apul. Met. 1 p. 110 Sumo 15 farcinulam, et pretio mansionis stabulario persoluto, capessimus viam. Vlpian. l. i D. Nautae, caupon. etc. Caupones et stabularios, aequos accipimus, qui cauponam vel stabulum exercent. Conf. Wower. ad Apul. l. c. Sed etiam est Stabularius, qui stabuli, hoc est loci, ubi animalia stant, curam gerit. Columel. 6, 23, 3 Hic enim re-20 cognosci grex poterit, numerusque constare, si velut ex militari disciplina intra stabularii castra manserint. Sed variat lectio, nam MS. stabulorum. Varr. de R. R. 2, 10 In quibus stabularii solent equas abigere. Add. Senec. de Benef. 1, 14.

STABVLARIA, ae. f. Augustin. de C. D. l. 8. i. mulier stabu-25 lum exercens.

STACHYS, ys. m. Est Graecum *σάχυσ*, quod Spicam significat. Frutex, marrubio similis, sed longior, folia ferens numerosa, birsuta, etc. inquit Dioscorides. Dicta autem quasi Spica ob caulem, quem ex se mittit, floribus et semine spicatum. Plin. 24, 15 Ea quoque, quae stachys vocatur, porri similitudinem habet, longioribus foliis, pluribusque, et odoris iucundi, colorisque in luteum inclinati. Pellit menstrua.

STACTE, es. f. [*σάκκη*] Quasi Stillaticiam dicas. Est nempe Pinguitudo myrrhae de cortice stillans, Graeci *σάκκην* dicunt. Lucret. 2, 35 346 Sicut amaracini blandum stactaeque liquorem. Pro unguento et odoramento sumsit. Columel. 10, 173 Et melior stacte ponatur Achaica myrrha. Sed editur stactis. Plin. 12, 15 Inciduntur bis et ipsae arbores myrrhae, iisdemque temporibus, sed a radice vsque ad ramos qui valent. Sudant autem sponte priusquam incidantur, stac-40 tem dictam, cui nulla praefertur. Add. Idem 13, 1. it. 12, 16.

Plaut. Curc. 1, 2, 6 Tu stacte, tu cinnamum, tu rosa, tu crocum et casia es. Est natura Adiectiuum nomen: unde

STACTON. (collyrium) Scribon. 34. quod instillatur.

STACTICE, es. f. Herba, al. scelerata. Apul. de Herb. c. 8. 45

STACVLA, ae. f. Vitis genus, quam Campani Sirculam, alii Venuculam appellant; inter optime deflorescentes Plin. 14, 2 reponit.

STADIVM, i. n. [*στάδιον, στάδιος*] Latine Curriculum dicitur, siue locus, in quo equi hominesue currunt, et certant athletae. Dictum stadium *ἀπὸ τῆς στάσεως*, hoc est a statione, quod Hercules eo spatio vno spiritu 50 confecto, constitisset. Institutum quippe ab Hercule stadium tradunt, cumque pedibus suis metatum esse id stadium, quod est Pisis apud Iovem Olympicum, fecisseque id longum pedes sexcentos. Inde postea caetera stadia in terra Graecia ab aliis instituta pedum quidem simili modo sexcentorum, verumtamen aliquantulum breuiora. Haec ex 55 Gell. 1, 1. Cic. Tusc. 2, 56 c. 23 Vt in stadio cursores exclamant quam maxime possunt. Celebrata stadia Sen. Thyest. f. 5. Currere stadium, vid. CVRRO. Conficere stadia, vid. CONFICIO. Olympicum stadium Sen. Thyest. f. 2. Stadium, inquit Plin. 2, 23 Centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est, 60 pedes sexcentos viginti quinque. Idem 10, 33 Stadii fere vnus spatium. Conf. Censorin. c. 13. Gell. 1, 1. Cedunt itaque milliari Romano stadia octo. Cic. Att. 16, 6 Quum a Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter trecenta processissem, reiectus sum Austro vehementi ad eandem Leucopetram. 65

STADIVS, i. m. Idem quod Stadium. Macro. in Somn. Scip. 1, 15 Hic horizon, quem sibi vnus cuiusque circumscribit ad spectus, ultra trecentos et sexaginta stadios longitudinem intra se continere non poterit. Centum enim et octoginta stadios non excedit acies contra videntis. 70

STADIODROMVS, i. m. [*στάδιόδρομος*] Qui in stadio cursu certat, et stadium percurrit. Firmicus 8, 8 Si Mars respexerit Leporem caelestem in horoscopo, faciet stadiodromos. Stadiodromus etiam Locus, in quo ludi et cursus exercentur. Plin. 34, 8 Eundem vicit et Leontius, qui fecit stadiodromon Astylon, qui Olympiae ostenditur. 75

STADIALIS, e. Adj. Vt, Stadialis ager habebat passus CXXV, id est pedes DCXXV: cuius mensura octies comparata milliarium facit, qui constat quinque millibus pedum. Ex libello variorum auctorum De limitibus. p. 298 Rigalt. Conf. Baldi Lex. p. 115.

STADIATVS, a, um. Adj. Vitruu. 5, 11 Porticus stadiatae. 80

STAGIRA, ae. f. [*Στάγαρα*] Oppidum in finibus Macedoniae, ad sinum Strymonium Aristotelis peripatetici patria, qui inde Stagiritis *Στάγαιρος* cognominatur.

STAGNVM, i. n. [*λίμνη, λίμνα*] A Stando; dicitur Aqua stans, vt ait Seruius. Cic. de Diuin. 1, 15 Absurdoque sono fontes 85 et stagna ciētis. Stagnum quidam dici putant, quod in eo aqua perpetuo stet. Alii quod is locus a Graecis *σεινός* dicitur, quia bene contineat aquam. Haec Festus *σεινός* nomen a verbo *στένω* quod continere, nec pati elabi ac defluere significat, deriuatur. Ripa stagni Ouid. Met. 6, 373. Pontis stagna Virg. Aen. 7, 150. Alta sta-90 gna Idem Georg. 3, 329. Dulcia stagna Virg. Georg. 1, 384. Extenta latius stagna Hor. Carm. 2, 15, 4 Humida stagna Virg. Aen. 12, 476. Immensa stagna Ouid. Met. 1, 38. Inferna stagna, vid. INFERNVS. Lipientia stagna Catull. ad Sirmionem 29, 2. Mite stagnum Virg. Aen. 8, 88. Modesta iacent 95 nullo tumultu stagna Stat. Silu. 2, 2, 29. Nauale stagnum Idem ibid. 4, 4, 6. Opera carinis stagna Stat. Achil. 1, 444. Profunda stagna Ouid. ad Liu. 242. Virentia musco stagna Virg. Georg. 4, 18. Consuescunt aues stagno, vid. CONSVESCO. De

priscorum stagnis pisciculos minutos legere Prouerb. ap. Iornand. praef. 100 Stagnum, pro Mari, imitatione Graecorum, Virg. Aen. 10, 765 Cum pedes incellit medii per maxima Nerei Stagna viam scindens. Sic Stagnum pro Parte maris profundissima Virg. Aen. 1, 130 Quod ea minime moueatur, semperque stet, id est quiescat, nisi nimia oria-105 tur tempestas, Emisamque (inquit) hiemem sensit Neptunus, et imistos

- Stagna refusa vadis. Ex Seruio. Refusa, i. e. Emissa. ¶ 2  
 Stagnum, *κασιρέρον* Vet. Gloss. Vid. STANNVM.  
 STAGNO, *ἄρ.* [*λιμνίζω, ἐπιελίζω*] De aqua dicitur, quae non  
 effluit, nec sorbetur. Virg. Georg. 4, 288 Nilus stagnans. Plinius,  
 5 Vbi marini fluctus effusi stagnare solent. Tacit. Ann. 1, 76, 1 Au-  
 dius Tiberis plana vrbs stagnauerat. b. e. In planis, siue per plana.  
 Orbis stagnat paludibus Ouid. Met. 1, 324. Ripae stagnantes Sil-  
 10, 89. Vndae stagnantes Idem 5, 94. Add. Tac. H. 1, 86, 4.  
 Virg. Aen. 3, 698. Stagnare terram dicimus, quae non absorbet,  
 10 sed continet aquam. Plinius, Agris humidis atque stagnantibus.  
 ¶ 2 Stagnare, pro incrustare, vitream crustam siglinis inducere, ad quam  
 rem stagno, s. stanno aut cognato plumbo vsuntur. Vid. Taubm. ad Plaut.  
 p. 1485. et statim STAGNEVS. ¶ 3 Firmare, corroborare:  
 ferruminare, ad quod stagnum s. stannum adhibetur: plumbare. Bitu-  
 15 mine aqua stagnatur Iustin. 36, 3, 7. Mithridates se aduersus insidias  
 exquisitoribus remediis stagnauit Id. 37, 2, 6. Boues aduersus  
 aegritudines stagnare Veget. 3, 2. Vid. mox STAGNATVS. it. Sal-  
 maf. in Solin. p. 407.  
 STAGNATOR, *ὄρις. m.* *κασιρερογός* Gloss. Gr. Lat. *γανωτής* Id.  
 20 STAGNANS, *antis. Part.* Campi stagnantes infuso aequore Sil. 3,  
 48. Compar. Claud. de Nilo 38 Effluit Aegeo stagnantior.  
 STAGNATVS, a, um. Partic. [*λιμναδός*] Columel. 10, 11  
 Nam neque sicca placet, nec quae stagnata palude Perpetitur queru-  
 lae semper conuitia ranae. Quaeque sitim tulerant, stagnata pa-  
 25 ludibus haerent Ouid. Met. 15, 269. Trinis potionibus stagnata  
 animalia Veget. 1, 18. i. roborata. Aur. Vict. Valer. 1, 31 Coquere in  
 stagnato ad ignem, i. stanno s. stagno incrustato, ut n. 2. dictum est.  
 STAGNEVS, a, um. Adi. Plaut. in Fragm. apud Festum in vo-  
 ce Narica, Vasa stagna. add. Taubm. ad Plaut. p. 1485. In cacabo  
 30 figuli nouo vel in stagneo coquitur Colum. 12, 41, 2. Stagnea ampli-  
 or Scribon. 230. i. cacabus. conf. Rhod. in Lex. Scribon. Pyxis  
 stagna Id. 30. Vas stagnum Id. 268. 269. 271. Numi stagni l. 9  
 §. 2 ff. de l. Corn. Vid. Pallad. Mai. 7, 1 Stagneae regulae: et Ve-  
 get. Mulom. 1, 16, 5 Vas stagnum.  
 35 STAGNINVS, a, um. Adi. Frontinus de Aquaeduct. 1 p. 223  
 Stagnino colore praecuridi. conf. tamen edit. Poleni p. 34.  
 STAGNOSVS, a, um. Adi. Plenus stagnorum. Apul. de Herb.  
 c. 8 Loca stagnosa. Pleraque humidioris foli nutura et incrementis flu-  
 minum redundantia, stagnosa et referta piscibus Anoniam. 17, 28 (13 Vales.)  
 40 STAGNATILIS, e. Adi. Aur. Vict. Valer. 1, 42 Pisces stagnatiles.  
 STAGONIAS, ae. m. Turis species, quod guttatim pendet, stilla-  
 ticium, ut myrrha stacte. Diosc. 1, 82. Plin. 12, 14.  
 STAGONITIS, idis. f. Galbani ferula, quam eiusdem nominis  
 resinae modo stagonitin appellant Plin. 12, 25 versus fin. l. 56.  
 45 STAIOLVS, i. m. Mensura, qua agri mensurantur, constans  
 ex palmis quinque, et dodrante ipsius palmi Paetus de Rom. et  
 Graec. mens. 2.  
 STALAGMA, *ἄτις. n.* [*στάλαγμα*] Unguentum, quod succo con-  
 flat, quasi distillatio. quippe *σταλάζω*, stillo significat. Hinc  
 50 STALAGMIA, ae. f. i. Stiria. Plin. 34, 12 de chalcantio. Fit  
 et pluribus modis, genere terrae eo in scrobes cauato, quarum e la-  
 teribus distillantes hiberno gelu stirias, stalagmias vocant, neque  
 est purius aliud.  
 STALAGMIVM, i. n. Genus inaurium, ut tradit Sext. Pomp.  
 55 17. ex auctoritate Caecilii in Cratino, aut, ut alii scribunt, in Carine:  
 Ex aure eius stalagmium domi habeo. Hac quoque dictione vsus est Plautus  
 in Men. 3, 3, 17 Amabo, mi Menaeche, in aures da mihi faciendas pon-  
 do duum numum, stalagmia, ut te libenter videam cum veneris, Ancillae  
 blanditiae mendicatrici. Sunt igitur Ornamenta aurium, similitudinem stil-  
 60 larum congelatarum repraesentantia. *σταλαγμός* enim stilla est. Apud Sex-  
 tum tamen in quibusdam codicibus Stalagmium legitur, in aliis Stalagni-  
 num: ubique, arbitrator, corrupte.  
 STALIS *Ἀξός* Exc. ex Vet. Lex. Gr. Lat. p. 244 Vult. Sed leg.  
 Extalis, ubi vid.  
 65 STAMEN, *ἴνις. n.* [*στήμων*] Filum, maxime illud, quod funda-  
 mentum quasi et stabilimentum praebet telae, cui subtemen s. subtegmen  
 intexitur. A stando dictum, quod secundum antiquam texendi ratio-  
 nem ad perpendicularum extendebatur, staretque adeo, et sic transuersum  
 subtegmen accipiebat. Laudabatur olim Plaut. Mil. 3, 1, 34 Tam capu-  
 70 lari stamine tibi diu videor viuere? Sed diu est, cum editur, Tam capu-  
 laris, tamne tibi: Alludere aiebant ad Parcam, quae, dum morimur,  
 rescindere nostrum stamen dicitur. Certius Plin. 8, 48 Inde factum,  
 ut nubentes virgines comitaretur colus comta, et fufus cum stamine.  
 Martial. 6, 58 Si mihi lanificae ducunt non pulla sorores Stamina,  
 75 nec surdos vox habet ista deos. Connexus staminis ad subtegmen  
 Vitr. 10, 1. add. Sen. Ep. 90. Albi staminis lanificae Iuuen. Sat.  
 12, 65. Albi staminis glomus Scribon. 142. Stat. Theb. 11,  
 402. — Et pollice docto Stamina purpureae sociauerat aurea telae.  
 Candida stamina Ouid. Met. 6, 576. al. Callida. Operosum stamen  
 80 Idem de Arte Am. 1, 695. Tenuissima stamina Id. Met. 4, 179.  
 Mori stamine Abrupto Iuuenal. 14, 249. Ducere leuia stamina  
 versato fuso Ouid. Met. 4, 221. Intendere telas gracili stamine,  
 Ordiri Idem ibid. 6, 54. Minuunt plenas colos stamina Id. Epist.  
 3, 76. Nescere stamina Sen. Herc. Oct. l. 8. Nere stamina  
 85 Ouid. Fast. 2, 771. Nentes fatalia stamina Parcae Tibul. 1, 7, 2.  
 Torquere stamina digitis Ouid. Epist. 9, 79. Velare Serum pre-  
 tioso stamine Claud. in Eutrop. 1, 304. i. Serico. Add. Iuuenal. 2, 55  
 et 10, 252. ¶ 2 Stamina in ligno, vel herbis, sunt veluti  
 Filamenta. Plin. 16, 38 Pulpa mero stamine et tenui constat.  
 90 Idem 21, 5 Ita odor colorque duplex, alius calycis, alius staminis, dif-  
 ferentia angusta. Stamina in Lyra sunt Fides, quae nonnunquam  
 Fila appellantur Ouid. Met. 11, 169 — tum stamina docto Pol-  
 lice sollicitat.  
 STAMINEVS, a, um. Stamine s. filo ad perpendicularum extensa  
 95 simile. Plin. 16, 43 pr. l. 83 Magna autem et glutini ratio, propter ea,  
 quae scetilibus laminis, ac in alio genere operiuntur. Stamineam hoc  
 vsu probant venam, et vocant feruleam, argumento similitudinis,  
 quoniam lacrimose crispa. Rota staminea Propert. 3, 5 (4) 26.  
 STAMINARIVS, a, um. Adi. Gell. 16, 7 Laberius in stami-  
 100 nariis. Nomen fabulae mimicae. An puellas induxit stamina ducentes?  
 an Parcas, quarum sunt stamina? Est etiam Staminarius vel STAMNA-  
 TVS aut simile quid apud Petron. 41. Sed nihil ibi certi.  
 STANNVM, s. STAGNVM, i. n. [*κασιτερός*] Metallum plum-  
 bo affine, sed nobilius. Plin. 34, 16 l. 47 Plumbi nigri origo duplex  
 05 est. Aut enim sua prouenit vena, nec quidquam aliud ex se parit:  
 Y y y 2 aut

aut cum argento nascitur, mistisque venis confatur. Eius qui primus fuit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum: quod remansit in fornacibus, galena, quae portio est tertia addita venae. Haec rursus conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus. Ibidem 17 pr. 48 Stannum illitum aeneis vasis, saporem gratiorem facit, et compefcit aeruginis virtus: mirumque, pondus non auget. Stagnum esse in Vet. Gl. iam monuimus.

STANNEVS, a, um. Adi. [κασσιτερός] Quod ex stanno factum est. Columel. 12, 41 In cacabo figuli nouo, vel in stanneo coquitur musti arbutiui aminaei vrna. al. stagneo. Plin. 29, 2 Tum in stannea pyxide conditur. Tecta stannea Fortunat. Carm. 1, 8.

STANNĀTOR, ōris. m. [κασσιτεργός] Gloss. Gr. Lat. al. Stagnator.

STAPEDA, vid. STAPIA.

STAPHIS, idis. f. [σαφίς ἀγρία] Herbae nomen. Staphis agria, 15 quam herbam pediculariam, quod pediculos necat, quidam appellant Scribon. 8. 166 sq. Plin. 23, 1 f. 13 Astaphis agria, siue staphis

quam vnam taminiam aliqui vocant falso (suum enim genus habet) cauliculis nigris rectis, foliis labruscae: fert folliculos verius quam acinos, virides, similes ciceri: in his nucleum triangulum. Maturefcit cum vindemia, nigrescitque, quum taminiae rubentes norimus acinos: sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis.

— Quidam eam pituitariam vocant, et plagis serpentium vtique illinunt. Contra pituitam Gallinacei generis etiam commendant. Colum. 8, 5, 21. Pallad. 1, 27, 3. Staphide agria Scribon. 245.

STAPHYLE, agria, idem Apul. de Herb. c. 74.

STAPHYLĪNVS, i. m. [σαφυλίνος ἀγριός] Columel. 9, 4 Tum agrestis pastinaca, et eiusdem nominis edomita, quam Graeci σαφυλίνον vocant. Plin. 20, 5 Alterum genus est staphylinos, quod

pastinacam erraticam vocant. Idem 25, 9 Si iam maxime tertium genus facere libeat, est simile staphylino, quod pastinacam erraticam appellant. conf. Colum. 10, 168. Apul. de Herb. c. 80

STAPHYLODENDROS. [σαφυλόδενδρος] Arbōr, quae in Alpium iugis excrefcit, aceri simillima, alba materia, siliquas ferens, et in eis nucleos sapore nucis auellanae. Haec Plin. 16, 16 f. 27. Quidam eandem existimant cum Theophrasti colicea.

STAPHYLOMA, atis. n. Morbus oculorum, a similitudine acini in vna dictus, de quo Cels. 7, 311. Veget. de Re Veterin. 2, 19. Oct. Horat. 1, 10.

STAPHYLVS, i. m. Antii pater, Thesei filius fuit ex Ariadna, 40 vt in Theseo scribit Plutarchus, vel, vt aliis placet, Bacchi ex Erigone Icarī filia, quae ab hoc deo in vuae speciem mutato compressa legitur apud Ouid. Met. 6, 125 Liber vt Erigonen falsa deceperit vua. Vnde eorum filio nomen impositum Staphylus: quia σαφυλή vnam significat. Aristophanis tamen in Plutum commentarius hunc non Bacchi filium, sed amicum appellat. Probus enarrator Virgilii, non Staphylum a staphyle, sed staphylen a Staphylo dictam existimat. Sic enim in illud Georg. 1, 9

Poculaque inuentis Acheloia miscuit vuis, Aetolus pastor Staphylus, quum Oenei capellas in pabulum duceret, notauit vnam praecipue fecedentem a grege, lactiorem caeteris, recipientem se ferius in praesepia. Cuius rei vt causam cognosceret, secutus est eam clam. Et in remota stipite animaduertit vnam edentem pomum sibi incognitum: et sustulit, regique pertulit Oeneo. Qui expresso humore delectatus, quum eum vetustate cognosceret mitescere, Libero patri apposuit accepto a se hospitio. Cuius rei cultum quum demonstraret, Liber, vt perpetua inuentorum esset gloria, constituit, vt ab Oeneo, Oenos appellaretur vinum, a Staphylo vua staphyle. Haec Probus. Staphylus, [Στάφυλος] Sitheni filius, teste Plinio 7, 56 prius vinum aqua misceri docuit.

STAPIA, ae. f. Instrumentum ferreum, ab equi lateribus vtriusque dependens, cui innituntur atque insistent equitantium pedes. Voss. de Vit. Serm. 1, 7. Vetus est inscriptio Romae. AMOR FVIT EQVO DVM ASPECTVI FORMOSISS. DVRMIONIAE PVELLAE VIRGVNCVLAE SVMMA POLVORIA PLACERE CVPEREM CASV DESILIENTS PES HESIT STAPIAE TRACTVS INTERII. Stapias in antiquo usu non fuisse, tum silentium Scriptorum, tum imagines declarant: non tamen plane recentem esse earum usum probabile videtur. Vid. Hieron. Mag. Miscell. 2, 14. Salmasius ad Spartianum obseruat, has Stapedas et Astrabas, et Astrabaria interdum appellari.

STASEAS, [Σταστας] Neapolitanus, Peripateticus philosophus, de quo Cicero de Finibus 5 c. 3 et 25.

STASIS, is. f. Statio, actus standi. Cic. Top. c. 25, Sensu rhetorico adhibet. Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, quae Graece στάσις dicitur, Latine appellatur status, vid. STATVS sub STO.

STATA, vid. STO.

STATANVS, a, um. Adi. Vini epitheton a patria Plin. 14, 6 Nam Falerno contermina Statana, ad principatus venire non dubie: palamque fecere sua quibusque terris tempora esse, sicut rerum proventus occasusque, vid. STATONES.

STATANVS, i. m. [Στάτανος] Deus puerilitatis praefes, vid. STATILINVS.

STATARIVS, vid. STO.

STATĒR, ēris. m. [στατήρ] Ponderis nomen, et numi, quatuor drachmas habentis. Ita de numo argenteo tetradrachmo vsurpatur Vulg. 1 Sam. 9, 8. Vid. Gronou. de Pec. Vet. 3, 7. Fuerunt quoque aurei stateres.

STATĒRA, ae. f. [ζυγόν Gloss. Lat. Gr.] Libra apud Graecos ab ἴσημι, ἰσάνα dicta est, quod apud illos etiam appendere significat, cum exploratum pondus tunc censetur, cum stat in aequilibrio libra, et nusquam propendet. Est ergo statera libra, bilanx, generatim instrumentum, quo res ponderantur. Cic. de Orat. 2, 159 c. 38 Quae non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. Vnumquodque verbum statera auraria pendere Varro apud Non. 6, 41. Sed Stat. Silu. 4, 3, 35 Dum pondus nimium querens sub alta Repit languida quadrupes statera: Statera iugum est, transuersum lignum, quo iunguntur iumenta vel inter se, vel ad currum s. plaustrum. Rursus de instrumento mensurae argenteo. Plin. 33, 11 f. 52 Tympana vero se iuvene appellata stateras, et lances, quas antiqui magidas appellaerant. conf. Suet. Vesp. c. 25. Petron. c. 35 et 67. Vitr. 10, 8.

STATHMVS, i. m. [σταθμός] Graeca vox pro Latina vsurpata, significat Stabulum, diuersorium, vel stationem. Item mensurae Geometricae genus apud Persas maxime vsitatum: quorum regnum vniuersum in stathmos regios diuisum erat, dispositis certo intervallo diuersoriis, quo, vel quae in extremis regni angulis gererentur, celerius ad regem possent

*perferri. Stathmorum mensura varia, variis in locis fuit: fere autem sesquistadium supra centena vicena, vel quinas circiter Parasangas continebat. de quo vide Herodot. , 52.*

STATICE, es. f. [*στατική*] Genus herbae. Plin. 26, 8 Eosdem effectus praestat et statice septem caulibus, veluti rosae capita sustinens. 2 *Ap. mathematicos, pars mechanices.*

STATICVLVM, i. n. *Parua statua, sigillum, emblema ornatus causa additum.* Plin. 34, 17 f. 48 Similique modo ad aurea quoque et argentea staticula inanis luxuria peruenit, quaeque in scyphis cerni prodigium erat, haec in vehiculis atteri, cultus vocatur. *Recte Schaefferus de Re vehic. 1, 16 p. 206 reiecto errore illorum, qui currus genus interpretabantur, quam diximus interpretationem dedit, et ex Graecis Latinisque Scriptoribus currus auro, ebore, gemmis cultos protulit.* Plin. 37, 10 f. 54 *de Achatis*, Reddunt enim species fluminum, nemorum, et iumentorum, etiam effeda, et staticula, et equorum ornamenta. Euer-tetis et comminuetis staticula Tertull. adu. Gnost. c. 2. *conf. Salmaf. ad Solin. p. 94. Laudatur etiam Plaut. Stich. 5, 7, 4 Nunc pariter ambo, omnes voco cinaedos, contra staticulis stare non magis potis est, quam fungus imbri. Sed in plerisque exemplaribus sic legitur: Nunc pariter ambo. omnes voco cinaedos, contra Satis esse nobis non magis potis est, quam fungo imber.*

STATICVLVS, i. m. Videtur Saltationis genus, in quo nunc subito quasi standum, nunc profiliendum est. Cato apud Macrob. Saturn. 2, 10 Senatorem non ignobilem Caecilium Spatiatorem et Fe-scenninum vocat, eumque staticulos dare, his verbis ait, Descendit de cantherio, inde staticulos dare, ridicularia fundere. Et alibi in eundem, Praeterea cantat vbi collibuit, interdum Graecos versus agit, iocos dicit, voces demutat, staticulos dat. *Subiicit Macrobianus interlocutor, Haec Cato, cui vt videtis, etiam cantare non ferri hominis videtur. De Saltatione quidem dedita opera ibi agitur. Neque melior interpretatio prolata est verborum.* Plauti Pers. 5, 2, 43 Nequeo, leno, quin tibi saltem staticulum dem, olim quem Hegea faciebat: Vide vero, si tibi satis placet. (*Hic ridiculam Saltationem instituit actor*) SA. Me quoque volo reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ion-  
35 *nia. (Hic alias editur Saltatio) Hegea et Diodorus videtur nobilium histrionum nomina fuisse. Ionici motus lasciuia nobites etc. Haec praetulerim sane Herduini sententiae, qui not. mai. 25 ad Plin. 34 huc trahit Hegiam et Diodorum statuarios aliunde notos, sed nihil profecto ad Plautum utiles. Staticulum dare Catoniana formula significat gestum quem-*  
40 *dam, mimum, saltationem edere.*

STATILINVM, et STATANVM, et FABVLINVM, Prae-sides Deos Varro Cato, vel de Liberis educandis, puerilis aetatis, affirmat. Ali Statano et Statilino, quorum nomina habent scripta pontifices. Sic cum primo fari incipiebant, sacrificabant diuo Fabulino. Haec No-  
45 *nus 12, 56. conf. Augustin. C. D. 4, 21.*

STATIM. Adu. [*ἐὐδὴς, ἀντίμα*] Producta prima Syllaba a Stando, perseveranter, et aequaliter significat. Terent. (Phorm. 5, 3, 7 Nam ex his praediis argenti) Bina talenta capiebat statim (*Etiam Donatus explicat perpetuo, aequaliter, et primam longam dicit*)  
50 *Ennius Aiace, Qui rem cum Achiuis gesserunt statim. (stando non fugiendo. Sic imperator ad milites apud) Plaut. Amph. (1, 1, 84.) Nec recedat loco, quin statim rem gerat. Ibid. (120) Nec Iugula, nec Vesperugo, neque Vergiliae occidunt, ita statim stant signa. Haec No-*  
55 *nus 4, 423. conf. Accius ap. Charis. 2 p. 195. Vestigia legerant ves-*  
60 *tra, et seruantur statim: quod interpretatur, statute et ordinate.*

STATIM. *Mox, illico, e vestigio.* Cic. in Verr. 1, 27 Statim ad Messanam literas dedit. *i. Sine mora, sine intermissione temporis.* Cic. in Orat. 200 Ante enim circumscribitur mente sententia, confestimque  
60 *verba concurrunt, quae mens eadem, qua nihil celerius, statim di-*  
65 *mittit, vt, etc. Statim prodest Scribon. 120. Plin. 27, 13*  
70 *Semipedalibus ramulis quinis, senisue a radice statim foliosis. conf. Id. 16, 10 f. 18. Vlpian. Ad legem Iuliam, l. Si maritus. Et pri-*  
75 *imum Pomponius putat admitti ad accusationem extraneum posse statim*  
80 *atque negauerit: cui assentiendum puto. Idem de aedilicio edicto.*

l. Aediles. Cic. de Arusp. Resp. 2 Haud potest grauioribus a me  
65 *verbis vulnerari, quam est statim in facto ipso a grauissimo viro P.*  
70 *Seruilio confectus ac trucidatus. Martianus de Officio Proconsu-*  
75 *lis. l. Omnes Proconsules statim quam urbem egressi fuerint, habent*  
80 *iurisdictionem. Sumfisti togam, quam statim stolam reddidisti*  
85 *Cic. Phil. 2 c. 18. Vlpianus in l. i. §. Habet. D. Vsfufruarius*  
90 *quemadmodum caueat. Quarum prior statim committitur quam aliter*  
95 *fuerit vsus. Literas, quas de pactione, statim quod audieram, ira-*  
100 *cundius scripseram Cic. ad Qu. Frat. 1, 2, 4. Idem Att. 2, 12 Li-*  
105 *teras scripsi H. X. Cerialibus statim vt tuas legeram. Statim vt*  
110 *ille praetor est, factus Id. Fam. 1, 9. Statim vt imperium adeptus*  
115 *est Suet. Ner. c. 20. Cic. Att. 12, 19 (18) Nam vt heri me salu-*  
120 *tauit, statim Romam profectus est. Idem in Orat. 35 Itaque hoc*  
125 *sum aggressus statim Catone absoluto. Prior in statim breuis est,*  
130 *non modo testimonio Nonii ac Donati, quae dedimus modo in STATIM: sed*  
135 *etiam auctoritate Sen. Thyeste 740 Exegit vltra corpus. at pueri statim.*  
140 *Est Senarius. Et Troad. 588 Stulta est fides celare, quod prodas sta-*  
145 *tim. Martial. 6, 30 Sex tertertia si statim dedisses, Phalaecius est.*  
150 *Non sequendi ergo Auien. Arat. 397 Tunc succisa Ceres statim cum*  
155 *mergite culmi Constructitur: aut Alcim. Auit. 2, 184 Quadam nos sta-*  
160 *tim luituros morte reatum.*

STATIO, STATIVA, vid. STO.  
STATINA, ae. f. Dea, quae infanti praecerat Tertull. de Anim.  
39. Vid. STATILINVS.

STATINAE, arum. f. Pl. *Insulae sunt in sinu Campano, terrae motu enatae.* Plin. 2, 88. Papin. in Silu. 3, 5, 104 Aenariaeque lacus medicos Statinasque renatas.

STATORON, i. n. *Herba, al. chamaeleon.* Apul. de Herb. c. 25.  
STATIVS, Seruile olim nomen fuit. Plerique enim apud veteres ferui eo nomine fuerunt. Caecilius quoque ille comoediarum Poeta  
95 *inclitus, feruus fuit, et propterea nomen habuit Statius. Sed postea*  
100 *versum est quasi in cognomentum, appellatusque est Caecilius Statius.*  
105 *Haec Gell. 4 ult. Sic P. Papinius Statius illustris Poeta fuit Neapolitanus,*  
110 *Domitiani temporibus, Iuuenalis et Martialis aequalis, cuius saepe testi-*  
115 *monii utimur: de quo Iuuenal. Sat. 7, 83*

100 *Curritur ad vocem iucundam et carmen amicae*  
105 *Thebaidos, laetam fecit cum Statius urbem,*  
110 *Promisitque diem, tanta dulcedine captos*  
115 *Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi*  
120 *Auditur: sed cum fregit subsellia versu,*  
125 *Esurit, intactam Paridi, nisi vendat Agauen.*

105 *Curritur ad vocem iucundam et carmen amicae*  
110 *Thebaidos, laetam fecit cum Statius urbem,*  
115 *Promisitque diem, tanta dulcedine captos*  
120 *Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi*  
125 *Auditur: sed cum fregit subsellia versu,*  
130 *Esurit, intactam Paridi, nisi vendat Agauen.*

105 *Curritur ad vocem iucundam et carmen amicae*  
110 *Thebaidos, laetam fecit cum Statius urbem,*  
115 *Promisitque diem, tanta dulcedine captos*  
120 *Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi*  
125 *Auditur: sed cum fregit subsellia versu,*  
130 *Esurit, intactam Paridi, nisi vendat Agauen.*

105 *Curritur ad vocem iucundam et carmen amicae*  
110 *Thebaidos, laetam fecit cum Statius urbem,*  
115 *Promisitque diem, tanta dulcedine captos*  
120 *Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi*  
125 *Auditur: sed cum fregit subsellia versu,*  
130 *Esurit, intactam Paridi, nisi vendat Agauen.*

- STATIVVS**, *vid.* STO.
- STATONES**, *Hetruriae populi apud Plin. 3, 5. quorum oppidum Statonia commemoratur a Strabone 5. Hinc*
- STATONIENSIA** vina, in infero mari Italico seu Latinensi nascuntur Plin. 14, 6.
- STATOR**, *oris. vid.* SISTO.
- STATVA**, et **STATVARIVS**, *vid.* STATVO.
- STATVLBER**, *vid.* STATVS, in STO.
- STATVMEN**, **STATVMINO**, *vid.* sub STATVO.
- STATVO**, *ui, utum, ere. [τιθεμαι, επιζημαι, διαγωνωμαι] Proprie significat facere, ut aliquid stet, collocare adeo, erigere, firmare: frequentius autem ad animum refertur, in quantum post deliberationem consistit, cum stat sententia, et non amplius fluctuat, ut adeo sit statuere decernere aliquid, quod vel ipse serues, vel alios obseruare iubeas. De hoc prius et ὑσερον πορεγον. Plaut. Amph. 4, 3, 18 De summo summus Iupiter sic statuit, sic fatum habet. Liu. 1, 40 Ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt. Velle mori statuit Ouid. Met. 10, 132. Cic. Verr. 1, 2 Iste certe statuerat ac deliberauerat non adesse. Idem de Prouinc. Consul. 10 Statuit ab initio, et in eo perseuerauit. Ex alicuius sermone statuere Idem Att. 9, 17. Idem Q. Frat. 1, 1 20 In rebus statuendis et decernendis. Te forum Tarfi agere, statuere multa, decernere, iudicare dicebant Idem Fam. 3, 6. Idem Verr. 3, 62 Statuit senatus hoc, ne illi quidem esse licitum, cui concesserat omnia, a populo factarum quaesitarumque rerum summas immi- 25 nuere. Idem Verr. 5, 100 Praefertim quum statuisses, ut ais, causam tibi esse dicendam. Causam sibi dicendam esse statuerat, iam ante quam hoc vsu venerit Idem ibid. 5, 100. Idem de Orat. 3, 79 Neque tamen possum statuere, vtrum magis mirer, te illa, quae mihi persuades, maxima esse adiumenta, potuisse in tuis tantis occupationibus perdiscere, an si non potueris, posse isto modo dicere. Id. 30 ibid. 2, 122 Sine vlla dubitatione sic statuo et iudico, neminem omnium tot et tanta, quanta sunt in Crasso, habuisse ornamenta dicendi. Id. de Fin. 2 Qui summum bonum statuit, non dolere. Idem Off. 1, 5 c. 2 Fortis vero, dolorem summum malum iudicans: aut temperans, voluptatem summum bonum statuens, esse certe nullo modo 35 potest. Idem Acad. 4, 33 Praecide inquit, statue aliquando quid libet. quid? quae dicuntur quidem. Idem ibid. 4, 66 Quum Dialectici sic statuant, omne quod ita disiunctum sit, quasi aut etiam, aut non, non modo verum esse, sed etiam necessarium. Apud animos vel animum statuere Liu. 6, 39. Cic. Verr. 3, 95 c. 41 40 Tu sic ordinem Senatorium despexisti, sic ad iniurias libidinesque tuas occasionem coaequasti, sic habuisti statutum cum animo, ac deliberatum, omnes, qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te Praetore attigissent, Iudices reicere? Tacit. Ann. 2, 85 Satis visum de 45 Vistilia statuere. Et Ann. 12, 54 Ius statuendi etiam de procuratoribus dederat. De re aliqua statuere Plin. Epist. 5, 3. Statuere de se, est Sibi ipsi mortem afferre, non exspectata principis damnatione. Tacit. Ann. 6, 29, 2 Eorum, qui de se statuebant, humanantur corpora, manebant testamenta, pretium festinandi. Idem Ann. 12, 54 Ius statuendi etiam de procuratoribus dederat, i. iudicandi, 50 damnandique adeo. Cic. ad Brut. 15 Dixi igitur sententias in Antonium, dixi in Lepidum seueras, neque tam vlciscendi causa, quam vt et in praesens sceleratos ciues timore ab impugnanda patria detererem, et in posterum Documentum statuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari. Idem Fam. 5, 8 Quamobrem tu quantum 55 tuo iudicio tribuendum esse nobis putes, statues ipse, et vt spero, statues ex nostra Dignitate. Ter. in Prol. Heaut. 51 Exemplum statuite in me, vt adolescentuli vobis placere studeant potius, quam sibi. Petit fauorem. Sed Cic. Verr. 3, 132 In quos aliquid Exempli Pop. Roman. statui putat oportere, ab iis tu defensionis Exempla quaeris? 60 Exemplum statui te impudenti, date pudori praemium Plaut. Rud. 3, 2, 6. Exilium in aliquem statuere Tacit. Ann. 6, 18. Cic. Fam. 6, 22 (23) Sed quum consilii tui bene fortiterque suscepti, eum tibi finem statueris. Finem statuit cupidinis atque timoris Lucret. 6, 24. Non Iudicium, sed poenam statui videbant Tac. 65 Ann. 11, 6, 5. Caes. Bell. Gall. 1, 20 Diuitiacus Caesarem complecti, multis cum lacrimis obsecrare, ne quid grauius In fratrem statueret. Ius aequabile in omnibus statuere Auct. ad Heren. 3, 4. Cic. Fam. 7, 12 Quod Ius statues communi diuidendo, cum commune nihil possit esse apud eos, qui omnia voluptate sua metiuntur. Idem 70 Verr. 3, 5 Ego in isto reo Legem hanc, Iudices, mihi statuo, viuendum ita esse, vt isti non modo factis, dictisque omnibus, sed etiam oris, oculorumque illa contumacia, ac superbia quam videtis, dissimillimus esse ac semper fuisse videar. Locum colloquio statuere Liu. 28, 35. Mercedem statuere Brut. ad Cic. 16. Cic. de Finib. 1, 2 75 Sin laboramus, quis est, qui alienae Modum statuat industriae? Modum statuit natura cupidinibus Hor. Serm. 1, 2, 111. Idem Philip. 2, 97 Statuiturque, Ne post M. Brutum Proconsulem sit Creta prouincia. Poenam Tac. Ann. 11, 6, 5. Ter. Prol. Heaut. 48 Si nunquam auare Pretium statui arti meae. Cic. Verr. 5, 89 Primum insi- 80 mulatio est repentina, capitalis atque inuidiosi criminis: Statuite, Quanti hoc putetis, et quam multo redemisse. Statuere enim, qui sit sapiens, vel maxime videtur esse sapientis Idem Acad. 4, 9. Stipendium alicui statuere de publico Liu. 1, 20. Triste aliquod statuere, supplicium Ouid. ex Pont. 2, 2, 119. ¶ 2 Statuere 85 prima et propria significatione, quam supra diximus, ponere, collocare. Procul In conspectu aliquem statuere Liu. 39, 49. Cic. de Orat. 1, 245 c. 57 Vel si causam ageres militis, patrem eius, vt soles, dicendo a mortuis excitasies, statuisses ante oculos, complexus esset filium, flensque eum Centumuiris commendasset. Plaut. Pseud. 1, 5, 137 90 At nunc disturba quas statuisti machinas. Liu. 39, 46 Tabernacula statuere in foro. Cic. in Catil. 3, 21 Eo ipso tempore Signum statueretur, quo collocato atque, etc. add. Nep. 1, 7, 4 et 18, 7, 2. Aras binas statuit e cespite, Erexit Ouid. Met. 7, 240. Crateras magnos statuunt Virg. Aen. 1, 728. Statuam statuere Plaut. Bacch. 95 4, 4, 1. et Curc. 1, 2, 49. conf. Cic. Phil. 9 c. 5. Gell. 9, 11. Plin. 18, 3. Cic. pro Sext. 83 Non dubito, quin si modo esset in Repub. Senatus, si maiestas Pop. Rom. reuixisset, aliquando Statua huic ob Remp. interfecto in foro statueretur. Tabernacula statuere in foro Liu. 39, 46. Tempia statuere Propert. 2, 6, 25. Terminos 100 statuere Liu. 21, 44. Tumulum statuere Virg. Aen. 6, 380. Urbem praeclaram statui Virg. Aen. 4, 655. Obseruatt. Virg. Ecl. 5, 68 Craterasque duos statuam tibi pinguis oliui. i. Dedicabo. Statuo, Do esse, quod et Constituere dicitur, Cic. de Fin. 1, 41 Statue contra, aliquem confectum tantis animi corporisque doloribus, etc. vt Pone, 105*

Fac etc. *Est vehemens, et rem ad Sensum refert.* Ter. Adel. 3, 2, 18  
Sublimem medium arripere, et capite primum in terram statuerem,  
vt cerebro dispergat viam. Arnob. 1 Statuerunt errantes Aquas.

Liu. 1, 13 Equum statuere, *stifere.* Nauem statuimus Plaut.  
Bacch. 2, 3, 57. Sanguinem statuere Octau. Hor. 4.

STATVENS, entis. Part. Cic. Off. 1, 5 c. 2. Vicinis sedes ibi sta-  
tuentibus Iustin. 18, 5, 11.

STATVTVS, a, um. Partic. [*στατός*] *Vt,* Cic. Att. 12, 9  
Equidem neque de genere dubito, placet enim mihi Cluati: neque de  
re, statutum est enim: de loco nonnunquam. Iam habeo statu-

tum, quid mihi agendum sit Idem Fam. 4, 2. Idem ibid. 12, 25 (24)  
Neque enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti. Sta-  
tuta die, *h. e. Constituta, et data ac decreta ex conuentione* Liu. 31, 29.

Iustin. 1, 10, 4. Ad statutam Horam Ibid. 1, 10, 8. Qui sa-  
crificia gentilicia, illo ipso in sacello statuto Loco anniuersaria facita-  
runt Cic. de Arusp. Resp. 32 c. 15. Idem Tusc. 1, 113 Quum enim

illam ad sollempne et statutum Sacrificium curru vehi ius esset, satis  
longe ab oppido, etc. *conf.* Id. pro Mil. c. 17. Statuti pali, quasi  
Stantes defixi, *id est, ita collocati in terram, vt stantes, non transuersi*  
aut obliqui appareant Varr. de R. R. 1, 14. § 2 Statutus,

*i. qui amplae staturae est, ap.* Plaut. Rud. 2, 2, 11.  
STATVTIO, onis. f. Collocatio. Vitruu. 10, 5, extr. Vna  
statutio tigni.

STATVA, ae. f. [*ἀνδραὶς, ἀγάλμα, ζῶανον*] A Statu deduci vi-  
detur vel statuendo, stantium enim habitu statuuntur et ponuntur *solidae*  
imagines ex ligno, lapide, metallo, deorum, hominum, honoris et memo-  
riae causa in templis, monumentis sepulcrorum, foro, aut locis aliis pu-  
blicis. *Exstat Emundi Figrelii de statu illustrium Romanorum liber sin-*  
gularis Holmiae 1656. 8vo. Suet. in Tiber. 26 Etiam statuas at-

que imagines, nisi permittente se, poni prohibuit. Senatus ho-  
nore rarissimo, statua in palatio posita, profecutus est eum Suet. Oth.  
c. 1. Cic. Philipp. 9, 14 c. 6 Maiores quidem nostri statuas multis  
decreuerunt, sepulcra paucis. Idem Philipp. 5, 41 c. 15 Eique

statuam equestrem inauratam in rostris, aut in quo alio loco in foro  
vellet, ex huius ordinis sententia statui placere. *Est hic locus memora-*  
bilis, cum tota oratione hoc agat Tullius, *statuam decernendam esse Ser-*  
Sulpicio in legatione ad Antonium mortuo. *add.* Nep. 12, 1, 3. et 16, 5, 5.

Sidon. 5, 7. Plin. Ep. 2, 7. *Barth.* ad Stat. Silu. p. 9 seqq. Statua  
est Ludii eius, qui quondam fulmine ictus in Circo, sepultus est in  
Ianiculo: cuius ossa postea ex prodigiis, oraculorumque responsis, Se-  
natus decreto intra urbem relata, in Volcanali, quod est supra Comi-

tium obruta sunt, superque ea columna cum ipsius effigie posita est.  
Festus. Aurata Liu. 40, 54. Illustris Tac. Agric. 40, 1. *conf.*  
*Pichena h. l.* Inaurata statua pallidior Catul. ad Iuuentium, l. 7, 4.

Infantes statuas findit Canicula Hor. Serm. 2, 5, 39. *b. e. nouas, quam*  
appellandi rationem simul ridet Poeta. Loricata statua, *vid.* LORICA.  
Mediocris statua, *vid.* MEDIOCRIS. Vestricio Spuriinae Trium-

phalis statua decreta est Plin. Ep. 2, 7. *i. habitu triumphantis.* Con-  
secrare alicui statuam Caes. Bell. Ciuil. 3, 105. Decernere sta-  
tuam, *vid.* DECERNO. Factae sunt statuae omnibus vicis, ad eas  
tus et cerei Cic. Off. 1, 80. Tempestate, vi, et vetustate intereunt  
statuae Cic. Philipp. 9, 16. Ponere statuam alicui Plin. Epist. 1,

17 extr. Statuere statuam alicui Plin. 18, 3. Cic. Phil. 5 c. 15.  
Idem pro Arch. 30 An quum statuas et imagines non animorum simu-  
lacia, sed corporum, studiose multi summi reliquerunt, etc.

STATVARIA, ae. f. *Ars faciendi statuas.* Plin. 35, 12 Laudat  
et Praxitelem, qui plasticem matrem statuariae sculpturaeque et caela-  
turae esse dixit. Idem 36, 5 Non omittendum, hanc artem vetu-  
stiorum fuisse, quam picturam, aut statuariam.

STATVARIVS, i. m. [*ἀνδριαντοποιός*] *Pro Statuarum artifice et*  
sculptore ponitur a Quinctil. 5, 12. *Et apud Plin. 34, 7 caput est de an-*  
tiquis statuariis. *conf.* Sen. Ep. 88. Plin. 36, 5. *Vitr. praef. 3 et 6, 10.*

STATVARIVS, a, um. Adi. [*ἀνδριαντοποιητικός*] Plin. 34, 7.  
Fuisse autem statuariam artem familiarem Italiae quoque et vetustam,  
indicat Hercules ab Euandro sacratu. *add.* Id. 36, 5.

STATVNCVLA, ae. f. et STATVNCVIVM, i. n. Ex hac  
massa fabri sustulerunt et fecerunt catilla, paropsides, statuncula Pe-  
tron. Fragm. Trag. p. 22 l. c. 50. *Vid.* Scheff. ad h. l. p. 115. Gronou.  
Obj. Eccl. p. 89 qui icunculam s. paruum statuam interpretatur.

STATVRA, ae. f. [*σῦστας*] proprie Ipse corporis habitus, et  
conformatio, qua quis longus, breuis, crassus etc. Cic. de Finib. 5, 35  
Corporis igitur nostri partes, totaque figura et forma et statura, quam  
apud ad naturam sit, apparet. Velim mihi dicas, nisi molestum  
est, L. Tursecius qua facie fuerit, qua statura Idem Philipp. 2, 4 c. 16.

Apponere formam, speciem, et staturam ad dignitatem Auctor. ad He-  
ren. 4, 46. Commoda statura, *vid.* COMMODVS. Iusta Suet.  
Tib. c. 68. *conf.* Casaub. ad h. l. Homines Tantulae staturae Caes. B.  
G. 2, 30. Noscere figuram et staturam Cic. Tusc. 1, 52. *add.*  
Non. 3, 236. Columel. 5, 5, 8 Producat in tantam staturam quan-

tam permittit agricola. *h. e. Crassitudinem et altitudinem.* Idem  
12, 48, 5 Maturam oliuam in statura factam colymbadem, de muria tol-  
lito. *Sed locus non satis sanus videtur. Vid. quae ibi notauimus.*

STATVMEN, inis. n. [*χάρμη*] *Id quo fulcitur vitis, vt pali et*  
pedamenta, et quidquid pro munimento accedit. Columel. 4, 16 Quum  
85 mensem trigelimum excesserit posita vinea, id est, tertio autumno, ve-  
hementioribus statuminibus statim impedienda est. *Corrupte passim le-*  
gitur Impedienda. Ibid. 2 Duo viduantur statumina. *Vid.* Idem  
5, 4. Statumen, apud Vitruu. 7, 1 dicitur Quidquid pro strato ad-

iicitur. Statumina, pro Fixis stipitibus machinae, qua iumenta clau-  
90 ja curantur. Columel. 6, 19 Primis autem duobus statuminibus im-  
ponitur firmum iugum, ad quod iumenta capistrantur. Statumi-  
na naui; *i. Costae* Caes. Bell. Ciuil. 1, 54 Carinae primum ac statumi-  
na ex leui materia fiebant: reliquum corpus nauium viminibus intex-  
tum coriis integebatur.

STATVMINO, are. [*χαρμηίζω*] *Statuminibus firmare.* Plin.  
17, 22 Eodem modo vineam statuminato. Vitruu. 7, 1 Statuminetur  
faxy. Statuminare lapidibus Plin. 18, 6.

STATVMINATIO, onis. f. *Verbis Budaei inuenio explicatam*  
Statuminationem et Ruderationem Vitruuii in pauimentis: Statumina-  
tio, fit lapidibus et caementis liberalibus et manualibus sine calce et arena:  
Ruderatio vero statumini superinducitur cum calce et arena, aut rudere no-  
uo aut rediuiuo, id est, ex vetere aedificio sumto, non nuper effosso, quod  
constat e caemento, vt hic apparet, ad differentiam nuclei, qui e testa confusa  
constat, et tertio loco inducitur. Sic autem Vitruuius 7, 1 Tunc infu-

per statuminetur, non minore saxo, quam quod possit manum im-  
105 plere:

plere: statuminibus inductis ruderetur. *Et mox, Insuper ex testa nucleus inducatur, etc. Et deinde, Statuminatione facta rudus inducatur.*

STATVMARIA, ae. f. *Herbae genus. Apul. de Herb. c. 18.*

STATVS, vid. STO.

## S T E

STEATITES. [*σευτίτης*] Gemma est, seui qualemcunque similitudinem ostentans, quod Graeci *στάσις* vocant. *Vid. Plin. vlt. 11.*

STEATOMA, ātis. n. [*σευτώμα*] Tumor est foris in corpore apparens, pinguem intus materiam continens, seuo simillimam, unde et nomen accepit: nam *στάσις*, *αρός*, ut modo dictum, seuum significat *Plin. 26, 14.* Eadem et contra Steatomata efficax. *Conf. Cell. 7, 6. et 8, 6.*

STEGA, ae. f. [*στῆγα*] Locus in naui contactus ἀπὸ τῆς στεγῆς, quod est tegere, tabulatum, contignatio. *Plaut. Bacch. 2, 3, 44* Forte ut affedi in stega. i. in tabulato vel constrato nauis. *Sic Plaut. in Stich. 3, 1, 12* Sine aduocatis, ibidem in cercuro, in stega, in amicitiam, atque in gratiam conuortimus. *Alioquin ab illa στῆγη Graecorum dicuntur Tri-stega v. v.*

STEGNVS, a, um. *Strictus: inde Febres stegnae, quae et Constrictae vocantur. Plin. 23, 7 l. 63 de ficibus, Sitim sedant, calorem refrigerant, ob id non negandae in febribus constrictis, quas stegnas vocant.*

STELA, ae. f. *Graecis στήλη, dicitur Columna: structura constat aut lapidea, aut caementicia, aut latericia, sed literata fere. Plin. 6, 28 l. 32* In altera stelae literis incognitis. *Eminentia saxa, quibus librorum notae adscriptae, quaeque intra specum per Aegyptiorum adyta collocata, stelae appellantur Mart. Capella 2 p. 35. Ita illapila lapidea, in qua scripta Alcibiadis deuotio apud Nep. 7, 4, 5. et 7, 6, 5 στήλη est apud Graecos.*

STELEPHVROS, Ortyga, Plantago: herba foliis perpetuo virentibus, ex spicatarum genere *Plin. 21, 17 l. 61.*

STELIS, is. f. *Genus visci. Plin. 16 vlt.* Visci tria genera; namque in abiete ac larice stelin dicit Euboea nasci. *Theophr. de causis Plant. 3, 16 stelis.*

STELLA, ae. f. [*ἀστήρ*] Hoc nomine vocant Romani, quidquid praeter Solem et Lunam in caelo constanter lucet, et tum eas, quae fixae dicuntur, tum Planetas s. erraticas, cometasque adeo complectitur, quin meteoron illud, quod stellae cadentis nomine appellant. *Vid. Cadunt, it. Volitant stellae n. 2. Quod ad etymologiam, videt Quinctil. 1, 6, 35 qui stillam luminis credunt. Videtur ex Graecorum ἀστήρ factum, per diminutionem: Capell. ca-*

*pella: ἀστρον, ἀστρον, σάφισ, ἀσάφισ, etc. Sunt autem stellae natura flammearum Cic. de Nat. Deor. 2, 118. Heraclides errantibus stellis diuinitatem tribuit Idem ibid. 1, 34. Facile vincunt magnitudinem terrae stellarum globi Cic. in Somn. Scip. 6 c. 3. Circuitus, Coetus, Transitus stellarum Gell. 14, 1. Cic. de Diuin. 2, 60 c. 28 Ita te-*

*nec terrae fremitus, nec caeli discessus, nec lapideus aut sanguineus imber, nec traiectio stellae, nec faces visae terrebunt. Traiectio stellae est: volitans stella, de qua mox. Add. ib. 16 c. 6. Accessus stellarum, vid. ACCEDO. Alba stella Hor. Carm. 1, 12, 28. Ar-*

*dentis stellae Virg. Aen. 4, 482. Aureae stellae Sen. Herc. Fur. 1, 15, 6. Caliginosa stella, vid. CALIGO. Candidae stellae Hor. Carm. 3, 15, 6. Comans stella Ouid. Met. 15, 749. Crinita stella, vid. CRINIS. Plaut. Men. 1, 2, 26 Inde vsque ad Diurnam stellam*

*crastinam perpotabimus. Diurnam stellam vocat eleganter Luciferum: ut Hesperum, Noctiferum vocauit Catullus. Lucret. 6, 720 Quae gelidis a stellis axis aguntur. Gelidis dixit propter axem, Septentrionalem. Ardere*

*stellas intus in Carchedoniis gemmis, metaphorice dixit Plin. 37, 7 l. 25 Add. l. 28. Idem Plin. 28, 4 l. 12 Clauum corporis, cum Cadit stella, si quis distringat, etc. de meteoro loquitur, quod etiam Volantis stellae nomine venit, vid. Volitant. Micantes stellae Ouid. Met. 7, 100. Proter-*

*va stella canis Icarii Ouid. Amor. 2, 16, 4. Salubres stellae Hor. Serm. 1, 7, 24. Vagae stellae Lucan. 9, 12. Verborum formae: Cogit Lucifer agmina stellarum Ouid. Met. 11, 97. Depulit stellas aurora Idem Met. 7, 100. Diffugiunt stellae Idem Met. 2, 114. Dinumerare stellas Cic. Off. 1, 154 Etiam si dinumerare se stellas aut metiri mundi magnitudinem posse arbitretur? Fixae stellae Ouid. Met. 2, 205. Fugarat dies clara stellas Virg. Aen. 5, 42. Labuntur, vid. Volitant. Micant stellarum lumina caelo Sil. 15, 680. Obtusa stellis acies Virg. Georg. 1, 395. Palantes polo stellae Idem Aen. 9, 21. Restinxit stellas exortus sol*

*Lucret. 3, 1057. Plin. 18, 35 l. 80 Si Volitare plures stellae videbuntur, quo feruntur albescentes, ventos ex iis partibus nunciabunt. Virg. Georg. 1, 365 Saepe etiam stellas vento impendente videbis Praecipites caelo labi, etc. Add. Sen. Quaest. Nat. 1, 1. Cum multae transuolant stellae. Voluit caelum rapida vertigine stellas Sil. 8, 174.*

*¶ 3 Stella, pro sidere ex multis stellis composito Ouid. Fast. 3, 793. Stella Lycaoniam vergit decliuus ad Arcton, Miluius: haec illa nocte videnda venit. Miluius autem, de quo agit Poeta, siue Olor aliorum, s. Aquila sit, pluribus stellis constat. Sic Fast. 5, 112 Stella est sidus Capellae.*

*¶ 4 Stellam significare ait Ateius Capito Laetum et prosperum, auctoritatem secutus P. Seruilius auguris, quae ex lamella aerea adsimilis stellae, locis inauguratis infigatur. Festus.*

*¶ 5 Stella, Piscis. Plin. 9, 60 Praeter claros sapientia auctores video mirari stellam in mari. Ea figura est parua admodum caro intus, extra duriore callo. Huic tam igneum feruorem esse tradunt, ut omnia in mari contacta adurat, omnem cibum statim peragat. Add. Veget. Mulom. 4, 12, 3.*

*¶ 6 A figura sua stella dicitur etiam pars apparatus torcularis, ap. Plin. 18, 31 l. 74 Stella denticulata. Id. 18, 10 l. 23 instrumentum, cuius in pistrino usus. In stellam diuiditur vitis Colum. 4, 17, 4. et 4, 26, 3. Sic Colum. 3, 13, 12 Stella, quam diximus Graecae literae (X) faciem obtinere.*

*¶ 7 Cognomen Aruntiorum, in quibus Poeta nobilis, consularis ab amicis suis Statio et Martiali celebratur passim. Ille primum siluarum librum Stellae inscripsit. Hic 12, 3 Laurigeros habitat facundus stella Penates, etc.*

*¶ 8 Stella an sit fraus, vid. in STELLATVRA.*

STELLVLA, ae. f. *Virgilio adscribitur.*

STELLO, āre. [*στῆλω, ἀσπερίζω*] Stellarum est, quum splendorem suum emittunt: deinde *Lucere stellarum in morem. Martial. 2, 29* Et numerosa linunt stellantem splenia frontem. i. *Stigmatibus multis notatam et iniustam, quomodo caelum stellis. Oratio verborum stellatur auro Symmach. Epist. 3, 11. Conf. Iuret. ad h. l. p. 91. Salmas. ad Solin. p. 533. Plin. 37, 2* Quoniam stellarum Hyadum et numero et dispositione stellantur.

*¶ 2 Stellare fraudare, vid. STELLATVRA.*

STELLANS, antis. Partic. [*ἀσπερίζω*] *Claud. de Rapt. Proserp. 2, 363* Ducitur in thalamum virgo, stat pronuba iuxta *Stellantes nox picta sinus. i. Stellarum splendore conspicuos. Caeli stellantis regia*

- Virg. Aen. 7, 210. Fons stellans bullis Plin. 31, 2 f. 8 *credo indicari subitum ortum, splendoremque et velut scintillationem.* Gemmae stellantes, Oculi caudae pavoninae, more stellarum fulgentes Ouid. Met. 1, 723. Cic. de Diuin. 1, 18 c. 11 Cum clara speciem concreto lumine luna Abdidit, et subito stellanti nocte peremta est. ex Poëta. Cic. de Diuin. 1, 19 c. 12 Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo. ex Poëta. Ora stellantia Tauri Ouid. Fast. 5, 603. Plin. 18, 26 extr. f. 66 Lucentes vespere per arua cicindela. Ita appellant rustici stellantes volatus, Graeci vero lampyridas. Conf. Id. 37, 7.
- 10 **STELLĀTVS**, a, um. Partic. [*ἀστεροειδής, κατ'ἀστρον*] Stellis plenum: proprium caeli epitheton, quum est clarum et serenum: quanquam ad alia etiam transfertur. Plin. 10, 67 Salamandra animal lacerti figura stellatum. Domus stellata Claud. de Rapt. Proserp. 3, 8. Gemmarum epitheton, cum puncta quaedam lucidiora habent: Plin. 37, 10 f. 54, 1
- 15 **Acopos** — aureis guttis stellata. Et f. 66 Est stellata Pontica nunc sanguineis, nunc auratis guttis. Ensis stellatus iaspide fulua Virg. Aen. 4, 261. Add. Val. Flac. 2, 42. Stellatus, luculenter et eleganter dictum pro Inter sidera relatus, et sidus factus, sed Graecorum modo, quibus hoc significat *καταστεροειδής*, vt qui mediocriter Graecorum literis tinctus est, nouit. Cic. Tusc. 5, 8 c. 3 Nec stellatus Cepheus, etc.
- 20 ¶ 2 In formam stellae, decussatim, compositus, in formula Stellati Axes, quam damus suo loco in ASSIS f. AXIS.
- STELLĀRIS**, e. Adj. Macro. Somn. Scip. 1, 14 Anima scintilla stellaris essentiae. Herba stellaris, al. *bubonion*.
- 25 **STELLATES**, is. m. Campus stellates Suet. Caes. c. 20. Liu. 22, 13. Cic. Agr. 1 c. 7 et 2 c. 31. Stellates campi Sil. 11, 268.
- STELLĪFER**, era, erum. Adj. [*ἀστροφόρος*] Quod fert stellas, proprium caeli epitheton: Cic. in Somn. Scip. 12 c. 5 Quam ob causam summus ille caeli stelliferi cursus. Olympus stellifer Sen. Herc. Oet. f. 15.
- 30 **STELLIFICVS**, a, um. Adj. Cuspide fulminea noctis diuiserat vmbra Stellifico temone iubar Victorin. Pict. de Christo Deo et Hom. v. 113.
- STELLĪGER**, era, erum. Adj. [*ἀστροφόρος*] Vt, Polus stelliger Stat. Theb. 12, 565. Axis stelliger Stat. Silu. 3, 3, 77. Add. Varr. ap. Non. 4, 174. Senec. Herc. Oet. v. 1906. Mart. Capella 9 p. 304.
- STELLIMICANS**, antis. Limbus pictus bissex signis stellimicantibus Varr. ap. Probum in Virg. Ecl. 6, 31.
- STELLIPARENS** nox Auien.
- 35 **STELLATVRA**, ae. f. Quid sit quaeritur. Lampridius in Alexand. 15 Annonas mistum diligenter inspexit: Tribunos, qui per stellaturas militibus aliquid abstulissent, capitali poena affecit. Spartian. in Pescennino 3 Nam et imperator Tribunos duos, quos constitit stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliariis iussit. *Salmas. ad h. l. ex eadem causa, qua Stelliones et Stellionatus ad fraudes referuntur, Stellaturam etiam defraudationem interpretatur, quae commeatum inprimis licentiam comitatur, quos dum indulgent militibus et a signis abesse patiuntur, hinc minuunt praesidia, et publicae securitati detrahunt, hinc militum annonam et stipendia eo obtentu sibi retinent. Hinc cum in Commeatu dando insit stellatura, suspicatus erat ad Spartian. Adrian. 10 p. 95 Hack. a σέλλαν mittere, esse formatum verbum stellare, vt a καλῶν calare, a πιλῶν pilare. Sed ipse non multum huic coniecturae tribuit. Nec puto satis probauit Stellas apud Aldhelmum esse imposturas in hoc versu, Machina detegitur caecis frustrata stellis, ubi*
- 45 *tutelis posuerat Canisius.*
- STELLATINA** Tribus, vid. TRIBVS.
- STELLIO**, onis. m. [*ἀσκαλάδος, ἀσκαλαβώτης*] Animal lacertae simile, tergo insigne lucentibus guttis ad modum stellarum, a quibus nomen habet. Plin. 30, 10 in remediis aduersus morbum comitialem. Tunicula stellionis, quam eodem modo vt anguis exuit, pota, etc. Operae pretium est scire, quomodo praeripiatur, quum exuitur membrana hiberna, alias deuoranti eam, quoniam nullum animal fraudulentius inuadere homini tradunt. Inde stellionum nomen aiunt in maledicum translatum. — Sed eo derelicto, non potest remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis praefertur. Add. Id. 8, 31. 11, 26. 29, 4. 30, 3. Scip. Gentil. ad Apul. Apol. p. 263. Virg. Georg. 4, 243 Nam saepe fauos ignotus adedit Stellio. Add. Colum. 9, 7, 5. ¶ 2
- 50 *Hominem fraudulentum notat, vt ex Plinii loco apparet. Quibus modis stellionem istum cohibeam? Apul. Met. 5 sub fin. p. 172, 19. Venus de suo Cupidine Psyche clanculum amatore.*
- STELLIONĀTVS**, ūs. m. Crimen apud Iurisconf. c stellione nomen fumsit. Quod enim in priuatis iudiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. Vbiunque igitur titulus criminis deficit, illic stellionatus obicimus. Maxime autem in his locum habet: si quis forte rem alii obligatam dissimulata obligatione, per calliditatem alii distraxerit, vel permutauerit, vel in solum dederit, — aut si quis merces supposuerit, vel obligatas auerterit, vel corruerit, — aut imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius, stellionatus poterit postulari. Et vt generaliter dixerim, deficiente titulo criminis, hoc crimen locum habet, cuius nulla poena ordinaria est, sed extraordinarie plebitur, et ad praesidem spectat. Haec Ulpianus, De crimine stellionatus l. 3 Stellionatum. Conf. Cuiac. Obs. 10, 26 et 11, 40.
- 75 **STELLIONATOR**, oris. m. *ἐπιδήτης* Gloss. Gr. Lat. pro ἐπιδήτης h. e. Impostor.
- 80 **STEMMA**, atis. n. [*στέμμα*] Coronamentum ex multis floribus compositum. Dicitur a Graeco, στέφω coronare, unde et στέφανος corona. Firmicus 3, 8 Magnos viros faciet Mercurius, qui sacris et religiosis stemmatibus coronentur. Sic Pollet hoc felix per orbem terra Ibera stemmate Prudent. Perist. 1, 4. de martyrii corona. ¶ 2
- 90 *Stemmata Imagines maiorum, quae poni solebant in atriiis. Martial. 4, 40 Atria Pisonum stabant, cum stemmate toto. Iuuen. 8 pr. Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo Sanguine censer, pictosque ostendere vultus Maiorum. Sueton. in Neron. c. 73 Quod in veteri gentiliu stemmate C. Cassii percussoris Caesaris imagines retinisset. Et Imperator stemma in atrio proposuit, quo paternam originem ad Iouem, maternam ad Pasiphaen Minois vxorem referebat Suet. Galba c. 2. Disertissime Plin. 35, 2 Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, vt essent imagines, quae comitarentur gentilicia funera. Semperque defuncto aliquo totus aderat familiae eius, qui vnquam fuerat, populus. Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Hic locus propriam notionem eius nominis videtur aperire. Nempe stemmata sunt vitae, e floribus et herbis coronariis textae: earum fundus quasi est linea f. funiculus lineus. Haec stemmata, hae lineae floribus et coronamenti indutae discurrunt ad imagines, et earum inter se relationes indicant, vt videre.*



dere possis, quis pater, filius, frater, patruus, nepos, etc. Hoc etiam indicatur illo, Nomina familiae, multis stemmatum illigata flexuris Sen. de Benef. 3, 28. Sic Stat. Silu. 3, 3, 44 Non tibi clara quidem Senior placidissime, gentis Linea, nec proavis demissum stemma: Sed ingens Suppleuit fortuna genus. Sic Totum regni Perfici stemma Percense Sen. de Benef. 7, 3. Hinc Aufon. Paneg. 15, 2 Deductum ab Heroibus genus ad deorum stemma replicare. Sidon. Apollin. 7, 13 Non tamen eatenus explicandis antiquorum stemmatibus exinaniretur, ut ob hoc ad narrandam gloriam tuam fieret obtusior. Caeterum stemmatis voce etiam sic utitur Plutarchus Numa pr. Κοίνας ἐξ ἀρχῆς αἰ τῶν τῶν Νημῶν κατὰ γένος τῶν σημμάτων ἀκριβῶς δοκῶντων. Loquitur de eo, quod gentium suarum origines ad Numam multi referant. Conf. Tiraquell. de Nobil. 56 §. 14 et IMAGO. ¶ 3

Stemma legebatur olim apud Martial. Spectac. 16 Caesaris atque Iouis confer nunc stemma iuuentus: Par onus ut tulerint, altius iste tulit. Putat Salmas. ad Lamprid. Heliog. p. 859 Hack. positum stemma pro stegma: stegma autem vocari machinam tauri formam, quae in illo spectaculo Herculem in caelum sustulit, a verbo στεγαν, quod ait esse ferre et sustinere. Nescio, an multis probari possit ea sententia. Ex pluribus mihi placebat quod Ramiresio, Caesaris atque Iouis confer nunc schema, (repraesentationem, figuram, quam exhibuere) iuuenti (utriusque, hinc Domitiani hinc Iouis) Par onus ut tulerint (ille Europam, hic Herculem et sub hoc schemate Domitianum) altius iste tulit. Laudatur etiam Martial. 10, 56 Tristia saxorum stemmata delet herus. Sed recte editur Seruorum Stigmata delet Heros. 25

STENOCORIASIS, is. f. Equorum morbus Veget. 2, 16.

STENTOR, ōris. m. [Στέντωρ] Unus e ducibus Graecorum, qui ad Troiam profecti sunt, cuius tantus erat vocis sonitus, quantus aliorum quinquaginta, ut scribit Homer. Iliad. 5. Iuuen. 13, 112 Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis. 30

STENTOREVS, a, um. Arnob. 2 Vox Stentorea, i. Altissima.

STEPHANIO, Mimus, qui primus togatus saltare instituit Plin. 7, 41 inter longaeuos memoratur.

STEPHANITAE Vites, [Στεφανίται ἄμπελοι] h. e. Coronariae, quae per statumina calamorum materiis ligatis in orbiculos, gyrosque flectuntur, et materiis summissis, earundem statuminibus per orbem, et in coronam connectuntur. Columel. 3, 2 Nec solum quae iucunditate saporis, verum etiam quae specie commendari possint, censeri debent: ut stephanitae, ut tripedanae. Conf. Isidor. 17, 5.

STEPHANITIS, ūdis. f. Coronaria vitis et ipsa, verum a natura. Plin. 14, 3 f. 4, 9 Coronario naturae lusu stephanitis, acinos foliis intercurfantibus. 40

STEPHANOMELIS, is. f. Herba ap. Plin. 26, 13.

STEPHANOPŌLIS, et STEPHANOPLOCOS, [Στεφανοπωλίς] Plin. 35, 11 de Pausia Rictore, Amauit in iuuenta Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum: certandoque imitatione eius, ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam: postremo pinxit illam sedentem cum corona: quae e nobilissimis eius tabula appellata est stephanoplocos, ab aliis stephanopolis, quoniam Glycera coronas venditando sustentauerat paupertatem. 50

STEPHANVS, s. STEPHANOS, i. m. [Στέφανος] Quarundam barbarum nomen ap. Plin. 15, 30. Apul. de Herb. c. 58 et 105. Latine verti potest Corona. Est et nomen proprium, a quo STEPHANIVM et STEPHANISCVS diminutiva.

STERA, ae. f. Matrix, ex Gr. ὄστρα. Coniuncto sibi melle steracae si subditur herba Macer 1, 3. 55

STERICVS, a, um. Duritiae stericae Macer c. 1. i. histericae.

STERICVLA, ae. f. Dim. Vulua porcae virginis, vid. Scheffer. ad Petron. Fragm. Trag. (ubi legitur sterilicula) p. 72. Reines. ib. p. 55. Burm. c. 35. 60

STERCVLIVS, vid. post STERCVS.

STERCVS, ōris. n. [κόπρος, κοπρία, μίνδος, ἀφόδιον, ἀφόδευμα] Reliquiae ciborum per alium eiectae, et aliae immunditiae, quae tamen pleraeque ob pinguedinem agris laetandis utiles sunt. Plin. 17, 9 Cato, Stercus vnde fiat, stramenta, lupinum, paleas, fabalia, ac frondes ilignas, quae nasque. Locus Catonis est R. R. 37, 2. Plaut. Aflin. 2, 4, 18 Iustin' scelleste ab ianua hoc sterces hinc auferri? Columel. 2, 6 Vincis emaciatis et aruis optimum sterces lupinum praebet. Ibid. c. 15 de generibus sterces agit. Canino stercore foeda atria Iuuen. Sat. 14, 64. Optimum volucrum Varro R. R. 1, 38. Dicitur cibus Humana stercore miscuisse Lamprid. Comm. c. 11. Tetrum sterces Lucret. 2, 871. Color fucatus stercore crocodili Hor. Epod. 12, 11. Auferre sterces ab ianua, vid. AVFERO. Deicere sterces per os Scribon. 118. Cic. de Diuin. 1, 57 c. 27 Se interfectum in plaustrum a caupone esse coniectum, et supra sterces iniectum, etc. Quibusdam stercore et caeno Incessentibus Suet. Vit. c. 17. Ingerere sterces vitibus Columel. 2, 16. Nolo sterces curiae dici Glauciam Cic. de Orat. 3, 161 c. 41. Saturare stercore noualia Columel. 2, 9, 15. Satiatum stercore solum Idem 2, 10. Vectare sterces Cato de R. R. 10. ¶ 2 Ferri sterces Scribon. 188 quod σκωρίαν Graeci vocant. Nempe σκῶρ sterces est. Sterces curiae metaphora improba, pro Senatore contentibili, apud Cic. de Orat. 3 c. 41. 70

STERCOREVS, a, um. Adi. [κοπρινός] Metaph. Plaut. Milit. 2, 1, 12 Miles meus est herus, qui hinc ad forum abiit: gloriosus, impudens, stercoreus, plenus periturii, atque adulterii. 85

STERCŌRO, āre. [μινδοῦ, κοπρίζω] Fimum agris fecunditatis gratia inspergere. Plin. 18, 23 extr. f. 53. Ager, si non stercoreatur, alget: si nimium stercoreatur est, aduritur Columel. 2, 16 et 11, 2. Cic. de Senect. 54 c. 15 At Homerus, qui multis, ut mihi videtur, ante saeculis fuit, Laertem lenientem desiderium quod capiebat e filio, colentem agrum, et cum stercorem facit. Spissius vel rarius stercorem Columel. 2, 5. Idem 12, . . . Vicia et faba stercorem agrum dicuntur, i. pinguem facere. Idem 17, 9 Segetem stercorem fruges, lupinum, faba, vicia. Conf. Cato c. 36. Varro R. R. 1, 38. 95

STERCORĀTVS, a, um. Partic. [κονοπισμένος] Stercore infectum, vel pinguefactum. Columel. 1, 16 Pomaria quoque et hortos oportet septo circumdari, et esse in propinquo, atque in ea parte quo possit omnis stercore colluies cortis, balineorumque, et oleis expressa amurcae sanies influere. Idem 2, 11 Stercoratissimus locus. Sic apud Caton. 46 ubi al. stercoreosissimum. Ager stercoreatus labolenus in l. Cum vsum fructum §. vltim. D. Quibus modis usufruct. Plin. 18, 23. Conf. Id. 15, 18. Colum. 1, 6. 2, 10. 5, 11. 11, 3. Pallad. 12, 1. Veteres, stercoreatos agros dicebant, non stercoreatos Mart. Capella 3 p. 81.

STERCORATIO, ōnis. f. [κόνισσις] Columel. 2, 16 Si tamen 105

aliqua causa tempestiuam stercorationem facere prohibuerit, secunda ratio est, ante quam sarrias, more seminantis, ex aviariis puluerem stercoreis per segetem spargere. Sic Plin. 18, 23. Modica sterco- ratione terra refoueat Columel. 2, 1 ad finem. Conf. Plin. 17, 27.

- 5 **Isidor.** 17, 2.
- STERCORARIUS**, a, um. Adj. [σπορικός] Quod ad stercorea pertinet: ut, Crates stercoreariae Varr. de R. R. 1, 22. Cato c. 10.
- STERCOROSUS**, a, um. Adj. [σπορώδης] Plenum stercore. Colum. 8, 3 Nam plurimum refert, aquam non esse in ea, nisi vno loco, quam bibant, eamque mundissimam: nam stercoreosa pituitam concitat. Idem 11, 3. Ea quum pingui et stercoreoso solo post Idus Februarias sic obserueris Cato de R. R. 47 Locus stercoreosissimus. Mari haec natura est, ut omne immundum stercoreosumque litoribus impingat Sen. Quaest. Nat. 3, 26.
- 15 **STERQVILINIVM**, i. n. [σπορὸν, σπορῖον] Quasi dicas sterculinum vel stercolinum. Locus stercoreis plenus, seu stercoreis receptaculum. Columel. 1, 6 Sterquilinia duo sint: vnum, quod noua purgamenta recipiat, et in annum conferuet: alterum, ex quo vetera vehantur: sed vtrumque more piscinarum de- 20 vexum leni cluio, et exstructum, pauitumque solum habeat, ne humorem transmittant. Add. Cato R. R. c. 5. Varro R. R. 1, 13 et 38. Scribitur etiam sterculinum. Κορποστῆρον, sterculinum Vet. Gloss. In stercolinio defodere Marc. Empir. c. 34. ¶ 2 Metaphor. Sterquilinum, Lenonem vocat Plaut. in Pers. 3, 3, 3. Eholutum lenonium commistum, eho tu sterquilinum publicum Ter. Phorm. 3, 25 2, 4. Plaut. Cas. 1, 1, 26.
- STERCVLIVS**, vel **STEREVTVS**, Deus apud Macrobius Sat. 1, 7 i. e. Saturnus, quod stercoreandorum agrorum rationem induxerit et docuerit. Plin. 17, 9 Stercutius, Fauni filius, Italiae rex, ster- 30 corationis agrorum in Italia inuentor, ob id donatus immortalitate. vid. Lactant. 1, 20 sub f.
- STERELITIS**, idis. f. Spuma argenti. Plin. 33, 6. Al. Stercoritis.
- STEREOBATA**, vel **STEREOBATES**, ae. m. Vitruu. 3, 3 35 *Basis, vel fulcimentum solidi.*
- STERGETHRON**, i. n. Herba, al. semperuiuum. Plin. 25, 13 Apul. de Herb. c. 123.
- STERIGMVS**, i. m. [σπριγμός] Meteoron: Statura lux, sine cursu iugi Apul. de Mundo p. 345.
- 40 **STERILIS**, e. Adj. [ἀγονος, ἀσπορος, ἀρηνος, στείρος] Infecundus: et fructum non ferens, sine prole: στείρω Graecis priuo, στείρα sterilis. Est autem animalium et plantarum epitheton, sensu vel proprio, vel meta- phorico, cum aequae late pateat ac fructus. Plin. 10, 60 Sunt autem 45 sterilia, et minora, ac minus iucundi saporis ova. Sterilis in gi- gnendo Idem 11, 39. Veri sterilis, Qui verum nescit Pers. Sat. 5, 75. Agros steriles exurit Sirius Virg. Aen. 3, 141. Adeps porcina ste- 50 rilis Scribon. Comp. 271. i. de porca sterili. Amator sterilis, Qui non habet, quod det amicae Plaut. Truc. 2, 1, 30. Amicus 55 Martial. 10, 18. Amor sterilis Stat. Silu. 3, 4, 42. Arena ste- rilis Virg. Georg. 1, 70. Auenae steriles Idem Ecl. 5, 37. Ciui- 60 tas ab aquis sterilis Apul. Met. 1 p. 106. Corpora sterilia sonitu, Carentia et priuata sono Lucret. 2, 844. Domus sterilis Propert. 4, 12, 62. Dos sterilis, sine commodo aliquo l. 4 in fin. D. de pact. 65 dotal. Fama sterilis Stat. Theb. 6, 70. Februarius sterilis 55 Cic. Qu. Frat. 2, 11. Herba sterilis Ouid. Amor. 3, 7, 31. Humo 60 sterili ponere semina Propert. 2, 11, 2. Iuuenca sterilis Ouid. Fast. 5, 253. Labor Martial. 10, 58. Manus steriles, Quae nihil 65 afferunt Plaut. in Truc. 1, 2, 3. Palus sterilis Hor. de Arte Poët. 65. Pax sterilis Tac. Ann. 1, 17. Pecunia sterilis, Quae 70 65 vsuras non parit. l. 3 §. vsuras D. de contr. tutel. et vtil. act. Plaut. 65 Mil. 3, 1, 15 Sterilis hinc Prospectus vsque ad vltimam plateam probe 65 est. i. vacua est hominibus platea. Plin. in Paneg. c. 56 Quod 70 momentum, quod iunio temporis punctum aut beneficio sterile, aut 65 vacuum laude? Rubigo sterilis Hor. Carm. 3, 23, 7. Saecu- 65 lum virtutum sterile Tac. Hist. 1, 3, 1. Siluae steriles Virg. Georg. 2, 440. Vacca sterilis Idem Aen. 6, 251. Lucret. 4, 1229 70 Pater a gnatis ne dulcibus vnquam Appelletur: et vt sterilis Venere 65 exigit aeuum. Vir sterilis Catul. 61, 69. Compar. Plin. 16, 12 Arbores serenitate steriliores.
- 70 **STERILVS**, a, um. pro Sterilis. Lucret. 2, 844 Et sonitu ste- 65 rila, et succo ieiuna feruntur.
- STERILEFIO**, eri. Cum ad vnum materna fecunditas recidit, 65 sterilefiunt in aeternum Solin. c. 27 (al. 40) quod Salmaf. f. 230 appro- bat, quanquam alii legant steriles fiunt.
- 75 **STERILESCO**, ere. [σπερμαίω] Sterilem fieri. Plin. 8, 50 65 Caprae pinguedine sterilefiunt. Idem c. 16 Is ergo tradit leae- nam primo fetu parere quinque catulos, ac per annos singulos, vno 65 minus, ab vno sterilefcere. Idem 7, 15 Sterilefiunt tactae fruges. Conf. Idem 11, 40, 15, 8. Pallad. 12, 13.
- 80 **STERILITAS**, atis. f. [ἀγονία, ἀρηνία, στείρωσις] Infertilitas, 65 infecunditas. Cic. de Diuin. 1, 131 c. 57 Quorum ex habitu atque ex colore cum salubritatis, tum pestilentiae signa percipi, nonnunquam 65 etiam quae sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Add. Co- lumel. 1 praef. Sen. de Ira 2, 25. Pallad. 1, 6. Abolere sterilita- 85 tem feminarum, vid. ABOLEO. Annonae sterilitas incescit homi- 65 nibus Columel. 2, 10. vid. INCESSEO. Natali et ingenita sterili- 65 tate laborantes Columel. 3, 7, 2. Continuae sterilitates Plin. 65 Epist. 10, 24.
- STERNAX**, vid. infra STERNO.
- 90 **STERNO**, strāui, strātum, ere. [σπέρω, σπώνω, σπώνωμι] Exten- 65 dere, vel alia re extensa et dilatata aliquid tegere. Equos sternere, 65 Stratis adornare Liu. 37, 20. Lectos sternere, Adornare, instrue- 65 re, apparare Ter. Heaut. 1, 1, 73. Plaut. Pseud. 1, 2, 31 Strata, 65 lautaque, coctaue omnia vti sint: nam mihi hodie natalis dies est. 65 95 Cic. pro Cluent. 14 Lectum illum geniale, quem biennio ante filiae 65 suae nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari et sterni expulsa, 65 atque exturbata filia iubet. Torus sternitur Ouid. ad Liu. 316. 65 Cic. A. 1 in Verr. 105 Publice sibi conuiuia parari, sterni triclinia et- 65 iam in foro iubebat. Idem pro Muraen. 75 c. 36 Strauit pelli- 65 culis haedinis lectulos Punicanos, et exposuit vasa Samia. Ter- 65 ram strauere caesi iuueni. h. e. Operuerunt Virg. Aen. 8, 719. Ventū 65 placidi strauerunt aequora. h. e. Plana fecerunt, quae prius intumue- 65 rant Idem ibid. 5, 762. Fama tibi strauit benignum iter Stat. 65 Theb. 12, 813. Iter argento sternunt Lucret. 2, 626. Maria 65 95 pontibus Iustin. 2, 10, 24. Viam strauit per mare Lucret. 3, 1043.

2 Sternere, *Deicere, et quasi in terram extendere, unde etiam pro Occidere sumitur.* Liu. 7, 26 Hunc imitare miles, aiebat, et circa iacentem ducem sternere Gallorum cateruas. Idem 27, 47 Fessique aliquot somno ac vigiliis sternunt corpora passim. Idem 1, 29 Stratis Ariete muris. Caede sterni Curt. 4, 16, 5. Corpore toto sternitur in vultus Stat. Theb. 12, 318. Humi sternere aliquem Hor. Carm. 4, 14, 32. Humi prorum sternere Ouid. Met. 2, 477. Terrae sternitur toto proiectus corpore Virg. Aen. 11, 87. Aciem sternere, *vid. ACIES.* Agros sternit rapidus torrens Virg. Aen. 2, 306. Corda mortalia frauit humilis pavor Virg. Georg. 1, 351. Exitio graui sternere aliquem Hor. Carm. 1, 16, 18. Ferro omnia sternere Liu. 24, 38. Fluctibus Tac. Ann. 1, 70, 3. Hostiliter sternit omnes Ouid. Met. 11, 372. Ictu sternere aliquem Senec. Med. 8. Inermes Tac. Hist. 3, 77, 2. Locum sternere faxis Liu. 9. Morti sternere aliquem Virg. Aen. 12, 464. Pecus ferro frauit Ajax Hor. Serm. 2, 3, 202. Segetes sternuntur Ouid. Met. 1, 272. Solum omne sternitur iaculis Virg. Aen. 9, 666. Telo praecipitem sternere Sil. 4, 182. Viros sternere caede Virg. Aen. 10, 119. Vulnere sterni Idem ibid. 10, 781. Sternere se somno, pro Ad iacendum se collocare, vt quiescamus Idem Georg. 4, 432. Liu. 37, 20 Pars in iuueniles lusus, lasciuiaque versi, pars vescentes sub vmbra, quidam somno etiam strati Idem 7 et 27.

STERNENS, entis. Sternens trabes Ouid. Met. 9, 209. Sternentes agmina claua Virg. Aen. 10, 318.

STRATUS, a, um. Partic. [*στρωτός, στρωμένος*] Virg. Aen. 1, 700 — Strato super discumbitur ostro. Stratus ad pedes alicuius Cic. Att. 10, 4. Dardania stratus dextra Virg. Aen. 10, 326. Aequor stratum silet Idem Ecl. 9, 57. Equus Liu. 28, 14. Forum faxis stratum Obsequ. c. 120. Hostes strati Iustin. 2, 11, 13. Iter 30 militari labore stratum Quintil. 2, 13. Paull. in l. Si prius §. j. D. de aqua plu. arcend. Placuit, non alias per Lapidem aquam duci posse, nisi hoc in feruitute constituenda nominatim comprehensum sit, non enim consuetudinis est, vt qui aquam habeat, per Lapidem stratum ducat. Lectus lapide stratus, *vid. LECTVS.* Membra 35 sub arbuto stratus Hor. Carm. 1, 1, 21. Poma passim strata iacent Virg. Ecl. 7, 54. Pontes strati Curt. 4, 3, 15. Liu. 8 Facto iudicio, viua sub terram ad portam Collinam dextra Via strata defossa Scelerato campo. Columel. 5, 4 Vltima est conditio stratarum Vitium, quae ab enata stirpe confestim velut proiectae per humum porriguntur. Vnda strata aequaliter Ouid. Epist. 7, 49.

STRATA, ae. *Absolute pro Via strata* Eutrop. 9, 9, 13. Strata vetus: *vid. Cellar. ad h. l.* Iuuen. 1, 315 Sternite iam stratas amplas. *vid. mox STRATE.*

STRATEAE, et STRATIVOLAE *dictae meretrices a Plauto apud Gell. 3, 3. sed fluctuat lectio, vid. SCRATAE, SCRVPEDAE.*

STRATVM, i. n. [*στρώμα, στρωμή*] *Id quod stratum est, super quo quiescendum sit: vt Culmi equis super quibus dormiant Strata dicuntur: Lectus item homini paratus, Stratum dici potest, vid. Nep. 17, 8, 2.* Plin. 10, 59 Oua pauonis nisi molli strato excepta franguntur. Quintil. 11, 2, 20 Nec cubiculis modo, aut exedris, sed stratis etiam, similibusque per ordinem committunt. Dura strata Ouid. Amor. 1, 2, 1. Quiete neque Molli strato neque silentio accessit Liu. 21, 4. Mollia strata lecti Lucret. 4, 847. Pieta strata Ouid. Met. 8, 33. Qui asinum non potest, stratum Caedit Petron. c. 45 *Proverb.* Corripere corpus e stratis Virg. Aen. 3, 176. Excita stratis iuuentus Lucan. 1, 239. Exsilire stratis Ouid. Met. 5, 34. Incubare stratis Virg. Aen. 4, 82. Recondidit alto strato caput Ouid. Met. 11, 649. Conf. Idem Her. 10, 54. et 14, 32. Reponere membra stratis Virg. Aen. 4, 392. Surgere strato Idem ibid. 3, 513. Viarum strata Idem ibid. 1, 422. *Viae stratae.* Stratum pro *Operimento equorum.* Senec. Ep. 81 Equum emturus solui iubet stratum: detrahit vestimenta seruis venalibus. Plin. 7, 56 Frenos et strata equorum, Pelethronium inuenisse dicunt. Stratum pro *Pauimento* Vitruu. 10, 19.

STRATE. Adu. *Laudant* Iuuen. 3, 655 Strate tendentem diffusa vmbacula ficum. *Sed est* In margine cernit Stratae, etc.

STRATVS, ūs. m. Solin. c. 57 Accepto regio stratu neminem praeter dominum vellere dignatus est. *Adde* Varr. R. 1, 50, 3.

STRATOR, ōris. m. *Qui equum sternit, et herum in equum leuat.* Spartian. in Carac. cap. 7 Illum strator suus in equum leuaret. Strator in castris vocatus est, qui loca dispiciebat ac praeparabat, vt accommodatiora fiant. Meminit Symmach. Ep. ad Theod. et Valent. Aug. 1. Sunt alii quoque Stratores, qui apparuisse videntur magistratibus. *Vetus Inscripto apud Gruter. p. 389 n. 2*

T. CL. CANDIDO.

SILIVS. HOSPEs. HASTATVS. LEG. X.

GEMINAE. STRATOR. EIVS.

OPTIMO. PRAESIDI.

Conf. l. 4 §. 1 de Off. Proconf. Cod. 12 t. 25 de Stratoribus Spartian. in Macrino c. 4. Ammian. 29, 3. et 30, 5 extr. *Stewech. ad Veget. 3, 10 p. 232. Omnia dedisse videtur Iac. Gothofr. ad l. 1 Cod. Theod. de Custodia reorum T. 3 p. 36 seq.* Strator viarum, qui vias sternebat, et pauimentum, ubi deficeret, restituebat. *Inscriptio Romae in Via Appia,*

DIOMEDES. AP.

STRATOR.

FAVSTAE. HEDIAE.

*Vid. Spon. Misc. Sect. 6 p. 233.*

STRATORIVM, i. n. *Stragulum a Sam. 17, 28.*

STRATVRA, ae. f. Sueton. in Claud. cap. 24 Quaestorum collegio pro stratura viarum gladiatorum munus iniunxit, *i. Pro cura sternendarum viarum.* Balnei Pallad. 1, 40. *Add. Idem Nou. t. 7 et 22.* Iauolenus l. 242 §. 4 ff. de V. S. Straturam loci alicuius ex tabulis factis, quae aestate tollerentur, et hieme ponerentur, aedium esse, ait Labeo: quoniam perpetui vsus (causa) paratae essent. neque ad rem pertinere, quod interim (i. interdum) tollerentur. *An caloris causa loca marmore strata tabulis per hiemem intexere? Sic puto.* Haloander edidit Structuram. Stratura, *aliter* Pallad. in Nouembri, cap. penult. Colymbades oliuae fiunt sic: Alternis cratibus oliuarum pulegium spargis, et mel, et acetum, et sales modice, stratura intercedente suffundis. Item sternes oliuas supra surculos foeniculi, etc. *Per straturam intelligit stratum. Sic videtur leg. etiam*

Columel. 12, 48 *ad finem* Maturam oliuam in stratura factam Colymbadem, de muria tollito: pro Statura. Paulo ante dixerat, Alterna tabulata oliuarum et falis.

5 STERNAX, æcis. Adi. [ἐκτρινακτίνος] Equi epitheton, qui facile sternit sedentem Virg. Aen. 12, 344. Conf. Sil. 1, 26. ¶ 2

Consternatus, Herma trepidus et sternax, qui prae reatu balbutit ore, caecutit intuitu Sidon. Ep. 4, 12. Ciues sternaces Idem 5, 14.

10 STERNVO, ui, utum, ère. [πτάρω, πτάρνυμι] Flatum e pectore exsurgentem cum capitis concussionem emittit. Plin. 7, 6 Oscitatio quidem in enixu letalis est: sicut sternuisse a coitu, abortiuum. Idem 28, 6 Theophrastus senes laboriosius sternuere dicit. Propert. 2, 3, 34 Num tibi nascenti, primis mea vita diebus Aureus argutum sternuit omen amor.

Hoc vt dixit,

15 Amor sinistra, vt ante

Dextra, sternuit approbatione

Catull. 46, 8. De lucernarum scintillatione crepitante, Sternuit et lumen — Sternuit, et nobis prospera signa dedit Ouid. Her. 19, 151.

20 STERNVTO, ære. Frequent. [πτάρνυμι] Plin. 10, 3 Capra sternutante. Idem 28, 8 Proboscidis tactu capitis dolor leuatur, efficacius si et sternutet. Giton, collectione spiritus plenus, ter continuo ita sternutauit, vt grabatum concuteret: ad quem mox Eumolpus conuersus, saluere Gitona iubet Petron. c. 98. Conf. Idem c. 102. Erhard. ad Petron. p. 465. Burm. de Oue Colum. 7, 5, 18.

25 STERNVTATIO, ònis. f. [πταρμός] Apul. Met. 9 p. 228 Inuitare sternutationem Scribon. 10.

STERNVTAMENTVM, i. n. [πταρμός] Idem. Plin. 28, 2 Cui sternutamentis salutamur? Idem 20, 12 Semen tritum et haustum naribus sternutamenta mouet. Cic. de Diuin. 2, 84 c. 40

30 Quae si suscipiamus, pedis offensio nobis et abruptio corrigiae, et sternutamenta erunt obseruanda. Gell. 12, 5 Quum sternutamentis quatiatur. Concitare sternutamentum Scribon. 10. Euocare sternutamenta Cels. 3, 20. — Mouere medicamentis Idem 3, 18. Scribon. Larg. 10 Proritat sternutamentum etiam per se contusum et

35 iniectum veratrum album. Salutare sternutamentum Cels. 2, 8. Add. Idem 2, 7. 8, 4 et 9. Sen. Ep. 47. Sternutamentum, Medicamentum sternutationem euocans. Plin. 25 c. vlt. Radix in dolore commanducata diutius, rumpit dentes. Eadem sicca concisa, sternutamentum est.

40 STEROPES, òpis. m. [Στεροπής] Unus ex Vulcani malleatoribus ministris, a fulgure nomen habens. Virg. Aen. 8, 425 Brontesque Steropesque et nudus membra Pyraemon, vid. BRONTES.

STEROPE, es. f. [Στερόπη] Ath. n. is filia, una Pleiadum, quam nonnulli Asteropen vocant. Vid. CYCLOIS et PLEIADES. Ouid.

45 Trist. 1, 10, 13 Saepe ego nimboris dubius iactabar ab Haedis, Saepe minax Steropes fidere pontus erat.

STERQVILINIVM, vid. STERCVS.

STERTO, ui, ère. [πέγγω] Dormire cum sonitu, siue dormiendo ronchos emittit. In malum fere semper sumitur. Ter. in Eun.

50 5, 8, 49 Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesque et dies. Marcellus ita stertebat, vt ego vicinus audirem Cic. Att. 4, 3. Perf. Sat. 3, 3 Stertimus indomitum quod despumare falernum Sufficiat, quinta dum linea tangitur vmbra. Cic. de Diuin. 2, 129 c. 63 Et quum stertentem aliquem viderint. Idem Acad. 4, 93 Per me vel

55 stertas licet, inquit Carneades, non modo quiescas. Iuuen. Sat. 1, 57 Doctus et ad calicem vigilanti stertere naso. Supinus stertit Hor. Serm. 1, 5, 19. Vigilans stertis Lucret. 3, 1061. Diem totum stertere Hor. Serm. 1, 3, 18.

60 STERTĒRVs, um. Ignauus. Petron. Fragm. Trag. p. 48 f. c. 75 Tu autem stertera, etiamnum ploras. Al. Sterteia. Vid. Schesfer. Not. p. 156.

65 STESICHORVS, i. m. [Στησίχορος] Nomen Poetae Lyrici nobilis. Hor. Carm. 4, 9, 8 Stesichorique graues camoenae. Ideo dictus est Stesichorus, quasi stator quidam chori, quod primus saltare ad citharam instituit, hoc est choream, ducere. Dicitur et scripsisse Helenae vituperationem, ex quo visu priuatum fuisse, rursusque ob palinodiam visum recuperasse. Vid. Interpr. Hor. Epod. 17, 42 sq. Quinctil. 10, 1.

## S T H

70 STHENĒLVs, i. m. [Σθένελος] Capanei et Euadnes filius in bello Troiano, cuius meminit Homer. et Virg. Aen. 2, 261 Tisandrus, Sthenelusque duces, et diuus Vlysses. Sciens pugnae Sthenelus Hor. Carm. 1, 15, 4. Idem ibid. 4, 9, 20

— Non pugnavit ingens

75 Idomeneus, Sthenelusque solus

Dicenda Musis praelia.

80 STHENELEIVs, a, um. Adi. [Σθένελεϊός] Ouid. Ep. 9, 25 Quem non mille ferae, quem non Stheneleius hostis, Non potuit Iuno vincere, vicit Amor. Proles Stheneleia Cycnus Ouid. Met. 2, 367.

STHENO, [Σθενώ] Vna ex filiabus Gorgonis et Ceti, Medusae et Euryales soror, apud Hygin. f. 1.

85 STHENOBOEA, ae. f. [Σθενόβοια] Vxor Proeti regis Argiuorum, de qua in BELLEROPHONTES.

## S T I

90 STIBADIVM, i. n. [σιβάδιον]. Parua coenatio semicircularis, quae in Triclinii locum successisse videtur, et in hoc differre, quod perpetuum quiddam et continuum esset. Plin. Epist. 5, 6 In capite stibadium candido marmore vitae protegitur. Stibadium apud Martial. 14, 87 de se, Accipe lunata scriptum testudine signa Octo capit: veniat quisquis amicus erit. Signa intellige semicircularia, simile

95 Latinae C. Conf. Seru. ad Virg. Aen. 1. Sidon. Ep. 2, 2. Isid. 20, 1. Salmas. in Hist. Aug. p. 185 seq. et 194 seq.

STIBIVM, i. n. siue STIBI (Genit. Stibis Scribon. 27, 34) absolute; [σίμμι] spumofus lapis, candicans et nitens: qui in argenti metallis inuenitur, et apud antiquos ad medicinae usum plurimum valuit: sed etiam ad formae mulierum lenocinium concessit, unde γυναικείον, id est muliebre, dici coeptum est. Coctum stibium Scrib. 23, 24. Plin. 33, 6

100 In iisdem argenti metallis inuenitur, vt proprie dicamus, spumae lapis candidae, nitentisque, non tamen translucens, stinimi appellant, alii stibium, alii alabastrum, alii larbasum, etc. Vulgo Antimonium appellatum. Conf. Idem 12, 12. 29, 6. 34, 18. Cels. 5, 15 et 19. 6, 6

105 n. 12. 16, 27.

**STICA**, æ. f. Est Stica, Vua, quam nos Apianam appellamus Plin. 14, 9. Vid. *Salmaf. Exerc. Pl.* p. 748 et 822.

**STICVLA**, æ. f. Dimin. Columel. 3, 2 *scribitur alias quoque* Sircicula vel Sirtitule Idem 12, 43. Sircula vel Scirpula Plin. 14, 2.

**STIGMA**, ætis. n. [*στίγμα*] *Punctum. Nota sive signum, quo quis inuritur, a σίζω, pungo.* Vid. *Rhod. ad Scrib.* p. 308. *Lips. El.* 2, 15. *Barth. Adu.* 43, 25. Martial. 12, 62 Frons hæc stigmatem non meo notanda est. Dignus stigmatem Iuven. Sat. 10, 183. Deformati stigmatum notis Sueton. Calig. c. 27. Stigmata captiuorum frontibus Impressa Petron. c. 105. Sequar ego, frontes notans

Inscriptione solerti, ut videamini stigmatem Puncti Petron. c. 103. Sen. de Benef. 4, 37 Philippus ita exarsit, ut statim Pausaniae mandaret, ut improbissimo hospiti stigmata inscriberet, ingratum hospitem testantia. Dignus quidem fuit, cui non inscriberentur illae literae, sed insculperentur. *Add. Plin.* 30, 4. *Vitr.* 2, 8. Tertull. de Virg. vel. c. 10. Stigmata militum, *Qui militiae erant adscripti, in eorum manibus stigmata notabantur, ut scribit Aëtius.* Veget. 1, . . . Sed non statim punctis signorum scribendus est tiro delectus. Et lib. 2, . . .

Nam victuris in cute punctis milites scripti et matriculis inserti iurare solent. *Idem et Fabricensibus fiebat.* Iustinian. Arcad. et Honor.

Stigmata, hoc est notae publicae fabricensium brachiis ad imitationem tironum infligantur, ut hoc saltem modo possint latitantes agnoscere. *Varias rationes delendi stigmata tradunt veteres. v. g. Plin.* 25 in ipso sine Stigmata in facie mandagoras illitus delet. Idem 25 30, 4 l. 10 extr. Stigmata delentur fimo columbino ex aceto. Martial. 6, 64 Stigmata nec vasa delebit Cinnamus arte. Et 10, 56 Tristia feruorum stigmata delet Heros. Stigma, per translationem pro infamia. Sueton. in Iul. c. 73 Valerium Catullum, a quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulauerat, 30

satisfacientem, eadem die adhibuit coenae: hospitioque patris eius, sicut consueuerat, uti perseverauerit. ¶ 2 Mutato genere Stigmam habere dixit Petron. 45 et 69.

**STIGMATIAS**, æ. m. [*στυματίας*] *Servus, aut alius maleficus, compunctus notis.* Cic. Off. 2, 25 c. 7 Barbarus stigmatias. 35

**STIGMATYCVS**, a, um. Adj. [*στυματικός*] *Idem.* Cic. Off. 2, 25 c. 7 refert, Alexandrum Pheraeum, quum ad uxorem in cubiculum veniret, solitum praemittere barbarum compunctum notis Threiciis, districto gladio ob metum. *Addit, O miserum, qui fideliosem et barbarum, et stigmaticum putaret, quam coniugem! Sed editur Stigmatiam,* 40 ut diximus, quam lectionem firmat Non. 1, 194.

**STIGMOSVS**, a, um. *Aliud* Adj. [*στυματώδης*] *Idem.* Plin. Ep. 1, 5 In quo Rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat, adicit Vitelliana cicatrice stigmatosum. Dicta in caluos stigmatososque iaculari Petron. c. 109. 45

**STIGMO**, ære. Quamcumque partem corporis feruens nota Stigmatit Prudent. in Romano v. 1080. i. *compunxerit.*

**STIGMATVS**, a, um. Part. Veritas literis stigmata Vet. Interpr. Irenaei 1, 12.

**STIGO**, vid. STINGVO n. 2.

**STILBO**, vel **STILPO**, ònis. m. *Philosophus, Megarensis, qui capta patria, amissis liberis et uxore, quum ex incendio solus, et tamen beatus exiret, interroganti Demetrio (cui cognomen ab exitio urbi-um Poliorcetes fuit) numquid perdidisset? Omnia (inquit) mea bona mecum sunt. Ecce vir fortis ac strenuus ipsam hostis sui 55*

victoriam vicit. Nihil inquit, perdidit. Dubitare illum coegit, an vicisset. Omnia mea mecum sunt. Iustitia, Virtus, Temperantia, Prudentia, hoc ipsum, Nihil bonum putare, quod eripi possit. Haec Seneca Ep. 9. Vid. de illo Laërt. 2, 113 sqq. et ibi Menag. De hoc Plin. 7, 53 Pudore (subito mortuus est) Diodorus 60 sapientiae dialecticae professor, lusoria quaestione non protinus ad interrogationes Stilbonis dissoluta.

**STILBON**, ontis. m. [*Στίλβων*] *Mercurii stella dicitur: id est splendens, a verbo Graeco σίλβω.* Cic. de Nat. Deor. 2, 54 c. 20 Infra autem hanc stella Mercurii est, ea σίλβων appellatur a Graecis, quae 65 anno fere vertente, signiferum lustrat orbem: neque a sole longius unquam vnus signi intervallo discedit, tum anteuertens, tum subsequens. Conf. Mart. Capella 8 p. 287.

**STILICHO** vel **STILICO**, ònis. m. [*Στιλίων*] *Honorii imperatoris pater, et Occidentis administrator, multis laudibus a Claudiano 70 Poëta celebratus.* Bellipotens Stilicho Claud. de Conf. Hon. 3, 144. Magnanimi virtus Stilichonis Idem in Ruff. 1, 259. Pulcher Stilicho Idem de Conf. Hon. 6, 466.

**STILICÓNIVS**, a, um. Adj. [*Στιλίωνιος*] Claud. de Nupt. Hon. 177 Agnoscat famulum virgo Stilichonia Pontum. 75

**STILLA**, æ. f. [*στάλα, σταλαγμός ῥαίς, ψεκάς*] Dimin. a Stiria ut ait Festus, accipitur pro Gutta: ut, Stilla olei, Stilla aquae. Apul. Met. 1 p. 108, 11 Et sanguinis eruptionem vtriculo admoto, excipit diligenter, ut nulla stilla compareat vsquam. Exiles Aquae Vitruu. 8, 1. Cruoris humani Sen. de Clem. 1, 11. Mollis stillae lacus 80

Petron. c. 95. Stilla, quae fluere consuevit Pallad. 1, 6. Vitruu. 2, 1 Fastigia facientes, luto inducto proclinatis tectis stillicidia deducebant, per id stillae decidunt in impluuium. Plin. 29, 4 Ex eo quum opus sit ternis stillis additis in oleum. Cic. de Fin. 3 c. 14 Stilla muriac. 85

**STILLVLA**, æ. f. Tertull.

**STILLICIDIUM**, i. n. [*στάλαξ*] *Quasi Stillarum casus, quod guttatim cadat, ubi e tectis guttae fluunt.* Cic. de Legib. 1, 14 Quamobrem quo me vocas, aut quid hortaris? ut libellos conficiam de stillicidiorum, ac de parietum iure? Conf. Idem de Orat. 1 c. 38. Stillicidii ius habere in aream alterius l. 8 D. quemadm. seruit. Proclinatis tectis stillicidia deducebant Vitruu. 2, 1. Add. Idem 4, 7. it. L. 33 ff. de Contrah. Emt. Plin. 17, 12 Stillicidii brevis definitio est. Omnium quae proiectu frondis ita diffunduntur, ut per ipsas non defluant imbres, stilla saeva est. Ibid. Stillicidia pinus, 95

quercus ilicis ponderosissima. Stillicidia mellis Tertull. de Spectac. c. 27. Conf. Senec. Epist. 102. Plin. 25, 3. Quinctil. 8, 3. Pallad. 1, 11.

**STILLO**, ære. [*στάλα, ψεκάλα, σταλάλα*] *Guttatim fluere.* Martial. 1, 7 Viuebant laceri membris stillantibus artus. Plin. 12, 23 Africatus 100

Ammoniaci lacrimam stillat in arenis suis. Idem, Frutex est resina stillans. Vnde stillat lente Aqua Varr. R. R. 1, 41. Arbor stillavit sanguineis roribus Lucan. 7, 837. Coma stillabat Tyrio rore Tibul. 3, 4, 28. Flauaque de viridi stillabant cortice Mella Ouid Met. 1, 112. Multo stillare Nimbo Iuuenal. 5, 78. Exsiccescit 105

- stillando Succus Vitruu. 2, 9. Stat. Theb. 3, 537 Cernis inexperto  
rorantes sanguine ventos, Et plumis stillare Dicem? *De cygnis lo-*  
*quitur, qui in aëre ab aquilis discerpebantur, quorumque plumae et sanguis*  
*in terras defluebant.* Hor. de Arte Poët. 429 — Etiam stillabit  
5 amicis Ex oculis rorem, *i. illacrimabit, gaudere se simulans.* Iu-  
ven. Sat. 3, 122 Nam cum facilem stillauit in aurem Exiguum de na-  
turae patriaeque (*Graeciae*) veneno.
- STILLANS, antis. Partic. [*σαλάζων*] *Vt*, Culter stillans fan-  
guine Ouid. Fast. 2, 859. Malum semper stillantis Ocelli Iuuenal.  
10 6, 109. Cic. Philipp. 2, 30 c. 12 Ille qui stillantem prae se pugio-  
nem tulit, is a te honoris causa nominatur. Sidera stillantia fan-  
guine Ouid. Amor. 1, 8, 11.
- STILLĀTVS, a, um. *Aliud Part.* [*εσαλαγγμένος*] Ouid. Met. 2, 364  
Inde fluunt lacrimae, stillataque sole rigesunt De ramis electra nouis.  
15 Stillataque cortice Myrrha Idem 10, 501. Mammis adhuc et stillato  
Lacte nutrirī Arnob. 2 p. 94.
- STILLATICIVS, a, um. Adi. [*σαλακτικός*] *Vt*, Plin. 16, 11 Eadem  
resina, si cum aqua leuius decoquatur coleturque, ruffo colore lentescit,  
ac stillaticia vocatur. *Hinc Staetea interpretati sumus stillaticiam.*  
20 STILLATIM. Adu. *Guttatim.* Varro de L. L. 4, 5 Stillicidi-  
um stillatim cadit. *Conf.* Diomed. 1 p. 402.
- STILLATĪVVS, a, um. Plin. Valer. 1, 18 Mel stillatiuum.
- STILLARĪVM, i. n. *Id quod mensurae liquidorum, praeter, ne-*  
*cessitatem aut legem superadditur.* Sen. in Epist. . . esse dici-  
25 tur. *Dubito.*
- STILLŌSVS, a, um. Veget. 2, 54.
- STILOBATAE, *vid.* STYLOBATAE.
- STILPO, *Megarensis philosophus, vid.* STILRO.
- STILVS, *vid.* STYLVS.
- 30 STIMĪCON, *Proprium pastoris, apud Virg. Ecl. 5, 55 Iamprid-*  
dem Stimicon laudauit carmina nobis.
- STIMMI, *Indecl. Idem quod Stibium, vid.* STIBĪVM.
- STIMVLA Dea Romana, commemorata Augustino de C. D. 4, 11 Di-  
cta de stimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur. *Er* 4,  
35 16 Quae ad agendum vltra modum stimulet. *Eadem igitur, similis*  
*certe Hortae. vid.* SIMILA.
- STIMVLVS, i. m. [*κέντρον* Gloss. Gr. Lat.] *Proprie dicitur Fustis*  
*acutae cuspidis, quo rustici boues supponunt, et incitant.* Tib. 1, 1,  
10 Stimulo tardos increpuisse boues. Columel. 2, 2, 26 Stimulo  
40 laceffere iuuenicum. Plaut. Truc. 4, 2, 54 Si Stimulos pugnis  
caedis, manibus plus dolet. *Ita Ter. Phorm. 1, 2, 28 Inscitia est*  
*aduorsus stimulum calces int. iactare, πρὸς κέντρα λακτίζαν, quod ad*  
*iumenta pertinet. Sed etiam in seruas comparati stimuli.* Plaut.  
Aul. 1, 6 Stimulorum seges! *digne in cuius cute perpetuo stimuli plu-*  
45 *res fixi sint instar segetis.* Idem Mostell. 1, 1, 53 O carnificum  
cribrum — Ita te forabunt patibulatū per vias stimulis. *Et Aul.*  
1, 1, 9 Si hodie hercle fustem ceperis, aut stimulum in manum, etc.  
2 Stimulus, *per translationem, quidquid nos pungit, vel sollicitat, a*  
*quo vexamur.* Plaut. Truc. 4, 3, 79 Nae ista stimulum longe ha-  
50 bet, quae vsque illinc cor pungit meum. Cic. Tusc. 2 c. 27 Nam  
si omnia fugiendae turpitudinis, adipiscendaeque honestatis causa fa-  
ciamus, non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunae con-  
temnamus libebit. Sil. 7, 512 — Nec non Patrum Saturnia mentes  
Inuidiae stimulo fodit et popularibus auris. *Irarum* Lucan. 2, 324.  
55 Nec prius hi Mentem stimuli quam vita relinquent Ouid. ex Pont. 1,  
1, 75. Veneris stimuli Lucret. 4, 1209. Acres stimuli, *vid.*  
ACER Adi. Acriores stimuli Tac. Hist. 1, 15. Accensae sti-  
mulis maioribus irae Stat. Theb. 11, 497. Addere stimulos Lu-  
can. 1, 263. Adhibere stimulos, *vid.* ADHIBEO. Adigere stimulos  
60 Sen. Epist. 71 Vides quemadmodum extrema quoque mancipia, vbi illis  
stimulos adigit dolor, excitentur. Adicere stimulos, *vid.* ADICIO.  
Admouere alicui stimulos. Cic. pro Sext. 12 c. 5 Hic ego quid praedicem,  
quibus hic rebus Consulem ad rem gerendam excitarit, quos stimulos  
admouerit homini? Agitatus stimulis amoris Ouid. Fast. 2, 779.  
65 Auertere stimulos caeci amoris Virg. Georg. 3, 210. Condidit cae-  
cos stimulos, *i. Furores occultos* Ouid. Met. 1, 726. Dare stimulos  
laudem, *Exhortari ad laudes* Stat. Achil. 1, 203. Cor stimulo Fo-  
ditur. Plaut. Bacch. 5, 2, 39. Frangere stimulos nequitiae; *Im-*  
*petum femineum compefcere* Propert. 3, 19, 10. Incitat haud mol-  
70 libus stimulis iras Virg. Aen. 11, 452. Inest huic rei stimulus,  
qui appetentes facit Senec. Ep. 9. Mouere acres stimulos irarum  
Lucan. 2, 324. Parce puer stimulis et fortius vtere loris Ouid.  
Met. 2, 127. *Vt alias Vti calcaribus et frenis opponuntur.* Sub-  
dere stimulos animo Liu. 6, 34. Subiectare stimulos lasso Hor.  
75 Serm. 2, 7, 94. Subest caecus aliquis stimulus cordi Lucret.  
3, 887. Suffigere novos stimulos, dolori, *Occulte infigere* Senec.  
Theb. 206. *Conf. Barth. ad Script. Ven. p. 133.* Stimulus ego  
nunc Sum tibi: eo corculum assudassit iam ex metu Plaut. Caf. 2, 6, 8.  
Vertere stimulos sub pectore alicui Virg. Aen. 6, 101. 3
- 80 Stimulus, *Instrumentum militare.* Caes. Bell. Gall. 7, 73 Ante haec ta-  
leae pedem longae ferreis hamis infixis totae in terram infodiebantur,  
mediocribusque intermissis spatiis omnibus locis differebantur, quos  
Stimulos nominabant. *Conf. ibid. c. 82.*
- STIMVLVM, i. n. [*Stimulum, κέντρον, σιδηρῶν* Vet. Gloss.  
85 *κέντρον, stimulum, stimulus, ibid.*] Iam adscendo in currum, iam  
lora teneo, iam stimulum in manu est Plaut. Men. 5, 2, 112.
- STIMVLO, āre. [*κινέω, κινίζω*] *Pungere, agere, commouere, in-*  
*citare.* Plaut. Cist. 2, 1, 4 Iacior, crucior, agitor, stimulo, ver-  
sor in amoris rota. Ter. Heaut. 2, 1, 11 Magis me nunc amicae  
90 dicta stimulant, da mihi, atque affer mihi. Ingens Cupido ani-  
mum stimulat Curt. 4, 7, 8. Currum stimulare Sil. 16, 366. Cur-  
rum pro Equis dixit. Verbere caudae stimulauit se leo Lucan.  
1, 208. Auita quoque Gloria animum stimulabat Liu. 1, 22. Sti-  
mulare ad arma Liu. 1, . . . Se quisque stimulant Tac. Ann. 6, 35, 1.  
95 Accendere et stimulare Liu. 25, 13. Stimulare et incitare Idem  
3, 68. Cic. pro Rosc. Amer. 6 c. 2 Hunc sibi ex animo scriptulum,  
qui se dies noctesque stimulat ac pungit, vt euellatis postulat. Iras  
functas stimulauius, *i. Compositam litem, et sopitam iracundiam iterum*  
*concitauius* Stat. Theb. 12, 437. Solitudo me stimulat Cic.  
100 Att. 12, 13.
- STIMVLANS, antis. Part. Saeuim pecoris hostem stimulans Ca-  
tull. 64, 77. Ipsa fame stimulantē furens Tibull. 1, 5, 23. Sti-  
mulante Icelo in publicum exitum Tac. Histor. 1, 34, 1. Se ipsi  
stimulantes Idem Ann. 14, 30, 3.
- 105 STIMVLĀTVS, a, um. Partic. [*κινιζέας*] *Vt*, Per totam  
Flamini

Flammis stimulat<sup>us</sup> arenam Martial. Spect. 19. Ira simul ac dolore stimulat<sup>us</sup> Curt. 6, 5, 19. Animus rabie furenti stimulat<sup>us</sup> Catul. de Berecint. 64, 4. Corda Stat. Theb. 8, 93. Iurgia stimulat<sup>a</sup> vino Ouid. de Arte Am. 1, 591.

STIMVLATIO, ōnis. f. [κέντρος] Plin. 35, 2 Et erat haec stimulat<sup>io</sup> summa, et ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum. *Vetus codex*, Et erat haec stimulat<sup>io</sup> ingens, exprobrantibus, etc. Priuata stimulat<sup>io</sup> Tac. Histor. 1, 90, 4.

STIMVLATOR, ōris. m. [κέντρον, κεντρούμενος] Cic. pro Domo II c. 5 Si in causa fuit annona, seditionis quidem stimulator et conciator tu fuisti. *Al.* Instimulator. *Add.* Claud. in Ruf. 2, 50.

STIMVLATRIX, icis. f. [κέντρον] Plaut. Most. 1, 2, 62 Vt veneficae illi fauces prehendam, atque enicem scelestam stimulatricem. *Add.* *ibid.* v. 46.

STIMVLEVS, a, um. Adi. [κέντρον] Vt, Plaut. Milit. 2, 6, 31 Nisi tibi supplicium stimuleum deditur, dedecoris pleniorum herum faciam tuum. *i.* Cruciat<sup>us</sup> multis stimulis infligitur.

STIMVLOSVS, a, um. Adi. Quod multos habet stimulos. Stimulosum desiderium venereae voluptatis Cael. Aurel. Tard. 5, 9. Dolor stimulosus et pulsuosus Idem Acut. 2, 14.

STINGO, vel STINGVO, stinxi, stinctum, ĩre. [στένω] Idem quod Exstinguere. Neque longa vetustas Interimet stinguens praecleara insignia caeli Cic. in Arat. Idem in Prognost. Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi, Stinguuntur radii caeca caligine tecti. *vid.* Priscian. 10 p. 882. Lucret. 2, 827 — Vt cernere possis Euanescere paullatim, stinguique colorem. Idem 4, 1091 Vt bibere in somnis sitiens quum quaerit, et humor Non datur, ardorem qui membris stinguere possit. *Add.* Idem 1, 667. Ignis in coetu stinguui.

¶ 2 Aliud plane est STINGO vel STIGO, ĩre. σίζω, ut est in *Vet. Gloss.* vel ἔπειθίζω, nempe pungo, unde INSTIGO et INSTINCTVS.

STIPA, *vid.* STVPA.

STIPATOR, *vid.* STIPO.

STIPENDIVM, i. n. [μισθὸς στρατιωτικὸς *Vet. Gloss.* Lat. Gr. ὀψώνιον στρατιωτικόν *ibid.* στήνγειον *ibid.*] Aes militare, seu Praemium ordinarium, et respondens temporibus, quod ex lege militibus datur. Varro de Vit. Pop. Rom. apud Non. 12, 53 Stipendium appellabatur aes, quod militi semest<sup>r</sup>e aut annuum dabatur: cui datum non sit propter ignominiam, aere dirutus esset. *Compositum nomen ex Stipe, et Pendo, quasi Stips ponderata sit.* Vlpianus, De verborum signific. 1. Ager. Stipendium, a stipe appellatum est, quod per stipes, id est modica aera colligatur. Plaut. Epid. 1, 1, 36 In singulis stipendiis ad hostes exuuias dabit. De stipendio militari Romanorum est exacta tractatio Rabodi Hermannii Schelii adiuncta Hygini et Polybii libellis de Castris Rom. a pagina inde 200, relata in *Thesaurum Graevianum.* Plin. 33, 3 Quin et militum stipendorum, hoc est stipsis ponderandae pensatores, libripendes dicuntur. Castrensia stipendia Plin. Epist. 8, 14. Accipere stipendium, *vid.* ACCIPIO. Cic. pro Corn. Balb. 61 c. 21 Idem in angustiis aerarii victorem exercitum stipendio Affecit, *vid.* AFFICIO. Capere stipendium, *vid.* CAPIO. Cogere stipendium, *vid.* COGO. Conferre stipendium, *vid.* CONFERO. Cic. pro Lege Manil. 26, . . . Partem militum, qui iam stipendiis Confectis erant, dimisit. Constituere stipendium militi Quinctil. 3, 8. Decernere triumphum alicui, ac stipendium, et eum Decretis omnibus ornare. Cic. ad Brut. 17. et Fam. 1, 7 Stipendium Caesari Decretum est. Dependere stipendium Caes. de Bell. Gall. 1, 36. Cic. de Senect. 49 At illa, quanti sunt, animum, tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse, secumque, ut dicitur, vivere? Explere stipendia Tacit. Ann. 3, 33, 1. Facere stipendia pedibus Liu. 3, 27. *vid.* FACIO. Facturos se stipendia equis promittunt Idem 5, 7. Qui pedestri stipendia fecisset Idem 7. Opulenta ac ditia stipendia facere Idem 3 In oratione Annibalis, ad milites. Imbui stipendiis castrensibus, *vid.* IMBVO. Imponere stipendium, *vid.* IMPONO. Cic. pro Cael. II Quum Afellus omnes prouincias stipendia Merentem se peragrassę gloriaretur. Et pro Muraen. 12 c. 5 Merere stipendia in bello, *vid.* MEREVO. Metiri stipendium, *vid.* METIOR. Cic. in Pison. 88 c. 36 Quid stipendium militibus per omnes annos a ciuitatibus mensis palam propositis esse Numeratum? Pendere stipendium Liu. 2. Persoluere stipendium, *vid.* PERSOLVO. Remittere stipendium Caes. de Bell. Gall. 1, 44. ¶ 2 Stipendium etiam significare videtur Annum militiae, in tantum certe, ut tot aestatibus aliquis in castris fuisse intelligatur, quot legitur meruisse stipendia: licet non ideo anni illi continui fuerint, quin raro id libera Rep. acciderit. Nep. de Catone 24, 1, 2 Primum stipendium meruit annorum decem septemque. Plin. 7, 28 Stipendiis duobus. Tac. Ann. 1, 36, 4 Missionem dari vicena stipendia meritis, exauctorari qui fena dena fecissent. *Add.* *ibid.* 3, 33, 1 Inscriptio Transiluanica Albae Iuliae, P. AELIVS. VETVSTINVS. MIL. LEG. XIII. G. STIP. XV. VIX. AN. L. Hinc Functus omnibus vitae humanae stipendiis Sen. Ep. 93. ¶ 3 Stipendium imperatur deuictis, h. e. uti nunc loquuntur, sumtus belli, tributa quaedam et pensiones die praestituta soluendae. Caes. Bell. Gall. 1, 44 Stipendium capere iure belli, quod victores victis imponere consueverint. — Iniquum esse de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tempus dependerint — Si per Populum Rom. stipendium remittatur, etc. Poeni stipendia pendunt Enn. apud Varr. L. L. 4, 36. Tacit. Histor. 4, 74, 2 Stipendia sine tributis haberi non possunt. Omnem Galliam in prouinciae formam redegit, eique quadringentis stipendii nomine imposuit Sueton. Caes. c. 25. *coll.* Eutrop. 6, 14, 5. Cum tali stipendio comparat Catull. Nupt. Pel. 173 tributum puerorum Atheniensium pro Androgeo interfecto Cretam quotannis mittendum (*vid.* ANDROGEOS)

Iuppiter omnipotens, vtinam ne tempore primo  
Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes:  
Indomito nec dira ferens stipendia tauro  
Perfidus in Oretam religasset nauita funem!

*Votum Ariadnes a Theseo desertae. Sic Horat. Epod. 17, 37 pacem exposcens a Canidia, quasi bello victus*

Quae finis? aut quod me manet stipendium?  
Effare, iussas cum fide poenas luam:  
Paratus expiare, seu poposceris

Centum iuuentis, siue mendaci lyra  
Voles fonari, Tu pudica, tu proba, etc.

Stipendium igitur omnem satisfactiorem hic notat. Sic

5 STIPENDIALIS, e. Adi. [μυδοφορικὸς] Sidon. Epist. 8, 9. Carm. v. 47 Possit foedere sub stipendiali, ex quo debetur stipendium.

STIPENDIARIUS, a, um. Adi. [μυδοφόρος, ὑποτελής] Tributarius, qui soluendo stipendio obnoxius est, qui alio nomine vectigalis dicitur. Vid. Varro L. L. 4, 36. Sam. Petit. Var. Lect. 2, 1. Facta Aegypto stipendiaria Vell. 2, 39, 2. Add. 2, 38, 4. Caes. Bell. Gall. 1, 30 Reliquasque ciuitates stipendiarias haberent. Sic ibid. 7, 33.

Ne stipendiariis Heduorum expugnatis, cuncta Gallia deficeret. Plin. 3, 3. Cic. Diu. in Caec. 7 Socii, stipendiarii que Pop. Rom. afflicti, miseri. Sic pro Corn. Balb. 24 Quae pateant, stipendiariis pateant hostibus. Plin. 5, 4 Stipendiarium oppidum. De stipendiaro

Thrace miles Flor. 3, 20, 8. de Spartaco, ex Thracia prouincia stipendiaria orto. Sic 2, 17, 7 Prouinciam nobis stipendiarum fecit. Cic. Verr. 3, 12 Inter Siciliam caeterasque prouincias, Iudices, in agrorum vectigalium rationibus hoc interest, quod caeteris aut impositum vectigal est certum, quod stipendiarum dicitur, etc. aut censoria locatio constituta est.

¶ 2 Stipendiarii, Milites Vegetio dicitur, qui aliquot iam stipendia habent, Tironique opponit, qui nouellus est. Veget. 1, 18 Non tantum a tironibus, sed a stipendiariis militibus salitio equorum districte est semper exacta. Sed Stipendiosi praeferendum. Sic Latini stipendiarii Rom. Liu. 8, 8.

STIPENDIOSVS, a, um. Adi. Qui multa stipendia fecit, ut alia in osus exeuntia, copiam significat. Sic prima editio et MSS. omnes in loco Vegetii, quem modo dedimus in STIPENDIARIUS n. 2. Sic Stewech. Scriuer. Bessel.

STIPENDIOR, ari. Dep. [μυδοφορέω] Stipendium mereri. Plin. 6, 19 Regi eorum peditum sexcenta millia, equitum XXX millia, elephantorum nouem millia, per omnes dies stipendiantur, i. Stipendia faciunt et merent.

STIPENDIATVS, a, um. Part. Stipendio instructus sustentatus. Tertull. adu. Iud. c. 9 Pannis armati et butyro stipendiati. Conf. Idem adu. Marc. 3, 13.

STIPES, itis. m. [καρμὸς, ἕρπος, ἑλεγχος] Fustis: in primis Fustis terrae defixus. ut ait Festus Caes. Bell. Ciuil. 1, 27 Fossas transuersas viis perducit, atque ibi fudes, stipitesque praecutos defigit. Defossus in agro stipes Ouid. Fast. 2, 642. Duri stipites Virg. Aen. 7, 524. Grauis stipes Sen. Herc. Fur. 1232. claua Herculis. Inanis stipes Ouid. de Nuce 32. Nodoso stipite mactare aliquem Idem Heroid. 10, 101. Quernus stipes Idem Fast.

45 4, 331. Ramoso stipite nixus Idem ibid. 3, 751. Vastus stipes Senec. Herc. Fur. 1230. claua. Viridis stipes Ouid. in Ibin 237. Add. Curt. 6, 6, 29. Tibull. 1, 1, 15 Stipes desertus in agris habet ferta florea. Catull. 65, 289 Recto proceras stipite laurus. Ouid. Fast. 3, 37 de palmis per quietem visis ab Ilia, Symbolis Remi et

50 Romuli, Martia, Picus, auis gemino pro stipite pugnant, Et lupa. Tuta per hos vtraque palma fuit. ¶ 2 Stipes, per translationem accipitur pro Stulto, insulso et fatuo. Ter. Heaut. 5, 1, 4

In me quiduis harum conuenit rerum, quae sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus; plumbeus. Cic. in Pison. 19 c. 9 Sed qui tanquam truncus atque stipes, si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum Consulatus. Stips pro stipes: ille stips fratri suo irascitur Petron. c. 43.

STIPHELVS, i. m. Vnus ex Centauris, Ixionis et Nubis filius, a Coeneo interfectus in ea pugna, quae in Pirithoi nuptiis commissa est inter 60 Lapithas et Centauros. Ouid. Met. 12, 459 Quinque neci Coeneus dederat Stiphelumque Bromumque, etc. Forte Stiphelon dedit Ouidius, σφελὸν durum et veluti densum. Sed Latina litera etiam Burm.

STIPO, aere. [σείβω, πυκνῶω] Coarctare, densare: recte enim Varro 65 deducit a Graeco vocabulo σείβω de L. L. 4, 36 p. 42, 32. Et potest illi Stippa, quam pro Stuppa passim inculcat Seruius, v. g. ad Aen. 5, 682 a stipando originem habuisse; non originem dedisse ipsi Verbo. Virg. Aen. 3, 465 Stipatque carinis Ingens argentum, Dodonaeosque lebetas. Prunisque Damasci stipantur calathi Columel. 10, 404. Idem 9, 13

70 extr. Quoniam si non sperant ceras omnes liquoribus stipare, foetibus expleant: de apibus, ut Virg. Aen. 1, 432 — Aut quum liquentia mella Stipant, et dulci distendunt nectare cellas. Turba stipat fora Lucan. ad Pison. 39. ¶ 2 Stipare, [δορυφορεῖν] Circumdare aliquem, defendendi illius causa. Cic. pro Muraen. c. 24 Ca-

75 tilinam interea alacrem, atque laetum, stipatum choro iuuentutis, valatum indicibus atque ficariis. Idem pro Milon. c. 1 Non enim corona confessus vester cinctus est, ut solebat: non visitata frequentia stipati sumus. Idem Philipp. 3, 30 Senatam stipauerit armatis. Conf. ibid. 11 c. 12. Virg. Georg. 4, 216 Ille operum custos: illum admirantur, et omnes Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes.

80 Coetus ministrum huc stipantur Stat. Silu. 3, 1, 87. Caterua magna stipante incessit Virg. Aen. 1, 501. Stipare Platona Menandro Hor. Serm. 2, 3, 11. i. Tanquam stipatorem et comitem Platoni Menandrum adiungere. Sic Turneb. Sed melius Vet. Schol. de libris accipit, in

85 ve iculo arctatis.

STIPATVS, a, um. Partic. [πυκνωμένος] Ut, Stipata Phalanx Liu. 33, 18. i. densata. Sic Tribunal Plin. Ep. 6, 33. Superlat. Ab omni ordine, sexu, aetate stipatissimus ambiebare Sidon. Epist. 3, 2. Curia stipata verendis partibus Ouid. ex Pont. 3, 1, 143. Sed Gladiatorum 90 manu stipatus Vell. 2, 58, 1. i. circumdatus. Add. Curt. 5, 1, 23. Comitum turba stipata est dea Ouid. Met. 3, 186. Turba stipata tegebat eam densa Virg. Aen. 11, 12.

STIPATVS, us. m. Histrionum stipatu magnificus vulgariter videbatur Sarisb. 8, 7.

95 STIPABILIS, e. Adi. συμβάσιμος Gloss. Gr. Lat.

STIPATIO, onis. f. [δορυφορία] Cic. pro Sull. 66 c. 23 Eius adspetus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum nobis seditionesque afferebant. Plin. 10, 22 Felli proferuntur ad primos, ita caeteri stipatione naturali propellunt eos. Aggressionum, et enthymematum stipatio Quinctil. 5, 14. i. densa multitudo, qua tanquam phalange aduersarium aliquis aggreditur. Nam Stipatio est Multorum hominum multitudo densa et stipata. Plin. Epist. 4, 16 Proxime quum diciturus apud Centumuiros essem, adeundi mihi locus, nisi a tribunali, nisi per ipsos iudices non fuit: tanta stipatione caetera tenebantur. Conf. Sen.

105 Quaest. Nat. 5, 3.



**STIPATOR**, ōris. m. [*δορυφόρος*] *Qui regum vel aliorum corpora custodiunt, non tam a stipe, quam accipiebant, quam ab eo, quod reges stipent, et undique circumdant.* Cic. Off. 2 c. 7 Praemittebatque de stipatoribus suis, etc. Idem Verr. 3, 65 Apronius stipatores Venerios secum habebat, ducebat eos circum ciuitates. Idem de Lege Agrar. 2 c. 13 Ianitores ex equestri loco ducendos in annos singulos, stipatores corporis constituit, eosdem ministros et satellites potestatis. Conf. Id. pro Domo c. 5. Fest. Stipatores, ait Verr. dictos a stipe, quam mercedis nomine accipiant custodes cuiusque corporis: unde et stipam, qua amphorae, quum exstruuntur, formari solent. Idem, Stipatores, Corporis custodes, quos antiqui latrones vocabant. Stipati enim ferro circumdant corpora regum. Vid. Hor. Serm. 1, 3, 138. Sen. de Clem. 1, 12. Tac. Ann. 2, 9, 3. 4, 25, 6. 11, 16, 3. ¶ 2 Seru. ad Aen. 3, 465 Stipatores ait esse, qui in nauibus componunt.

**STIPIDŌSVS**, a, um. Apul. de Herb. 67 Radix stipidosa. Frutex ramos plurimos pandens stipidosos c. 74.

**STIPTICVS**, a, um. Adi. [*σπυτικός*] *Quod stipat, hoc est obstruit.* Plin. 21, 23 Quae ex his Phoenicium colorem habet, radice contrita cuiusque animalium imposita, vlcera facit stipticam vim. Sed melius alii, vlcus facit septica vi. Caeterum si sonus hic Stipticus placeat, melius tamen scribitur al. Septicam.

**STYPTICVS**, ubi vid.

**STIPS**, vel **STIPIS**, is. f. [*πίσμα*] *Dicitur Pecunia, quatenus eam vel in aerarium reponebant, vel diis offerebant, vel mendicis porrigebant.* Varro de L. L. 4, 36 p. 42, 27 Stipendium ab stipe dictum, quod aes quoque stipem dicebant. Nam quod asses librae pondo erant; qui acceperant maiorem numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est, componebant, quo minus loci occuparet. A stipando stipem dicere coeperunt. — **DIS** cum thesauris asses dant, stipem dicunt. Quinctil. 6, 3, 59 Augustus militi libellum timide porrigenti, Noli, inquit, dubitare, tanquam assem elephanto des. Sueton. c. 53 de eadem re, Quasi elephanto stipem. *Quod dicit DIS datos asses thesauris, ad religionem consuetam pertinet.* Liu. 25, 12 Ludos praetor in circo maximo quum facturus esset, edixit, vt populus per eos ludos stipem Apollini, quantum commodum esset, conferret. Vid. Gron. de Pec. Vet. 4, 11 extr. et Lips. ad Tac. Ann. 14, 15. Nihil itaque etiam hac parte noui sit nostris in sacris et celebrationibus. Plin. Epist. 8, 82 Eluctatusque facit gurgitem, qui lato gremio patefcit purus, et vitreus, vt numerare iactas stipes (religionis causa) et relucentes calculos possis. Sic stipis est signatus numus, qui strenae loco offerebatur. Ex nocturno visu etiam stipem quotannis emendicabat a populo, cauam manum asses porrigentibus praebens Suet. Aug. c. 91. Stetit in vestibulo aedium Cal. Ianuariis, ad captandas stipes Suet. Calig. c. 42. Tu tamen auspiciam, si, sit stipis vtile, quaeris, Curque iuuent nostras aera vetusta manus Ouid. Fast. 1, 219. Stipem esse numum signatum, testimonio est et id, quod datur stipendium militi, et cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur. Festus. Stipe Collaticia Ammian. 14, 1. Stipe aduocationum Quinct. 1, 12, 18. Mercenariae stipis ancilla, pro Scorto Plin. 10, 63. Cogere stipem Cic. de Legib. 2, 22 c. 9. Colere hortum exigua stipe Curt. 4, 1, 19. Colligere stipem, vid. **COLLIGO**. Vipian. de Collect. illic. Sed tenuioribus permittitur stipem menstruam Conferre, dum tamen semel in mense coeant. Columel. 8, 1 Stipem minimam non confert haec res, i. Fructum. Add. Plin. 10, 63. Inscript. ap. Grut. p. 61. Ditantes omnia stipe largifica Lucret. 2, 627. Focillare miserum parua stipe Lucan. ad Pison. 114. Vet. Gloss. Stipem ἐλεημοσύνην. Quaerere opes parua stipe Ouid. Fast. 4, 350. Stipe precaria Vicitare Ammian. 26, 10. Spargere stipem Plin. 33, 10 sub fin. Conf. Harduin. ad h. l.

**STIPŪLA**, ae. f. [*καλάμη*] *Stipes s. truncus paruus frumentorum, qui relinquitur, spica a messoribus abscissa et sublata. Sic malim, quam deducere a Stipa, siue Stupa, quod stupae instar vratur, siue quod ea quoque stipari teكتورum rimae consuenerint.* Plin. 14, 16 Proximum sit e milii semine maturo cum ipsa stipula. Virg. Ecl. 3, 27 Stridenti miserum stipula disperdere carmen. Crepitans stipula Ouid. Fast. 4, 781. Fabalis stipula Idem Fast. 4, 725. Leuis stipula Virg. Georg. 1, 85. Viridis stipula Idem Georg. 1, 315. Volantes stipulae Idem Georg. 1, 321. Add. Ouid. Fast. 4, 705. Colum. 7, 9. Stipulae sunt folia s. Vaginae, quibus culmus ambitur atque fulcitur, ne pondere frugis curuetur Isid. 17, 3. Ter. Adel. 5, 3, 62 Praeter haec meridie ipso faciam vt stipulam colligat.

**STIPŪLOR**, āri. Dep. [*ἐπερωτάω*] *Verbum iuris est, curare sibi promitti aliquid sollempnibus verbis. Formula talis est, Nullum periculum est, quod sciam stipularier, Vt concepisti verba? viginti minas dabin? BAILEY dabo Plaut. Pseud. 4, 6, 14. Quantum vis, stipulare, et protinus accipe, quod do Iuuenal. 7, 165. Cic. de Legib. 2, 53 c. 21 Si is, cui legatum est, stipulatus est id ipsum, quod legatum est, vt ea pecunia ex stipulatione debeatur. Idem pro Rosc. Com. 13 c. 5 Stipulatus es? vbi? quo die? quo tempore? quo praesente? quis spondisse me dicit? nemo. Iurisconf. . . Si ita a te stipulatus fuero, Quanto minus a Titio consecutus fuero, tantum dare spondes? non solet dubitari quin, si nihil a Titio fuero consecutus, totum debeas, quod Titius debuerit. Columel. in Praef. 10 Foenoris tui Siluine, quod stipulanti spondendam tibi, reliquam pensunculam percipe. Stipulor, [*ἐπερωτάω*, stipulo: ἐπερωτάμαι, stipulor Gloss. Cyrilli.] *Verbum commune est secundum Priscianum 8 p. 794 Putsch. quod tam actiua quam passiuua significatione Ablatiuo iungitur, Stipulor a te, pro Interrogo te, et interrogor a te, quemadmodum dicimus, Quaero a te, pro interrogo te. Passiuuae significationis exempla ponit Sueton. in IV Praet. Laetoria (lex) quae vetat minorem annis XXV stipulari, ἐπερωτάσαι. Nempe accipere potest, obligare potest alium, obligari non item. Porro laudat Priscianus Liu. XXXIII ab vrbe cond. Nec alieni momentis animi circumagi, stipularique irato consuli, Tribuno inde plebei. Et sic etiam in iure. Vid. praeter Brisson. de Verb. Sign. 1, 26 §. 13 D. de condict. indeb. L. 7 §. 1 de eo, quod cert. loc. Duker. de Latinit. ICeor. p. 381. Ordinarius tamen et longe frequentior usus ille est, vt Sibi stipulari dicatur ab altero is, qui illum interrogat, Spondesne te daturum aut facturum, etc. Ne mihi sit dicti huius negatio, en vobis chirographi instar literas: sponzionem stipulat affectio Symmach. Epist. 1, 11. Plin. Epist. 2, 11 non procul a fine, Nam et Rationibus Martiani, et sermone, quem ille habuerat in ordine Leptitanorum, operam suam Prisco ad turpissimum ministerium commodasse, stipulatusque de Martiano quinquaginta millia denariorum probatur. Plaut. Curc. 4, 1, 12 Ibidem erunt scorta exfolata, quique stipulari solent. De etymologia: Stipulor, verbum est anti-**

quum, quod firmum significabat, hinc Stipulatio dicta, quod promissio stipulando facta firma esse debeat, auctore Paulo Sententiarum 5, 8 Vel dicitur Stipulatio a Stipe, id est pecunia, auctore Varr. de L. L. 4, 36 nam proprie de pecunia dicitur, licet ad alias quoque res referatur. Sec. 5 Fest. a Stipite rectius, sec. Scip. Gentil. et Isidor. 4, 24 a stipula. Philologiam etiam huius verbi pulchre tractavit L. A. Hambergerus de non usu stipulationum, usque pactorum in foris Germaniae, quae habetur in illius Opusculis Ienae 1740. 8 editis.

10 STIPVLARIS, e. Anser stipularis Quincil. nescio quo sensu aut iure tribuitur.

STIPVLATVS, a, um. Passiva significatione. Haec pecunia necesse est aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit Cic. pro Rosc. Com. c. 5. ita vulgo, stipulata manu promittere, spondere. Add. l. 71 ff. de solut. et liber.

15 STIPVLATOR, oris. m. [ἐπερωτητής] Qui per interrogationem obligat promissorem. Cic. pro Quint. 58 c. 18 Literae P. Quintii, testes tot, quibus omnibus causa iustissima est, cur scire potuerint: nulla cur mentiantur, quum a stipulatore tuo comparabuntur. Al. Adstipulatore. Et sic Graeu. Gron. Sed certior auctor Suet. in Vit. c. 14 ubi sunt stipulatores, quibus promittere s. spondere coactus fuerat.

STIPVLATIO, onis. f. [ἐπερώτησις] Pomponius in l. stipulationum aliae D. de verb. oblig. Stipulatio est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumve se quod interrogatus est, respon-

25 det. Ut ea pecunia ex stipulatione debeatur Cic. de Legg. 2 c. 21 Stipulationes cognoscere Id. de Orat. 2 c. 24. Senec. de Benef. 3, 85 Vtinam nulla stipulatio emtorem venditori obligaret: nec pacta conuentaque impressis signis custodirentur, fides potius illa seruaret, et aequum colens animus. Cic. Att. 16, 11 Et si nondum stipulationes legeram.

30 Idem de Legib. 1, 14 Stipulationum et iudiciorum formulas componam. Conf. Nep. 25, 9, 5. Pompon. l. 5 ff. de verb. oblig. Iustinianus Instituit. De verbor. obligat. dictam putat Stipulationem, quod stipulum apud veteres firmum appellabatur, forte a stipite descendens. Alcuius

35 omnemque arborem duram ac firmam. Omnis autem promissio stipulando facta debet firma esse. De Varronis sententia dictum in STIPVLOR. Stipulatio est quasi promissio vel sponsio — dicta autem a stipula: veteres enim, quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant; quam iterum iungentes, sponsonem suam agnoscebant Isid. 4,

40 24. Formulas stipulationum vide in titulo De verborum obligationibus, et titulis sequentibus. DD. Stipulatio pure concepta Paulus in l. 4. D. de pactis sine conditione. Vlpian. in l. Iuris gentium. §. Item si quis D. de pactis. Et si stipulatio sit interposita de his, pro quibus pacisci non licet: seruanda non est, sed omni modo rescindenda. Acceptam facere stipulationem, est Eum, qui per stipulationem promissit, obligatione liberare. Vlpianus in l. Iulianus. D. de dol. mal. et met. except. Conf.

45 Briffon. de Form. l. 6. STIPVLATIVNCVLA, ae. f. Dimin. [ἐπερωτημάτιον] Cic. de Orat. 1, 174 c. 38 Tu mihi, quum in circulo decipiari aduersarii stipulatiuncula, etc.

STIPVLATVS, us. m. [ὁμολογία Onomast. Vet. ἐπερώτημα] Idem quod Stipulatio. Plinius 7, 47 Iouis deorum summi stipulatu. Sed legitur adstipulatu recte. Quincil. Decl. 12 Stipulatu legati nostri perimus. Vlpian. l. 1 in. princ. D. de verbor. oblig. Acquiret ei ex stipulatu acti-

55 onem. Conf. Paul. l. 11 ff. de dote praeleg. STIRIA, ae. f. Proprie est Aqua frigore concreta pendens, guttatimque stillans. Martial. 7, 36 Turpis ab inuiso pendeat stiria naso. Virg. Georg. 3, 366 Stiriisque impexis induruit horrida barbis Plin.

60 34, 12 Fit et pluribus modis, genere eo in scrobe cauato: quarum e lateribus destillantes hiberno gelu stirias, stalagmias vocant, neque est purius aliud, etc. Add. Tertul. de Pallio c. 4.

STIRIACVS, a, um. Adi. Solin. 40 Pingue roscidum, cum arefactum inoleuit, guttis stiriaticis legitur.

STIRICIDIUM, i. n. Festus: Stiricidium quasi stillicidium, cum stillae concretae frigore cadunt. Stiria enim principale est, stilla deminutum, vid. STILLICIDIUM.

STIRPS, stirpis. c. [ἔξῃστρον] Videtur in arboribus ipsum caput esse vel truncus, e radicibus surgere. Suadet illud metaphorica, de qua

70 mox dicemus, significatio, et usus Catonis de R. R. 40 ubi de insitione agens stirpem praecisum appellat semper, cui surculus inseritur. Sic Colum. 5, 9, 13 Omnis deinde soboles, quae ex imo stirpe nata est, quot annis exstirpanda est. Virg. Aen. 12, 208 Sceptra — in siluis imo de stirpe recisum. Antiquum hoc esse dicit Quincil. 1, 6, 2. Sed Seruius,

75 Ideo, inquit, genere masculino usus est, quia de arboribus loquitur, namque de hominibus genere feminino dicimus — Dixit tamen, sed usurpative, Horatius etiam de arboribus (Od. 3, 29, 37) Stirpesque raptas et pecus et domos. Quin vix aliter Cicero: v. g. de N. D. 2, 81 c. 32 de plantis, Per stirpes aluntur suas. It. mox 83 c. 33 Quae a terra stirpibus continentur. Et Orat. 147 c. 43 Omnium magnarum rerum, sicut arborum, altitudo nos delectat; radices stirpesque non item: sed

80 esse illa sine his non potest. Metaphorice quidem, sed ut proprietatem intelligamus, Cic. pro Cael. extr. Nolite — hunc nunc primum florentem, firmata iam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate peruertere. Vid. n. 5. Virg. Georg. 2, 209 Anti-

85 quasque domus auium cum stirpibus imis Erunt. Cic. Verr. 5, 99 c. 38 quas Radices palmarum agrestium dixerat, de illis ait, Te praetore Siculi milites palmarum stirpibus, praedones Siculo frumento alebantur. Huc etiam refero Praefractas stirpes, summasque radices Colum.

2, 2 extr. ¶ 2 Tota planta, et quidquid stirpe sua terrae continens est Stirps vocatur. Sic Colum. 3, 1, 3 de vite, Hanc nos caeteris stirpibus, i. omni generi arborum, iure praeponimus. Id. 3, 5 extr. Probatissimum genus stirpis deponere. de vitibus. Virg. Georg. 2, 367 Inde ubi iam validis complexae stirpibus vltimos, de iisdem. Cic. de Fin.

90 5, 10 c. 4 Persecutus est — Theophrastus stirpium naturas omniumque fere rerum, quae terra gignerentur. Ita 40 c. 14 Stirps est tota vitis. Et 33 c. 11 De hominum genere — loquor; cum arborum et stirpium eadem paene natura sit. Et de Nat. Deor. 2, 127 c. 51 Semen inclusum est in intima parte earum bacarum, quae ex quaque stirpe funduntur. Et ita saepe illo libro. Id. de Legib. 1 pr. Nullius agricolae cultu stirps tam

95 diuturna — seminari potest. ¶ 3 Sed etiam vnaquaeque pars, siue ramus abscissus, stirps est. Virg. Georg. 2, 24 de taleis, Hic stirpes obruit aruo, Quadrifidasque fudes, et acuto robore vallos. Sic Stirpes committere ramis Lucret. 5, 1364 est inferere, siue furculos intel-

95 ligas stirpes, siue truncos: prius suadet constructionis ratio; et tanto minus mirandum, cum Colum. 6, 15, 1 dixerit, Exemta stirpe, si forte furcu-

lum calcaverit. Et 5, 6, 12. it. 13 et 14 Stirpem dodrantalem relinqui vult trunco. Conf. f. 13 et 14. Sic Plin. 8, 26 Acutissimum stirpem dixit. ¶ 4 Metaphora frequentissima Stirps dicitur in hominibus vel prima origo gentis aut familiae, velut radix et truncus aliquis, vel tota gens adeo, in quantum a communi origine profecta, et una esse intelligitur. Itaque et ad maiores refertur, et ad posteros. Ad maiores, ut Stat. Silu. 1, 2, 172 Nec formae nec stirpis egens. Sic ap. Sallustium Jug. 14, 2 Adberbat se dicit iam a stirpe (i. ab avo inde Masinissa) socium et amicum populo Romano. Virg. Aen. 3, 94 Quae vos a stirpe parentum Prima tulit tellus. Cic. de Legib. 2, 3 Hic enim orti stirpe antiquissima sumus. Id. de Amic. 70 c. 19 Qui aliquamdiu propter ignoracionem stirpis ac generis in famulatu fuerunt. Id. pro Rab. Post. 2 c. 1 Qua in familia laus aliqua forte floruit, hanc fere, qui sunt eius stirpis — cupidissime persequuntur. In hac significacione stirps angustior est gente, ut familia. Cic. de Orat. 1, 176 c. 39 Cum Marcelli (gentis Claudiae, sed plebeii) ab liberti filio stirpe (tanquam propiores, et quas Gentilitas non excluderet. vid. GENTILIS ex Cic. Top. c. 6) Claudii patricii eiusdem nominis, hereditatem gente (cuius ipsi essent principes) ad se rediisse dicerent: nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum? Sed videamus etiam alia, ubi stirps nunc ad maiores respectum habet: Iuniam familiam a stirpe ad hanc aetatem enumeravit Nep. 25, 18, 3. Antiqua a stirpe ortus Virg. Aen. 1, 171. Diuinae stirpis alumnus, Aesculapius Apollinis filius Quid. Met. 2, 633. Egregia Priami de stirpe Diorea Virg. Aen. 5, 297. Et ad posteros: Neque vero stirps mihi potest deesse Nep. 15, 10, 2 i. liberi. Conf. Id. 21, 2, 3. Breui stirps quoque virilis ex nouo matrimonio fuit Liu. 1, 1. Rursus ad maiores: Neque aliud huic defuit quam Generosa stirps Nep. 18, 1, 2. Humili de stirpe creatus Quid. Met. 14, 699. Sed Virg. Aen. 7, 293 Heu stirpem Inuisam: de gente Troiana. Praeclara stirpe Deorum gignere Virg. Georg. 4, 322. Prima Sen. Hippol. 908. Regia i. liberi Sen. Med. 18. Cognacione stirpi Regiae annexus Curt. 4, 1, 18. Add. Id. 6, 2, 8. Virilis stirps Ouid. Met. 13, 529. de filio. Sic Lemnicolae stirps Idem Met. 2, 757 Erichthonius Vulcani filius. Ultima stirps Cadmi Sen. Herc. Fur. 256. i. posterii. ¶ 5 Originem, et velut fundum notat, quo sublato tolluntur, quae inde orta sunt, vel eo nituntur, ut stirps est, unde surculi, et rami oriuntur, etc. Caes. B. G. 6, 34 Si negotium confici, stirpemque hominum sceleratorum interfici vellet, ne renasci posset scilicet. Et mox Simul ut — pro tali facinore stirps ac nomen ciuitatis tollatur. Cic. de Diu. 2, 149 c. 72 Superstitionis stirpes omnes eiiciendae. Et Catil. 1, 30 c. 12 Stirps ac semen malorum omnium. Id. de Legib. 1, 20 c. 6 Repetam stirpem iuris a natura. Id. de L. Agr. 2, 95 c. 35 Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis, quam ex iis rebus, quae ab ipsa natura loci — suppeditantur. Posses hoc referre etiam ad n. 4: ut et illud de Diuin. 1, 30 c. 12 Omnes ciuili, generosa a stirpe profecta Vitare ingentem cladem pestemque monebant, i. bellum Catilinarium. Et Brut. 212 c. 58 de Scipione, Etenim istius genus est ex ipsius sapientiae stirpe generatum. Nam et de duobus auis iam diximus, etc. Cic. de Finib. 4, 5 c. 2 Differo eam partem, quae quasi stirps est huius quaestionis. Cic. Tusc. 3, 13 c. 6 Audeamus non solum ramos amputare miseriarum, sed omnes radicem fibras euellere: tamen aliquid relinquetur fortasse, ita sunt altae stirpes stultitiae. Id. Tusc. 1, 83 c. 34 Atqui stirpes sunt aegritudinis quam multae, quam amarae! quae ipso trunco euerfo omnes elidendae sunt. Hic comparantur species aegritudinis cum fibris unam radicem componentibus, e quibus singulis pullulare aliquid potest. Carthago ab stirpe interiit, i. funditus Sall. Catil. c. 10. Plaut. Trin. 1, 2, 180 Quod si exquiratur vsque ab stirpe auctoritas.

STIRPESCO, ère. [ἐξίσχυμαι] In stirpem abire, durefcere. Plin. 19, 8 Sarriri iubet idem non ante, quam asparagus natus fuerit, ne in sarriendo radices vexentur, ex eo velli asparagum ab radice. Nam si defringatur, stirpscere et internori.

STIRPITVS. Adu. [ἐξίσχυει Gloss. Cyr.] i. Radicitus. Cic. Tusc. 4, 83 c. 38 Hunc errorem, quasi radicem omnium malorum, stirpitus Philosophia se exacturam pollicetur. Genere se contingentes stirpitus interemit Ammian. 21, 16. Conf. Sidon. Ep. 1, 21. Vlpian. Dig. 47 t. 7 l. 3 §. 4.

STIRSOZILA, ae. f. Herba, al. centauria minor. Apul. de Herb. c. 35.

STIVA, ae. f. [ἐξέρλη] Aratri manubrium, nempe quod tenetur manibus cum aratur. Virg. Georg. 1, 174 Stiuque quae currus a tergo torqueat imos. Dicta Stiu a stando, quia per eam regula stat, et quasi temo inter boues. Columel. 1, 9 Quod in re rustica nullo minus opere fatigatur prolixior, quia in arando stiuae paene reclus innititur. Conf. Varr. de L. L. 4, 31. Innixus stiuae arator Ouid. Met. 8, 218. Premere stiuam Ouid. Fast. 4, 825.

## S T L

STLATA, ae. f. [πλοία γένος] Genus nauigii (inquit Festus) latum magis quam altum: a latitudine sic appellatum: sed ea consuetudine, qua Stlocum, pro Loco, et Stlitem, pro Lite dicebant antiqui: qui dictionibus ab L incipientibus, S et T literas praeponebant: ut etiam Quinctil. docet 1, 4. et Gell. 19 vlt. Aufon. Epist. 22, 23 Phaelis, lintribus, slatis, rate Turni et Garumnani permeat.

STLATARIVS, i. m. Qui slata vehit: sicut a Scapha, Scaphari- us. ἐργόμωνος, illustror in Vet. Gloss.

STLATARIVS, a, um. Adi. Quod mari portatum est, quasi slata aduectum. Petron. 108 Bellum slatarium, i. Nauale. Iuuen. Sat. 7, 134 Spondet enim Tyrio slataria purpura filo. Slatariam, purpuram alii intelligunt Vestem purpuream latam et amplam: ut sit Latus clauus, seu vestis fenatoria.

STLEMBVS, i. m. Grauis et tardus sicut Lucilius, pedibus stlembum dixit equum pigrum et tardum. Haec Festus. Viri docti suspicantur, stlembum esse lumbum i. lumbosum, lumbis laborantem: aut stlentum fuisse, i. lentum.

STLOPPVS vel STLOPVS, i. m. Sonus, qui ex inflatione buccarum erumpit. Perf. Sat. 5, 13 Nec stlopo tumidas intendis rumpere buccas. Alii scribunt Sclopo. Sed illud probat Casaub. qui etiam vult restitui hanc vocem Marc. Empir. c. 28 in carmine adrosus, ubi iubet haec ter nouies dici Stlopus a caelo cecidit, hunc morbum pastores inuenerunt, sine manibus collegerunt, sine igni coxerunt, sine dentibus comederunt. Nempe Stlopus a caelo cecidit potest significare, auditum tonitru. Vet. Gloss. Stloppus ποίφρυγμός, quod sonum subito erumpentem ipsa voce videtur exprimere.

- STO, stēti, stātum, stāre. [*ἵσταμαι, στήσω, ἰδρύομαι*] Erectum esse in pedibus, In se, sua mole consistere, cui opponitur, Sedere, iacere, currere, et omnis habitus corporis alius. De varietate significatum huius verbi vid. Seru. ad Virg. Aen. 1, 650. Plaut. Capt. prol. 1 Hos quos videtis stare hic captiuos duos illi qui stant, hi stant hic ambo non sedent. Sta illico. G. hem! Ter. Phorm. 1, 4, 18. Stant aduersis vestigiis contra nostra vestigia Antipodes. Cic. Acad. 4, 123 c. 39. Stare de inanimatis etiam dicitur, quae alias mouentur, ut nauis, flumen, currus, sol et luna, etc. Plaut. Amph. 1, 1, 120 Neque se luna quoquam motat, statque vti exorta est semel. Virg. Aen. 8, 233 Stabat acuta flix: naturae aeternitatem notat. Stat. Theb. 12, 415. Flentes stabant ad flumina siluae, sine motu aut strepitu. De hominibus varie. v. g. de seruis et ministris: Nulla apud me fuit popina, neque pueri eximia facie stabant Gracchus ap. Gell. 15, 12. C. Memmius etiam ad cyathum et vinum Nicomedi stetisse obiecit Suet. Caes. c. 49 Iam stantibus ille ministris Prudent. Hymn. ad exsequ. v. 73. De meretricibus, Olenti in fornice stantem Horat. Sat. 1, 2, 30. Tantum artificis valet halitus oris, Quod steterat multis in carcere fornicis annis Iuuenal. 10, 238. Conf. Sen. Contr. 1, 2. Petron. c. 14 et 16. De militibus, Postquam ad Cadmeam pugnare cum Lacedaemoniis coepit, in primis stetit Nep. 15, 10, 3 Setit acer in armis Aeneas Virg. Aen. 12, 938. De orantibus, vid. Grot. in Matthaeum p. 140. De reis, vid. Torrent. ad Hor. Sat. 1, 9, 39. Cic. Tusc. 2, 54 Abiecto scuto fugiat quantum possit, ob eamque causam pereat nonnunquam, etiam integro corpore, quum ei qui steterit, nihil tale euenerit. Metaph. Cic. ad Brut. 10 Qui si steterit idem, mihi que paruerit, etc. i. constans in proposito fuerit. ¶ 2 Stare dicitur homo vel res, cuius progressiones impediuntur. Hor. Od. 3, 28, 6 Ac veluti stet volucris dies. Sen. Troad. 428 Nondum ruentis Ilii fatum stetit. Quinctil. Inst. 1, 3 6 Deinde stat profectus, admiratio decreuit. Id. Decl. 3, 13 p. 70 Burm. de Cimbris, Gens maiorum terrarum partem victoriis peruagata tantum in Mario stetit. Et Declam. 246 p. 437 Burm. de sopore dno, ut stetur citra mortem. b. e. ut venens vis desinat ante quam interfecerit. Flor. 4, 12, 39 Hac clade factum, ut imperium, quod in litore Oceani non steterat, in ripa Rheni fluminis staret. Claud. de Laud. Stiliconis 3, 148 Nec stetit Oceano. Hinc intelligitur formula, Per me stetit, de qua mox n. 3 Per. ¶ 3 Stare cum Aduerbiis, Praepositionibus, Nominibusque elementari ordine dispositis interea. Cic. de Clar. Orat. 272 c. 79 Talis Trib. pleb. fuit, ut nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamque dementiam A Senatu, et A bonorum causa steterit constantius? Cic. de Inuent. 1, 81 c. 43 extr. Ego horum vnumquodque in reprehensione, aut non esse signum, aut parum magnum esse, aut A se potius, quam Ab aduersariis stare. Coacti sunt, Ab his stare, quos reliquerant Nep. 14, 6, 6. Acies stat Quinctil. 6, 4. de altercatione. Cic. Fam. 10, 23 Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem praesta, ut vigilanter neruoseque nos, qui stamus in Acie, subornes. Ad vnam stare Virg. Georg. 4, 355. Ad eam diem stetit Ciuitas illa Lycurgi legibus Liu. 39. Cic. in Catil. 2, 5. Hos, quos video volitare in foro, quos stare Ad Curiam, quos et iam in Senatum venire, qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura, etc. Ad cyathum, vid. CYATHVS. Ad Senatum in Capitolio Cic. Acad. 4, 137. Ad verbera stare Ouid. Amor. 1, 6, 19. Quod Aduersus populi commoda steterat Nep. 19, 4, 1. Add. Id. 17, 5, 4. Senec. de Benef. 2, 29 Quod infra deos sumus, quod non in aequo illis sumus, quod non in Aequo illis stetimus. Ager stat sentibus, apud Caecilium, pro Horret: vid. Non. 4, 421. Sic mox Caelum, it. Corpora et Crines. Animis stare, Animum non abiicere: Cic. Att. 5, 18 Stamus animis et quia consiliis, ut videmur, bonis vtimur, speramus. Animo stare, et Desipere, contraria Hor. Serm. 2, 3, 213. Ante pedes alicuius stare, coram aliquo Virg. Aen. 9, 381. Ante oculos nostros stetit Ouid. Amor. 1, 5, 17. Liu. 8, 40 Nec quisquam aequalis temporibus illis scriptor exstat, quo satis certo Auctore stetur. Huius formae est illud Quinctil. 7, ult. Verbis ne legis standum sit, an voluntate. Iam puluere Caelum Stare vident Virg. Aen. 12, 407. i. aer densatur et velut consistit. Stare circum Virg. Ecl. 10, 16. Cic. Att. 7, 15 Omnes cupiebant Caesarem stare abductis praesidiis Conditionibus his quas tulisset. Sic mox Conuentis. Consilio alicuius stare Liu. 7. In conspectu stare Liu. 27. Virg. Aen. 5, 414 Hic magnum Alciden Contra stetit. Idem Aen. 5, 477 Dixit et aduersi Contra stetit ora iuueni. Cic. de Clar. Orat. 128 Quum is Contra populi studium stetisset. Conf. Vell. 2, 48, 4. Contra aspera tela stetimus Virg. Aen. 1, 11, 282. Cic. de Inuent. 1, 4 c. 3 Quibus in controuersis, quum saepe a mendacio contra verum stare homines consuescerent, dicendi assiduitas abluuit audaciam. Cic. Off. 3, 95 c. 75 25 Facere promissa, stare Conuentis, reddere deposita: commutata utilitate fiunt inhonesta. ut Conditionibus. Corpora telis stant Enn. ap. Varr. L. L. 6, 5 i. horrent, ut Ager. Stant sulti puluere Crines Stat. Theb. 3, 326. i. horrent, sec. Lutat. Cum aliquo stare, pro Partes eius sequi, et ei fauere. Ter. Phorm. 1, 2, 39 In eius parte stamus pro quo facimus, inquit Donatus Liu. 26, . . . Quid igitur minus conueniat milites, quam quum aliae super alias clades cumularentur, ac Dii prope ipsi cum Annibale starent, etc. Ratio et fortuna cum aliquo stat Liu. 5, . . . Cic. de Finib. 4, 45 Mihi autem aequius videbatur, Zenonem cum Polemone disceptantem, a communibus vitiis progredientem videre, vbi primum insisteret, et vnde causa controuersiae nasceretur: non frantem cum his, qui ne dicerent quidem sua summa bona a natura profecta. Idem de Inuent. 2, 142 Quemadmodum ei dicebamus, qui a scripto diceret, hoc fore utilissimum, si quid de aequitate ea, quae Cum aduersario staret, derogasset: sic huic, etc. Qui nobiscum aduersus barbaros steterunt Nep. 17, 5, 4. Conf. Id. 18, 8, 2. Decreto Senatus stare, pro Obedire, et non prouocare Caes. Bell. Gall. 6, 12. Fabula dicitur stare Ter. in prol. Hec. 15 Partim sum eorum exactus, partim vix steti. Vbi Donatus: Agitur fabula quum recitatur: stat quum placet. Id. Prol. Phorm. 9 Olim cum stetit noua, Actoris opera magis stetit, quam sua. Securus cadat an recto stet Fabula talo Hor. Epist. 2, 1, 76. Fama stat Grat. Cyneg. v. 100. i. urget. Fide stare Liu. 23, 48. Fides partum stat apud eum Plaut. Pseud. 1, 5, 62. Cic. pro Rabir. 28 At si fides Saturnio data est, quod abs te saepissime dicitur, non eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit, idemque violauit, si in Fide non stetit. Fiducia belli stetit auxiliis Palladis Virg. Aen. 2, 163. Ad finem stare, Durare usque ad extremum Ouid. Amor. 2, 6, 14. Liuius 22, 9 Resistes autem aduersus famam, rumoresque hominum, si satis firmus steteris. Virg. Aen. 4, 539 Et bene apud memores veteris stat Gratia facti. Cic. de Finib. 2, 47 c. 12 Nec enim satis est iudicare, quid faciendum non faciendumue sit;

fit: sed stare etiam oportet eo quod sit Iudicatum. *i. Obtemperare, assentiri, fidem habere, haerere, vel persistere.* Cic. Att. 2, 4 pr. Si in eo quod ostenderit, non stat, mihi maxime placeat, ea, quae male emta sunt, reddi. In ducibus stabat victoria et spes Sil. 17, 401. In partibus alicuius stare Curt. 3, 11, 18. Cic. Acad. 4, 3 In eodem tanta prudentia fuit in constituendis temperandisque ciuitaribus tanta aequitas, ut hodie stet Asia, Instituta Luculli seruandis, et quasi vestigiis persequendis. Cic. Att. 8, 4 Dionysius quidem tuus potius quam noster, cuius ego cum satis cognossem mores, tuo tamen potius stabam Iudicio, quam meo, etc. *nitebar iudicio tuo, et illud tenebam.* Idem Tusc. 2, 35 Stabam Iudicio multitudinis. Conf. Cic. Att. 12, 21. Idem pro Flacc. 65 Re iudicata stari ostendit placere: *nihil mutare.* Iureiurando alicuius stare Quinctil. 5, 6. Ius exemplis stat Liu. 27, . . . Iuxta aliquem stare Stat. Theb. 11, 618. Caes. Bell. Gall. 5, 42 Tertiae cohortis Centuriones ex eo quo stabant Loco recesserunt. Virg. Georg. 3, 84 Tum si quae sonum procul arma dedere, Stare Loco nescit. Lucan. 1, 144 Sed nescia virtus Stare Loco, *i. quiescere, ubi agendi tempus est.* Ciq. in Sallust. 6 At quanto meliore Loco Resp. staret, si tu puer ac similis scelestorum ciuium vna cum illis annumeratus esses, *i. meliore conditione esset.* Memoria stare eos dicit Seneca, qui nihil habent praeter memoriam, Epist. 33 Viro captare flosculos turpe est, et fulcire se notissimis et paucissimis vocibus, et Memoria stare. Mare placidum stat ventis Virg. Ecl. 2, 25. Conf. de hac formula Sen. Qu. Nat. 5 pr. Mens stetit in dubio Lucan. 7, 246. *ut neutro inclinaret.* Nox stetit ante oculos meos Ouid. Amor. 3, 5, 45. Cic. pro Cluent. 96 Et si vterque Censor Censoris opinione standum putauit, quid est, quamobrem quisquam nostrum Censorias subscriptiones omnes fixas, et in perpetuum ratas putet esse oportere? Quinct. 7, 1 Nec mihi videntur errare, qui ipsam rerum Naturam stare ordine putauerunt, *i. conseruari.* Ordine certo stetit acies Lucan. 7, 216. Liu. 9, 11 Quin tu Spuri Posthumi, si deos esse censes, aut omnia irrita facis, aut Pacto stas? Pariter stare Ouid. ex Pont. 4, 9, 107. Cic. Fam. 13, 30 Quam partem in Rep. causamque defenderim, Per quos homines ordinesque steterim, quibusque munitus fuerim, non ignorabas. *i. statum meum seruarim.* Verum Nihil Per alteros stare, quo minus inceptum persequerentur Liu. 6, 33 pr. *i. non impediant.* Plin. 18, 28 l. 68 Non stat Per me; quo minus caelum intelligas, et caelestia scias. Quinctil. 3, 8 Non Per me stetit, sed per illa. Ter. Andr. 4, 2, 16 sq. Si poterit fieri, ut ne pater Per me stetisse credat, quo minus hae fierent nuptiae, volo. Sed — Per me stetisse ut credat. Liu. 9, 14 Per vtroque stetisset, quo minus discederetur ab armis. Et 24, 17 Ut Per eum stetisse diceret, quo minus accepta ad Cannas redderetur hosti clades. Si Per cum non stetit parere defuncti voluntati, *i. Quin pareretur, etc.* Scaeuol. in l. Pater §. Tusculanus D. de legat. 3. Nimirum stare esse impediri, supra n. 2 obseruauimus. Noue igitur Fabius Decl. 250 p. 451 *Burm.* Fortasse Per te stetit, ut iniuriam hic quoque faceret. Et discipulus illius Plin. 10, 22, 2 Per ignorantiam meam stetit, ut pro eodem homine tibi bis obligarer. Sed ex veteri formula ac lege dicendi; Vlpian. de migrando pr. Aut per te stat, quo minus soluatur. Praelia stant mihi cum domina mea Propert. 3, 5, 2. *i. Non exercemus praelia.* Pretium stat merci Plaut. Milit. 3, 1, 130. Pro aliquo stare Quinctil. 5, 11. Pro Iuba atque Afris inimicissimis Pop. Rom. stetisse Liu. 38. Curio primo Pro Pompeii partibus, mox contra Pompeium et Caesarem stetit Vell. 2, 48, 4. Pro iudicio dum stant erroris tui, dum defendunt falsum iudicium tuum Phaedr. 5, 5, 2. Conf. Drakenb. ad Sil. 17, 319. Procul stare Tibul. 1, 6, 42. Cic. Off. 1, 32 Iam illis standum non esse, quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo Promiserit? Propius 60 stare Hor. de Arte Poet. 361. Qua steterant artes amatoriae in bibliotheca, Pars vacat illa tibi, ut possis recipere epistolas ex Ponto Ouid. ex Ponto 1, 1, 10. Regnum autem puero stetit Liu. 1, 3. Sanguis stetit, de eo, qui reiecerat sanguinem Plin. Epist. 8, 1. Sententia stat, pro Immobile et fixum est, Ter. Eun. 2, 1, 18 Vide quid agas. PH. stat Sententia. Plaut. Curc. 2, 1, 35 Quid eis respondi, ea omnes stant Sententia. In eadem Sententia stare Liu. 4, 44. Cic. Off. 2, 3 c. 1 Atque vtinam Resp. stetisset, quo coeperat Statu Liu. 21, 62. Suppliciter stabat Hor. Serm. 1, 8, 32. Talo recto stat fabula, placet, non cadit Hor. Epist. 2, 1, 176. Quinctil. 3, 7, 10 Si Verbis legis stari non potest, Voluntate standum est. Ouid. Fast. 6, 299 Stat Vi terra sua, Vi stando Vesta vocatur. Voluntate stare, modo dedimus in Verbis. ¶ 4 In pretiis assignandis Stat, idem est quod Constat. A Graecis traducta videtur ista ratio cum ἰσῶναι sit appendere, unde σαμῶς, σατῆς etc. quae ponderis et pretii notionem habent. Liu. 23, 30 Multorumque sanguine ac vulneribus ea Poenis victoria stetit. Gellius . . . Magno ei stet ea nocte absentem fuisse. Quinctil. Decl. 13 Quanti steterit mihi, quod semel impetrata non feci. Plin. Epist. 8, 2, 8 Magno mihi seu ratio haec seu facilitas stetit: sed fuit tanti. Nam regione tota — laudatur. Haud illi stabant Aeneia paruo Hospitia Virg. Aen. 10, 494. Patere. 2, 64 Vtrique vindicta libertatis Morte stetit. Pretio magno stare Hor. Serm. 1, 2, 122. Stat illi res centum talentis Liu. 34, 50. Conf. Drakenb. ad Sil. 17, 83. ¶ 5 Obseruationes aliae per lancem saturam. Virg. Aen. 1, 650 Omnis in Ascanio cari stat cura parentis, defixa est. Plaut. Capt. 3, 5, 82 Periculum vitae meae tuo stat periculo post mortem, cum tuo coniunctum est. Cic. de Legib. 1, 2 Multaque alia multis locis diutius commemoratiore manent, quam natura stare potuerunt, *i. durare.* Virg. Aen. 2, 56 Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneres. 90 Stare, pro Dignitatem et auctoritatem suam retinere. Cic. Fam. 1, 14 pr. Ad XVI Cal. Febr. quum in Senatu pulcherrime starem, quod iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, etc. Idem Fam. 6, 6 Quum me ex Rep. expulissent ii, qui illam cadere posse stante me non putauerunt, meministi me, etc. Neque enim dissimulabat, nisi principem se stare non posse Suet. Oth. c. 5. Stat, intell. sententia vel consilium, Certum est, decretum est, in animo fixum est. Virg. Aen. 2, 750 Stat casus renouare omnes, omnemque reuertit Per Troiam. Idem Aen. 12, 678 Stat conferre manum Aeneae. Conf. Nic. Heinsf. ad Sil. 7, 398. Cic. Att. 3, 13 Hinc si aliquid a comitiis audierimus, nos in Asiam conuertemus, neque adhuc stabat quo potissimum: sed scies. Cic. Fam. 9, 2 Sed haec tu melius: modo stet nobis illud, vna viuere in studiis nostris, a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam salutem. Mihi stat, morbum alere desinere Nep. 25, 21, 6. Sta-105

tur, *Imperfonale* Plaut. Pseud. 1, 5, 42 Quid agitur? P. statur hic ad hunc modum. Ter. Eun. 2, 2, 40 pro Quid agis? sto, inquit Donatus. Pacto statur Ouid. Fast. 4, 817. *Penultimam in Steterunt corripuit* Virg. Aen. 2, 774 Obstupui steteruntque comae. 5 *Add. Idem 3, 48.* Ouid. Heroid. 7, 166 *ubi conf. Heinsj.* Gerund. Virg. Aen. 5, 384 Quae finis standi? Standum est epistolis Domitiani Plin. 10, 62.

STANS, *antis. Partic.* [σῆς] Cic. in Catil. 2, 2 Quod incolomes ciues, quod stantem urbem reliquit, quanto tandem illum moerore 10 afflictum esse et profligatum putatis? Virg. Aen. 3, 527 Stans celsa in puppi. Stans pro castris hostium Acies Liu. 27, 18. Stante vtraque Acie Petron. c. 108. Anni stantes in limine vitae Stat. Silu. 2, 1, 38. Armati stantes in limine Virg. Aen. 2, 485. Freta stantia, *Quieta* Ouid. Met. 7, 201. Idem Fast. 6, 133 Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinae. *describit Striges: stantes oculi sunt rigentes.* Paludes stantes Hor. Carm. 3, 27, 9. Turrim in praecipiti stantem aggressi Virg. Aen. 2, 460. Viria stantia gelu Ouid. ex Pont. 4, 7, 8. Differentia cubantis et stantis rectae Vineae Columel. 5, 5. Hor. Serm. 1, 4, 9 In hora saepe ducen- 20 tos Vt magnum versus distabat stans pede in vno, *ludibundus et securus.* Vrbs stans potius quam incensa Flor. 4, 12, 57. *i. satua.*

STATVRVS, 2, um. *Partic.* [σῆων] Liu. 34, 22 *extr.* De hac re vos consulo, staturus eo, quod plures censueritis. Plin. 25, 13 Anaxilaus auctor est, mammas a virginitate illitas, semper staturas, *rigidas futuras, non staccidas.* Tunc res immenso placuit statura labore Stat. Theb. 3, 381. Hinc acies statura ducum Idem ibid. 2, 566.

STATVS, 2, um. [σποτεταγμενος] *Participiali Passiuoque intellectu, ut statutus. Est ergo firmus, certus, ratus, constans etc.* Plin. 18, 29 Iam primum hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse 30 propter statos siderum Cursus. Idem 2, 13. Dies status (*ap. Festum*) vocatur, Qui iudicii causa est constitutus cum peregrino. eius enim generis ab antiquis appellabantur, quod erant pari iure cum Populo Rom. atque hostire ponebatur pro aequare. Plaut. in Curcul. (1, 1, 5) Si status condictus cum hoste intercedit Dies, tamen est eundem, quo imperant ingratis. Festus. Plin. Epist. 9, 39 Aedes 35 vetus sane, et angusta, quum si alioqui stato Die frequentissima. *i. Festo die.* Conf. Plin. 10, 29. Cic. Offic. 1, 37 Indicant XII Tab. Aut status Dies cum hoste. Status sacrificii Dies Flor. 1, 13, 16. Febris stata, *vid. FERRIS.* Forma stata, *ea antiquis dicebatur,* Quae a nimiae pulchritudinis periculo, et a summo deformitatis odio vacat, *velut forma quaedam media: quam formam modicam et modestam Fauorinus appellabat vxoriam.* Ennius autem in — Menalippa, eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quae 40 stata Forma forent. *ex Gell. 5, 11.* Lux stata Stat. Theb. 5, 45 476. Festus: Statae Matris simulacrum in foro colebatur, postquam id collustravit, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in suos quisque vicus retulerunt eius Deae cultum. Quinquennia Stat. Silu. 5, 3, 124. Reditus stati Plin. Epist. 5, 14. Idem Statum reditum vocat, Epist. 50 3, 3 Constant campis, vineis, siluis, quae materiam, et ex ea reditum, sicut modicum, ita statum praestant. Sacra stata Ouid. Fast. 1, 660. Cic. Tusc. 1, 113 Quum enim illam ad sollempne et statum Sacrificium curru vehi ius esset, satis longe ab oppido ad fanum, etc. Sic Liu. 23, 35. et 40, 4. Sacrificia stata sunt, quae certis diebus 55 fieri debent. Cato in ea, quam scribit de L. Veturio, De sacrilegio commissio cum ei equum ademit; quod tu, quod in te fuit sacra, stata, sollempnia, capite sancta deseruisti. Festus. Tempestates Plin. 2, 39. Conf. Dalechamp. ad h. l. Tempora Lucan. 10, 240. Tempus statum Plin. 9, 23.

STATVS, *its. m.* [σῆων] *Proprie actus standi.* Gell. 2, 1 Stare solitus Socrates dicitur, pertinaci statu, perdius atque pernox. *Frequenter admodum est habitus et conformatio illa corporis, quam quisque arbitrio suo assumere aut mutare potest.* Plaut. Amph. 1, 1, 110 Enim vero quoniam formam cepi huius in me: et statum Decet et 65 facta moresque huius habere me similes item. Ter. Eun. 3, 5, 50 *ubi pulchre* Donatus, statura corpori adscribitur, status ad habitum refertur: ergo status est σῆμα, statura, longitudo corporis. Conf. Plaut. Poen. 1, 2, 56 Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem, quis esset status, flabellum tenere te asinum tantum. 70 Cic. de Fin. 3, 56 Per se vt quidem habitus oris et vultus, vt status et motus, in quibus sunt praeposenda quaedam et reicienda. Idem in Orat. 59 c. 18 Motu sic vtetur, vt nihil supersit in gestu. Status erectus, et celsus, rarus incessus, nec ita longus. Item, Turpitudinem fugiamus in statu et motu corporis Cic. de Fin. 2 c. 17. Est 75 actio quaedam corporis, quae motus et status naturae congruentes tenet Cic. Fin. 5 c. 12. ¶ 2 Status vt gradus illam conformationem corporis et membrorum significat, qua Athletae, Gladiatores, Milites vtuntur in opere suo, quo deinde artifices in statu. Cic. Att. 6, 1 Quam statuam esse eiusdem status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. Illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluit — ex quo factum est, vt postea athletae ceterique artifices his statibus in statu 80 ponendis vterentur Nep. 12, 1, 3. In statu stat senex, vt adoriatur moechum Plaut. Mil. 4, 9, 12. Alius, furca de carnario rapta, statum praeliantis componit Petron. c. 95. Indecorus status Quinctil. 1, 11. Minax status Hor. Carm. 3, 4, 54. ¶ 3 Hinc 85 Status, [σῆων] apud Rhetores dicitur, In quo causa maxime vertitur. Quinctil. 3, 6, 1 Status est quod ex prima consuetudine nascitur. Exempli causa, Intentio est, fecisti homicidium, Depulsio est, non feci. Quaestio an fecerit. Hinc constitutio coniecturalis, quae et 90 status dicitur. Cic. in Topic. 93 c. 25 Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, Graece σῆων dicitur, Latine status appelletur: in quo primo insistit, quasi ad repugnandum congressa defensio. Atque etiam in deliberationibus et laudationibus iidem existunt status. Nam et negantur saepe ea futura, quae ab aliquo in sententia dicta sunt 95 fore, si aut omnino fieri non possunt, aut sine summa difficultate non possunt: in qua argumentatione status coniecturalis existit. At cum aliquid de utilitate, honestate, aequitate, differitur, deque iis rebus, quae iis sunt contrariae, incurrunt status aut iuris aut nominis etc. Est enim longior locus. Si quis autem omnia desiderat, adeat Quinctil. 3, 5, 16. 3, 6, 1 sqq. et multis aliis locis, quae index nostrae editionis indicat. Coniecturalis status, qui etiam facti dicitur, itemque inficialis, et de substantia Quinctil. 9, 1, 8 sqq. Legalis status Idem 3, 6, 37 sq. Ratiocinatus status Quinctil. 3, 6, 42 sqq. Constituere statum, *vid. CONSTITVO.* Facere statum Quinctil. 105 3, 6. Status, ex quibus omne genus controuersiarum de agris

exoritur, octo omnino sunt: Iniectiuus, expositiuus, subiectiuus, recuperatiuus, assumptiuus, initialis, materialis, effectiuus. Iniectiuus ergo status est generalis, nam siue de possessione, siue de fine controuersia nascatur, per hoc repetitio iusta iniustaque iniicitur. Expositiuus est status controuersiae, quoties finitimorum argumentorum caret demonstratione, et partium magis exigit narrationem, per quam exponendum sit, quo sint genere terminandae, aut persuadendum iudici, etiam si loci natura finitimam exhibeat similitudinem. Subiectiuus status est, cum relinquitur status generalis, et alio quolibet statu controuersia defenditur. Recuperatiuus est status, quoties non a trifinio, aut quadrifinio, sed ex quolibet finis loco incipientis termini recturam dirigit, et per incessum definitionis loca quaedam alteri fundo acquirit, aut solum aufert, et eius loco redditur. Assumptiuus primae controuersiae status, qui est de positione terminorum, in rigorem aut in finem transcendit. Initialis controuersiae status de rigore pertinens ad materiam, transcendit in controuersiam, quae est loco tertio: de fine status materialis non conditionem mutat, neque materiam efficit. Materialis status est, ex quo omnes controuersiae incipiunt de loco duntaxat. nam transcendentiam non habet de hoc effectiuus, sed, dum consummatus fuerit, nascitur. Effectiuus est, cum de loco litigatur, et idoneas partes ad litigium aduocationes instituunt. Haec Aggenus de Limitibus Agrorum p. 63 Goef. ¶ 4 Pro statura et modo corporis Col. 1, 9, 3 Status mediastini serui qualiscunque potest esse. Praecessit Longissimum quemque aratorem faciemus. Idem 8, 2, 9 Status altior in gallinaceis quaeritur. Et 7, 12, 9 Status canis longior ac productior. Et 7, 9, 2 Status longissimi scrofae. Quin Pallad. Febr. 25, 20 Status maioris plantae. ¶ 5 Status est conditio, Temperies, ut Status caeli locique Columel. 3, 7, 9. Status caeli humidus Idem 2, 10, 13. Pluuus Colum. 11, 7, 2. Incertus Idem 11, 2, 97. Calidus 30 Pallad. Febr. 9, 4. Sed etiam ¶ 6 pro Fortunae conditione, ordine, loco, casuque: variis verbis iungitur. Peiore statu res esse non possunt Ter. Adel. 3, 2, 46. Deteriore statu ut simus, vnus est inferior gradus, aut interitus aut seruitutis Cic. de Arusp. Resp. 61 c. 28. Quum in statu hoc res esset Liu. 32, 11. Sed 35 ordinatis saeculis Rerumque digesto statu Prudent. de Natali Dom. v. 25. ubi uid. Buchner. Nulla testamenta iam secura, nullius status certus, non orbitas, non liberi proderant Plin. Paneg. c. 34. Ita, Statu liberi vel serui, quaestionem status alicui mouere, apud Ictos, quos uid. ad t. ff. de Statu hom. Rerum mearum status 40 Ouid. Met. 7, 507. Etiam de conditione misera Cic. Fam. 5, 16 Hae consolationes tantum proficere debere videntur, quantum status ipse nostrae ciuitatis, et haec prolatio temporum perditorum. Cic. Att. 2, 19 post pr. Scito, nihil vnquam fuisse tam infame — quam hunc statum, qui nunc est. Basilicus status, Incolumis status, 45 vid. hb. vv. Cic. Att. 10, 4 Non enim quam dignitatem, quos honores, quem vitae statum Amiserim, cogito: sed quid consecutus sim, quid praestiterim, qua in laude vixerim. Cic. ad Brut. 16 Qua nobis auctoritate opus est ad collocandum aliquem Reip. statum. Auctor ad Herenn. 4, 24 Quum nobis facultatem fortuna dedisset, iniquum erat, in eorum supplicio consumere, quos eadem fortuna paullo ante in amplissimo statu Collocarat. Cic. Att. 3, 10 Equis vnquam ex tam Amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenii, consilii, gratiae, tantis praesidiis honorum omnium Concidit? Id. . . . Quod si (vt spero) victis hostibus nostris veneritis, auctori- 55 tate vestra Respub. exfurget, et in aliquo statu Consistet. Cic. Att. 8, 23 (15) Quae me Conuellerunt de pristino statu, iam tamen, vt ante ad te scripsi, labantem. Idem in Pison. 4 c. 2 Ego adolescentes bonos et fortes, sed vfos ea conditione fortunae, vt si essent magistratus adepti Reip. statum Conuulsuri viderentur, meis inimicis, nulla Senatus mala gratia, comitorum ratione priuauit. Hunc Asiae statum Sulla Dederat Flor. 3, 5, 12. Cic. de Prouinc. Consul. 41 Quamuis excipere fortunam, subire vim atque iniuriam malui, quam aut a vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu Declinare: ad gladiatorium Statum s. Gradum respicit. Sic 65 Cic. Verr. 2, 10 c. 4 Fecerunt etiam vt me, cuius fidem, continentiamque cognouerant, prope de vitae meae statu, dolore ac lacrimis suis deducerent: vt ego istum accusarem, a quo mea longissime ratio, voluntasque abhorrebat. Et Idem in Orat. 129 = 37 Quo genere nos mediocres, aut multo etiam minus, sed magno semper vfi 70 impetu, saepe aduersarios de statu omni Deiecimus. Item Brut. ad Cic. Fam. 11, 11 Maleuolentiae hominum in me, si poteris, occures, si non poteris, hoc consolabere, quod me de statu meo nullis contumeliis Deterrere possunt. Denique Cic. pro Caecin. 42 Non ea sola vis est, quae ad corpus nostrum, vitamque peruenit: sed etiam 75 multo maior ea, quae periculo mortis injecto, formidine animi perterritum loco saepe, et certo de statu Dimouet. Idem in Parad. 1 Mentem ex sua fide et statu Dimouet. Multorumque Excisi status, et terror omnibus intentabatur Tac. Ann. 3, 28, 3. Dionis filius vitae statum commutatum Ferre non potuit Nep. 10, 4, 5. Cic. 80 Att. 1, 13 Reip. statum illum, quem tu meo consilio, ego diuino confirmatum putabam, qui honorum omnium coniunctione et auctoritate Consulatus mei Fixus et fundatus videbatur, nisi quis nos deus respererit, elapsum esse scito de manibus vno hoc iudicio. Hunc rex statum Reip. Imposuit Flor. 1, 1, 15. Manere suo statu, vid. MA- 85 NEO. Mutatus status Flor. 1, 9, 3. Cic. pro Corn. Balb. 18 Si quo quisque loco nostrum est Iudices natus, aut si in qua fortuna est nascendi, initio constitutus hunc vitae statum vsque ad senectutem Obtinere debet. Cic. Att. 9, 8 Quorum artificijs effectum est, vt Resp. in hunc statum Perueniret. Graeciae veterem statum Red- 90 didit Flor. 2, 7. Redire in antiquum statum Cels. 6, 6. Cic. Act. 1 Verr. 13 c. 4 Iam vero omnium vitiorum suorum plurima et maxima constituit monumenta, et indicia in provincia Sicilia: quam iste per triennium ita vexauit, ac perdidit, vt ea Restitui in antiquum statum nullo modo possit. Cic. de Arusp. Resp. 61 c. 28 95 Hunc statum qui nunc est, qualiscunque est, nulla alia re, nisi concordia Retinere possumus. Reuertit in antiquum statum Cels. 8, 10. Cic. Fam. 4, 9 Quod honesto otio Tenueris et statum et famam dignitatis tuae. Conf. Idem Fam. 6, 2. Cic. Fam. 9, 16 Ego me non putem Tueri statum meum sic posse, vt neque offendam 100 animum cuiusquam, nec frangam dignitatem mean. ¶ 7 Obseruatt. Status, pro Ordine. Senec. de Benefic. . . . Quidquid maxime necessarium erat, in primum statum conieci: nunc si quid effugit, recolligo. Status pro statione ac loco, ubi stare et consistere aliquid potest, vid. in FORVS. Modi Verborum qui vocantur Grammaticis, etiam Status dicuntur Quinct. 1, 5, 41. 105

**STATVLĪBER**, ēri. m. *Sic una voce scribitur apud Festum, Qui testamento certa conditione proposita, iubetur esse liber. Et si per heredem est, quo minus statuliber praestare possit, quod praestare debet, nihilominus liber esse videtur. Festus. Vlpian. tit. 2 Qui sub conditione testamento liber esse iussus est, statuliber appellatur. Statuliber quamdiu pendet conditio, seruus heredis est. Vid. Vlp. D. 30 t. 1 l. 44 §. 8. et 48 t. 19. l. 9 §. 16. Paull. D. 2 t. 9 l. 6. Vlpian. Dig. 40 t. 7 l. 6 Si statulibera serua poenae facta sit. Conf. Ibid. l. 16.*

**STATIO**, ōnis. f. [*σταθμός, συνεδρία καὶ παρεδρία, ὄρμος* Gloss. Lat. Gr.] *Actio standi, ut Plin. 2, 15 de Stationibus Planetarum. Locus ubi statur, pertinetque ad stabula iumentorum, ad praesidia militum, quae tueri iussi sunt, ad loca tuta maris, ubi naues consistere possunt etc. Malefida carinis Statio Virg. Aen. 2, 23. Tutissima nautis Virg. Ge-*

*org. 4, 421. Ouid. Epist. 7, 89 Fluctibus eiectum tuta statione recepi. Lucret. 4, 389 Qua vehimur naui, fertur cum stare putatur Quae manet in statione, ea praeter creditur ire. Conf. Ib. v. 396. Plaut. Milit. 5, 9, 12 Namque in statione stat fenex. al. Statu. Curtius . . . Cognitum id per exploratores, qui*

*stationes hostium fuerant ingressi. Cic. Fam. 12, 15 Tantum enim abfuit, ut illorum praesidio nostram firmaremus classem, ut etiam a Rhodiis, vrbe, portu, statione, quae extra urbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites. Saxa et inter alia loca periculosa quietem nactus, stationem et portus omnes timens Caes. B. C.*

*3, 6. A Salonis ad Orici portum stationes litoraue omnia classibus occupauit Id. ib. 8. Nonnullis statio pro portu est Vell. 2, 72, 5. Conf. Manut. ad Cic. Fam. 12, 15. Pro castris. Hic Achiuorum fuit bellantium statio Mela 1, 18. Repentino incurfu Antonius stationes hostium irrumpit Tac. Hist. 3, 9, 1. Virg. Aen.*

*9, 222 — Illi*

Succedunt, seruantque vices : statione relicta

Ipsae comes Niso graditur.

*Stationes Agrariae, vid. b. v. Comitaria statio, vid. COMITIA. Gratissima statio mergis Virg. Aen. 5, 128. Iumentorum Paullus l. 13 D. fin. de usufr.*

*¶ 2 De praesidio militari, saepe adhibetur, de qua re multa Schelius ad Hygin. p. 188 sqq. Metaph. Patere. 2 sub fin. Quidquid numinum hanc Rom. imperii molem in amplissimum terrarum orbis fastigium extulit, vos publica voce obtestor atque precor, custodite, seruate, protegite hunc statum, hanc pacem; eique functo longissima statione mortali, destinate successores quam ferissimos. Saepe proprie sic loquuntur: Agere stationem Tacit. Hist. 1, 28. Deserere stationem Suet. Aug. c. 24. Disponere stationem Caes. Bell. Gall. 8, 12. Educere stationem Liu. 1. Fungi periculosa statione Sen. de Tranqu. An. c. 11.*

*¶ 3 Habere in statione Caes. de Bell. Gall. 5, 15. Proque tua Maneant in statione domus Ouid. Fast. 2, 66. Manere in statione, i. Portu Lucret. 4, 397. Relicta portae statione Stat. Theb. 11, 240. Stationis munus Relinquere Modestin. l. 3 D. de re milit. §. 5. Subducere stationes Liu. 22. Tenuique a pectore raras In statione manus Ouid. Met. 9, 34. Status pugnaturi. Tueri vigili muros statione Claud. in Ruf. 2, 59. Pro muneris, officii partibus, Statio laboriosa et exercita Plin. Paneg. c. 86. Conf. Ib. c. 7. Vetat Pythagoras, iniussu imperatoris, id est dei, de praesidio et statione vitae decedere Cic. de Senect. c. 20. Sed vitate viros cultam formamque professos, Quique suas Ponunt in statione comas Ouid. A. A. 3, 434. Ita diligenter componunt et ordinant comas, ut si de exercitu ordinando ageretur. Lucan. 1, 45 Quum statione peracta Astra petes serus. Post bene gestum in terris imperium ascendes ad superos. ¶ 3 Stationes interdum sunt Loca publica, in quae post negotia solent ciues conuenire confabulandi vel potius desidendi gratia. Gell. . . . Quaesitum — in plerisque ius publice docentium. Iuuen. 11, 4 Stationes, omne theatrum. Plin. Epist. 1, 13 Plerique in stationibus sedent, tempusque audiendis fabulis conterunt. Idem Epist. 2, 9 Itaque prehensu amicos, supplico,*

*¶ 4 ambio, domos stationesque circumeo: quantumque vel auctoritate vel gratia valeam, precibus experior. Ouid. Tr. 3, 1, 79 ex persona libelli sui, Interea, quoniam statio mihi publica clausa est, Privato liceat delituisse loco. Vid. Burm. et Calpurn. Ecl. 4, 3. Conf. Dalechamp. ad Plin. 16, 44. Raeuard. Var. Lect. 4, 7. Stationes municipiorum quasdam fuisse in foro Romano auctor est Victor in describenda fori Romani regione. Huc referam Sueton. Neron. c. 38 Obiectum est, quod tabernas tres de domo sua circa forum ciuitatibus ad stationem locasset. Talis videtur fuisse etiam Graecostasis, id enim est Graecorum statio, de qua s. l. Talis Graia statio Rhodiorum apud Vitruv. 2, 8 p. 30 extr. De his Plin. 16, 44 Radices, eius (loti arboris) in forum vsque Caesaris per stationes municipiorum penetrant. ¶ 4 Statio ap. Christianos dicebatur conuentus in locis sacris ad precatones celebrandas. De stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interueniendum, quod statio soluenda sit accepto corpore domini. — Si statio de militari exemplo nomen accipit, (nam et militia dei sumus) utique nulla laetitia siue tristitia obueniens castris, stationes militum rescindit Tertull. de Orat. extr. Conf. Ambros. Serm. 25. Augustin. Epist. 119. Gothofred. ad Tertull. ad Nat. 1, 7 et 13. Grot. ad Matth. p. 140.*

*¶ 5 Statio hereditatum in Vet. Inscr. Grut. p. 451, 2 Curatio esse videtur.*

*STATIVNCVLA, ae. f. Dimin. [*σταθίων*] Parua statio. STATIONARIUS, i. m. [*ἐπιστάθμιος* Gloss. Gr. Lat. *φύλαξ*] Stationarii milites dicuntur, quibus custodiae, aut praesidii gratia statio assignata est. Vlpian. in l. 1 §. Hoc autem D. De fugitiuis, Qua declaratur et praesides, et magistratus, et milites stationarios dominum adiuvare debere in inquirendis fugitiuis. Paull. in l. 4 eodem titulo, Limenarchae et stationarii fugitiuos deprehensos in custodiam retinent. Conf. l. 1 §. 12 D. de off. praef. vrbi. Stationarii tabelliones, Qui in stationibus cum subadiuuis ministrisque suis morabantur, et instrumentis subscribebant, quos Iustinianus in Nouella 44 *συνβολαιογράφους*, appellat, id est contractuum scribas, qui et tabularii, et tabelliones dicuntur. Alciatus Parerg. 6, 19.*

*STATIIONALIS, e. Adi. [*σταθίων*] Planetarum s. errantium stellarum epitheton, cum stare a Tellure intuentibus videntur. Plin. 2, 15 Eadem stationalis senis mensibus commoratur in signis, alioqui bimestris: quum caeterae vtraque statione quaternos menses non impleant.*

*STATIVVS, a, um. Adi. Ut, Castra statiuia, vel omisso Castra, statiuia simpliciter, Stationes dicuntur, siue Munitiones, in quibus ut propius*

*statiuia simpliciter, Stationes dicuntur, siue Munitiones, in quibus ut propius*

*statiuia simpliciter, Stationes dicuntur, siue Munitiones, in quibus ut propius*

*statiuia simpliciter, Stationes dicuntur, siue Munitiones, in quibus ut propius*

*statiuia simpliciter, Stationes dicuntur, siue Munitiones, in quibus ut propius*

*statiuia simpliciter, Stationes dicuntur, siue Munitiones, in quibus ut propius*

*statiuia simpliciter, Stationes dicuntur, siue Munitiones, in quibus ut propius*

*statiuia simpliciter, Stationes dicuntur, siue Munitiones, in quibus ut propius*

*statiuia simpliciter, Stationes dicuntur, siue Munitiones, in quibus ut propius*

*statiuia simpliciter, Stationes dicuntur, siue Munitiones, in quibus ut propius*

*statiuia simpliciter, Stationes dicuntur, siue Munitiones, in quibus ut propius*



*propius pugnent milites confident.* Liu. 1, 57 In iis statiuis (vt fit) longo magis, quam acri bello satis liberi commeatus erant. Idem 9, 23 Statiua nostra munimento satis tuta sunt. Idem 3, 2 In Latino agro statiua habuit. et 9, 39. Cic. de Lege Agr. 2, 40 c. 15 extr. Numquid causae est quin omnes agros, vrbes, statiua, portus, totam denique Bithyniam Decemviri vendituri sunt? Ideoque et statiua ordinat. Biduo ambulat exercitus, quarto requiescit die Ambros. in Psalmos. Statiuorum mutationes Tac. H. 1, 66, 4. Plene Caes. Bell. Ciuil. 3, 30 Statiua castra. Add. Ibid. c. 37. Hirt. B. Afric. c. 26. Cic. Verr. 5, 29 Iste nouo quodam ex genere Imperator, pulcherrimo Syracusarum loco, statiua sibi castra faciebat. Idem Philipp. 12, 24 c. 10 Haec vigilia, haec custodia, hoc praesidium statiuum. Quibus locis oppida aut Castra statiua constituebantur Vitr. 1, 4. Feriae statiuae, i. Sollemnes, in certum diem constitutae Macrob. Saturn. 1, 16. Aquae statiuae, i. Stagna Varr. apud Non. 3, 155. Firmic. 3, 6 Caput malitiosis humoribus onerant, et ex humorum statiua perseuerantia, qui circa caput collecti fuerint, facient caducos et lunaticos. Statiua tarditate subsistere Firmic. 1, 2.

STATARIUS, a, um. Adi. [*στάριος*] *Quietum et constans quidam significat.* Ter. in Prol. Heaut. 36 Adeste aequo animo, date mihi potestatem statariam agere, vt mihi liceat per silentium. b. e. Comediam quietiorem, et quae magnos vehementesque motus non habeat: cuiusmodi est Heautontimorumenos. Comoediae, inquit Donatus, aut motoriae sunt, aut statariae, aut mistae. Motoriae, turbulentae: statariae, quietiores: mistae, ex vtroque actu consistentes. Idem in prolegomenis Adelphorum: Huius fabulae tota actio quum sit mista ex vtroque genere, vt fere Terentianae omnes, praeter Heautontimorumenon: tamen maiori ex parte motoria est: nam statarios locos perpaucos habet. Rursus Idem in Prologum Adelph. Ipsi senes in statario caractere partem aperient, in motorio partem ostendent. Nam duo agendi sunt principales modi: motorius, et statarius: ex quibus ille tertius nascitur, qui dicitur *μυκρός*. Haec ille. Ipse Terentius in Prologo Heautontimorumeni indicat velut digito, quid differat Motoria ab Stataria, bis quidem verbis:

Adeste aequo animo, date potestatem mihi,  
Statariam agere vt liceat per silentium,  
Ne semper seruus currens, iratus senex,  
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,  
Auarus leno, assidue agendi sint mihi

Clamore summo, cum labore maximo. Perinde quasi diceret, Ne mihi semper agenda sit motoria. Statarius, Qui statariam agit fabulam. Cic. in Brut. 116 Volo enim vt in scena, sic etiam in foro; non eos modo laudari, qui celeri motu et difficili vtantur, sed eos etiam, quos statarios appellant, quorum fit illa simplex in agendo veritas non molesta. Actores fabularum saepe clamore summo, vt ait Terentius, cum labore maximo agunt, dum repraesentant, vel feruum currentem, vel tale quid agentem: actores vero causarum ingemunt saepe, inclamant, dolent, queruntur, Republicam implorant, supplicat, et pedem supplodunt, vt ait Cic. de Orat. 1, 230. Itaque vere vtrique motorii possunt appellari. Statarios scenicos, qui statarias fabulas agunt, ita vt nihil paene moueantur, sed simpliciter agant: statarios vero patronos tales, qualis fuit Rutilius, qui non modo supplex iudicibus esse noluit, sed ne ornatius quidem aut liberius causam dici suam, quam simplex ratio veritatis ferebat. Talis erat secundum Ciceronem

Bruto 239 c. 66 pr. C. Piso statarius et sermonis plenus orator. Nempe sermo est quotidiana illa sine vehementi motu aut ornatu oratio. Labor statarius Sidon. Epist. 5, 17. Miles statarius, i. Qui, dum pugnat, ordinem proprium seruat. Liu. 9, 19 Statarius vterque miles, ordines seruans. Sic item Pugna stataria: vid. Valef. ad Ammian. 14, 6 f. 9. Congressio stataria Ammian. ib. vid. Lindenbrog. p. 9. Prandium Cl. Mamert. Paneg. Iuliani c. 11. i. quod a stantibus capitur. Statarii, absolute Ammian. 28, 4. i. qui laborem stando peragunt.

STATOR, ōris. m. Duplicem rationem habet: vel enim seruus ita dicebatur, aut libertus, qui prope herum aut patronum staret, et ei praesto esset. Petron. 126 Quaedam feminae sordibus calent, nec libidinem concitant, nisi aut seruos viderint, aut statores altius cinctos. Sic Burm. p. 599 non diu vel diutius cinctos. Altius cincti ad strenuum cursum, laboremue. Talis est ille Stator libidinosus Priap. 52. Fuisse genus hoc ministeriis publicis magistratuum prouincialium, vt literis ferendis, destinatum, loca Ciceronis declarant. Literas a te mihi stator tuus reddidit Cic. Fam. 2, 17. Vt ad te statores et lictores meos cum literis mitterem Idem Fam. 2, 18. Talium etiam in castris duas centurias fuisse, docent ex Hygino et Inscriptionib. Salmas. ad Vulcat. Gall. Auid. Cass. 9 p. 461. et Schelius ad Hygin. p. 78. Add. Reines. Inscr. 1, 19. et 8, 4.

¶ 2 Stator Iouis epitheton, quod a sistenda fuga aperte deriuat Liu. 1, 12 Iupiter — fugam foedam sistit. Hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monumentum sit posteris, tua praesenti ope seruata vrbem esse, voueo etc. Et 10, 36 Consul templum Ioui Statori vouet, si constitisset a fuga Romana acies. Add. Flor. 1, 1, 13. Sed Cic. Catil. 1, 11 c. 5 latiore significatu, Magna DIs immortalibus est habenda, atque huic ipsi Ioui Statori, antiquissimo custodi huius vrbis, gratia, quod hanc tam tetram — pestem toties iam effugimus. Itaque hic Stator est, qui statum Reip. conseruat, ruinam prohibet. Sic Seneca de Benef. 4, 7 Iouem illum optimum ac maximum rite dices, et Tonantem et Statorem; qui non, vt Historici tradiderunt, ex eo, quod post votum susceptum acies Romanorum fugientium stetit, sed quod stant beneficio eius omnia, stator, stabilitorque est. Mamertin. Paneg. Maxim. 2 Iuxta parentes vrbis et statores Deos venerantur Herculis templo Romae omnes magistratus. Prior Syllaba breuis est. Ouid. Fast. 6, 793 Tempus idem Stator aedis habet, quam Romulus olim Ante Palatini condidit ora iugi. Sic ex libris Heins. Prudent. Romano 415 Ioui Statori debet, et DIs caeteris. De Ioue Statore etiam Augustin. de C. D. 3, 13. Torrent. ad Hor. Sat. 1, 9, 39. Pompon. ICT. D. 11 t. 2 l. 2 §. 29.

STOEBE, es. f. [*στοβή*] *Frutex aculeatus cum caule, tum folio.* Plin. 21, 15 Quaedam spinam habent in folio, et in caule, vt phleos, quod aliqui stoeben appellauerunt. Idem 22, 11 Stoebe, quam aliqui phleon vocant, decocta in vino, praecipue auribus purulentis medetur: item oculis icu cruentatis, haemorrhagiae quoque et dysenteriae infusa.

STOICHOS, [*στοῖχος*] i. versus. Vsurpasse creditur Sidon. Apoll. 8, 11 Elegos vere nunc stoichos, nunc recurrentes, nunc per anadiplosin sine principiisque connexos. Nempe *στοῖχος* cui cognatum

*sixos, a quo Distichon, ordinem et compagem, bene sibi respondentem partibus, notat.*

STOECHADES. [Στοιχάδες] Insulae tres a vicinis Massiliensibus dictae propter ordinem, quas item nominant singulis vocabulis, Proten et Mefen, quae et Pomponiana vocatur, tertia Hypaea (prima, media, infima) Plin. 3, 5 extr. Lucanus 3, 516 singulariter protulit, Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis, Stoechados arua tenent. Conf. Sueton. Claud. c. 17. ¶ 2 Stoechas.

STOECHAS, adis. f. [στοιχάς] Herba. Plin. 27, 12 Stoechas in insulis tantum eiusdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyssopi, amara gustu. Menses ciet potu, pectoris dolores leuat. Antidotis quoque miscetur. Idem 26, 7 Ischiadicos dolores et spinæ leuat agaricum potum, vt in tussi. Item stoechadis aut vettonicae farina ex aqua iulsa. Conf. Scribon. 106. 121. 177. Cels.

8, 9. Apul. de Herb. c. 42.

STOICI, orum. m. Pl. [Στωϊκοί] Philosophi appellati sunt a σοῦ, quod significat porticum, nempe ea, quae Poecile (ποικίλη Varia, picta) est Athenis dicta. In hac Zeno Philosophus discipulos docebat. Vnde et secta Stoica, et Philosophi Stoici nuncupati sunt, qui antea Zenonii dicebantur. Vid. PORTICVS. Cic. pro Muraen. 61 Fuit enim quidam summo ingenio vir Zeno, cuius inuentorum aemuli Stoici nominantur. Ad Stoicos se inclinare Cic. de Fin. 3, 10.

STOICVS, a, um. Adi. [Στωϊκός] Vt, Libelli Stoici Hor. Epod. 8, 15 Quid quod libelli Stoici inter sericos iacere puluillos amant. Iuuen. Sat. 13, 121 Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit A Cynicis tunica distantia. Nempe Stoici a Cynicis orti, nuditatem Cynicam reliquere. Tunicam sumfere modestam pro Exomide Diogenis.

STOICE. Adu. [Στωϊκῶς] Cic. in Parad. 1 De diis immortalibus, de charitate patriae, Stoice solet, nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere. de Catone. Idem pro Muraen. 74 At enim agit mecum austere, et Stoice Cato.

STOICIDA, ae. m. Quasi Patronymici forma. Sic Iuuenal. 2, 65 per contumeliam dixit, Stoicos, vt Graeci, στωϊκῆς: Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem Stoicidae.

STOIDIS, Insula iuxta Cassandrum, apud Plin. 6, 25 Ea insula quaestuosa est margaritis.

STOLA, ae. f. [σολή, σολῆς] Audiamus primo Non. 14, 6 Stola veteres non honestam solum, sed etiam omnem quae corpus teget, dixere. (Nempe σολή indumentum significat.) Enn. Telepho, Cedo et caueo vestitus squalida septus stola. Idem in eadem, Regnum reliqui septus medici stola. Varro, Mulieres aliam cerneret cum stola holoserica. Idem Partum venusta muliebri ornat stola. Haec Nonius. Illud de Stola holoserica pertinet, puto, ad Stola proprie dictam, ad institam purpurei coloris assutam orae togae. Certe Stola dixisse ecclesiasticos scriptores, de fascia illa humeris imposita, quae et pallium vocatur, constat. Et Stola atque institam indifferenter ponit cum matrona a veste describenda est, et a libertina distinguenda, denique Stola videri effici, cum instita togae subsuitur, voce INSTITA monuimus. Iam Stola togae similem, docet Isidor. 19, 25 Stola matronale operimentum, quod cooperto (si opus sit) capite et scapula a dextro latere in laeuum humerum mittitur. Hor. Serm. 1, 2, 71

Magno prognatum consule cunnum, Velatumque stola. i. mulierem primariam. Nam Stola, Vestis honestae mulieris, usque ad imos pedes demissa. Tibull. 1, 6, 68 Impediat crines, nec stola longa pedes.

Cic. Philipp. 2, 44 c. 18 Quam statim muliebrem stolam reddidisti. Iocus est in Antonium, qui se Curioni prostituerat. Hor. Serm. 1, 2, 99 Ad talos stola demissa, et circumdata palla. Stat. Silu. 1, 2, 235 Hinc eques, hinc iuuenum coetu stola mista laborat. Martial. 10, 5 Quisquis stolaeue, purpuraeue contemptor, etc.

STOLATVS, a, um. Adi. [σολατωτός] Stola induta, quod stolatam decet. Stolatae ibant nudis pedibus Petron. c. 44. i. matronae. Martial. 1, 36 Quis Floralia vestit et stolatum Permittit meretricibus pudorem? Mulieres stolatae in statuis ap. Vitr. 1, 1. Stolata mulier, pro Locuplete et primaria: contra, Togata pro Plebeia, Hor. Serm. 1, 2, 82. Vlysses stolatus dicta fuit Liuia ap. Sueton. in Calig. c. 23.

STOLIDVS, a, um. Adi. [ἀβέλτερος, ἡλίθιος] Sed et excors, molestus, atque illepidus a stolone dictus, v. v. Ter. Heaut. 3, 2, 34 Nonne ad senem aliquam fabricam fingit? s. stolidus est. Id. Andr. 3, 1, 12 Ah vix tandem sensi stolidus. Aures stolidae Ouid. Met. 11, 175. Fiducia stolidi Liu. 34, 46. Linguae stolidae conuitia fundere Ouid. Met. 13, 306. Mens stolidi Idem ibid. 11, 149. Pecus stolidum Propert. 2, 16, 8. Saxum stolidius Plaut. Mil. 4, 2, 33. Vatum stolidissimus Ouid. Met. 13, 774. Stolidus, vt Festus ait, Stultus. Enn. 1, . . . Nam vidi pugnare fues, stolidi, solidi sunt. Et in Alexandro, Hominem appellat, quid lasciuus stolide, non intelligis? Et Caecil. in Hypobol. Abi hinc tu stolide: ille vt tibi fit pater? Et in Andron. Sed ego stolidus, gratulatum me oportuit prius. Haec Festus, vt a viris doctis concinnata sunt. Haec Ennius stultus et stolidus fere idem. Sed Gell. 18, 4 multum disputat de loco Sallustii, At Cn. Lentulus — perincertum stolidior an vanior: tandem finit, Nos ex Apollinari didicimus — Stolidos vocari non tam stultos et excordes, quam tetros (MSS. Stautros, al. castros, unde effingunt, al. Satiros) et molestos, et illepidos, quos Graeci μοχθηρῆς καὶ φαστικῆς dicerent. Compar. Aurel. Victor in Constant. Ingenio stolidior. Conf. Plaut. Mil. 4, 2, 33. Superl. Liu. 22, 28 Dux ipse inter stolidissimos. Add. Iuuen. in Matth. v. 200.

STOLIDE. Adu. Liu. 25, 19 Id non promissum magis stolide, quam stolide creditum. Plin. 15, 14 Stolide tument pulmonea. Ferox stolide Tacit. Ann. 1, 3, 6. Compar. Stolidius erumpentes Ammian. 19, 8. (Vales. c. 5) Superl. Stolidissime Liu. 23, 8.

STOLIDITAS, atis. f. [ἀβέλτερία, ἡλιθιότης, ἀταδάλια, ἀφραδία] Flor. 3, 3, 12 Quadam stoliditate Barbarica. Idem 4, 12, 16 Apud homines paris stoliditatis. Gell. 18, 4 Ipso Lentulo stolidior et vanior, qui ignorat, eiusdem stultitiae esse vanitatem et stoliditatem. Add. Arnob. 2 p. 80. et 3 p. 110.

STOLO, onis. m. [μόσχος, μόχλιον, μόσχευμα] Quid sit, declarat his verbis Varr. de R. R. 1, 2 Nam Stolonis lex illa, quae vetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum, et qui propter diligentiam culturae Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores e radicibus, quae nascerentur e solo, quos stolones appellabant. Vid. Plin. 17, 1. et 27, 13. Stolo, Stolidus: et certe a stolone stolidi nomen ortum esse videtur, vltroque originem profitetur suam. Auson. Epist. 4, 92 Sed iam non potes o stole doceri. Nisi si quis pro Veteri, et antiquo, et

sen

B b b b 2

*sene positum putet, adiuncta tamen etiam significatione stoliditatis et stultitiae.* Turneb. *Aduers.* 1, 23.

STOLVS, i. m. *Graeca vox, i. cataplas, classis, ut l. 7 C. Th. de Nauiculariis, Alexandrinus stolus.*

STOMACACE, es. f. [*στομακίον*] *Oris quaedam corruptio et morbus.* 5  
Plin. 25, 3 f. 6 In Germania trans Rhenum castris a Germanico Caes. promotis, maritimo tractu fons erat aquae, dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesque in genibus soluerentur. Stomacacen medici vocabant, et Sceletyrben ea mala.

STOMACHVS, i. m. [*στόμαχος*] *Oesophagum significat s. canalem, per quem cibus ex ore descendit in ventriculum.* Plin. 11, 37 f. 68 Summum gulae fauces vocantur, extremum stomachus. Hoc nomine est sub arteria iam cornosa inanitas adnixa spinae, ad latitudinem ac longitudinem lagenae modo fusa. Cic. de Nat. Deor. 2, 135 c. 54

Linguam autem ad radices eius haerens stomachus excipit, quo primum illabuntur ea, quae accepta sunt. Cels. 4, 1 Deinde duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant: alterum stomachum. Arteria exterior ad pulmonem, stomachus interior ad ventriculum fertur. Illa spiritum, hic cibum recipit. ¶ 2

Stomachus ponitur etiam pro Ventriculo, id est, receptaculo ciborum. 20  
Iuuen. Sat. 5, 49 Si stomachus domini feruet vinoque, ciboque. Plin. 19, 5 Viuunt hausti in stomacho in posterum diem, nec perfici queunt in cibis. *de peponibus.* Fastidientis stomachi est, multa degustare Sen. Ep. 2.

Ciborum fastidiis stomachi clauditur cupido Solin. c. 4. Acrimoniam stomachi rosionesque sedant nuclei nucis pineae Plin. 23, 8. Defectus stomachi excitat inula Idem 9, 5.

Dissolutio stomachi, Vomitus Plin. 9, 48. Durities stomachi, ventris Scribon. 260. Fluctuationes stomachi sistit beta Plin. 20, 8. Fluxiones stomachi sistunt castaneae Idem 23, 8.

Inflatio stomachi Scribon. 263. Malacia stomachi Plin. 18, 7. 30  
Cels. 4, 5 Vulgatissimum vero pessimumque stomachi vitium est resolutio: id est, quum sibi non tenax est, soletque desinere ali corpus, ac sic tabe consumi. Rosiones stomachi Plin. 20, 14 et 17. Solutiones stomachi Idem 20, 22. Tempestiuitates stomachi Plin. 29, 13.

Torsiones stomachi Idem 20, 17. et 28, 7. Ieiunus stomachus raro vulgaria tenet Hor. Serm. 2, 2, 38. Imbecillus stomacho Cels. 1, 2. Imbecillus stomachus Idem ibid. Imbecillis stomachus Scribon. 92. Iners stomachus, qui officium non facit, hoc est non concoquit. Ouid. ex Pont. 1, 10, 14

Nectar, et ambrosiam, latices epulasque deorum 40  
Det mihi formosa grata Iuuenta manu:

Non tamen exacuet torpens sapor iste palatum,  
Stabit et in stomacho pondus inerte diu. Iuuenta, i. Hebe, quae diis pocula dicitur ministrare. Infirmus stomachus Cels. 2, 8.

Accipere vulnus in stomacho Cic. Fam. 4, 3. Adfici stomacho Scribon. 186. Corroborare stomachum, vid. CORROBORO. Excitare stomachum Plin. 20, 5. Fert stomacho pituita tumultum Hor. Serm. 2, 2, 75. Laborare stomacho Cels. 1, 8.

Latrantem stomachum bene lenit cum sale panis Hor. Serm. 2, 2, 18. Marcens stomachus pridiani cibi onere Suet. Calig. 58. 50  
Peruellere stomachum lassum Hor. Serm. 2, 8, 9. Proritare stomachum varietate ciborum Scribon. 104. Recreatur stomachus vino Plin. 25, 1. Reficitur stomachus diuersitate ciborum. Quinct. 1, 12, 5.

Respuit cibum stomachus. Cels. 3, 6 Sed de cibo facilius quidem cum aegris ratio est: quorum saepe stomachus hunc Respuit, etiam si mens concupiscit. Ructans acida stomachus Plin. 20, 17. Rucens stomachus Hor. Serm. 2, 3, 154. Sollicitat stomachum aegrum mala copia Idem ibid. 2, 2, 43. Esse languenti stomacho Cael. ad Cic. Fam. 8, 13.

Esse tento et dolenti stomacho Scribon. 186. Ius enim dandum non fuit, quum *κακοστόμαχος* esses Cic. Fam. 16, 6. 60

¶ 3 Stomachus pars illa animi nostri, quae τὸ θυμικὸν a Graecis vocari solet, quae ea, quae placent, facile admittit, adspernatur contraria, et facile inprimis mouetur ad iram. Plin. Epist. 6, 14 Mei certe stomachi haec natura est, vt nihil nisi totum et merum velit. i. Animi mei. Ludi apparatusissimi, sed non tui stomachi Cic. Fam. 7, 1. Plin. Epist. 1, 65

vt. In hoc autem agello; si modo arriserit pretium, Tranquilli mei stomachum multa sollicitant, vicinitas vrbis, opportunitas viae, mediocritas villae, etc. b. e. Emendi desiderium stimulant et augent. Id. 9, 17, 2 Non rationem, sed stomachum tibi narro, Gustum hodie vocare solent sensum iucundi vel molesti, cuius rationem reddere non possumus. Vid. Buchn. ad b. l. Tale iudicium, quod naturae quam doctrinae imputari malit, intelligere puto maiorem Plin. in Praef. p. 4, 13 Hard. Argumentum huius stomachi mei habebis, quod in his voluminibus auctorum nomina praetexui. Nec tam animum me, quam stomachum non habere arbitrantur Ctc. Att. 15, 15. Bonum 75

stomachum, Martial. pro Aequitate animi posuit. Quinctil. 2, 3, 3 Error tamen in re duplex: vnus quod interim sufficere illis minores praeceptores existimant, et bono sane stomacho contenti sunt. bonus debet esse, et validus stomachus, qui tales concoquat. Quinctil. 6, 3

Haec aut Catonis animo, aut Ciceronis stomacho ferenda sunt. Contra Seuerus Cassius apud Eund. 10, 1, 117 plus Stomacho in salibus quam consilio dedit, i. irae, homo qui esset irritabilis valde. Nempe speciatim Stomachus aliquando pro Ira, Odio, et Fastidio. Cic. Tusc. 4, 53 Tracta definitionem fortitudinis, intelliges eam stomacho non egere. Idem Fam. 2, 16 sub fin. Hoc adpersi vt scires, me tamen 85

in stomacho solere ridere. i. Etiam in indignatione. Locus ille animi nostri, stomachus vbi habitabat olim, concalluit Cic. Att. 4, 16, i. callum contraxit, sensum amisit. Epistola plena stomachi et querelarum Cic. Q. Frat. 3, 8. Exardere iracundia et stomacho Idem Verr. 2, 48. Idem Fam. 2, 16 Nosti enim non modo stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum, in hominum insolentium indignitate Fastidium. Grauis stomachus Pelidae cedere nescii Hor. Carm. 1, 6, 6. Cic. Fam. 1, 9 Non illi quidem vt mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdi: sed certe vt facere se arbitrantur: hic pro ipsa velut irritatione stomachi et ira adeo ponitur. Idem pro Muraen. 28 Itaque si mihi homini vehementer occupato stomachum Moueritis, triduo me Iurisconsultum esse profitebor. Idem Att. 6, 3 In quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum mouere solet. Vid. MOVEO. Cic. Att. 16, 2 Mihi autem quo laetiora sunt, eo plus stomachi et molestiae est, Pop. 100

Roman. manus suas non in defendenda Republica, sed in plaudendo consumere. Cic. ad Brut. 13 Scribere multa ad te neque possum prae sollicitudine ac stomacho, neque debeo. Idem pro Muraen. 19 Seruius hic nobiscum hanc vrbana malitiam respondendi, scribendi, cauendi, plena sollicitudinis ac stomachi secutus est. Cic. 105

Att. 5, 1 Et multa praetereo, quae tum mihi maiori stomacho fuerunt,

quam ipsi Quinto. Cic. Att. 16 Hunc tu tralatum in Macroco-  
lum lege in arcano conuiuio tuis: sed, si me amas, hilaris et bene ac-  
ceptis, ne in me stomachum erumpant, quum sint tibi irati. Id.  
Q. Frat. 3, 5 Puto enim te existimaturum a me illos libros non sine  
aliquo meo stomacho esse relictos.

**STOMACHOR**, āri. [*ἀγανακτέω, πίμπραμαι, δάκνημαι, διαβήγγυμαι, δυσκολαίω, δυσχεραίνω*] Indignari ac turbari. Ter. Eun. 2, 3, 31 Id  
(propter id) quidem adueniens mecum stomachabar modo. Cic. Fam.  
15, 16 Si enim stomachabere et moleste ferere, plura dicemus. Idem  
Acad. 4, 11 Et homo natura lenissimus (nihil enim poterat fieri illo mi-  
tius) stomachari tamen coepit. Idem Att. 14, 21 Amariorem enim  
me senectus facit, stomachor omnia, sed mihi quidem, etc. Hor. Epist.  
1, 1, 104 Et prae se factum stomacheris ob vnguem. Non dubito  
quin mirere, atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam

saepius. Cic. Capitoni Att. Ep. 16. vlt. Lucundissimis tuis literis  
stomachatus sum in extremo Cic. Fam. 10, 26. Stomachabatur se-  
nex, si quid asperius dixeram Cic. de Nat. Deor. 1, 94 c. 33. Occa-  
sionem stomachandi arripere Sen. Ep. 12. add. Id. Ep. 4. Suet. Tib. c. 21.

**STOMACHANS**, anti. Partic. [*ἀγανακτῶν*] Cic. Att. 4, 16 Quid  
aliud noui? et tamen absoluto Gabinio stomachantes alii iudices. Vi-  
dere quempiam irascentem et stomachantem Idem de Clar. Orat. 326 c. 95.

**STOMACHĀTVS**, a, um. Part. Sese proripit infesta et stoma-  
chata biles Venerias Apul. Met. 5 p. 172.

**STOMACHABVNDVS**, a, um. Gell. 17, 8 Puer atrocibus ocu-  
lis stomachabundus.

**STOMACHĪCVS**, a, um. Adi. [*σωμαχικός*] Qui e stomacho la-  
borat. Stomachici Scribon. 103. Plin. 25, 5 scribit, helleborum  
mederi stomachicis. Idem 20, 9 Item ad spleneticos et stomachicos,  
etc. add. Id. 24, 14. Sen. Ep. 24.

**STOMACHŌSVS**, a, um. Adi. [*ἀγανακτητικός*] Qui facile in-  
dignatur, ac cuncta fastidit. Stomachosum, rabiosum, clamosum,  
difficilem, asperum: quae omnia irarum differentiae sunt Sen. de Ira  
1, 4. Firmic. 5, 10 Erunt hi quoque animo malo, et stomachoso.

Eques stomachosus Hor. Epist. 1, 15, 12. Cic. de Orat. 2, 279 c. 69

Me quidem hercle valde illa mouent stomachosa, et quasi submorosa  
ridicula, non quum a moroso dicuntur, tum enim non sal, sed natura  
ridetur. Idem de Clar. Orat. 236 Quod erat in reprehendis verbis  
versutum et solers, sed saepe stomachosum, nonnunquam frigidum.

Idem Fam. 3, 11 accipit pro Eo, qui iniuriam contumeliamque facit,  
Stomachosiores, inquit, meas literas quas dicas esse non intelligo. i.  
Ex nimis magno stomacho et indignatione scriptas.

**STOMACHOSE**. Adu. Compar. Cic. Att. 10, 5 Rescripsi ei stoma-  
chosius. add. Charif. 2 p. 193.

**STOMATĪCVS**, a, um. Adi. [*στοματικός*] a σῶμα, σώματος,  
quod Os siue buccam Latine significat, dicitur qui vlcus aliquod in ore  
habet. Plin. 24, 14 Huius flos cum melle epiphoris illinitur, et igni-  
bus sacris, stomaticisque ex aqua bibendus datur. b. c. Iis, qui oris  
ulceribus laborant. Sed Hard. f. 75 stomachicis ex auctoritate et ratio-  
ne. Itaque nondum nota est alia significatio praeter eam, qua stomaticum

est, quod Salubre est oris, vuae, tonsillarum, inflammationibus, vitis.  
Sic Plin. 23, 6, 17. 24, 11 et 13. Sic Scribon. 64. Plin. 22, 9 de glycy-  
rrhiza, Ideo et commanducata, stomatica est, vlcibus oris insperfa  
saepe, et pterygiis. conf. Cels. 5, 18.

**STOMŌMA**, ātis. n. [*στόμωμα*] Plin. 34, 11 f. 25 de Squama aortis,  
Squamae est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine de-  
cussum, quod vocant stomoma. Alias Graecis Stomoma ferrum est, in  
usum aliquem formatum, hoc est in instrumenti alicuius formam redactum,  
ac chalybe roboratum, a verbo σῶμω, quod roboro, ac quasi ore atque  
acie instruo, significat. Stomoma est etiam Chalybs ipse, Id quod facile  
colligitur ex Aetio et aliis. Hinc apud Dioscor. 5 et alios medicos Squa-  
ma stomomatis, est Squama chalybis, vel Instrumenti alicuius ferri  
chalybe roborati, quae tundendo decutitur. Quod parum intellexisse vide-  
tur Plinius, Stomoma putans esse Squamam aeris.

**STORAX**, ācis. m. vid. **STYRAX**.

**STOREA**, f. **STORIA**, ae. f. [*φορτὸς, φορμὸς*] Textile quoddam,  
quod extendimus sternimusue super terram. Plin. 15, 15 (16) Colligi mala  
post aequinoctium autumnale, neque ante sextam decimam lunam,  
neque ante primam horam. Cadiua separari, stramentis, storeis, pa-  
leisue substerni. Storea dicta ἀπὸ τῆς στέρενναι, quod significat sternere.

Liu. 30, 3 extr. Numidae praecipue arundine texta storeaque. Caes.  
Bell. Ciuil. 2, 9 Vbi quantum storiarum densissio quaticbarur, tantum  
eleuabant. Quidam Storiā, per tertiam Vocalem ante a, scribunt.

## S T R

**STRABO**, ōnis. m. [*στραβός, παράβλῳψ*] Qui oculos habet distor-  
tos. Hor. Sat. 1, 3, 4 Strabonem vitii extenuandi causa appellat Pae-  
tum pater indulgens sic amori suo. Strabo igitur maius vitium. Cic.  
de Nat. Deor. 1, 81 c. 29 Redeo ad deos, equos si non tam strabones,

at petulos esse arbitramur? add. Petron. c. 39. Plin. 11, 37 Vni ani-  
malium homini oculi deprauantur, vnde cognomina Strabonum et Pae-  
torum. Varr. Flexabilis, ap. Non. 1, 109 Multi enim, qui limina in-  
trarunt integris oculis, strabones sunt facti: habet quiddam enim  
ἐλαστικόν prouincialis formosula vxor. ¶ 2 Strabo, [*Στραβόν.*]

Cognomen est Romanum, et nomen nobilis Geographi Graeci, qui cla-  
ruit Romae temporibus Augusti et Tiberii.

**STRABVS**, a, um. Adi. Non. 1, 109 Strabones sunt, quos stra-  
bos nunc dicimus. Non haec res de Venere paeta strabam facit ἐρε-  
ρόφθαλμον Varro ap. Priscian. 6 p. 684. conf. Ouid. A. A. 2, 659.

**STRABŌNVS**, i. m. Petron. Fragm. 68 Strabonus est, non curo.  
conf. Reines. ad Fragm. Trag. p. 99.

**STRAGES**, is. f. A sternendo (strauī, stratum) dicta est, vt a  
caedendo caedes, et Labes a labendo: estque tum ipsa ruina, et illud,  
quod sternendo agitur; tum effectus, iacientia confuse ipsa prostrata cor-  
pora: Speciatim multitudo cadauerum stratorum, quorsum Vet. Gloss.  
πολυάνδριον, σαρὸς νεκρῶν, ἀναίρεσις πολλῆ εἰς τὸ τῆν γῆν σώμασι κατεσπῶσαι.

Liu. 8, 30 Per arma, per viros late stragem dedere. Cic. Att. 1, 16  
subin. Quas ego pugnas et quantas strages edidi. Idem de Diuin. 1, 20

Stragem horribilem caedemque vereri. Confusae stragis aceruus

Virg. Aen. 6, 504. Cruenta strages Lucan. 2, 212. Lacera

strages Stat. Theb. 12, 705. Sanguinea strages Stat. Theb. 2, 29.

Ciere stragem Virg. Aen. 6, 829. Complere strage campos Liu.

7, 24. Cumulata vrbs strage virorum Sil. 15, 409. Galli

impulsi retro ruere alii super alios, stragemque inter se ipsa caede foe-

diorem dare Liu. 7, 23 extr. Dat late magnam stragem Lucan.

1, 157. Dat nimbus fragem satis Virg. Aen. 12, 454. Dare fragem cateruatim Idem Georg. 3, 556. Idem ibid. 3, 247 Nec vulnera vulgo Tam multa informes vrſi fragemque dedere Per filuas. Magna frage hoſtes Fundere Curt. 7, 7, 35. Meditatur hiatu immani fragem tigris Sil. 4, 335. Propagare fragem Lucret. 1, 281. 5  
 Similis ruinae frages erat Curt. 3, 11, 9. Nemorum frages Sil. 3, 205. Virum frage vndans amnis Idem 17, 603. Add. Virg. Aen. 9, 526.

**STRAGŪLA**, ae. f. [*σπῆλαια, σπρωματοδεσμὸς*] Genus vestis, siue quidquid infertur vel lecto, vel equo, vel alii rei, decoris, et mollitiei causa, Stragulum vocatur. Vid. Varr. de L. L. 4, 35 p. 40, 7. Cic. Verr. 2, 20

Dico te maximum pondus auri et argenti, eboris, purpurae, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam supellectilem, plurima vasa Corinthia, magnum numerum frumenti, vim mellis maximam Syracusis exportasse. Picta stragula Tibul. 1, 2, 79. Vestis stragula, Idem. Cic. Verr. 2, 47 c. 19

Dicebant scyphorum paria compluria, hydrias argenteas, pretiosam vestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse. Et Liu. 34, 7

Et quum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti: matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non fines? Hor. Serm. 2, 3, 118

Cui stragula vestis, Blattarum ac tinearum epulae, putrescat in arca. Villosa stragula Martial. 14, 148. Tibul. 1, 2, 79 Nam neque tunc plumae, nec stragula picta soporem. Vid. Martial. 14, 86. Sic Plin. 13, 11. Et e libro vela, tegetesque, nec non et vestem atque stragula. conf. Id. 8, 58. Sen. Ep. 87. Petron. c. 42 et 78. Cic. 25

Tusc. 5, 61 c. 21 Collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto, etc.

**STRAGVLATVS**, a, um. Stragula variatus. Vulg. Prouerb. 31, 22.

**STRAMEN**, inis. n. [*κάρφη, κάρφος*] Stipula praesertim, vel quiduis aliud, quod solo quiescendi gratia sternitur, nempe id proprie in triticeis culmis quod terrae haeret, et postea subsecatur, quod alii a stando dictum putant, alii a stratu, quod id substernatur pecori. Consecta stramine casa Ouid. Met. 5, 447. Virg. Aen. 11, 67 Hic iuuenem agreſti sublimes stramine ponunt, Pallantem interfectum.

**STRAMENTVM**, i. n. [*κωννάσιον, κάρφος*] Idem. Stramenta si deerunt, frondem iligneam substernito Cato R. R. c. 5. Hibernae stabulationi boum praeparanda sunt stramenta Colum. 6, 3. Varr. de R. R. 1, 50

Tertio modo metitur, vt stramentum medium subsecant, quod manu sinistra summumprehendunt, a quo medio messem dictam puto. Infra manum stramentum quod terrae haeret, postea subsecatur. Liu. 25, 39

Pars ignis escas stramento arido tectis iniiciunt, pars portas occupant. Plaut. Truc. 2, 2, 23 Noctem in stramentis pernoctare perpetem. Plin. 18, 3

Quies, somnusque in stramentis erat. Caes. Bell. Gall. 8, 15 Falces vbi confederant per manus stramentorum ac virgultorum, quorum summa erat in castris copia, inter se traditos, ante aciem collocauerunt. Ibid. 6, 42

Et feruefacta iacua in casas, quae more Gallico stramentis erant tectae, iacere coeperunt. Incubare stramentis Hof. Serm. 2, 3, 117. ¶ 2

Vestem stragulam notare videtur Caius l. 234 §. 2 de Verb. Sign. Verbum viuere quidam putant ad cibum pertinere: Sed Oſilius ad Atticum ait his verbis et vestimenta et stramenta significari, sine his enim viuere neminem posse.

**STRAMINEVS**, a, um. Adi. [*καρφινός*] Quod est ex stramine. Propert. 2, 16, 20 Straminea posset dux habitare casa. Casae stramineae Ouid. Amor. 2, 9, 18. 55

**STRAMENTICIVS**, a, um. Adi. [*καρφιδής* Onomast.] Idem. Vt, Tectum stramenticium, Tegetes stramenticiae Hirt. Bell. Afr. 16. Petron. c. 63.

**STRAMENTARIVS**, a, um. Adi. Cato de R. R. 10 Falces stramentariae, quibus stramenta demetuntur. 60

**STRAMENTOR**, ari. Stramentum colligere. Hygin. f. 14 Stramentatum exire.

**STRANGIA**, ae. f. Frumenti genus. Plin. 18, 7.

**STRANGŪLO**, are. [*ἀγχλω, ἀπάγχλω, πνίγυ, ἀππνίγυ*] Strangendo gulam, vel alia compressione necare. Columel. 3, 12 Eademque velut conclusa et coarctata semina comprimere atque strangulare. Cic. Fam. 9, 22

Nos autem radicule si dicimus, ille patrem strangulauit: honorem non praesamur. add. Cael. ad Cic. Fam. 8, 15. Pyro per lufum in sublime iactato, et hiatu oris excepto strangulatus Suet. Claud. c. 27.

Difficultate spirandi strangulari Cels. 2, 1 fm. Strangulat inclusus Dolor atque exaestuatur intus Ouid. Tr. 5, 1, 63. Iuuen. Sat. 10, 13

Sed plures nimia congesta pecunia cura Strangulat. Verum etiam alia ratione. Stat. Silu. 2, 2, 150 Non tibi suppositas infelix strangulat arca Diuitias. Conf. Lips. Manud. ad Phil. Stoic. Barth. Adu. 169, 7. Rader. et Herald. ad Martial. 2, 32.

Vestis inter praedones strangulatur. i. perit Petron. c. 15. conf. Interpp. Liquor strangulat ora Ouid. in Ibin 594. Strangulat segetes nimia terrae lacticia Quinctil. in prooem. 8. Natura strangulante sonitum Plin. 2, 43.

**STRANGVLĀTVS**, a, um. Partic. [*πνικτός*] Plin. 7, 7 Fabius in lactis haustu vno pilo strangulatus. Aliquid de strangulati hominis loro aut vinculo aut fune Pallad. 1, 24. Ranas strangulatas in oleo adalligant Plin. 32, 10. add. Tac. A. 6, 25, 3. et c. 39, 1. Plin. Ep. 2, 11.

**STRANGVLĀTVS**, ūs. m. [*πνιγμός*] Strangulatio. Plin. 20, 18 Datur et olfactandum ex aceto in strangulatu vuluae. Vid. Idem 21, 20. 7, 7. 26, 15. 32, 10.

**STRANGVLATIO**, ōnis. f. [*πνιγίς*] Strangulatio vuluae Plin. 20, 15. add. Id. 21, 20. 36, 19. Apul. Apol. 1 p. 306.

**STRANGVLĀTOR**, ōris. m. Spartian. Seuero c. 14 Narcissum Commodi strangulatorem leonibus obiecit. 90

**STRANGVLĀTRIX**, icis. f. Manus strangulatrix faucium Prudent. in Roman. v. 1103.

**STRANGVLĀBĪLIS**, e. Adi. Tertull. de Anima c. 32 Submersu piscinarum strangulabilis.

**STRANGŪRIA**, ae. f. [*σπαγγρία*] Difficultas urinae, quae ex meatu constrictione accidit: unde fit, vt stillatim vrina dimittatur. Vnde etiam, Vrinae stillidium, vel Substillium Latinis dicitur. Aspalathus discutit strangurias Plin. 24, 13. Idem 20, 52 Philistion in lacte coquit, et ad stranguriam, dat radicis vncias quatuor. Cic. Tusc. 2, 45 c. 19

Quamuis idem forticulum se in torminibus et in stranguria sua praebet. conf. Cato de R. R. 127. Cels. 2, 1. Plin. 20, 5 et 30, 8. Apul. de Herb. c. 106 n. 1 p. 357.

**STRANGVRIOVS**, a, um. Marc. Empir. c. 26.

**STRATAGĒMA**, siue verius STRATEGĒMA, ātis. n. [*στρατήγημα*] Sic vocantur callida facta, astuta consilia, ducum s. stratagema- 105

rum. Strategema, quo quis se ducem artis suae peritum demonstrat. Plena his omnis historia, sed etiam exstant separatim collecta Graece a Polytaeno, a Frontino Latine. Illa vero pars calliditatis egregia et ab omni reprehensione procul remota, cuius opera, quia appellatione nostra vix apte exprimi possunt, Graeca pronuntiatione strategemata dicuntur Val. Max. 7, 4 pr. Cic. de Nat. Deor. 3, 15 c. 6 Consilium illud imperatorum fuit, quod Graeci στρατήγημα appellant, sed eorum imperatorum, qui patriae consulere, vitae non parcerent. Idem Att. 5, 2 Quum interim Rufio noster, quod se a Vestorio obseruari videbat, strategemate hominem percussit.

STRATEGEMATICA, orum. n. Pl. Frontin. Strat. l. 1. praef. Solertia ducum facta, quae a Graecis una στρατηγηματικῶν (al. στρατηγημάτων) appellatione comprehensa sunt. Proprie Strategematica videntur esse βιβλία, libri de strategematis.

STRATĒGVVS, i. m. [στρατηγός] Dux exercitus. Plaut. Cura. 2, 3, 6 Nec strategus, nec tyrannus quisquam. Strategum te facio huic conuiuio, dixit Plaut. in Stich. 5, 4, 20.

STRATEGIA, ae. f. [στρατηγία] Praectura, imperium rei militaris et gubernatio. Plin. 6, 9 A Tigranocerta ad Iberiam. Diuiditur (quod certum est) in praefecturas, quas ii strategias vocant. Idem 4, 11 pr.

STRATEGĒVM, i. n. [στρατηγείον] Praetorium. Vitr. 5, 9.

STRATIOTĪCVS, a, um. Adi. [στρατιωτικός] Militaris. Homo stratioticus Plaut. Pseud. 4, 1, 12. Idem ibid. 2, 2, 9 Stratioti. cum nuntium aduenientem percutiam probe. Collyrium stratioticum Scribon. 33.

STRATIŌTES, vel STRATIŌTIS, idis. f. [στρατιώτης] Herba, cuius meminit Plin. 24, 18 Celebratur et a Graecis Stratiotes: sed ea in Aegypto tantum ex inundatione Nili nascitur, Aizoo similis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mire et vulnera sanat ex aceto illita.

STRATIOCE eadem herba appellatur Apul. de Herb. c. 88.

STRATO, ōnis. m. Nomen multis Graecis hominibus commune.

STRATONICE, es. f. [Στρατονίκη] Reginarum aliquot Asiaticarum nomen, urbibus etiam impositum.

STRATOR, STRATVM, vid. STERNO.

STRATONĪCVS, i. m. Philippi Macedonum quaestor, vir ditissimus; ad quem refertur Plautinum illud in Rud. 4, 2, 27 Post animi causa mihi nauem faciam, atque imitabor Stratonicum oppida, circumuectabor.

STRATOPEDON, i. n. Castra. Obsequens c. 116.

STRATORIVS, STRATVRA, vid. sub STERNO.

STREBOLA, f. STREBULA Caro quae sit, explicabimus ipsis veterum verbis. Varro de L. L. 6, 3 p. 76, 24 ut emendatus est a Scaligero in Coniectan. et ad Festum. Caro strebola, vitellina est: coenabis. Caro

strebola Opilius scribit circum coxendices sunt nobis. Id Graecum est, ab huius loci versura. Disertius dedit Scioppius p. 127 De strebula aut de lumbo coenabis. Caro strebula, vt Opilius scribit circum coxendices sunt nobis etc. Arnob. 7 p. 230 Non enim placet carnem strebulam nominare, quae taurorum e coxendicibus demitur: et p. 231

Quae ratio est, vt caro strebula separati — adiciantur? Festus Pauli, Strebula lingua Vmbrorum appellabant partes carniū sacrificatarum. Fragmentum Festi, Strebula Vmbrico nomine Plautus appellat coxendices hostiarum, quas (quae sequuntur expleta sunt, ingenio Vrsini) Graeci μηρία dicunt, quae in altaria imponi solebant etc. Ex dictis colligimus, strebula vel strebula dicta etiam neutro genere, intel-

lecto forte nomine ossa: deinde ea dicta esse de Varronis sententia ex Graeco verbo σπέρων, vertere; cumque coxendices etiam vocentur, intelligi ipsas illas partes, ubi ossis femoris capitulum in acetabulum suum inseritur, in quo vertitur proinde, σπέρων, tanquam in suo cardine femur. Qua

ratione cum antiquissima τῶν μηρίων in Sacrificiis ratione Graecorum ex Oriente a Iudaeis tracta conuenit. Denique obseruamus, ex eodem verbi fonte deriuandam strebiginem, quae sit versa et peruersa ratio loquendi vel dicendi.

STRENA, ae. f. [ἐναρχισμός, θάλλος Gloss. Lat. Gr.] Munus quod datur die festo, omnis boni gratia. Festus, Strenam vocamus, quae datur die religioso omnis boni gratia a numero, quo significatur alterum tertiumque venturum similis commodi, veluti trenam, praeposita s litera, vt in loco et lite, floco, flite solebant antiqui.

conf. Scalig. ad Fest. et in Poëtica 3, 24. Beroald. in Suet. Aug. c. 57. Suet. in Calig. c. 42 Edixit et strenas ineunte anno se recepturum, stetitque in vestibulo aedium Calendis Ianuariis ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis turba ferebat. Strena, dicta a strenuitate, teste Non. 1, 56 Pompon. Pistorib. Asside, si qua ventura est alia strena strenae, f. strenuae. Notabilis est Symmachii Epist. 10, 28 (al. 35) qua ipse Praefectus vrbis, DDD. Valentiniano, Theodosio et Arcadio Semper Augustis Strenam mittit hoc usus exordio, Ab exortu paene vrbis Martiae strenarum vsus adoleuit auctoritate Tatii regis, qui verbenas felicitis arboris ex luco Strenuae (Deae, de qua statim) noui anni auspices primus accepit, DD. Imperatores: nomen indicio viris strenuis haec conuenire ob virtutem. Atque ideo vobis huiusmodi insigne deberi, quorum diuinus animus magis testimoniis vigilantiae, quam omen exspectat. Sumite igitur defensores publicae Salutis sollempniter auro ducta munuscula, etc. Finit ita: Libenter strenis sollempnibus praefectura fungetur strenuis deferendis. i. ad tam

strenuos imperatores. Sed Strenas etiam mittunt Imperatores priuatis. Vid. Aufon. Epist. 18 cuius argumentum, Ad Vrsulum Grammaticum, cui strenas Kal. Ian. ab Imperatore non datas reddi fecit. Modus hic fuit Sex Philippi. Sueton. in Tiber. c. 34 Quotidiana oscula prohibuit edicto: item strenarum commercium, ne vltra Calendas Ianuarias exercerentur. Consueuerat quadruplam strenam et de manu reddere, sed offensus interpellari se ab iis, qui potestatem sui die festo non habuissent, vltra non reddidit. Quadruplam, id est, quadruplo maiorem quam accepisset. Idem in August. c. 57 Omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro Salute eius stipem iaciebant: item

Calendis Ianuariis strenam in Capitolio etiam absenti: ex qua summa pretiosissima Deorum simulacra mercatus, vicatim dedicabat. Martinus Lipenius Strenarum historiam iusto libro prosecutus est.

STRENA, Dea, quae et STRENIA dici videtur. Varr. de L. L. 4, 8 Hinc oritur caput sacrae viae, ab Streniae facello. Diuus Augustinus C. D. 4, 16 a strenue faciendo denominatam ait. Add. Symmach. Epist. 10, 35 quem modo dedimus in STRENA.

STRENVVS, a, um. Adi. [δραστήριος, ενεργός, γενναῖος] Fortis, celer, vigilans, et ad res gerendas promptus. Ter. Phorm. 3, 1, 12 Tum Phormio itidem hac re (vt in aliis) strenuum hominem praebuit.

Strenuus et fortis causisque Philippus agendis Clarus Hor. Epist. 1, 7,

C e c c

46.

46. *i. efficax, sec.* Vet. Schol. Columel. 7, 6 Magister pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atque audax esse debet. Vt cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum Cic. Philipp. 2, 78. Strenuus Bello Nep. 14, 1, 3. Aliquem putare strenuum Cic. Att. 15, 6. Dextra strenua Ouid. de Medicam. faciei 64. Facies strenua Plaut. Rud. 2, 2, 8. Inertia strenua Hor. Epist. 1, 11, 28. Chirurgus Manu strenua Cels. 1. 7 praef. Strenuus Militiae Tac. H. 3, 42, 6. Ministra strenua faciendis iussis Ouid. Met. 9, 307. Mors strenua, pro Cita et celeri Curt. 9, . . Membra strenua Ouid. Fast. 4, 782. Toxicia strenua Col. 10, 18 *vebementia ad nocendum.* Curt. 9, 1, 15 Transliebantque in vehicula strenuo saltu, quum succurrere laborantibus suis vellent. Compar. Plaut. Epid. 3, 4, 10 Nam strenuiori deterior si praedicet suas pugnas, de illius ore fiunt fordidae. add. Lucil. ap. Priscian. p. 601. Superl. Cato de R. R. in praefat. At ex agricolis et viri fortissimi, et milites strenuissimi gignuntur. Plin. 18, 5 Fortissimi viri, et milites strenuissimi. conf. Tacit. Hist. 4, 69, 1. Sallust. Catil. c. 60. Charif. p. 90.
- STRENUE.** Adu. [*δραστικός*] Fortiter, diligenter. Cic. Att. 16, 6 Magis commode quam strenue nauigavi. Idem Q. Frat. 2, 2 Domus vtriusque nostrum aedificatur strenue. add. Liu. 3, 47. Plaut. 20 ap. Charif. 2p. 194. Capere arma pro aliquibus strenue Cic. pro Rabir. 31. Comparare aliquid strenue Auctor ad Herenn. 4, 64. Qui strenue ac industrie se Gerunt Colum. 1, 8. Strenuissime Veget. 1, 17. Eutrop. 9, 9. Curt. 8, 2, 30 Reuocatoque strenue Oxorte, futurum se in regis potestate respondit. Strenue hic est celeriter, 25 ut Cic. Fam. 14, 5 De nauis excurrentibus nobis Acastus cum literis praesto fuit, vno et vicefimo die: Sane strenue. Nempe quo quis acrius se gerit in tali Re, tanto perficit celerius. Pulchre A. ad Her. 3, 24 Strenue quod volumus ostendere factum, celeriuscule dicemus. In celeritate dictionis inest imago strenue facientis. 30
- STRENVITAS,** ātis. f. [*τὸ δραστικόν*] Fortitudo, celeritas, agilitas. Ouid. Met. 9, 320 Strenuitas antiqua manet. add. Cassiodor. 2, 31.
- STRENUO,** āre. Plaut. Pseud. 2, 2, 34 Dum tu strenuas, res erit soluta. *i. strenuum te ostendis. Sed fluctuant libri et iudicia interpretum.* 35
- STREPO,** ui, itum, ēre. [*δρέπω, φρέπω, κρέπω, πταρέω*] Pedibus, aut aliquo quocumque alio modo sonum inconditum efficere: praecipue usurpatur de sono concussorum armorum: vid. Drakenb. ad Sil. 9, 280. De apibus Plin. 11, 10 Quum adesperascit, in alueo strepunt. Campus omnis strepit murmure Virg. Aen. 6, 709. Cornua strepuerunt 40 rauco cantu Idem ibid. 8, 2. Mauors strepit per omnem Ausoniam Sil. 4, 10. Liu. 2, 45 Haec cum sub ipso vallo portisque streperent, *i. inconditis et confusis clamoribus obiicerent Romanis, intra castra se continentibus. Simile verbum est crepare vel increpare.* Cic. de Diuin. 1, 29 c. 16 Inter se strepere, aperteque artem obterere, etc. 45 Strepunt aures clamoribus plorantium Liu. 22, 14. add. Tac. A. 2, 23, 2. et c. 31, 1. 6, 17, 3.
- STREPENS,** entis. Part. Symphonia strepente Petron. c. 33.
- STREPĪTVS,** ūs. m. [*πάταγος, νένυδος, κέλαδος*] Proprie sonus inconditus. Cic. Act. i Verr. c. 15 Tum vero non strepitu, sed maximo 50 clamore suam Pop. Rom. significauit voluntatem. Idem Att. 13, 46 Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, quum diceres, te in Tusculanum venturum: inter plurimum confusos sermones. Caes. Bell. Gall. 4, 33 Atque ipso terrore equorum, et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant. Arboris strepitus Plin. 16, 42. Con- 55 cursus hominum forique strepitus Cic. de Clar. Orat. 317 c. 92. Fulminum strepitus Idem de Legib. 1, 21. Pedum crepitus, et strepitus hominum Id. in Topic. 52. Tonitruum strepitus, fremitus, clamor Idem Fam. 8, 2. Acerbus plagarum strepitus Iuuen. Sat. 14, 19. Demens strepitus Hor. Carm. 3, 19, 23. Dulcis strepi- 60 tus aureae testudinis Idem Carm. 4, 3, 17. Ingens valuarum strepitus Idem Serm. 2, 6, 112. Nocturni atque diurni strepitus Idem Serm. 2, 2, 79. Popularis strepitus Idem de Arte Poēt. 82. Audire strepitum cum fremitu in aliquo loco Cic. de Arusp. Resp. 20. Fit strepitus tectis Virg. Aen. 1, 729. Haurire strepitum, Audire 65 strepitum Idem ibid. 6, 559. Remugit strepitu ianua Hor. Carm. 3, 10, 5. Terrere aliquem pedum strepitu Tibul. 1, 2, 35. add. Plin. 16, 4. Petron. c. 1 et 16 et 17 et 78. Quinctil. Declam. 13 Hic quum me euocasset subito trepidum, totoque fortunae suae, strepitu circumstetisset. Streptus, per secundam declinatum antiquis, 70 Non. 8, 52 Enn. Hectoris Lytris; Quid in castris strepti est?
- STREPĪTO,** āre. [*πταρέω*] Saepe strepitum facere. Virg. Georg. 1, 413 Inter se foliis strepitant. conf. Flacc. 4, 288. Alae strepitantes Tibull. 2, 2, 37. Arma strepitantia Idem 2, 5, 73. conf. Sil. 9, 280. Maris Vnda fragore graui strepitans Ouid. Met. 11, 364. 75
- STREPERVS,** a, um. unde obstreperus.
- STREPSICEROS,** ōtis. m. Transmarinum animal semiferrum ab incuruis et retortis cornibus dictum. Plin. 8, 53 extr. et 11, 37. Capitolin. in Pio c. 10.
- STREPTOS,** i. m. Vua, quae cum Sole circumagitur vbique 80 Plin. 14, 3. ¶ 2 Streptos, [*σπέρτος*] Torques apud Persas, a σπέρτω torqueo.
- STRIA,** ae. f. Eminentia illa, quae est inter canaliculos et sulcos in eo columnarum genere, quod striatum dicitur. Vitruu. 3 vlt. Columnarum striges faciendae sunt XXIV ita excauatae, vt norma in cauo strigis quum fuerit coniecta, circumacta, ita anconibus striarum dextra ac sinistra angulos tangat, vt acumen normae circumrotatione tangendo peruagari possit. Qua aratrum vomere lacunam striam fecit, sulcus vocatur Varro R. R. 1, 29. Vid. LACVNA. Plin. 22, 22 Quorundam ex his facile noscuntur venena, diluto rubore, rancido adspectu, liuido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro. Stria 90 et Strix, hoc differunt ex Vitruuii descriptione: In columna striata, pars eminula dicitur stria: pars caua, strix. Lib. 10, 15 Canaliculi, qui Graece σπίζ dicitur, longitudo, etc. Idem 4, 3 Circa strigium caua, et angulos striarum. Add. Lexicon Vitruu. b. v. Secundum haec etiam Colum. 2, 19, 2 Stria potius retinenda, quam Striga. Vid. STRIGA. 95
- STRIO,** āre. Strias facere. Vitruu. 4, 3 Columnas autem striari viginti striis oportet. ¶ 2 Striare de bubus arantibus non recte dicitur: sed Strigare, v. v.
- STRIĀTVS,** a, um. Partic. Striis distinctum: vid. Interpp. Vitr. 1, 3 extr. it. Lex. Vitr. Plin. 21, 5 Candor eius eximius, foliis foris striatis, et ab angustis in latitudinem paulatim sese laxantibus, effigie calathi. Vid. Idem 37, 10. et 1, 33. Striatus scapus Plin. 26, 7. Conchusa Apul. Apol. p. 297 Elm. add. Id. 9, 33. Striatam frontem vocat Apul. 10 p. 239 Contractam, caperataque et quasi sulcos facientem prae tristitia. 100

**STRIA TVRA**, ae. f. *Striarum effectio, striae ipsae*. Vitruv. 4, 3 Striaturae paribus lateribus. *Paullo post, Ita Dorica columna sui generis striaturae habebit perfectionem.* add. Sidon. Ep. 4, 8.

**STRIBLIGO**, vel **STRIBILIGO**, inis. f. [*σδολισμος*] A vetustioribus Latinis dicebatur, quae nunc Imparilitas et Soloecismus appellatur, qui ab Afin. Capit. definitur Impar et inconueniens compositura partium orationis. Gell. 5, 20. *Vid. Arnob. 1 p. 36 c. not. Elmenb. p. 54. Videtur dicta stribligo ab eadem origine, unde et caro stribula, vel strebula, de qua paullo ante, nempe a Graeco σδολον vertere, per-*  
10 *vertere, unde σρεβλος. Vidit iam Scaliger, ubi de strebula carne.*

**STRICTABILLAE**, apud Varron. de L. L. 6, 3 p. 176, 17 ex Accio meretrices, *ut vult Turn. 23, 18 dicuntur non tam ambulantes, quam summo pede vel talo terram stringentes, quod usu venit iis, quibus pedes laesi sunt, vel crura. Non enim planum ponunt vestigium pedis, sed eius ex-*  
15 *tremo tantum radunt solum, qui iidem pedibus suis aegre stant et insistant. A stringendo deducitur strictare: a strictando strictillare per diminutionem, et per eandem iteratam strictibillare vel strictabillare, ut a conscribere conscribillare: unde strictabillae sunt appellatae. Haec Turnebus. Sed Scal. l. c. et Sciopp. p. 126 sic dedere, Stritabillas a stritilando, stritare ab eo, qui sistit aegre. Sed al. stritipellae vel stritivel-  
20 *vellae, quod meretrices, quorum est epibeton, stringunt pellem, quo rugas explicent. Vid. Dion. Gothofred. ad Varr.**

**STRICTE**, **STRICTIM**, **STRICTVRA**, **STRICTVS**, vid. **STRINGO**.

**STRICVLVS**, a, um. *Pro hystriculus, ut Spania, pro Hispania. q. d. hystricis instar duris pilis vestitus. In speciem duri atque striculi pusionis Arnob. 5 p. 174. Vid. Herald. Animadu. p. 215. Turneb. Adu. 7, 20 et II, 22. Conf. Hystricvlvs sub Hystrix.*

**STRIDEO**, ui, ere, vel **STRIDO**, ere. (*Vid. Priscian. p. 800 et 837.*) [*σίζω, τρύζω, λήγω*] Stridere dicuntur, quae ex attritu sonum argutum edunt: item corpora ignita, cum subito in humorem immittuntur, vel eo adsparguntur etc. *Cardo foribus stridebat ahenis Virg. Aen. 1, 449.*

*Troglodytae strident magis, quam loquuntur Mela 1, 8. Ignes strident Lucan. 6, 179. Mare sollicitum stridet re-*  
35 *fluentibus vndis Virg. Georg. 4, 262. al. stridit. Merum fustum in igne stridet Ouid. Trist. 5, 5, 12. Siluae stridunt Virg. Aen. 2, 418.*

*Tibia stridebat cantu Catull. Argon. 62, 264. Vulnus infixum stridet sub pectore Virg. Aen. 4, 689. Serpentibus praecipue tribui solet a Poëtis: vid. Drakenb. ad Sil. 6, 177. Plin.*  
40 *Epist. 9, 26 At quum stridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt. Virg. Aen. 8, 420. Idem Georg. 4, 556. Liquefacta boum per viscera toto Stridere apes vtero, et ruptis efferuere costis. Hor. Serm. 2, 8, 78 Stridere secreta diuersos aure susurros. Dentibus stridere inter signa mortis Cell. 2, 6. Stridebant dentibus Vulgat.*

*Act. 7, 54. vid. STRIDOR. Stridet pectus animalis aegroti Veg. 1, 3.*

**STRIDENS**, entis. Partic. [*τρύζων*] *Vt, Horrendum stridens bellua Virg. Aen. 6, 288. Alis stridentibus ludunt cygni Id. Aen. 1, 401. Veru Extis stridentibus plenum Petron. c. 95. Hasta stridens Virg. Aen. 9, 419. Plaustra stridentia Idem Georg. 3, 536.*

*Procella stridens Idem Aen. 1, 106. Lac quod adhuc Spumis stridentibus albet Ouid. Am. 3, 5, 13. Add. Id. Met. 4, 616. Virg. Aen. 4, 185. Serrae stridentis horror Lucret. 2, 410.*

**STRIDOR**, oris. m. [*σείζος, βρυγμός, τρυγμός, σρυγμός*] *Virg. Aen. 1, 87. — Stridorque rudentum. Plin. 8, 9. Stridor sui-*  
55 *Et 17, 24 Sonumque edunt paruuli stridoris. Acutus stridor, vid. ACVTVS, in ACVO. Stridor tracti Subsellii Sen. de Ira 2, 25.*

*Stridor dentium βρυγμός οδόντων Vulg. Matth. 12, 8 et alias nota doloris et irae in ipsum irascentem furentis. Cum enim alium non possint, se v-*  
60 *lut mordent bestiae et homines irati. Cic. de Diuin. 1, 13 Aut densus stridor quum celfo e vertice montis Ortus adaugefcit scapulorum saepe repulfus. Ferus stridor, Sibilus serpentis Ouid. Met. 9, 65.*

*Horrifer Aquilonis stridor Cic. Tusc. 1, 68. Ingens stridor Virg. Aen. 7, 65. Raucus stridor, Grunitus apri Ouid. Met. 8, 287. Ter-*  
65 *rifici stridores Sil. 5, 189. Terrisonus stridor Claud. in pr. Conf. Stilich. 1, 109. Audire stridorem serrae Cic. Tusc. 5, 116 c. 40.*

*Impulit acri stridore validas fores Valer. Argon. 2, 273. Indignatum magnis stridoribus aequor Virg. Georg. 2, 162. Reddit stridorem ianua verso cardine Ouid. Met. 11, 608. Inuidiae stridor, vid. INVIDIA, in INVIDEO. conf. Plin. 20, 6. Pallad. 1, 11. Pe-*  
70 *tron. c. 122 et 136. Hirt. B. Alex. c. 72 et 83.*

**STRIDVLVS**, a, um. Adi. [*λήγης, λήγυρος, λήγυροστροφος, λήγυφωρος*] *Vt, Plaustra stridula Ouid. Trist. 3, 12, 30. Fax stridula lacrimoso fumo Idem Met. 10, 6. Conuicia stridula Lucan. ad Pison. 258. add. Sen. Ep. 56.*

**STRITON**. *Oppidum in agro Iustinopolitano fuit, in Dalmatiae et Pannoniae confinio D. Hieronymi patria, qui inde Stridonensis vocatur.*

**STRIGA**, ae. f. [*χορολόγημα*] *Strigae, ordo rerum inter se continuitate collocatum, a stringendo dictae ut ait Fest. quod una sint constrictae Columel. 2, 19, 2. de foeno loquens. Vtrumque siccatum coarctabimus in strigam, quae ita in manipulos vinciemus. Sed altera lectio habet Striam, quae videtur melior: si recte Striam definiuit Vitruuius.*

*¶ 2 Striga apud scriptores agrorum mensurarum sic exponitur; Ager, inquit Frontinus, per strigas et per scamna diuisus et assignatus est more antiquo in hac similitudine, qua in pro-*  
85 *vinciis arua publica coluntur. Vid. Frontin. p. 278. 321. 341. 342. Hyginus autem sic, Mensurae quadraturam dimidio longiorem facere debemus, et, quod in latitudinem longius fuerit, scamnum appellare, quod in longitudinem, strigam. Et Aggen. Strigatus, inquit ager est, qui a Septentrione in longitudinem in Meridianum decurrit: scamnatus autem, qui eo modo ab Occidente in Orientem crescit. Vid. Ag-*  
90 *gen. p. 46. Turneb. Adu. 24, 1. Charif. 1 p. 85. ¶ 3 Striga, Hygino auctore in libello de Castrorum metatione, Ordo est et series equorum in castris tendentium: vel ut Sospiter ait 1 p. 84 extr. Striga castrense est vocabulum, Interuallum turmarum significans, in quo equi strigantur. De hoc intellectu multa Schellus ad Hygin. p. 8 sqq. ¶ 4*

*De Ripa Striga vid. Disputationes virorum doctorum ad Lactant. de Mort. Persec. c. 17. Illi videbantur nobis veriora dixisse, qui ripam strigam corruptam pronuntiauerunt ex ripa Istrica. ¶ 5 Strigae dicuntur Petron. c. 63 quae alias striges.*

**STRIGO**, are. *In strigam equos vel mulos iunctos agere; et recta dirigere, ne diuersi abeant, hi in hanc, illi in illam partem. Ita interpretabantur locum de parodia Catulliani in Ventidium mulionem, in Catal. Virg. p. 89 Et inde tot per orbitosa millia Iugum tulisse, laeua siue dextera Strigare mulas, siue vtrumque cooperat. Sed Scaliger*  
105 *interpretatur interquiescere, quod in striga illa castrorum equi faciunt. Plin.*



Plin. 18, 19 f. 49 In arando versum peragi, nec strigare in actu spiritus: id est, in agendo sulco interquiescere. Ut enim in striga quiescunt equi, et ut in strigam dum collocantur strigare dicuntur: ita quoque cum in versu, qui uno spiritu agendus est, ad interspirandum quiescunt, strigare dicuntur. Frustra igitur in editis antiquioribus legas Striare. Interpretationem hanc adiuuat Senec. Epist. 31 pr. Itaque in vanum operosos culpauerim: rursus ad honesta nitentes quanto magis incubuerint, minusque sibi vinci et strigare permiserint, admirabor et clamabo, Tanto melior! surge et respira, et cliuum istum, vno si potes spiritu exsuperas. Idem tamen error erat in editis, qui et apud Plinium. Sed sic emendatum auctoribus Guliel. Pelisserio et Turnebo 24, 1 In hoc etiam dictum est apud Phaedr. 3, 7, 9 Namque ubi strigandum, et ubi currendum est, scio.

STRIGĀTVS, a, um. Frontin. p. 289 Gof. Ager strigatus, i. Per strigas mensuratus. add. Aggen. ib. p. 46.

STRIGARIVM, i. n. Locus, ubi equi strigantur. Sic legit Salmasius apud Plin. 28, 17 extr. ubi vulgo legitur Se trigario.

STRIGILIS, is. f. et STRIGIL, ilis. n. [σλεγγίς, ψήκτρα] in Ablatiuo Strigili; Instrumentum ferreum, dentatum. A stringendo, id est, radendo, quo equos et id genus iumenta exsolere solent equiones, e corpore sordes abradendo. Colum. 6, 31, 2 Papulae feruentissimo sole vsque eo strigili raduntur, quoad eliciatur sanguis. Add. Pallad. Apr. 4, 3.

¶ 2 Strigili quaedam utebantur veteres in balineis ad radendas corporis sordes, sudoremque detergendum, praecipue in frictionibus. Fiebat autem haec ex auro, argento, ferro; nunc ligneis utuntur. Perf. Sat. 5, 126 I puer, et strigiles Crispini ad balnea defer. Video Gitona cum linteis et strigilibus Petron. c. 91 ubi conf. Gonsal. Plaut. Stich. 1, 3, 77 Rubiginosam strigilem ampullam rubidam. De strigili Martial. 14, 51 Pergamus has misit: curuo distringere ferro: i. distringe te, vel distringendum praebe. Addit causam, si enim sordes strigili abraseris, Non tam saepe teret (ac deteriora lauando, interpolandoque faciet) lintea fullo tibi. Addimus descriptionem Symposii 86

Rubida, curua, capax, alienis humida guttis,

Luminibus falsis auri mentita colorem,

Dedita sudori, modico succumbo labori.

Nempe strigilis habet etiam strigem s. canaliculum, quo colligit sudorem, sordes, oleum ex unctioe, sibi permista, quae uno strigenti nomine comprehenduntur. Iuuen. Sat. 3, 263 Sonat domus unctis Strigilibus. Hor. Serm. 2, 7, 110 — an hic peccat, sub noctem qui puer

vuam Furtiua mutat strigili? Plin. de spongiis loquens 31, 11 Praestant et strigilum vicem, linteolorumque affectis corporibus.

Plaut. Perf. 1, 3, 44 Parasiti supellex Ampulla, strigilis, scaphium. Cic. de Fin. 4, 30 Si ad illam vitam, quae cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat. Suet. Aug. c. 80 Corpore traditur maculoso

— et callis quibusdam ex prurigine corporis, assiduoque et vehementi strigilis vsu. Videndum quid sibi velint ista Varronis ap. Non.

3, 195 Κατάχρησις enim vera est, cum in candelabro pendet strigilis.

¶ 3 In medico instrumento est strigilis, quae propter illum canalem apta sit ad infundendum, vel placide instillandum liquorem quemcumque, auribus praesertim. Cels. 6, 7, 1 De aurium morbis, et curationibus, In

aurem vero infundere aliquod medicamentum oportet, quod semper ante tepefieri conuenit: commodissimeque per strigilem instillatur. Vbi auris repleta est, super lana mollis addenda est, quae humorem intus contineat.

Scribon. Larg. 39 Ad aurium dolorem, Prodest herbae vrceolaris, aut cucurbitae ramentorum succus tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus. Et 41 Reponitur medicamentum in ampulla vitrea. Quum opus est, ad tumorem quidem

calidum per strigilem infunditur: deinde foramen funnum lana succida tegitur. Ad vlcus autem frigidum, per eiusdem generis lanam et auriscalpium iniicitur. Plin. 29 ult. Murium cinis cum melle

instillatus, aut cum rosaceo decoctus, aurium dolores sedat. Paulo post, Sed medici malunt, e nardo decoqui vsque ad tertias, atque ita afferuari: deinde quum opus sit, strigili tepefacta infundere. Constat deplorata aurium vitia eo remedio sanari.

¶ 4 Strigiles, inquit Plin. 33, 3 Hispania vocat auri paruulas massas, quod super omnia solum in massa aut ramento capitur, quum caetera in metallis reperta, igni perficiantur. Hoc statim aurum est, consummatamque materiam protinus habet, quum ita inuenitur.

¶ 5 Strigiles in antiquis libris Vitruuii impressis legebatur, ubi nunc Striges legitur, et Strigium, 4, 4 et 5; 7. Strigilis contractum ex strigili probat Voss. de A. Gram. 2, 5. Iucundus Veronensis immutauit, qui Strigem affirmat in antiquis legi. Sed strigilem seruari vult Budaeus: et fauet aliquantum illi sententiae eam illud, canalis ille, quem in strigili modo obseruauimus. Vid. Voss. Aristarch. 2, 5 p. 177 sq. qui ait esse apud Vitruu. 7. (est 10, 15 p. 224) Canaliculus earum strigilx appellatur, syllaba una octo literarum: pro qua legendum putat strigilis contracte ex strigilis. Sed vid. s TRIX.

Monstrum illud multarum literarum fuit forte Syrix. Graecum est verbum, ut Vitruu. ait 10, 15 Sic enim appellat partem catapultae, qui Canaliculus ab eo dicitur, Vid. in s TRIA, Stria et Strix hoc differunt.

STRIGILARIVS, i. m. [ἐστριγονίος Gloss. Gr. Lat.] Qui facit strigiles.

STRIGILECVLA, ae. f. Dimin. [σλεγγιδίον] Apul. in Flor. p. 346 Qui magno inceptu praedicauit, fabricatum semet sibi ampullam quoque oleariam, quam gestabat lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate, iuxtaque honestam strigileculam, recta fastigiatione clausulae, flexa tubulatione ligulae, ut et ipsa in manu capulo moraretur, et sudor ex ea riuiulo laberetur. Est haec paene pictura strigilis balneariae. Conf. H. Mercurial. Art. Gymn. 1, 8. Laur. Pignor. de Seruis p. 40. Plin. 29, 6 f. 39. et 25, 13 f. 103 c. not. Harduini.

STRIGMENTVM, i. n. [γλοιώδες] Quidquid destringitur, de-raditur, aut certe ita decedit, ut destrictum esse videatur. Cels. 2, 6

Aluus quoque varia pestifera est, quae strigmentum, sanguinem, bilem, viride aliquid, modo diuersis temporibus, modo simul et in mistura quadam, discreta tamen repraesentat. Si sanguis et strigmenta descendunt Cels. 2, 8.

Plin. 9, 15 Anguillae atterunt se scopulis, ea strigmenta viuiscunt. Glutinosum illud quod sibi expresserunt. Speciatim sic vocantur Strigmenta, sordes olei, quae ex unctorum athletarum corporibus raduntur. Plin. 15, 4 Notum est magistratus honoris eius (Gymnasiarchas) octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse. Valer. Max. 9, 14 sub fin. Gymnicorum seruo strigmenta gymnasii colligenti similis. Pallad. 1, 17, 4 Cuni velut strigmentum feceris, massam crassiusculam, qua oblini rimae possint. Plin. 20, 3 de cucurbita siluestri, Succus ex strigmentis illitus cum rosaceo et aceto febrium ardores refrigerat. Ibidem et Ramenta et Strigmenta vocat.

STRIGIVM, vel STRIGLIVM, i. n. Vestis Hispanica. Plaut. 105

Nudus est: iurat se strigium oppignorasse. Hispanos enim initio certum est strigio, id est, sordido palliolo vfos, quibus suas carnes obtulerent: nunc pannosi quidem sunt, sed lautiores. Haec nescio unde venerint: et longum modo est quaerere.

5 STRIGO, ōnis. m. Homo maleficus. Plaut. Bacch. 2, 3, 46 Dum circumspēcto, atque ego lembum conspīcor; longum est strigonein maleficum exornarier. Sic quidem legit Muretus; Vid. Var. Lect. 12, 19. Eandem lectionem probat Salmajus. In Gronouiana editum, Rigorem; Strigorem probat Meurf. Strigones, (al. Strigores) inquit Paullus

10 ex Festo Denfarum virium homines. conf. Dacer. ad Fest. STRIGŌSVS, a, um. Adj. [σφιγνός, λεπτόλαος] Exhaustus et macilentus. Iumenta strigosa dicta sunt, quod corpora eorum restricta sint fame, aut alia causa. Columel. 6, 37 Strigosum patris praeferret habitum. Idem 7, 6 extr. Placide ac lente pabuletur, ut et

15 largi sit vberis, et non strigosissimi corporis. de capris. Canis strigosus Columel. 7, 12. conf. Lucil. apud Non. 2, 84 Hic strigosus' bovinatorque, ore improbu' duro. Merc. striosus Sphalma videtur. Equus strigosus Gell. 4, 20. Orator strigosus, per translationem.

20 Isinius, ineptus. Cic. de Clar. Orat. 64 c. 16 Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consecretentur, quos valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat: quanquam in Lyfia sunt saepe etiam lacerti, sic ut et fieri nihil possit valentius: verum est certe genere toto strigosior, sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant. i. Gracilior et tenuior, ut ipse ibidem: cui opponit corporis habitum opimum. Compar. Liu. 27, 47 Et strigosiores equos a via longa. Add. Frontin. 1, 2 extr. Auctor Vitae Horat. c. 3.

STRIMON, vid. STRYMON.

30 STRINGO, strinxi, strictum, ěre. [σφιγγω, σύρω, πιλέω, σφιγνώ] Videtur actum et motum illum notare, quo res arte prehensa vel premitur modo et arctatur, vel simul laeditur, strangulatur, priuatur etc. Laudatur, falso, arbitror, Plin. . . . Apprehensamque manu strinxit. Dentes stringit Scribon. 57. i. confirmat medicamentum. Metis

35 narrandi pressis stringere aliquid, Breuiter enarrare, breui narratione perstringere Sil. 8, 48. Metaph. ab his, qui in circo angustissimo et brevissimo flexu metam stringunt. Nullum vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt Cic. Off. 3, III. Sed legitur ad adstringendam. Stat. Silu. 1, 2, 244 Non talis niueos

40 strinxit Lauinia vultus Quum Turno spectante rubet: i. manu fricuit, ad dissimulandum ruborem. Virg. Aen. 9, 294 Atque animum patriae strinxit pietatis imago, quod alias dicitur ferire, percutere: hic tractus quidam et continuatio indicatur. Sic Ouid. Trist. 5, 6, 21

Spiritus hic, Scythica quem non bene ducimus aura,  
Quod cupio, membris exeat ante meis,  
Quam tua delicto stringantur pectora nostro:  
Et videar merito vilior esse tibi.

Parentis rem ingluuic stringere Hor. Sat. 1, 1, 8 minuere et carpere ut frondes, ut oliuae stringuntur. Virg. Ecl. 9, 61 Hic vbi densae Agricolae stringunt frondes. i. decerpunt, decutiunt. Idem Georg. 1, 317 Et fragili iam stringeret hordea culmo, de illo genere, vbi Spicae solae metuntur, vel pectinibus quibusdam destringuntur. Columel. 6, 3 Aut stringere arbores expediat. Oleam ne stringito Catō R. R. c. 144. Vid. Turneb. Adu. 10, 18. Stringere quernas glandes, Decerpere

55 Virg. Georg. 1, 305. Sil. 6, 352 Iam nautica pubes Aut siluis stringunt remos, aut abiete secta Transtra nouant. Stringunt, i. Dolant et praeparant ad nauigandum. Virg. Aen. 1, 556 Aut siluis aptare trabes, et stringere remos. Idem ib. 8, 63. Idem Aen. 5, 163

60 Litus ama, et laeuas stringat sine palmula cautes, quod alias radere dicitur. Metas stringere rota Ouid. Amor. 3, 2, 12. Aequor stringitur aura, Raditur, et leuiter a vento attingitur Idem Met. 4, 126. Vnda stringitur Noto Idem Amor. 1, 7, 56. Vestigia leporis stringit canis, vid. VESTIGIVM. Stringere ensē, Educere gladium Virg. Aen. 10, 569. Ferrum stringere, perfodere pectus Plin.

65 Epist. 3, 16, 6. Liu. 7, 5 Procul inde omnibus abire iussis, cultum stringit. Gladios stringunt manibus Virg. Aen. 12, 278. Idem Aen. 9, 577 Hunc primum leuis hasta Themillae Strinxerat, leuiter vulnerauerat. Vinculis stringi Pallad. Febr. t. 17. i. arctari.

70 STRINGENS, entis. Part. Tela stringentia corpus Virg. Aen. 10, 331. conf. Id. 8, 63.

75 STRICTVS, a, um. Partic. [ισχυμένος] Cic. Philipp. 2, 21 c. 9 Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, quum tu illum in foro spectante Pop. Rom. gladio stricto insecutus es? Acies ferri stricta mucrone corusco Virg. Aen. 2, 334. Emplastrum strictum Scribon. 45. i. densum, Barth. Epistola stricta ac libera, pro Vehementi et seuera, quasi ferrum strictum Senec. de Benefic. 4, 37. Ferro stricto ferit retinacula Virg. Aen. 4, 580. conf. Iustin. 1, 9, 21. Folia ex arboribus stricta Caes. Bell. Ciuil. 3, 58. Strictae Frondes Hor. Epist. 1, 14, 28. Gladio stricto aliquem insequi Cic.

80 Philipp. 2, 21 c. 9. Firmic. 5, 2 Faciet strictos (seueros) auaros, sordidos, et qui in omni vita gratiam laetitiae vitent. Aeschines maris fufus, minus strictus est Quinctil. 10, 1. Lex stricta Stat. Silu. 3, 5, 87. Manus strictae in mea fata Ouid. Amor. 1, 6, 14. Mucronibus strictis obsedere fores Virg. Aen. 2, 449. Comp. Stric-

85 ctior Caluus, numerosior Asinius, splendidior Caesar Dial. de Orat. 25, 6. Superl. Sed tamen est artis strictissima ianua nostrae Ouid. Rem. Am. 233. i. primum praeceptum omnium difficillimum.

90 STRICTE. Adu. [ισχυμένος] Obseruare stricte, ne plus reddat, quam acceperit Cic. de Amicit. 58 c. 16. Alii legunt Restrictē. Strictē in foramen conicere Pallad. Mart. t. 8. Post bonam vindemiam strictius, post exiguam latius puta Pallad. 1, 6. Fasciis ventrem strictissime ligare Gell. 16, 5.

95 STRICTIM. Aliud Adu. [λύθην, επιφαιδην] Compressius et breuiter. Proprie Apul. Met. 7 extr. Donec — liquida fimo strictim egesta faciem atque oculos eius confoedasset: strictim i. constricto illo quem sphinctera vocant medici, ut angustiore quasi fistula, tanto maiori uehementia fimus egeretur: id quod 4 p. 144, 3 dicit, Fimo fistulatum excusso. Cic. Att. 2, 1 Quem tu Corcyrae, ut mihi aliis literis significas, strictim attigisti. de libro loquitur. Idem pro Cael. 15

100 c. 7 Posuisti enim, atque id tamen titubanter et strictim, anguste, cum restrictione, certe breuiter. Cic. pro Cluent. 29 c. 10 Audistis quum ea, quae copiosissime dici possunt, breuiter a me, strictimque dicuntur. Res gestas strictim Perscribere Sallust. B. Cat. c. 4.

Cic. de Nat. Deor. 3, 19 Quibus de quaestionibus tu quidem strictim, nostri autem multa solent dicere. Videamus nunc strictim Idem pro

pro Rosc. Am. c. 34 pr. Subiungere strictim Quintil. 1, 10. Strictim attendere Plaut. Capt. 2, 2, 18. Add. Sueton. Tiber. c. 73. Pallad. 1, 13.

**STRICTOR**, ōris. m. *Qui digitabilis et manu oleam decerpit ex arbore: Legulus contra, Qui manu legit caducam et verberando decussam.* Cato de R. R. 144 Legulos quot opus erunt praebeto, et strictiores. 5

**STRICTURA**, ae. f. [σπινθήρ] *Stricturae dicuntur Scintillae, quae de ferro feruenti, dum malleis cuditur, exeunt. Sic fere Non. 12, 23 laudatque Aen. 8, 421 Striduntque cauernis Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat. Sed possunt etiam intelligi Massae terrae et lapidis, e quibus ferrum excoquitur: de quibus Plin. 34, 14 Aliud rubiginem celerius sentit: stricturaeque vocantur eae omnes, quod non in aliis metallis, a stringenda acie vocabulo imposito.* Non Biturix largo potior strictura camino Rutil. Itin. 1, 353. Add. Parei Lex. Crit. p. 1185. Petron. 126 Supercilia vsque ad malarum stricturam currentia, et rursus confinio luminum paene permixta. Sic melius videtur legi, quam quod vulgatum est scripturam: ad stricturam malarum, ut paene stringant, et contingant malas, et tanquam dimidiati circuli circumdant a superiori parte oculos, etc. 10

**STRICTIVVS**, a, um. Adi. [σπινθῆρ] *Vt, Strictivae oleae, Quae manu colliguntur, ad differentiam Caducarum* Cato de R. R. cap. 146. 20

**STRICTVLVS**, vid. p. a. loco suo.

**STRICTIVILLAE**, f. **STRITIVILLAE**. *Conuicium deformitatis in meretrices* Plautinum ex Neruolaria apud Gell. 3, 3. *Est magna varietas lectiois.* Non. 2, 765 **STRICTIVELLAE** sunt. Apud Varro- nem **STRITABILLAE**, vid. **STRITO**, aere. 25

**STRINGOR**, ōris. m. *Frigus, quo dentes perstringuntur.* Lucret. 3, 694 *Morbus vt indicat, et gelidai stringor aquai,* vid. Pareum in loc. 30

**STRINGOTOMIVM**, i. n. *Culter anatomicus.* Stringotomio decarnari Veget. de Re Vet. 2, 27, 2. *Sed, puto, recte restituumus Syringotomium, instrumentum quo Syringes f. fistulae rescindi possunt.* 30

**STRIO**, vid. **STRIA**.

**STRIX**, strigis. f. *Auis quaedam nocturna et importuna.* Lucan. 6, 689 *Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur.* Plin. 11, 39 l. 95 *Fabulosum enim arbitror de strigibus, vbera eas infantium labris inamulgere. Esse in maledictis iam antiquis strigem convenit: sed quae sit auis, constare non arbitror. Festus: Striges aues nocturnas, vt ait Verrius, Graeci σπύγγυς appellant, a quo maledicis mulieribus nomen inditum est, quas volaticas etiam vocant: itaque solent his verbis eas veluti auertere Graeci. Graeca corrupta varie sanare tentant viri docti, quae ibi videri possunt. Isid. 12, 7 Haec auis vulgo Amma dicitur, ab amando paruulos, vnde et lac praebere dicitur nascentibus. Vid. Stat. Theb. 3, 511. Ouid. Am. 1, 12, 20. et Met. 7, 269. Torrent. ad Hor. Epod. 5, 20. Fuller. Misc. 6, 7. Keuch. ad Sammon. Summ. c. 59. Infaustae strigis omen triste Sen. Herc. Fur. f. 9. Violenta strix Tibul. 1, 5, 52. Ouid. Fast. 6, 139* 40

*Sunt auidae volucres, non quae Phineia mensis* 50

*Guttura fraudabant, sed genus inde trahunt,*

*Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinae,*

*Canities pennis, vnguibus hamus inest.*

*Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes,*

*Et vitiant cunis corpora rapta suis.* 55

*Carpere dicuntur lactentia viscera rostris,*

*Et plenum poto sanguine guttur habent.*

*Est illis strigibus nomen: sed nominis huius*

*Causa, quod horrenda stridere nocte solent.*

¶ 2 *Strix pro Muliere malefica.* Petron. c. 134 *Quae striges comedunt nervos tuos.* Vid. Fest. *Burm. ad Petron. c. 36 p. 318.* Plaut. Pseud. 3, 2, 31 c. not. *Taubm. Passerat. ad Propert. 3, 5 p. 436.* Plaut. Pseud. 3, 2, 31 *Ei homines coenas sibi coquunt: quum condiunt, Non condimentis condiunt, sed strigibus, Viuis conuiuis intestina quae exedint.* 60

¶ 3 *Strix, [σπίξ] Canaliculus.* Vitruu. 4, 4 *Striarum et strigium circuitus.* Add. Idem 3, 3 et 4. *it. Lex. Vitruu. ex edit. Laet. Vid. STRIA.* 65

**STRITO**, aere. *vel STRITILARE verbum antiquum.* Varro de L. L. 6, 3 p. 76, 17 *Stritabillas (dictas meretrices) a stritilando: stritare ab eo, qui sistit aegre. Fuerit itaque, si hariolari licet, delicato et fluctuabundo mollique gradu, mobili spina et lubricis lumbis incedere.* 70

**STRITAVVS**, vt Stlocus, Stlis; pro Tritauo, Loco, Lite antiqui dicebant. Fest.

**STROBILVS**, i. m. [σρόβιλος] *Nux pinea integra, quae etiam Graecis Conus et Conarium appellatur (Pityides vero sunt Nuclei, qui in ipsis sunt conis)* Vlpian. l. ligni, in fine D. de Legat. 30 *De pinu etiam integri strobili ligni appellatione continebuntur.* Add. l. 167 ff. de verb. sign. 75

¶ 2 *Strobilus, Arbor ex pinastrorum genere.* Plin. 16, 10 *de pinastro, Eadem arbores, alio nomine esse per oram Italiae, quas strobilos vocant, plerique arbitrantur, sed graciles, succinctioresque, et enodes, liburnicarum ad vsus, paene sine resina.* 80

*Vetus codex legit, Quos tibulos.* ¶ 3 *Strobilum a Romanis Carduum satium appellari Dioscorides ait, 1, 76 Graeca quidem voce, sed tunc forte quotidiana et in usu populi: quae a pineae nucis, i. conis, figura, cui simile in summo carduus capitulum habet, facta est.* 85

¶ 4 *Venti repentini species ap. Plin. 2, 48 esse dicitur. Verum illud nomen ibi non exstat hodie. Potest forte Typhon f. Turbo etiam ἀνὸ τῆς σπείφαις dictus esse σρόβιλος. Et est hoc venti nomen apud Aristotelem de Mundo.*

**STROBVS**, i. f. [σρόβος] *Arbor odorifera.* Plin. 12, 17 l. 40 *Petunt et in Carmanos arborem strobum ad suffitus, perfusam vino palmeo accendentes. Huius odor redit a cameris ad solum iucundus, sed aggrauans capita, citra dolorem tamen.* 90

¶ 2 *Strobon vocant quidam ladanum: traduntque Siluas Arabum caprarum pastu infringi, atque ita succum villis inhaerescere* Plin. 12, 17 l. 37. 95

**STROMA**, atis. n. [σρῶμα] *Vox Graeca est, qua illi quoduis Straguli genus significant. Vnde et pro Auldeis accipitur, quae et Peristromata dicuntur, multa colorum varietate picturati.* Capitol. de Vero Imp. c. 4 *Vt leuatus cum stromatibus in cubiculum perferretur. Clemens Alexandrin. libros quosdam miscellaneos vario ornamento constantes Stromata inscripsit.* 100

**STROMBITES**, ae. m. [σρομβίτης] *Lapis est strombi marini figuram omni ex parte referens.*

**STROMBVS**, i. m. [σρόμβος] *Animal in mari ceu concha tortilis nomen habens a figura intorta* Plin. 32, 11. 105

- STRONGYLOS**, et **STRONGYLE**, es. f. [*Στρογγύλη*] *Insula in mari Aegaeo: sic dicta, quia sit rotunda et globosa, quod στρογγύλον Graece designat. Haec, (ut Plin. 4, 12 scribit) vinearum fertilis est, cuius ambitus patet LXXV millibus passuum. Ea nunc Naxos, sed antea Dia vocata. Est etiam una ex insulis Aeoliis. Plin. 3, 9 Tertia Strongyle, a Lipara M. pass. ad exitum solis vergens, etc. Sil. 14, 259 Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongylos Auftris. Al. Trogylos. Est etiam Insulae nomen in Lycio mari, cuius meminit Plin. 5, 31. ¶ 2 Strongyle, aluminis genus Plin. 35, 15. quasi tu globosum s. rotundum dicas.*
- STROPHA**, s. **STROPHE**, ae. f. [*στροφή*] *Proprie conuersionem significat, qua cum utantur naturaliter animalia et homines cum effugere vel circumuenire aliquem volunt, hinc Strophe est fraudulenta et ludificatrix fallacia. Plin. Ep. 1, 18 Si tutius putas illud praeceptum, Quod dubites ne feceris, id ipsum rescribe, ego aliquam stropham inueniam, agamque causam tuam. Martial. 3, 7 Nihil stropharum est, iam salarium dandum est. Vid. Id. 11, 8. Sen. Ep. 26. Phaedr. 1, 15, 4. Petron. c. 60. Symmach. Epist. 5, 63. ¶ 2 Strophae, i. vincula, quibus remi ad scalmos alligantur Vitruu. 10, 8. ¶ 3 De Strophe in versibus, vid. Mar. Victorin. p. 2501. Pleuraque Lyricorum carminum, quae versu colisque et commatibus componuntur, ex Strophe et Antistrophe et Epodo, ut Graeci appellant, ordinata subsistunt. Quorum ratio talis est. Antiqui deorum laudes carminibus comprehensas circum aras eorum euntes canebant, cuius primum ambitum, quem ingrediebantur ex parte dextra στροφήν vocabant (conuersionem) Reuersionem autem sinistrorsum factam, completo priore orbe Antistrophē appellabant. Dein in conspectu deorum soliti consistere, cantici reliqua consequebantur, appellantes id Epodon.*
- STROPHADES**, um. f. Pl. [*Στροφάδες*] *Insuale duae in Ionio mari supra Zacynthum in Meridiem sitae, ab aliis Plotae dictae, quibus Seruius a conuersione Harpyiarum ex Arcadia volantium nomen datum voluit. Virg. Aen. 3, 209 Strophadum me litora primum Accipiunt, Strophades Graio stant nomine dictae. Vid. Seruium.*
- STROPHIVM**, i. n. [*σρόφιον*] *Fascia pectoralis, quae virginalem tumorem papillarum cohibet. Turpil. apud Non. 14, 8 Me miseram, quod inter vias Epistola excidit mihi, Infelix inter tuniculam ac strophium collocaram. Cic. de Arusp. Resp. 44 c. 21 Clodius a mitra, a muliebribus soleis purpureisque fasciis, a strophio, a psaltrio, a flagitio, a stupro est factus repente popularis. Catul. Argon. f. 65, 65 Non tereti strophio lactantes vineta papillas. Prudent. in Symmach. 1, 37 Strophio recincta. Strophium, cingulum aureum Ison in Gloss. ¶ 2 Strophia etiam Coronae. Prudent. Cath. 3, 29 Sperne Camena leues hederas, Cingere tempora quis solita es. Sertaque mystica dactylico Texere docta liga strophio, Laude dei redimita comas. Auctor Copae 32 Et grauidum roseo nocte caput strophio. Iterum Prudent. Peristeph. 4, 21 Tu tribus gemmis diadema pulcrum — Nomen hoc gemmae strophio illigatae est. Itaque non temere legunt plerique apud Plin. 21, 2 Tenuioribus utebantur antiqui strophia appellantes, unde nata strophiola. de coronis sermo est. Sed Harduin. ex MSS. stroppos restituit. Maneat cognatas esse voces et, ut fit, inter utendum detestas. Strophii ancoralibus absoluta nauis — pelago redditur Apul. Met. 11 p. 265, 5: σροφείος, quae σροφεία cum ancoris iungit etiam Lucian. in Na- 55 vigio c. 5.*
- STROPHIOLVM**, i. n. [*Στροφιδιον*] *Plin. 21, 2. vid. in STROPHIVM. Conf. Tertull. de Cor. Mil. c. vlt.*
- STROPHIARIVS**, i. m. [*σροφιαρισ*] *Qui strophia facit. Plaut. Aul. 3, 5, 42 Strophiarum adstant, semizonarii.*
- STROPHOS**, i. m. [*σρόφος*] *Dolor intestinorum, quod Tormen Latini vocant. Cels. 6, 2 Eiusdem morbi nota est, cum circa umbilicum intestina torquentur, σρόφον Graeci nominant, coxaeque dolores manent. Add. Scribon. 121. Herba chamaepitys strophii dolorem tollit Apul. de Herb. c. 26. Conf. Idem c. 27. Cels. 2, 7. Reines. 65 Var. Lect. 2, 8.*
- STROPHOSVS**, a, um. *Qui stropho laborat. Veget. 1, 27 Strophosa animalia, quibus venter frequenter dolet. Conf. Plin. Val. 2, 22.*
- STROPPVS**, i. m. *Stroppus est, ut Ateius philologus existimat, quod Graece σρόφον vocatur, et quod sacerdotes pro insigni habent in capite. Quidam coronam esse dicunt, aut quod pro corona insigne in caput imponatur, quale sit strophium. Itaque apud Faliscos diem festum esse, qui vocatur Struppearia, quia coronati ambulant, et a Tusculanis quod in puluinari imponatur Castoris, Struppum vocari. Haec Festus. Hinc Plinio 21, 2 Harduinus restituit. Locum damus in CORONA pr. Vid. modo STROPHIVM, et p. p. STRVPI.*
- STROPPVLVS**, s. **STROPVLVS**, Dim. *Reddidit Salmastus Tertull. de Virgin. vel. 10 ubi de viris virginibus ita nar' ἀνδρωπων dicitur sputat, Debebunt etiam et ipsi aliqua sibi indicia defendere, aut penas Garamantum, aut stropulos Barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut stigmata Britonum. Sic Priorius post Rigaltium monitu Salmasti. Libri antiqui Strobulos habent s. Scrobulos. Priorius coniicit Crobylos: sed hi non sunt Barbarorum, utrum Atheniensium.*
- STRVCTILIS**, **STRVCTOR**, **STRVCTVRA**, **STRVES**, vid. **STRVO**.
- STRVFERTARI**, a **Strue** et **Ferto**, *sacrificii genere dicti sunt. Festus, Strufertarios antiqui soliti sunt appellare homines conducitios, qui ad lucos, vel arbores fulguritas, aut piacularium commissorum causa, strue et ferto sacra faciunt his verbis, Oro te Iupiter, uti mihi volens propitius sis, quod et nullo etiam adhibito strufertario fit. Cato de R. R. 134, 1 Priusquam messim facias, porcā praecidaneam hoc modo fieri oportet. Et postea: Priusquam porcā feminam immolabis, Iano struem commoueto sic. Iane pater te hac strue commouenda bonas preces precor, etc. Feretum Ioui moueto, et maclato sic. Iupiter te hoc fereto obmouendo bonas preces precor, uti sis volens propitius mihi, liberisque meis, domo, familiaeque meae, maclatus hoc ferto, etc. — Postea Iano vinum dato sic, Iane pater, uti te strue commouenda bonas preces bene precatus sum, eiusdem rei ergo maclate vino inferio esto, etc. Conf. FERTVM.*
- STRVIX**, icis. f. *Idem quod Strues. Arnob. 2 p. 222 Struices lignorum. Liu. apud Festum Struicem malorum. Struices faexas, Naeu. Struices ait Festus, antiqui dicebant Omnium rerum exstructiones. Plaut. Men. 1, 1, 26 Cereales coenas dat, ita men-*

mentas exstruit tantas struices concinnat patinarias. Caementiciis  
nectunt struicibus Solin. c. 28 (Al. 41).

STRUMA, ac. f. [χοιρῆς] Tumor, in quo subtus concreta  
quaedam ex pure et sanguine, quasi glandulae oriuntur. Quae vel  
praecipue fatigare medicos solent, quoniam et febres mouent, nec un- 5  
quam facile maturescunt. Haec ex Cels. 5, 28, 7 Nascuntur maxi-  
me, ut idem testatur, in ceruice: sed etiam in alis, et inguinibus, et  
lateribus. Add. Scribon. 79. 214 etc. Plin. 11, 37 Guttur homini

tantum et subis intumescit, aquarum quae potantur plerumque vitio.  
Idem multis locis meminit strumarum morbi. Propter quod quae- 10  
dam tubera spongiosa per corpus aliquando inspersa, scrophulae di-  
cuntur, quae etiam sub strumae appellatione continentur, ut rectius stru-  
mulae, quasi paruae strumae, quam scrophulae nominentur. Stru-  
mas vulgo Scrophulas vocant, quoniam eas Graeci ab eiusmodi bruto χοι-  
ράδus appellauerint Cael. 30, 26. Male eum habet struma Cels. 15  
5, 28. Frigida aqua strumas excitat Idem 1, 9. Conf. Idem 2, 1.  
et 5, 18 n. 23 seqq. Columel. 7, 11. Vitruu. 8, 3. Etiam conuicium

est siue a naturae vitio, siue ab exprobratione turpitudinis alterius, Catulli  
illud 52 Quid est, Catulle, quid moraris emori? Sella in curuli stru- 20  
ma Nonius sedet, Per consulatum peierat (strumofus ipse etiam) Va-  
tinius. Cic. Att. 2, 9 Proinde isti licet faciant quos volent Con-  
sules, Trib. Pleb. denique etiam Vatinius strumam sacerdotii διαίφα,  
vestiant. Videbis, etc. Cic. pro Sext. 135 c. 65 Ii medentur Reip-  
pub. qui exsecant pestem aliquam tanquam strumam ciuitatis.

STRUMELLA, ac. f. Dimin. Marc. Empir. c. 15. 25

STRUMOSVS, a, um. Adi. [χοιραδῆς] Qui id vitium patitur.  
Iuuen. Sat. 10, 309 Nec praetextatum rapuit Nero loripedem, nec  
Strumosum, atque vtero pariter, gibboque tumentem Colum. 7, 10.

STRUMATICVS, a, um. Idem. Iul. Firmic. 8, 19 Vicesima  
tertia pars arietis si in horoscopo fuerit inuenta, strumaticum faciet, 30  
exulcerata macularum labe possessum, vel certe elephantiaca conta-  
gione maculatum.

STRUMEA, ac. f. Herba. Plin. 25, 13 De quarta ranunculi  
specie Nostri, inquit, herbarii strumeam vocant, quoniam medetur  
strumis, et panis, parte in fumo suspena, creduntque, ea rursus fata, 35  
rebellare quae curauerint, vitia. Eadem herba vocatur alio nomine  
Strumus apud Apul. de Herb. 74. Vid. Plin. 27, 8 f. 44. Locum da-  
mus in CACVBALVM.

STRUMENTVM, i. n. Instrumentum Tertull. ad Vx. 1, 7.

STRVO, xi, tum, ěre. [συντίθημι, κατασκευάζω, μηχανάομαι] Or- 40  
dinare, in ordinem redigere, vel ut exstet opus et maneat, ut in aedifica-  
tionibus, vel ut commodius perficiatur, ut cum exercitus struitur, insidiae,  
etc. Cic. Tusc. 1 Per speluncas saxis structas asperis Ouid. Met.  
1, 153. Altaque congestos struxisse ad sidera montes. Machinari,

moliri simpliciter significat Ter. Heaut. 3, 2, 3 Num me fefellit hocce 45  
id struere? Vid. Tacit. Ann. 1, 13, 3. Idem ibid. 4, 67 Strue-  
bantur, qui monerent perfugere, etc. b. e. Instruebantur, suborna-  
bantur. Aciem struere Virg. Aen. 9, 42. Aggeres struere  
Caes. Bell. Gall. 8, 41. Tacit. Ann. 2, 64 Struisti et Arcus circum

latera templi Martis Ultoris, cum effigie Caesarum. Cic. Att. 50  
9, 12 Ego, si Pompeius manet in Italia, nec res ad pacem venit,  
longius Bellum puto fore: sin Italiam relinquit, ad posterum Bellum  
κακόνδov strui existimo. Idem pro Cluent. 178 c. 64 Ut velle atque  
optare aliquem Calamitatis filio potius, quam id struere et moliri vi-

detur. Causas struere Tacit. Ann. 2, 42. Comam, et simi- 55  
lia, de quibus vid. Drakenb. ad Sil. 4, 746. Liu. 2, 3 Legati  
cum aliis alia moliri, aperte bona repetentes, clam recuperandi regni  
Confilia struere. Controuersiam de nomine et vocabulo struere  
Auct. ad Herenn. 2, 45. Coniugia struere Tac. Ann. 15, 37. Cop-

ias struere Caes. Bell. Civil. 3. Crimen alicui struere Tacit. 60  
Hist. 1, 58. Cubilia struxere congestae frondes Lucan. 9, 841.  
Dolos struere Sen. Herc. Oct. 11. Domos struere Hor. Carm. 2,  
18, 19. Epulas struere Tacit. Ann. 15, 55. Fercula luxuriose

struere Columel. in praef. Insidias alicui struere Ouid. Met.  
1, 198. Medicina struitur dolori Stat. Silu. 5, 1, 16. Mendaci- 65  
um struere Liu. 23, 34. Moles struere Tac. Ann. 2, 17. Cic.  
de Orat. 2 c. 51 Atque iisdem his ex locis et odium in alios struere di-

scemus, et a nobis ac nostris dimouere. Opes struere Liu. 2. Ora-  
tionem solutam struere Gell. 1, 19. Ordine, non aceruatim struere  
Vitruu. 2, 8. vid. ORTHOSTATA. Penum struere Virg. Aen. 70  
1, 708. Cic. Fam. 6, 7 Quemadmodum igitur scalarum gradus si

alios tollas, alios incidas, nonnullos male haerentes relinuas, ruinae  
periculum struas, non adscensum pares. Conf. Sen. Ep. 10. Py-  
ram ingentem struxere Virg. Aen. 6, 215. Reliqua ad iacturam  
struentur Cic. Qu. Fratr. 3, 8. Idem Att. 5, 21 Sed dices, me 75  
ipsum mihi sollicitudinem struere, cogor, et velim ita sit. Syco-

phantias struere Plaut. Asin. 1, 1, 57. Cic. de Orat. 3, 169 c. 43  
Collocationis est componere et struere verba sic, ut neue asper eorum  
cursus neue hiulus sit. Et c. 31 extr. Nae ille haud sane, quem ad  
modum verba struat et illuminet, a magistris illis requirit. Quin- 80  
ctil. 1, 5 Caeterum etiam ex praepositione et duobus vocabulis dure

videtur struxisse Pacuuius, — Nerei Repandirostrum, incurui-  
ceruicum pecus, i. Composuisse. Obs. Festus, struere antiqui dice-  
bant, pro adiicere, augere, vnde industrios quoque (intell. dixerunt  
qui semper endostruunt, industruunt, instruunt aliquid) M. Cato, iure, 85  
lege, libertate, Republica, communiter uti oportet: gloria, atque

honore quomodo sibi quisque struxit, (i. parauit, fecit) At in duode-  
cim quod est: Si caluitur, pedemue struit, matum endoiacito. Alii  
putant significare retrorsus ire, alii in aliam partem, alii furere, alii gra-  
dum augere, alii minuere, ac vix pedem pedi praefert, otiose it, remoratur. 90  
Haec ultima non satis emendata esse, apparet. Caeterum pedem struere  
in XII esse fugam adornare, in pedes se velle conicere, vix dubito.

STRVENS, entis. Part. Ipse aciem nullo turbante interim struens  
Ammian. 31, 3. Add. Tac. Ann. 1, 13, 3.

STRVCTVS, a, um. Partic. [κατασκευαδῆς] Cic. de Senect. 51 95  
Fundit frugem spicae ordine structam. Acies structa, vid.  
ACIES. Atria structa leuibus tophis Ouid. Met. 8, 562. Com-

positi oratoris bene structam collocationem dissoluere permutatione  
Cic. in Orat. 232 c. 70. Domus regiae e latere structae Vitruu.  
2, 8. Eloquentia, collocata et quasi structa et nexa verbis Idem 100  
in Orat. 39. Insidiae sibi structae Tac. A. 2, 65, 4. Moenia

structa meis manibus Virg. Aen. 5, 811. Scena in tempus structa  
Tac. Ann. 14, 20. Templata structa vetusto saxo Virg. Aen. 3, 84.  
Via structa labore Herculeo Propert. 3, 18, 4. 10

STRVCTE. Adu. Tertull. de Cultu Fem. c. 11 Quae vobis causa  
structius proeundi.

STRVCTIM. Adu. Apul. Flor. 2 p. 21 Stew. p. 230 Colu. Ci-  
thara apta structim.

STRVCTVM, i. n. *Vt, Structa saxorum, i. Saxa quae stru-  
cta sunt, simili dicendi forma, qua Septa domorum, Strata, viarum, et  
caetera id genus.* Lucret. 4, 361 Fit, quasi tornata vt saxorum  
structa tuantur.

STRVCTIO, ōnis. f. Firmic. 8, 9 Arma venatoribus aut fa-  
cient, aut parabunt, vt retia, venabula, sagittas, et quidquid ad stru-  
ctionem eius studii pertinet. Pallad. 12, 22 Sternes inter spatia  
structionis. Conf. Tertull. de Patient. c. 3. Reines. Inscr. Cl. 7, 16.

STRVCTOR, ōris. m. [*τέκτων*] *Qui aliquid struit.* Cic. Qu.  
Frat. 2, 5 A puero vt discessi, in aream tuam veni: res agebatur mul-  
tis structoribus. Sic Att. 14, 3 Structores vocat eos, quorum utebatur  
opera ad villam aedificandam. Hos structores Bud. interpretatur Fa-  
bros caementarios. Conf. Tribon. l. 1 C. de Excus. Artif. Veget. 2, 11.

Structor orationis huius egomet Apul. Flor. p. 365 Elm. Structor  
qui instruendae mensae et ciborum curam habet. Martial. 10, 48 Et quae  
non egeant ferro structoris ofellae. Vid. Iuuen. Sat. 7, 184. Add.  
Idem 5, 120. Iuuen. 11, 137

Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis  
Pergula, discipulus Tripheri doctoris, apud quem  
Sumine cum magno lepus, atque aper, atque pygargus  
Caeditur, et tota sonat vimeae coena Saburra.

Nempe de ligno parata habebant fercula, quorum commissuras, et articulos  
dum diuiderent, discebant carpere veros lepores, apros, etc. Super  
signum repositorii ciborum, proprium conuenientemque materiae stru-  
ctor imposuerat cibum Petron. c. 35. Add. Lamprid. Heliog. 27. Stru-  
ctores annonae Cic. Att. 14, 3.

STRVCTORIVS, a, um. Adi. *Vt, Operas structorias alicui  
locare* Tertull. Apol. c. 14.

STRVCTVRA, ae. f. [*οικοδομημα, οικοδομια, κατασκευη*] *Ae-  
dificium, siue Compositio et ordinatio lapidum in aedificiis.* Colum.  
1, 5 extr. Igitur id structurae vitium cum primum statim fundamenta  
iaciuntur, euitandum est. Liu. 21, 11 Structura antiqua. Vid.  
Vitruu. 2, 8. 3, 2. 5, 12. 6, 11. 8, 7. Celf. 8, 1. Colum. 5, 6.  
Pallad. 1, 40. Surgens operum structura Lucan. 6, 64. Cic.  
de Opt. Gen. Orat. 5 c. 2 Sed et verborum est structura quaedam duas  
res efficiens, numerum et lenitatem, etc. Carminis structura mirifi-  
ca Ouid. ex Pont. 4, 13, 4.

STRVCTILIS, e. Adi. [*κατασκευαστος*] *Quod constructum est, multis  
materiae frustis s. partibus, vt Columnae structiles, quae non sunt ex  
uno lapide, sed ex multis.* Columel. 11, 3 Vetustissimi auctores vi-  
vam sepem structili praetulerunt. Martial. 9, 77 Non filice duro,  
structillie caemento. Canales Vitruu. 8, 7 pr. Cloacae Idem  
5, 9. Columnae structiles Vlpian. in l. Sicuti §. 1 D. si Seruit. vindic.  
Idem in l. Etti Forte §. Modus D. Si Seruit. vendic. Forte,  
vt reficiat lapide quadrato, vel lapide structili. Saxum Prudent.  
Plychom. v. 834. Add. Columel. 12, 50. Pallad. 9, 1. Tertull.  
de Anima c. 9.

STRVCTIVS, is. f. [*στροψος*] *Congeries est.* Liu. 21, 27 Struem in-  
gentem lignorum faciunt. Cic. Att. 5, 12 Strues salinarum. Strues  
saxorum arborumque cumalata Curt. 4, 3, 9. Add. Idem 8, 4, 11.  
Columel. 2, 19. Strues vuarum Plin. 14, 4. ¶ 2 Strues,  
Genus libi in sacris. Vid. FERTVM et STRVFERTARIUM. Hic addi-  
mus modo locum Festi, Strues genera liborum sunt, digitorum coniun-  
ctorum non dissimilia, qui superiecta panicula in transuer-  
sum continentur.

STRVPEARIA, Festa quaedam apud Faliscos. Vid. in dict.  
STROPPVS.

STRVPI, [*φάκελοι*] *inguit Fest. vocabantur in puluinaribus  
Fasciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus imponebantur.*  
Gracchus apud Gell. 10, 3, 5 Is in lectica ferebatur — Bubulcus  
— rogauit, Num mortuum ferrent? Vbi id audiuit, lecticam ius-  
sit deponi: struppis, quibus lectica deligata erat, vsque adeo verbe-  
rari iussit, dum animam efflauit. Vid. supra STROPPVS. Res enim  
est eadem. Isidorus 19, 4 Vincula loro vel lino facta, quibus remi  
ad scalmos alligantur: de quibus Liuius, Tumque remos iussit reli-  
gare struppis. Vet. Gloss. Strupus σκαλμος ἐνθα ἢ κώπη δεσμῶτας.  
Conf. Barth. ad Claudian. Mamert. p. 430.

STRVTHOS, s. STRVTHVS, i. m. [*στρουθός*] *Graecis passer  
est.* Hinc

STRVTHEVS, a, um. Strutheum in mimis praecipue vocant  
Obscoenam partem virilem a salacitate videlicet passeris, qui  
Graece στρουθός dicitur. Festus. Cato R. R. 7, 3 Mala stru-  
thea, cotonea scantiana. Columel. 5, 10, 19 Cydonia, quorum ge-  
nera tria sunt, struthia, chrysomeliana, mustea. Plin. 21, 20  
Dolori capitis cum cotoneis malis aut strutheis illinitur. Legitur et  
Struthiis. Conf. Idem 15, 11 et 14. Varro R. R. 1, 59. vid. COTONE-  
VM. Struthea coluteaque appara Plaut. Perf. 1, 3, 7.

STRVTHIOMELA, ae. f. [*στρουθιόμηλα*] *Vno vocabulo proferri apud  
Varr. de R. R. 1, 59. annotatum reperio. Mibi quidem non obseruatum.*

STRVTHIVM, i. n. [*στρουθιον*] *Latine Passerculus dicitur.* ¶ 2  
Struthium, *Herba.* Plin. 19, 3 f. 18 At quae vocatur radícula, lauandis  
demum lanis succum habet: mirum quantum conferens candori molli-  
tiaeque. Et paullo post, Struthion Graeci vocant, floret aestate,  
etc. Add. Celf. 5, 122. et 6, 5. Plin. 26, 12. Et add. LANARIA.

STRVTHIOCAMELVS, i. m. [*στρουθιοκάμηλος*] *Maxima  
auium.* Plin. 10, 1 Sequitur natura auium: quarum grandissimi et  
paene bestiarum generis, struthiocameli Africi vel Aethiopici, altitu-  
dinem equitis insidentis equo excedunt, celeritate vincunt: ad hoc  
demum datis pennis, vt currentem adiuent: caetero non sunt volu-  
cres, nec a terra tolluntur. Vngulae iis certinis similes, quibus  
dimicant, bisulcae, comprehendendis lapidibus viles, quos in fuga  
contra sequentes ingerunt pedibus. Concoquendi sine delectu de-  
porata mira natura, sed non minus stoliditas, in tanta reliqui corpo-  
ris altitudine, quum colla frutice occultauerint, latere sese existiman-  
tium. Praemia ex iis oua, propter amplitudinem pro quibusdam  
habita vasis: conosque bellicos et galeas adornantes pennae. Conf.  
Idem 11, 37. Tertull. de Vel. Virg. c. vlt.

STRVTHIOMELIVS, a, um. Seuum Plin. 29, 5.  
STRVTHOPHAGI, Gens Aethiopica. Vid. in dictione SILLI.

STRVTHOPODES, um. f. Plin. 7, 2 *vocantur Feminae, quae  
paruas pedum plantas habent, velut passerini pedis: sic Themistius  
Strutho-*

D d d d